Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XL
D
2
NAPOLI

Digitized by Google

XL D.2.

Digitized by Google

Digitized by Google

XL
b
2

Digitized by Google

D. MAGNI AVSONII BVRDIGALENSIS OPERA,

IACOBVS TOLLIVS, M. D. recenſuit,

ET INTEGRIS
SCALIGERI, MARIANG. ACCVRSII,
FREHERI, SCRIVERII;

SELECTIS
VINETI, BARTHII, ACIDALII,
GRONOVII, GRÆVII,

Aliorumque NOTIS accuratiſſime digeſtis,
nec non & ſuis animadverſionibus
illuſtravit.



AMSTELODAMI,
Apud IOANNEM BLAEV,
MDCLXXI.

BIBLIOTECA NAZIONALE V.E. III NAPOLI

Digitized by Google

Perilluſtri, Magnifico
ac Generoſo Viro,

D. FLORENTIO CANT,

REIP. GOVDANÆ

SENATORI,

& aliquoties

CONSVLI;

Eoque nomine Maritimis quondam rebus in Amſtelædamenſi Collegio Præfecto:

ad Conſilium deinceps Illuſtriſſ. ac Præpott. D. D. Ordinum Generalium Fœderatæ Belgicæ;

nunc autem ad ſupremum eorundem Ordinum CONSESSVM

DELEGATO.

SI matura ſatio ſæpe decipit, ſera vero ſemper mala eſt, ut agricolarum vetus fert proverbium; haud intempeſtive fecero, Vir Perilluſtris, ſi jam dudum Tibi debitæ Gratiarum actionis tandem jecero ſemina, nec diem de die trahendo, in longam craſtini moram officii exſequendi tempora protulero. Quamvis enim non tanta mihi futuræ meſſis ubertas exſpectetur, quantam Tua

merita requirunt, quod hanc ſementem nimis eſſe properatam ipſe judicem: fuere tamen & eæ quidem, ſi benignum nanciſcantur æſtimatorem, juſtæ cauſſæ, quæ ne diutius cunctarer, dubitantem perpulerunt. Primas in his partes obtinet ipſa favoris Tui magnitudo: quæ, cum nullis à me poſſit ingenii viribus æquari, unicam celeritatis gratiam videtur admittere. Huic illa, quam natura mihi indidit, indoles ſecundas agit: cujus impetus ad inſtar ignis concluſi, & ipſis, quibuscum colluctatur, anguſtiis gliſcentis, perruptis tandem continuo niſu morarum obicibus retineri diutius non potuit. Acceſſit, quæ tertiæ mihi rationis loco fuit, communis illa cum omnibus brevis hominum vitæ conſideratio: quam qui in officiorum viciſſitudine negligit, adæquandæ tantummodo cum tempore accepti beneficii magnitudini ſerviens, non illum quidem cum ſervulo è comœdia operam dare putem, ut cum ratione inſaniat, verum potius, ut ſine ratione ſapiat. Quo mihi namque grati animi, laudabiliſque incepti conſcientiam, ſi ab aliis ille ignoretur, quos cumprimis ſcire mea interſit; ne, quod minime cupiam, ingratus, id eſt, mortalium nequiſſimus, & hac ipſa, qua fruor, luce indignus eſſe videar? Facile quis pium ſincerumque gratæ mentis affectum illi approbaverit, unde ad ſe beneficium pervenerit; quod ſublimia & excelſa ingenia, à quibus ferme ſolis maxima proficiſcuntur, meritorum ſuorum pondus non ſen-

tiant,

tiant,ſed ex ampliſſima conferendi facultate illud æſtiment, adeoque quamvis levi gratiarum actione contenti ſint: non eadem tamen iſtorum opinio eſt,qui è ſuis viribus rem penſitant,gratiamque rependere cunctantes malignis carpere ſermonibus, ac veluti cenſoriam notam inurere non ceſſant. Habenda igitur fugientis vitæ ratio eſt, cujus terminus ignoratur: ne ſi minus, quam par eſt, hanc obſervaveris, necopinata morte præventus, illam in animis omnium relinquas cogitationem, te non meruiſſe: quo vix aliud quidpiam homini ingenuo, ac liberaliter educato, gravius aut acerbius accidere poſſe cenſeo. Quapropter cum in hoc vitæ theatro ſic nobis agenda fabula ſit, ut virtutis ac decori maxima ratio habeatur, ita me ſpectari cupiam, ut ſi forte imprudentia, vel vitio naturæ impegero, nemo me tamen unquam virtutis tramitem deſeruiſſe arbitretur, cui ſemel ſacramentum dixi. Quod ſi vero his cœptis lætior eventus defuerit; & hæc ſemina è gratæ mentis granario ſelecta atque in fertiliſſimum Tuarum laudum campum diſperſa non adeo feliciter provenerint; opera quidem mea perierit: at illud omnibus innotuerit, tempus, otium, fortunam, ingenium, atque omnia mihi potius, quam vel animum memorem, vel materiam defuiſſe. Piget ſane & mei quandoque me pœnitet, quod non ea mihi dicendi facultas adſit, quæ virtutum Tuarum eximium decus honore verborum poſſit adſequi: non quod id Te

velle exiſtimem, ut laudum Tuarum præconium ore ſuffecturo detonetur, quo virum modeſtiorem, & ab omni ſui oſtentatione magis alienum vix novi: ſed ut cum cives Tui, quibus quotidiana præſtas beneficia, tum respublica, cujus ſalutem gloriamque ſaluberrimis conſiliis tueris, aliquam ſaltem Tui partem à me deſcriptam poſſint agnoſcere.

Apellem tradunt tonitrua, fulmina, tempeſtates, & quæ pingi non poſſe viderentur, coloribus adumbraſſe, magnumque ſibi nomen ea re, multumque favoris quæſiviſſe, quod illa, quibus nec aures, nec oculi ſufficerent, ipſe jam ſibi traderet ſpectator, & vix tamen oculis ſuis crederet. At quid illud in pictura quæſo fuit, quod oculos hominum tenuit? Num fragor horrendus convexa cœli tremifico ſono concutiens, aut albicantes, ut quondam poëtæ fabulati ſunt, magni Iovis quadrigæ per æquora nubium intolerando ſtrepitu decurrentes? Num ex colliſis nubibus accenſus ignis, edita montium, templorum, turriumque culmina, & quidquid in terris eminet potiſſimum dejiciens; aut invia mundi viſcera penetrans, & quacunque transierit, cuncta flammis adurens ac devaſtans? num volucris ventorum furor, invictis undique turbinibus omnia ſuſque deque ferens, & inſtar pulvereæ nubis immania ſaxorum pondera contorquens, terrarum intima concutiens; extima convellens, & omnia cœli latepatentis ſpatia ululante mugitu pervagatus? deficiunt ad hæc

mi-

miracula humanæ manus; & acumen mortalis ingenii ad tantum naturæ faſtigium non pertingit. Quænam fuit igitur hæc Apellis gloria? Vnde iſte plauſus, & omnium favor? Expreſſerat imaginis imaginem; idque tam belle, ut in re maxima permagnum aliquid feciſſe videretur. Ipſa quinetiam novitas, quæ plurimam plerumque rebus non ante viſis gratiam conciliat, haud exigua intentati prioribus operis pulcritudini fuit acceſſio. Sit fortaſſis inter hujus ævi eloquentes alius Apelles, qui luminibus verborum ſententiarumque coloribus vim Tui conſilii, prudentiæ pondus, ac eruditæ facundiæ inexhauſtam facultatem ad ſtuporem uſque depingat, ubi cummaxime rem ſibi factam putaverit, plus tamen operis experietur ſupereſſe, quam perfecerit. Eo mihi paratior venia erit deficienti, quod vel validiſſimum tanti ponderis onus poſſit obruere. Simpliciter igitur dicam, quod copioſius animus ſentit, quam lingua profari poſſit. AGO Tibi GRATIAS, Perilluſtris CANTI; quas cum referre non liceat, ſemper habebo. Publica verba ſunt: ſed interius animi ſecretum commiſſam ſibi tuorum beneficiorum memoriam ſingulari fide ac ſanctitate conſervat. Vera loquor; & veritatis hujuſce mihi conſcius cum fiducia quadam illud addo, permultos eſſe, qui Te colant, obſervent, venerentur; ſed à perpaucis Te tam fervide diligi. Nec obſtat amori meo Tui reverentia: Amo Te, quia me prior amaviſti. Amo Te, quia

graviſſimo inſignis beneficii argumento benivolentiæ Tuæ fidem feciſti: Amo Te, quia me amare non deſinis; ſed invaleſcentis amicitiæ continuatis indiciis confirmas. Quamquam longe major, & in hac republica maximus es; nihil tamen magnitudini Tuæ decedit, licet amor vel pares inveniat, vel faciat. Sublimitas Tua ſubmovet æqualitatem: & imperat, incutitque venerationem tantarum virtutum pleniſſimum concilium, quod Tui pectoris ſacrario continetur. Scipionem Naſicam optimum ab Senatu civem judicatum, eloquentia primum, ſcientia juris conſultiſſimum, ingenio ſapientiſſimum, *Corculum* ſua ætas appellavit. Vt qui Te ignorant, diſcant, haud alteri viro te rectius comparaverim, Vir Prudentiſſime; cujus animam, ſi Pythagoræorum hoc ævum foret, in Tuum commigraſſe pectus dicerem. At nunc, quanta hæc laudis acceſſio eſt, quod illa virtutum decora vera pietas animaverit? Iactent illa ſecula ſuos Heroas: jactent principes moribus & factis viros: jactent conſecrata ſempiternæ memoriæ nomina: tanto tamen illorum inferior comparatio eſt, quanto verus Divini Numinis cultus erroribus gentilium antecellit. Sed ut hæc, quæ dixi, non temere ac ſine judicio, aut abſque aliquo veritatis argumento videar effudiſſe: (nam ab adulationis ſuſpicione mea me vindicat ruſticitas, ut qui nec innocentibus blanditiis ſufficiam,) quid urbi patriæ, quid Batavorum

rei-

reipublicæ contuleris, leviter attingam; ut & hujus ſeculi mortales, quibus optimi civis exemplum præbes perfectiſſimum, & omnis dehinc poſteritas, quæ de Tuis meritis veriſſime judicabit, agnoſcant, Pietatem, Prudentiam, animi moderationem, patriæ libertatis amorem, continentiam, facundiam, humani denique divinique juris cognitionem Te tamquam templum ſuum habuiſſe.

Magna quondam gloria fuit Thraſybulus Atheniensis, quod exulceratos XXX tyrannorum dominatione civium animos ſaluberrima, & à ſe primum reperta Oblivionis medicina perſanaverit. Tu vero, Perilluſtris CANTI, ex quo tempore ad Goudanæ reip. adminiſtrationem acceſſiſti, diſcordes antea, & conſpiratis factionum partibus infeſtos imminentesque ſibi proceres tam ſollerti conſilio conciliaſti, ut, quod in diſſenſione difficillimum eſt, omnium tamen gratiam tenueris: ita inter jam ſibi conciliatos primas obtinuiſti; tam ſagaci modeſtia potentiam temperaſti, ut nec prælatum Te ſibi quisquam doleat, nec præter ceteros eminere ſentiat: concordiam vero ita confirmaſti, aluiſti, auxiſti, ut unius omnes animi, ſed corporibus tantum diviſi videantur. Aviditas honorum, dum nullus ambitioni modus eſt, plurimos peſſum dedit, invidiæ prementis mole obtritos. Tu ſic honores appetis, ut primam commodorum patriæ rationem habeas: ita geris, ut appetiſſe nemo putet; ceterorum

vero,

vero, qui publici conſilii participant, majorem quam Tuæ dignitatis habeas rationem. Hinc ingens Tui & unus amor, quo Te proceres proſequuntur: hinc illibata auctoritas, nec adverſantium perverſo molimine tentata: hinc, quod plane ſtupendum eſt, in optimatum republica nullæ partes. Cenſeberis hoc Cive GOUDA, ut Athenæ Solone, Lycurgo Sparta, Roma Menenio. Ille, ille CANTIUS Tuus æternum tibi ornamentum erit; hoc nomine ſuperbies, hoc illuſtraberis. Nunc quod mentis humanæ vitium eſt, quam beata ſis, neſcis: verum tum demum intelliges, ubi: ſed abſit omen, ac in felicia potius ac fauſta verba affectus noſtri prorumpant. Diſce tamen, dum licet, diſce ab exteris: diſce ab Chaucis & Oſtfriſiis. Prædicant illi fortunas tuas, ac tam grande bonum tantum non invident. Diſcordiæ inter Principem & Proceres unius Viri prudentia non ſemel ſopitæ, mitigati diſſentientium animi, & inimicis, an hoſtibus, inſidiarum facultas præciſa, quid niſi totidem tuæ gloriæ monumenta ſunt? Wirtembergenſis Ducis judicium, quo Filiæ CHRISTINÆ CHARLOTTÆ, Oſtfriſiorum Principi, CANTII tui prudentiam & in dandis conſiliis fidem commendavit: honores ab illa Principe habiti; repetitæ ſæpius LEGATIONIS decora ſpecioſa quidem & pulcra ſunt, atque in multorum laudem ſuffectura: ſed quota pars gloriæ CANTII? cujus cum ſit immenſa magnitudo, juvat uti di-

cendi

cendi copia, ab ipſa materiæ ubertate affluente. Cujus etenim ingenii ſterilitatem illa non vinceret? aut cujus illa verborum ſenſuumque paupertatem divitiis ſuis non collocupletaret? Nam ſive domi Conſul patriæ commodis invigilas, ſive per omnes honorum gradus ad ſummum in noſtra republica dignitatis faſtigium evectus, terra marique pacis & belli momenta diſpenſas; ſive commiſſa devictarum provinciarum cura Temet feliciter expedis, ubique magnus appares, ubique eximius, ubique admirabilis. Duumvir olim litibus Vltra-Moſanis judicandis creatus tanta civium Trajectinorum lætitia, acclamatione, plauſu exceptus es, ut ipſa quaſi fortuna commoveretur, Teque inaugurandæ Trajectinæ curiæ deſtinaret. Hic veluti deprehenſa, & pœne obſtupeſcens mens mea ſubſiſtit. Dum circumfuſorum undique civium turbæ cogitatione permiſta & videre ſeſe & audire fingit, qua exſpectatione hominum, quo ſplendore, qua gravitate primus in ſacrata Themidi domo ſacratus, ipſe Iuſtitiæ antiſtes jura reddis; ac ſapientiæ Tuæ penetralia recludis. Feſtus ille dies publica omnium lætitia, conviviis, ceteraque hilaritatis ſpecie transactus perpetuum Tui deſiderium animis civium; Tibi ſtabilem erga non ingratam civitatem benivolentiam ingeneravit. Non hic inter publicas curas literarum ſtudia provecta commemorabo: tacebo Bibliothecam Trajectinam Te potiſſimum conni-

tente adornatam; & ſalubria cum huic, tum Scholæ publicæ conſtituendæ, ornandæ, augendæ data conſilia dedita opera præteribo. Nam ſi in hæc privatæ laudis ſpatia libeat excurrere: ſi de ſingulari Tuo erga literas & literatos amore cupiam diſſerere: ſi eruditionem Tuam, & præter ceteras Iuris ſcientiam, artisque Poëticæ facultatem prædicare aggrediar: ſi ſingula, quibus emines, naturæ & ingenii ornamenta explicare tentem, quis huic Gratiarum Actioni modus ſit, quis finis? Permitterem tamen vela ventis, & illud infinitum Tuæ laudis mare Dædaleo conatu trajicerem, ſi eadem gratia, vel exigua duntaxat ejus portio, quæ carminibus tuis inſtar animæ eſt, verbis meis adſpiraret: ſi qua ipſe eloquentia res publicas & privatas tractas, eam Tibi præſtare poſſem. Tum vero haberet aliquid Oratio mea, quod Vlyſſeas grandines, mellifluam Neſtoris dulcedinem, conciſamque Spartani Regis brevitatem commixtis omnis facundiæ virtutibus exprimeret. Deëſt, deëſt mihi non tam voluntatis, quam virium ſubſidium: ideoque contractis prudenter velis anguſtioribus terminis orationis curſum circumſcribere compellor. Sed illud tamen ſpatium ſupereſt, quod ingentium quondam virorum præconio ſatis fuit. Viret adhuc, & æternum virebit Curiorum Fabriciorumque continentiæ gloria: integritas Epaminondæ, & Ariſtidis florida innocentia nulla temporum ſerie marceſcet: incorruptos boni

Pho-

Phocionis mores nulla non poſteritas ab interitu vindicabit. At illos quidem donorum, quæ libertati patriæ inſidians hoſtis obtulerat, contemtus æternæ memoriæ poſterorum commendavit: Tu & amicorum Xenia, nec pretio nec animo corrumpendi invidioſa, quæ vel ipſis Imperatoris Sacratiſſimi Conſtitutionibus fuere permiſſa, rejicis, & pertinacius ingerentibus modo non implacabiliter iraſceris. Contra ea, cum in contemnendis muneribus animo ſis longe maximo; ita tamen rem familiarem temperata diligentia tueris, ut & optimi Civis impleas officium, & egregii patrisfamilias. Ad hoc exemplum compoſiti reliquorum noſtræ civitatis procerum animi, veterum cum Spartanorum, tum Romanorum integritatem ſanctiſſimam non æmulari, ſed repræſentare videntur. Amplius enim ad hujus reipublicæ modum divitiis innutritus, familiæ patriciæ ſplendore circumdatus, honoribus omnibus defunctus, relictas â parentibus opes nec minuiſti nec auxiſti; quorum illud privatæ hoc publicæ ſobrietatis ac temperantiæ luculentiſſimum ſit argumentum. Diſſoluta namque & indulgens luxuriæ vita nullis vel ex peculatu: (quo vix aliud blandius vitium eſt) vel ex affluentia munerum, (quo ſub honeſta ſpecie nullum turpius) ſubſidiis fulciri poteſt, ut non tam avitæ, quam male partæ divitiæ male dilabantur, & quotidianis ac pæne continuis profuſionibus diſpereant. In republica vero, in qua nec bene meritis debita præ-

mia,

mia, neque male rem gerentibus juſta ſupplicia rependi poſſint, nulla tanta boni patrisfamilias, licet ei plurimum vacet, eſſe diligentia poteſt, quæ ſine criminum ſuſpicione, corradendis, aggerendis, accumulandis opibus inſervire valeat, & invidioſos pecuniarum acervos, in arculis exſtruere. Ergo & peculatu, & avidæ munerum captationi infenſiſſimus, ab avaritiæ ſordibus alienus, ab intemperantiæ labe remotiſſimus, nec reipublicæ gravis es, nec Tuis, nec Tibi. Sed hoc tamen donum, Perilluſtris CANTI, & hoc perexiguum munuſculum, gratæ meæ mentis, etſi tenue, at certum nihilominus indicium, quod jam diu Tibi offerre deſideravi, maturius non potui, & erecto vultu, & ſine rubore licet accipias: niſi quem tenuitas offerentis expreſſerit. Admitte intra limina Tua Poëtam Conſularem, Conſularis ipſe & Poëta: & AVSONIVM, Tuo nomini conſecratum, atque ad Te feſtinantem, benigno lætoque vultu ſuſcipe, fove, tutare. Quod ſi cura mea, qua terſior in lucem redit, domeſticis & publicis negotiis interpolata, nec huic uni ſtudio dedita, minus Te patrono digna fuerit, at AVSONIVS certe non indignus eſt, quem benivole amplectaris. Magnum fuiſſe virum neceſſe eſt, quem ex innumera doctorum hominum multitudine ad imperatoris filii ſtudia regenda VALENTINIANVS Imperator prudentiſſimus delegerit; quem per varios honorum gradus poſt duplicem Præfecturam à Profeſſoria

Cathedra ad curulem ſellam diſcipulus GRATIANVS evexerit; quem ſcholaſtico quondam pulvere ſordidum, palmata deinceps veſte fulgentem, Conſulem ſuum ROMA ſalutavit: ſic ut haud temere dixerim, habuiſſe illum fortunam in conſilio, quiſquis AVSONIO MAGNI cognomen primus impoſuit. At ſi vel ita Tibi munuſculi nomen odioſum eſt, hoſpitem Te in Tuas ædes admiſiſſe puta; quicum bonas horas conteras, qui Te reficiat, qui Te delectet. Vale.

GOVDÆ in Batavis
cIↄ Iↄc LXXI. a. d.
Kal. Iulias.

IACOBVS TOLLIVS
LECTORI
S.

SEſquiannus eſt, Benivole Lector, quum Auſonius, multo quam hactenus fuerat opera mea emendatior, minori forma excuſus eſt. Promiſiſſe tum temporis memini, daturum me propediem editionem aliam, quæ tibi integros Scaligeri, Accurſii, Freheri, circumciſos inutili mole Vineti, & hinc inde ſelectos Barthii & Variorum ſeu commentarios, ſeu notas, una cum meis animadverſionibus exhiberet. Liberaverim fidem, nec ne, ubi hæc perlegeris, cognoſces. SCALIGERI namque libros duos Auſonianarum Lectionum, qui non ſine magno legentium incommodo confuſas ac nullo ordine permixtas magni illius Viri obſervationes continebant, ita digeſſi, ut ſuum quæque locum obtineant, & Auctoris verba, quibus illuſtrandis inſerviunt, proxime conſequantur. Idem devoratum tædium eſt in diſponendis MARIANGELI ACCVRSII notis. Haud multum faceſſivit negotii FREHERI commentarius in Moſellam, quem cum reliquorum notis ita coadunavi, ut nihil in eo fuerit, quod in hac editione deſideretur: nam & indicem ipſum, nimis ὡς ἐμοί γε κριτῇ prolixum, in diverſa ſentientium gratiam, univerſi operis indici ſubjeci. Plurimus labor exhauſtus eſt in circumcidendis verboſiſſimis VINETI commentariis. Hic enim per ignes inceditur ſuppoſitos cineri doloſo. Ne igitur viri eruditiſſimi memoriæ nominique forem injurius, multa reliqui, quæ juremerito recidi; pauciſſima reſecui, quæ cum fructu legi poſſent: atque hæc hujuſmodi ſunt, ut aliorſum potius, quam ad Auſonium illuſtrandum pertinere videantur. Collegi præterea ex diverſis, & inprimis GASPERE BARTHIO non omnia, ſed quæ cenſebam ſelectiora: imo nec ex omnibus. non enim mea bibliotheca tam locuples, ut in hos uſus ſufficiat; & civitatis noſtræ publica ejuſmodi eſt, ut, qui illius adornandæ curam geſſerint, humaniores literas haud multum amaſſe cenſeas. Atque

hac

hac quidem occaſione non poſſum non deplorare ſortem meam, qui in condenſa ſcholaſtici pulveris nebula adeo hic nulla alieni ſideris luce colluſtror, ut in meris me verſari tenebris exiſtimem. Solus igitur, & abſque ullo in his literis elegantioribus exercitati hominis conſortio, librorum cum ſcriptorum, tum editorum copia defraudatus, negotiis cumplurimis obrutus, unica melioris fortunæ ſpe ſubnixus, doctorum hominum veſtigia ſollicite lego, & per ſpinoſam, & nimis quam difficilem viam lentis paſſibus ad Eruditionis templum feſtino. Quid hæc ad nos? inquies. Haud multum fateor. Sed tamen

Eſt aliquid, fatale malum per verba levare.

& condonabis hoc, Lector, humanæ imbecillitati, cujus plerumque dolor querulus eſt. Vt igitur ad inſtitutum ſermonem revertar, præter eas, quas tibi pollicitus fueram, acceſſerunt VALENTIS ACIDALII *Notæ in Gratiarum Actionem, quarum nobis & indicium & copiam fecit Incomparabilis* GRONOVIVS: *cujus Viri ea fuit benignitas, ut quem olim ad humaniora ſtudia informaverat, nunc quoque doctiſſimis ſuis Emendationibus ad exornandas haſce laboris mei primitias impertiverit. Idem debeo beneficium Celeberrimo* GRÆVIO, *cujus notiſſima in omnes humanitas cum recondita eruditione conjuncta majorem huic viro laudem comparavit, quam quæ grata ſingularis ejus erga me amoris ac benivolentiæ commemoratione poſſit adaugeri. Vltimum locum obtinent (nec merentur alium) animadverſiones aliquot meæ, queis aut correctæ mutatæve lectionis redditur ratio, aut ex aliorum ſcriptorum comparatione Auſonius illuſtratur. Atque hæ non anxie anquiſitæ, ſed dum gravioribus ſtudiis incumbo, forte oblatæ, atque adeo inter colligendum deproperatæ, tantum veniæ merentur, quantum habuere feſtinationis. Tuis enim commodis ſervire potius duxi, quam ex aliquantulo labore gloriam captare, quæ ſeverioribus demum ſtudiis, atque ſolidiori doctrina debita ab inertibus & ignavis fruſtra quæritur. Vale.*

ELIÆ VINETI SANTONIS
PRÆFATIO

In ſua Commentaria in AVSONII Burdigalenſis ſcripta.

QVod in aliis quibuſdam vetuſtis ſcriptoribus ſponte ſuſceperam, id in Auſonio Burdigalenſi non tam ſponte quam rogatus tentavi. Burdigalæ namque quum literas jamdiu profiterer, petebant plerique cives, ut Auſonii ſui ſcriptis valde corruptis obſcuriſque, aliquid etiam operæ darem. Ceterum non videbam, quid hîc poſſem ſine vetuſtis exemplaribus, quæ nulla reperire poteram. Mirabar equidem vehementer, quod quum in antiquiſſima opulentiſſimaque civitate, multæ eſſent veteres bibliothecæ, variis ſcriptoribus inſtructæ, in nulla exſtarent civis tam nobilis ſcripta. Cunctabar itaque quicquam aggredi viribus meis majus, donec ex Senatu tandem, & aliis ordinibus viri docti & graves à me familiariter ſæpe poſtularunt, ut quam poſſem, ſi non quam vellem, Auſonio, operam quoque ſuo, vel potius, ut ipſi loquebantur, noſtro navarem, quem tam perditum legerent & tenebricoſum. Quibus amicis & viris primariis, viſum eſt tandem obtemperare. Itaque cœpi, quæ habui formis exarata exemplaria aliquot conferre, commentariaque ſcribere, quibus emendationum rationem redderem, & obſcuriora, ſiqua poſſem, elucidarem. Quæ noſtra commentaria dum matureſcerent, placuit primo quoque tempore ſola Auſonii ſcripta, ut reſtitueram, emittere. Itaque Lutetiam miſi Iacobo Gupylo Pictoni, amico Latinis Græciſque literis doctiſſimo: qui edenda curavit anno Chri-

Chriſti milleſimo quingenteſimo & quinquageſimo primo: eamque editionem Illuſtriſſimo eruditiſſimoque Cardinali Bellajo, Burdigalenſi Archiepiſcopo dedicavit. Non multo poſt Stephanus Charpinus Lugdunenſis ſacerdos ad me ſcripſit, reperiſſe ſe in quadam vetere bibliotheca agri Lugdunenſis antiquum codicem: in quo multa eſſent Auſonii, quæ nondum quiſquam typis edita vidiſſet: eaque paulo poſt Ioanni Torneſio Lugdunenſi typographo edenda dedit. Quæ quum ad nos tandem Burdigalam perveniſſent, eaque avide percurriſſem, animadvertiſſemque, non ſatis fideliter ex ſuo exemplari deſcripta fuiſſe, ad Charpinum ſcripſi: ejuſque ſtudio, opera, merito cum in omnes literarum ſtudioſos, tum in Burdigalenſes Auſonii cives collaudato, petii, ut ſi quo modo poſſet, veteris libri mihi videndi copiam faceret. Qui reſcripſit ſe libenter facturum, quum primum reddidiſſet Iacobus Cujacius, cui commodaverat. Avarici tum Iuriſprudentiam profitebatur Cujacius, vir non tantum legum Iuriſque, verum etiam omnium bonarum artium peritiſſimus: qui eum librum non ſoli ſibi habebat, ſed communicabat cum amicis: inter quos Ludovicus Ruſſardus collega, multa in eo obſervaverat: de quibus Adrianum Turnebum monuerat: & in ſua adverſaria conjecit Turnebus. Cujacius ergo, qui jampridem me audierat emendationem interpretationemque ſcriptorum Auſonii ſuſcepiſſe, vetuſtum codicem ſponte, pro ſua ſingulari humanitate, mihi miſit: quem quum ſtatim contuliſſem cum novis: ac multa, quæ ex eo reſtitueram, communicaſſem cum amicis Burdigalenſibus philologis, qui & antiquum librum libenter viderunt, & in eo ſunt in primis mirati, quod DIVONA ſcriberetur, qui in omnibus aliis, quos unquam viderant, Duiona eſſet, ille priſcæ Burdigalæ fons, cœperunt inſtantius efflagitare, ut emendatiorem jam Auſonium cum commentariis edere nihil

nihil cunctarer. Quibus ut aliqua ex parte ſatisfacerem, quando mea commentaria nondum ſatis tota eſſe matura exiſtimabam, in lucem dare viſum eſt, quæ in librum de Claris urbibus ſcripſeram: ubi multa erant de Burdigala, quæ illos in primis cupere cognoſcere intellexeram. Hæc igitur Enguilbertus Marnefius Pictavis impreſſit anno Chriſti milleſimo quingenteſimo & ſexageſimo quincto: nec multo poſt Antonius Gryphius à me literis petiit, ut ſi manum extremam appoſuiſſem Auſonio, ad ſe mitterem, quem eſſet brevi excuſurus. Miſi ergo, ſed ſola Auſonii ſcripta. mea commentaria adhuc retinui. Quæ quum poſtea recognoſcere cœpiſſem, & in eo me frequenter opere offendiſſet, quum crebro inviſeret, Iacobus Salomo Narbonenſis, Iurisconſultus, doctus & bonus, qui eo tempore Toloſa Burdigalam, ubi res civiles paulo pacatiores erant, ſeceſſerat, ad Ioſephum Scaligerum familiariſſimum ſuum ſcripſit, me in caſtigando explicandoque Auſonio totum eſſe: locaque aliquot ex iis, quæ emendaveram, inſigniora indicavit. Cui quum reſcripſiſſet Scaliger, ac mihi multa ſalute adſcripta, locum illum de *Viviſca*, pro vivifica mire probaſſet, addidit, in eodem Moſella eſſe non pauca, quæ ipſe, qui Belgicam illam perluſtraverat, obſervaſſet: nec multo poſt eas datas literas, ex Aginnenſi ſuo ad audiendum Cujacium ſe contulit. Docebat ille tunc Valentiæ, ad quem & ad Scaligerum ſcripſi de Auſonio ad Gryphium jam ante annos quinque miſſo. Reſcripſit Scaliger Valentia & Lugduno menſe Aprili & Auguſto. Promiſit omnem operam, quo poſſet Auſonius, cujus erat ſtudioſiſſimus, in lucem caſtigatior exire, & meis commentariis illuſtratus. Ceterum quum veterem illum librum, quem eo tempore remiſeram Cujacio, nactus eſſet, conferendum cum meo exemplari cenſuit, ſiquid forte deprehenderet, quod me fugiſſet: Barbarica namque ſcriptura

erat,

erat. Quædam literæ agnitu difficiles; multæ fugientes; plerique multorum verborum verſus in modum unicæ dictionis deſcripti, & nonnulla interdum verba in duo plurave diviſa. At plus etiam ſibi duxit faciendum Scaliger, quam promiſerat. Scripſit, Auſonianarum lectionum titulo, perquam doctum emendationum expoſitionumque commentarium: quod mihi pro ſua in me benevolentia conſecratum, Gryphio tradidit imprimendum. Tardius autem dum editionem aggreditur Lugdunenſis, typographiam interim Burdigalenſes inſtituerunt: à meque continuo petierunt, ut aliud emendarem exemplar, quo mox in ſua civitate ſui civis ſcripta excuderentur caſtigatiora, ſimulque mea commentaria. Cœpit itaque Auſonius edi Burdigalæ menſe Februario, quum ageretur annus à Chriſto nato milleſimus quingenteſimus & ſeptuageſimus quinctus, abſolvebaturque ineunte æſtate, quum à Gryphio accepimus, quod nimium diu expectaveramus. Typographum autem quia defecit charta, nec alicunde, ob immanium latrociniorum frequentiam, nanciſci ſtatim potuit, commentariorum editionem differre fuit coactus. Quod quum vidi, quia poſteriores cogitationes ſolere ſapientiores eſſe ſemper audieram, placuit in iſta ceſſatione, Cujacium per literas rogare, ut iterum veterem librum mihi commodaret. quem ille ſtatim miſit. ſicque totum iterum contuli. Rebus interea noſtris aliquanto quietioribus, accerſitaque charta, imprimere tandem cœpit Simo Millangius noſtra in Auſonium commentaria menſe Iulio, quatuor annis poſt quam Auſonium edidiſſet. Quæ quum jamdiu ſui exſpectationem concitaſſe audio, an eam ſuſtinere ac tueri poſſint, neſcio: ceterum magno mihi conſtitiſſe nemo dubitet: & de iis hoc cognoſcat, ſi quis volet legere, in iis conficiendis me Servii, Placidi, & aliorum veterum commentatorum exemplum eſſe ſecutum. Quæ vulgo nota

 ſunt,

ſunt, ea non attigi. Quæ vero viſa ſunt obſcura, & non adeo cunctis nota, in iis tantum elaboravi. Quorum nonnulla ſi tam tenebricoſa etiam fuerunt, ut in iis nihil prorſus viderim, indicare non ſum veritus, quemadmodum in aliis, jam multis oſtendi me nihil diſſimulare ſolere, ſicubi hæſito, ut ſe rudiores ibi diutius non torqueant: qui vero ceteris ingenio & eruditione præſtant, in iſtis ſe nodis exerceant, monſtrentque, quanto nobis ſint ſuperiores: & ſic nihil tandem remaneat in bonis autoribus, quod doctiorum ſtudio & diligentia minus docti non intelligant. Nullam Auſonius diſciplinam ignoravit: omnes Latinos Græcoſque ſcriptores, quorum major pars intercidit, ad unguem novit. Hinc in ejus ſcriptis multa ſe oſtendit, & varia eruditio, ut cuivis legenti non ſtatim queant intelligi. Deinde per ea tempora vixit, de quibus pauca in literas exſtant relata. quare nonnulla, quæ de ſuæ ætatis rebus ſolum attigit, quomodo plene explicare queas? Poſtremo, quod nobis omnium plurimum exhibuit negotii, cuncta ejus ſcripta pervenerunt ad nos mutila, & indignis modis corrupta, in quibus non pauca quidem reſtituimus, ſed non potuimus omnia. Purioribus opus eſt exemplaribus, quæ fortaſſis aliquando reperientur: eruntque poſt nos, qui aliquid quoque operæ navent Auſonio. Cui quod interim ſit à me præſtitum, ac in publicam utilitatem emiſſum, id juſtos rerum æſtimatores æqui bonique conſulturos confido.

TESTI-

TESTIMONIA

& Iudicia diverſorum

DE AVSONIO.

Symmachus lib. I. Epiſt. XIV, ad Auſonium.

Volitat tuus Moſella per manus ſinusque multorum, divinis à te verſibus conſecratus. Novi ego iſtum fluvium, quum æternorum Principum jampridem ſigna comitarer, parem multis, imparem maximis. Hunc tu mihi improviſo clarorum verſuum dignitate Ægyptio Nilo majorem, Sarmatico Hiſtro frigidiorem, clarioremque hoc noſtro populari Fucino reddidiſti, &c.

Idem Symmachus ad eundem.

Merum gaudium mihi eruditionis tuæ ſcripta tribuerunt: erat quippe in his oblita Tulliano melle feſtivitas. Quid igitur magis mirer, ſententiæ incertus addubito, ornamenta oris, an pectoris tui. Quippe ita facundia anteſtas ceteris, ut ſit formido reſcribere. Tibi uni ad hoc locorum nihil gratia præſtitit, aut dempſit invidia. Ingratiis ſcævo cuique, proboque, es laudabilis. Velim tacere, quid ſentiam: velim juſto de te ſilentio vindicari: ſed admiratio ſcriptorum ſenſum frangit injuriæ. Ita me Dii dominis probabilem præſtent, ut ego hoc tuum carmen (Moſella,) *libris Maronis adjungo.*

Idem lib. I. Epiſt. XX, ad Auſonium.

Bene ac ſapienter majores noſtri, ut ſunt alia ætatis illius; ædes Honori atque Virtuti gemellas junctim locarunt, commenti, quod in te vidimus, ibi eſſe præmia honoris, ubi ſunt merita virtutis. Sed enim præterea etiam Camœnarum religio, & ſacri fontis advertitur, quia iter ad capeſſendos magiſtratus ſæpe literis promovetur. Hæc parentum inſtituta Conſulatus tui argumenta ſunt, cui morum gravitas & diſciplinarum vetuſtas curulis ſella inſigne pepererunt, &c.

Sidonius Apollinaris lib. IV. Epiſt. XIV, ad Polemium.

Nam tuorum pueritiæ comparatus non ſolum Cornelios Oratores, ſed Auſonios quoque Poëtas vincere potes.

Lilius Gyraldus Dialogiſmo XXI.

Poëmation compoſuit lepidiſſimus Poëta Auſonius ad Nepotulum *ejuſdem nominis Auſonii ex filia*, quod προτρεπτικὸν inſcripſit, elegans ſanè & doctrinæ multijugæ.

Iul. Cæſ. Scaliger lib. VI Poëtices, cap. V.

Auſonius ingenium magnum, acutum: ſtilus duriuſculus. Multa ſcripſit non ſolum varia, ſed etiam varie. Quare quid facere potuerit, non quid fecerit, potius judicandum. Vtinam Epigrammata *ne ſcripſiſſet. nam & inculta ſunt pene omnia, & omnia dura: quadam etiam inepta, aut frigida, aut frivola, ut è Græcis ſatis habuit qua exprimeret. nonnulla vero adeo fœda atque deteſtanda; ut neque ſcriptore, neque auditore digna, non in ſpongiam incumbere merita ſint, ſed ſolis flammis expiari poſſe videantur. Sane ſibi multum placuiſſe conſtat ex incuria ſcriptionum futurorum ſæculorum ſecurum, cum ſibi videretur ſui eſſe princeps. Eum vero piguiſſe caſtigationis videmus in ipſis* Iambis; *quos cum puriores incboaſſet, lutulentos fluere permiſit.*

& mox:

Inter cetera vero ejus poëmatia ſunt, qua ipſe partim εἰδύλλια, *ut* Griphum de numero ternario, *partim vocat* Eclogas; *ſic enim inſcribitur ea, qua* vitæ noſtræ miſerias *deſcribit; valde ſane bona, & quovis magno Poëta digna. Sed longe illuſtrior illa, in qua* Cupido cruciatur. *Eſt enim docta, candida, neque carens numeris.* Moſellam *vero adeo excoluit, ut ea ſola magni Poëta nomen ſibi comparare potuerit. Eſt enim in ea multa ars tum diſpoſitionis tum eloquutionis. Multa lumina figurarum, multum ingenii deprehendas.*

Iſaacus Caſaubonus in not. ad Æl. Spartianum.

Sed etiam apud caſtigatiſſimum poëtam Auſonium.

Bellarminus de Scriptor. Eccleſiaſt. ad ann. 390.

Auſonius Poëta Magiſter fuit Gratiani Imperatoris, à quo & Conſul creatus eſt anno D. 379. Scripſit multa profana. ſcripſit etiam epiſtolas aliquas carmine ad S. Paullinum Nolanum; & exſtat ſub ejus nomine apud Paullinum Precatio matutina ad Deum: *& inter opera Auſonii, egregium carmen* de Reſurrectione Dominica: *Ex quo Chriſtianus fuiſſe intelligitur, quamvis de Diis Gentium nonnulla ſcripſerit more poëtarum.*

G. Io.

G. Io. Voſſius de Poëtis Latinis.

Auſonius Burdigalenſis vixit Valentiniano, Gratiano, & Theodoſio Imperatoribus, ac à Gratiano diſcipulo ad Conſulatum etiam evectus fuit, poſt quem & varia jam ſenem ſcripſiſſe ipſe indicat. Poëta fuit gentilis, quemadmodum ex Paullino liquet; ut, quæ Chriſtum celebrant, perperam illi ſint tributa.

Petrus Poſſinus in Lexico ſuo Pachymeriano, in voce φυλακή.

Φυλακὴν hoc loco verti trihorium, *quam vocem memini me legere apud auctorem ſatis antiquum nec indiligentem Latinitatis Auſonium in Moſella.*

Cunr. Rittershuſius in Epiſt. ad Solom. Pantherum.

Multa in illo viro (Auſonio), *vere Magno, tecum una miror, multa ſuſpicio ac veneror. Vt pauca de multis: illud inprimis apud me monſtri inſtar habet, hominem Chriſtianum, &, ut apparet, non nomine tantum; ſed & pectore & moribus, adeo ſæpe laſciva atque improba ſcribere potuiſſe, ut niſi nomen Auſonii eſſet adſcriptum, Bilbilitanum poëtam te legere putes: Vbi illud?* Nullus ſermo putris ex ore veſtro egreditor. *Vbi illud?* De omni otioſo verbo rationem eſſe reddendam. *Quid adverſus hac graviſſima interdicta virium habet illa excuſatio, quæ eſt in Centone Nuptiali?*

Laſciva eſt nobis pagina, vita proba eſt.

Hoc unum. Miror & illud, potuiſſe virum Chriſtianum, cum infeſtiſſimo hujus nominis hoſte Symmacho (talem enim illum fuiſſe, conſtat ex ipſius Relatione ad Augg. & Prudentii, atque Ambroſii ad eam Reſponſione:) amicitiam colere, nec eam vulgarem, ſed intimam; adeò ut alter alterum patrem *indigitaret. Mirum hoc, inquam, mihi. Nam quæ ceteris de rebus conſenſio eſſe poteſt, ubi in fundamento ipſo, quod eſt vera religio, aliqui diſſentiunt? In amicitia autem rerum divinarum & humanarum conſenſio ſumma requiritur. Porro ſuſpicio in hoc viro acumen, leporem, ac rotunditatem, inprimis Epigrammatum, quibus*

Expleri mentem nequeo, ardeſcoque legendo.

Veneror & eruditionem multiplicem, de veterum fontibus hauſtam. Quid enim apud illos, ſive Græcos, ſive Latinos, memorabile, quà verborum, quà rerum, quod non Auſonius delibarit. Vt de ſententiis nunc dicam nihil: verba quam ſcitè ab optimis ſcriptoribus, Lucillio, Plau-

Plauto, Terentio, Lucretio, Varrone, Cicerone, Virgilio, Horatio, Martiale, & plurimis aliis mutuatur?

Solomo Pantherus in Epiſt. ad Ioan. Poſthium.

Auſonium Burdegalenſem, poëtam imprimis bonum, cum mihi ſuperiori autumno bona ſors obtuliſſet, primum ſuſpicere & mirari, exinde propius inſpicere, & diligentius contemplari perrexi. Invitabat me tum ipſius Conſularis viri dignitas, tum etiam maxime prolectabat nova palmata, qua ipſum Imperator eruditorum Ioſephus Scaliger donavit. Sed poſtquam mirandi ſtuporem depoſuiſſem, atque ei paulum familiarior redditus eſſem, animadverti maximum illum virum, qui tam excellenti trabea Conſulem noſtrum adornarat, pleraque exterioris habitus intacta, nec concinnata (conſulto, an fortuito, non facile dixerim:) reliquiſſe. Exteriorem habitum lectionem intelligo. Nam quod ad rerum cognitionem, quis eam vel profundius rimari, vel planius explicare Sermone illo potuiſſet? Ergo in ſtabilienda, ſarciendaque lectione, occaſionem de ſummæ auctoritatis viro promerendi nactus; in quibuſdam primum dubitavi & haſi, in quibuſdam autem mutationem & medicinam, ſed levem & mollem, non duram ac violentam adhibui. Ne vero meo judicio valde ſapiens eſſe viderer, placuit Apellem imitari, productiſque foras aliquot conjecturis aliorum ſententiam exquirere.

HOC

HOC IN LIBRO CONTINENTVR.

AVSONII Burdigalenſis EPIGRAMMATA; quæ præcedunt Præfatiunculæ ſive Epiſtolæ tres dedicatoriæ ad THEODOSIVM, SYAGRIVM, & PACATVM. pag. 1.
EPHEMERIS. 94.
PARENTALIA. 107.
COMMEMORATIO Profeſſorum Burdigalenſium. 144.
EPITAPHIA Heroum, qui bello Trojano interfuerunt, & aliquot aliorum. 189.
DE Cæſaribus. 215.
ORDO nobilium Vrbium. 228.
LVDVS ſeptem Sapientum, & eorum ſententiæ. 264.
EDYLLIA; in quibus hæc continentur:
Verſus Paſchales. 294.
Epicedium in patrem. 297.
Villula. 303.
Protrepticon ad nepotem. 309.
Genethliacon. 320.
Cupido cruci affixus. 321.
Biſſula. 338.
Precatio Conſulis deſignati. 343.
Precatio Kal. Ianuariis. 346.
Moſella. 347.
Griphus Ternarii numeri. 447.
Technopægnion. 471.
Cento nuptialis. 499.
Roſæ. 520.
Vita humana. 524.
Vir bonus. 529.
Ναὶ καὶ οὐ Πυθαγορικόν. 531.
Ætates animalium. 533.
Hercu-

Herculis labores. pag. 536.
Muſarum inventa. 537.
ECLOGARIVM, ſub quo continentur hæc:
De ratione Libræ. 538.
De ratione Puerperii maturi. 541.
Signa Cœleſtia. 546.
Ratio Dierum anni vertentis: de diebus, menſibus, anni temporibus. 549.
De feriis Romanis. 561.
De Agonibus: & alia. 564.
EPISTOLÆ: Ad patrem. 567.
Filium. 570.
Heſperium. 572.
Theonem. 574.
Axium Paulum Rhetorem. 598.
Tetradium. 625.
Probum Præfectum prætorio. 629.
Symmachum. 639.
Vrſulum Grammaticum. 644.
Pontium Paulinum. 650.
GRATIARVM actio pro Conſulatu. 699.
PERIOCHÆ rhapſodiarum Homeri. 737.
VITA AVSONII à Scaligero, Vineto, Crinito, & Lilio Gyraldo conſcripta. 812.
INDEX Rerum & Verborum in omnia opuſcula.
INDEX Freheri vocum ſingularum quæ in Edyllio x, ſeu Moſella, occurrunt.
INDEX ejuſdem rerum ſingularum eodem Edyllio contentarum.
INDEX ejuſdem Auctorum in ſuis notis citatorum, emendatorum, illuſtratorum.
INDEX Auctorum cum à me præcipue, tum ab aliis emendatorum.
INDEX verborum uſus rarioris; veterum, novorum.

THEO-

THEODOSIO AVGVSTO

AVSONIVS.

AGricolam ſi flava Ceres dare ſemina terræ,
Gradivus jubeat ſi capere arma ducem,
Solvere de portu claſſem Neptunus inermem:
Fidere tam fas eſt, quam dubitare nefas:
Inſanum quamvis hyemet mare, crudaque tellus
Seminibus, bello [1] nec ſatis apta manus.
Nil dubites auctore bono. Mortalia quærunt
Conſilium. certus juſſa capeſſe Dei.
Scribere me Auguſtus jubet: & mea carmina poſcit,
Pæne rogans: [2] blando vis latet imperio.
Non habeo ingenium: Cæſar ſed juſſit: habebo.
Cur me poſſe negem, poſſe quod ille putat?
Invalidas vires ipſe excitat: & juvat idem,
Qui jubet. obſequium ſufficit eſſe meum.
Non tutum renuiſſe deo. Laudata pudoris
Sæpe mora eſt: quotiens contra parem dubites.
Quinetiam non juſſa parant erumpere dudum
Carmina. Quis nolit Cæſaris eſſe liber?
Ne ferat indignum vatem, centumque lituras,
Mutandas ſemper deteriore nota.
Tu modo te juſſiſſe, pater Romane, memento:
[3] Inque meis culpis da tibi tu veniam.

[1] AVSO-

1. *Nec ſit aperta manus*] Liber vetus: *Nec ſatis apta manus.* Vinetus.

1. *Nec ſatis apta manus*] Aldus Gryphiuſque excuderunt: *Nec ſit aperta manus.* ut & mox: *Non habeo id genii.* haud ita recte.

2. *Blando*] In blando imperio vis ineſt. Idem Auſonius in epiſt. Centonis: *Potentiſſimum imperandi genus eſt, quum is rogat, qui jubere poteſt.* Vinet.

3. *Inque meis culpis*] Legitur & *tuis* pro *meis.* In cogente culpa eſſe videtur major, quam in eo, qui coactus invituſque facit. *Culpas* autem eodem modo poſitas, vide in verſ. 14 Præfat. in lud. Sapientum. *Vin.*

3. *Inque meis culpis*] Hoc melius, quam quod in Aldina Gryphianaque editione legitur: *Inque tuis culpis.*

1. *Auſo-*

[1]AVSONIVS SYAGRIO SVO S.

[2] AVſonius genitor nobis. ego nomine eodem
Qui ſim, qua ſecta, ſtirpe, lare, & patria,
[3] Adſcripſi, ut noſſes, bone vir, quicunque fuiſſem,
Et notum memori me coleres animo.
[4] Vaſates patria eſt patri: gens Ædua matri
De

1. *Auſonius Syagrio*] Poëmatium charactere Lucilliano, cujus initium, *Auſonius genitor nobis.* titulum debet habere: *Auſonius Syagrio ſuo*, & continuandum cum Epigramm. quod infra ſubjicitur, titulo ad *Syagrium*. Scaliger.

2. *Auſonius genitor*] In vetere Lugdunenſi codice, qui multa illa Auſonii Burdigalenſis habuit ſcripta, quæ Charpinus publicanda primus curavit, titulus hic fuit, ABHINC AVSONII OPVSCVLA, quem ſequebatur carmen, *Auſonius genitor nobis*, cum titulo, AVSONIVS LECTORI SALVTEM. ſed libros ſuos Auſonius tam inepte inſcripſerit? Et carmen iſtud quis credat Auſonium poëtam condidiſſe? Quod ſemidocti cujuſpiam verſificatoris fœtus fuerit: qui Auſonii tamen ſtudioſus, ejus Epicedium in patrem Iulium imitari conatus eſt: carmenque ex variis ipſius carminibus compoſuit. Mariangelus Accurſius, qui ante Charpinum hoc ediderat in Diatribis, diſtichaque triginta tria in eo invenerat, quum in Lugdunenſi exemplari undeviginti tantum eſſent, ita judicaverat: qui inſcripſit, EPICEDION IN AVSONIVM POETAM INCERTO AVCTORE. *Vinetus.*

3. *Adſcripſi, ut noſſes, bone vir, quicunque fuiſſem.*] *Bone vir*, ἀγαθέ. apud Horatium, *quo, bone, circa*. Scal.

4. *Vaſſates patria eſt patri. gens Ædua matri*
De patre. Tarbellis ſed genitrix ab Aquis.] Hoc diſtichum ita nulla controverſia legendum putamus: *Matri* enim Auſonii *Æduus* fuit pater, mater *Tarbella*. ut ex Parentalibus cognoſcimus. *Tarbellæ Aquæ* ſunt, non eæ, quæ ad radices Pyrenæorum ſitæ ſunt, prope Tarbam Bigerionum: ſed eæ, quæ ad oſtia Aturri ſunt. Vulgo nomen retinent: nam etiamnum *Aqs* vocantur. Nimis argutantur, qui Ptolemæi Δάκιον opinantur eſſe illam civitatem. Vt non ſatis mirari poſſis primum ſtuporem hominum, qui non vident tantum abeſſe hoc nomen ab illo oppido, quantum Tarbelli abſunt à Gabalis, poſt quos Dacios collocat Ptolemæus. deinde & imprudentiam, qui, cum ſint Vaſcones, tamen ignorant morem linguæ ſuæ, quæ vocibus à vocali incipientibus ſolet hiatus vitandi cauſſa, *D*, præponere, quoties præcedens vox in vocalem deſinit. Iam poſt Bituriges Vibiſcos ad oſtia Aturri & ultra, Strabo Tarbellos collocat. Vnde & *Oceanus Tarbellicus* dicitur. A ſaltu enim Pyrenæo occurrunt primi Tarbelli ad Aturri uſque oſtia. Hinc Boi. deinde
Medu-

De patre: Tarbellis ſed genetrix ab Aquis.
Ipſe ego Burdigalæ genitus. diviſa per urbes
Quatuor antiquas ſtirpis origo meæ.
Hinc late fuſa eſt cognatio, nomina multis
Ex

Meduli. poſtremo Bituriges Vibiſci. A ſaltu Pyrenæo incipere vel unus Ptolemæus teſtis erit. Et eo Tibullus eum tractum Pyrenæi vocavit *Tarbellam Pyrenem*. Cantabros enim & Vaſcones, qui tunc ultra Pyrenem in Hiſpania erant, vicit Meſſala. qui cum Pyrenæum penetraſſent, ſedes ibi poſuere, ubi Tarbelli ſunt. Apud Tibullum ex correctione noſtra legimus:

— *Tarbella Pyrene*
Teſtis, & Oceani litora Santonici.

non, ut vulgo editum eſt:

— *tua bella Pyrene.*

Inter Tarbellos enim, & litora Santonici Oceani tantum Garumna interjacet. cum Tarbellos ad oſtia uſque Garumnæ ponant Strabo, & Ptolemæus. quare neceſſe, ut & Bojos, & Medulos complexi fuerint. Sed *Aquas Tarbellicas* eas eſſe, quas diximus, non autem Bigerronum balnea, quis magis convicerit, quam Auſonius ipſe, qui ſcribit avum ſuum maternum eo perveniſſe, *Vbi Oceanus Tarbellicus perſtrepit?* hoc eſt ad Aturri oſtia, quem locum alibi de eadem re loquens, vocat *Aquas Tarbellas*. Satin' eo loco conſtitit de re parum nota? Præterea Antoninus, à ſummo Pyrenæo Burdigalam proficiſcentibus neceſſitatem imponit per *Aquas Tarbellicas* iter faciendi. Quin & Paulino ex Hiſpania Burdigalam contendenti idem iter aſſignat Auſonius:

— *jam ninguida linquit*
Oppida Iberorum, Tarbellica jam tenet arva.

Vibius Sequeſter Aquas Tarbellicas vocat *civitatem Tarbellam*. *Atyr*, inquit, *Tarbellæ civitatis Aquitaniæ in Oceanum fluit*. Hoc dixi: quia & *Tarbam Bigerronum* putant quidam ita dictam, quia in Tarbellis volunt eſſe. quod falſum eſt, tum quia quidam Aquas Bigerronum eaſdem eſſe cum Aquis Tarbellenſibus volunt hac ratione moti, quod *Tarbam* à Tarbellis dictam volunt. At ſciant iſti Tarbam Bigerronum eſſe: & eorum Epiſcop. non Tarbellenſium, ſed Bigerronum in antiquis Synodis dici: hodieque non aliter vocatur. Præterea aliud eſt Tarba, aliud Tarbelli. Poſtremo alio nomine *Aqs* oppidum vocatum fuit, alio illæ Bigerronum Thermæ. Nam *Aqs*, quod in Tarbellis, ſunt *Tarbellicæ Aquæ:* & civitas Aquenſium. Iſtud vero oppidum, quod non civitas, ſed vicus eſſet, *vicani Aquenſes* dicti. Id patet ex egregia inſcriptione, quam ego ad oppidulum in ſacello quodam reperi, quæ in ſaxo elegantiſſimo cum ſimpulo, & diſco libatorio affabre inſculpta erat. Ea ita habet: NVMINI. AVGVSTI. SACRVM SECVNDVS. SEMBEDONIS. FIL. NOMINE. VICANORVM. AQVENSIVM. ET. SVO. POSVIT. Præterea conſidera: quam longe ſint Tarbelli à Bigerronibus, cum inter eos magna civitas, ſeu populus Aturenſis interjectus fuerit. de quo alibi ſatis. Porro aliæ *aquæ* ſunt in dominio Benearnenſi, ſalubres potu, calidæ & frigidæ junctæ nullo prope intervallo: de quibus intellexit Plinius lib. 21, cap. 11: *Emicant*, inquit, *benigne, paſſimque in pluribus terris alibi calidæ, alibi junctæ, ſicut in Tarbellis Aquitanica gente, & in Pyreneis montibus, tenui intervallo diſcernente.* Qui aquas Benearnenſis ſaltus in Pyreneis viderunt, & biberunt, non dubitabunt Plinium de illis ſenſiſſe. *Scaliger.*

5. *Æmi-*

Ex noſtra, ut placitum, ducta domo veniant
Derivata aliis. nobis ab ſtemmate primo
Et non cognati, ſed genitiva placent.
Sed redeo ad ſeriem: genitor ſtuduit medicinæ,
Diſciplinarum quæ dedit una Deum.
Nos ad Grammaticen ſtudium convertimus: & mox
Rhetorices etiam quod ſatis attigimus.
Nec fora non celebrata mihi: ſed cura docendi
Cultior: & nomen Grammatici merui:
Non tam grande quidem, quo gloria noſtra ſubiret
[5] Æmilium aut Scaurum, Berytiumque Probum:
Sed quo noſtrates, [6] Aquitanica nomina, multos
Collatus, non & ſubditus, adſpicerem.
Exactiſque dehinc per trina decennia faſtis
Aſſerui doctor municipalem operam.
Aurea & Auguſti Palatia juſſus adire
Auguſtam ſobolem Grammaticus docui:
Mox etiam Rhetor. nec enim fiducia nobis
Vana, aut non ſolidi gloria judicii.
Cedo tamen fuerint fama potiore magiſtri,
Dum nulli fuerit diſcipulus melior.
Alcides Atlantis, & Æacides Chironis,
[7] Pæne Iove iſte ſatus, filius ille Iovis,
Theſſaliam, Thebaſque ſuos habuere penates:

At

5. *Æmilium aut Scaurum*] Deeſt hujuſce disjunctionis alterum membrum. Lege igitur: *Æmilium ad Scaurum.* Aut ſi hæc non arridet, tametſi ſincera ſit & genuina lectio; repone, *Berytiumve Probum.* De quibus Grammaticis plura ad Carmin. XV Profeſſor.

6. *Aquitanaque nomina*] Quid hic faciat copula, merito quæramus, quum ſit appoſitio, *multos noſtrates Aquitana nomina.* Quare meo periculo corrige: *noſtrates Aquitanica nomina multos*; id eſt, Aquitanos. Sic in Vrbibus: *Tectoſagos paganica nomina Volcas* legendum eſſe illic monui. & pluribus adſtruxi: pro, *Paganaque nomina.* Ibidem *Aquitanica rura* dixit, ut hic *Aquitanica nomina.* Sed nec editio vetus, qua Fruterius uſus eſt, aliter habuit; qui lectionem hanc male ſollicitavit, & pro ea *Aquitanaque nomina* ſuppoſuit.

7. *Pæne Iove iſte ſatus*] Alcides, Hercules, Atlantis diſcipulus, Iovis filius fuiſſe perhibetur ex adulterio. Æacides vero Achilles, diſcipulus Chironis, Iovis fere fuit filius. Peleum enim patrem habuit: Peleus Æacum Iove genitum. *Vinetus.*

8. *His*

At meus hic toto regnat in orbe ſuo.
Cujus ego comes,& Quæſtor,&,culmen honorum,
Præfectus Gallis, & Libyæ, & Latio:
Et prior indeptus faſces, Latiamque curulem,
Conſul, collega poſteriore, fui.
[8] Hic ego Auſonius: ſed tu ne temne, quod ultro
Patronum noſtris te paro carminibus.
Pectoris ut noſtri ſedem colis, alme Syagri,
Communemque habitas alter ego Auſonium:
Sic etiam noſtro præfatus habebere libro,
Differat ut nihilo, ſit tuus, anne meus.

8. *Hic ego Auſonius*] Abſque ſynalœpha pronunciandum hoc. Verum quis hic *Auſonius*, & quis Suagrius *Syagriuſve*? ut utroque modo ſine vitio ſcribebat antiquum exemplar. ac ſi poëta ſit Auſonius, quando hoc ipſe ſcripſit hexaſtichon? & cui ſuo libro præſcripſit? At hoc vide, quomodo in vetuſto illo Lugdunenſi libro poſitum erat. Diximus modo, illic decem & novem tantum habuiſſe diſticha Epicedium in Auſonium, cujuſcunque ſit auctoris, eorum nonodecimo, quod eſt, *Et prior indeptus faſc.* continuabat antiquus liber diſtichon, *Hic ego Auſonius.* Huic diſticho ſubjiciebat titulum, AVSONIVS SVAGRIO. & titulo tetraſtichon, *Pectoris ut noſtri.* Quam rem quum minus rectè habere cenſuiſſent Lugdunenſes, diſtichon, *Hic ego Auſonius* ſepararunt à ſuperiori carmine: eique titulum illum ſuperſcripſerunt. *Vinet.*

8. *Hic ego Auſonius*] Ita & Horatius in Epodis: [illegible] *ego infelix, quem tu fugis:* citante Fruterio, qui hiatum hunc probat. vide ſis & Barthium tuentem lib. xx, cap. 18 Adverſariorum. Perperam vero τὸ *ſum* ab aliis inſertum eſt. Vtut alii aliter ſentiant, extrema duo diſticha vere Auſoniana, à ſuperiore carmine ſejungenda cenſeam; quod an Auſonii ſit, dubito. certe mutilum eſt.

AVSONIVS LATINO PACATO DREPANIO, FILIO.

CVi dono lepidum novum libellum?
[1] Veronenſis ait poëta quondam:
Inventoque dedit ſtatim Nepoti.
At nos illepidum, rudem libellum,
[2] Burras, quiſquilias, ineptiaſque,

[3] Cre-

1. *Veronenſis poëta*] Cajus Valerius Catullus poeta, ex *Verona* Italiæ civitate. *Vinetus.*

2. *Burras quiſquilias*] Vſus eſt vocabulo Aquitanico. Nam hodie major pars Aquitanicarum nationum *quiſquilias* vocat *Burras.* Scaliger.

2. *Burras, quisquilias*] *Burra,* quid ſit

[3] Credemus gremio cui fovendum?
[4] Inveni, trepide ſilete nactæ,
Nec doctum minus, & magis benignum,
Quam quem Gallia præbuit Catullo.
Hoc nullus mihi carior meorum.
Quem pluris faciunt novem Sorores
Quam cunctos alios, Marone demto.
PACATVM haud dubie, Poëta, dicis.
Ipſe eſt, intrepide volate verſus:
[5] Et nidum in gremio fovete tuto.
Hic vos diligere, hic volet tueri.
[6] Ignoſcenda teget, probata tradet,
Poſt hunc judicium timete nullum.

ſit neſcio, nomen alibi mihi non lectum, quod hoc loco rem minimi vel potius nullius pretii ſignificat, ut *gerra* ſimile verbum in præfatione in Griphum. Quæſivit Pithœus de illo primi Adverſariorum capite ſextodecimo. Sed *quinquilia*, ut ſcribunt Feſtus, & Servius, ſunt quicquid ex arboribus, ſurculorum, foliorumque cadit, ſtipulæ, aliaque terrarum purgamenta. *Vinetus.*

3. *Credemus gremio cui fovendum?*] Ita lego. Cor. vero Nepotem Plinius *conterraneum* ſuum vocat. Et Auſonius ipſe *Gallum* vocat; cum ait:

Quam quem Gallia præbuit Catullo.

Quo nomine *Catullus* videtur juſtam cauſſam habuiſſe ſuum poëma ei dedicandi. Nam qui alias rationes ex ſuis conjecturis expiſcantur, nugari mihi videntur. *Scaliger.*

3. *Gremio cui*] Sic fuit in exemplari: & metrum vitiarunt, qui *cujus* pro *cui* ſcripſerunt. *Vinetus.*

4. *Inveni, trepida ſilete nuga*] Quod quærebam, inquit, inveni, nempe cui mittam, & credam meum libellum. Quieſcite jam, & ſollicitudinem omittite, ô trepidæ nugæ meæ. Ita hæc vocabula per *a* in exemplari, & *nuga*, non *nata*, ut ediderunt Lugdunenſes. Sic & hæc ſua edyllia *quinquilias ineptias*que jam appellavit Auſonius. *Vinet.*

5. *Et nidum*] Ego ita indubitanter lego: Non, *nudum*, ut vetus liber, & editiones. *Scaliger.*

5. *Et nidum in gremio fovete tuto*] ὑπαλλαγή, ſi nihil eſt vitii, pro, ipſe vos foveat in ſinu ſuo intimo, & complectatur: ſicut XII Æneidos:

— *annuerit nobis victoria Martem*,

pro, annuerit nobis victoriam Mars. *Vinetus.*

6. *Ignoſcenda teget*] Eadem invenies [illegible] in præfatione in Ludum Sapientum ad eundem Drepanium Pacatum. *Idem.*

D. MA-

D. MAGNI AVSONII BVRDIGALENSIS EPIGRAMMATA.

[a] De Auguſto. Epigramma 1.

PHœbe potens numeris, præſes Tritonia bellis,

[b] Tu

1. D*Ecimi Magni Auſonii*] Librarii, aut recenſitores librorum veteres, vel ad dandam differentiam, vel auctoris alicujus vitæ, morum, generiſve notandi gratia, conſueverunt cognomina quæpiam iis titulis apponere e medio plerumque ſumta, & frivolis verbis uni atque alteri, aut rumori plebejo debita. Qua enim alia de cauſſa Auſonius Poëta *Pæonii* nomen in priſcis libris (vidimus ipſimet in ſchedis) habet, quam quod pater ejus Medicus fuiſſe ex ipſiuſmet ſcriptis deprehenditur? Tamen in faſtis quoque Capitolinis ita vocatur; *D. Magnus, Pæonius, Gallus.* Barthius.

2. *De Auguſto*] Ambiguum plerique videri volunt, Theodoſione, an Gratiano Principibus inſcriptum opus, nominique datum cenſeatur. Theodoſio itaque dicatum, innuere videntur illa, quod per epiſtolam *τὴν αὐτογράφην* ejus opera Imperator efflagitat. neque minus de Poëtæ verſibus conjectari, quibus ejus *juſſu* atque imperio excitum ſe ad ſcribendum, emittendumque carmina *præfatur*. Quanquam vereor an hæc aſſertio ſatis firmiter quoque conſiſtat. quis enim liquido affirmare auſit, vel Theodoſii epiſtolam videri ipſam, vel de Theodoſio dici juncta carmina, librariis pro libidine inſcriptiones immutantibus? validiora porro Gratiani partium argumenta ſe offerunt. Neque nunc aut inſtitutionis curam, aut quæſturam, aut præfecturam, aut conſulatum commemorem: qui dignitatum delati gradus varis animum in confingendas quoque laudes excitare poſſint. Theodoſium literis mediocriter inſtitutum, memoriæ traditur. Gratianum vero, præclaræ indolis adoleſcentem, haud mediocriter. Quin & carmen condendi, proſam eloquendi, controverſias Rhetorum more dirimendi facundum. neque parum ſpiculis meditari ſolitum, & divinæ propemodum dexteritatis credere, cum deſtinata percuteret. quæ omnia nec in actione gratiarum ad Gratianum Aug. ſilentur. Et in tertio Epigrammate, cui nulla eſt inſcriptio, Gratiano quoque Poëtam blandiri crediderim. Converſus enim ille in Commodi Cæſaris ſtudia, feras etiam ſagittis intra ſepta confecit: ſint licet qui ad Valenti-

[3] Tu quoque ab aërio præpes Victoria lapſu,
[4] Come ſerenatam duplici diademate frontem,
Serta ferens, quæ dona togæ, quæ præmia pugnæ.
[5] Bellandi fandique potens Auguſtus, honorem
Bis

lentinianum referendum putent, eique inſcripſerint. *Mariang. Accurſius.*

3. *Tu quoque ab aërio*] Cn. Mattius doctus vir (ut teſtatur Gellius) in ſecundo Iliados, *Victoriam volucrem, præpetem* appellavit, hoc verſu:

Dum dat vincenti præpes victoria palmam.

labuntur itaque, & quidem præcipites, qui *præceps* ſubſtituendum curavere. Conſtat alioqui deam ipſam olim fingi, pingique alatam veteribus ſolitam. Quod & Romæ imprimis ſimulacra indicant. tum Pompeji carmen,

Νίκη χαίς σε φυγῶν ἄπτερος ἡ δυνάται.

Hinc & Claudianus in VI. Honorii Aug. conſulatum ait:

Affuit ipſa ſuis ales victoria templis.

Quanquam *talis*, non *ales* legitur etiam in codicibus noviſſime recognitis. *Accurſius.*

3. *Tu quoque ab aërio*] Victoriam, quam inter Deos quondam habitam fuiſſe Lilius Ferrarienſis pluribus oſtendit, alæ affigebantur, quas etiam *præpetes* dixit poſt Virgilium Auſonius in Technopægnio. Lampridius in vita Auguſti Alexandri, *Pater eâdem nocte in ſomniis vidit alis ſe Romanæ Victoriæ, quæ in ſenatu, ad cælum vehi.* Piſthetærus in Avibus Ariſtophanis:

Αὐτίκα Νίκη. πέτεται πτερύγοιν χρυσαῖν.

Eſt & libro quarto Anthologiæ diſtichon in ſtatuam Victoriæ, quæ alas amiſerat. *Elias Vinetus*

3. *Tu quoque ab aërio*] non modo volucrem *præpes* ſignificat, verum etiam proſperam victoriam. Servius ad l. 3. Aen. *Alites* (ita leg. non *aliter*, ut vulgo) *enim certa genera avium ab auguribus appellantur, quæ pinnis vel volatu omina poſſunt facere.* (ita melius quam *omnia*) *quæ ſi fuerint proſpera* præpetes; *ſi adverſa,* inhibræ (vel *inebræ*) *dicuntur.* Ego ſane ea ſignificatione hic acceperim, ut propitia victoria adeſſe dignetur. Nec temere *ab aërio lapſu* addidit Auſonius, quoniam præpetes, ut idem ait Servius, *aut ſuperiora tenent, & præpetes vocantur: aut inferiora, & dicuntur* inferæ. quem videſis eadem fere ad lib. VI. Aen. repetentem: ſed inprimis A. Gell. l. 6. c. 6.

4. *Come*] orna, ut in ſexageſimo verſu Protreptici, & in triceſimotertio jambici ad Probum. *ſerenatam*] exhilaratam, lætam devictis hoſtibus. *duplici diademate*] duabus coronis, togæ, & pugnæ: fandi, & bellandi: rei litterariæ, & bellicæ. *Vinetus.*

5. *Bellandi fandique potens*] Quanquam ſcio in utroque hoc genere magnum fuiſſe Auguſtum Valentinianum patrem Gratiani, tamen placet Auguſtum hic intelligere Gratianum, Auſonii diſcipulum: qui valde juvenis apud Argentarium oppidum Galliæ, longe impari militum numero hoſtem aggreſſus, pluſquam triginta Alemanorum millia minimo ſuorum detrimento interfecit in prœlio, anno à Chriſto nato trecenteſimo & octogeſimo. *Vinetus.*

5. *Bellandi fandique potens*] Recte hæc Mariangelus ad Gratianum refert vir judicii optimi. Sic Oppianus Cyneget. IV de Antonino:

—— μακάρεσσιν ὁμοῦ
πολέμῳ καὶ ἀοιδῇ. *Barthius.*

6. ut

Bis meret: [6] ut geminet titulos, qui prœlia Muſis
Temperat, & [7] Geticum moderatur Apolline Martem.
Arma inter [8] Chunoſque truces, furtoque nocentes
Sau-

6. *ut geminet titulos*] Cum toto argumento imperatoriam in eo vim enituiſſe, inter prima conetur oſtendere, quamquam illi nihil omnino ad faſtigium auguſtæ majeſtatis defuerit, quæ bellica virtute pariter & toga inſigniri deſideret, non aliena ſunt & quæ ad belli laudem prælibantur. Licet enim Theodoſii rerum geſtarum uti copia ſic fama major fuerit, Gratiani tamen nominis celebritas eo magis floruit, quo per tantarum rerum exſpectationem mortalium deſiderio ævi flore ſublatus elanguit. Hinc & in actione gratiarum ſcriptum eſt, *Tu Auguſte venerabilis diſtrictus maximo bello, aſſultantibus tot millibus barbarorum, quibus Danubii ora prætexitur, comitia conſulatus mei armatus exerces.* item alibi: *vincendo & ignoſcendo, Sarmaticum.* Mariang. Accurſius.

7. *Geticum moderatur Apolline Martem.*] Carminibus bellum temperat, quod contra Getas gerit. Sunt autem Getæ populus Thraciæ, quos eoſdem & Gothos eſſe Spartianus, Claudianus, Oroſius, Sidonius, & Iornandes auctores ſunt. *Vinetus.*

8. *Chunoſque truces*] Qui *Cimbros*, pro *Conos*, emendandum atque imprimendum curavere, quam ſequantur annalium fidem, arbitrari ſatis non poſſumus. fuit certe, quando locum nos corrigere tentantes, de *Conan* quiddam ſuſpicaremur. quod Lucani carmen recordatus videretur Auſonius, quo *Conon* ipſam inſulam, ac Sauromatas comprehendit, lib. III. Pharſalidos:

—— —— *Barbara Cone*
Sarmaticas ubi perdit aquas.

Fuit etiam, cum *Conos* defendi poſſe non negaverim, ut eoſdem Sarmatas latrociniis ſimul & bello truculentos oſtenderet. Quod & vetuſti exemplaris lectio firmabat, cultius adhuc pro *Conos*, *Conos* habentis. Siquidem gens ipſa, alias bellatrix & indomita, veluti per galeatum conos, ita & per cuneum, militare agmen, Poëtarum more ſubnotari poterit. Cum vero poſtea in noſtris aliquot codicibus *Conos* invenerim, facile in eam ſententiam pedibus [illegible], ut aſpiratione tantum addita *Chunos* emendandum arbitremur. Sunt [illegible] in Pannonia, ſua lingua, etiam nunc qui vocentur Chuni. Quorum [illegible] perexiguis ſane finibus [illegible]. Et Ptolemæus ſcribit, *Inter* [illegible] *& Rhoxolanos ſunt Chuni, &* [illegible] *quoque montibus.* Ammianus Marcellinus lib. XXXI, qui eſt rerum geſtarum noviſſimus, de Gothis ita ſcribit: *Chunorum & Alanorum aliquos ad ſocietatem ſpe prædarum* [illegible]. Sed & reliqua in eo libro Gratiani præclara facinora vix puberis, & jam inde in æmulationem [illegible] Principum ſurgentis, ſi perlegamus, maxime conducit, ut hic locus planius intelligatur, atque univerſum Epigramma diligentius [illegible]. *Accurſius.*

8. *Chunoſque*] Placet [illegible] emendatio. Nam in iis, quæ in [illegible] nium Apollinarem [illegible], [illegible] nuimus in antiquis libris frequenter *Chunos* ſcribi, aut etiam ſine h, *Cunos*, quomodo habuit quoque [illegible] neus codex in gratiarum Conſulis Auſonii, qui vulgo *Hunos*, ſeu [illegible], Dionyſio etiam Geographo [illegible], id eſt, *Unni* appellantur. Epitome Victoris ſic habet de Gratiano Auguſto. *Hic quum* [illegible] *Thraciam* [illegible] *que,* [illegible] *Gothis Taifalis, atque* [illegible] *atrocioribus Hunnis & Alanis,* &

xxx.

Sauromatas, quantum ceſſat de tempore belli,
Indulget [9] Clariis tantum inter caſtra Camœnis.
Vix poſuit volucres ſtridentia tela ſagittas,
Muſarum ad calamos fertur manus, otia neſcit,
Et commutata meditatur arundine carmen.
Sed carmen non molle modis, bella horrida Martis
[10] Odryſii, Threſſæque [11] viraginis arma retractat.
Exſulta Æacide, celebraris vate ſuperbo
Rurſum: Romanuſque tibi contingit Homerus.

reliq. Recenſentur autem Hunni inter gentes Scythicas & Septentrionales. de quibus plura Iornandes in Gothicis & Ammianus libro triceſimo primo. *Vinetus.*

8. *Chunoſque truces*] Divus Hieronymus in Epitaph. Fabiolæ: *Ecce ſubito diſcurrentibus nunciis Oriens totus intremuit, ab ultima Mæotide inter glacialem Tanaim & Maſſagetarum immanes populos, ubi Caucaſi rupibus feras gentes Alexandri clauſtra cohibent, erupiſſe Hunnorum examina, quæ pernicibus equis huc illuc volitantia cædis pariter & terrorum cuncta complerent. Aberat tunc Romanus exercitus, & bellis civilibus in Italia tenebatur. Hanc gentem Herodotus refert ſub Dario rege Medorum viginti annis Orientem tenuiſſe captivum, & ab Ægyptiis atque Æthiopibus annuum exegiſſe vectigal. Inſperati ubique aderant: & famam celeritate vincentes non religioni, non dignitatibus, non ætati parcebant, non vagientis miſerebantur infantiæ.* unde ſane liquet, cur Chunos, ſive Hunnos, noſter *truces* appellaverit.

9. *Clariis Camœnis*] alii, *Latiis.*

10. *Odryſii*] Odryſius Mars idem qui Thracius. Martem enim Deum belli Thraces inprimis colebant. Idem Auſonius in Monoſyllabis.

Mars nullo de patre ſatus, quem Threſſa colit gens.

Fuerunt autem Thraciæ gens Ὀδρυσαι ab urbe ſua Odryſa dicti: quorum meminerunt Strabo, Plinius, Solinus, Stephanus, & alii. *Vinet.*

11. *Viraginis*] Pentheſileæ Amazonum reginæ. Thraciam autem Amazones primum tenuiſſe ſcribit Servius in illud undecimi Æneidos,

Quales Threiciæ quum flumina Thermodoontis
Pulſant, & pictis bellantur Amazones armis.

Sic autem in carmine de laboribus Herculis, *Threiciam* dictam Amazonem invenies. Lilius tamen Ferrarienſis, *Enyo* hîc ſignificari vult: quam *Bellonam* Latini dicunt, deam ſcilicet belli, quod bellaces ſemper fuerunt Thraciæ populi. *Vinetus.*

[1] De fera à Cæſare interfecta. II.

CEdere quæ [2] lato neſcit fera ſaucia ferro,
Armatique urget tela cruenta viri,

[3] Quam

1. *De fera*] Aurelius Victor, ubi de Gratiani Cæſaris moribus & ſtudiis agit, eum ſolitum ſcribit nihil aliud die noctuque agere, quam ſpiculis medita-

[3] Quam grandes parvo patitur ſub vulnere mortes,
Et ſolam leti vim probat eſſe manum!
[4] Mirantur caſuſque novos, ſubitaſque ruinas:
[5] Quæritur, & fallit lumina plaga recens.
Nec contenta ictos letaliter ire per artus,
[6] Conjungit mortes una ſagitta duas.
Plurima communi pereunt ſi fulminis ictu,
Hæc quoque de cœlo vulnera miſſa putes.

meditari: ſummæque voluptatis, divinæque artis credere, ferire peritè ſibi deſtinata. Eadem habet etiam Paulus Diaconus. *Vinetus.* adi & Ammianum Marcellinum lib. xxxi.

2. *Lato ferro*] Venabulo lati ferri, ut exponit Servius. Eſt enim hoc ex libro quarto Æneidos Virgilii:

Retia rara, plagæ, lato venabula ferro.

Vinetus.

3. *Quam grandes*] Idem *grandis*, in Ioannis Tilii vetuſto codice: qui & *Mirantur* habebat pro *miratur*. Idem.

4. *Mirantur*] forte melius, *miramur caſuſque novos.*

5. *Quæritur & fallit*] Non dubium eſt expungendum illum verſiculum:

Quas ferat à celeri vulnere dextra valens.

Eſt enim ineptiſſimus, & ab illis audacibus Correctoribus, qui nihil non contaminant, importune hic obtruſus. Reponendus autem ille, quem in veteri codice reperit Mariangelus:

Quæritur, & fallit lumina plaga recens.

Non dubito, quin primis temporibus ille verſiculus in libris Auſonii deſideraretur. Et ad eam lacunam explendam munificos Correctores de ſuo illum verſiculum Auſonio donaſſe. *Scaliger.*

6. *Conjungit mortes*] Fera illa gravida erat. Eſt & apud Martialem epigramma in Domitianum, duodecimum ſpectaculor. de ſue, quæ ex vulnere peperit. *Vinetus.*

Danubius Augg. alloquitur. III.

ILlyricis regnator aquis, [1] tibi, Nile, ſecundus
[2] Danubius lætum profero fonte caput.
Salvere [3] Auguſtos jubeo, natumque, patremque,
Armi-

1. *Tibi Nile ſecundus*] Nilus & Danubius ſunt fluviorum omnium in mare internum influentium maximi; Nilus Africæ, alter Europæ. ſed Danubius tamen Nilo minor, teſte Pomponio Mela libro ſecundo, & Gellio libro decimo: quare ſe hic illi ſecundum facit. De Nilo plurima Seneca in libris Naturalium quæſtionum. *Vinetus.*

2. *Danubius lætum*] MS. Codex *lato*. Epigrammatis inſcriptio, quam recentioribus voluminibus ſuperinduxerunt, neque vera eſt, neque rei argumento conſona. *Mariang. Accurſius.* τὸ *lato* certe ego τῦ ποιητῦ arbitror. *Barthius.*

3. *Auguſtos*] Anno ab v.c. MCXIX, ut Eutropius ſcribit, qui annus Chriſti CCCXXIX putatur, Valentinianus

Armiferis alui quos ego [4] Pannoniis.
Nuncius Euxino jam nunc volo currere ponto,
Vt

nus quum eſſet Tribunus Scutariorum, fuit apud Nicæam Bithyniæ metropolin, Ioviano mortuo, Auguſtus nuncupatus, ſexto Calendas Martias. Illi patria fuit Cibalæ Pannoniæ oppidum. Pater Gratianus, vir ignobili ſtirpe ortus, ſed ſtrenuus. Frater Valens, quem hoc ipſo anno Calendis Aprilis Auguſtum pronunciavit Conſtantinopoli Valentinianus, atque in communionem imperii aſſumpſit. Vxores ſimul duæ, Severa, ex qua Gratianus: & Iuſtina, ex qua Valentinianus junior, & filiæ tres, Iuſta, Grata, Galla. Gratianus patre hauddum Imperatore natus, magiſtrum litterarum Auſonium Burdigalenſem habuit: & à patre Ambianis in Gallia Imperator creatus eſt, Idibus Auguſti, Lupicino, & Ioviano conſulibus, ut tradunt, annos nondum natus octo. Hieronymi, puto non fallunt rationes, qui illa tempora vidit, & Euſebii chronicis adjecit. in quo *negotio Valentianus Cæſar morem inſtitutum antiquitus ſupergreſſus, non Cæſares ſed Auguſtos germanum nuncupavit, & filium. Neque enim quiſquam antehac aſcivit ſibi pari poteſtate collegam præter Principem Marcum.* Valentinianus vero, Valentiniano jam Cæſare, ἐν τοῖς ἑσπερίοις μέρεσιν, inquit Socrates, fratre Gratiano & Dagalæpho Conſulibus natus, mortuo patre ab eodem Gratiano Auguſto fratre, qui tum agebat in Gallia, Treviris, ut quidam referunt, parvulus admodum, imperii ſocius factus eſt: Valentinianuſque Iunior dictus. Alii in Italia illum à militibus Cæſarem creatum, die ſexta à patris morte, ſcribunt. Legendi horum auctores Socrates Conſtantinopolitanus, Zoſimus, Ammianus, Victor, Oroſius, Diaconus, Beda Anglus.

Valentiniani Imperatoris
- Pater, Gratianus, Funarius dictus.
- Frater, Valens Imperator.
- Vxores duæ,
  - Severa,
  - &
  - Iuſtina.
- Filii duo,
  - Gratianus Imperator, ex Severa,
  - &
  - Valentinianus Iunior Imperator, ex Iuſtina.
- Filiæ tres,
  - Iuſta,
  - Grata,
  - Galla. Hanc duxit Theodoſius Magnus Imperator.

Vinetus.

4. *Pannoniis.*] Barbarorum continuæ irruptiones, atque haud facile cedens immanitas, in Pannoniis Imperatores Romanos diutiſſime agere coëgit, unde multi in ea regione nati, & educati Cæſares: quod videre licet apud eos, quos modo citavimus auctores, alióſque complures. Eſt autem PANNONIA duplex Geographis, ut Ptolomæo libro ſecundo, ſuperior & inferior. Vtramque fere poſtquam tenuere Hunni & Avares, Hunga-

Vt ſciat hoc [5] Superûm cura ſecunda Valens;
Cæde, fuga, flammis [6] ſtratos periiſſe [7] Suevos:
Nec Rhenum Gallis limitis eſſe loco.
Quod ſi lege maris refluus mihi curreret amnis,
Huc poſſem victos inde referre [8] Gothos.

Hungariam compoſito nomine appellarunt: per quas multáſque alias terras in Euxinum Pontum grandis defluit Danubius. *Vinetus.*

5. *Superûm cura ſecunda Valens.*] Vt deorum prima cura ſit Valentinianus. Duo autem illi fratres quum Conſtantinopoli in Pannoniam rediiſſent, ibi diviſa inter ſe imperii cura, Valentinianus in Galliam ſeu Occidentem, Valens in Thraciam Orientemve profectus eſt: atque ita aliquandiu in duo manſit diviſus orbis Imperii Romani, Gratiano puero Auguſto cum patre agente. *Idem.*

6. *ſtratos*] *fractos* Tilianus codex. *Idem.*

7. *Suevos*] hoc loco Suevi intelligendi ſunt, auctore Beato Rhenano, qui aliis, *Alemani* dicuntur, collecticia gens, qui ſe appellarent Suevos: quod eorum ex Suevis major eſſet fortaſſe pars. *Vinetus.*

8. *Gothos*] quamvis aliquot expeditionibus primum ex ſententia Gothos fregerit Valens, tamen ab iis tandem victus, ac in prœlio ſagittis ſaucius, in caſam quum deportatus fuiſſet viliſſimam, ait Aurelius Victor, à ſupervenientibus Gothis igni ſuppoſito, incendio concrematus eſt, nono die Auguſti, in ſuo ſexto & Valentiniani Iunioris ſecundo Conſulatu, inquit Socrates quarto Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, id eſt, anno Chriſti trecenteſimo octogeſimóque primo. *Idem.*

Idem eoſdem alloquitur. IV.

DAnubius [1] penitis caput occultatus in oris,
Totus ſub veſtra jam ditione fluo.
Qua gelidum fontem mediis effundo Suevis,
[2] Imperiis gravidas qua ſeco Pannonias,

Et

1. *Penitis*] intimis, latentibus, reconditis, & ob id ignoratis locis. Sic autem lego, pro *penitus*, ſicut Plautus dixit in Aſinaria, *exſcreare ex penitis faucibus.* Vinetus.

2. *Imperiis gravidas*] non placet, cum unum eſſet tantum imperium Romanum. quamvis conati ſumus aliquando eam lectionem defendere. Sed ego puto, imo cenſeo legendum:

Emperiis gravidas qua ſeco Pannonias.

Celeberrimæ enim fuerunt ex provinciæ eo tempore, ſi quæ aliæ Pop. Romani. *Scaliger.*

2. *Imperiis gravidas*] quæ multos pepererunt Imperatores, ut Decium, Iovianum, Valentinianum, Valentem, Gratianum. Sic Virgilius *Italiam imperiis gravidam* dixerat libro quarto Æneidos. *Vinetus.*

2. *Imperiis gravidas*] Non probabit, credo, Scaliger viris doctis emendationem ſuam, (*emperiis gravidas*) ubi

locum

Et qua [3] dives aquis Scythico ſolvo oſtia ponto:
Omnia ſub veſtrum flumina mitto jugum.
Auguſto dabitur, ſed proxima palma, Valenti.
[4] Inveniet fontes hic quoque, Nile, tuos.

locum Virgilii, ad quem Auſonius alluſit, à Vineto adductum reſpexerint. Sic & Claudianus Hiſpaniam *Principibus fœcundam* dixit, & Iſidorus *Principum gentiumque matrem* vocavit, quæ Trajanum, Hadrianum, Theodoſium, filioſque Romanis dederat. unde mox apud eundem Claudianum in laude Serenæ:

Sola novum Latiis vectigal Iberia rebus
Contulit Auguſtos.

3. *Dives aquis*] Plinius libro quarto de Danubio ſic ſcribit: *Ortus hic in Germania jugis montis Abnoba, ex adverſo Raurici Galliæ oppidi, multis ultra Alpes millibus, ac per innumeras lapſus gentes Danubii nomine, immenſo aquarum auctu, & unde primum Illyricum alluit, Hiſter appellatus, ſexaginta amnibus receptis, medio fermè numero eorum navigabili, in Pontum vaſtis ſex fluminibus evolvitur.* Hæc Plinius. qui etiam oſtiorum Danubii nomina tradit, ut Solinus, & alii. *Vinetus.*

4. *Inveniet fontes*] Vult dicere Auſonius, quum Danubii & Nili fontes ignoti eſſent antiquis, Danubii ortum jam tandem inventum eſſe in Germania, devictis barbaris, qui accolebant: ſicque totum jam fluvium principibus Romanis parêre. Reſtare autem Nili fontes ad partem Mundi adverſam inveniendos. Inventurum autem eos Valentem Auguſtum, & eam orbis terrarum partem ſubacturum. Sic ſolent Poëtæ aſſentari. *Idem.*

[1] Sub Valentiniani Iunioris ſigno marmoreo. V.

NVnc te marmoreum pro ſumptu fecimus: at cum
[2] Auguſtus frater remeaverit, aureus eſto.

Picturæ

1. *Sub Valentini Iunioris*] corrigi quidem debuerat, *Valentiniani*, non autem immutari *Imitatio Maroniana.* quod ad interpretis munus accedit. Valentinianus enim Gratiani Majoris filius, fratrem habuit Valentem: filios Gratianum & Valentinianum. Hinc in actione gratiarum dictum eſt: *Tu Valentiniano genitus.* Quanquam major exemplarium numerus *Valentiano* retinet. ut alioqui miremur, quonam modo, qui poetæ vitam conſcripſere, hoc addiderint, ſub *Valentino, Gratiano, Valentiniano,* & *Valente* eum floruiſſe. Tam enim patri, quam filio, Valentiniani nomen fuit. ut apud Ammianum cæteroſque intueri licet. In quibus etſi depravatum pari modo, quo & in Auſonio plerunque legitur, illud certe fulcit, quod Major, ſeniorque Valentinianus *pater* dici conſuevit, Minor, juniorque *filius. Accurſius.*

2. *Auguſtus frater.*] poſſet Auguſtus frater, Valens intelligi, ut ſit ſenſus, quum redierit è Thracia profligatis Barbaris Valens ad nos, ad Valentinianum. Pariſinus tamen codex admonet, hos verſus ſub Valentiniani Iunioris ſigno marmoreo fuiſſe poſitos: reliqui imitationem duntaxat Maronianam eſſe. Eſt enim in

Eclo-

Ecloga ſeptima Virgilii ad Priapum, *Nunc te marmoreum pro tempore fecimus: at tu Si fœtura gregem ſuppleverit, aureus eſto.* Vinetus.

Picturæ ſubditi, ubi Leo una à Gratiano ſagitta occiſus eſt. VI.

[1] QVod leo tam tenui patitur ſub arundine letum,
Non vires ferri, ſed ferientis agunt.

1. *Quod leo*] Si hæc ea fera ſit, de qua eſt epigramma II, leonem pro femina leæna, ſeu *lea*, uſurpaverit Auſonius. *Idem.*

De matre Auguſti. VII.

ANte omnes alias felix tamen hoc ego dicar:
Sive deum peperi femina, ſive virum.

Exhortatio ad modeſtiam. VIII.

FAma eſt fictilibus cœnaſſe Agathoclea regem,
Atque abacum [1] Samio ſæpe oneraſſe luto,
[2] Fercula gemmatis quum poneret [3] horrida vaſis:
Et miſceret opes pauperiemque ſimul.

Quæ-

1. *Samio*] Samos clara Cariæ adjacens inſula, quæ prius *Parthenia*, & *Dryûſa*, & *Anthemuſa*, & *Melamphylos* dicta fuit, auctore Stephano: ex cujus terra elegantia quondam fiebant vaſa fictilia. *Samia*, inquit Plinius libro trigeſimo quincto, *etiamnum in eſculentis laudantur.* Vinetus.

2. *Fercula gemmatis*] Voſſianus alter, quem eundem eſſe cum Tiliano Vineti codice ſuſpicor, præferebat, *Pocula gemmatis quum poneret aurea vaſis*, quod merito reſpuimus. *ponere fercula* ex elegantibus loquutionibus non deterrimæ notæ eſt. Valerius Maximus, De Æſopi Tragici filio, lib. 9. c. 1. 2. *Quem*, inquit, *conſtat cantu commendabiles aviculas immanibus emptas pretiis, in cœna pro ficedulis ponere, acetoque liquatas magna ſumma uniones potionibus aſpergere ſolitum.* ubi τὰ *in cœna*, delenda cenſeo, utpote ab interprete profecta. Vopiſcus in Tacito: *Faſianam avem niſi ſuo, & ſuorum natali, & diebus feſtiſſimis non poſuit.* Corippus lib. 3. v. 191:

Aurea purpureis apponunt fercula menſis
Pondere gemmarum plus gravia.

Qui locus ut *aurea* pro *horrida* legam ferme perſuadet.

3. *Horrida fercula*] agreſtia, inculta, gemmatis vaſis conditura non reſpondentia. *Horrida juventus*, terrigenæ & ruſtici gigantes Horatio lib. III. od. IV. qui pariter *horridos Germaniæ fœtus* pro barbaris atque incultis dixit, lib. IV. od. V. *famem horridam*, Arnobius l. I. *Horridus odor*, apud Palladium lib. rer. ruſt. XII. *Barthius.*

 4. Figulo

[1] AVSONIVS SYAGRIO SVO S.

[2] AVſonius genitor nobis. ego nomine eodem
Qui ſim, qua ſecta, ſtirpe, lare, & patria,
[3] Adſcripſi, ut noſſes, bone vir, quicunque fuiſſem,
Et notum memori me coleres animo.
[4] Vaſates patria eſt patri: gens Ædua matri

De

1. *Auſonius Syagrio*] Poëmatium charactere Lucilliano, cujus initium, *Auſonius genitor nobis.* titulum debet habere: *Auſonius Syagrio ſuo*, & continuandum cum Epigramm. quod infra ſubjicitur, titulo ad *Syagrium*. Scaliger.

2. *Auſonius genitor*] In vetere Lugdunenſi codice, qui multa illa Auſonii Burdigalenſis habuit ſcripta, quæ Charpinus publicanda primus curavit, titulus hic fuit, ABHINC AVSONII OPVSCVLA, quem ſequebatur carmen, *Auſonius genitor nobis*, cum titulo, AVSONIVS LECTORI SALVTEM. ſed libros ſuos Auſonius tam inepte inſcripſerit? Et carmen iſtud quis credat Auſonium poëtam condidiſſe? Quod ſemidocti cujuſpiam verſificatoris fœtus fuerit: qui Auſonii tamen ſtudioſus, ejus Epicedium in patrem Julium imitari conatus eſt: carmenque ex variis ipſius carminibus compoſuit. Mariangelus Accurſius, qui ante Charpinum hoc ediderat in Diatribis, diſtichaque triginta tria in eo invenerat, quum in Lugdunenſi exemplari undeviginti tantum eſſent, ita judicaverat: qui inſcripſit, EPICEDION IN AVSONIVM POETAM INCERTO AVCTORE. *Vinetus.*

3. *Adſcripſi, ut noſſes, bone vir, quicunque fuiſſem.*] *Bone vir*, ἀγαθέ. apud Horatium, *quo, bone, circa.* Scal.

4. *Vaſſates patria eſt patri. gens Ædua matri*
De patre. Tarbellis ſed genitrix ab Aquis.] Hoc diſtichum ita nulla controverſia legendum putamus: *Matri* enim Auſonii *Æduus* fuit pater, mater *Tarbella*. ut ex Parentalibus cognoſcimus. *Tarbellæ Aquæ* ſunt, non eæ, quæ ad radices Pyrenæorum ſitæ ſunt, prope Tarbam Bigerionum: ſed eæ, quæ ad oſtia Aturri ſunt. Vulgo nomen retinent: nam etiamnum *Aqs* vocantur. Nimis argutantur, qui Ptolemæi Δάκιον opinantur eſſe illam civitatem. Vt non ſatis mirari poſſis primum ſtuporem hominum, qui non vident tantum abeſſe hoc nomen ab illo oppido, quantum Tarbelli abſunt à Gabalis, poſt quos Dacios collocat Ptolemæus. deinde & imprudentiam, qui, cum ſint Vaſcones, tamen ignorant morem linguæ ſuæ, quæ vocibus à vocali incipientibus ſolet hiatus vitandi cauſſa, *D*, præponere, quoties præcedens vox in vocalem deſinit. Iam poſt Bituriges Vibiſcos ad oſtia Aturri & ultra, Strabo Tarbellos collocat. Vnde & *Oceanus Tarbellicus* dicitur. A ſaltu enim Pyrenæo occurrunt primi Tarbelli ad Aturri uſque oſtia. Hinc Boi. deinde

Medu-

De patre: Tarbellis ſed genetrix ab Aquis.
Ipſe ego Burdigalæ genitus. diviſa per urbes
Quatuor antiquas ſtirpis origo meæ.
Hinc late fuſa eſt cognatio, nomina multis

Ex

Meduli. poſtremo Bituriges Vibiſci. A ſaltu Pyrenæo incipere vel unus Ptolemæus teſtis erit. Et eo Tibullus eum tractum Pyrenæi vocavit *Tarbellam Pyrenem*. Cantabros enim & Vaſcones, qui tunc ultra Pyrenem in Hiſpania erant, vicit Meſſala. qui cum Pyrenæum penetraſſent, ſedes ibi poſuere, ubi Tarbelli ſunt. Apud Tibullum ex correctione noſtra legimus:

— Tarbella Pyrene
Teſtis, & Oceani litora Santonici.

non, ut vulgo editum eſt:

— tua bella Pyrene.

Inter Tarbellos enim, & litora Santonici Oceani tantum Garumna interjacet. cum Tarbellos ad oſtia uſque Garumnæ ponant Strabo, & Ptolemæus. quare neceſſè, ut & Bojos, & Medulos complexi fuerint. Sed *Aquas Tarbellicas* eas eſſe, quas diximus, non autem Bigerronum balnea, quis magis convicerit, quam Auſonius ipſe, qui ſcribit avum ſuum maternum eo perveniſſe, *Vbi Oceanus Tarbellicus perſtrepit?* hoc eſt ad Aturri oſtia, quem locum alibi de eadem re loquens, vocat *Aquas Tarbellas*. Satin' eo loco conſtitit de re parum nota? Præterea Antoninus, a ſummo Pyrenæo Burdigalam proficiſcentibus neceſſitatem imponit per *Aquas Tarbellicas* iter faciendi. Quin & Paulino ex Hiſpania Burdigalam contendenti idem iter aſſignat Auſonius:

— jam ninguida linquit
Oppida Iberorum, Tarbellica jam tenet arva.

Vibius Sequeſter Aquas Tarbellicas vocat *civitatem Tarbellam*. *Atyr*, inquit, *Tarbellæ civitatis Aquitaniæ in Oceanum fluit*. Hoc dixi: quia & *Tarbam Bigerronum* putant quidam ita dictam, quia in Tarbellis volunt eſſe. quod falſum eſt, tum quia quidam Aquas Bigerronum eaſdem eſſe cum Aquis Tarbellenſibus volunt hac ratione moti, quod *Tarbam* à Tarbellis dictam volunt. At ſciant iſti Tarbam Bigerronum eſſe: & eorum Epiſcop. non Tarbellenſium, ſed Bigerronum in antiquis Synodis dici: hodieque non aliter vocatur. Præterea aliud eſt Tarba, aliud Tarbelli. Poſtremo alio nomine *Aqs* oppidum vocatum fuit, alio illæ Bigerronum Thermæ. Nam *Aqs*, quod in Tarbellis, ſunt *Tarbellicæ Aquæ*: & civitas Aquenſium. Iſtud vero oppidum, quod non civitas, ſed vicus eſſet, *vicani Aquenſes* dicti. Id patet ex egregia inſcriptione, quam ego ad oppidum in ſacello quodam reperi, quæ in ſaxo elegantiſſimo cum ſimpulo, & diſco libatorio affabre inſculpta erat. Ea ita habet: NVMINI. AVGVSTI. SACRVM SECVNDVS. SEMBEDONIS. FIL. NOMINE. VICANORVM. AQVENSIVM. EX. SVO. POSVIT. Præterea conſidera: quam longe ſint Tarbelli à Bigerronibus, cum inter eos magna civitas, ſeu populus Aturenſis interjectus fuerit. de quo alibi ſatis. Porro aliæ *aquæ* ſunt in dominio Benearnenſi, ſalubres potu, calidæ & frigidæ junctæ nullo prope intervallo: de quibus intellexit Plinius lib. 21, cap. 11: *Emicant*, inquit, *benigne, paſſimque in plurimis terris alibi calidæ, alibi junctæ, ſicut in Tarbellis Aquitanica gente, & in Pyrenæis montibus, tenui intervallo diſcernente*. Qui aquas Benearnenſis ſaltus in Pyreneis viderunt, & biberunt, non dubitabunt Plinium de illis ſenſiſſe. *Scaliger.*

Ex noſtra, ut placitum, ducta domo veniant
Derivata aliis. nobis ab ſtemmate primo
Et non cognati, ſed genitiva placent.
Sed redeo ad ſeriem: genitor ſtuduit medicinæ,
Diſciplinarum quæ dedit una Deum.
Nos ad Grammaticen ſtudium convertimus: & mox
Rhetorices etiam quod ſatis attigimus.
Nec fora non celebrata mihi: ſed cura docendi
Cultior: & nomen Grammatici merui:
Non tam grande quidem, quo gloria noſtra ſubiret
[5] Æmilium aut Scaurum, Berytiumque Probum:
Sed quo noſtrates, [6] Aquitanica nomina, multos
Collatus, non & ſubditus, adſpicerem.
Exactiſque dehinc per trina decennia faſtis
Aſſeriti doctor municipalem operam.
Aurea & Auguſti Palatia juſſus adire
Auguſtam ſobolem Grammaticus docui:
Mox etiam Rhetor. nec enim fiducia nobis
Vana, aut non ſolidi gloria judicii.
Cedo tamen fuerint fama potiore magiſtri,
Dum nulli fuerit diſcipulus melior.
Alcides Atlantis, & Æacides Chironis,
[7] Pæne Iove iſte ſatus, filius ille Iovis,
Theſſaliam, Thebaſque ſuos habuere penates:

At

5. *Æmilium aut Scaurum*] Deeſt hujuſce disjunctionis alterum membrum. Lege igitur: *Æmilium ad Scaurum.* Aut ſi hæc non arridet, tametſi ſincera ſit & genuina lectio; repone, *Berytiumve Probum.* De quibus Grammaticis plura ad Carmin. XV Profeſſor.

6. *Aquitanaque nomina*] Quid hic faciat copula, merito quæramus, quum ſit appoſitio, *multos noſtrates Aquitana nomina.* Quare meo periculo corrige: *noſtrates Aquitanica nomina multos*; id eſt, Aquitanos. Sic in Vrbibus: *Tectoſagos paganica nomina Volcas* legendum eſſe illic monui, & pluribus adſtruxi: pro, *Paganaque nomina.* Ibidem *Aquitanica rura* dixit, ut hic *Aquitanica nomina.* Sed nec editio vetus, qua Fruterius uſus eſt, aliter habuit; qui lectionem hanc male ſollicitavit, & pro ea *Aquitanaque nomina* ſuppoſuit.

7. *Pane Iove iſte ſatus*] Alcides, Hercules, Atlantis diſcipulus, Iovis filius fuiſſe perhibetur ex adulterio. Æacides vero Achilles, diſcipulus Chironis, Iovis fere fuit filius. Peleum enim patrem habuit: Peleus Æacum Iove genitum. *Vinetus.*

8. *His*

At meus hic toto regnat in orbe ſuo.
Cujus ego comes,& Quæſtor,&,culmen honorum,
Præfectus Gallis, & Libyæ, & Latio:
Et prior indeptus faſces, Latiamque curulem,
Conſul, collega poſteriore, fui.
[8] Hic ego Auſonius: ſed tu ne temne, quod ultro
Patronum noſtris te paro carminibus.
Pectoris ut noſtri ſedem colis, alme Syagri,
Communemque habitas alter ego Auſonium:
Sic etiam noſtro præfatus habebere libro,
Differat ut nihilo, ſit tuus, anne meus.

8. *Hic ego Auſonius*] Abſque ſynalœpha pronunciandum hoc. Verum quis hic *Auſonius*, & quis Suagrius *Syagriuſve*? ut utroque modo ſine vitio ſcribebat antiquum exemplar. ac ſi poëta ſit Auſonius, quando hoc ipſe ſcripſit hexaſtichon?& cui ſuo libro præſcripſit? At hoc vide, quomodo in vetuſto illo Lugdunenſi libro poſitum erat. Diximus modo, illic decem & novem tantum habuiſſe diſticha Epicedium in Auſonium, cujuſcunque ſit auctoris, eorum nonodecimo, quod eſt, *Et prior indeptus faſc.* continuabat antiquus liber diſtichon, *Hic ego Auſonius.* Huic diſticho ſubjiciebat titulum, AVSONIVS SVAGRIO. & titulo tetraſtichon, *Pectoris ut noſtri.* Quam rem quum minus recte habere cenſuiſſent Lugdunenſes, diſtichon, *Hic ego Auſonius* ſepararunt à ſuperiori carmine: eique titulum illum ſuperſcripſerunt. *Vinet.*

8. *Hic ego Auſonius*] Ita & Horatius in Epodis: *O ego infelix, quem tu fugis:* citante Fruterio, qui hiatum hunc probat. vide ſis & Barthium tuentem lib. xx, cap. 18 Adverſariorum. Perperam vero τὸ *ſum* ab aliis inſertum eſt. Vtut alii aliter ſentiant, extrema duo diſticha vere Auſoniana, à ſuperiore carmine ſejungenda cenſeam; quod an Auſonii ſit, dubito. certe mutilum eſt.

AVSONIVS LATINO PACATO DREPANIO, FILIO.

CVi dono lepidum novum libellum?
[1] Veronenſis ait poëta quondam:
Inventoque dedit ſtatim Nepoti.
At nos illepidum, rudem libellum,
[2] Burras, quiſquilias, ineptiaſque,
[3] Cre-

1. *Veronenſis poëta*] Cajus Valerius Catullus poeta, ex *Verona* Italiæ civitate. *Vinetus.*

2. *Burras quiſquilias*] Vſus eſt vocabulo Aquitanico. Nam hodie major pars Aquitanicarum nationum *quiſquilias* vocat *Burras.* Scaliger.

2. *Burras, quiſquilias*] *Burra*, quid ſit

[3] Credemus gremio cui fovendum?
[4] Inveni, trepide ſilete nactæ,
Nec doctum minus, & magis benignum,
Quam quem Gallia præbuit Catullo.
Hoc nullus mihi carior meorum.
Quem pluris faciunt novem Sorores
Quam cunctos alios, Marone demto.
PACATVM haud dubie, Poëta, dicis.
Ipſe eſt, intrepide volate verſus:
[5] Et nidum in gremio fovete tuto.
Hic vos diligere, hic volet tueri.
[6] Ignoſcenda teget, probata tradet,
Poſt hunc judicium timete nullum.

ſit neſcio, nomen alibi mihi non lectum, quod hoc loco rem minimi vel potius nullius pretii ſignificat, ut *gerra* ſimile verbum in præfatione in Griphum. Quæſivit Pithœus de illo primi Adverſariorum capite ſextodecimo. Sed *quiquilia*, ut ſcribunt Feſtus, & Servius, ſunt quicquid ex arboribus, ſurculorum, foliorumque cadit, ſtipulæ, aliaque terrarum purgamenta. *Vinetus.*

3. *Credemus gremio cui fovendum?*] Ita lego. Cor. vero Nepotem Plinius *conterraneum* ſuum vocat. Et Auſonius ipſe *Gallum* vocat; cum ait:

Quam quem Gallia præbuit Catullo.

Quo nomine *Catullus* videtur juſtam cauſſam habuiſſe ſuum poëma ei dedicandi. Nam qui alias rationes ex ſuis conjecturis expiſcantur, nugari mihi videntur. *Scaliger.*

3. *Gremio cui*] Sic fuit in exemplari: & metrum vitiarunt, qui *cujus* pro *cui* ſcripſerunt. *Vinetus.*

4. *Inveni, trepida ſilete nugæ*] Quod quærebam, inquit, inveni, nempe cui mittam, & credam meum libellum. Quieſcite jam, & ſollicitudinem omittite, ô trepidæ nugæ meæ. Ita hæc vocabula per *a* in exemplari, & *nugæ*, non *natæ*, ut ediderunt Lugdunenſes. Sic & hæc ſua edyllia *quiquilias ineptiasque* jam appellavit Auſonius. *Vinet.*

5. *Et nidum*] Ego ita indubitanter lego: Non, *nudum*, ut vetus liber, & editiones. *Scaliger.*

5. *Et nidum in gremio fovete tuto*] ὑπαλλαγή, ſi nihil eſt vitii, pro, ipſe vos foveat in ſinu ſuo intimo, & complectatur: ſicut XII Æneidos:

— annuerit nobis victoria Martem,

pro, annuerit nobis victoriam Mars. *Vinetus.*

6. *Ignoſcenda teget*] Eadem invenies *παρέργως* in præfatione in Ludum Sapientum ad eundem Drepanium Pacatum. *Idem.*

D. MA-

[1] D. MAGNI AVSONII BVRDIGALENSIS EPIGRAMMATA.

[2] De Auguſto. Epigramma 1.

PHœbe potens numeris, præſes Tritonia bellis,

[3] Tu

1. D*Ecimi Magni Auſonii*] Librarii, aut recenſitores librorum veteres, vel ad dandam differentiam, vel auctoris alicujus vitæ, morum, generiſve notandi gratia, conſueverunt cognomina quæpiam iis titulis apponere e medio plerumque ſumta, & frivolis verbis uni atque alteri, aut rumori plebejo debita. Qua enim alia de cauſſa Auſonius Poëta *Pæonii* nomen in priſcis libris (vidimus ipſimet in ſchedis) habet, quam quod pater ejus Medicus fuiſſe ex ipſiuſmet ſcriptis deprehenditur? Tamen in faſtis quoque Capitolinis ita vocatur; *D. Magnus, Pæonius, Gallus.* Barthius.

2. *De Auguſto*] Ambiguum plerique videri volunt, Theodoſione, an Gratiano Principibus inſcriptum opus, nominique datum cenſeatur. Theodoſio itaque dicatum, innuere videntur illa, quod per epiſtolam τὴν αὐτογράφην ejus opera Imperator efflagitat. neque minus de Poëtæ verſibus conjectari, quibus ejus juſſu atque imperio excitum ſe ad ſcribendum, emittendumque carmina *præfatur.* Quanquam vereor an hæc aſſertio ſatis firmiter quoque conſiſtat. quis enim liquido affirmare auſit, vel Theodoſii epiſtolam videri ipſam, vel de Theodoſio dici juncta carmina, librariis pro libidine inſcriptiones immutantibus? validiora porro Gratiani partium argumenta ſe offerunt. Neque nunc aut inſtitutionis curam, aut quæſturam, aut præfecturam, aut conſulatum commemorem: qui dignitatum delati gradus varis animum in confingendas quoque laudes excitare poſſint. Theodoſium literis mediocriter inſtitutum, memoriæ traditur. Gratianum vero, præclaræ indolis adoleſcentem, haud mediocriter. Quin & carmen condendi, proſam eloquendi, controverſias Rhetorum more dirimendi facundum. neque parum ſpiculis meditari ſolitum, & divinæ propemodum dexteritatis credere, cum deſtinata percuteret. quæ omnia nec in actione gratiarum ad Gratianum Aug. ſilentur. Et in tertio Epigrammate, cui nulla eſt inſcriptio, Gratiano quoque Poëtam blandiri crediderim. Converſus enim ille in Commodi Cæſaris ſtudia, feras etiam ſagittis intra ſepta confecit: ſint licet qui ad Valenti-

[3] Tu quoque ab aërio præpes Victoria lapſu,
[4] Come ſerenatam duplici diademate frontem,
Serta ferens, quæ dona togæ, quæ præmia pugnæ.
[5] Bellandi fandique potens Auguſtus, honorem

Bis

lentinianum referendum putent, eique inſcripſerint. *Mariang. Accurſius.*

3. *Tu quoque ab aërio*] Gn. Matius doctus vir (ut teſtatur Gellius) in ſecundo Iliados, *Victoriam volucrem*, *præpetem* appellavit, hoc verſu:

Dum dat vincenti præpes victoria palmam.

labuntur itaque, & quidem præcipites, qui *præceps* ſubſtituendum curavere. Conſtat alioqui deam ipſam olim fingi, pingique alatam veteribus ſolitam. Quod & Romæ imprimis ſimulacra indicant. tum Pompeji carmen,

Νίκη γάρ σε φυγεῖν ἄπτερος οὐ δύναται.

Hinc & Claudianus in VI. Honorii Aug. conſulatum ait:

Affuit ipſa ſuis ales victoria templis.

Quanquam *talis*, non *ales* legitur etiam in codicibus noviſſime recognitis. *Accurſius.*

3. *Tu quoque ab aërio*] Victoriam, quam inter Deos quondam habitam fuiſſe Lilius Ferrarienſis pluribus oſtendit, alæ affigebantur, quas etiam *præpetes* dixit poſt Virgilium Auſonius in Technopægnio. Lampridius in vita Auguſti Alexandri, *Pater eâdem nocte in ſomnis vidit alis ſe Romanæ Victoriæ, quæ in ſenatu, ad cælum vehi.* Piſthetærus in Avibus Ariſtophanis:

Αὐτίκα Νίκη πέτεται πτερύγοιν χρυσαῖν.

Eſt & libro quarto Anthologiæ diſtichon in ſtatuam Victoriæ, quæ alas amiſerat. *Elias Vinetus*

3. *Tu quoque ab aërio*] non modo volucrem *præpes* ſignificat, verum etiam proſperam victoriam. Servius ad l. 3. Aen. *Alites* (ita leg. non *aliter*, ut vulgo) *enim certa genera avium ab auguribus appellantur, quæ pinnis vel volatu omina poſſunt facere.* (ita melius quam *omnia*) *quæ ſi fuerint proſpera præpetes; ſi adverſa,* inhibræ (vel *inebræ*) *dicuntur.* Ego ſane ea ſignificatione hic acceperim, ut propitia victoria adeſſe dignetur. Nec temere *ab aërio lapſu* addidit Auſonius, quoniam præpetes, ut idem ait Servius, *aut ſuperiora tenent, & præpetes vocantur: aut inferiora, & dicuntur* inferæ. quem videſis eadem fere ad lib. VI. Aen. repetentem: ſed inprimis A. Gell. l. 6. c. 6.

4. *Come*] orna, ut in ſexageſimo verſu Protreptici, & in triceſimotertio jambici ad Probum. *ſerenatam*] exhilaratam, lætam devictis hoſtibus. *duplici diademate*] duabus coronis, togæ, & pugnæ: fandi, & bellandi: rei litterariæ, & bellicæ. *Vinetus.*

5. *Bellandi fandique potens*] Quanquam ſcio in utroque hoc genere magnum fuiſſe Auguſtum Valentinianum patrem Gratiani, tamen placet Auguſtum hic intelligere Gratianum, Auſonii diſcipulum: qui valde juvenis apud Argentarium oppidum Galliæ, longe impari militum numero hoſtem aggreſſus, pluſquam triginta Alemanorum millia minimo ſuorum detrimento interfecit in prœlio, anno à Chriſto nato trecenteſimo & octogeſimo. *Vinetus.*

5. *Bellandi fandique potens*] Recte hæc Mariangelus ad Gratianum refert vir judicii optimi. Sic Oppianus Cyneget. IV de Antonino:

—— μακάρεσος ὁμοῦ
πτολέμοιν καὶ ἀοιδῇ. *Barthius.*

6. ut

Bis meret: [6] ut geminet titulos, qui prœlia Muſis
Temperat, & [7] Geticum moderatur Apolline Martem.
Arma inter [8] Chunoſque truces, furtoque nocentes
Sau-

6. *ut geminet titulos*] Cum toto argumento imperatoriam in eo vim enituiſſe, inter prima conetur oſtendere, quamquam illi nihil omnino ad faſtigium auguſtæ majeſtatis defuerit, quæ bellica virtute pariter & toga inſigniri deſideret, non aliena ſunt & quæ ad belli laudem prælibantur. Licet enim Theodoſii rerum geſtarum uti copia ſic fama major fuerit, Gratiani tamen nominis celebritas eo magis floruit, quo per tantarum rerum exſpectationem mortalium deſiderio ævi flore ſublatus elanguit. Hinc & in actione gratiarum ſcriptum eſt, *Tu Auguſte venerabilis diſtrictus maximo bello, aſſultantibus tot millibus barbarorum, quibus Danubii ora prætexitur, comitia conſulatus mei armatus exerces.* item alibi: *vincendo & ignoſcendo, Sarmaticum.* Mariang. Accurſius.

7. *Geticum moderatur Apolline Martem.*] Carminibus bellum temperat, quod contra Getas gerit. Sunt autem GETÆ populus Thraciæ, quos eoſdem & Gothos eſſe Spartianus, Claudianus, Oroſius, Sidonius, & Iornandes auctores ſunt. *Vinetus.*

8. *Chunoſque truces*] Qui *Cimbros*, pro *Conos*, emendandum atque imprimendum curavere, quam ſequantur annalium fidem, arbitrari ſatis non poſſumus. fuit certe, quando locum nos corrigere tentantes, de *Conau* quiddam ſuſpicaremur. quod Lucani carmen recordatus videretur Auſonius, quo *Conen* ipſam inſulam, ac Sauromatas comprehendit, lib. III. Pharſalidos:

——— ——— *Barbara Cone*
Sarmaticas ubi perdit aquas.

Fuit etiam, cum *Conos* defendi poſſe non negaverim, ut eoſdem Sarmatas latrociniis ſimul & bello truculentos oſtenderet. Quod & vetuſti exemplaris lectio firmabat, cultius adhuc pro *Conos*, *Cuneos* habentis. Siquidem gens ipſa, alias bellatrix & indomita, veluti per galearum conos, ita & per cuneum, militare agmen, Poëtarum more ſubnotari poteſt. Cum vero poſtea in noſtris aliquot codicibus *Cunos* invenerim, facile in eam ſententiam pedibus venimus, ut aſpiratione tantum addita *Chunos* emendandum arbitremur. Sunt enim in Pannonia, ſua lingua, etiam nunc qui vocentur Chuni. Quorum regio perexiguis ſane finibus continetur. Et Ptolemæus ſcribit, *Inter Baſtarnas & Rhoxalanos ſunt Chuni, & ſub Idis quoque montibus.* Ammianus Marcellinus lib. XXXI, qui eſt rerum geſtarum noviſſimus, de Gothis ita ſcribit: *Chunorum & Alanorum aliquos ad ſocietatem ſpe prædarum ingentium aſciverunt.* Sed & reliqua in eo libro Gratiani præclara facinora vix puberis, & jam inde in æmulationem lectorum Principum ſurgentis, ſi perlegantur, maxime conducit, ut hic locus planius intelligatur, atque univerſum Epigramma diligentius conſideretur. *Accurſius.*

8. *Chunoſque*] Placet Mariangeli emendatio. Nam in iis, quæ in Sidonium Apollinarem ſcripſimus, monuimus in antiquis libris frequenter *Chunos* ſcribi, aut etiam ſine H, *Cunos*, quomodo habuit quoque membraneus codex in precatione Conſulis Auſonii, qui vulgo *Hunni*, ſeu *Huni*, Dionyſio etiam Geographo Οὖννοι, id eſt, *Unni* appellantur. Epitome Victoris ſic habet de Gratiano Auguſto. *Hic quum animadvertiſſet Thraciam Daciamque, tanquam genitales terras poſſidentibus Gothis Taifalis, atque omni pernicie atrocioribus Hunnis & Alanis*, & reliq.

Sauromatas, quantum ceſſat de tempore belli,
Indulget [9] Clariis tantum inter caſtra Camœnis.
Vix poſuit volucres ſtridentia tela ſagittas,
Muſarum ad calamos fertur manus, otia neſcit,
Et commutata meditatur arundine carmen.
Sed carmen non molle modis, bella horrida Martis
[10] Odryſii, Threſſæque [11] viraginis arma retractat.
Exſulta Æacide, celebraris vate ſuperbo
Rurſum: Romanuſque tibi contingit Homerus.

reliq. Recenſentur autem Hunni inter gentes Scythicas & Septentrionales. de quibus plura Iornandes in Gothicis & Ammianus libro triceſimo primo. *Vinetus.*

8. *Chunoſque truces*] Divus Hieronymus in Epitaph. Fabiolæ: *Ecce ſubito diſcurrentibus nunciis Oriens totus intremuit, ab ultima Mæotide inter glacialem Tanaim & Maſſagetarum immanes populos, ubi Caucaſi rupibus feras gentes Alexandri clauſtra cohibent, erupiſſe Hunnorum examina, quæ pernicibus equis huc illuc volitantia cædis pariter & terroris cuncta complerent. Aberat tunc Romanus exercitus, & bellis civilibus in Italia tenebatur. Hanc gentem Herodotus refert ſub Dario rege Medorum viginti annis Orientem tenuiſſe captivum, & ab Ægyptiis atque Æthiopibus annuum exegiſſe vectigal. Inſperati ubique aderant: & famam celeritate vincentes non religioni, non dignitatibus, non ætati parcebant, non vagientis miſerebantur infantiæ.* unde ſane liquet, cur Chunos, ſive Hunnos, noſter *truces* appellaverit.

9. *Clariis Camœnis*] alii, *Latiis.*

10. *Odryſii*] Odryſius Mars idem qui Thracius. Martem enim Deum belli Thraces inprimis colebant. Idem Auſonius in Monoſyllabis.

Mars nullo de patre ſatus, quem Threſſa colit gens.

Fuerunt autem Thraciæ gens Ὀδρύσαι ab urbe ſua Odryſa dicti: quorum meminerunt Strabo, Plinius, Solinus, Stephanus, & alii. *Vinet.*

11. *Viraginis*] Pentheſileæ Amazonum reginæ. Thraciam autem Amazones primum tenuiſſe ſcribit Servius in illud undecimi Æneidos,

Quales Threiciæ quum flumina Thermodoontis
Pulſant, & pictis bellantur Amazones armis.

Sic autem in carmine de laboribus Herculis, *Threiciam* dictam Amazonem invenies. Lilius tamen Ferrarienſis, *Enyo* hic ſignificari vult: quam *Bellonam* Latini dicunt, deam ſcilicet belli, quod bellaces ſemper fuerunt Thraciæ populi. *Vinetus.*

[1] De fera à Cæſare interfecta. II.

CEdere quæ [2] lato neſcit fera ſaucia ferro,
Armatique urget tela cruenta viri,
[3] Quam

1. *De fera*] Aurelius Victor, ubi de Gratiani Cæſaris moribus & ſtudiis agit, eum ſolitum ſcribit nihil aliud die noctuque agere, quam ſpiculis medita-

[3] Quam grandes parvo patitur ſub vulnere mortes,
Et ſolam leti vim probat eſſe manum!
[4] Mirantur caſuſque novos, ſubitaſque ruinas:
[5] Quæritur, & fallit lumina plaga recens.
Nec contenta ictos letaliter ire per artus,
[6] Conjungit mortes una ſagitta duas.
Plurima communi pereunt ſi fulminis ictu,
Hæc quoque de cœlo vulnera miſſa putes.

meditari: ſummæque voluptatis, divinæque artis credere, ferire peritè ſibi deſtinata. Eadem habet etiam Paulus Diaconus. *Vinetus.* adi & Ammianum Marcellinum lib. XXXI.

2. *Lato ferro*] Venabulo lati ferri, ut exponit Servius. Eſt enim hoc ex libro quarto Æneidos Virgilii:

Retia rara, plagæ, lato venabula ferro.

Vinetus.

3. *Quam grandes*] Idem *grandis*, in Ioannis Tilii vetuſto codice: qui & *Mirantur* habebat pro *miratur*. Idem.

4. *Mirantur*] forte melius, *miramur caſuſque novos.*

5. *Quæritur & fallit*] Non dubium eſt expungendum illum verſiculum:

Quas ferat à celeri vulnere dextra valens.

Eſt enim ineptiſſimus, & ab illis audacibus Correctoribus, qui nihil non contaminant, importune hic obtruſus. Reponendus autem ille, quem in veteri codice reperit Mariangelus:

Quæritur, & fallit lumina plaga recens.

Non dubito, quin primis temporibus ille verſiculus in libris Auſonii deſideraretur. Et ad eam lacunam explendam munificos Correctores de ſuo illum verſiculum Auſonio donaſſe. *Scaliger.*

6. *Conjungit mortes*] Fera illa gravida erat. Eſt & apud Martialem epigramma in Domitianum, duodecimum ſpectaculor. de ſue, quæ ex vulnere peperit. *Vinetus.*

Danubius Augg. alloquitur. III.

ILlyricis regnator aquis, [1] tibi, Nile, ſecundus
[2] Danubius lætum profero fonte caput.
Salvere [3] Auguſtos jubeo, natumque, patremque,
Armi-

1. *Tibi Nile ſecundus*] Nilus & Danubius ſunt fluviorum omnium in mare internum influentium maximi; Nilus Africæ, alter Europæ. ſed Danubius tamen Nilo minor, teſte Pomponio Mela libro ſecundo, & Gellio libro decimo: quare ſe hic illi ſecundum facit. De Nilo plurima Seneca in libris Naturalium quæſtionum. *Vinetus.*

2. *Danubius lætum*] MS. Codex *lato*. Epigrammatis inſcriptio, quam recentioribus voluminibus ſuperinduxerunt, neque vera eſt, neque rei argumento conſona. *Mariang. Accurſius.* τὸ *lato* certe ego τοῦ ποιητοῦ arbitror. *Barthius.*

3. *Auguſtos*] Anno ab V.C. MCXIX, ut Eutropius ſcribit, qui annus Chriſti CCCLXIX putatur, Valentinianus

Armiferis alui quos ego [4] Pannoniis.
Nuncius Euxino jam nunc volo currere ponto,

Vt

nus quum eſſet Tribunus Scutariorum, fuit apud Nicæam Bithyniæ metropolin, Ioviano mortuo, Auguſtus nuncupatus, ſexto Calendas Martias. Illi patria fuit Cibalæ Panoniæ oppidum. Pater Gratianus, vir ignobili ſtirpe ortus, ſed ſtrenuus. Frater Valens, quem hoc ipſo anno Calendis Aprilis Auguſtum pronunciavit Conſtantinopoli Valentinianus, atque in communionem imperii aſſumpſit. Vxores ſimul duæ, Severa, ex qua Gratianus: & Iuſtina, ex qua Valentinianus junior, & filiæ tres, Iuſta, Grata, Galla. Gratianus patre hauddum Imperatore natus, magiſtrum litterarum Auſonium Burdigalenſem habuit: & à patre Ambianis in Gallia Imperator creatus eſt, Idibus Auguſti, Lupicino, & Ioviano conſulibus, ut tradunt, annos nondum natus octo. Hieronymi, puto non fallunt rationes, qui illa tempora vidit, & Euſebii chronicis adjecit. in quo *negotio Valentianus Cæſar morem inſtitutum antiquitus ſupergreſſus, non Cæſares ſed Auguſtos germanum nuncupavit, & filium. Neque enim quiſquam antehac aſcivit ſibi pari poteſtate collegam præter Principem Marcum.* Valentinianus vero, Valentiniano jam Cæſare, *ἐν τοῖς ἰατρείοις μέρεσιν*, inquit Socrates, fratre Gratiano & Dagalæpho Conſulibus natus, mortuo patre ab eodem Gratiano Auguſto fratre, qui tum agebat in Gallia, Treviris, ut quidam referunt, parvulus admodum, imperii ſocius factus eſt: Valentinianuſque Iunior dictus. Alii in Italia illum à militibus Cæſarem creatum, die ſexta à patris morte, ſcribunt. Legendi horum auctores Socrates Conſtantinopolitanus, Zoſimus, Ammianus, Victor, Oroſius, Diaconus, Beda Anglus.

Valentiniani Imperatoris
- Pater, Gratianus, Funarius dictus.
- Frater, Valens Imperator.
- Vxores duæ,
  - Severa,
  - &
  - Iuſtina.
- Filii duo,
  - Gratianus Imperator, ex Severa,
  - &
  - Valentinianus Iunior Imperator, ex Iuſtina,
- Filiæ tres,
  - Iuſta,
  - Grata,
  - Galla. Hanc duxit Theodoſius Magnus Imperator.

Vinetus.

4. *Pannoniis.*] Barbarorum continuæ irruptiones, atque haud facile cedens immanitas, in Pannoniis Imperatores Romanos diutiſſime agere coëgit, unde multi in ea regione nati, & educati Cæſares: quod videre licet apud eos, quos modo citavimus auctores, alióſque complures. Eſt autem PANNONIA duplex Geographis, ut Ptolomæo libro ſecundo, ſuperior & inferior. Vtramque fere poſtquam tenuere Hunni & Avares, Hunga-

Vt ſciat hoc [5] Superûm cura ſecunda Valens;
Cæde, fuga, flammis [6] ſtratos periiſſe [7] Suevos:
Nec Rhenum Gallis limitis eſſe loco.
Quod ſi lege maris refluus mihi curreret amnis,
Huc poſſem victos inde referre [8] Gothos.

Hungariam compoſito nomine appellarunt: per quas multáſque alias terras in Euxinum Pontum grandis defluit Danubius. *Vinetus.*

5. *Superûm cura ſecunda Valens.*] Vt deorum prima cura ſit Valentinianus. Duo autem illi fratres quum Conſtantinopoli in Pannoniam rediiſſent, ibi diviſa inter ſe imperii cura, Valentinianus in Galliam ſeu Occidentem, Valens in Thraciam Orientemve profectus eſt: atque ita aliquandiu in duo manſit diviſus orbis Imperii Romani, Gratiano puero Auguſto cum patre agente. *Idem.*

6. *ſtratos*] *fractos* Tilianus codex. *Idem.*

7. *Suevos*] hoc loco Suevi intelligendi ſunt, auctore Beato Rhenano, qui aliis, *Alemani* dicuntur, collecticia gens, qui ſe appellarent Suevos: quod eorum ex Suevis major eſſet fortaſſe pars. *Vinetus.*

8. *Gothos*] quamvis aliquot expeditionibus primum ex ſententia Gothos fregerit Valens, tamen ab iis tandem victus, ac in prœlio ſagittis ſaucius, in caſam quum deportatus fuiſſet viliſſimam, ait Aurelius Victor, à ſupervenientibus Gothis igni ſuppoſito, incendio concrematus eſt, nono die Auguſti, in ſuo ſexto & Valentiniani Iunioris ſecundo Conſulatu, inquit Socrates.quarto Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, id eſt,anno Chriſti trecenteſimo octogeſimóque primo. *Idem.*

Idem eoſdem alloquitur. IV.

DAnubius [1] penitis caput occultatus in oris,
Totus ſub veſtra jam ditione fluo.
Qua gelidum fontem mediis effundo Suevis,
[2] Imperiis gravidas qua ſeco Pannonias,

Et

1. *Penitis*] intimis, latentibus, reconditis, & ob id ignoratis locis. Sic autem lego, pro *penitus*, ſicut Plautus dixit in Aſinaria, *exſcreare ex penitis faucibus.* Vinetus.

2. *Imperiis gravidas*] non placet, cum unum eſſet tantum imperium Romanum. quamvis conati ſumus aliquando eam lectionem defendere. Sed ego puto, imo cenſeo legendum:

Emporiis gravidas qua ſeco Pannonias.

Celeberrimæ enim fuerunt ex provinciæ eo tempore, ſi quæ aliæ Pop. Romani. *Scaliger.*

2. *Imperiis gravidas*] quæ multos pepererunt Imperatores, ut Decium, Iovianum, Valentinianum, Valentem, Gratianum. Sic Virgilius *Italiam imperiis gravidam* dixerat libro quarto Æneidos. *Vinetus.*

2. *Imperiis gravidas*] Non probabit, credo, Scaliger viris doctis emendationem ſuam, *(emporiis gravidas)* ubi locum

Et qua [3] dives aquis Scythico ſolvo oſtia ponto:
Omnia ſub veſtrum flumina mitto jugum.
Auguſto dabitur, ſed proxima palma, Valenti.
[4] Inveniet fontes hic quoque, Nile, tuos.

locum Virgilii, ad quem Auſonius alluſit, à Vineto adductum reſpexerint. Sic & Claudianus Hiſpaniam *Principibus fœcundam* dixit, & Iſidorus *Principum gentiumque matrem* vocavit, quæ Trajanum, Hadrianum, Theodoſium, filioſque Romanis dederat. unde mox apud eundem Claudianum in laude Serenæ:

Sola novum Latiis vectigal Iberia rebus
Contulit Auguſtos.

3. *Dives aquis*] Plinius libro quarto de Danubio ſic ſcribit: *Ortus hic in Germania jugis montis Abnoba, ex adverſo Raurici Galliæ oppidi, multis ultra Alpes millibus, ac per innumeras lapſus gentes Danubii nomine, immenſo aquarum auctu, & unde primum Illyricum alluit, Hiſter appellatus, ſexaginta amnibus receptis, medio ferme numero eorum navigabili, in Pontum vaſtis ſex fluminibus evolvitur.* Hæc Plinius. qui etiam oſtiorum Danubii nomina tradit, ut Solinus, & alii. *Vinetus.*

4. *Inveniet fontes*] Vult dicere Auſonius, quum Danubii & Nili fontes ignoti eſſent antiquis, Danubii ortum jam tandem inventum eſſe in Germania, devictis barbaris, qui accolebant: ſicque totum jam fluvium principibus Romanis parêre. Reſtare autem Nili fontes ad partem Mundi adverſam inveniendos. Inventurum autem eos Valentem Auguſtum, & eam orbis terrarum partem ſubacturum. Sic ſolent Poëtæ aſſentari. *Idem.*

[1] Sub Valentiniani Iunioris ſigno marmoreo. V.

NVnc te marmoreum pro ſumptu fecimus: at cum
[2] Auguſtus frater remeaverit, aureus eſto.

Picturæ

1. *Sub Valentini Iunioris*] corrigi quidem debuerat, *Valentiniani*, non autem immutari *Imitatio Maroniana.* quod ad interpretis munus accedit. Valentinianus enim Gratiani Majoris filius, fratrem habuit Valentem: filios Gratianum & Valentinianum. Hinc in actione gratiarum dictum eſt: *Tu Valentiniano genitus.* Quanquam major exemplarium numerus *Valentiano* retinet. ut alioqui miremur, quonam modo, qui poetæ vitam conſcripſere, hoc addiderint, ſub *Valentino, Gratiano, Valentiniano,* & *Valente* cum floruiſſe. Tam enim patri, quam filio, Valentiniani nomen fuit. ut apud Ammianum cæteroſque intueri licet. In quibus etſi depravatum pari modo, quo & in Auſonio plerunque legitur, illud certe fulcit, quod Major, ſeniorque Valentinianus *pater* dici conſuevit, Minor, juniorque *filius. Accurſius.*

2. *Auguſtus frater.*] poſſet Auguſtus frater, Valens intelligi, ut ſit ſenſus, quum redierit è Thracia profligatis Barbaris Valens ad nos, ad Valentinianum. Pariſinus tamen codex admonet, hos verſus ſub Valentiniani Iunioris ſigno marmoreo fuiſſe poſitos: reliqui imitationem duntaxat Maronianam eſſe. Eſt enim in

Eclo-

Ecloga ſeptima Virgilii ad Priapum, *Nunc te marmoreum pro tempore fecimus: at tu Si fœtura gregem ſuppleverit, aureus eſto.* Vinetus.

Picturæ ſubditi, ubi Leo una à Gratiano ſagitta occiſus eſt. VI.

[1] QVod leo tam tenui patitur ſub arundine letum,
Non vires ferri, ſed ferientis agunt.

1. *Quod leo*] Si hæc ea fera ſit, de qua eſt epigramma II, leonem pro femina leæna, ſeu *lea*, uſurpaverit Auſonius. *Idem.*

De matre Auguſti. VII.

ANte omnes alias felix tamen hoc ego dicar:
Sive deum peperi femina, ſive virum.

Exhortatio ad modeſtiam. VIII.

FAma eſt fictilibus cœnaſſe Agathoclea regem,
Atque abacum [1] Samio ſæpe oneraſſe luto,
[2] Fercula gemmatis quum poneret [3] horrida vaſis:
Et miſceret opes pauperiemque ſimul.

Quæ-

1. *Samio*] Samos clara Cariæ adjacens inſula, quæ prius *Parthenia*, & *Dryüſa*, & *Anthemüſa*, & *Melamphylos* dicta fuit, auctore Stephano: ex cujus terra elegantia quondam fiebant vaſa fictilia. *Samia*, inquit Plinius libro trigeſimo quincto, *etiamnum in eſculentis laudantur*. Vinetus.

2. *Fercula gemmatis*] Voſſianus alter, quem eundem eſſe cum Tiliano Vineti codice ſuſpicor, præferebat, *Pocula gemmatis quum poneret aurea vaſis*, quod merito reſpuimus. *ponere fercula* ex elegantibus loquutionibus non deterrimæ notæ eſt. Valerius Maximus, De Æſopi Tragici filio, lib. 9. c. 1. 2. *Quem*, inquit, *conſtat cantu commendabiles aviculas immanibus emptas pretiis, in cœna pro ficedulis ponere, acetoque liquatas magna ſumma uniones potionibus aſpergere ſolitum.* ubi *τὸ in cœna*, delenda cenſeo, utpote ab interprete profecta. Vopiſcus in Tacito: *Faſianam avem niſi ſuo, & ſuorum natali, & diebus feſtiſſimis non poſuit.* Corippus lib. 3. v. 191:

Aurea purpureis apponunt fercula menſis
Pondere gemmarum plus gravia.

Qui locus ut *aurea* pro *horrida* legam ferme perſuadet.

3. *Horrida fercula*] agreſtia, inculta, gemmatis vaſis conditura non reſpondentia. *Horrida juventus*, terrigenæ & ruſtici gigantes Horatio lib. III. od. IV. qui pariter *horridos Germaniæ fœtus* pro barbaris atque incultis dixit, lib. IV. od. V. *famem horridam*, Arnobius l. I. *Horridus odor*, apud Palladium lib. rer. ruſt. XII. *Barthius.*

Quærenti cauſam, reſpondit: Rex ego qui ſum
Sicaniæ, [4] figulo ſum genitore ſatus.
Fortunam [5] reverenter habe, quicunque repente
Dives ab exili progrediere loco.

4. *Figulo ſum genitore ſatus.*] Ita ex Trogo ſcribit Iuſtinus viceſimo ſecundo. *Vinetus.*

5. *Reverenter habe*] reverere. Sicut ſuum ἔχειν Græci, ita Latini *habere* ſuum cum adverbio frequenter conſtruunt. Tacitus libro primo. *Populum per tot annos molliter habitum, nondum audebat ad duriora vertere.* Idem ſecundo. *Neque conjugem & filium ejus hoſtiliter haberi.* Salluſtius: *Sylla exercitum luxurioſe nimiſque liberaliter habuerat.* Ovidius ſecundo de arte amandi: *Rivalem reverenter habe.* Idem.

De ſuis poëmatis. IX.

[1] EST jocus in noſtris, ſunt ſeria multa, libellis:
Stoicus has partes, has Epicurus agit.
[2] Salva mihi veterum maneat dum regula morum;
[3] Ludat

1. *Eſt jocus in noſtris*] In hujus locum alius omnino voluminibus excuſis circumfertur, hujus modi. *Noſtra ſimul certant variis epigrammata nugis.* An utrunque aliquando author ſuus ediderit, & utrum legitimum haberi voluerit, equidem non facile dixerim. *Mariang. Accurſius.*

1. *Noſtra ſimul certant variis epigrammata nugis*] pro hoc verſu alium Mariangelus reperit.

Eſt jocus in noſtris, ſunt ſeria multa libellis. Vinetus.

1. *Noſtra ſimul variis, &c.*] ſane nugax hic verſus, licet pro legitimo alibi à plurimis & nobis quoque productus. quod ſane videbis cum reſolves. Noſtra Epigrammata certant variis nugis. Quæſo quis locus relictus τῷ *ſimul*, quod nulli uſui eſt, niſi ut latinitatem turbet. In libris aliis iſte fuit:

Eſt jocus in noſtris ſunt ſeria multa libellis.

Qui ſine ullo dubio legitimus eſt; cum duas ſectas ſubdat pentameter, quæ ex adverſo reſpondent jocis & ſeriis:

Stoicus has partes, has Epicurus agit.

furcillis igitur excipiendus ſuppoſitius in gratiam veteris probique hujus domini. *Barthius.*

2. *Salva mihi veterum*] Majorum noſtrorum vitam, inſtituta, mores, res geſtas, noſtris fere præferimus: quod & fortaſſe merentur: unde Heſiodus ex quinque hominum generibus, ſeu ætatibus, primum ut vetuſtiſſimum, ita optimum præſtantiſſimúmque facit, & diis ipſis plane par: quinctum vero, ut poſtremum, ita peſſimum miſerrimúmque. Hinc Trogus Iuſtino *vir priſca eloquentia* appellatur, & Paterculo *Apronius vir antiquiſſimi moris, & priſca gravitatis.* & Favorinus Gallus Arelatenſis juvenem *vivere moribus præteritis* jubet apud Aulum Gellium libro primo: quod antiquitas, qua delectabatur, ſobria, modeſta, bona fuiſſet. Sic Plauto, Terentio, Ciceroni apud Auguſtinum libro ſecundo de civitate Dei,

[3] Ludat permiſtis ſobria Muſa jocis.

Dei, Virgilio, Auſonio rurſus eidem in poſtremo carmine Parentalium, & aliis, commendantur antiqui mores. *Vinetus*.

2. *Salva mihi veterum*] Plinius in eadem re, lib. v. epiſt. 3: *Nec vero moleſte fero, hanc eſſe de moribus meis exiſtimationem: ut qui neſciunt talia doctiſſimos, graviſſimos, ſanctiſſimos homines ſcriptitaſſe, me ſcribere mirentur*, &c. vide & Auſonii noſtri Epigr. XVII, & quæ in epilogo Centonis.

3. *Ludat permiſtis*] Ego illud *permiſſis*, quod in quibuſdam editt. haud ita ſpreverim, & ſimpliciter explicuerim: Muſa mea intra recti normam ſe continens, neque diſſolutis utens moribus, adeoque *ſobria* ludat conceſſis neque in quoquam, qui probe vixerit, culpatis carminibus, utut laſcivioribus.

[1] In Eumpinam adulteram. X.

Toxica zelotypo dedit uxor mœcha marito:
  Nec ſatis ad mortem credidit eſſe datum.
Miſcuit [2] argenti letalia pondera vivi:
  Cogeret ut celerem vis geminata necem.
Dividat hæc ſi quis, faciunt diſcreta venenum.
  [3] Antidotum ſumet, qui ſociata bibet.
Ergo inter ſeſe dum noxia pocula certant,
  Ceſſit letalis noxa ſalutiferæ.
Protinus & vacuos alvi petiere receſſus,
  Lubrica dejectis qua via nota cibis.
Quam pia cura deum! prodeſt crudelior uxor.
  Et quum fata volunt, bina venena juvant.

Echo

1. *In Eumpinam adulteram*] Puto ſcribendum, IN EVNAPIAM ADVLTERAM. *Scaliger*.

1. *In Eumpinam adulteram*] ita Lugdunenſis codex: ſeu ſic Barbarice *Eumpina* diceretur venefica illa mulier, ſeu librarii aliquid corruperint in eo nomine. Alii libri inſcribebant, *De uxore, quæ virum voluit veneno necare*. Vinetus.

1. *In Eumpinam adulteram*] veram inſcriptionem fuiſſe credo, *In Veneficam adulteram*.

2. *Argenti letalia*] Quod Plinius dicit Argentum vivum venenum eſſe rerum omnium, id ſcribit Dioſcorides, potum, ſuo pondere interna exeſſe. *Vinetus*.

3. *Antidotum ſumet*] *Sumit* & *bibit*, erant in Tilii codice, pro *ſumet* & *bibet*: quæ magis reſpondent ei, quod præceſſit, *faciunt*. Tum *mortalis* pro *letalis*, in ſequente pentametro. *Idem*.

1. *Aëris*

Echo ad pictorem. XI.

VAne; quid affectas faciem mihi ponere, pictor,
Ignotamque oculis ſollicitare deam?
[1] Aëris & linguæ ſum filia, mater inanis
Indicii, vocem quæ ſine mente gero.
[2] Extremos pereunte modos à fine reducens,
Ludificata ſequor verba aliena meis.
Auribus in veſtris habito penetrabilis Echo:
Et ſi vis ſimilem pingere, pinge ſonum.

1. *Aëris & linguæ ſum filia*] *Quid enim eſt vox niſi intentio aëris, ut audiatur lingua formata percuſſis?* Seneca libro ſecundo quæſtionum Naturalium. De ſono & voce multa Severinus libro primo εἰς τὸ περὶ ἑρμηνείας Ariſtotelis. *Vinetus.*

2. *Extremos pereunte modos*] τὴν Echo appellat Euodus libro quarto Græcorum epigrammatum,

Ἠχὼ μιμολόγον, φωνῆς τρύγα, ῥήματος οὐρήν,

Id eſt,

Echo imitatricem ſermonis, vocis fæcem, verbi caudam. Idem.

In ſimulachrum Occaſionis & Pœnitentiæ. XII.

[1] CVjus opus? Phidiæ, qui ſignum Pallados, ejus
Quique Iovem fecit. tertia palma ego ſum.

Sum

1. *Cujus opus? Phidiæ*] Auſonius, cum Epigramma ſuum modularetur, contemplabatur utique Poſidippi καιρόν, ut æmulus ſpeciem inde judicio arbitrioque ſuo duceret, non ut interpres per figuras omnes verſus dirigeret, ideoque veluti complura, & fortaſſe gratia elegantiore mutavit, ita celebratioris famæ, quam Lyſippus fuerit, ſimulavit artificem. Admonitus (ut arbitror) verſiculo Martialis, qui fabrefactum à Lyſippo Herculis ſimulachrum, propter operis præſtantiam, Phidiæ fuiſſe illud, ſe putaſſe primum aſſerit:

Inſcripta eſt baſis, indicatque nomen,
Λυσίππου *lego, Phidiæ putavi.*

Φειδίας producta prima Græcis dicitur. Eam corripit Auſonius licentia, velut arbitror, quæ reperitur longas interim in breves literas vertendi, & è contrario. Sic etiam, *Periander trepidam moderare Corinthius iram*, dictum alibi, cum ſit, Περίανδρος. quanquam anapæſtus etiam pro dactylo poſitus, videri poſſit. Et ſunt qui mutili vel trunci, apud Græcos ἀκέφαλοι στίχοι vocentur, à correpta ſyllaba incipientes. Sic in Ternario: *per trinas ſpecies trigonorum linea currit*, cum ſit τρίγωνος per ω. quod ſervavit M. Manilius:

Lanigerique notat fines, clarumque Trigonum. & Capella in nuptiis

Sum dea ² quæ rara, & paucis OCCASIO nota.

Quid

ptiis. *Trigonus recurvet, circulusque torqueat.* Sic & ad Vrſulum Grammaticum: *vel quot juncturas geometrica forma favorum* cum ſit ſecunda longa γεωμετρικὴ. Sic in precatione matutina, *Helias, & ſolido cum corpore pravius Henoch.* licet poſt eum etiam Chriſtiani poëtæ Heliam producta ſecunda dixerint. ut in illo: *Heliam corvi quondam pavere miniſtri.* neque enim ſatisfacit, quod ad producendam ſyllabam, quidam conjunctionem delentes ita referunt: *Helias ſolido cum corpore pravius Henoch.* Sic Lactantius, *Eccleſia paſtos, ubere, lacte, ſinu;* cum ſit antepenultima longa ἐκκλησία. ut vel ipſe cuſtodivit Auſonius in Epiſt. ad Paulinum, *Celerique frequens Eccleſia vico.* idem Sidonio uſus. Et Martialis celebre eſt Epigramma, quo Græcorum magis id licentiæ, quam Latinorum ſeveritati concedere videtur. Sunt & qui non *Phidias*, ſed *Fidias*, latina forma malint ſcribere, ut in Quirinali Romæ: *Opus Fidiæ.* utque *fama, fuga, fagus, fui, fucus, folium*, ac ſexcenta alia, eodem modo ſcribi, uſus rerum omnium, ſed verborum præſertim, dominus atque arbiter, inſtituit. tanquam diuturnitate temporis in Latinam civitatem tranſcripta, inque legem penitus jam migraverint. Quid quod in eadem urbe pro foribus Divi Stephani ſimulacro cuidam vetuſtiſſimo ſubſcripta quædam, quæ ex parte intercidere, inter quæ non ſemel cum jota litera φιδίας? Cæterum præclaras primum ſtatuas Fidiæ artificis hoc poëmate Poëta ſignat. Palladem videlicet Athenarum, & Olympium Iovem Elidis. Fabius Quinctilianus: *Phidias Diis quam hominibus efficiendis melior artifex traditus, in ebore vero longe citra æmulum, vel ſi nihil niſi Minervam Athenis, aut Olympium in Elide Iovem feciſſet. Cujus pulchritudo adjeciſſe aliquid etiam receptæ religioni videtur.* Mariang. Accurſius.

1. *Cujus opus*] Poſidippus libro quarto τῆς ἀνθολογίας epigrammatum Græcorum:

Τίς; πόθεν ὁ πλάστης; Σικυώνιος. Οὔνομα δὴ τίς;
Λύσιππος. Τὺ δὲ τίς; Καιρὸς ὁ πανδαμάτωρ.
Τίπτε δ' ἐπ' ἄκρα βέβηκας; Ἀεὶ τροχάω. Τί δὲ ταρσοὺς
Ποσσὶν ἔχεις διφυεῖς; Ἵπταμαι ὑπηνέμιος.
Χειρὶ δὲ δεξιτερῇ τί φέρεις ξυρόν; Ἀνδράσι δεῖγμα,
Ὡς ἀκμῆς πάσης ὀξύτερος τελέθω.
Ἡ δὲ κόμη τί κατ' ὄψιν; Ὑπαντιάσαντι λαβέσθαι.
Νὴ Δία τ' ἐξόπιθεν πρὸς τί φαλακρὰ πέλει;
Τὸν γὰρ ἅπαξ πτηνοῖσι παραθρέξαντά με ποσσὶν
Οὔτις ἔθ' ἱμείρων δράξεται ἐξόπιθεν.
Τοῖον ὁ τεχνίτης με διέπλασεν ὕνεκεν ὑμέων,
Ξεῖνε, καὶ ἐν προθύροις θῆκε διδασκαλίην.

Vides, Phidiaca Auſonii Occaſio quam diverſa ſit à Lyſippéo Poſidippi Καιρῷ? cui Ioannes Zezes in hiſtoriis hoc etiam addit, quod ſurdus eſſet, ſuper globum ſtaret, (ut rotulæ inſiſtere ſuam occaſionem dicit Auſonius,) & ſequenti ſe alicui gladium porrigeret. Calliſtratus quoque illi alia adjicit, quæ apud Politianum c. 49. Miſcellan. invenies. Hic porro Lyſippus, nobilis ille eſt ſtatuarius, à quo ſolo fingi voluit Alexander magnus: eique occaſionem hujus fingendæ Occaſionis dedit, quum eum ſtomachari, & valde animi ſe angere ob amiſſam negotii cujuſdam bene gerendi occaſionem, aliquando vidiſſet. Addit Calliſtratus, ex ære id opus factum, publicatumque fuiſſe à Lyſippo Sicyone: quæ Peloponneſi urbs, ejus patria fuit. *Vinetus.*

2. *Quæ rara, & paucis Occaſio nota*] Eſt *Occaſio*, ut definit Cicero libro primo

Quid rotulæ inſiſtis? Stare loco nequeo.
Quid talaria habes? [3] Volucris ſum. Mercurius quæ
Fortunare ſolet, [4] tardo ego, quum volui.
Crine tegis faciem. Cognoſci nolo. Sed heus tu
[5] Occipiti calvo es. Ne tenear fugiens.
Quæ tibi juncta comes? Dicat tibi. Dic rogo quæ ſis.
[6] Sum dea, cui nomen nec Cicero ipſe dedit.
Sum dea, quæ facti, non factique exigo pœnas.
Nempe ut pœniteat, [7] ſic METANOEA vocor.
Tu modo dic, quid agat tecum? [8] Si quando volavi,
Hæc manet. hanc retinent, quos ego præterii.
Tu quoque, dum rogitas, dum percontando moraris,
Elapſam dices me tibi de manibus.

Ad

primo de Inventione, *pars temporis, habens in ſe alicujus rei idoneam faciendi aut non faciendi opportunitatem.* Vinetus.

3. *Volucris ſum*] Seneca Epiſt. 49: *Infinita eſt velocitas temporis, quæ magis apparet reſpicientibus: nam ad præſentia intentos fallit. adeo præcipitis fugæ tranſitus levis eſt.* Pindarus Pyth. od. IV:

ὁ γὰρ καιρὸς πρὸς ἀνθρώπων βραχὺ μέτρον ἔχει.

Phædrus l. v. fab. IX. de Occaſione, ſive Tempore:

Curſu volucri, pendens in novacula,
Calvus, comoſa fronte, nudo corpore,
Quem ſi occuparis, teneas; elapſum ſemel
Non ipſe poſſit Iupiter reprehendere,
Occaſionem rerum ſignificat brevem.

4. *Tardo ego*] Lege, *Trado ego.* Gyraldus.

5. *Occipiti calvo es*] Perſius,
— quos vivere jus eſt Occipiti cæco. —
Sidonius Apollinaris,
Hic tonſo occipiti ſenex Sicamber. quo caſu *Occipiti?*
apud Auſonium emendari poſſet, *Occipite es calvo*: ſed non æque facile apud Perſium & Sidonium. *Vinetus.*

5. *Occipiti calvo es*] lege, *calva es.* Gyraldus.

6. *Sum dea, cui nomen nec Cicero*] Pœnitentiæ verba ſunt. cæterum ut Ciceronianum verbum non ſit pœnitentia, apud quem *pœnitet* & *pœnitens* leguntur, tamen Livius, Plinius, & alii recentiores Latini eo nomine libenter uſi ſunt. *Pœnitudo* autem, neſcio, quanto ſit antiquius: quod pro pœnitentia uſurpavit Auſonius in ludo Sapientum, Sidonius in libri ſexti epiſtola nona, & alibi. *Vinetus.*

7. *Sic Metanœa vocor*] Vocabulum *pœnitentia* quum hoc genus carminis ſubire nequeat, Græco uſus eſt poëta pro illo Latino. *Idem.*

8. *Si quando volavi*] *Quandoque volavi* Ioannis Tilii liber vetus, & non male, ſi *quandoque* pro *quandocunque* ſumatur, ut apud Horatium de arte poëtica,
— quandoque bonus dormitat Homerus.
Id.

5. *Dicebam*

Ad Gallam puellam jam ſeneſcentem. XIII.

[1] DIcebam tibi : Galla, ſeneſcimus. effugit ætas.
Vtere [2] renc tuo; caſta puella, anus eſt.
Spreviſti. [3] obrepſit non intellecta ſenectus.
Nec revocare potes, qui periere, dies.
[4] Nunc piget : & quereris, quod non aut iſta voluntas
Tunc fuit : aut non eſt nunc ea forma tibi.
Da tamen amplexus : oblitaque gaudia junge.
Da, fruar, & ſi non quod volo, quod volui.

1. *Dicebam tibi*] Ode decima libri quarti carminum Horatii. Eſt & libro ſeptimo epigrammatum Græcorum ejuſdem fere ſententiæ epigramma in Prodicen. *Vinetus.*

1. *Dicebam tibi*] hoc eſt illud argumentum, quo frequentiſſime amantes uſi ſunt. itaque pleni eo Poëtarum libri. Invenias & apud Ariſtænetum epiſt. 1. l. 2. *Δίδου τοῖς σοῖς ὀπωρῶν εἰς τὴν ὥραν τρυγᾷν· μετ' ὀλίγον ἴσως γηράσουσιν· οἱ δὲ τῶν καλῶν σωμάτων ἐρασταὶ τῇ τοῦ φαινομένου κάλλους ἀκμῇ παραμετροῦσι τὸν ἔρωτα.*

2. *Rene tuo*] legitur, & *vere tuo.* Adoleſcentia enim cum vere comparatur. *Vinetus.*

2. *Vtere rene tuo*] ſcio renes eſſe libidinis ſedem. ſed non ſpernenda lectio nonnullorum librorum : *utere vere tuo.* Grævius.

3. *Obrepſit non int. ſeneƈt.*] habet hoc noſter à Iuvenale. qui ſat. IX :

— Feſtinat enim decurrere velox
Floſculus, anguſtæ miſeræque breviſſima vitæ
Portio : dum bibimus, dum ſerta, unguenta, puellas
Poſcimus, obrepit non intellecta ſenectus.

4. *Nunc piget*] Horatius od. 10, l. IV. ad Ligurin.

Dices heu, (quoties te in ſpeculo videris alterum)
Quæ mens eſt hodie, cur eadem non puero fuit?
Vel cur his animis incolumes non redeunt genæ?

Terent. Hecyra :

Eheu me miſeram, cur non aut iſthæc mihi
Aetas & forma eſt, aut tibi hæc ſententia?

& ad imitationem veterum Guarini nel Paſtor Fido :

Che ſe t'aſſale a la canuta etate
Amoroſo talento,
Harrai doppio tormento,
E di quel, che potendo non voleſti,
E di quel, che volendo non potrai.

[1] De Lepore capto à cane marino. XIV.

TRinacrii quondam currentem in littoris ora
Ante canes leporem [2] cœruleus rapuit.

At

1. *De Lepore*] Germanici Cæſaris duo ſunt epigrammata in leporem hunc libro primo epigrammatum Græcorum : quorum ſententiam in hoc ſuum Latinum Auſonius fere tranſtulit. Prius eſt.

Οὐρεῖ

At lepus : In me omnis terræ, pelagique rapina eſt,
Forſitan & cœli : [3] ſi canis aſtra tenet.

Οὔρειος ἐξ ὑπάτοιο λαγὼς πέσεν ἔς ποτε πόντον,
Ἐκπροφυγεῖν μεμαὼς τρηχὺν ὀδόντα κυνός.
Ἀλλ' οὐδ' ὣς ἤλυξε κακὸν μόρον. αὐτίκα γάρ μιν
Εἰνάλιος μάρψας, πνεύμονες ὀρφάνιζεν.
Ἐκ πυρὸς, ὡς αἶνος, πέσες ἐς φλόγας· ἦ ῥά σε δαίμων
Κἠν ἁλὶ, κἠν χέρσῳ θρέψε κυνέσσι βορήν.

Alterum.

Ἐκ κυνὸς εἷλε κύων με. τί τὸ ξένον; εἰς ἐμὲ θῆρες
Ὑγροὶ καὶ πεζοὶ θυμὸν ἔχουσιν ἴσον.
Αἰθέρα λοιπὸν ἔχοιτε λαγοὶ βατόν. ἀλλὰ φοβοῦμαι,
Οὐρανέ. καὶ σὺ φέρεις ἀστερόεντα κύνα. Vinetus.

2. *Cæruleus*] Sic in Græco Εἰνάλιος. ſubauditur Κύων, id eſt, canis. *Idem.*

3. *Si canis aſtra tenet*] Eſt canis major & minor in cælo : de quibus Aratus, Plinius, Hyginus. Seneca libro ſecundo de beneficiis. *Ingens, inquit, copia eſt rerum ſine nomine, quas non propriis appellationibus notamus, ſed aliunde commodatis. Pedem & noſtrum dicimus, & lecti, & veli, & carminis. Canem & venaticum, & marinum, & ſidus.* Sic triplex memoratur Lepus, in terra, mari, cælo. Hunc noverunt aſtronomi : de marino Plinius, & Appulejus in Apologia. *Idem.*

[1] De Pergamo ſcriptore fugitivo : qui captus fuerat. XV.

TAm ſegnis ſcriptor, quam lentus [2] Pergame curſor,
Fugiſti : & [3] primo captus es in ſtadio.

[4] Ergo

1. *De Pergamo*] Epigramma in Pergamum ſcriptorem fugitivum, retractum e fuga, non eſt ſingulare : ſed ſunt duo epigrammata. Nam primum continetur duobus diſtichis, alterum tribus. Notum eſt veſtigia imprimi ſolita frontibus ſervorum fugitivorum. Propterea ait :

Ergo notas ſcripto tolerasti Pergame vultu.

Propterea apud Columellam in Hortulo loquentem de lepidio, puto legendum :

--- fronti data ſigna fugarum.

quia hoc propius accedit ad veteres editiones, quæ habent *fucarum.* Quod tamen placuit doctiſſimis viris *focorum*, nec mihi diſplicet. Et, ut verum fatear, vetus codex habet :

Delctura quoque eſt fronti data ſigna focorum. Scaliger.

1. *De Pergamo*] Ante inventam divinam illam libros formis & prælo exſcribendi rationem, ut in reliquis artibus, ita in libris ſcribendis antiqui ſervorum manu utebantur. Tales fuiſſe ſcriptores multos Tryphoni, cui ſuos de Inſtitutione Oratoria libros Quinctilianus emittendos dedit, aliiſque tales bibliopolis, nemo dubitaverit. quin Cicero, Atticus, Varro, tales ſervos habuiſſe leguntur. Ex eo itaque genere fuit, in quem hoc epigramma ſcribitur. *Vinetus.*

2. *Pergame*] *Pergamum*, & *Pergamus*, & plurali *Pergama*, locus in Aſia, unde hujus ſervi nomen. A patria

[4] Ergo notas ſcripto toleraſti Pergame vultu:
  Et quas neglexit dextera, frons patitur.

tria plerumque, & ab iis locis, unde venerant, ſervis antiqui nomina imponebant, ut de Davis & Getis meminit Strabo libro ſeptimo. Sic apud Comicos *Syrus*, *Lydus*, *Myſis*, *Phrygia* appellati, à Syria, Lydia, Myſia, Phrygia regionibus. *Vinetus.*

3. *Primo captus es in ſtadio*] Ante quam ſtadium vnum progreſſus fuiſſes, à perſequente domino captus es. Valet autem στάδιον centum & viginti quinque paſſus auctore Plinio: Paſſus vero quinque pedes. *Idem.*

4. *Ergo notas ſcripto*] De iſtis notis & frontium inſcriptionibus, ut alicubi Seneca appellavit, legere poteris, quæ ſcribit Franciſcus Connanus ſecundo commentario Iuris civilis. *Idem.*

In eundem Pergamum. XVI.

PErgame, non recte punitus. fronte ſubiſti
  Supplicium, lentæ quod meruere manus.
At tu, qui dominus, peccantia membra coërce.
  Injuſtum falſos excruciare reos.
Aut inſcribe iſtam, quæ non vult ſcribere, dextram:
  Aut profugos ferri pondere necte pedes.

[1] De Myrone, & Laide. XVII.

[2] CAnus rogabat Laidis noctem Myron:
  Tulit repulſam protinus.
Cauſamque ſenſit: & [3] caput fuligine
  [4] Fucavit atra candidum.
Idemque vultu, crine non idem Myron,

Ora-

1. *De Myrone*] Epigramma de ſene Myrone, qui Laidis noctem oraverat, confectum eſt ab Auſonio ex Apophthegmate notiſſimo Adriani Imperatoris. Vide in ejus vita. *Scaliger.*

2. *Canus rogabat*] *Ioca ejus plurima extant. Nam fuit etiam dicaculus. Vnde illud quoque innotuit, quod quum cuidam caneſcenti, quiddam negaſſet, eidem iterum petenti, ſed infecto capite, reſpondit, Iam hoc patri tuo negavi.* Hoc AElius Spartianus de Hadriano Cæſare: quod ſcomma Auſonium finxiſſe à Laide in Myronem detortum, vult Baptiſta Pius in Annotationibus poſterioribus: ubi hoc epigramma explicatur, ſicubi forte in eo obſcurius quicquam occurrerit. *Vinetus.*

3. *Caput fuligine fucavit*] Vocat hoc Sammonicus, *nigrum crinem fuco ſimulare doloſo.*

4. *Fucavit*] βαφῇ ἐκεχρῆτο ἀφανίζειν, dixit de ſene Ceo Ælianus ſeptimo Variæ hiſtoriæ. *Vinet.*

 5. *Ora-*

Orabat [5] oratum prius.
Sed illa formam cum capillo comparans,
Similemque non ipſum rata,
Fortaſſe & ipſum, ſed volens ludo frui,
Sic eſt adorta callidum:
Inepte, quid me, quod recuſavi, rogas?
Patri negavi jam tuo.

5. *Oratum prius*] Id quod jam ante rogaverat, noctem Laidis. *Vinetus.*

De ſe, & uxore. XVIII.

LAïdas, & Glyceras, laſcivæ nomina famæ,
Conjux in noſtro carmine quum legeret;
Ludere me dixit, falſoque in amore jocari.
Tanta illi noſtra eſt de probitate fides.

Ad uxorem ſuam. XIX.

VXor, vivamus, quod viximus: & teneamus
Nomina, quæ primo ſumpſimus in thalamo;
Nec ferat ulla dies, ut commutemur in ævo;
Quin tibi ſim juvenis, tuque puella mihi.
[1] Neſtore ſim quamvis provectior, æmulaque annis
Vincas Cumanam tu quoque Deiphoben;
[2] Nos ignoremus, quid ſit matura ſenectus.
Scire ævi incertum, non numerare decet.

In

1. *Neſtore ſim quamvis provectior*] Etiam quum tres Neſtoris ætates ſuperavero, & tu annorum numero Sibyllam Cumanam viceris. Vxor tamen Auſonii Attuſia Sabina annos vixit tantum viginti octo, ut in Parentalibus luget maritus. *Vin.*

1. *Neſtore ſim*] Catalecta Petron.

Ergo age duremus, quamvis adoleverit ætas;
Vtamurque annis, quos mora parva teret
Fas & jura ſinunt veteres extendere amores:
Fac, cito quod captum eſt, non cito deſinere

2. *Nos ignoremus*] Cato de ſenectute diſſerens apud Ciceronem: *Nec enim unquam ſum aſſenſus illi veteri laudatóque proverbio, quod monet, Mature fieri ſenem, ſi diu velis eſſe ſenex. Ego vero me minus diu ſenem eſſe mallem, quam eſſe ſenem, antequam eſſem.* Vide Eraſmum in Adagiis. *Vinetus.*

1. *The-*

In Meroën anum ebrioſam. XX.

QVi primus MEROE nomen tibi condidit, ille
[1] Theſidæ nomen condidit Hippolyto.
[2] Nam divinare eſt, [3] nomen componere, quod ſit
Fortunæ, morum, vel necis indicium.
Proteſilae, tibi nomen ſic fata dederunt:
Victima quod Trojæ prima futurus eras.
[4] Idmona quod vatem, [5] medicum quod Iapida dicunt:
Diſcendas artes nomina præveniunt.
Et tu ſic, [6] Meroe: [7] non quod ſis atra colore,

Vt

1. *Theſida*] Filio Theſei regis Athenarum Hippolyto. Eſt autem ἵππος equus, & λύομαι ſolvor. Fuit enim diſtractus ab equis, unde illi nomen erat. Narratur fabula Naſoni Ovidio, Euripidi, Senecæ, Hygino, Servio, & aliis. *Vinetus.*

2. *Nam divinare*] Non inſcitum eſt in eandem ſententiam Philodemi Carmen Antholog. Gr. l. VII. qui poſtquam ſe jam quartæ Demûs amore captum fuiſſe dixit, ita concludit:

Αὐταί που μοῖραι με κατωνόμασαν φιλόδημον,
Ὡς αἰεὶ Δημοῦς θερμὸς ἔχει με πόθος.

Scholiaſtes Hom. in Iliad. β'. ἰστέον δὲ ὅτι ἐτίθεσαν πλεῖστοι τῶν παλαιῶν προληπτικῶς τὰς ὀνομασίας τοῖς παισὶν, ἀφ' ὧν ἔμελλον οἱ παῖδες ἐπιτηδεύειν πραγμάτων. σφόδρα δὲ αὐτοῖς ἔμελλε τὰ τοῦ πολέμου. διὸ Πηνέλεως μὲν ὠνομάσθη ἀπὸ τοῦ πένεσθαι περὶ τὸν λαὸν, ὅ ἐστι πονεῖν, καὶ ἐργάζεσθαι κατὰ τὸν ὄχλον, &c. apud Ariſtænetum Eubulides l. 2. epiſt. 12, de uxore rixoſa: ἔστι δὲ καὶ τὸν τρόπον καὶ τοὔνομα Δεινομάχη. Videatur & Plutarch. in Erot. de Actæone Corinthio. Torquat. Taſſus de Silvia, in Amynta:

Silvia crudele, ed empia
Piu che le ſelve, o com' a te confaſſi
Tal nome, e quanto vide, chi te 'l poſe.

3. *Nomen componere*] Lege, *nomen cui ponere.* Barthius.

4. *Idmona quod vatem*] Ἴδμων interpretari poteſt ſciens & peritus, quum derivetur à verbo εἴδω, ſcio, novi. Fuit autem Idmon augur & vates inſignis inter Argonautas. de quo lege plurima apud Herodotum, Apollonium Rhodium, Valerium Flaccum, Hyginum, Ammianum libro viceſimo ſecundo. *Vinetus.*

5. *Medicum quod Iapida dicunt*] *Aptum nomen medico. Nam ἰᾶσθαι Graeci dicunt curare.* Sic medici nomen, qui ictum ſagitta Æneam curavit, ἐτυμολογεῖ Servius in verſum trecenteſimum & nonageſimum primum duodecimi Æneidos: ſive *Iapis* hic fuerit, ſive *Iapix*, ſive *Iapyx*. Tot enim modis variare Virgilii exemplaria monuit caſtigator Pierius. *Idem*

5. *Medicum quod Iapida dicunt*] ſcribe *Iaſida.* ſic enim Iaſo quoque & Panacea cum Aſclepiadis conjunguntur. *G. Canterus.* & ita in ora libri emendaverat *Scaliger.*

6. *Meroë*] Inſula eſt Æthiopiæ, quam Nilus facit, & urbs. Sunt autem nigri Æthiopes. *Vinetus.*

7. *Non quod ſis atra colore*] Propertius lib. IV Eleg. VI:

Cepheam hic Meroen, fuſcaque regna canat.

Vt quæ Niliaca naſcitur in Meroe:
Infuſum ſed quod vinum non diluis undis,
Potare immixtum ſueta [8] merumque merum.

Sed alluſio hic multiplex. Nam & in Meroe inſula vinum bonæ notæ naſcitur. unde Lucanus lib.x. ỳſ. CLX:

-- -- gemmaque capaces
Excepere merum, ſed non Mareotidis uva:
Nobile ſed paucis ſenium cui contulit annis
Indomitum Meroe cogens ſpumare Falernum.

8. *Merumque merum*] Purum vinum, non dilutum. Ita vinoſæ feminæ *Meroa* nomen deducit à *mero*, id eſt vino, quemadmodum Appuleius quoque libro primo Aſini aurei: unde fortaſſe epigrammatis hujus argumentum. Sed quid ſi cum Quinctiano Stoa legamus? *Potare immiſtum ſueta merum Meroë.* Vinetus.

Nemeſis, è Græco. XXI.

[1] ME lapidem quondam Perſæ advexere, tropæum
Vt fierem bello: nunc ego ſum NEMESIS.
At ſicut Græcis victoribus adſto tropæum,
Punio ſic Perſas vaniloquos Nemeſis.

1. *Me lapidem*] Græca Leonidæ ſunt hæc libro quarto anthologiæ.

Καί με λίθον Πέρσαι δεῦρ' ἤγαγον, ὄφρα τρόπαιον
Στήσωνται νίκας. εἰμὶ δὲ νῦν Νέμεσις.
Ἀμφοτέροις δ' ἵστηκα, καὶ Ἑλλήνεσσι τρόπαιον
Νίκας, καὶ Πέρσαις τοῦ πολέμου Νέμεσις.

Sunt alia quoque in eodem libro non minus lepida Græcorum poëtarum epigrammata in Nemeſin: quæ ſignificat iram, invidiam, indignationem ex improborum proſperiore ſucceſſu, *vim quandam fortunæ*, ait Capitolinus in Maximo & Balbino: *animadverſionem divinam*, inquit Budæus libro primo rerum fortuitarum, in eos vindicantem, qui ſuperbè, arroganter, inſolenter, ſceleratè, perfidè, aut protervè in vita verſentur. Vnde *ultricem facinorum impiorum, præmiatricemque bonorum* appellavit Ammianus Marcellinus libro quartodecimo. Sed de illa plura Eraſmus in proverbiis, Petr. Crinitus libri undeviceſimi capite ſexto de Honeſta diſciplina, & Rhodiginus. *Vinetus.*

De varietate fortunæ, è Græco. XXII.

THeſauro invento, qui limina mortis inibat,
Liquit ovans laqueum, quo periturus erat.
At qui, quod terræ abdiderat, non repperit aurum,
Quem laqueum invenit, nexuit: & periit.

Idem

Idem aliter. XXIII.

[1] QVi laqueum collo nectebat, repperit aurum:
Theſaurique loco depoſuit laqueum.
At qui condiderat, poſtquam non repperit aurum,
Aptavit collo, quem reperit laqueum.

1. *Qui laqueum*] Latina hæc ex Græcis illis facta ſunt, quæ libro primo Anthologiæ leguntur duobus diſtichis: quorum prius eſt:

Χρυσὸν ἀνὴρ ὁ μὲν εὗρεν, ὁ δ' ὤλεσεν. ὧν ὁ μὲν εὑρὼν,
Ῥῖψεν, ὁ δ' οὐχ εὑρὼν, λυγρὸν ἔδησε βρόχον.

Alterum eſt:

Χρυσὸν ἀνὴρ εὑρὼν ἔλιπε βρόχον. αὐτὰρ ὁ χρυσὸν
Ὃν λίπεν, οὐχ εὑρὼν, ἧψεν ὃν εὗρε βρόχον.

De quorum Græcorum auctoribus inter Diogenem Laërtium, & eum, qui epigrammata illa collegit, non convenit. Quoniam prius ille Platoni vel Antipatro inſcribit, & poſterius Statyllio Flacco: Diogenes vero poſterius Platoni, alterius non meminit. In Lugdunenſibus autem membranis non fuit hoc tetraſtichum, ſed alterum hoc titulo *De eo qui theſaurum repperit, quum ſe laqueo vellet ſuſpendere.* Vinetus.

De Thraſybulo Lacedæmonio. XXIV.

[1] EXcipis adverſo quod pectore vulnera ſeptem:
Arma ſuperveheris quod, Thraſybule, tua;
Non dolor hic patris: [2] Pitanæ ſed gloria major.
Rarum, tam pulchro funere poſſe frui.
Quem poſtquam mœſto [3] ſocii poſuere feretro,
Talia

1. *Excipis*] Legitur hoc Græcum apud Plutarchum in Apophthegmatis Laconicis, tacito auctoris nomine. Dioſcuridi adſcribitur libro tertio epigrammatum Græcorum:

Τῷ Πιτάνα Θρασύβουλος ἐπ' ἀσπίδος ἤλυθεν ἄπνους,
Ἑπτὰ πρὸς Ἀργείων τραύματα δεξάμενος,
Δεικνὺς ἀντία πάντα. τὸν αἱματόεντα δ' ὁ πρέσβυς
Παῖδ' ἐπὶ πυρκαϊῆς Τύννιχος εἶπε τιθείς.
Δειλοὶ κλαιέσθωσαν. ἐγὼ δὲ σε, τέκνον, ἄδακρυς
Θάψω, τὸν καὶ ἐμὸν, καὶ Λακεδαιμόνιον. Vinetus.

2. *Pitanæ*] Pitanas legi duas. Vnam in Aſia Pomponius, Plinius, Stephanus ponunt. Alteram idem Plinius libro quarto, inter Laconicas urbes recenſet. *Vinetus.*

3. *Socii poſuere feretro*] Non quoſvis hic ſocios deſignari exiſtimem, ſed τοὺς ἱερεῖς maxime, quorum curæ hoc & omnia alia officia, imo & ipſa ad virtutem inſtitutio incumbebant. quin & mulctatum ferunt amatorem à magiſtratu, quod amaſius ejus imbellem in pugna vocem emiſiſſet. Teſtis Plutarch. in vita Lycurgi: & turpe fuiſſe ait Damaſcenus in Excerptis Conſtantini, δειλῶν συνεχ-

Talia magnanimus edidit orſa pater :
Flete alios. natus lacrymis non indiget ullis,
Et meus, & talis, & Lacedæmonius.

σύσκηνον, ἢ συγγυμναστὴν, ἢ φίλον γενναῖον. plura de iis Ælianus lib. III. cap. X. & XII. Xenophon in rep. Lacedæmonior. Plutarchus in inſtitutis Laconicis, aliique.

De Lacæna matre. XXV.

[1] MAter Lacæna clipeo obarmans filium,
[2] Cum hoc, inquit, aut in hoc redi.

1. *Mater Lacæna*] Plutarchus hoc recenſet inter Lacænarum apophthegmata. *Vinetus.*

2. *Cum hoc inquit*] ἢ τὰν, ἢ ἐπὶ τᾶς. Olim Lacedæmonii à parvulo ad res bellicas formabantur, & ut primum nati erant, clypeo imponi ſolebant, haſta juxta illum poſita, quique præſentes erant, acclamabant, ἢ τὰν, ἢ ἐπὶ τᾶς, id eſt, aut hunc, aut ſuper hunc, quaſi dicerent: danda erit tibi opera, ubi adoleveris, ut hunc clypeum ſalvum ab hoſtibus reportes, vel ut fortiter pro patria dimicando ſupra illum mortem occumbas. *Pulmannus.* Potius, in illo mortuus domum referaris. Noſter paulo ante:

Arma ſuperveheris quod Thraſybule tua.

& Virgil.

At Lauſum ſocii exanimem ſuper arma ferebant,

Item de Pallante:

At ſocii multo gemitu lachrymiſque
Impoſitum ſcuto referunt Pallanta frequentes.

Eleganter hoc Apophthegma apud Ariſtænetum lib. II epiſt. XVII. in ſuum detorquet commodum adulter inſtans: ἐγὼ τοίνυν, inquit, ἐρωτικὸς, ἀνέκπληκτος, μηδὲν ὀῤῥωδῶν, τὴν ἀνδρείαν μιμήσομαι τῶν Λακαινῶν. παρ' ἐκείνοις γὰρ αἱ μητέρες πρὸς τοὺς παῖδας ἔφασκον. ἐμοὶ δὲ παρακελεύεται κάλλιον ἡ ψυχὴ, ἢ ταύτην ἢ ἐπὶ ταύτῃ. καὶ διὰ σὲ κάλλος, ἢ γάμον ἀσμένως, ἢ τάφον ἀρῶ μοι. Reſpicit huc D. Auguſtinus Epiſt. XXXVIII, ad Lætam: *De Lacedæmoniis matribus memoria traditum eſt, quod filios ſuos, ut pro terrena patria ſanguinem funderent, multo amplius atque ardentius in certamina bellica, quam ſignorum ſonitus excitabant.*

In divitem quendam. XXVI.

QVidam ſuperbus opibus, & faſtu tumens,
Tantumque verbis nobilis,
Spernit vigentis clara ſecli nomina,
Antiqua captans ſtemmata,
Martem, Remumque, & conditorem Romulum,
[1] Primos parentes nuncupans.

Hos

1. *Primos parentes*] In Voſſiano altero, *privos*

2. Serum

Hos ille [2] Serum veſte contexi jubet:
  Hos cælat argento gravi,
[3] Ceris inurens januarum limina,
  [4] Et atriorum pegmata.
Credo, quod illi nec pater certus fuit:
  Et mater eſt [5] vere lupa.

2. *Serum veſte*] ſerica veſte. Populus eſt Aſiæ, qui lanificio ſilvarum nobiles, *aquarum aſpergine inundatis frondibus, vellera arborum adminiculo depectunt liquoris: & lanuginis teneram ſubtilitatem humore domant ad obſequium. Hoc illud eſt Sericum, in uſum publicum damno ſeveritatis admiſſum: & quo oſtentare potius corpora, quam veſtire primo feminis, nunc etiam viris perſuaſit luxuria libido.* Iunius Solinus. *Vinetus.* Plura de Seribus, & veſte Serica Ammian. Marcellinus lib. 23.

3. *Ceris inurens*] Vnde ἐγκαύσεις θυρῶν in veteri inſcriptione. Dicæarchus de Tanagra: τοῖς δὲ τῶν οἰκιῶν προθύροις καὶ ἐγκαύμασιν ἀναθηματικοῖς κάλλιστα κατεσκευασμένη. Tria *encauſtices* genera apud veteres fuiſſe ex Plinio obſervari poteſt. Vnum quo tabulam diſcoloribus ceris inducebant & inſternebant, ad quidlibet exprimendum pingendumque. quas poſtea ceras inurebant, ut lævigarent & exæquarent. In hoc genere penicilli nullus erat uſus. Alterum genus encauſtices, quod in ebore & cornu, veruculo ſive ceſtro inurebatur: quod κεστρωτὸν inde vocabant. Tertium his duobus acceſſit genus liquefactis igne ceris penicillo utendi. *quæ pictura navibus, nec ſole, ventiſve corrumpitur,* inquit Plinius. *Salmaſius ad Solin.*

3. *Ceris inurens*] duos hic pluresve verſiculos excidiſſe reor. non videtur enim hic verſus cum præcedentibus cohærere.

4. *Et atriorum pegmata.*] πήγματα machinæ, ornamentique genus in principum ædibus. *Vinetus.*

5. *vere lupa.*] ſcortum. Meretricum enim mores, voraci luporum ingenio, haud ſunt diſſimiles. Alludit autem ad fabulam de Romulo & Remo à lupa lactatis, apud Livium, Plutarchum, Halicarnaſſeum. *Vinetus.*

Antiſthenes Cynicus Philoſophus. XXVII.

[1] INventor primus [2] Cynices ego. Quæ ratio iſtæc?
  [3] Alcides multo dicitur eſſe prior:

Alcida

1. *Inventor primus*] Athenienſem Antiſthenem ſcribit Diogenes Laërtius, quum à Socrate tolerantiam didiciſſet, Cynicam primum inſtituiſſe ſectam, principemque in ea fuiſſe. *Vinetus.*

2. *Cynices*] Secta hæc tum Κυνικὴ, tum Κυνισμὸς Græcis appellatur. Antiſthenes autem, auctore eodem Laërtio, diſſerebat in Gymnaſio, cui *Cynoſarges* nomen haud procul portis Athenarum. à quo loco ſectam Cynicam nonnulli dictam volunt. Alii verò à *Canis*, qui Græce Κύων dicitur, ingenio, dictos opinantur Cynicos: quod eorum mores caninis perſimiles eſſent, qui allatrarent, maledicerent omnibus, riderent omnes contemnerentque, & poſtremo etiam morderent. Lucianus cum aliis in locis, tum in vitarum auctione, præclara Cynicorum philoſophorum inſtituta

Alcida quondam fueram doctore ſecundus,
4 Nunc ego ſum Cynices primus, 5 & ille deus.

ſtituta ſcitè eleganterque depingit. *Vinetus.*

3. *Alcides*] Hercules à patris Amphitryonis patre Alceo, non ἀπὸ τῆς ἀλκῆς, id eſt, à viribus & fortitudine, ut dicit interpres vetus Virgilii in ſextum Æneidos. Habebat autem Hercules templum ἐν Κυνοσάργει, cujus exemplo, quod labor bonum eſſet, comprobare ſolebat Antiſthenes. Sed & Diogenes Σινωπεὺς, Antiſthenis pertinaciſſimus aſſectator, aliud Cynicæ familiæ columen, in auctione vitarum Luciani, imitatorem ſe profitetur Herculis. Idem facit Alcidamas quoque in Cynico ordine, Antiſthene, Diogeneque majoribus ſuis non inferior. Talem deſcribit idem Lucianus in Sympoſio ſeu Lapithis. Cujus hæc ſunt verba Eraſmo interprete: *Quin ego tibi*, inquit, *vel ſtans cœnavero, in ipſo interim convivio etiam obambulans. Quod ſi defatigatus fuero, tum humi ſubſtrato pallio, cubito innixus cubuero: qualem videlicet Herculem pingunt.* Vbi egregius ille Cynicus, Herculem deum ſuum appellat. *Vinetus.*

4. *Nunc ego ſum Cynices*] Pro *Cynicis*, *Cynicus* legit Scoppa. *Vinetus.*

5. *& ille Deus.*] Hercules. qui quo pacto exuta mortalitate, ex Oeta monte ad deos abierit, Oetæus ipſe Hercules Senecæ oſtendit. & Ovidius nona Metamorphoſeon. *Idem.*

Idem. XXVIII.

1 Diſcipulus nulli melior, meliorve magiſter,
Εἰς ἀρετὴν συνέβη, καὶ κυνικὴν σοφίην.
Dicere me verum novit, qui novit utrumque,
Καὶ θεὸν Ἀλκείδην, καὶ κύνα Διογένην.

1. *Diſcipulus nulli*] Hoc epigrammate, quod imagini ſubditur Cynici Antiſthenis, immutatum lemma eſt, ad Diogenemque relatum. erroris, ut arbitror, adminiculo, quod in calce ejus nomen viderint Διογένη. quanquam apud Lucianum in Dialogo, cui titulus βίων πρᾶσις, Diogenes inducitur, qui ſe Herculis imitatorem eſſe dicat, atque ejus illa quoque ſit præclara ſane, nec indigna Cynico ſententia, τουτὶ μοι λέοντι τὸ τελώνιον. στρατεύομαι δὲ ὥσπερ ἐκεῖνος ἐπὶ τὰς ἡδονὰς, οὐ κελευστὸς, ἀλλὰ ἑκούσιος, ἐκκαθᾶραι τὸν βίον προαιρούμενος. Alii rurſus ex uno geminum epigramma fecere. Quid eſt autem: εἰς ἀρετὴν συνέβη, καὶ κυνικὴν σοφίην. quod eſt latine, *ad virtutem contigit, & Cynicam ſapientiam.* ac deinde: καὶ θεὸν Ἀλκείδην, καὶ κύνα Διογένην, hoc eſt, *Et Deum Alcidem, & canem Diogenem.* niſi ut reſpondeat, qui interrogatur, Antiſthenes Diogenis magiſter, præſtantiſſimum ſibi contigiſſe præceptorem Deum Herculem, diſcipulum vero cynicum Diogenem? *Namque*, ait Cicero in Rhetoricis, *Artium magiſtros afferre laudem ſive vituperationem diſcipulis, rurſus diſcipulos magiſtris.* Ita vero Diogenem cognominavit canem, ut & noſtri nonnunquam, & Græci (quod Pauſanias quoque ait in Corinthiaca) conſuevere. ut in Epigrammate, Διογένης ὁ κύων, & Martialis in apophoretis, *dormiat & tetrico cum cane pera rogat*, Mariang. Accurſius.

Libero

Libero patri. XXIX.

[1] Αἰγύπτιοι μὲν Ὄσειρις ἐγώ, [2] Μυσῶν δὲ [3] Φανάκης,
[4] Βάκχος ἐνὶ ζωοῖσιν, ἐνὶ φθιμένοις Ἀϊδωνεύς,
[5] Πυρογενής, [6] δίκερως, [7] τιτανολέτης, Διόνυσος.

1. Αἰγύπτιοι] Eſt notandum, Pariſinum codicem monere, Græcum carmen fragmentum eſſe, ut verear, ne tam Latinum quam Græcum, ut mendoſa ſunt, ita neque caput, neque pedes habeant. *Vinetus.*

2. μυςῶν] Hic pro Μυςῶν, legit Μυσῶν Lilius: ſicut in Latino *Myſi Phanacem*, pro *Myſta Phanacem*. Idem.

3. Φανάκης] fuit quando non φανάκης, ſed φανάτης, reponendum cenſuerimus, quod conſtaret, Deum ipſum Græcis ita nuncupatum. Macrob. lib. 1. Saturn. *Pleriſque*, inquit, *Phaneta appellant* ἀπὸ τοῦ φαίνειν. ἐπειδὴ φαίνεται νέος, *quia ſol quotidie renovat ſeſe.* Nec multo item poſt, quo loco eundem eſſe Liberum patrem, exteroſque Deos cum Sole, commentatur: *Phaneta Orpheus dixit ſolem* ἀπὸ τοῦ φωτὸς καὶ φανεροῦ, *id eſt à lumine atque illuminatione, quia cunctis viſitur, cuncta conſpiciens.* Dictum ab eodem eſt de Libero patre, *myſta Phanacem nominant.* Mariang. Accurſius.

4. Βάκχος ἐνὶ] Scribo, ἐνὶ ζωοῖσιν, ἐνὶ φθιμένοισιν Ἀϊδωνεύς. hoc eſt, inter viventes, inter mortuos. Plato in ſtellam:

> Ἀστὴρ πρὶν μὲν ἔλαμπες ἐνὶ ζωοῖσιν ἑῷος,
> Νῦν δὲ θανὼν λάμπεις ἕσπερος ἐν φθιμένοις.

Quos verſus, poſt Madaurenſem Apulejum, ita reddidit Auſonius:

> *Stella prius ſuperis fulgebas Lucifer: at nunc*
> *Extinctus caſſis lumine veſper eris.*

Mariang. Accurſius.

5. Πυρογενὴς] & πυρηγενὴς, *ignigena* Ovidio libro quarto Metamorphóſeon. *Ignigenus* Apuleio, libro ſeptimo de Aſino. (Αἰθιόπαις Anacreonti apud Heſychium.) Quod autem ita dicatur Bacchus, id pertinet ad fabulam de Semele, quæ paucis memoratur in Cupidine cruci affixo. *Vinetus.*

6. δίκερως] Duo habens cornua. Sic in Orphei hymno. Sidonius Apollinaris in Burgo de Baccho:

> —— *caput aurea rumpunt*
> *Cornua: & indigenam jaculantur fulminis ignem.* Vinetus.

7. τιτανολέτης] Lilius Gregorius Τιτανολύτης, videtur legiſſe: ſed ut Τιτανολέτης, ſic γιγαντολέτης, in eo carmine, quod ex primo libro epigrammatum adducit. Quos autem Titanes, Gigantes, Heroës, gentes ſubegerit Bacchus, narrabunt Herodotus, Diodorus Siculus, Ovidius, & alii. *Vinetus.*

[1] Myobarbum Liberi patris ſigno marmoreo in villa noſtra omnium deorum argumenta habentis. XXX.

[2] Ogygia me Bacchum vocat,
Oſirin Ægyptus putat,

[3] Myſi

1. *Myobarbum Liberi patris*] Debet præponi pro lemmate illi Epigrammati Græco: Αἰγύπτιοι μὲν Ὄσειρις ἐγώ, & ſequenti Latino tantum præponen-

[3] Myſi Phanacen nominant.
Dionyſon Indi exiſtimant.
[4] Romana ſacra Liberum. 5
[5] Ara-

ponendum lemma ITEM. Non eſt autem *Myobarbum* dictum παρὰ τ̀ βαρβοῖν. ut putat Turnebus: & ut nos quoque perperam aliquandiu putavimus. Nam hoc ſi ſic eſſet, non neutro genere μυοβαρβοον, ſed maſculino dicendum erat, μυοβαρβος. Deinde ſi βαρβὸς eſt Myſterium Cereris:quid hic myſteriis opus eſt? unum tantum nomen hic myſticum eſt, nempe *Phanaces*. cætera pro populorum diverſis appellationibus. Sed ut hæc opinio Turnebi tanquam falſa prorſus explodenda eſt, ita pro vera amplectenda, quam ponemus. Primum Bacchum cum cantharo oblongo, & anguſto fingi ſolitum, non ſolum veteribus auctoribus, qui hoc tradunt, ſed & nobis ipſis credendum eſt, qui in veteribus marmoribus, numis, ac monumentis id obſervavimus. Nam alii ſunt canthari, ex quibus vinum defundebatur in pateras; alii potorii canthari, quibus bibebatur. Arnobius: *Quid ille in Liberi dextra pendens potorius cantharus?* Illi canthari, ut dixi, oblongi ſunt, & anguſtiſſimi infima parte, qua committuntur baſi ſuæ. Deſinunt enim in turbinem ſubtiliſſimum, qui init baſem ipſam. A qua ſimilitudine & muris & barbæ, quæ in conum deſinit, nomen ibrida voce, ex Latino, & Græco ſermone inſititium adeptus eſt: & vocatus eſt cantharus ille *Myobarbum*. Quæ compoſitionis laſcivia ne cui forte mira videatur, habet ſimilem in alio vaſe Romano, quod Græco nomine, item Latino *Nanum barbaton* vocabant. Græcum nomen eſt *Nanus*, ſed figura Latina. Latinum nomen *Barbatos*, ſed figura Græca. Varro: *Quo poſtea acceſſit Nanus cum Græco nomine, & cum Latino nomine Græca figura Barbatos.* Quare ſi id eſt in nominibus ſeparatis, quidni & in compoſitis? Vides præterea *barbatum* vocari, quod ea figura eſſet, qua fuiſſe cantharum potorium deſcripſimus: ut non dubium ſit, quin laſcivia joculari ita vocatus ſit cantharus potorius Bacchi. In eo autem hæc inſculpta nomina fuiſſe mirum nemini videri debet. Nam Liber pater nudus, & aliarum rerum inermis fingebatur: ut nihil haberet, in quo tituli illi poni poſſent, præter cantharum potorium. Ego ſane non dubito, quin ea ſit vera conjectura, & ex Græco & Latino jocolariter compoſita ſit vox, & *Myobarbum* dictum, ut *Myoparo*, propter longitudinem. eſt enim piratici navigii genus. Quid autem myſtici habeat mus, quod velle videtur Turnebus, id ſane mihi prorſus myſticum eſt, & opertum. Tantus vir potuit ignorare, μύειν eſſe abdere ſe in latibula, inlatebrare ſe? quod ſane mus facit. Ab eo ergo dictus μῦς. *Scaliger.*

2. *Ogygia*] Bœotia. Thebæ. Ogyges apud Varronem libro tertio de Re ruſtica, ſed Ὠγύγης apud Strabonem & Pauſaniam, appellatur rex Thebarum Bœotiæ, unde hoc nomen factum. Thebanus autem genere fuit Bacchus. *Vinetus.*

3. *Myſa Phanacen*] ita vulgo perperam. legendum enim *Myſi*. quia ab Auſonio variæ memorantur gentes, quarum ſingulis myſtæ ſui. ut huic loco non generale *myſtarum* nomen, ſed particularis alicujus nationis appellatio conveniat. Talis Myſorum, qui Thracibus contermini. *G. I. Voſſius.*

4. *Romana ſacra Liberum*] *Liber* Romanis & Latinis appellatur deus vini Bacchus: quod, ut volunt, animum curis vinum *liberet*. *Vinetus.*

5. *Aran*

⁵ Arabica gens Adoneum.
⁶ Lucaniacus Pantheum.

5. *Arabica gens Adoneum*] Legitur & Aedoneum prima diphthongo, ut Αἰδωνεὺς ſupradictus: ſed *Adoneum* prima brevi malo: intelligóque, ut Lilius, *Adonidem* illum, Veneris deæ amores, & delicias: quomodo apud Plautum in Menæchmis:

Dic mihi, nunquid vidiſti unquam tabulam pictam in pariete,
Vbi aquila catamitum raperet, aut ubi Venus Adoneum?

Natum autem Adonidem apud Sabæos gentem Arabiæ fabulatur Ovidius decimo Metamorphoſeon. Idémque numen eſſe Bacchum & Adonidem ex Plutarchi ſympoſiacis tradit Cœlius Rhodiginus. *Vinetus.* De his aliiſque Bacchi, & reliquorum deorum cognominibus, nos deo volente latius, ubi Mythologis recenſendis manum admovebimus.

6. *Lucaniacus*] Auſonii hæc villa eſt, cujus deinceps ſæpe fit mentio, & ſitum Scaliger explicat in fine Operis.

In Corydonem marmoreum. XXXI.

Αἴξ, χίμαρος, πήρη, ποιμὴν, ῥαβδοῦχος, ἐλάιη,
Εἷς λίθος. ἐκ πάντων· λιτὸς ἐγὼ Κορύδων.

1. λιτὸς] Quidam tamen codices pro λιτὸς, minutus, habent αὐτὸς, ipſe. Quæ duo verba Græca ſic ſe mutuo propter ſimilitudinem corruperunt apud Iuvenalem libro tertio. Vbi λιτὸς inveniſſe ſcripſit Turnebus libri viceſimiquarti capite duodeviceſimo Adverſariorum: quum vetuſtiſſimus Petri Pithei viri doctiſſimi codex αὐτὸς habeat, ſicut apud Homerum ſcribitur libro 16. Odyſſeæ. Sed aliter etiam depravatus fuit locus ille Iuvenalis. *Vinetus.*

1. λιτὸς ἐγὼ Κορύδων] Hæc omnia ex uno exſcalpta lapide effecere, ut ipſe ego paſtor tenuis & exiguus eſſem, qui grandior alias effingi potuiſſem. Ludit in paronomaſia τοῦ λίθος & λιτὸς: quam figuram noſter ad faſtidium uſque affectat.

In ſimulachrum Sapphûs. XXXII.

¹ LEsbia Pieriis Sappho ſoror addita Muſis,
² Εἰμ᾽ ἐνάτη Λυρικῶν, Ἀονίδων δεκάτη.

Deæ

1. *Lesbia Pieriis*] Plato primo epigrammatum libro, capite, εἰς ποιητάς.

Ἐννέα τὰς Μούσας φασίν τινες· ὡς ὀλιγώρως.
Ἠνὶ δὲ καὶ Σαπφὼ Λεσβόθεν ἡ δεκάτη.

Lesbia è Lesbo maris Ægei inſula, Troadi adjacente: *Pieriis* à Pieria regione amœniſſima, & urbe in Theſſalia ſive Macedonia. Sapphones autem duas facit Suidas, ambas Lesbias, alteram hanc poëtriam, quæ floruerit, quo tempore Alcæus, Steſichorus, & ſeptem illi ſapientes. De altera in epigramma nonageſimum, & in Cupidinem cruci affixum. *Vinetus.*

2. Εἰ ἐνάτη] legendum εἰμ᾽ ἐνάτη, ut ſe Lyricorum quidem nonam Muſarum vero decimam fuiſſe, memoret. Addunt alioqui eam Muſis decimam & Plato, & Antipater, neque

que quiſquam catalogo eximit vatum Lyricorum. Qui (ut vel ipſe ait Auſonius) numero ſunt Mnemoſynarum. Extat græcum Epigramma, quo ſingulis Lyricorum octo collaudatis, veluti majorem ei gloriam comparaturus, de Sappho ita ſubdit, quicunque ille Author fuerit:

Ἀνδρῶν δ' οὐκ ἐνάτη Σαπφὼ πέλει, ἀλλ' ἐρατειναῖς
Ἐν μούσαις δεκάτη μοῦσα καταγράφεται). Mariang. Accurſius.

Deæ Veneris. XXXIII.

ORta [1] ſalo, ſuſcepta [2] ſolo, [3] patre edita Cœlo,
[4] Æneadum genetrix, hic habito alma Venus.

1. *ſalo*] mari. *Vinetus.*

1. *ſalo*] Solinus in Pontic.

--- *Quæ ſemine cœli*
Parturiente ſalo, divini germinis æſtu,
Spumea purpurei dum ſanguinat unda profundi
Naſceris è pelago, placido dea proſata mundo.

2. *ſolo*] terra. Eſt autem παρονομασία in his, *ſalo*, *ſolo*, *cœlo*. Sic in verſu triceſimo Iambici epiſtolæ viceſimæ ſecundæ, *Soli & ſali commercio.* Vinetus.

3. *Patre edita Cœlo*] Saturnus quum patris ſui Cœli virilia falce amputaſſet, eáque in mare decidiſſent, Venerem deam genuerunt. *Idem.*

4. *Æneadûm genitrix*] His duobus verbis ſuum carmen incipit Lucretius. *Id.*

Ad libellum ſuum de Proculo. XXXIV.

SI tineas, cariemque pati te, charta, neceſſe eſt,
Incipe verſiculis [1] anteperire meis.
[2] Malo, inquis, tineis. Sapis, ærumnoſe Libelle,
[3] Perfungi mavis qui leviore malo.

Aſt

1. *anteperire*] Sic apud Catullum: *Poſtphaſelus* apud Terentium *ſemperlenitas*, & apud alios alia. ſic in gloſſis Iſidori:

Antemalorum, præteritorum malorum,
ex Virgilio.

2. *Malo, inquit, tineas*] primus & alter item Voſſianus, *tineis*; ſic ut referatur ad τὸ *perite*, quod propius. quare veteres Codices ſequutus ſum. iidem, *quod leviore malo.* Repetitio autem illa uti valde familiaris eſt poëtis, ita & longe gratiſſima. Hanc qui nobis voluptatem corrumpendo inviderunt, merito ſuo carpendi ſunt. Ego, ſi quid eo gratiæ à benevolo lectore inire potero, etiam in alio epigrammatio redintegrabo. In vett. Poëtar. Catalectis Scaligeri pag. 204. carmen eſt Porcii Licinii ipſo melle dulcius, quod librarii nobis in fel commutaverunt. Proponam priſtino lepori reſtitutum:

Cuſtodes ovium teneræque propaginis, ignem
Quæritis? ignem (ite huc) quæritis? ignis homo eſt.
Si digito attigero, incendam ſylvam ſimul omnem.
Omne pecus, (flamma eſt) omnia, quæ video.

Flamma eſt ſc. homo, ut paulo ante, *ignis homo eſt.*

3. *Perfungi*] Sic vetus liber. Alii quidam *perfundi*, D pro G. idem poſt, vetus, *quod*, pro, *qui bene ais*, pro, *verum.* Vinetus.

4. *Bene*

Aſt ego damnoſæ nolo otia perdere Muſæ,
Iacturam ſomni quæ parit, atque olei.
Vtilius dormire fuit, quam perdere ſomnum,
Atque oleum. [4] bene ais. cauſa ſed iſta mihi eſt;
Iraſcor Proculo: cujus facundia tanta eſt,
Quantus honor. ſcripſit plurima, quæ cohibet.
Hunc ſtudio ulciſci: & prompta eſt hæc ultio vati:
Qui ſua non edit carmina, noſtra legat.
Hujus in arbitrio eſt, ſeu te juveneſcere [5] cedro,
Seu jubeat duris vermibus eſſe cibum.
Huic ego, quod nobis ſupereſt ignobilis otî,
Deputo: ſive legat, quæ dabo, ſive tegat.

4. *Bene ais*] repone. *bene ais: Cauſſa ſed iſta mea eſt.* Scaliger.

5. *cedro*] Cedrus arboris genus in Creta, Africa, Syria, cujus oleo perunctæ res, ut etiam libri, nec tineam, nec cariem ſentiunt. Vitruvius, Plinius, & alii. *Vinetus.*

De nomine cujuſdam Lucii, ſculpto in marmore. XXXV.

LVcius una quidem, geminis ſed diſſita punctis
Littera: [1] prænomen ſic L nota ſola facit.
Poſt M inciſum eſt: puto ſic M non tota videtur.
Diſſiluit ſaxi fragmine læſus apex.
[1] Nec quiſquam, Marius, ſeu Marcius, an ne Metellus
Hic jaceat, certis noverit indiciis.
Truncatis convulſa jacent elementa figuris,
[2] Omnia confuſis interiere notis.

Mire-

1. *Prænomen*] In Editione Vgoletti L deſiderari in ſuis ad me litteris Cl. Grævius monuit, unde ſuſpicer Auſonio ſcriptum L litera diviſa pro L.

1. *Nec quiſquam Marcus*] non potuit Auſonius ſcribere *Marcus*, quia jam dixerat *Lucio* prænomen fuiſſe. Nemo autem unquam ſimul *Lucius & Marcus.* Scribo: *Nec quiſquam Marius, ſeu Martius.* ita omnia ſunt gentilia. *Gronovius.*

1. *Nec quiſquam Marcus*] lego: *Nec quiſquam Marius, ſeu Martius.* Prænomen enim *Marcus* hic nullum locum habet, cum L. prænomen ſignificarit, litteræ vero nomen exprimentes interciderint. Mallem etiam verſu præcedente: *Poſt L. inciſum eſt.* Poſt litteram L., qua prænomen indicabatur, ſaxum erat fractum, & litteræ oblitteratæ, ut non niſi apices ſupereſſent & vix M dimidium cognoſci poſſet. *Grævius.*

2. *Omnia confuſis interiere notis*] Sine du-

Miremur periiſſe homines? [3] monumenta fatiſcunt,
[4] Mors etiam ſaxis, nominibuſque venit.

ne dubio legendum:
Nomina confuſis interiere notis. Græ-vius.

3. *Monumenta fatiſcunt*] Lucretius lib. v.

Denique non lapides vinci quoque cernis ab ævo?
Non altas turres ruere, & putreſcere ſaxa?
Non delubra deûm, ſimulacraque feſſa fatiſci?
Denique non monumenta virum dilapſa videmus
Cedere proporro, ſubitoque ſeneſcere caſu?

Seneca de brevit. vitæ: *Honores, monumenta, quidquid aut decretis ambitio juſſit, aut operibus exſtruxit, cito ſubruitur: nihil non longa demolitur vetuſtas, & movet opus, quod conſecravit.* Martial. lib. x. Ep. 2.

Marmora Meſſala findit caprificus, & audax
Dimidios Criſpi mulio ridet equos.

4. *Mors etiam ſaxis*] Iuvenalis verſu centeſimo & quadrageſimo ſexto libri quarti:

Quandoquidem data ſint ipſis quoque fata ſepulchris.

& Ovidius quincto faſtorum:

--- --- longa vetuſtas
Deſtruit, & ſaxo longa ſenecta nocet.

Nihil enim eſt opere aut manu factum, inquit Cicero pro Marcello, *quod aliquando non conficiat & conſumat vetuſtas.* Rutilius Numatianus poëta Gallus in itinerario de Populonia everſa:

Non indignemur mortalia corpora ſolvi:
Cernimus exemplis oppida poſſe mori.

Servius Sulpicius in litteris ad Ciceronem libro quincto Epiſtolarum. *Vinetus.*

[1] De Sabina uxore. XXXVI.

SIve probas Tyrio textam ſubtegmine veſtem:
Seu placet inſcripti commoditas tituli:
Ipſius hoc dominæ concinnat utrumque venuſtas,
Has geminas artes una Sabina colit.

1. *De Sabina*] Poteſt Auſonius hæc ſcripſiſſe de Attuſia Sabina conjuge ſua: de qua eſt carmen nonum Parentalium. *Vinetus.*

1. *De Sabina*] Lemma hujus Epigrammatis ſic eſt concinnandum: *De Sabina uxore.* Fuiſſe enim ejus uxorem apparet ex parentalium Epigrammatum x. Et lemmata ſequentium duorum Epigrammatum non alia debent eſſe quam: *De eadem.* Græviu s.

De eadem Sabina. XXXVII.

LAudet [1] Achæmenias orientis gloria [2] telas:
Molle aurum [3] pallis Græcia texe tuis;

Non

1. *Achæmenias*] Perſicas, Parthicas, Babilonicas, Orientales. Achæmenidæ, auctore Herodoto, libro primo, ſunt gens Perſidis: unde Perſarum

Non minus [4] Auſoniam celebret dum fama Sabinam,
Parcentem magnis ſumptibus, arte parem.

ſarum reges oriundi, & *Achamenes* dicti. Meminit Stephanus etiam, & Solinus. *Vinetus.*

2. *Telas*] Tapetia, aulæa: ut quæ *Babylonica*, & *belluata* dicta ſunt Plauto, & aliis. *Idem.*

3. *Pallis Græcis*] Plura de palla Baifius in libro de Re veſtiaria: in vetere gloſſario μίτρος, πέπλος, παραπέτασμα exponitur. *Vinetus.*

4. *Auſoniam*] Italam, Romanam. *Idem.*

De eadem Sabina. XXXVIII.

[1] LIcia qui texunt & carmina; carmina Muſis,
[2] Licia contribuunt [3] caſta Minerva tibi.
Aſt ego rem ſociam non diſſociabo, Sabina:
Verſibus inſcripſi quæ mea texta meis.

1. *Licia qui texunt*] Loquitur de ſe Sabina. *Vinetus.*

2. *Licia*] Telas. Licium, quo ſtamen implicatur in tela. *Idem.*

3. *Caſta Minerva*] Minerva, quæ & Pallas, non tantum armorum, ſed etiam lanificii dea eſt. Servius in extremum ſeptimum Æneidos, & Ovidius in principio ſexti Metamorphoſeon. *Id.*

Qualem velit amicam. XXXIX.

[1] HAnc volo, quæ non volt, illam quæ volt, ego nolo.
Vincere volt animos, non ſatiare Venus.
Oblatas ſperno illecebras, detrecto negatas.
Nec ſatiare animum, nec cruciare volo.
[2] Nec bis cincta Diana placet, nec nuda Cythere.
Illa

1. *Hanc volo &c.*] Ejuſdem ferme ſententiæ eſt illud Anthol. gr. lib. 7.

Μισῶ τὴν ἀφελῆ, μισῶ τὴν σώφρονα λίαν.
Ἡ μὲν γὰρ βραδέως, ἡ δὲ θέλει ταχέως.

Petronius:

Nolo, quod cupio, ſtatim tenere;
Nec victoria mi placet parata.

Hinc Ariſtænetus lib. II. Ep. I. χαριέστατον οἶδα τὸ σμικρὸν ὑποκνίζειν τὰς νέας. Τοῦτο γὰρ τῶν ἀφροδισίων συναναζέλλει τὸν ἔρωτα, καὶ ταῖς ἑταίραις ὑποδείκνυσιν ἀεὶ ποθεῖν τοὺς ἐραστάς. ἀλλ' εἰ τοῦτο γένοιτο πέρα τῆς χρείας, ἀπογνόμενοι οἱ ποθοῦντες.

Claudianus in Feſcenninis, v. 108.

Creſcunt difficili gaudia jurgio;
Accenditque magis, quæ refugit venus.
Quod flenti tuleris, plus ſapit oſculum.

Martialis lib. v. Epigr. 84.

Inſequeris, fugio: fugis, inſequor. Hæc mihi mens eſt:
Velle tuum nolo, Dindyme: nolle volo.

2. *Nec bis cincta*] Vetus Epigramma:

Sic me cuſtodi, Coſtonia, neve ligata
Vincula ſint nimium: neve ſoluta nimis.
Effugiam laxata nimis: nimis aſpera rumpam.

Sed

Illa voluptatis nil habet, hæc nimium.
Callida ſed mediæ Veneris mihi venditet artem
³ Femina, cui jungar, quod volo, nolo vocet.

Sed neutrum faciam, commoda ſi fueris.
Vide & Ep. 158. l. I. & 37. l. IV. Martialis.

3. *Fœmina, qua jungat, quod volo*] Hic verſus ſic legendus & diſtinguendus:

Fœmina cui jungar, quod volo, nolo vocet.

Aſſerit hanc lectionem verſus primus hujus epigrammatis. Hoc ingenio ſunt fere omnes amatores quibus *quicquid quæritur optimum videtur*, ſecundum Petronium. *Gravius.*

De Chreſto & Acyndino fratribus. xl.

Χρῆστος, Ἀκίνδυνος, ¹ εἰσὶν ἀδελφεοί· οἰκτρὰ δὲ τέκνα,
Moribus ambo malis, nomina falſa gerunt.
Οὐδ' οὗτος χρηστὸς, οὐδ' οὗτος ἀκίνδυνός ἐστιν.
² Vna poteſt ambos littera corrigere.
³ Αἴκεν Χρῆστος ἕλῃ, καὶ Ἀκίνδυνος ἄλφ' ἀπολέσῃ:
Κίνδυνος hic fiet: frater Ἄχρηστος erit.

1. Εἰσὶν ἀδελφεοί] alter liber, *αὐτοὶ ἀδελφεοί.* poſſet hic verſus ita concipi: Χρῆστος, Ἀκίνδυνος. *ἤτοι ἀδελφεοὶ, οἰκτρὰ δὲ τέκνα.* atque ita quoque expreſſus eſt in antiqua Vgoletti editione.

2. *Vna poteſt ambos*] non abſimile eſt joco Philippi Macedonis, principis, meo judicio, maximi. Duo fratres erant in ejus ſatellitio, quorum alter Ἀμφότερος vocabatur ſegnis, & nullius precii; alter Ἑκάτερος, homo ſtrenuus, & vigilax. Itaque dicebat Ἑκάτερον eſſe Ἀμφότερον, Ἀμφότερον autem οὐδέτερον. *Scaliger.*

3. Αἴκεν] Pariſienſis codex hic habet,

Αἴκεν χρῆστος ἔχῃ παρ' Ἀκινδύνου
ἄλφα ἀδελφοῦ.

Sic & in primo verſu legitur, *αὐτοὶ ἀδελφεοὶ*, pro *εἰσὶν ἀδελφεοί.* Vinetus.

3. Αἴκεν Χρῆστος] Scaliger in margine Ἄκεν notaverat.

De iiſdem. xli.

Germani fratres ſunt, Chreſtos, Acindynos alter.
¹ Falſum nomen utrique, ſed ut verum ſit utrique,
Alpha

1. *Falſum nomen*] Hic verſus concinnatus eſt à correctoribus. quia, ut puto vacabat ibi ſpatium, & lacuna in veteri libro. Nam id facile probatur, tum quia pentameter non eſt, ut ultimus: tum quia coactus, neque liber eſt. & , ſi verum profiteri licet, primum illud diſtichon, non puto eſſe Auſonii. Sufficit enim ultimum lemma epigrammatis. *Scaliger.*

1. De

Alpha ſuum Chreſto det Acindynos, ipſe ſine alpha
Permaneat. verum nomen uterque geret.

[1] De Pallade, & Venere armata. xlii.

ARmatam vidit Venerem Lacedæmone Pallas.
Nunc certemus, ait, [2] judice vel Paride.
Cui Venus: Armatam tu me, temeraria, temnis,
Quæ, quo te vici tempore, nuda fui?

1. *De Pallade, & Venere armata.*] Huic Epigrammati mire rudem addidere inſcriptionem, *De Pallade volente certare armis cum Venere.* Non ſecendam vero alii, *in Venerem Barbatam.* Quomodo & legendum carmen ipſum, & Barbatam coluiſſe Venerem Lacedæmonios, affirmare non verentur, cum nullum ſit tot mendaciis precium. Servius ſane ac Macrobius Cypri, non Lacedæmone, barbatum Veneris ſimulachrum fuiſſe, ſcribunt, veſte muliebri, cum ſceptro, ac ſtatura viri, quia eadem & mas putetur & fœmina. Conſentaneum itaque fuerit, Epigramma ipſum authoris incerti & hoc loco indidiſſe:

Παλλὰς τὰν Κυθέρειαν, ἔνοπλον εἶπεν ἰδοῦσα,
Κύπρι θέλεις οὕτως ἐς κρίσιν ἐρχόμεθα;
Ἡ δ' ἁπαλὸν γελάσασα, Τί μοι σάκος ἀντίον αἴρειν,
Εἰ γυμνὴ νικῶ, πῶς ὅταν ὅπλα λάβω;

Cur autem armata apud Lacedæmonios Venus, Firmianus in primo divinarum inſtitutionum in primis explicat. *Mariang. Accurſius.*

2. *Iudice vel Paride*] Contuliſſe juvat carmen Antipatri, quo judicium Paridis expendit:

Ἀφρογενοῦς Παφίης ζάθεον περιδέρκεο κάλλος,
Καὶ λέξεις, αἰνῶ τὸν Φρύγα τῆς κρίσεως·
Ἀτθίδα δερκόμενος πάλι Παλλάδα, τοῦτο βοήσεις,
Ὡς βούτης ὁ Πάρις τήνδε παρετρόχασεν.

Idem aliter. xliii.

[1] ARmatam Pallas Venerem Lacedæmone viſens,
Viſne, ut judicium ſic ineamus? ait.
Cui Venus arridens, Quid me galeata laceſſis?
[2] Vincere ſi poſſum nuda, quid arma gerens?

Ad

1. *Armatam*] Apud Lacedæmonios armata colebatur Venus, ut indicant Epigrammata Græca in eam libro quarto: quod & cognoſces ex Plutarcho, Pauſania, Quinctiliano, Lactantio libro primo Inſtitutionum. Epigrammatum quoque Græcorum libro primo eſt Leonidæ in eam rem feſtivum carmen. *Vinetus.*

2. *Vincere ſi poſſum nuda*] Iudicaturus de forma Paris Deas videre nudas

das voluit. Vide Iſocratis orationem de Helena, & Luciani dialogum, qui Κρίσις θεῶν inſcribitur. *Vinetus.*

Ad Philomuſum grammaticum. xliv.

[1] EMptis quod libris tibi bibliotheca referta eſt;
Doctum, & grammaticum te Philomuſe putas?
Hoc genere & chordas, & plectra, & barbita conde.
[2] Omnia mercatus, cras citharœdus eris.

1. *Emptis quod libris*] Acrem quondam ſcripſit invectivam Lucianus in hominem indoctum, librorum copiam cum ſuperbia quadam comparantem. In eundem ſenſum Seneca de Tranq. c. 9. *Apud deſidioſiſſimos ergo videbis*, inquit, *quidquid orationum hiſtoriarumque eſt, & tecto tenus exſtructa loculamenta.*

2. *Omnia mercatus, cras*] Pariſienſis codex, *Hodie*, pro, *Omnia* habebat, hoc eſt anapæſtum pro dactylo: & *mercator* pro, *mercatus.* Lucius Scoppa hic vult legere, *hoc die mercator*: ſed ipſe viderit, quomodo poterit ſic conſtare metrum. Quinctianus vero Stoa *mercatus*, & non *mercator* legit: qui etiam *hoc die*, quod primo loco probat Scoppa, caſtigandum cenſet, *Hoc here.* ut ſit *here* pro *heri*, reſpondeatque ei, quod eſt *cras*: quamvis vidiſſet antiquum librum, ut ait, in quo legebatur, *Omnia mercatus. Mercator hodie* legi poteſt, ut, *h*, vim conſonantis habeat: & ſecunda ſede ſit dactylus. *Vinetus.*

In ſtatuam Rufi, rhetoris ſemiviri, & elinguis. xlv.

[1] RHetoris hæc Rufi ſtatua eſt. [2] nil verius. ipſa eſt.
[3] Ipſa adeo linguam non habet, & cerebrum.

Et

1. *Rhetoris hac Rufi*] Siquis Latina hæc in Rufum Rhetorem cum iis contulerit, quæ in Græcorum Epigrammatum libris in Rhetores ſcripta habentur ineptos, & indoctos, hæc fere ex Græcis, vel contra etiam fortaſſe ex his facta Græca comperiet. Quis enim pro certo affirmet, Græca illa Auſonio viſa, atque ideo ante ejus mortem ſcripta fuiſſe omnia? *Vinetus.*

2. *Nil verius. ipſa*] Scribebam: *ſtatua eſt. nil verius. ipſe, Ipſe adeo linguam.* Ita enim videtur magis augere quod inceperat dicere. Nihil ſimilius. Immo hæc ſtatua ipſe Rufus eſt. Nec enim linguam habet ac cerebrum, uti & Rufus, &c. *Gronovius.*

2. *Nil verius. ipſa*] Voſſiani, *ipſe eſt, Ipſe adeo*, &c. diſtingue, *nil verius. ipſa eſt.* ſic mox: *Hac Rufi tabula eſt. nil verius. ipſe ubi Rufus?* non enim vult ipſam ſtatuam eſſe Rufum, ſed apprime ſimilem; Rufumque fideliter expreſſum. unde & mox:

Rhetoris hac Rufi ſtatua eſt. ſi ſaxea, Rufi.

ad quem verſum vide quæ notavimus. Sunt autem & ea, quæ ſequuntur uno commate includenda, quinque

Et riget, & ſurda eſt, & non videt. [4] omnia Rufi.
Vnum diſſimile eſt. [5] mollior ille fuit.

que quippe argumenta adfert, unde Rufi ſtatuam eſſe conjiciat, vel probet, quod linguam non habeat, nec cerebrum, quod rigeat, ſurda ſit, & non videat. quæ omnia *Rufi*, ſive in Hinc & Epig. 51, & 52. primum & Rufo ſunt. tertium horum argumentorum repetuntur.

3. *Ipſa adeo*] *Ipſe adeo* multi legunt. *Vinetus.*

4. *Omnia Rufi*] In utroque Voſſiano, *hæc ſibi conſtant.*

5. *Mollior*] Mollis ad res & ad mores pertinet. Non autem mollis ſtatua, ſed mollis ipſe Rhetor, id eſt ſemivir, effeminatus, libidinoſus. *Vinetus.*

In tabulam, ubi erat picta imago Rufi rhetoris. XLVI.

[1] ELinguem quis te [2] dicentis imagine pinxit?
Dic mihi, Rufe. taces. nil tibi tam ſimile eſt.

1. *Elinguem*] Extat libro quarto Anthologiæ diſtichon hoc:
Τίς σε τὸν οὐ λαλέοντα τύπῳ ῥητῆρος ἔγραψε;
Σιγᾷς; οὐ λαλέεις; οὐδὲν ὁμοιότερον. Vinetus.

2. *Dicentis imagine*] *Dicentem in imagine*, mallet Scoppa.

De eadem tabula. XLVII.

HÆc Rufi tabula eſt. nil verius. Ipſe ubi Rufus?
In cathedra. Quid agit? Hoc, quod & in tabula.

De eodem Rufo. XLVIII.

REMINISCO Rufus dixit in verſu ſuo:
COR ergo verſus, immo Rufus non habet.

Idem. XLIX.

QVi REMINISCO putat ſe dicere poſſe Latine:
Hic ubi CO ſcriptum eſt, legeret COR, ſi cor haberet.

De eodem Ruſo. I.

RVſus vocatus rhetor olim ad nuptias,
[1] Celebri (ut ſit) convivio,
[2] Grammaticæ ut artis ſe peritum oſtenderet,
Hæc vota dixit nuptiis:
Et maſculini, & feminini gignite,
[3] Generiſque neutri ſilios.

1. *Celebri ſit ut convivio*] MS. *Celebri (ut ſit) convivio.* Admonendum & illud, in eo derideri Rhetoris imperiti vecordiam, quod dum oſtentator ipſe artis bonum ominari naſcituris putat, mortem imprudentia verborum ſtatim natis imprecatus fuerat; nec id facile (quantum equidem meminerim) aliunde colligitur, quam ex diſticho Palladæ Græci Auctoris, qui de gemellis filiæ cujuſdam Grammatici ſtatim mortuis, ait, eam peperiſſe filiolum maſculinum, fœmininum, neutrum:

Γραμματικοῦ θυγάτηρ ἔτεκεν φιλότητι μιγεῖσα
Παιδίον ἀρσενικὸν, θηλυκὸν, οὐδέτερον.

Quod autem fere creditur, intelligendum, præter mares, fœminaſque etiam Androgynos, partuum frequentia jam olim prodigia, ineptum videri poteſt. Illi enim non neutrum ſolum, ſed (ut eleganter ait Naſo)

Nec duo ſunt, ſed forma duplex, nec fæmina dici,
Nec puer ut poſſint; neutrumque, & utrumque videntur.

Notum eſt & ænigma, quo Hermaphroditum dici hominem, non hominem, plerique autumant. Cum tamen Plato in rep. de Eunucho dictum ſcribere non dubitarit. *Mariang. Accurſ.*

2. *Grammatica ut artis*] Haud abſurdum eſt in Græcis epigr. illud Lucillii in Rhetorem, Οὐ δέχεται Μάρκον, &c. in cujus ultimo verſu Rufi cujuſdam Grammatici ſolœciſſantis mentio, qui an idem cum Rhetore noſtro ſit, haud liquido dixerim.

3. *Generiſque neutri filios*] Hermaphroditos, androgynos, neutrius generis filios, qui habeant utrumque ſexum. Eſt Palladæ libro primo epigrammatum Græcorum non diſſimile diſtichon. De Genitivo *neutri*, Priſcianus libro ſexto. *Vinetus.*

Imago Rufi rhetoris. II.

ORe pulchro, & ore muto. ſcire vis quæ ſim? Volo.
Imago Rufi rhetoris [1] Pictavicæ.
Diceret ſed ipſe, vellem, Rhetor hoc mi. Non poteſt.
Cur? ipſe rhetor eſt [2] imago imaginis.

De

1. *Pictavici*] Sic hoc loco ediderunt Lugdunenſes, quum in vetuſto codice repetiſſent ſcriptum *Pictavice* pro *Pictalici, Pictatici, Piſtivici*, quæ in aliis codicibus legebantur. *Vinetus.*

2. *Imago imaginis*] ſuæ. Vt minus Rheto-

Rhetoris, & dicentis hominis habeat, quam ſua ipſius imago, & effigies. Incerti autem auctoris diſtichon libro ſecundo anthologiæ:

Εἰκὼν ἡ Σέξτου μελετᾷ. Σέξτος δὲ σιωπᾷ.
Ῥήτωρ ἦν εἰκών. οὐδὲ ῥήτωρ εἰκόνος εἰκών. Vinetus.

De eadem Rufi ſtatua. LII.

RHetoris hæc Rufi ſtatua eſt. [1] Si ſaxea, Rufi.
Cur id ais? ſemper ſaxeus ipſe fuit.

1. *Si ſaxea, Rufus*] Si hæc ſtatua eſt ſaxea, Rufus ipſe eſt, non ſtatua. Quoniam ipſe ſemper fuit lapis, caudex, ſtipes, aſinus, plumbeus. *Vinet.*

1. *Si ſaxea, Rufus*] Prætulerim, quod eſt in ſcriptis, & in editione Vgoletti antiqua, *ſi ſaxea*, *Rufi* ſc. ſtatua eſt. Nam ſi hic admittenda ſit vulgata, in primo quoque carmine legendum foret, *ipſe eſt*, nimir. Rufus: uti & libri volunt, in quibus & ſequenti verſu, *ipſe adeo*, &c. quod tamen nemo fecerit, qui utramque lectionem recte perpenderit.

De Diogene Cynico philoſopho. LIII.

PEra, [1] polenta, [2] tribon, baculus, ſcyphus, arcta ſupellex
Iſta fuit Cynici: ſed putat [3] hanc nimiam.
Namque cavis manibus [4] cernens potare [5] bubulcum,
Cur ſcyphe, te, dixit, geſto ſupervacuum?

1. *Polenta*] genus farinæ & cibi. *Vinetus.*

2. *Tribon*] Τρίβων, pallium. *Vinet.*

3. *Hanc nimiam*] *Hoc nimium*, liber ſcriptus. forte, *hæc nimia.* hæc omnia ſcil. quæ commemorata ſunt.

4. *Cernens potare bubulcum*] Nihil muto. poſſet tamen legi, *puellum*, facili & familiari *p.* in *b.* converſione. Puerum enim fuiſſe Laërtius, Seneca, Hieronymus, Sarisber. teſtantur.

5. *Bubulcum*] Παιδίον, id eſt puerulum, dicit Diogenes Laërtius: puerum Seneca in Epiſtolarum nonageſima prima. Eſt autem in extremo libro tertio Anthologiæ diſtichum in canem Diogenem:

Βάκτρον, καὶ πήρη, καὶ διπλόον εἷμα σοφοῖο
Διογένους, βιότου φόρτος ὁ κουφότατος. Vinetus.

De Crœſo, & eodem Diogene. LIV.

[1] EFfigiem, rex Crœſe, tuam, ditiſſime regum,
Vidit apud manes Diogenes Cynicus.
Conſti-

1. *Effigiem, Rex Crœſe*] Hoc Epigramma, quo Crœſum conveniri apud Manes facit à Diogene, è Græco uno authoris incerti verſum, comperies. In

Conſtitit utque procul, ſolito majore cachinno
 Concuſſus, dixit: Quid tibi divitiæ
Nunc proſunt, regum rex ô ditiſſime, quum ſis
 Sicut ego ſolus, me quoque pauperior?
Nam quæcunque habui, mecum fero: quum nihil ipſe
 Ex tantis tecum, Crœſe, feras opibus.

In quibuſdam haud ita magni ponderis diverſum. Vt feliciorem plerumque metaphraſten Auſonium, quam interpretem fideliorem agnoſcas. Ac fortaſſe quæ de conſternendo pallio diſſimularit, adeo interpretationem non arguant, ut etiam conſultum magis authorem renuncient Inferorum legis. Ad quos æqua deſcendentium umbrarum ſors, cuncta vitæ munera deſerendi. *Mariang. Accurſius.*

1. *Effigiem*] Manes, umbram. Eſt & hoc incerti auctoris in eorundem Græcorum Epigrammatum libro primo, capite *εἰς αὐτάρκειαν.*

Ἐλθὼν εἰς Ἀΐδην, ὅτε δὴ σοφὸν ἤνυσε γῆρας
Διογένης ὁ κύων, Κροῖσον ἰδὼν ἐγέλα.
Καὶ στρώσας ὁ γέρων τὸ τριβώνιον ἐγγὺς ἐκείνου
Τοῦ πολὺν ἐκ ποταμοῦ χρυσὸν ἀφυσσαμένου,
Εἶπεν, ἐμοὶ καὶ νῦν πλείων τόπος· ὅσσα γὰρ εἶχον
Πάντα φέρω σὺν ἐμοί, Κροῖσε, σὺ δ' οὐδὲν ἔχεις. Vinetus.

1. *Effigiem Rex Crœſe*] In primo Voſſiano carmen hoc duobus tantum hiſce diſtichis expreſſum legebatur:
Effigiem Rex Crœſe, &c.
Nil, inquit, tibi Crœſe tuum ſuperat: mihi cuncta.
Nudus eram: Sic ſum. nil habui: hoc habeo.
Pulmanniana editio addit & hoc:
Rex ait: haud egui, cum tu mendica careres
Omnibus. & careo ſi modo, non egeo.

Lais dicans Veneri ſpeculum ſuum. lv.

[1] LAis anus Veneri ſpeculum dico: dignum habeat ſe
 Æterna æternum forma miniſterium.
At mihi nullus in hoc uſus: [2] quia cernere talem,

Qua-

1. *Lais anus*] Platoni cuidam hæc Græca inſcribuntur libro ſexto epigrammatum:

Ἡ σοβαρὸν γελάσασα καθ' Ἑλλάδος, ἡ τὸν ἐρώντων
Ἑσμὸν ἐπὶ προθύροις Λαῒς ἔχουσα νέων,
Τῇ Παφίῃ τὸ κάτοπτρον, ἐπεὶ τοίη μὲν ὁρᾶσθαι
Οὐκ ἐθέλω, οἵη δ' ἦν πάρος, οὐ δύναμαι.

Fuit autem Lais, meretrix nobiliſſima Corinthi, quum tamen Siciliam haberet patriam, auctoribus Strabone, Plutarcho in Nicia, Athenæo, & Solino. De illa Aulus Gellius libro primo, & Eraſmus in proverbio, *Non eſt cujuſvis Corinthum appellere.* Plutarchus in Alcibiade Laidi matrem facit Timandram. Suidas in verbo *χελώνη* à Theſſalis mulieribus zelotypia in templo Veneris interfectam fuiſſe ſcribit, ex Athenæo. *Vinetus.*

2. *Quia cernere talem*] Illuſtrat, & illu-

Qualis ſum, nolo: qualis eram, nequeo.

illuſtratur Claudianus l. 1. in Eutrop. v. 90.

Haud aliter juvenum flammis Ephyreia Lais,
E gemino ditata mari, cum ſerta refutat
Canities, jam turba procax, noctiſque recedit
Ambitus, & raro pulſatur janua tactu,
Seque reformidat ſpeculo damnare ſenectus, &c.

Refutat, autem, vel ut Livinejus, *refugit*, pro *refundit* in hiſce verſibus legendum eſſe, ex Horatii l. 3. od. xv. inquirenti patebit.

De Caſtore, Polluce, & Helena. lvi.

1 ISTOS, tergemino naſci quos cernis ab ovo,
Patribus ambiguis & matribus aſſere natos.
2 Hos genuit Nemeſis: ſed Leda puerpera fovit.
Tyndareus pater his, & Iupiter. hic putat, hic ſcit.

1. *Iſtos tergemino*] Quod hic *tergeminum*, in Gripho *triplex ovum* appellatur, quod illos tres excluſerit, Caſtorem, Pollucem, & Helenam. Ceterum ſunt, qui dicant duo ova fuiſſe, ex quorum uno Caſtor & Helena, ex altero Pollux & Clytæmneſtra nati ſint. *Vinetus.*

2. *Hos genuit Nemeſis, ſed Leda*] Sic Hyginus, & Pauſanias in Atticis. Nemeſis enim ab Iove in olorem verſo compreſſa actis menſibus, ovum procreavit. quod Mercurius juſſu Iovis auferens, detulit Spartam, & Ledæ ſedenti projecit in gremium: quod ab illa fotum, Caſtorem, Pollucem, & Helenam edidit. Multi tamen hæc omnia ſoli Ledæ attribuunt. Quare Lactantius Firmianus eandem Nemeſim, & Ledam fuiſſe exiſtimat, licet Iſocrates in Helenæ encomio, & duas, & ab Iove cygno utramque compreſſam fuiſſe referat. Vide Lycophronis interpretem in verſum octogeſimum ſeptimum Alexandræ. Si quis in hunc locum plura velit, legat caput octogeſimum ſecundum Collectaneorum Iacobi Conſtantii Fanenſis, & caput undeviceſimum libri undecimi Cælii Rhodigini, & Lilii Gregorii ſyntagma quinctum de Diis. *Idem.*

De imagine Veneris ſculpta à Praxitele. lvii.

1 VERA Venus Gnidiam quum vidit Cyprida, dixit:
Vidiſti nudam me, puto, Praxitele.

Non

1. *Vera Venus Gnidiam*] Sic MSS. Codices, non *fictam*, habent. Et ſane eam toto orbe terrarum celeberrimam intelligit, quæ Gnidiorum fuit, Gnidumque nobilitavit. De qua Val. Max. & Plinius: quo igitur modo legi debeat, aliorum judicio ſtatuendum relinquimus. apud Græcos eam pluribus celebratam comperimus, *Gnidiamque* nuncupatam. In quibus & Platonis eſt hexaſtichon, alterumque diſtichon *εἰς ἄγαλμα Ἀφροδίτης ἐν Κνίδῳ*. ex quibus ſuum apte ac concinniter confinxit Auſonius. *Mariangelus Accurſ.*

1. *Vera Venus fictam*] Græca ſubjiciebat

Non vidi, nec fas: ſed ferro opus omne polimus.
  Ferrum Gradivi [2] Martis in arbitrio.
Qualem igitur domino ſcierant placuiſſe Cytheren,
  Talem fecerunt ferrea cæla deam.

jiciebat Tilii noſtri codex, ex quibus ſua Latina feciſſe videretur Auſonius:

Ἁ Κύπρις τὰν Κύπριν ἐνὶ Κνίδῳ εἶπεν ἰδοῦσα,
  Φεῦ, φεῦ, ποῦ γυμνὴν εἶδέ με Πραξιτέλης;
Πραξιτέλης οὐκ εἶδεν, ἃ μὴ θέμις, ἀλλ' ὁ σίδηρος
  Ἔξεσεν, οἵαν Ἄρης ἤθελε τὴν Παφίην.

Quæ Græca, quarto quidem libro Anthologiæ invenies, ſed ſeparata: prius diſtichon, ſolum, incerto auctore: alterum, tertium in hexaſticho, quod Platoni inſcribitur: quiſquis hic ſit Plato. De Praxitele ſtatuario, & ejus Venere Plinius libro triceſimoſexto, Arnobius ſexto, Lucianus in dialogo, cui nomen Ἔρωτες. Eſt autem Cnidus urbs Aſiæ. *Vinetus.*

2. *Martis in arbitrio*] *In arbitrium* Voſſianus alter.

In buculam æream Myronis. lviii.

[1] BVcula ſum, cælo genitoris facta Myronis
  Ærea: [2] nec factam me puto, ſed genitam.
Sic me taurus init: ſic proxima bucula mugit:
  Sic vitulus ſitïens ubera noſtra petit.
[3] Miraris, quod fallo gregem? gregis ipſe magiſter
  Inter paſcentes me numerare ſolet.

1. *Bucula*] *Myronem Eleutheris natum, & ipſum Ageladis diſcipulum, bucula nobilitavit, celebratis verſibus laudata: quando alieno plerique ingenio magis, quam ſuo, commendantur.* Plinius libro triceſimo quarto: ubi clara Myronis hujus ſtatuarii opera recenſet. De eodem Petronius Arbiter: *Myron, qui pæne hominum animas, ferarumque, ære comprehendit, non invenit hæredem.* Extant autem veterum poëtarum epigrammata in Vaccam hanc non pauca libro quarto epigrammatum Græcorum, quos multa cum laude Auſonius non ſolum imitatus eſt, ſed etiam aliquando interpretatus feliciter, ut conferenti palam fiet. *Vinetus.*

2. *Nec factam me puto*] Epigrammatum in hanc buculam Græcorum quinctidecimi verſus eſt.

Ἁ δὲ Μύρωνος χεὶρ οὐ πλάσεν, ἀλλ' ἔτεκεν.

Huc ita alludunt Latina Auſonii, ut credam ſcripſiſſe non *factam* ſed *fictam*. Eſt autem naturæ gignere, fingere artis. *Vinetus.* arridet emendatio in utroque verſu: ſed ſupra, *Talem fecerunt.* &c.

3. *Miraris quod fallo*] Idem, *ſi fallo*

De

De eadem bucula. LIX.

VBera quid pulſas frigentia matris ahenæ,
' O vitule, & ſuccum lactis ab ære petis?
Hunc quoque præſtarem: ſi me pro parte paraſſet
Exteriore Myron, interiore deus.

1. *O vitule*] Ita vett. Exempl. non *o vitula* præferunt. ut in græcis epigrammatibus μόσχε, & Auſonius nunquam aliter in cæteris, quam virili genere. Vt:
Sic vitulus ſitiens ubera noſtra petit.
Item:
Erraſti attendens hæc ilia noſtra juvence. Nec non:
Me vitulus cernens immugiet.
Mariangelus Accurſius.

Ad Dædalum de eadem bucula. LX.

' DÆdale, cur vana conſumis in arte laborem?
Me potius clauſæ ſubjice Paſiphaæ.
Illecebras veræ ſi vis dare, Dædale, vaccæ,
Viva tibi ſpecies vacca Myronis erit.

1. *Dædale cur*] Dædalus faber inſignis vaccam fecit ligneam, & veræ vaccæ corium induxit: in qua incluſa Paſiphaë uxor Minois regis Cretæ inſulæ, à tauro fuit inita, cujus infandum amorem illi Venus objecerat. Hyginus, Philoſtratus in Iconibus, Servius in ſextum Æneidos, idem Auſonius in epigrammate ſexageſimoquinto, & in Cupidine cruci affixo, & in Technopægnio. *Vinet.* explicant Palæphat. Cedren. Clem. Alex.

Eadem de ſe. LXI.

' ERraſti, attendens hæc ilia noſtra, juvence.
Non manus artificis lac dedit uberibus.

1. *Erraſti*] Hoc ad Græcum Antipatri Sidonii proxime accedit, quod eſt,
Μόσχε, τί μοι λαγόνεσσι προσέρχεαι;
τίπτε δὲ μυκᾷς;
Ἁ πόρτις μαζοῖς σοῖς οὐκ ἐνέθηκε γάλα.
Vinetus.

Eadem. LXII.

' PAſce greges procul hinc, ne quæſo, bubulce, Myronis
Æs, veluti ſpirans cum bubus, exagites.

Eadem

1. *Paſce greges*] Et hoc è Græco Anacreontis converſum non ambigo.
Βουκόλε, τὰν ἀγέλαν πόῤῥω νέμε, μὴ τὸ Μύρωνος

Βοΐδιον

Βοΐδιον ὡς ἔμπνουν βουσὶ συνεξελάστης.

Grammatici autem, qui ab eo, quod eſt *bos*, dativo & ablativo plurali *bobus* & *bubus*, fieri monuerunt, neſcio, an hic obſervaverint, *bubus* priorem ſyllabam corripere, quam producat *bobus*. Vinetus.

Eadem. lxiii.

[1] ME vitulus cernens, immugiet. irruet in me
Taurus amans. paſtor cum grege [2] mittet agens.

1. *Me vitulus*] Lepidius multo me hercule hoc Græce, quam Latine. Sic enim Demetrius:

Ἢν μ' ἐσίδῃ μόσχος, μυκήσεται. ἢν δέ γε ταῦρος,
Βήσεται. ἢν δὲ νομεὺς, εἰς ἀγέλην ἐλάσει.

Vinetus.

2. *mittet agens*] Quid ſi legatur *ovans* pro lætanti? ut eſt illud ex græco Epigrammate, *Liquit ovans laqueum.* & apud Virgilium in Georgicis:

Terque novas circum felix eat hoſtia fruges,
Omnis quam chorus, & ſocii comitentur ovantes.

Deeſt v. ea vox in græcis verſiculis, unde tranſtulit hoc ipſum Auſonius, & duo tantum præcedentia, non autem omnia, ut eſt qui in Propertio comminiſcatur. Quanquam illud hemiſtichium, *nec factam me puto, ſed genitam.* ex hoc deductum videatur, *αἱ δὲ Μύρωνος χεὶρ οὐ πλάσεν, ἀλλ' ἔτεκεν.* ut id interim prætercam, quod Auſonius ita cœpit:

Bucula ſum cælo genitoris facta Myronis.

Græcus vero author: *βοΐδιόν εἰμι Μύρωνος.* *Accurſius.* quædam editiones præferunt *amans.*

De eadem Myronis bucula. lxiv.

ÆRea mugitum poterat dare vacca Myronis:
Sed timet artificis deterere ingenium.
Fingere nam ſimilem vivæ, quam vivere, plus eſt;
[1] Nec ſunt facta dei mira, ſed artificis.

1. *Nec ſunt facta dei mira*] Quæ deus & natura facit, maxime quidem mira ſunt, ſed non miratur tamen vulgus, veluti, quas aves deus ex elementis iiſdem cum ceteris animantibus fecit, non miramur, quod volent: ſed quod volaverit Columbæ ſimulachrum è ligno ab Archita Tarentino, ratione quadam, ait Gellius libro decimo, diſciplináque mechanica factum, hoc quis non admiretur? *Vinetus.*

Eadem bucula de ſe. lxv.

ÆRea bos ſteteram, mactata eſt vacca Minervæ,
Sed dea proflatam tranſtulit huc animam.

Et

Et modo ſum duplex : pars ærea, pars animata.
Hæc manus artificis dicitur, illa deæ.

Ad taurum eadem bucula. lxvi.

QVid me taure paras, ſpecie deceptus, inire ?
Non ſum ego Minoæ machina Paſiphaæ.

De eadem Myronis bucula. lxvii.

NEcdum caduco ſole, jam ſub veſpere,
Ageret juvencas quum domum paſtor ſuas,
Suam relinquens, [1] me minabat, ut ſuam.

1. *Me menebat*] *minabat* pro *menebat* quum legendum cenſuiſſet Antonius Loiſelus, aſſenſit Iacobus Cujacius : probavítque in titulum ſeptimumdecimum libri primi receptarum ſententiarum Iulii Pauli, Appuleio & Hieronymo teſtibus, Latinos MINARE, pro eo quod eſt, ducere, agere, ante ſe pellere, aliquando dixiſſe : noſtrúmque Romanofrancum verbum *mener*, quod iſtius minare ſignificationem prorſus habet, ex eo ipſo fuiſſe ortum. Exodi tertio capite, ut ſacros illos libros in neſcio quæ capita capituláve nos non ita dudum ſecuimus: *Quúmque minaſſet gregem ad interiora deſerti.* Capite ſexto ſecundi Regum : *Filii Abinadab minabant plauſtrum novum.* Iſaiæ capite decimo : *Leo & ovis ſimul morabuntur : & puer parvulus minabit eos.* Actorum Apoſtolicorum capite duodeviceſimo : *Et minavit eos à tribunali.* Appuleius ſeptimo de Aſino Aureo: *Adveniunt illi, vinarios utres ferentes, & gregatim pecua comminantes.* & libro octavo: *Rurſum itaque me referctum ſarcinis, planis gladiis minantes, perveniunt ad quandam nobilem civitatem.* Vinetus.

De eadem bucula. lxviii.

VNam juvencam paſtor forte amiſerat.
Numerumque juſſus reddere,
Me defuiſſe conquerebatur : ſequi
Quæ noluiſſem cæteras.

[1] Quæ ſexum mutarint. lxix.

[2] VAllebanæ (nova res, & vix credenda poëtis :
Sed quæ de vera promitur hiſtoria)

Femi-

1. *Quæ ſexum*] In eum, qui muliebria patiebatur. *Vinetus.*

2. *Vallebanæ*] Epigramma hoc ſcriptum eſt μιμητικῶς in puerum muliebris

Femineam in ſpeciem [3] convertit maſculus ales:
    Pavaque de pavo conſtitit ante oculos.
Cuncti admirantur monſtrum: ſed mollior agna
Adſti-

liebris patientiæ. Ex ejus enim perſona dicitur, non ex perſona Auſonii, cum de puero ſe feminam factam ſcribit. Vt ille contra in Epigrammate Luciani de Lupo factus dicitur hœdus. Patet igitur, quis hic loquatur. tum quare feminam ſe vocet. ejuſmodi enim dicebantur virum quærere. & quem videbant mollem victu, veſtitu, inceſſu, ore, & aliis, de eo dicebant, Hic virum quærit. Arbiter:

Quærit ſe natura, nec invenit. Omnibus ergo
Scorta placent: fractique enervi corpore greſſus,
Et laxi crines, & tot nova nomina veſtis,
Quæque virum quærunt. —

Propterea & idem olim de Pompeio Magno dictum eſt, qui cum omni corporis habitu & inceſſu mollitiam præferret, hanc ſuſpicionem effugere non potuit. Ita enim à Cinna poeta perſtrictus fuit:

Faſciola qui crura tegit, digito caput uno
Scalpit: quid credas hunc ſibi velle? virum.

Ita enim olim hoc elegantiſſimum diſtichum & ſupplevimus, & diſtinximus. cum vulgo apud Senecam legatur: *quid credas hunc ſibi velle virum?* nullo ſale, nulla venuſtate. Supplevimus autem ex Marcellini lib. XVII. cujus verba hæc ſunt: *Nec non etiam in Pompeium obtrectatores iniqui multa ſcrutantes, quum nihil, unde vituperari deberet, inveniretur, duo hæc obſervaverunt ludibrioſa & irrita, quod genuino quodam more caput digito uno ſcalpebat: quodque aliquandiu tegendi ulceris cauſa deformis, faſciola candida crus colligabat: quorum alterum factitare, ut diſſolutum, alterum, ut novarum rerum cupidum aſſerebant. nihil intereſſe oblatrantes argumento ſubfrigido, quam partem corporis redimeret Regiæ majeſtatis inſigni.* Hactenus ille. In quibus faſcia pertinet ad ſuſpicionem affectati regni: ſcalpere autem caput uno digitulo, ſpectat ad hominis mollitiem, ut hoc diceretur, videlicet, eum virum velle, ſeu quærere. Sed, ut ingenue fatear, hoc diſtichon in veteri quadam ſcheda aliter ſuppletum vidi:

Magnus, quem metuunt homines, digito caput uno
Scalpit. quid credas hunc ſibi velle? virum.

Quid potius eligamus, dubito. Hinc Marcellini, hinc membranæ veteris auctoritas diverſum rapit. Iudicent ergo eruditi. Dum interea non dubitemus, *virum quærere*, aut *velle*, dictum fuiſſe in eos, quorum pudicitia ad eum modum, quem ſupra notamus, ſuſpecta erat. *Scaliger.*

2. *Vallebana*] Duo, ut puto, vocabula ex uno loci nomine mihi incogniti. Memoratur *Vallis Ibana*, ſive *Vallaibana*, vallis quædam Hiſpaniæ, in rebus Ludovici pii Francorum regis. Eſt & in Alpibus *Vallis bona*, cujus meminit Tſcudus, ſed hic quid divines? *Vinetus.*

2. *Vallebanæ res nota*] malè hæc diſtincta. Corrige: *Vallebana (nova res, & vix credenda poëtis; ſed quæ de vera promitur hiſtoria) Fœmineam* &c. in Tiliano fuit, *joca res*, unde *nova res* legendum exiſtimavi. nam τὸ *nota* inſulſum eſt, & minime admittendum. Si enim *res nota*, quomodo *vix credenda Poëtis?* & ideo verſu ſeptimo ad ſpeciem hujus novitatis hebentes caſtigantur, quia non incognitum dicit eſſe puer, qui exempla pluſcula adfert. *nova* igitur Vallebanæ, licet alibi *nota.*

3. *convertit*] converſus fuit, neutra ſignificatione. *Vinetus.*

4. *hebetis*

Adſtitit in tenerum de grege verſa marem.
Quid ſtolidi ad ſpeciem notæ novitatis [4] hebetis?
An vos Naſonis carmina non legitis?
[5] Cænida convertit [6] proles Saturnia Conſus:
[7] Ambiguoque fuit corpore Tireſias.
[8] Vidit ſemivirum [9] fons Salmacis [10] Hermaphroditum.
[11] Vidit nubentem Plinius Androgynum.

Nec

4. *hebetis*] obſtupeſcitis. attoniti eſtis. Sic Pariſienſe Iodoci Badii exemplar. alia, *habetis*. Vinetus. Licentius ad Auguſtinum: *Arcanum Varronis iter ſcrutando profundi Mens hebet.* Vſitatius eſt frequentativum *Hebeſco.* Cicero Tuſc. 1. *Sic mentis acies ſeipſam intuens, nonnumquam hebeſcit.*

5. *Canéa*] Cæneus Elati filius, Magneſius, auctore Hygino, primum *Canis* puella fuit. Sicque appellatur in Cupidine cruci affixo, quam pro concubitus præmio, in virum transformavit Neptunus. Ovidius Naſo duodecimo Metamorphoſeon, & Phlegon Trallianus de Mirabilibus & longævis. *Vinet.*

5. *Canea convertit*] prætuli lectionem, quam in ſecundo Voſſiano repperi: *Canida convertit.* *Canis* enim appellata, dum puella fuit; & ita noſter in Cupidine cruci affixo. vid. & A. Gellium lib. IX. c. IV.

6. *proles Saturnia Conſus*] Filius Saturni Neptunus. *Conſum* enim quidam Neptunum dicunt, ut hic Auſonius, & in carmine de Athenis, & in Technopægnio. Alii alium faciunt, conſilii deum, ut idem Auſonius in carmine de feriis Romanis. *Vinetus.*

7. *Ambiguoque*] Ovidius tertio Metamorphoſeon. *Idem.*

8. *Vidit ſemivirum fons Salm.*] Obtinuit enim apud veteres, eum fontem effeminatos, & cinædos efficere, unde locus fabulæ de Hermaphrodito. unde etiam Ennius videtur dixiſſe *Salmacida ſpolia.* Ita enim legendum non disjunctim, *Salmaci da ſpolia*, hoc eſt, victoria non virilis, ſed effeminata. At vetus Gloſſarium, Salmacidum interpretatur ἁλμυρόν. Ita apud Ennium *Salmacida ſpolia*, non θήλυκα, ſed ἀθήρατα erunt. Nam captura marina facilior eſt, quam venatio. ideoque ἀναίμακτος. cum tamen venatio ferarum neque ἀναίμακτος neque ἀκίνδυνος ſit. Ita igitur Ennius interpretandus erit. *Scaliger.*

9. *fons Salmacis*] Eſt Salmacis Nympha, & fons Cariæ, de quo Vitruvius libro ſecundo tibi legendus. *Vinetus.*

10. *Hermaphroditum*] Fuit hic Mercurii, & Veneris filius,

Cujus erat facies, in qua matérque paterque
Cognoſci poſſet: nomen, quoque traxit ab illis.

Ovidius libro quarto Metamorphoſeon. *Vinetus.*

11. *Vidit nubentem Plinius Androgynum*] Exemplum hoc mutati ſexus haudquaquam Plinio relatum, quidam rentur, nec extare in Nat. hiſt. Quæ volumina ejus tantum ævo non intercidere. Propter eaque locum æſtimationi eſſe, ne non Plinius ſed T. Livius hoc ſcripſerit. Sed neutiquam accipiendum ita eſt, ut poëta eum dixerit, qui utroque pudendorum ſexu gignitur, hermaphroditus quoque nuncupatus, *ambigua veneris, neutro potiundus amori.* Intelligendus autem L. Coſſicius, quem in Africa vidiſſe Plinius ſe aſſerit, mutatum in marem nuptiarum die. Auſonius feſtive androgynum eum nominat, græcam nominis etymologiam

ita

Nec ſatis antiquum, quod Campana in Benevento
[12] Vnus epheborum virgo repente fuit.
Nolo tamen veteris documenta arceſſere famæ.
[13] Ecce

ita mutuatus, tanquam vocari androgynum conveniat, & qui mixto duplicique ſexu ſit, & qui ex una ſpecie in aliam tranſierit. Velut etiam (quod de Armeſia eſt traditum) quæ animum virilem gereret, androgynen vocabant. Omnem vero novitatis hujus admirationem quiſpiam Campanus nuper ſuſtulit, Romam profectus, ut conjugali ſacramento ſolutum alteram uxorem ducere, ſine ullo violatæ religionis metu, fas foret. Prior enim ejus uxor primo lecti fœdere, primoque congreſſu repente mas extitit, concretiſque genitalibus, quæ latuerant, virilia, patefacto aditu apparuerunt. Plinii denique verba libro VII. hæc ſunt. *Ex fœminis mutari in mares non eſt fabuloſum. Invenimus in Annalibus P. Licinio Craſſo. C. Caſſ. Longino Coſſ. Caſſimi puerum factum ex virgine ſub parentibus, juſſuque aruſpicum deportatum in inſulam deſertam. Licinius Mutianus prodidit, viſum à ſe Argis Ariſtontem, cui nomen Areſtuſæ fuiſſet, nupſiſſe etiam, mox barbam & virilitatem proveniſſe, uxoremque duxiſſe. Ejuſdem ſortis & Smyrna puerum à ſe viſum. Ipſe in Africa vidi mutatum in marem nuptiarum die, L. Coſſicium civem Tiſdritanum.* Admonendum tam & hoc veruntamen, quam priora quoque, viſum eſt, apud A. Gellium *C. Aſimi* non *Caſimi*, *Areſcontem* non *Ariſtontem*, *Areſcuſa*, non *Areſtuſæ*, Plinii ejuſdem verba referentem, ſcriptum eſſe libro VIII. noctium. Quo apparet, in alterutro mendum eſſe oportere. Quin & illa quoque apud eundem Gellium verba ſunt, quæ dictis de Coſſicio ſubſcribuntur: *Vivebatque cum proderem hac.* Quæ medius fidius in Plinianis ullis codicibus nequaquam lecta ſunt hactenus. Vnde tamen detracta potius, ac prætermiſſa crediderim, quam Gellio imprudenter addita. Nihil denique ipſe demuto, locum indico. Illud quoque non intempeſtive ſignavero, Epigramma ipſum (præſertim cum inſcriptione deficiat) in catamitum quempiam, pudentiſſimo argumenti velamine confingi potuiſſe. Tranquillus de Nerone: *Puerum ſporum exectis teſtibus etiam in muliebrem naturam transfigurare conatus eſt.* Mariangelus Accurſius.

11. *Vidit nubentem Plinius Androgynum*] Vt etiam minus fabuloſum credas, Amatus Luſitanus & Ambroſius Paræus noſtra ætate ſimilia ſe prodigia in Hiſpania & Gallia vidiſſe, memoriæ prodiderunt. Plinius libro ſeptimo: *Gignuntur & utriuſque ſexus, quos Hermaphroditos vocamus, olim Androgynos vocatos, & in prodigiis habitos, nunc vero in deliciis.* hæc ille. Auſonius autem appellat *Androgynum*, quem Plinius è femina in marem mutatum vidiſſe ſe refert. De Androgynis & Hermaphroditis multa in Sympoſio Platonis, & apud Cælium Rhodiginum. *Vinetus.*

12. *Vnus epheborum virgo repente fuit*] Ἀμφίβολον hoc, utrum ſcilicet mas in feminam mutatus ſit, an contra femina in marem, quanquam ſolas ſic mutari feminas audio. Nam de Tireſia fabula eſt: quam refert Ovidius 3. Metamorphoſeon. Genitales enim partes eædem quidem ſunt in utroque ſexu, ut ſcribit etiam Galenus libro ſecundo de Semine, & quartodecimo de uſu partium, in viro foris illæ extantes, in femina intus latentes: ſed ſpatium in virili corpore non eſt, in quod, quæ foris erant, ſe condere queant. in femineo quæ latebant, ſi forte foras erumpere libet, abunde ſpatii eſt, in quod prodeant.

Fit

[13] Ecce ego ſum factus femina de puero.

Fit autem hæc muliebrium partium inverſio, quo tempore jam primum viro maturæ ſunt, & cum appetunt. *Vinetus.*

12. *Vnus epheborum*] Exempla plura, & rationem, qua id fieri poſſit, ſuppeditabit, ſi adire voles, Licetus l. II. c. IV de Monſtris. & Ludov. Viv. ad D. Auguſtinum l. 3. Civ. dei c. 31.

13. *Ecce ego ſum*] Catamitum, Pathicúmve quempiam hæc de ſe dicere, finxit Auſonius. *Vinetus.*

Ad Pythagoram, de Marco. lxx.

[1] PYthagora Euphorbi, reparas qui ſemina rerum,
Corporibuſque novis [2] das reduces animas:
Dic, quid erit Marcus jam fata noviſſima functus,
Si redeat vitam rurſus in aëriam?
Quis Marcus? [3] Feles nuper pullaria dictus:

Cor-

1. *Pythagora Euphorbi*] Pythagoram Philoſophum poëta alloquitur: qui quum animorum immortalitatem doceret, eos prioribus mortuis corporibus in alia commigrare dicebat. Lege orationem ejus libro quinctodecimo Metamorphoſeon Ovidii, & vitam apud Laërtium. Euphorbus autem Panthoi & Phrontidis filius fuit: quem Menelaus interfecit, Iliados ſeptimodecimo. Pythagoras autem ſe Trojano bello Euphorbum illum fuiſſe aſſerebat. quo mortuo, animam in Hermotimi corpus tranſiiſſe ab illo in Pyrrhum, Delium piſcatorem: à Pyrrho in Pythagoram. Hinc *renatum* invenies dictum Auſonio Pythagoram in verſu triceſimooctavo epiſtolæ viceſimæ quinctæ. *Vinetus.*

1. *Pythagora Euphorbi*] hinc facete eum Horat. *Panthoïdem* appellat, lib. I. Od. XXVIII.

Et Iovis arcanis Minos admiſſus: habentque
Tartara Panthoïden, iterum Orco
Demiſſum. &c. apud Maximum Tyrium diſſert. XXVIII. non inelegans de ejus clypei agnitione narratio. De *μετεμψυχώσεως* vero præter Laërtium aliqua etiam Senecæ Epiſt. CVIII. Lucianus in vit. Auctione, & in Gallo Tibull. in fine eleg. I. lib. 4. A. Gell. lib. IV. c. XI. Tertullian. Apol. c. XLVII. Perſius Sat. VI. teſte Diodoro, hauſit autem Pythagoras ab Ægyptiis, de quibus Herod. lib. II. c. CXXIII. Druidum vero opinionem Cæſar refert lib. VII bell. Gall. & Val. Maximus lib. II. c. VI.

2. *Das reduces animas*] Serv. ad l. 3. Æneid. v. 67. *Plato perpetuam dicit animam, & ad diverſa corpora tranſitum facere ſtatim, pro meritis vitæ prioris. Pythagoras vero non μετεμψύχωσιν, ſed παλιγγενεσίαν eſſe dicit, hoc eſt, redire à ſed poſt tempus.* v. Cedren. p. 310.

3. *Feles pullaria dictus*] Puerorum fur, raptor & corruptor. Feles enim furaces ſunt & rapaces: & veteres pueros etiam *pullos* vocabant. hinc *pullipremo* compreſſor puerorum, & pædico, quod velut epitheton adjecit Lucilius *ſubuloni*, id eſt, pertuſori, & veluti ſubula perforanti. *Subulam* autem partem intelligo eam per translatio-

Corrupit totum qui [4] puerile ſecus:
Perverſæ Veneris poſtico vulnere foſſor,
Lucili vatis ſubulo, pulliprema.
[5] Non taurus, non mulus erit, [6] non hippocamelus,
Non caper, aut aries, [7] ſed ſcarabæus erit.

Subſcri-

lationem, quæ honeſte nominari non poteſt. *Turnebus.*

3. *Feles pullaria*] Quare feles pullaria dictus ſit Marcus in Epigrammate Auſoniano, jam à doctiſſimo Turnebo notatum eſſe video. Ejuſmodi feles pullarias Græci *παιδοπίπας* vocarunt. Gloſſarium: *pullarius ὁ παιδεραστής*. Ad id exemplum Plautus *pullariam* dextram manum vocavit, quam Ariſtophanes dixiſſet *σκιμαλίστριαν*. Non puto autem fuiſſe verum nomen hujus impuri hominis, Marcum. ſed ita dictum, ut Iuriſconſultis Sejum, Mævium, Titium: Philoſophis, Θέωνα, Δίωνα. Nam ea nomina ponuntur, quoties τὸν δεῖνα, & perſonam, qua de agitur, intelligunt. Quod ſane & in Marco hic facit. Nam & hominem vocis abſonæ Marcum vocat, hoc eſt, τὸν δεῖνα, & δυσφωνίᾳ eodem nomine quoque deſignat. Sed & *pulliprema*, non *pullipremo* legendum. Neque eſt id, quod vult Turnebus: Significat enim potius puerorum plagiarium. Nam *premere* id ſignificat, hoc eſt ἀποκρύπτειν, furto clepere. Quod dicitur in fine, ipſum ſcarabeum fore, hanc ſententiam habet duplicem: *καὶ ὅτι ἐν τῷ κυλίειν τὴν κόπρον ἀποστρέφεται. καὶ ὅτι κάνθαρος θῆλυς οὐ γίνεται, ἀλλὰ πάντες ἄρσενες γεννῶνται*. Scaliger.

4. *puerile ſecus*] ita lege. nam male hodie, *puerile decus*. *Secus* enim dictum, ut alibi:

Iuno, Ceres, & Veſta, ſecus muliebre, ſorores. &,
Nota Caledoniis nuribus muliebre ſecus Strix. Scaliger.

4. *Puerile ſecus*] Ita papyraceus, &, ut Scaliger judicavit, recte. Nec ego aliter ſentio, quamvis vir Incomparabilis vulgatam præferat, quod ſexus non ætates diſtinguat, ut ſit alius puerilis, alius virilis ſexus. At hic *puerilis* ſexus *puellari* opponitur; & ſane ſermo eſt, de re viris male conveniente, ſed pueris peræque ac puellis tunc temporis familiari.

5. *Non taurus*] Hæc ſunt reſpondentis Pythagoræ: qui dicit apud Ovidium, quod

---- *quoslibet occupat artus*
Spiritus: éque feris humana in corpora tranſit,
Inque feras noſter, nec tempore deperit ullo. Vinetus.

6. *Non hippocamelus*] De equis & camelis multa apud Ariſtotelem, Plinium, Ælianum: ſed de animalibus, quæ ex utriſque fiant, nihil memini legere. Ἵππος tamen non ſemper equum ſignificat in compoſitione, ſed interdum ἐπίτασιν tantum, hoc eſt intentionem, quemadmodum & in epigramma centeſimum & octavum diximus. ut *hippocamelus* ſit magnus aliquis camelus è montibus Caſpiis. *Vinetus.*

7. *Sed ſcarabæus erit*] Id eſt, ſcarabæorum more tunc in ſtercore & oleto volutabitur. *Brodæus Miſcell. lib.* I. *c.* VI. Aelianus l. x. de Animal. cap. xv. Ὁ *κάνθαρος ἄθηλυ ζῶόν ἐστι· σπείρει δὲ εἰς τὴν σφαῖραν, ἣν κυλίει· ὀκτὼ δὲ καὶ εἴκοσι ἡμερῶν τοῦτο δράσας, καὶ θάλψας αὐτήν, εἶτα μὲν τῇ ἐπὶ ταύταις προάγει τὸν νεοττόν.*

Sub-

Subſcriptum picturæ Criſpæ mulieris impudicæ. lxxi.

PRæter legitimi [1] genitalia fœdera [2] cœtus,
Repperit obſcœnas veneres vitioſa libido.
[3] Herculis hæredi quam [4] Lemnia ſuaſit egeſtas,
[5] Quam toga facundi ſcenis agitavit Afrani,
[6] Et quam Nolanis capitalis luxus inuſſit.
Criſpa tamen cunctas exercet corpore in uno,

De-

1. *Genitalia fœdera*] Quæ generandi cauſa ineuntur. *Vinetus.*

2. *Cœtus*] Coitus, concubitus, ut in epigr. 106, & in extrema Ephemeride, & in Tertulliani Apologetico: *Neque eas cœtus inceſti ſanguinis agnoſcat.* Lucretius in extremo libro primo:

Omne motus, & cœtus. -- &,
--- *ut poſſint à cœtu libera ferri.*

& libro tertio,

Nil tamen hoc ad nos: qui cœtu, conjugióque
Corporis, atque animæ, conſiſtimus uniter apti. Vinet.

3. *Herculis hæredi*] Philoctetæ Pœantis filio. quem Hercules rogum ſubiturus, arcu & ſagittis donavit. *Vin.*

4. *Lemnia ſuaſit egeſtas*] Alii Veneri ultrici adſcribunt: remque ad hunc referunt modum. Quum jam paullo ſerius reſponſum Græcis fuiſſet, Herculis ſagittis, ad Ilii expugnationem opus eſſe, accerſitus è Lemno Philoctetes, Paridem læſit. quo vulnere ille mortuus eſt. Paridis itaque ſui mortem irata ut ulciſceretur Venus, Inſanum pathicæ libidinis amorem Philoctetæ injecit. Hanc tamen fabulam non infeſtiviter ridet Martialis libro ſecundo, epigrammate in Sertorium quendam. Ceterum ſi de Philoctete plura vis, eáque inter ſe nonnunquam pugnantia, lege Socratis Philocteten, Quinctum Calabrum, Diodorum, Philoſtrati junioris εἰκόνας & ἡρωϊκὰ, & Marcum Ciceronem de Finibus ſecundo & quincto: & quæſtionum Tuſculanarum libro ſecundo, Servium in Virgilium, Ludovicum Cælium libri ſexti capite primo, & poſtremo Andream Alciatum Παρέργων libri quincti ſexto capite. *Idem.* Scholiaſtes Thucydidis l. 1. Καὶ Φιλοκτήτης διὰ τὸν Πάριδος θάνατον θήλειαν νόσον νοσήσας, καὶ μὴ φέρων τὴν αἰσχύνην, ἀπελθὼν ἐκ τῆς πατρίδος, ἔκτισε πόλιν, ἣν διὰ τὸ πάθος Μαλαχίαν ἐκάλεσε.

5. *Quam toga*] *Toga* Romanorum veſtis fuit, unde *togata* comœdiæ dictæ: quarum ſcenica atque argumenta Latina eſſent, ut ſcribit Terentii interpres. Tales edidiſſe Afranium Poëtam vel ex Varronis fragmento de lingua Latina diſces. De eo Quinctilianus libro decimo. *Togatis*, inquit, *excellit Afranius: utinamque non inquinaſſet argumenta puerorum fœdis amoribus, mores ſuos faſſus.* Id.

6. *Et quam Nolanis*] Satis indicat Auſonius in illo ænigmate, *In triclinio Coa, in cubiculo Nola*; objici Clodiæ oris obſcœnitatem, & omnem infandam libidinem, qua notati ſunt Nolani: ut quum libidinoſa & laſciva eſſet in convivio, & quædam Venus Coa in cubiculo, à nulla obſcœnitate abhorreret. *Turnebus.*

6. *Et quam Nolanis*] Ludit in voce *capitalis*, quæ ambigua eſt. Suetonius adeatur in Tiberio, de pictura Atalantæ Meleagro *ore* morigerantis.

D nam

Deglubit, fellat, molitur per utramque cavernam ;
Ne quid inexpertum fruſtra moritura relinquat.

nam hiſce tribus verſibus triplex obſcœnitas indicatur, quas ſequens verſus omnes exprimit.

7. *Ne quid inexpertum*] Quarti Æneidos Virgilii verſus quadringenteſimus & quinctus decimus. *Vinetus.*

[1] De Achilla, qui diſſecuit calvariam. lxxii.

ABjecta [2] in triviis inhumati glabra jacebat
[3] Teſta hominis, nudum jam cute calvitium.
Fleverunt alii : fletu non motus Achillas,
Inſuper & ſilicis verbere diſſecuit.

Emi-

1. *De Achilla*] Epigramma hoc in Achillæ cujuſdam impietatem, qui calvariam jacentem in triviis lapide perculerit, cum ſit græci argumenti, totidemque verſibus, tam plerunque varia additaque continet, tam multa præterit, ut non ſatis conſtet, an hoc ipſo magis celebre perhibeatur, quod latinum ferme incipit videri jam totum, aut certe minus, quod dum alieni juris eſſe ſtudet, nationis ſuæ, generiſque, neque gratiam omnino, neque numeros cuſtodit. Primum enim Græcus author (quiſquis ille fuit) percuſſoris nomen tacuit, quod Auſonius ſane hic explicat, tacita (ni fallor) deteſtatione ejus, qui ſacrum illud Magni caput percuſſit. Prætermittit autem noſter, inter cætera, quod imaginem communem vitæ defunctum ille vocat, lapidem vero mutum ſpecie, ſed juſtitiam ſpirantem ipſam, quippe qui reſiliens jaculatorem mutilarit, oculorumque lumine orbarit. Nam extremos verſus ejus duos non tam prætermittit, quam commutat integros. Quibus continetur, puniri percuſſorem rurſus apud inferos, ſuamque ipſius manus certam (quæ videlicet deſtinatum attigerit) temeritatem flere. Addit porro, alios fleviſſe. Addit & noviſſimos, ut dixi, verſus. Sed jam operæ videtur eſſe, græcum ipſum epigramma, quale ſit, oculis conferre volentium ſubjeciſſe :

Κρανίον ἐν τριόδοισι κατερχομένου τις ὁδιτρῶν,
Εἰκόνα τὴν κοινὴν ζωῆς ἐδάκρυσε βίου.
Δεξιτερὴν δ᾽ ἔρριψεν ἐπὶ χθόνα, καὶ λίθον ἧκε,
Κωφὸν μὲν δοκέοντ᾽, ἀλλὰ πνέοντα δίκης.
Ὄστιον εἰς γὰρ ἔπληξεν, ἀφήλατο, καὶ τὸν ἀφέντα
Πήρωσε, γλυκεροῦ βλέμματος ὀρφανίσας.
Καὶ πάλιν εἰς ἀΐδην ἐκολάζετο. τὴν ἰδίην δὲ
Ἔκλαυσεν χειρῶν εὔστοχον ἀφροσύνην. Mariang. Accurſ.

2. *in triviis*] in quæ veteres omnia olim purgamenta & ſordes abjecerunt. Vide Caſaubonum ad Athenæum lib. VI. c. XVI. & Auctorem Collectan. ad Petronium, edition. Patiſſon. p. 73.

3. *Teſta hominis*] Teſtæ, vaſa ex argilla : à quorum ſimilitudine, quæ Latinis calvaria, Græcis *κρανίον* dicitur, *teſtam hominis* Auſonius vocat, ſicut & nos hodie Galloromani : ſed qui *teſtam* vulgo vocitemus, non nudum humani capitis oſſum, ſed totum ipſum plenum, & ſuis partibus abſolutum cujuſque caput animalis. *Vinetus.*

4. An-

Eminus ergo icto rediit lapis ultor ab oſſe:
Auctoriſque ſui frontem oculoſque petit.
Sic utinam certos manus impia dirigat ictus,
[4] Auctorem ut feriant tela retorta ſuum.

4. *Auctorem ut feriant*] Alia exemplaria, *In proprium ut redeant tela retorta caput*. ceterum qui fuit in impreſſis exemplaribus titulus de Achilla, qui diſſecuit calvariam, is fuit in vetere: DE EO QVI TESTAM HOMINIS IMMISERICORDITER DISSIPARE VOLVIT. *Vinet.*

[1] De Alcone medico, & Diodoro haruſpice. lxxiii.

LAnguenti Marco dixit Diodorus haruſpex,
Ad vitam non plus ſex ſupereſſe dies.
Sed medicus divis fatiſque potentior Alcon:
[2] Falſum convicit illico haruſpicium,
[3] Tractavitque manum victuri, ni tetigiſſet.
Illico nam Marco ſex periere dies.

1. *De Alcone*] qui eſt, *de Alcone*, titulus in noſtro, fieri debere credimus: *De Alconte*, proportione latina, velut ſit à recto circumflexo Ἀλκῶν, quodque id nomen medici eſt apud Martialem: *Alconti, Daſioque, Symmachoque.* ut medicum ſui temporis quempiam alieno quam proprio nomine appellari maluiſſe, arbitrandum ſit. Velut etiam feciſſe dixerim, in Rhetorem indiſertum deridendo, ſumto Rufi nomine ex græcis epigrammatis, quæ ſunt in rhetores nonnullos. unde illud etiam, quod eſt in quendam Sextum, ὁ δὲ ῥήτωρ εἰκόνος εἰκὼν, in ſuum Rufum ita noſter tranſtulit: *Ipſe rhetor eſt imago imaginis.* & illud: *Elinguem quis te &c.* Mariangel. Accurſius.

1. *De Alcone medico*] Lucillius ſecundo epigrammatum Græcorum libro, quiſquis hic ſit:

Ἑρμογένη τὸν ἰατρὸν ὁ ἀστρολόγος Διόφαντος
Εἶπε μόνους ζωῆς ἐννέα μῆνας ἔχειν.
Κἀκεῖνος γελάσας, τί μὲν ὁ χρόνος ἐννέα μηνῶν,
Φησὶ, λέγει, σὺ νόει. Τἀμὰ δὲ σύντομά σοι,
Εἶπε, καὶ ἐκτείνας μόνον ἥψατο, καὶ Διόφαντος
Ἄλλον ἀπελπίζων αὐτὸς ἀπεσκάρισε. Vinetus.

2. *Falſum convicit*] Dura hic ellipſis τοῦ *eſſe*: malim igitur: *Falſi convicit illico haruſpicium.*

3. *Tractavitque manum*] Tale quiddam in vett. Poëtt. Catalectis invenias, in Editione à Scaligero adornata pag. 194. Virgilio adſcriptum:

Arretine calix menſis decorate paternis,
Ante manum medici quam bene ſanus eras?

Ita legebam: quum Pithœum poſtea, *ante manus medici*, in ſua editione correxiſſe vidi, quod idem. vid. Martial. lib. v. epig. ix.

[1] De

1. De

1 De ſigno Iovis, & Alcone medico. lxxiv.

ALcon heſterno ſignum Iovis attigit. ille,
Quamvis marmoreus, vim patitur medici.
Ecce hodie juſſus transferri ex æde vetuſta
2 Effertur: quamvis ſit Deus, atque lapis.

1. *De ſigno Iovis*] Epigramma in Alconem Medicum (quem ut ab incivili manus tractatione derideat, hyperbolice cum heſterno die Iovis ſtatuam tetigerit, inſequenti poſtea extuliſſe dicit) ex diſticho Lucillii, mutato tantum Marci nomine in Alconem, tranſtulit. quod & aſcribere libuit, quando tota vis (velut arbitror) in ambiguitate conſiſtat vocis ἐκφέρεται id eſt, *effertur*. quod eſt & ad ſepulturam:

Τοῦ λιθίνου Διὸς ἐχθὲς ὁ κλινικὸς ἥψατο Μάρκος,
Καὶ λίθος ὢν καὶ Ζεὺς σήμερον ἐκφέρεται. Mariang. Accurſius.

2. *Effertur*] Scilicet Iuppiter, ſeu ſtatua Iovis, & non Alcon. *Efferri* autem dicuntur mortui, cadavera, funera. Aliæ à *ferendo* verbi ſignificationes, notæ ſunt: in quo conſiſtit hujus loci jocus. *Vinet.*

2. *Effertur*] ludit in voce ambigua: nam & *efferri* homines dicuntur, quorum corpora ſepulturæ mandantur, (ut apud Terent. Andr. 1. 1. *Effertur: imus.*) & *efferuntur* ſtatuæ, quum ex uno in alium locum transferuntur: ut apud Lampridium in Elagabalo: *Lapides, qui Divi dicuntur, ex proprio templo Dianæ Laodiceæ, ex adyto ſuo, in quo eos Oreſtes poſuerat, efferre voluit.* Eadem eſt argutia Plautini joci in Amphitruone, a. 1. ſc. 1.

M. Faciam ego hodie te ſuperbum, ni hinc abis. S. quonam modo?
M. Efferere, non abibis, ſi ego fuſtem ſumſero.

lectica enim tam mortui quam vivi divites efferebantur. Ex hoc Plautino etiam ille alter illuſtratur jocus, quem Gracchus apud A. Gellium refert lib. x. c. 3. *His annis paucis*, inquit, *ex Aſia miſſus eſt, qui per id tempus magiſtratum non ceperat, homo adoleſcens pro legato. Is in lectica ferebatur. ei obviam bubulcus de plebe Venuſina advenit: & per jocum, cum ignoraret qui ferretur, rogavit, num mortuum ferrent.*

In Eunomum medicum. lxxv.

LAnguentem Cajum 1 moriturum dixerat olim
Eunomus. evaſit fati ope, non medici.
Paulo poſt ipſum videt, aut vidiſſe putavit
Pallentem, & multa mortis in effigie.
Quis tu? Cajus, ait. Vivisne? hic abnuit. At quid
Nunc

1. *Moriturum dixerat agrum*] *olim* pro *agrum*, vetus liber. *Vinetus.*

2. *Miſſu*

Nunc agis hic? [2] miſſu Ditis, ait, venio.
Vt, quia notitiam rerumque hominumque tenerem,
[3] Accirem medicos. Eunomus obriguit.
Tum Cajus: Metuas nihil, Eunome. [4] dico ego & omnes,
Nullum qui ſaperet, dicere te medicum.

2. *Miſſu Ditis*] ita recte Scaliger edidit. alii, & ſcriptus liber, *juſſu*.

3. *Acciperem medicos*] ſcribendum, *accirem* ex vett. cod. *Mariang. Accurſius.*

4. *Dico ego & omnes*] Non ſolum ego, ſed etiam quicunque te norunt. Quidam tamen codices, *dico ego ad omnes*. Vinetus.

4. *Dico ego ad omnes*] alter ſcriptus, *dixi ego & omnes*, uti & in ſuis Pulmannus invenit.

In hominem vocis abſonæ. lxxvi.

LAtratus catulorum, hinnitus fingis equorum,
Caprigenumque pecus, lanigeroſque greges
Balatu adſimilas: aſinos quoque rudere dicas,
[1] Quum vis Arcadicum fingere, Marce, pecus.
Gallorum cantus, [2] & ovantes gutture corvos,
Et quicquid vocum [3] bellua & ales habet.
Omnia quum ſimules ita vere, ut ficta negentur:
Non potes humanæ vocis habere ſonum.

1. *Quum vis Arcadicum*] Ita Pentameter ille reſtituendus: Quod quare mutavit Lugdunenſis corrector? *Scaliger.*

2. *Et ovantes gutture corvos*] Virgilii hemiſtichium, ex verſu quadringenteſimo & viceſimotertio primi Georgicôn. *Vinetus.*

3. *Bellua talis*] Eleganter. Nam *talis* ibi eſt ὁ δεῖνα, ut Iuriſconſulti, *illa Kalenda & illa*, ἡ δεῖνα νεομηνία. Ergo *talis* &, *ille*, ὁ δεῖνα apud Latinos. *Scaliger.*

3. *bellua talis habet*] Valde mihi venuſta videtur conjectura, quæ ſub manum naſcitur: *Et quicquid vocum bellua & ales habent*, vel *habet*. Enumeraverat aliquot beſtias quadrupedes, pauciores vero aves, ſed ne loquentia moleſtus eſſet, unico cæterarum omnium tam quadrupedum, quam volatilium voces verſiculo compendifacit. Simile mendum Euphorbii, ſeu, ut ſcriptus liber, Vomani, ut alii volunt, Cælii ſympoſii, carmen de Livore obſedit, in quo hæc reperias:

Intentans animo faces Erynnys
Letalis, Tityique vultur intus,
Qui ſemper lacerat, comeſtque mentem.

Scribe & diſtingue ex ſcripto Codice:

Intentans animo faces Erinnys.
Eſt ales, Tityique vultur intus,
Qui &c. & paulo ante,
Atque hac porrigat & miniſtret Hebe.

Id eſt, & inſuper. male vulgo,

Aut hac porrigat, &c.

Ad Criſpam. lxxvii.

[1] DEformem quidam te dicunt Criſpa: [2] at ego iſtud
Neſcio. mî pulchra es. judice me ſatis eſt.
Quinetiam cupio, junctus quia zelus amori eſt,
Vt videare aliis fœda, decora mihi.

1. *Deformem quidam*] Plane ad mentem Tibulli, qui ſic lib. IV. ad Amicam:

Atque utinam poſſes uni mihi bella videri:
Diſpliceas aliis; ſic ego tutus ero.
Nil opus invidia eſt, procul abſit gloria vulgi. &c. *Gonzales de Salas.*

2. *At ego iſtud*] Tò *At* in ſcripto non comparet. & abeſſe poteſt: nam in *ego* eliſio ſæpe negligitur. verſus ſaltem ſic mollior erit, qui nunc perquam durus eſt.

Qualem velit habere amicam. lxxviii.

SIt mihi talis amica, velim:
Iurgia quæ temere incipiat:
Nec ſtudeat quaſi caſta loqui.
Pulchra, procax, petulante manu.
Verbera quæ ferat, & regerat.
Cæſaque ad oſcula confugiat.
Nam niſi moribus his fuerit:
Caſta, modeſta, pudenter agens;
Dicere abominor, uxor erit.

Ad Cupidinem, ex Græco. lxxix.

[1] HOc quod amare vocant, miſce, aut diſſolve, Cupido,
[2] Aut neutrum flammis ure, vel ure duos.

Ad

1. *Hoc quod*] videtur expreſſum hoc epigr. ex argumento Lucilliani quidem epigrammatis:

Ἢ τὸ φιλεῖν περίγραφον Ἔρως ὅλον, ἢ τὸ φιλεῖσθαι
Πρόσθες, ἵν᾽ ἢ λύσῃς τ̃ πόθον, ἢ κεράσῃς. Mariang. Accurſius.

2. *Aut neutrum*] In Catalectis vett. Poett.

Iulia ſola potes noſtras exſtinguere flammas,
Non nive, non glacie: ſed potes igne pari.

Suavius Petroniana Chryſis: *Teneo te,* inquit.

inquit, *qualem ſperaveram: tu deſiderium, tu voluptas mea: numquam finies hunc ignem, niſi ſanguine exſtinxeris.* Muſæus:

Ἄνδρα γὰρ αἰολόμενον ἔρως βελέεσσι δαμάζει,
Καὶ πάλιν αὐτὸς ἔλεγχος ἀκίσται.

Ad Dionen, de amore ſuo. lxxx.

[1] AVt reſtingue ignem, quo torreor, alma Dione:
Aut tranſire jube: [2] vel face utrimque parem.

1. *Aut reſtingue*] Extat Ruffini cujuſdam diſtichon inter Epigr. Græca:

Ἢ δυοῖν σοὶ ἰχνεύουσιν ἴσην φλόγα, πυρφόρε, καῦσον,
Τὴν ἐπὶ καιομένην ἢ σβέσον, ἢ μετάθες. *Vinetus.*

1. *Aut reſtingue ignem*] Haud aliter Tibullus lib. IV. eleg. IV.

Nec ſis nunc injuſta Venus, vel ſerviat æque
Vinctus uterque tibi, vel mea vincla leva.
Sed potius valida teneamur uterque catena &c.

Martial. lib. VI. epig. 21.

Dixit, & arcano percuſſit pectora loro.
Plaga juvat: ſed tu jam dea cade duos.

2. *Vel fac utrimque parem*] Videtur legendum *face* ratione ſyllabæ. ut eſt illud,

Phylli face exſpectes Demophoonta tuum. Mariang. Accurſ.

2. *Vel face utrumque parem*] Lege, *utrimque parem.* Grævius.

[1] Ex Græco, ἀρχὴ τὸ ἥμισυ παντός. lxxxi.

[2] INcipe. dimidium facti eſt, cœpiſſe. [3] ſuperſit
Dimidium. rurſum hoc incipe: & efficies.

1. *Ex Græco*] Lemma hujus epigrammatis expreſſum eſt in membranis: Ex Græco, ἀρχὴ τὸ ἥμισυ παντός. Scaliger.

1. *Ex Græco*] Legitur hemiſtichium heroicum in Luciani vita:

--- Ἀρχὴ δέ τοι ἥμισυ παντός.

quod Heſiodo videtur attribuere in Hermotimo, his verbis: Ἀλλὰ τήν γε ἀρχὴν ὁ αὐτὸς ἔστω ἥμισυ τοῦ παντὸς ἔφη εἶναι. Idem Auſonius in Technopægnio:

Incipe. quidquid agas, pro toto eſt prima operis pars.

Cajus in digeſtis Iuſtiniani de origine Iuris: *Et certe cujuſque rei potiſſima pars, principium eſt.* Meminit veteris proverbii Polybius libro quincto. ſed vide apud Eraſmum Adagium, *Principium dimidium totius.* Vinetus.

2. *Incipe*] Horatius: *dimidium facti, qui cœpit, habet.* Guarini nel Paſtor Fido:

Chi ben comincia, ha la metà de l'opra.

contra Euripides: κακῆς ἀπ' ἀρχῆς γίνεται τέλος κακόν.

3. *Superſit Dimidium*] melius quod in optimo libro, *ſuperſit dimidium*, id eſt, *ſupereſt.* ſic in Profeſſorib. Burdigal. c. 1. in veteri libro:

-- ſive aliquid poſt fata extrema ſuperſit.

Plautus Pſeudolo act. 1. ſc. 5. *ſi quid ſuperſit, vicinos impertio.* Columell. lib. XII. *tum ſeparare, quæ conſumenda ſunt, & quæ ſuperfieri poſſunt, cuſtodire, ne ſumtus annuus menſtruus fiat.* Sic Virgilius *deſit* pro *deëſt* uſurpavit:

Lac mihi non æſtate novum, non frigore deſit.

Ex Græco. lxxxii.

Ἁ χάρις ἁ βραδύπους ἄχαρις χάρις.

GRatia quæ tarda eſt, ingrata eſt. Gratia namque
Cum fieri properat, gratia grata magis.

1. *Gratia quæ tarda eſt &c.*] Tam hoc, quam quod ſequitur, ex Luciano tranſtulit Poëta Auſonius:

Ὠκεῖαι χάριτες, γλυκερώτεραι, ἢν δὲ βραδύνῃ,
Πᾶσα χάρις κενὴ, μηδὲ λέγοιτο χάρις.

Ipſam igitur inſcriptionem, *ἁ χάρις ἁ βραδύπους, ἄχαρις χάρις*, quod temere in partem operis coierit, ſummovendam putamus. *Mariang. Accurſ.*

1. *Gratia quæ*] Praxithea apud Euripidem:

Τὰς χάριτας ὅςις εὐγενῶς χαρίζεται,
Ἥδιον ἐν βραδεῖσιν· οἱ δὲ δρῶσι μὲν,
Χρόνῳ δὲ δρῶσι, πολλῷ δυσχαριστότεροι.

adeatur Martialis lib. VI. Epigr. 30: & lib. VII. Ep. 43. Lucianus in Anthol. l. I. cap. 30. Seneca de benef. l. II. c. I. & c. 5. Plinius Panegyr. ad Trajan. p. 168. Ed. Lipſ.

Idem. lxxxiii.

SI bene quid facias, facias cito. nam cito factum
Gratum erit. Ingratum gratia tarda facit.

[1] In ſaltatorem ineptum. lxxxiv.

DEceptæ felix caſus ſe miſcuit arti.
Hiſtrio, ſaltavit qui [a] Capanea, ruit.

Idem

1. *In ſaltatorem*] Duo Epigrammata in unum redegit librariorum imperitia, Græci argumenti ea eſſe ignorantium, Lucillii alterum, Palladæ alterum. Referenda & hic, tum quod ſine iis Latina non eſt promptum intelligere: tum præcipue, quod quædam adeo diverſa abeunt, ut ſit luce clarius, noſtrum in pleriſque non interpretis, ſed imitatoris, conditoriſque perfunctum munere: multaque aut aptius comminuiſſe, aut locupletius communiviſſe, excoluiſſeque, & veluti coloribus aſperſiſſe. Etenim illud: *Spectator veram crediderit Nioben*, ex alio ejuſdem Lucillii expreſſit, *Νιόβης ἔμπνουν ἀρχέτυπον*. Et illud *Μέμφις ὁ σιμὸς*, an ipſe verterit, *ſimius idem*, vel errore depravatum fuerit exſcribentium, non facile dixerim. Ipſa Epigrammata ſunt hæc:

Λουκιλλίου.

Πάντα καθ᾽ ἱστορίην ὀρχούμενος, ἓν τὸ μέγιστον
Τῶν ἔργων παριδὼν, ἠνίασας μεγάλως.
Τὴν μὲν γὰρ Νιόβην ὀρχούμενος, ὡς λίθος ἔστης.
Καὶ πάλιν ὢν Καπανεὺς, ἐξαπίνης ἔπεσες.
Ἀλλ᾽ ἐπὶ τῆς Κανάκης ἀφυῶς, ὅτι καὶ ξίφος ἦν σοι,

Καὶ

Idem qui Nioben [3] ſaltavit ſaxeus, ut tum
Spectator veram crediderit Nioben.
[4] In Canace, viſus multo felicior ipſa:
Quod non hic gladio viſcera diſſecuit.

Καὶ ζῶν ἐξῆλθες, τοῦτο πικρῶς ἐπόρησα.

Παλλαδᾶ.

Δάφνην καὶ Νιόβην ὠρχήσατο Μέμφις ὁ σιμός·
Ὡς ξύλινος, Δάφνην. ὡς λίθινος Νιόβην. Mariang. Accurſius.

1. *In ſalterem*] Lucillii hæc ſunt Græca libro ſecundo anthologiæ. Saltare, & ruere Nioben, Capaneum, Canacen, eſt ſaltando, cadendo imitari, referre Nioben, Capaneum, Canacen. *Vinetus.*

2. *Capanea*] Fuit Capaneus ex iis, qui cum magno exercitu adverſus Thebas profecti ſunt, ut narrant Diodorus Siculus, Hyginus, & Statius in Thebaide. Flavius Vegetius rei militaris libro quarto ſic ſcribit: *Hoc facto, ſcalis appoſitis occupant civitatem. ſed qui ſcalis nituntur, frequenter periculum ſuſtinent, exemplo Capanei, à quo primum hæc ſcalarum oppugnatio perhibetur inventa, qui tanta vi occiſus eſt à Thebanis, ut extinctus fulmine diceretur.* Idem.

3. *Saltavit ſaxeus*] Saxum potiùs, quam ſaltator, ille videbatur. Ex ſex autem epigrammatis hujus verſibus, duo hi ſoli fuerunt in vetere libro, cum hoc titulo, DE EO QVI CAPANEVM SALTANS RVIT, Id.

4. *In Canace*] Fuit hæc Æoli ventorum regis filia. quæ miſſo à patre gladio ſe interfecit, quum ex ſuis & fratris nefandis amoribus, concubituque natus puer eſſet. *Idem.*

[1] De eodem. lxxxv.

DAphnen & Nioben ſaltavit ſimius idem,
Ligneus ut Daphne, ſaxeus ut Niobe.

1. *De eodem*] Palladæ Græcum eſt libro ſecundo anthologiæ:

Δάφνην καὶ Νιόβην ὠρχήσατο Μέμφις ὁ σιμός,
Ὡς ξύλινος Δάφνην, ὡς λίθινος Νιόβην.

Sicui autem compertum foret, quibus temporibus vixerit Palladas ille, poeta epigrammatographus, ſcire fortaſſe poſſet; uter hujus argumenti auctor ſit: atque hoc ego aliquando quæſivi. Lilii Ferrarienſis tabulæ illæ profecto quid ſibi velint, non video, quæ Palladam medium inter Archimelum & Theætetum pingunt. Nam eſt libro ſecundo Anthologiæ Palladæ epigramma, quod fertur ſcripſiſſe in Themiſtium philoſophum, Valentiniano Valenteque fratre Cæſaribus, Conſtantinopoli præfectum: quod ſi ita habet, certe Palladas Auſonio ætate non præſtiterit. Quare, qui Auſonium Græcorum ſemper interpretem fuiſſe exiſtimant, videant, quam tuto id credere poſſint. *Vinetus.*

1 Do-

[1] Dodralis potio. lxxxvi.

DOdra ex dodrante eſt. ſic collige: jus, aqua, vinum,
Sal, oleum, panis, mel, piper, herba, novem.

1. *Dodralis potio*] Ita in veteri libro, non *Dodra*. Scaliger.

De eadem. lxxxvii.

DOdra vocor. Quæ cauſa? Novem ſpecies gero. Quæ ſunt?
Ius, aqua, mel, vinum, panis, piper, herba, oleum, ſal.

De eadem dodra potione. lxxxviii.

[1] Δόδρα πότος καὶ ἀριθμός· ἔχω μέλι, οἶνον, ἔλαιον,
ἄρτον, ἅλας, βοτάνην, ζωμὸν, ὕδωρ, πέπερι.

1. Δόδρα πότος, καὶ ἀριθμός] Pariſinus tamen codex, Δόδρα ποτὸν, καὶ ἀριθμός. Alii: Δόδρα ποτὸν καὶ ἀριθμόν. Lugdunenſis vetuſtus Græcum epigramma non habebat, ſed priori Latinorum titulum præfigebat, IN DODRALEM. & alteri, IDEM. Quis autem hujus potionis uſus foret & vis, parum comperi. *Vinetus.*

De Iuriſconſulto, qui uxorem habebat adulteram. lxxxix.

IVriſconſulto, [1] cui nubit adultera conjux,
[2] Papia lex placuit: [3] Iulia diſplicuit.

Quæ-

1. *Cui vivit adultera conjux*] Mallem *cui nubit adultera conjux.* Firmat ſequens Epigramma, quod ad eundem pertinet Iuriſconſultum, quem à libidine alios carpendi Zoilum dicit. *Gravius.*

2. *Pappia lex*] Hanc tulit Auguſtus, ſed ab iis, qui tum Conſules erant, Pappia & Poppæa dicta eſt, inquit Dio libro quinquageſimo ſexto. Ea fuit de maritandis ordinibus: ut loquitur Suetonius. Continebat enim, ut ſi vir & uxor filios non haberent, quod alter alteri reliquiſſet, decima pars fiſco addiceretur. Placuit itaque ea lex Iuriconſulto illi, qui uxoris adulteriis favere videbatur: quod ex illa nullo non modo prolem ſuſciperet. Andreas Alciatus locum hunc exponit libri tertii capite tertio Diſpunctionum, & παρέργων decimi capite ſexto. *Vinetus.*

3. *Iulia diſplicuit*] Et hujus legis plura capita: quorum uno plectebantur, ut lenocinii rei, mariti, qui adulteras uxores in matrimonio retine-

Quæritis, unde hæc ſit diſtantia? ſemivir ipſe
[4] Scatiniam metuens, [5] non metuit Titiam.

tinebant. Tulit Divus Auguſtus, inquit Vlpianus quadrageſimo octavo digeſtorum, Titulo quincto. *Vinetus.*

4. *Scatiniam metuens*] Lauronia apud Iuvenalem libro primo:

Quod ſi vexantur leges ac jura, citari
Ante omnes debet Scatinia. Reſpice primum,
Et ſcrutare viros. faciunt hi plura.

Sic Auſonius corripuit ſecundam ſyllabam nominis *Scatinia*, quam Iuvenalis produxerat. Primæ vero ſunt, qui addunt N, ſicut *Caius Scantinius* ſcribitur apud Valerium Maximum libro ſexto de pudicitia, & ut *Publius Scantinius* appellatur Pomponio Læto, is, qui legem tulit, homo mihi parum notus. Quin ne lex illa quidem quæ fuerit, ſatis nobis compertum. Quidam dixerunt in pædicones, & puerorum concubitores latam, quos Beroaldus Suetonii interpres in Domitiano reprehendit: aſſeritque in eos latam, qui muliebria paterentur, hoc eſt, qui viri viris ſe, feminarum more, proſtituerent. *Vinetus.*

5. *Non metuit Titiam*] Titiam legem Caius Titius tulit: *qua cavetur antiquitus*, inquit Cornelius Tacitus libro undecimo hiſtoriæ Auguſtæ, *ne quis ob cauſam orandam, pecuniam donumve acciperet.* Illam hic Iuriſconſultus timere non debuit. Quis enim unquam ſanæ mentis, rudem prorſus, & imperitum hunc adeat, roget, ut cauſam oret, & muneretur? Quem autem non ſatis viderat Alciatus elegantiſſimi epigrammatis naſum, pulchre detexit Pithœus in capite ſecundo libri ſecundi adverſariorum. *Vinetus.*

5. *Non metuit Titiam*] Recte; nam non ſuo tantum nomine, ſed & pro commodata uxoris opera munera recipere in animum induxerat; ut ſic duplici quaſi adulterio diteſceret, uxoris leno, & ſui corporis proſtitutor.

Ad Zoilum, qui uxorem mœcham duxerat. XC.

SEmivir uxorem duxiſti, Zoile, mœcham.
O quantus fiet quæſtus utrinque domi!
Quum dabit uxori molitor tuus, & tibi adulter,
[1] Quanti deprenſi damna pudoris ement!

Sed

1. *Quantum deprenſi*] Non intelligo, niſi legamus *Quanto*, vel *Quanti.* & *emere* accipiamus pro *redimere.* Vxori tuæ perſolvet, qui te fruetur, & tibi, qui uxore tua, tantum, quanto qui deprehenduntur mœchi, ſolent redimere infamiam, vel amiſſum pudorem. *Deprenſi* primo caſu pluratіvo. Senſus vocis, qui apud Homtium: *deprenſi non bella eſt fama Treboni.* Apuleius in Apologia: *Neque enim ulli ad introeundum metus eſt, niſi qui pretium marito non attulit. Ita ei lecti ſui contumelia vectigalis eſt. Olim ſolens ſuo, nunc conjugis corpore vulgo meret. Cum ipſo plerique (nec mentior) cum ipſo, inquam, de uxoris noctibus paciſcuntur. Hinc jam mimica illa inter virum & uxorem*

Sed modo quæ vobis lucroſa libido videtur,
[2] Iacturam ſenio mox ſubeunte feret.
Incipient operas conducti vendere mœchi,
Quos modo munificos [3] lena juventa dabit.

rem nota colluſio. qui amplam ſtipem mulieri detulerunt, nemo eos obſervat, ſuo arbitratu diſcedunt. qui inaniores venere, ſigno dato pro adulteris deprehenduntur: & quaſi ad diſcendum venerint, non prius abeunt, quam aliquid ſcripſerint. Ita enim legendum, ubi vulgo, *Hinc jam inquam illa.* Gronovius.

1. *Quantum depr. d. pud. emunt*] Scribendum, *ement.* pro *quantum* malim *quanti.* Senſus eſt: quanto argento mulctabuntur ii, qui à te, vel uxore, in alterutrius concubitu fuerint deprenſi? Certe niſi aliquid ſcripſerint, non ſic abibunt. Celeberr. Grævius in ſuis ad me literis: Probo, *ement*: ſed & ſcribendum cenſeo: *quanti depenſi damna pudoris ement.*

2. *Iacturam ſenio*] Contra illa Afranii in divortio apud Nonium:

Vigilans, ac ſollers, ſicca, ſana, ſobria,
Viroſa non ſum: & ſi ſum, non deſunt mihi,
Qui ultro dant: ætas integra eſt, forma ſatis.

3. *Lena juventa tenet*] Longe præſtat, quod in papyraceo codice, *lena juventa dabit.* Eſt enim ſermo de eo, quod mox futurum eſt. Lena juventa dabit eos munificos, id eſt, quamdiu iſte flos vigorque ætatis, qui libidinoſam ad ſe allicit juventutem, manebit, liberales ac munera offerentes amatores accedent: at ille ubi perierit, væ victis, ipſi ἀντιπελαργεῖν (ſi per jocum ita loqui liceat) cogemini. pro *dabit*, etiam *dabat* non incommode legi poſſet. utrumque non malum.

Ad Venerem, δύσερως. XCI.

[1] HAnc amo, quæ me odit: contra, hanc, quoniam me amat, odi.
Compone inter nos, ſi potes, alma Venus.
Perfacile id faciam. mores mutabo, & amores.

Oderit

1. *Hanc amo*] eadem Horatiani Cyri conditio:

Inſignem tenui fronte Lycorida
Cyri torret amor: Cyrus in aſperam
Declinat Pholoen. ſed prius Appulis
Iungentur capreæ lupis,
Quam turpi Pholoe peccet adultero.

Ovidius lib. II. eleg. XIX.

Quod ſequitur fugio; quod fugit, uſque ſequor.

Moſchus Eidyll. ϛ.

Ἤρα Πὰν Ἀχῶς τᾶς γείτονος, ἤρατο δ' Ἀχὼ
Σκιρτητᾶ Σατύρω· Σάτυρος δ' ἐπεμήνατο Λύδᾳ·
Ὡς Ἀχὼ τὸν Πᾶνα, τόσον Σάτυρος φλέγεν Ἀχώ,
Καὶ Λύδα Σατυρίσκον· ἔρως δ' ἐσμύχετ' ἀμοιβᾷ·
Ὅσσον γὰρ τήνων τις ἐμίσεε τὸν φιλέοντα,
Τόσσον ὁμῶς φιλέων ἠχθαίρετο, πάσχε δ' ἄποινα·
Ταῦτα λέγω πᾶσιν τὰ διδάγματα τοῖς ἀνεράστοις·
Στέργετε τὼς φιλέοντας, ἵν' ἢν φιλέητε, φιλῆσθε·

2. Marce,

Oderit hæc, amet hæc. Rurſus idem patiar.
Vis ambas ut ames? Si diligat utraque, vellem.
Hoc tibi tu præſta, [2] Marce: [3] ut ameris ama.

2. *Marce, ut ameris, ama*] Hemiſtichium ex undecimo epigrammate libri ſexti Martialis. *Vinetus.*

3. *Vt ameris ama*] Martialis lib. VI. epigr. XI.

Vt præſtem Pyladen, aliquis mihi præſtet Oreſten.
Hoc non fit verbis, Marce: ut ameris, ama.

Vid. Sen. epiſt. IX. Plin. ad Trajanum, p. 157. Auctor Panegyrici ad Piſonem:

Obſequiumque doces, & amorem quæris amando.

Hinc illud ad amantes Ovidii præceptum:

Eſt tibi agendus amans, &c.

Et hoc Achillis Tatii lib. I. ἐν ἄλλοις μόνον παιδευτῶν, ἔρως δὲ αὐτοδίδακτος, καὶ τεχνίτης ἐκ μεμάθηται. Eadem in amore pio proximi ratio, de quo dignus ſane eſt, qui reſpiciatur locus D. Auguſtini ſerm. CLXVIII de Tempore, *Si eſurierit inimicus tuus* &c. vel, ſi mavis, cap. XVI, l. III. de Doctrina Chriſtiana.

Ad eandem. XCII.

[1] SVaſiſti, Venus ecce, [2] duas dyſeros ut amarem.
[3] Odit utraque: aliud da modo conſilium.

Vince

1. *Suaſiſti, Venus alma, duas Glyceras ut amarem*] Antiquus codex:

Suaſiſti, Venus ecce, duas dyſeros ut amarem.

qui & hoc facit alterius epigrammatis principium, præfixo titulo, ΔΥΣΕΡΩΣ. Dicitur autem δύσερως moroſus in amore, & infelix. *Vinetus.*

1. *Suaſiſti Venus*] Recte Pulmanniana editio, ſecuta veterem Codicem Vineti hæc duo epigrammata diviſit. diverſiſſima enim ſunt. *Gravius.*

2. *Duas dyſeros ut amarem*] Conſilium dediſti, quo pacto duas amare poſſem. Δύσερως autem, ὁ δύσκολον ἔρωτα ἔχων, ἢ παντελῶς ἀπεχθόμενος. ἤγουν, ὁ οὐκ εἰδὼς ἐρᾶν. ὁ κακῶς διοικήσας τ᾽ ἑαυτοῦ ἐρωτικῇ δυνάμενος. Scholiaſtes Theocriti ad Eidyll. α.

3. *Odit utraque. aliud da modo conſilium*] Quid faciemus illo verſu. Nam media natura corripitur in voce *utraque*. An mendum eſſe dicemus? Minime gentium. Et in hoc quoque Auſonius ſequitur morem temporum ſuorum, ut ſcilicet ibi producat ſyllabam, ubi Proſodia erat. Nam in eadem ſyllaba eſt in nomine fœminino, in qua erat in maſculino, *uterque*. Quare illa ætate hoc faciebant poëtæ & in iſta voce, & in aliis, ut alibi docemus. Prudentius in Elogio Eulaliæ Virginis:

Frivola utraque & utraque nihil.

Eſt enim dactylicus. Et in Cathemerino, hym. X.

Tua ſunt, tua, Rector, utraque.

Eſt anapæſticus. Et in Apotheoſi:

Spargebat Dominus, ſunt unum fulmen utraque.

Sed & ipſe Auſonius ad patrem:

Et placuiſſe rear geminis ætatibus, ut ſe
Non feſtinato tempore utraque daret. Scaliger.

3. *Odit utraque*] Notandum *utrâque* media producta, recto etiam caſu, quo natura brevis eſt; ſimiliter productam invenies in verſu viceſimo ſecundo epiſtolæ ad patrem. *Vinetus.*

4. *Datis*

Vince [4] datis ambas. Cupio : verum arcta domi res.
Pellice promiſſis. Nulla fides inopi.
Atteſtare deos. Nec fas mihi fallere divos.
Pervigila ante fores. Nocte capi metuo.
Scribe elegos. Nequeo, Muſarum & Apollinis expers.
[5] Frange fores. Pœnas judicii metuo.
[6] Stulte ab amore mori pateris : non vis ob amorem.
Malo miſer dici, quam miſer atque reus.
Suaſi quod potui : tu alios modo conſule. Dic quos ?
[7] Quod ſibi ſuaſerunt, [8] Phædra & Eliſſa dabunt.
Quod Canace, Phylliſque, & faſtidita Phaoni.
Hoc das conſilium ? Tale datur miſeris.

4. *Datis*] Donis, muneribus. *Vinetus*

5. *Frange fores*] Apud Theocritum in Pharmac. conqueritur Simætha de Delphide:

Οὐδὲ θύρας ἄρραξεν ἀνάρσιος.

Et aliquanto poſt Delphis ad illam :

Εἰ δ' ἄλλᾳ μ' ὠθεῖτε, καὶ ἁ θύρα εἴχετο μοχλῷ,
Πάντως καὶ πελέκεις καὶ λαμπάδες ἦνθον ἐφ' ὑμέας.

Vide & Tibull. lib. I. el. I. & el. II. Propert. lib. II. el. v. Ovidium, Horatium, &c.

6. *Stulte, ab amore*] Ita fere Syrus ad Clitiphonem in Terentii Heautontimorumeno:

Vis amare, vis potiri, vis, quod des illi, effici :
Tuum eſſe in potiundo periculum non vis, haud ſtulte ſapis. Vinetus.

7. *Quod ſibi ſuaſerunt*] non inepti ſunt verſus illi, quos Tilianus codex exhibet. Hæc enim amantium omnem ſpem abjicientium refugia ſunt. Sic apud Apulejum lib. IV. Mileſiac. *Laqueus, aut gladius, aut certe præcipitium procul dubio capeſſendum eſt*, puella deſperans vociferatur. & alia ad amaſium apud Lucianum in dialog. meretr. Σὲ δ' ἤν ποτε λυπήσῃ, τάχα ἂν ἀκούσῃς τι περὶ ἐμοῦ, κειμένην με ἤτοι βρόχῳ ἐμαυτὴν ἀποπνίξασαν, ἢ ἐς τὸ φρέαρ ἐπὶ κεφαλὴν ἐμπεσοῦσαν, ἢ ἕνα γέ τινα τρόπον εὑρήσω θανάτου. Clemens Alex. l. ii. Strom. de Cratete : Οὗτος ἐν ἄλλοις ἀνθρωπμένους γράφει τὸ εἰς τὰ ἀφροδίσια ἀκατασχέτου ὁρμῆς κολαστήριον εἶναι λιμόν· εἰ δὲ μή, βρόχον.

8. *Phædra*] Pro his duobus verſib.

Phædra, & Eliſa tibi dent laqueum aut gladium.
Præcipitem pelago vel Leucádos elige rupem,

fuerunt in Lugdunenſi codice,

Quod ſibi ſuaſerunt Phædra & Eliſa dabunt,
Quod Canace Phylliſque & faſtidiata Phaonis.

Sed quid verbi, *faſtidiata Phaonis ? faſtidita Phaoni* potius. A Phaone autem faſtidita & ſpreta Sappho, ſe ex ſumma Leucadis inſulæ rupe in mare dejecit. *Vinetus.*

Pul-

Pulchrum dei reſponſum. XCIII.

DOctus Hylas [1] cæſtu, Phegeus [2] catus arte palæſtræ,
[3] Clarus Olympiacis & Lycus in ſtadiis,
An poſſent omnes venturo vincere agone,
Hammonem Libyæ conſuluere deum.
Sed deus, ut ſapiens, Dabitur victoria vobis
Indubitata quidem, ſi caveatis, ait,
Ne quis Hylam cæſtu, ne quis certamine luctæ
Phegea, ne curſu te Lyce prætereat.

1. *Cæſtu*] Cæſtus iſtos Apollonius in principio ſecundi Argonauticorum, *ἱμάντας* vocat, hoc eſt lora, ut lora erant, bubula, perdura: quibus pugnaturi manus armabant, & inter ſe nudi feriebant, os & tempora in primis petentes: ſed eorum alia etiam nomina apud Iulium Pollucem. Qui cæſtibus pugnabant, ut Pollux & Amycus apud eundem Apollonium: Entellus & Dares quincto Æneidos, ij Græcis *πύκται*, Latinis *pugiles*: & res ipſa illis *πυγμὴ*, his *pugilatus* dicitur: hæcque pugna propriè dicta videtur, quæ *πὺξ*, hoc eſt, pugnis peragitur, quemadmodum *ἐτυμολογεῖ* Donatus. Pugil ergo dicebatur, qui cæſtibus: *παλαιστὴς* & palæſtrita, qui lucta, quæ *πάλη* & *παλαίσρα* Græcis appellatur: *σταδιεὺς*, qui in ſtadiis & circis curſu: *δισκοβόλος*, qui diſci in ſublime jaculatione: *ἁλτὴρ*, qui *ἅλματι*, id eſt ſaltu certabat. Quæ quinque *πένταθλον* Græcis, Latinis *quinquertium* dicebatur, vel Budæo auctore ex Feſto: & is, qui in illis quinque vicerat, iiſdem Græcis *πένταθλος*, *quinquertio* Latinis. Πένταθλος tamen Lucillii, *pugil* Auſonio hic eſſe videtur. *Vinetus.*

2. *Catus*] Doctus, ut in ode decima libri primi Horatii, ac in duodecima tertii. *Idem.*

3. *Clarus Olympiacis & Lycus*, &c.] Non eſſe commutandum hic, *Aſt Lycus*, vel, *eſt Lycus*, facile intelliget, qui de Lucillio converſum Epigramma noverit. Verum ille non Hammonem Deum, ſed Olympum vatem conveniſſe, refert, qui *Oneſimus*, *Hylas*, & *Menecles* vocarentur. Cum Auſonius eos *Phegeum*, *Hylam*, *Lycum* nominarit. ac præterea in quibuſdam aliis (more ſuo) diverſus abierit, eo quidem genio, ut cum neque omnia reddiderit, nihil tamen omiſiſſe videatur:

Πρὸς τὸν Μάντιν Ὄλυμπον Ὀνήσιμος ἦλθ' ὁ παλαιστὴς,
Καὶ πένταθλος Ὕλας, καὶ σταδιεὺς Μενεκλῆς.
Τίς μέλλει νικᾷν αὐτῶν τὸν ἀγῶνα θέλοντες
Γνῶναι, κ' ἀχεῖνος τοῖς ἱεροῖς ἐνιδὼν,
Πάντες ἔφη νικᾶτε, μόνον μή τίς σε παρέλθῃ,
Καί σε καταστρέψῃ, καί σε παρατροχάσῃ. Mariang. Accurſ.

De Hermiones zona. XCIV.

PVnica turgentes [1] redimibat zona papillas
Hermiones: zonæ textum elegēon erat.
Qui legis hunc titulum, Paphie tibi mandat, ames me:
Exemploque tuo neminem amare vetes.

1. *Redimibat*] Circundabat. ornabat. pro *redimiebat*. Vinetus.

De Hyla, quem Najades rapuerunt. XCV.

ASpice quam blandæ necis ambitione fruatur,
Letifera experiens gaudia, pulcher [1] Hylas!
Oſcula & infeſtos inter moriturus amores,
[2] Ancipites patitur [3] Najadas Eumenidas.

1. *Hylas*] Egregia forma juvenis, Theodamantis & Menodices filius, Herculis ad Colchos proficiſcentis comes, qui quum in Mœſia ex Argo deſcendiſſet, aquatum profectus, à Nymphis raptus eſt. Fabulam narrat Apollonius libro primo Argonauticôn, Servius, Strabo, Solinus, Theocritus, Eraſmus in proverbio, *Hylam inclamas*. Vinetus.

2. *Ancipites Eumenidas*] Sic in Cupidine cruci aſſixo:

Terrorem ingeminat, ſtimuliſque accendit amaris

Ancipites furias. vide, quæ nos ad eum locum notavimus.

3. *Najadas Eumenidas*] Satis eleganter. nam quum puerum, ut potirentur, mergerent, quid niſi lethum illi peperit ipſarum amor. *Genſalius de Salas*.

[1] Ad Nymphas, Narciſſum perſequentes. XCVI.

FVritis procaces Najades
Amore ſævo, & irrito.
Ephebus iſte flos erit.

1. *Ad Nymphas: quæ Hylam merſerunt.*] Quomodo ad Hylam hoc pertineat, non ſatis video. Ad Narciſſum potius, qui in florem mutatus eſt. De inſano Narciſſi amore, legendus Ovidius tertio Metamorphoſeon. *Vinetus*.

1. *Ad Nymphas, quæ Hylam merſ.*] Lemmata hæc omnia à librariis aſſuta ſunt: at hoc ab omnium ſtupidiſſimo. Si formandum eſt aliud, ſcribe, *Ad Nymphas Narciſſum perſequentes*. patet ex proxime ſequentibus.

De Narciſſo, qui ſui ipſius amore captus erat. XCVII.

SI cuperes alium, poſſes Narciſſe potiri.
Nunc tibi amoris adeſt copia: fructus abeſt.

De eodem. XCVIII.

QVid non ex hujus forma pateretur amator,
Ipſe ſuam qui ſic deperit effigiem?

In Echo dolentem propter mortem Narciſſi. XCIX.

COmmoritur Narciſſe tibi reſonabilis Echo,
Vocis ad extremos exanimata modos.
Et pereuntis adhuc gemitum [1] reſecuta querelis,
Vltima nunc etiam verba loquentis amat.

1. *reſecuta*] ἀπαμειβομένη. rara hæc eſt dictio, quamque non apud multos reperias. Vſus eſt noſter item de Echo in ultima ad Paulinum epiſtola:
Solatur noſtras Echo reſecuta querelas.
Nec non, ut quidam volunt, Profeſſor. c. XIX.
Et tua nunc ſoboles morem reſecuta parentis.
Ovidius item lib. VIII Metamorph.
Illa dei munus bene cedere ſenſit, & a ſe
Sequari gaudens, his eſt reſecuta rogantem.

[1] De Hermaphrodito. C.

MErcurio genitore ſatus, genetrice Cythere,
Nominis ut mixti, ſic corporis [1] Hermaphroditus,
Concretus ſexu, ſed non perfectus, utroque:
Ambiguæ Veneris, neutro potiundus amori.

De

1. *De Hermaphrodito*] Eſt inter Græcorum Poëtarum Catalecta etiam & hoc in Hermaphroditum carmen, quem balnei viris mulieribuſque communis tutelam conſtituerant:
Ἀνδράσιν Ἑρμῆς εἰμί, γυναιξὶ δὲ Κύπρις ὁρῶμαι.
Ἀμφοτέρων δὲ φέρω σύμβολα μὴ τοκέων.
Τοὔνεκεν οὐκ ἀλόγως με τὸν Ἑρμαφρόδιτον ἔθεντο
Ἀνδρογύνοις λουτροῖς παῖδα τὸν ἀμφίβολον.

2. *Invide*

De conjunctione Salmacis cum Hermaphrodito. CI.

SAlmacis optato concreta eſt nympha marito.
Felix virgo, ſibi ſi ſcit ineſſe virum.
Et tu formoſæ juvenis permixte puellæ,
Bis felix, unum ſi licet eſſe duos.

Ad Apollinem, de Daphne puella fugiente. CII.

POne arcum Pæan, celereſque reconde ſagittas:
Non te virgo fugit, ſed tua tela timet.

Ad corticem, quo Daphne tegebatur. CIII.

[1] INvide cur properas cortex operire puellam?
Laurea debetur Phœbo, [2] ſi virgo negatur.

1. *Invide*] *Apollo Daphnen*, inquit Hyginus, *Penei fluminis filiam, quum virginem perſequeretur, illa à terra præſidium petiit: quæ eam recepit in ſe, & in arborem laurum commutavit. Apollo inde ramum fregit, & in caput impoſuit.* Vide finem fabulæ apud Ovidium, commentarium in ſextum Caſſandræ Lycophronis verſum, (Servium ad l.III. Aeneid. Plutarchum in Agide, Schol. Homeri in Il. ά) Aphthonii Sophiſtæ progymnaſmáton caput quoddam de hac etiam eſt fabula. meminit & Auſonius in carmine de Antiochia & Alexandria. *Vinetus.*

2. *Si virgo necatur*] Hæc frigida ſunt, ſine ſale & acumine, quod huic epigrammati reddideris, ſi legas: *ſi virgo negatur.* Grævius.

In duas ſorores diverſorum morum. CIV.

DElia, vos miramur: & eſt mirabile, quod tam
Diſſimiles eſtis, tuque ſororque tua.
Hæc habitu caſto, quum non ſit, caſta videtur;
Tu præter cultum nil meretricis habes.
Quum caſti mores tibi ſint, huic cultus honeſtus:
Te tamen & cultus damnat, & actus eam.

Ad Gallam. CV.

VAdo, ſed ſine me, quia te ſine: nec niſi tecum
Totus ero; [1] pars quum ſim altera Galla tui.
Vado tamen, ſed dimidius. vado minor ipſo
Dimidio: nec me jam locus unus habet.
Nam tecum fere totus ero, quocumque recedam.
Pars veniet mecum quantulacunque mei.
Separor unus ego: ſed partem ſumo minorem
Ipſe mei. tecum pars mea major abit.
Si redeam, tibi totus ero: pars nulla vacabit,
Quæ mox non redeat in tua jura. Vale.

1. *Pars quum ſim*] Horat. lib. II. od. XVII, ad Mecænatem:
Ah! te meæ ſi partem animæ rapit
Maturior vis; quid moror altera?
qui & Virgilium *animæ dimidium ſuæ* dixit. Ariſtot. lib. II. Ethicor. Ὅταν βουλώμεθα σφόδρα φίλον εἰπεῖν, μία, φαμὲν, ψυχὴ ἡ ἐμὴ, καὶ ἡ τούτου. Guevara: *No es otra coſa el amor, ſino un coraçon, que vive en dos cuerpos, y dos cuerpos, que ſirven a un coraçon.* Papinius lib. III. Sylv. in Propemptico:
—— *Atque animæ partem ſuper æquora noſtræ*
Majorem transferre parat. Plautus Bacchidibus act. II. ſc. 2.
Anima eſt amica amanti: ſi abeſt, nullus eſt.

[1] In Venerem anadyomenen. CVI.

EMerſam pelagi nuper genitalibus undis
Cyprin Apellei cerne laboris opus:

1. *In Venerem*] Hoc Epigramma in Venerem ἀναδυομέναν, ex Græco eſt Antipatri. Sunt & illa græci argumenti (præter jam dicta, dicendaque, ac notata voluminibus impreſſis) *De tribus inceſtis* ex Stratone. *De Thraſybulo* Tynnichi filio, authoris Dioſcuridi. *De Fortunæ varietate*, tetraſtichon geminum, ex Diſticho Statyllii Flacci, ſeu altero Platonis, an Antipatri. *Mariang. Accurſius.*

1. *In Venerem*] Ex Antipatri Sidonii Græcis, quæ extant libro quarto Græcorum Epigrammatum:
Τὰν ἀναδυομέναν ἀπὸ ματέρος ἄρτι θαλάττας
Κύπριν, Ἀπελλείου μόχθον ὅρα γραφίδος,
Ὡς χερὶ συμμάρψασα διάβροχον ὕδατι χαίταν,
Ἐκθλίβει νοτερῶν ἀφρὸν ἀπὸ πλοκάμων.
Αὐταὶ νῦν ἐρέουσιν Ἀθηναίη τε καὶ Ἥρη,
Οὐκ ἔτι σοι μορφᾶς εἰς ἔριν ἐρχόμεθα.
Hæc eſt autem Venus, cujus patrem Cælum eſſe dixit Epigramma triceſimum ſecundum. Ejus vero matrem eleganter poëta Græcus θάλατταν appellat. Porro Plinius libro triceſimo quincto, Venerem hanc modo *anadyomenen*, modo Græcum verbum interpretans, Venerem *exeuntem è mari* nominat. *Vinetus.*

[2] Vt complexa manu madidos ſalis æquore crines
Humidulis [3] ſpumas ſtringit utraque comis.
Iam tibi nos Cypri, Iuno, inquit, & innuba Pallas,
Cedimus, & formæ præmia deferimus.

2. *Vt complexa manu*] alludit ad hanc picturam Severus in Aetna:

Quin etiam Graja fixos tenuere tabella;
Signaque: nunc Paphia rorantes arte capilli,
Sub truce nunc parvi ludentes Colchide nati.

Ita locum illum reſtituo, cum antea legeretur, *Signave nunc Paphia.* Apulejus lib. 11. Mileſ. *Nec mora, cum cibariis vaſculis raptim remotis, laciniis cunctis ſuis renudata, crinibuſque diſſolutis ad hilarem laſciviam; in ſpeciem Veneris, qua marinos fluctus ſubit, pulchre reformata,* &c.

3. *Spumas*] è ſpuma namque maris nata fertur: quod ſpumoſa ſint animantium ſemina, ut Phurnutus, Fulgentius, Clemens Alexandrinus l. 1 Pædagogi, cap. VI. volunt, vel ut alii, quod humore ad generationem opus ſit: unde Thales Aquam rerum omnium Principium ſtatuit: & ipſe Neptunus, aquarum mariſque præſes Deus, φυτάλμιος & Πατρογένειος Græcis dictus eſt, teſte Plutarcho Sympoſiac. l. 8. probl. 8.

In puerum formoſum. CVII.

[1] DVm dubitat natura, marem, [2] faceretne puellam:
[3] Factus es ô pulcher penè puella puer.

In

1. *Dum dubitat natura marem*] Diſtichon hoc in quempiam formoſum, Virgilii eſſe, non Auſonii, vetuſtum quidem exemplar, ſed quod potuerit poſt Auſonii quoque tempora ſcriptum videri, fidem facit. Inter Bucolica ſiquidem ac Georgica relatum comperimus Romæ in bibliotheca, quæ eſt ad Populi, cum duobus iis, qui Maroniani perhibentur:

Nocte pluit tota, redeunt ſpectacula mane,
Diviſum imperium cum Iove Cæſar habet.
Monte ſub hoc lapidum tegitur Baliſta ſepultus,
Nocte, die, tutum carpe viator iter.

Cæterum vix eſt, ut cujuſquam, nedum noſtra, conjectura ſtatuatur, an ipſi ſuper puero verſiculi Virgilium an Auſonium authorem mentiantur. Expediet autem hæc commonuiſſe obiter, quum dicturi ſumus, quædam quæ Maronis hactenus crederentur edyllia, Auſonii demum agnita. *Mariang. Accurſius*

2. *Faceretne puellam*] Repone, *faceretve*; nam illud alterum ſolœcum eſt. Eandem formam in Glaucia, dum imberbis eſſet, agnoſcit Auſonius Epitaph. Her. XXXIII.

Et jam deſieras puer anne puella videri.

è quo verſu vide an hic legere poſſis, ut omnis illa voculæ inconcinnitas aboleatur,

Dum dubitat natura marem facere, anne puellam.

Barthius ad Stat. Achilleid. p. 1658. idem tamen ad Sylvas pag. 94. aliam præterea conjecturam proponit, & commodius ſcriptum exiſtimat:

Dum dubitat, faceret, natura marem anne puellam.

Sed

Sed inſulſæ hæ conjecturæ ſunt; & inficeto rure inficetiores.

3. *Factus es*] In Thuanæo aliiſque MSS. Catalecta Virgilia continentibus, legebatur, *Natus es*, &c. Eſt in hunc ſenſum ferme carmen hexaſtichon in Petronianis Catalectis Lotichii. Horatius de Gyge:

Quem ſi puellarum inſereres choro,
Mire ſagaces falleret hoſpites
Diſcrimen obſcurum, ſolutis
Crinibus, ambiguoque vultu.

In ſcabioſum Polygitonem. CVIII.

[1] THermarum in ſolio ſi quis Polygitona vidit
Vlcera membrorum ſcabie putrefacta foventem,
Præpoſuit cunctis ſpectacula talia ludis.
Principio tremulis gannitibus aëra pulſat,
Verbaque laſcivos meretricum imitantia cœtus
Vibrat: & obſcœnæ numeros pruriginis implet.
Brachia deinde rotat, velut [2] enthea dæmone [3] Mænas,
Pectus, crura, latus, ventrem, femora, inguina, ſuras,
Tergum, colla, humeros, luteæ [4] Symplegadis antrum.
Tam diverſa locis vaga carnificina pererrat,
Donec marcentem calidi fervore lavacri
Blandus letali ſolvat dulcedine morbus.
[5] Deſectos ſic fama viros, ubi caſſa libido
Femi-

1. *Thermarum in ſolio*] Vbi ille ſuam ſcabiem lavabat. Solium inter alia ſignificat lacum, vas juxta thermas & aquæ calidæ fontes, in quod derivatur aqua, lavandi corporis gratia. Aliquot vidimus antiqua ſolia marmorea in margine fontis multæ aquæ & perfervidæ Aquis Auguſtis. *Vinetus.*

2. *Enthea dæmone Mænas*] Martialis in Epigrammate octogeſimo quincto libri undecimi:

Quum furit ad Phrygios enthea turba modos.

ἔνθεος, in quo eſt deus, numine agitatus quiſpiam & afflatus. Vnde & *entheatus* apud eundem Martialem in libri duodecimi Epigrammate quinquageſimo ſeptimo:

Nec turba ceſſat entheata Bellona.

Scite vero, & vere deſcribitur libro ſexto Æneidos Virgilii. *Vinetus.*

3. *Mænas*] Eſt μαίνεσθαι furere, inſanire, numine perciti. unde *Mænades* furioſæ feminæ: quales contra Pentheum deſcribuntur in Theocriti Idyllio triceſimo tertio, & contra Orpheum libro undecimo Metamorphoſeon Ovidii. *Vinet.*

4. *Symplegados antrum*] podicem. Vide Martialis Epigramma centeſimum libri undecimi. Sunt Symplegades Geographis, & Apollonio libro ſecundo Argonauticôn, & Ovidio quinctodecimo Metamorphoſeon ſcopuli, ſeu inſulæ duæ parvæ, parvoque diſtantes ſpatio, contra Thracium Boſphorum, aliquando creditæ dictæque concurrere: & inde nomen, à ſe invicem concutiendo, ſortitæ. *Idem.*

5. *Deſectos viros*] Caſtratos, & eunuchos Græcis dictos: quos Terentiana

Femineos cœtus, & non ſua bella laceſſit,
Irrita vexato conſumere gaudia lecto,
Titillata brevi quum jam ſub fine voluptas
Fervet, & ingeſto peragit ludibria morſu.
Turpia non aliter Polygiton membra reſolvit.
Et quia debentur ſuprema piacula vitæ,
[6] Ad Phlegethonteas ſeſe jam præparat undas.

tiana illa Pythias, mulierum amatores eſſe maximos, ſed nihil poſſe, audierat. *Vinetus.*

6. *Ad Phlegetonteas ſeſe jam præparet*] Scribendum, *præparat*. M. Accurſ.

6. *Ad Phlegethontéas*] Φλεγέθων apud inferos *Rapidus flammis torrentibus amnis*, ait Virgilius ſexto Æneidos. *Vinetus.*

De quodam Silvio Bono, qui erat Brito. CIX.

[1] SIlvius ille Bonus, qui carmina noſtra laceſſit,
Noſtra magis meruit diſticha [2] Brito Bonus.

1. *Silvius ille*] Epigramma in Britonem non eſt unicum, ſed ſingularia diſticha ſex. Vnumquodque legendum eſt ſeparatim eodem titulo, *In eundem*. Varie enim eadem materia luſit. Cognominabatur autem Brito iſte Bonus. Vnde captat argutiæ opportunitatem. *Scaliger.*

1. *Silvius*] Epigramma de Britone in ſex eſt dividendum, cum inſcriptionibus *De eodem*; ut bene Scaliger monuit. *Grævius.*

2. *Britto bonus*] Arbitror cum Sidonio Apollinare, & Beda, tum ex hoc Auſonii Epigrammate, ſatis liquere, Brittones à Britannis nihil differre: proinde non leviter illos errare, qui Brittones, eos ſolum nuncupari volunt, qui in Gallia ad Ligerim habitant. *Vinetus.*

De eodem. CX.

SIlvius hic Bonus eſt. Quis Silvius? Iſte Britannus.
Aut Brito hic non eſt Silvius, aut malus eſt.

De eodem. CXI.

SIlvius iſte Bonus fertur, ferturque Britannus:
Quis credat civem degeneraſſe bonum?

De

De eodem. CXII.

NEmo bonus Brito eſt. ſi ſimplex Silvius eſſe
  ¹ Incipiat, ſimplex deſinat eſſe Bonus.

1. *Incipiat, ſimplex deſinat*] Mariangelus, *deſinet*; quod ſi admittimus etiam *incipiet* ſcribendum erit.

De eodem. CXIII.

SIlvius hic Bonus eſt. Sed Brito eſt Silvius idem.
  Simplicior res eſt, credite, Brito malus.

De eodem. CXIV.

SIlvi, Brito, Bonus, quamvis homo non bonus eſſe
  Ferris: ¹ nec ſe quit jungere Brito Bono.

1. *Nec ſe quit jungere Britto bono*] Omnes libri, quotquot vidi, *Britto & bono* habuerunt. ſed quis non videt corruptum locum, ſi ita legatur, & ſententiam ineptam? Quis enim Brittonem, hominem eſſe neget? Eſt itaque ſenſus: O Silvi, tu es bonus Britto (bonus in malam partem, ut nobile ſcortum, inſignis ſicarius) quamvis dicaris eſſe non bonus homo, & Britto non poſſit eſſe bonus. *Vinetus.*

In Furippum. CXV.

PArs te Furippum vocitat, pars vero Furippum,
  Altera producens, altera corripiens.
Elige utrum malis: aut tende, aut corripe nomen.
  Conveniet quodvis, fur furioſe, tibi:

Epicuri opinio. CXVI.

¹ QVod eſt beatum, morte & æternum carens,
Nec ſibi parit negocium, nec alteri.

De

1. *Quid eſt beatum*] Scribendum, *quod*, non *quid*. quandoquidem non, quid beatum ſit, percontatur; ſed quod beatum, æternum, atque immortale eſt, nemini negotium exhibere, oſtendit. Conjicitur id autem ex his maxime, quæ à Marco Tullio in primo de Natura Deorum dicta ſunt

ſunt: *Hanc igitur habemus, ut Deos beatos & immortales putemus. Quæ enim nobis natura informationem Deorum ipſorum dedit, eadem inſculpſit in mentibus, ut eos æternos & beatos haberemus. Quod ſi ita eſt, vere expoſita illa ſententia eſt ab Epicuro, Quod æternum, beatumque ſit, id nec habere ipſum negocii quicquam, nec exhibere alteri. Itaque neque ira, neque gratia teneri, quod quæ talia eſſent, imbecilla eſſe omnia.* Nec multo idem poſt, hoc ipſo libro fere eadem. Fitque etiam opinionis ejus mentio in tertio Officiorum. Retulit & κυρίαν hanc Epicuri δόξαν Laertius & Firmianus. *Mariang. Accurſius.*

1. *Quod eſt beatum*] Cicero libro primo de Natura deorum, de Epicureorum dogmate agens: *Vbi igitur illud veſtrum, Beatum & æternum? quibus duobus verbis ſignificatis deum.* Quæ ſententia Epicuri, ſic Græce habet apud Diogenem Laertium: Τὸ μακάριον καὶ ἄφθαρτον, οὔτε αὐτὸ πράγματα ἔχει, οὔτε ἄλλῳ παρέχει. Seneca in Claudium Cæſarem ejuſdem meminit. Contra quam diſputat Lactantius Firmianus in libro de ira Dei, & Maximus Tyrius ſermone viceſimo nono. adi & Plutarchum in Pyrrho. *Vinetus.*

De homine pigro. CXVII.

SAnus piger febriente multo eſt nequior.
Potat duplum, dapeſque duplices devorat.

1. *Sanus*] Si non fallit Stobæus in capite περὶ ἀργίας, hæc Menandri poetæ Comici Græca, fecit Auſonius Latina.

Ἀργὸς δ' ὑγιαίνων τοῦ πυρέττοντος πολὺ
Ἐστ' ἀθλιώτερος, διπλᾶ οὖν γοῦν μάτην
Ἐσθίει. --- --- *Vinet.*

1. *Sanus piger*] è Menandro Theophylactus Simocatus epiſt. LXI: Ἀργὸς γὰρ ἂν ἀθλιώτερος ἐστὶ τοῦ πυρέσσοντος, ἐσθίων μάτην διπλάσια.

In Didûs imaginem. CXVIII.

ILlo ego ſum Dido vultu, quem conſpicis, hoſpes,
Aſſimilata modis pulchraque mirificis.

Talis

1. *In Didus imaginem*] Ἀδέσποτον hoc libro quarto anthologiæ:

Ἀρχέτυπον Διδοῦς ἐρικυδέος, ὦ ξένε, λεύσσεις
Εἰκόνα, θεσπεσίῳ κάλλεϊ λαμπομένην.
Τοίη καὶ γενόμην· ἀλλ' οὐ νόον οἷον ἀκούεις,
Αἰσχρὸν ἐπ' εὐφήμοις δόξαν ἐνεγκαμένη.
Οὐδὲ γὰρ Αἰνείαν ποτ' ἐσέδρακον, οὐδὲ χρόνοισι
Τροίης περθομένης, ἤλυθον ἐς Λιβύην.
Ἀλλὰ βίας φεύγουσα Ἰαρβαίων ὑμεναίων,
Πῆξα κατὰ κραδίης φάσγανον ἀμφίτομον.
Πιερίδες τί μοι ἁγνὸν ἐφωπλίσατε Μάρωνα;
Τοῖα καθ' ἡμετέρης ψεύσατο σωφροσύνης. *Vinetus.*

2. *Illa ego ſum*] Lege, *Illo ego ſum Dido vultu, quem conſpicis hoſpes.* Barthius. Et in ſuis ad me litteris Celeb. *Gravius.*

3. Nam-

Talis eram : ſed non, Maro quam mihi finxit, erat mens:
  Vita nec inceſtis læta cupidinibus.
[3] Namque nec Æneas vidit me Troïus unquam ,
  Nec Libyam advenit claſſibus Iliacis.
Sed furias fugiens atque arma procacis Iarbæ ,
  Servavi, fateor, morte pudicitiam ,
Pectore transfixo : [4] caſtus quod perculit enſis ,
  Non furor, [5] aut læſo crudus amore dolor.
Sic cecidiſſe juvat. vixi ſine vulnere famæ.
  [6] Vlta virum, poſitis mœnibus, oppetii.
[7] Invida cur in me ſtimulaſti Muſa Maronem ,
  Fingeret ut noſtræ damna pudicitiæ ?
[8] Vos magis hiſtoricis, lectores, credite de me ,
  Quam qui furta deûm concubituſque canunt

Falſi-

3. *Namque nec Æneas*] Quod commentus eſt Virgilius in odium Carthaginenſium. Macrobius libro quinto Saturnaliorum. *Vinetus.*

4. *Caſtos quod pertulit enſes*] Lege , *Caſtus quod perculit enſis. caſtus enſis* eſt, qui caſtitatis conſervandæ tuendæque gratia adhibetur, non furore, aut læſi amoris ergo. poſſet & legi, *caſtum quod perculit enſis* ; ſed prior emendatio magis placet. quæ & celeber. Grævio probatur.

5. *Aut læſos crudus amore*] Legendum , *læſo*. Ne ſi vel *læſus* placeat (ut eſt in codicibus vulgatis) figura ὁμοιοτελεύτων cadat hic incongrue. Etenim exprimere id voluit, quod dictum eſt à Marone libro v.

—— *Duri magno ſed amore dolores*
Polluto. ——   Auſonius quidem rem exornans , ut ingenium dexteritaſque ejus fuit , græco epigrammati , unde ſuum finxit . hunc verſum cum hexametro , & annexos ſtatim duos , ac quatuor ultimos adjecit. *Mariang. Accurſius.*

6. *Vlta virum , poſitis mœnibus*] Alluſio eſt ad illa , quæ moriens Dido dicit quarto Æneidos :

Vrbem præclaram ſtatui , mea mœnia vidi.
Vlta virum , pœnas inimico à fratre recepi.

Narrat autem Virgilius primo Æneidos, & Iuſtinus libro duodeviceſimo, quo modo ſit ulta Dido virum ſuum Sichæum à Pygmalione fratre interfectum. Ceterum alii , quam Dido, traduntur Carthaginis conditores in Euſebii chronicis, & Libycis Appiani. *Vinetus.*

7. *Invida cur in me*] Sarisberienſis in Polycratico lib. VIII. *Virgilius Marcelli citra magna virtutum merita perpetuavit gloriam , & poëtica licentia fidem pervertens hiſtoria, Didonem, licet pudiciſſima fuerit , hoſpitis , quem ex ratione temporum videre non potuit, inceſto amore poſteris perſuaſit fuiſſe correptam.*

8. *Vos magis hiſt.*] ita & de Medea ſævam illam τεκνοκτονίαν confinxiſſe perhibetur Euripides in Corinthiorum gratiam , quos etiam tunc pro cæde , quam in Medeæ liberos patraverant , expiatoria ſacrificia obtuliſſe ſcribit Ælianus lib. 5. c. ult.

Falſidici vates : temerant qui carmine verum :
Humaniſque deos aſſimilant vitiis.

[1] De tribus inceſtis. CXIX.

[2] TRes uno in lecto. ſtuprum duo perpetiuntur,
Et duo committunt, quattuor eſſe reor.
Falleris ; extremis da ſingula crimina : & illum
Bis numeres medium, [3] qui facit, & patitur.

1. *De tribus*] Per hoc Epigramma impuriſſimum, nihil aliud intelligitur, quam id genus hominum, quos flagitioſiſſimus, & libidinoſiſſimus princeps Tiberius *ſpintrias* vocabat. Nam *ſpinteres* ſunt catenulæ tribus ſymplegmatibus annulorum connexæ, quas noſtrates mulieres *Gezerannos* vocant. Vnde *ſpintriarum* vocabulum hircoſo, & olido ſeni excogitatum. *Scaliger.*

2. *Tres uno in lecto*] Strato libro ſecundo anthologiæ, capite εἰς ἀσελγεῖς, utercunque poëtar. major natu fuerit:
Ἡ κλίνη πάσχοντας ἔχει δύο, καὶ δύο δρῶντας.
Οὓς σὺ δοκεῖς πάντας τέσσαρας, εἰσὶ δὲ τρεῖς.
Ἢν δὲ πύθῃ, πῶς τοῦτο; τὸν ἐν μέσσῳ δὶς ἀρίθμει,
Κοινὰ πρὸς ἀμφοτέρους ἔργα συλλόμενον. Vinetus.

3. *Qui facit & patitur*] Nefandæ libidinis hiſtoriam narrat Seneca in extremo libro primo Naturalium quæſtionum. *Vinetus.*

In Caſtorem. CXX.

LAmbere quum vellet mediorum membra virorum
Caſtor, nec poſſet vulgus habere domi :
Repperit, ut nullum fellator perderet inguen.
Vxoris cœpit lingere membra ſuæ.

De amiſſa puella. CXXI.

TRes fuerant Charites : ſed dum mea Lesbia vixit,
Quattuor. ut periit, tres numerantur item.

[1] In Fauſtulum ſtaturæ brevis Anicii Probini. CXXII.

FAuſtulus inſidens formicæ, ut magno elephanto,
Decidit, & terræ terga ſupina dedit.

Moxque

1. *In Fauſtulum Anicii Probini*] intellige Nanum Anicii Probini. Nam ſunt, qui putabant ipſummet epigramma converſum è Græco ab Anicio

Moxque idem ad mortem eſt multatus calcibus ejus,
 Perditus ut poſſet vix retinere animam.
Vix tamen eſt fatus: [2] Quid rides, improbe Livor,
 Quod cecidi? cecidit non aliter Phaëthon.

cio Probino. Quod ſane falſum eſt. Eſt autem frigidiſſimus jocus, cujus generis multi apud Lucillium, ex quo converſum eſt epigramma, & Palladam, ineptiſſimum quotquot unquam fuerunt, non poëtam, ſed literatorem. Sane intra eos fines hyperbolen concludere debemus, ut nihil τῶν ἀδυνάτων afferamus. Quid frigidius, quam dicere non dicam, δίπηχυν pumilionem, ſed muſculum, aut muſcam potius inſidere formicæ: ex qua non ſolum ruinæ, ſed & calces quoque, ut ex equo calcitrone metuantur? Hæc Græcanica ineptia mihi ſtomachum movet. *Scaliger.*

1. *In Fauſtulum*] Dubitari video, Auſoniine ſit hoc epigramma in Fauſtulum Anicii Probini nanum, an vero ipſius Probini in Fauſtulum quendam. In quo duo hæc jampridem emendanda cenſui. Primum enim quum *Anci Probini* ſcriberent libri omnes, tametſi Ancos etiam habuit Latium, tamen Probinum hunc eſſe exiſtimavi, de quo in Iambicum ad Probum mentionem fecimus: qui non *Ancus* ſed *Anicius* Probinus ab Anicia, Anicianáve familia dicebatur. Deinde, *Quid rides improbe liber*, habebant omnia exemplaria: ubi *livor* pro livide & invide, non *liber* legendum indicarunt Lucilii Græca. *Vinetus.*

2. *Quid rides improbe liber*] Lucilii tetraſtichon eſt εἰς λεπτοὺς quo admoniti, *livor* id eſt invidia, emendandum putamus, non *liber*. Meneſtratus enim quidam formicam, tanquam elephantum, obequitans, quod infelix è veſtigio ſupinus proſtratus fuerit, fingitur. A qua etiam calcitratus, ut primum reſipuit, utque primum loqui poſſe cœpit, *ô Invidia*, inquit, *ſic obequitans cecidit etiam Phaëthon.* Epigramma ipſum non intempeſtivum fuerit adſcribere:

Ἱππεύων μύρμηκι Μηνέστρατος ὡς ἐλέφαντι,
 Δύσμορος ἐξαπίνης ὕπτιος ἐξέπεσε·
Λακτισθεὶς δ' ὡς εἶχε τὸ καίριον, ὦ φθόνε, φησὶν
 Οὕτως ἱππεύων ὤλετο καὶ Φαέθων.

Neque vero fruſtra, aut frigidiuſculo fabulandi genere, fictum Græcis, relatumque Auſonio epigramma, crediderim, ſed ad exprimendum ingenium Invidi, ingeniumque jactantis. Hi. e. invidorum ſolent eſſe mores, ut quæ bene geſſeris, pilo (quod dicitur) intra ovum invento, damnare non dubitent. In quibus peccaveris, inſultantes, ac jam demus læti, ridenteſque, traducant, nec niſi reum peragant. Iactabundi autem fortia facinora mentiuntur, (unde & in fabulis glorioſi milites aliena ſibi arrogant) & tam in augendis extollendiſque viribus effuſiores ſunt, quam in amolienda debilitate, cum aliquo præſtantiorum exemplo, ingenioſi promtique, quod hic facere, Fauſtulus inducitur. *Mariang. Accurſius.*

In Eunum liguritorem. CXXIII.

EVne quid affectas vendentem Phyllida odores?
 Diceris hanc mediam, lambere, non molere.
Perſpice, ne mercis fallant te nomina: vel ne

[1] Aëre [2] Seplaſiæ decipiare, cave.
[3] Dum Cuſton Coſtonque putas communis odoris,
[4] Et Nardum & Sardas eſſe ſapore pari.

1. *Aëre*] Odore, fragrantia. *Vinetus.*

2. *Seplaſia*] Capuæ, quam inter claras urbes ſuas celebrat Auſonius, platea fuit Seplaſia: in qua unguentarii negotiabantur, ait Aſconius in orationem contra Lucium Piſonem. Meminit Cicero in Verrem, & Valerius Maximus libro nono in capite de luxuria, ubi de Annibale & exercitu Punico. *Vinetus.*

3. *Dum Cyſton*] Alluſit ad mulieris fortaſſe genitale, quod etiam Græcis dicitur κύσθος, cum alioqui etiam *ciſthos* ſit frutex, ex quo, ut ex proximo epigrammate apparet, *ſalgama* fiebant, quæ non exhalant jucundum odorem, cum ſalſamenta referant: ſub eo frutice *hypociſthis* naſcitur. *Turnebus.*

3. *Dum cuſton*] Philippus Beroaldus in Annotationibus, ita hîc legendum cenſuit, quum ſcriptum repériſſet, *Dum ciſton coſtonque*: verum ut hoc recte reſtituiſſe demus, cur ex illo non fecerit *ciſthum* potius, quam *cyſton* ſive *cuſton*? Eſt κύστος quidem, ſive ut in Acarnenſibus Ariſtophanis aſpiratur κύσθος, vulva & pudendum mulieris, ſed κίσθος fruticis genus eſt, quemadmodum & κόστος, coſto longe cedens odore, quamvis unica litterula ab eo differat. Sic *nardum* & *ſardam*, *ſalgamum* & *balſamum* ille idem eſſe putabat, ut jocatur Auſonius propter vocum ſimilitudinem. De ciſto & coſto Dioſcorides & Plinius. *Vinetus.*

4. *Et nardum ac ſardas*] Dicitur *Nardus* femineo genere, & neutro *Nardum.* Frutex eſt gravi & craſſa radice, ſed brevi ac nigra fragilique. *Sincerum*, inquit Plinius libro duodecimo, *Nardum levitate deprehenditur, & colore ruſo, odoriſque ſuavitate, & guſtu maxime ſiccante os, ſapore jucundo.* Hinc *nardinum* vinum, & *nardinum* unguentum. *Sardas* vero, quæ Græcis τριχίαι & τριχίδες, *Sardinas* noſtras eſſe putant. Sunt ingratiſſimi ſaporis piſciculi, niſi recentes edantur. Vide Rondeletum de piſcibus. *Idem.*

In eundem. CXXIV.

[1] DIverſa infelix & lambit, & olfacit Eunus.
Diſſimilem olfactum naris & oris habet.

1. *Diverſa infelix*] Eſt quoque diverſum hoc a præcedente epigrammate, & ſuo numero diſtinguendum, cum inſcriptione, *In eundem.*

In eundem Eunum. CXXV.

[1] SAlgama non hoc ſunt, quod Balſama. cedite odores.
Nec male olere mihi, nec bene olere placet.

In

1. *Salgama*] videntur à ſale nomen inveniſſe. Sunt enim ita appellata, quæcunque ex herbis, pomis, radicibus condiebantur ſale, muria, aceto: & aſſervabantur ad comedendum: cujuſmodi ſunt portulaca, pira,

olivæ

olivæ, cucumeres. Columella libro duodecimo: *Poſt hoc præceptum, locum & vaſa idonea, ſalgamis præparari jubent.* Idem libro decimo:

> *Tempore non alio, vili quoque ſalgama merce,*
> *Capparis, & triſtes inulæ, ferulæque minaces,*
> *Plantantur.*

Inde SALGAMARII, qui condiunt ſalgama, dicti apud eundem auctorem in extremo eodem libro duodecimo. Eſt in libro duodecimo Codicis Iuſtiniani, Titulus de *Salgamo* hoſpitibus non præſtando. quem locum Andreas Alciatus, & Philippus Beroaldus quomodocunque legerint, is ſic habet in aliquot vetuſtis exemplaribus, quæ contuli. *Nequis comitum, vel tribunorum, aut præpoſitorum, aut militum, nomine Salgami, culcitram, lignum, oleum, à ſuis extorqueat hoſpitibus: ſed nec volentibus hoſpitibus in prædictis ſpeciebus aliquid auferat, ſed provinciales ſint noſtri hac præbitione ſecuri, comitibus Tribunis, vel certe præpoſitis militibuſque gravi vexationi ſubjacentibus.* Vinetus.

In eundem Eunum. CXXVI.

Λαῒς, Ἔρως, & Ἴτυς, Χείρων, & Ἔρως, Ἴτυς alter;
1 Nomina ſi ſcribis, prima elementa adime:
Vt facias verbum, quod tu facis, Eune magiſter.
2 Dicere me Latium non decet opprobrium.

1. *Nomina*] Ita veterum quiſpiam poëtarum ex primis ſyllabis nominum Penelope, Dido, Canus, Remus, obſcœnum compoſuerat verbum PEDICARE.

> *Penelopes primam, Didonis prima ſequatur,*
> *Et primam Cani ſyllaba prima Remi.*

Vnde didiciſſent Grammatici quidam diligentes turpium verborum expoſitores, non eſſe *pædicare* ſcribendum, ἀπὸ τοῦ παιδὸς, id eſt, à puero. Sed eſt & in eodem obſcœno poëmate epigramma aliud, quod hanc rem confirmet:

> *Quum loquor, una mihi peccatur littera. nam T*
> *P dico ſemper: blæſaque lingua mihi eſt.* Vinetus.

2. *Dicere me Latium*] At ſatis Latine, ac ſine ullis ambagibus mox dicet. Sed ut in eo noſter culpandus, ita contra laudandus Æſchines eſt, qui ſibi ne vivendum quidem exiſtimabat, ſi tam obſcœna in concione aperte nominaret. Verba ejus ſunt ex orat. in Timarchum: Καὶ τοιαῦτα ἁμαρτήματα, καὶ τοιαύτας ὕβρεις ἐγὼ ἀκηκοὼς γεγενημένας ὑπὸ τοῦ ἀνθρώπου τούτου εἰς τὸ σῶμα τοῦ Τιμάρχου, οἵας ἐγὼ μὰ τὸν Δία τὸν Ὀλύμπιον οὐκ ἂν τολμήσαιμι πρὸς ὑμᾶς εἰπεῖν. ἃ γὰρ οὗτος ἔργῳ πράττων οὐκ ᾐσχύνετο, ταῦτ' ἐγὼ λόγῳ μόνον σαφῶς ἐν ὑμῖν εἰπὼν οὐκ ἂν ἐδεξάμην ζῆν.

In eundem. CXXVII.

Eune, quod uxoris gravidæ putria inguina lambis:
1 Feſtinas gloſſas non natis tradere natis.

Ad

1. *Feſtinas gloſſas*] Γλῶσσα lingua proprie: & gloſſa expoſitio, interpretatioque eorum, qui litteras docent. Hunc autem poſtea magiſtrum vocat Auſonius. *Vinetus.*

1. Eunus

Ad eundem pædagogum liguritorem. CXXVIII.

[1] EVnus Syriſcus inguinum liguritor,
[2] Opicus magiſter (ſic eum docet Phyllis)
Muliebre membrum quadriangulum cernit.
Triquetro coactu Δ litteram ducit.
De valle femorum altrinſecus pares rugas,
Mediumque fiſſi rima qua patet, callem,
Ψ dicit eſſe: nam trifiſſilis forma eſt.
[3] Cui ipſe linguam quum dedit ſuam, Λ eſt,
Veramque in illis eſſe Φ notam ſentit.
Quid imperite P putas ibi ſcriptum,
[4] Vbi locari I convenit longum?
Miſelle doctor, [5] ȣ tibi ſit obſcœno,

Tuum-

1. *Eunus*] Eunus is appellabatur, qui Servile bellum commovit: eúmque natione Syrum fuiſſe Livius ſcribit, & Lucius Annæus. Quare ſuum Eunum Auſonius quod *Syriſcum* appellet, id ad Eunum illum Syrum alludere videtur. Eſt enim Συρίσκος diminutum ab eo, quod eſt Σύρος, vel vetuſto Terentii interprete auctore. *Vinetus.*

2. *Opicus magiſter*] Fuere populi Italiæ Opici, inhoneſti & obſcæni, ut in vitium abierit. Itaque Eunum liguritorem Auſonius Opicum magiſtrum vocat. *Turnebus.*

2. *Opicus*] fetidus, immundus, obſcœnus, indoctus. Idem verbum carmine viceſimo tertio de Profeſſoribus, & in epiſtola quincta ad Theonem. *Vinet.*

2. *Opicus magiſter*] Scholiaſtes Iuvenalis ad verſ. 207. Sat. III. Ὀπίζειν *Græci dicunt de iis, qui imperite loquuntur. alii* opicos *dicunt eos, qui fœdam vocem habent.* & ad verſ. 454 ſat. v. Opicæ, *imperitæ; male pronunciantis.* utitur & A. Gellius aliquoties eo vocabulo; item Sariſber. Pol. l. VI. c. XIX.

3 *Cum ipſe linguam*] vult indicatum putorem & ſentinam turpiſſimæ illius partis: quam quum liguritor ille attigiſſet, merito φ illud pronunciabat, quod ſolemus in odore tetro. Apud Plautum ſenex, quum Pſeudolus ei in os irructaſſet, *Phu, in malam crucem.* In Chariſio peſſime ſcriptum De Interjectione, *Faſa, ut cum putoris aliquid perhorreſcimus, qua vox numquid Ægyptium pathos ducit?* repone, *Fu, Fu, cum putoris.* Lipſius.

4. *Vbi jota locari*] *Iota longum* appellat eam partem, qua viri ſunt, quæ ſuo nomine honeſte non poteſt appellari. *Turnebus.* Voſſius lib. I. Artis Gram. c. XXIX, putat per *Iota longum* figuram ſuſpenſi denotari. unde ſequitur: *ȣ tibi ſit obſcane.* Nam ȣ ex veterum more, vocat ſimplicem vocalem o, per eam vero ſignat laqueum; quia is quando collo circumdatur, literam o refert. ſuſpendi igitur Eunum optat. hæc *Voſſius*, & ante eum *Lipſius.*

5. *ȣ tibi ſit obſcano*] Eſt imprecatio:

ut

Tuumque nomen Θ ſectilis ſignet.

ut tibi obſcœno contingat θ. hoc eſt, laqueus. Nam θ habet formam laquei collo involuti. Mandat igitur ei ſuſpendium. Id ſequenti verſu declaratur:

Tuumque nomen Θ ſectilis ſignet.

Erat enim litera condemnatoria: quæ præcipiebat θανατοῦν. Martialis:

Noſti mortiferum Prætoris, Caſtrice, ſignum?
Eſt operæprecium diſcere Theta novum.

Quin & in caſtris militem ex cohorte morte diſpunctum hæc nota ſignificabat, ut videmus in veteribus inſcriptionibus. *Scaliger.*

In Medeæ imaginem. CXXIX.

MEdeam vellet quum pingere [1] Timomachi mens,
Volventem [2] in natos crudum animo facinus.
Immanem exhauſit rerum in diverſa laborem,
Fingeret affectum matris ut ambiguum.
Ira ſubeſt lacrymis, miſeratio non caret ira.
Alterutrum videas, ut ſit in alterutro.
[3] Cunctantem ſatis eſt. nam [4] digna eſt ſanguine mater
Nato-

1. *Timomachi mens*] *Timomachus Bizantius Cæſaris Dictatoris ætate. Aiacem ei pinxit, & Medeam: ab eo in Veneris genitricis æde poſitas, octoginta talentis venundatas.* Plinius triceſimo quincto Naturalis hiſtoriæ. *Vinetus.*

2. *In natos*] in filios ſuos Mermerum, & Phereten: quos ex Iaſone procreatos, zelotypia interfecit. Ita illos nominat Pauſanias in Corinthiacis: Hyginus, Mercerum & Pheretum, niſi ſit mendum. *Vinetus.*

3. *Cunctantem ſatis eſt*] Subaudiendum eſt, pinxiſſe, aut aliquid hujuſmodi, Plinius libro triceſimo quincto ſic hujus Medeæ, & ſui pictoris meminit. *Illud vero perquam rarum, ac memoria dignum, etiam ſuprema opera artificum, imperfectaſque tabulas, ſicut Irin Ariſtidis, Tyndaridas Nicomachi, Medeam Timomachi, & quam diximus, Venerem Apellis, in majori admiratione eſſe, quam perfecta. quippe in iis lineamenta reliqua, ipſaque cogitationes artificum ſpectantur: atque in lenocinio commendationis, dolor eſt. Manus, quum id agerent, extincta, deſiderantur.* Extat autem & hoc in eodem anthologiæ capite, εἰς ἡρωΐδας.

Ἄδηλον, εἰς εἰκόνα Μηδείας ἐν Ῥώμῃ.
Τέχνη Τιμομάχου στοργὴν καὶ ζῆλον ἰδοῦσα
Μηδείης, τέκνων εἰς μόρον ἑλκομένων·
Τῇ μὲν γὰρ συνένευσεν ἐπὶ ξίφος, ἣ δ' ἀνανεύει,
Σώζειν; καὶ κτείνειν βουλομένη τέκνα. Vinetus.

4. *Indigna eſt ſanguine*] Contrarium omnino dicitur, quam vel ſuſcepto argumento reſpondeat, vel Byzantius dixerit Antiphilus in epigrammate, unde tranſtulit hoc ipſum Auſonius. Sunt vero plura apud Græcos in Medeam hanc Timomachi celeberrimam, & quam una cum Ajacis altera tabula Cæſar octoginta talentis emerit, in templo Veneris Genitricis dicaturus. Antiphilus itaque ait, *Natorum ſanguis decebat Medeam, & non manum Timomachi.* Digna

Natorum; tua non dextera, Timomache.

gna ſane videatur illa filiorum ſanguine, non quod mater eſſet, verum quod Medea, quod barbara, exlex, ferox, invicta, venefica, inque ſcelera & gentis vitio, & ſuo, proclivis. Neque fomentum illud etiam incenſæ furiis leve, quod amatrix, quod contempta. Notum enim eſt, furens fœmina quod poſſit, & quod Archias ait, *ζῆλος ἐπὶ μανίης μεῖζον κακόν*. Contra, Timomachum (utpote virum, atque ejus nationis, cujus ſemper fuerint exempla mitia, mores hoſpitales, diſciplinæ inſtitutaque præclara) ne pingentem quidem ſanguis, etiam externorum, decebat. Rem ergo jam tenemus ipſam. verba autem ut congruant, ita ſint fortaſſe corrigenda, *Condigna eſt*, vel *nam digna eſt*. Græca ſiquidem hæc habentur, αἷμα δὲ τέκνων ἔπρεπε Μηδείῃ, κοὐ χερὶ Τιμομάχου. Apud Annæum Senecam, Thyeſtes Aegiſthum, trepide cædem Agamemnonis aggredientem, ita animat:

An decet hoc te reſpice, at mater decet.

Sed ſit, arbitror, nec injucundum, nec ab re, ipſum quoque Epigramma retuliſſe. Id. e. quod in adoptivo eſt, *Timomachi mens*, in legitimo, Τιμομάχου χείρ. Quod cum eo videbatur concinere, *Tua non dextera Timomache.* Sed & alia quædam, quæ cum verti commode non poſſint, togaque amiciri, digna ſunt, quæ in ſuo pallio conſiderentur.

Τὰν ὀλοὰν Μήδειαν ὅτ᾽ ἔγραφε Τιμομάχου χεὶρ,
Ζάλῳ καὶ τέκνοις ἀντιμεθελκομέναν.
Μυρίον ἄρατο μόχθον, ἵν᾽ ἤθεα δισσὰ χαράξῃ·
Ὧν τὸ μὲν εἰς ὀργὰν νεῦε, τὸ δ᾽ εἰς ἔλεον.
Ἄμφω δ᾽ ἐπλήρωσεν· ὅρα τύπον· ἐν γὰρ ἀπειλᾷ
Δάκρυον, ἐν δ᾽ ἐλέῳ θυμὸς ἀναστρέφεται·
Ἀρκεῖ δ᾽ ἁ μέλλησις, ἔφα σοφός· αἷμα δὲ τέκνων,
Ἔπρεπε Μηδείῃ, κοὐ χερὶ Τιμομάχου. Mariang. Accurſius.

In eandem. CXXX.

[1] QVis te pictorum ſimulavit, peſſima Colchis,
In natos crudum volvere mente nefas?
Vſque adeone ſitis puerorum haurire cruorem,
Vt ne picta quidem parcere cæde velis?
Numnam te pellex ſtimulat? numne alter Iaſon,
[2] Altera vel Glauce ſunt tibi cauſa necis?

Quin

1. *Quis te*] Philippi cujuſdam eodem libro quarto:

Τίς σε, Κολχὶς ἄθεσμε, συνέγραψεν εἰκόνι θυμόν,
Τίς καὶ ἐν εἰδώλῳ βάρβαρον εἰργάσατο;
Αἰεὶ γὰρ διψᾷς βρεφέων φόνον, ἦ τις Ἰάσων
Δεύτερος, ἢ Γλαύκη τις πάλι σοι πρόφασις;
Ἔρρε καὶ ἐν κηρῷ παιδοκτόνε. σῶν γὰρ ἀμέτρων
Ζήλων εἰς ἃ θέλεις καὶ γραφὶς αἰσθάνεται. Vinetus.

2. *Altera vel Glauce*] Fuit Glauce, quæ & Creuſa, filia Creontis regis Corinthi: quam, repudiata Medea, duxit Iaſon uxorem, ob quam injuriam Medea ſuos ex Iaſone filios interfecit.

Quin ne picta quidem ſis barbara? [3] namque tui vim
  [4] Ceca tenax zeli concipit immodicam.
Laudo Timomachum, [5] matrem quod pinxit in enſe
  Cunctantem, prolis ſanguine ne maculet.

In

terfecit. Fabula eſt apud Euripidem, Apollonium Rhodium, Ovidium, Hyginum, Valerium Flaccum. *Vinet.*

3. *Namque tui vim*] Legitur &, *tua mens*: &, *tua amens*: &, *tui mens*, pro *tui vim*. annotatque Mariangelus ex Aleandro, legi poſſe, *namque tumentis*. Sic *creta* pro *cera*, & *celi* pro *zeli*: ſed in Græco *cera*, hoc eſt cerata tabula, vel cerea imago: & *zelus* amor vel zelotypia. *Idem.*

4. *Creta tenax celi*] Legendum *Creta tenax zeli.* non *Celi*, neque *Geli.* ut immodicam zeli Medeam intelligamus, non aliter quam *immodicum ira Tydea*, apud Papinium. Livius, *fore ut poſtquam gaudeant ſe ira moderatos.* Locus enim, qui tractatur, habet, τᾶν γὰρ ἀμέτρεαν ζῆλον. Illud autem, *namque tui mens*, conjectari licet, aut reponendum, *Namque tui Amens.* aut, *namque tumentis.* Horatius, *meum fervens difficili bile tumet jecur.* Hujus autem emendationis author mihi fuit Hieronymus Aleander, vir non modo inter Græcarum literarum duces (quarum expertibus in latina Rep. nec aſſurgitur, nec muneribus ceditur) ſed in Hebræorum quoque facultate peritiſſimus. Referendum autem & hic Philippi Epigramma. Plura ſiquidem vel excluſit Auſonius, vel addidit. ut inter cætera verſus poſtremo loco duos, vel loco movit, vel diverſa retulit. ut *Creta*, pro *Cera*. Niſi quis, *Cera* corrigat, utique Græcum ipſum planius repræſentando. Alioqui ſcimus ex Vitruvio ac Plinio, quò pacto reſoluta, inductaque cera pingi fuerit excogitatum. Quive etiam colores *Creta*, vel per ſe nata conſtent, vel infecta comparentur, eximanturque. Hinc Auſonio dictum alibi,

Biſſula nec ceris, nec fuco imitabilis ullo.

Mariangelus Accurſ.

5. *Matrem quod pinxit in enſem*] Lege, *in enſe.* *Mater in enſe*, id eſt, tenens enſem. Vt apud Statium reſtituimus 1. Achilleid. 558. *in remis hilaris ſedere juventus.* *Cunctantem*, ſive mavis, *contantem*, eſt deliberantem, ſecum conſultantem. Neque vero placet, quæ ſequuntur, Fortaſſe: *prolis ſanguine ſi maculet.* Nondum ferientem, ſed adhuc dubitantem & deliberantem, an occidat liberos, & eorum cruore maculetur. *Si* pro *an* noto helleniſmo. Florus: *conſulentes, ſi quid ad uxores mandarent.* *Maculare* autem pro *maculari* etiam dixiſſe veteres Auctor Gellius. *Gronovius.*

5. *matrem quod pinxit in enſem*] Hoc diſtichon male interpungitur & ſcribitur. Quis intelligit quid ſit, *pingere in enſem*? Reſcribendum vero: *matrem quod pinxit in enſe Cunctantem*, hoc eſt, quod pinxerit cunctantem, cum manu jam teneret gladium ad interficiendos liberos, non vero interficientem liberos, ne ſanguine inquinet ſe, ſeu, ſuam picturam, ne ſcilicet tam crudele ſcelus, mater nimirum liberos jugulans, maculet tam artificioſam manum. Eſt id ipſum, quod præcedente dixit Epigrammate:

Cunctantem ſatis eſt. nam digna eſt ſanguine mater
  Natorum, tua non dextera Timomache.

Non intellexerunt elegantiam locutionis hujus *pingere in enſe*, pro *cum enſe*, tenentem enſem. ut apud Phædrum, *occaſio in novacula* pro novaculam manu tenens; & apud Ennium: *leveſque ſequuntur in haſtis*, pro haſtati. Virgil. *Horridus in jaculis*; hoc eſt jaculis inſtructus. Florus lib. 1. *Iuventus in equis & armis*, hoc eſt armata & equis inſidens. *Gravius.*

In quendam, qui levia ſibi inguina faciebat. CXXXI.

INguina quod calido [1] levas tibi dropace, cauſa eſt:
Irritant [2] volſas levia membra lupas.
Sed quod & elixo [3] plantaria podice vellis,
[4] Et teris incuſas [5] pumice [6] Clazomenas,
Cauſa latet: bimarem niſi quod patientia morbum
Appetit: & tergo femina, pube vir es.

1. *Levas dropace*] Δρῶπαξ unguenti genus, ex reſina ſeu pice, ad pilos evellendos & levigandam cutem. *Vinetus.*

1. *Levas*] Non inguina ſibi tantum molliores hi ſemiviri levabant, ſed & faciem. Nota mollities Othonis vulſo corpore faciem quotidie raſitantis, & ne barbatus umquam eſſet, madido pane linentis. Effeminatas haſce quoque delicias Clodii acerbiſſima nota perſtringentem, ſi lubet, audi Ciceronem: *Tu elegans, tu ſolus urbanus, quem decet muliebris ornatus, quem inceſſus Pſaltria: qui* levare vultum, *qui mollire vocem potes.*

2. *Volſas lupas*] Vulſas, glabras, & depiles meretrices. *Vinet.*

3. *Plantaria*] Pilos. Imitatus Perſium in Satyra quarta:

Tu cum maxillis balanatum gauſape pectas,
Inguinibus quare detonſus gurgulio extet?
Quinque palaſtritæ licet hæc plantaria vellant,
Elixaſque natis labefactent forcipe adunca,
Non tamen iſta filix ullo manſueſcit aratro. Idem.

4. *Et teris incuſas*] Aſperas. *Incuſus lapis* apud Virgilium in Georgicis. Perſius:

-- *incuſaque pingui Auro dona feram.*

Scaliger.

5. *Pumice*] Pumex, lapidis genus, quo levantur, poliunturque aſpera & ſcabra. *Vinetus.*

6. *Clazomenas*] Verſus eſt obſcœnus & perdifficilis, in quo lepos ineſt, quod & Clazomenæ urbis nomen ſignificatur, & Clazomenii quoque obſcœni habebantur: ſed & nates pathici ſic appellat, quod frangantur inceſta & nefanda venere. Nam κλάζεσθαι eſt frangi & dividi. *Turnebus.*

In cæcum, & claudum. CXXXII.

[1] IN ſidens cæco graditur pede claudus utroque.
Quo caret alteruter, ſumit ab alterutro.
Cæcus namque pedes claudo greſſumque miniſtrat:
At claudus cæco lumina pro pedibus.

Idem

1. *Inſidens*] In hanc ſunt ſententiam aliquot epigrammata libro primo anthologiæ. quorum hoc Πλάτωνος νεωτέρου, omnium eſt tum breviſſimum, tum lepidiſſimum.

Ἀνέρα τις λιπόγυιον ὑπὲρ νώτοιο λιπαυγὴς
Ἦγε, πόδας χρήσας, ὄμματα χρησάμενος. Vinetus.

1. *Pan-*

Idem. CXXXIII.

AMbulat inſidens cæco, pede captus utroque:
Atque alterna ſubit munia debilitas.
Nam cæcus claudo pede commodat: ille viciſſim
Mutua dat cæco lumina pro pedibus.

De divite & paupere. CXXXIV.

NOn eſt dives opum dives: nec pauper inopſque
Infelix: alio nec magis alter eget.
Dives eget gemmis, cereali munere pauper.
Sed quum egeant ambo, [1] pauper egens minus eſt.

1. *Pauper egens*] in eum ſenſum Apulejus in Apol. *Is plurimum habebit, qui minimum deſideravit.* Cicero Paradoxo VI: *Cui quæſito opus ſit, quis umquam hunc vere dixerit divitem?* multa Seneca, ad quem te remitto.

[1] De Penelope. CXXXV.

INtemerata procis, & tot ſervata per annos,
Oſcula vix ipſi cognita Telemacho.
Hinc mea virginitas [2] facibus tibi luxit adultis:
Arſit & invidia principe verus amor.
Sæpe ego mentitis tremui nova femina ſomnis;
Lapſaque non merito ſunt mihi verba ſono:
Et tamen ignotos ſenſi experrecta dolores,
Strataque tentavi ſicca pavente manu.
Nam tibi anhelanti, ſupremaque bella moventi,
Paruit indulgens & ſine voce dolor,
Dente nihil violare fero, [3] nihil unguibus auſæ:

1. *De Penelope*] Fragmentum eſt, & reliquiæ juſti poëmatis, ut appareat. in quo caſtigat ſtili ſui ubertatem, & luxuriem Auſonius. Denique nihil fere in ejus poëmatis reperias, quod ejus ſæculi ſcholaſticum tumorem referat. Ita omnia ad imitationem veterum, tanquam ad examen quoddam exiguntur. *Scaliger.*

2. *Facibus tibi luſit*] *Mihi luxit* (id antiquis *lucſit* erat) magis placeret. hoc enim verbum & facibus convenit, & carmini proxime ſequenti. *G. Canterus.*

3. *Nihil unguibus auſa*] non abſimile eſt Aviti, ſeu Abiti Epithalamium, quod Salmaſius ad Trebell. Pollionem ex ineditis Epigrammatis deſcripſit:

Linea conſtricto de pectore vincula ſolve,
Et domino te crede tuo: nec candida lædat

Fœdera nam tacita pace peregit amor.
Deniqué non aviam tremulo clamore vocavi:
Nec prior obſequio ſerva cucurrit anus.
Ipſa verecundo tetigi pallore puellas,
Impoſitum teneri faſſa pudoris opus.

Vnguibus ora vide, vel ne contacta repugnes.
Eſt in nocte timor, non eſt in nocte periclum.
Nec volo contendas: vinces, cum vicerit ille.
Martianus Capella in Feſcenninis:
Nec matris lacryma, preſſi nec viribus ungues,
Nexus audebunt rumpere.

In grammaticum. CXXXVI.

FElix Grammaticus non eſt: ſed nec fuit unquam:
Nec quiſquam eſt felix nomine grammaticus.
At ſi quis felix præter fatum extitit unquam:
Is demum exceſſit grammaticos canonas.

De infauſto matrimonio Grammatici. CXXXVII.

[1] ARma virumque docens, atque arma virumque peritus
Non duxi uxorem, ſed magis arma domum.
Namque dies totos, totaſque ex ordine noctes
Litibus oppugnat meque, meumque larem;
Atque ut perpetuis dotata à Marte duellis,
Arma in me tollit, nec datur ulla quies.
Iamque repugnanti dedam me: ut denique victum
Iurget ob hoc ſolum, jurgia quod fugiam.

1. *Arma virumque*] Similis eſt Palladæ luſus libro primo anthologiæ, ex principio Iliados Homeri. Hos enim præ ceteris poëtas Grammatici enarrare ſolent. *Vinetus.*

[1] De Auxilio Grammatico. CXXXVIII.

EMendata poteſt quænam vox eſſe magiſtri,
Nomen qui proprium cum vitio loquitur?

Au-

1. *De Auxilio*] Lege *in Auxilium.* Nam rectus caſus *Auxilius* erit ſolœciſmus. In eo Epigrammate vetus liber agnoſcit *ſoliciſmus*, non *ſolæciſmus*, ut

Auxilium te nempe vocas. inſcite magiſter,
[2] Da rectum caſum: [3] jam Solicismus eris.

ut conſulatur verſui. In diphthongis literæ ex tolluntur, quibus ſublatis idem ſemper ſonus manet: ut in *ει*, *ει*, quæ ſunt fere ejuſdem ſoni, non *ἰῶτα* demendum ſed altera vocalis, qua abſente nihil ſono deperit. Nam illæ duæ diphthongi propius accedunt ad *ι* quam ad *ε*, aut *ο*. Et hoc eſt, quod Nigidius dicebat: ſe Græcos non tantæ inſcitiæ arceſſere, qui *ου*, ex *ο*, & *υ*, ſcriberent, quantæ, qui *ει* ex *ε*, & *ι*. Illud enim inopia fecerunt: hoc nulla re ſubacti. Quæ verba facile indicant nullam differentiam inter *ει* diphthongum, & *ἰῶτα* ſimplex fuiſſe. Sunt autem ea fideliter memoriæ commendanda, ut quæ non vulgarem doctrinam in ſe contineant. *Scaliger.*

2. *Emendata*] Vetuſto illi Lugdunenſi libro ſoli debemus hoc Epigramma: in quo, quæ ſcribebantur *Auſilio*, & *Auſilium*, nemo dubitet, quin *Auxilio*, & *Auxilium* eſſe debeant. *Auxilium* autem, & quædam alia ejuſmodi appellativa neutra in um, ut *conſilium*, *deſiderium*, *præſidium*, *principium*, *ſtudium*, aliquando hominum propria ſunt effecta: quomodo ex Sidonii, Auguſtini, Hieronymi, Ambroſii, & aliorum ſcriptis cognoſces: tumque ſyllabam ultimam verterunt in *us* pro viris, fueruntque *Auxilius*, *Conſilius*, *Deſiderius*, *Præſidius*, *Principius*, *Studius*, ac in *ea* pro feminis: uti virgo quædam *Principia* appellatur, ad quam ſcribit Hieronymus. Iocatur ergo poëta cum Grammatico, cui *Auxilii* nomen erat, & ludit in ambiguo. *Vinetus.*

3. *Iam Solœciſmus eris*] Qui Grammatici vitium, & Solœciſmum ridet, ac reprehendit, Solœciſmum ipſe aperte committit, ſive de induſtria id faciat cum ſuo Grammatico, ſive metro coactus. *Solœciſmi* namque ſecundam natura longam corripit. In vetuſto tamen illo libro erat *ſoliciſmus*, hoc eſt *σολικισμὸς* pro *σολοικισμὸς*, ſi forte ſic Auſonius diphthongi vocalem præpoſitivam, ſyllabæ longæ corripiendæ gratia, rejecerit. *Idem.*

3. *Iam ſolecismus eris*] legendum, *Soliciſmus*. quod non verſus gratia ab Auſonio uſurpatum eſt, ſed uſitatiſſimam in illa ætate ſcribendi rationem ſequutus eſt. Sic *Synaliphe*, pro *Synalœphe*; *Cimiterium* in vetuſtis martyrologiis pro *cœmeterium*. & quod magis mireris, *aulidus* apud Capellam pro *aulœdus*. Sic *tragidi* pro *tragœdi*, Gloſſæ: *Tragidi*, *τραγῳδοί*. Salmaſius.

De fratribus Thebanis. CXXXIX.

[1] NEc Stygiis lucis ineunt ſua fœdera [2] fratres
Oedipodionidæ, [3] de miſero ah miſeri.

Nam-

1. *Nec Stygiis lucis*] In morte, rogo, buſto. Leguntur autem hæc Bianoris Græca libro tertio Epigrammatum, capite *εἰς ἥρωας*.

Οἰδίποδος παίδων Θήβη τάφος, ἀλλ' ὁ πανώλης
Τύμβος ἔτι ζώντων αἰσθάνεται δοράτων,
Κείνους οὔτ' Ἀΐδης ἐδαμάσσατο. κἠν Ἀχέροντι
Μάρνανται. κείνων χὼ τάφος ἀντίπαλος.
Καὶ πυρὶ πῦρ ἤλεγξαν ἐναντίον. Ὦ ἐλεεινοὶ
Παῖδες, ἀκοιμήτων ἁψάμενοι δοράτων. Vinetus.

1. Nec

Namque etiam [4] ex uno ſurgentes aggere flammæ
In diverſa ſui diſſiliunt cineris.
Infandos juvenes! quos nec diſcordia caſſos
Luce, nec in ſemet linquit atrox animus.
[5] Atque utinam & Thebas quiſſent partirier ipſas,
Regnorum & metas, ut cinerum nebulas!

1. *Nec ſtygiis*] D. Cyprianus: *Sic & Thebanorum germanitas rupta, & permanens rogis diſſidentibus etiam in morte diſcordia.* Severus in Aetna:

Nunc gemina ex uno fumantia ſacra vapore
Miramur, ſeptemque duces. Adeantur porro Pauſanias in Bœot. Ovidius, Statius, Epigr. græca, &c.

2. *Fratres OEdipodionidæ*] Eteocles, & Polynices, filii OEdipodis. *Vinet.*

3. *De miſero*] Patre OEdipode, qui patrem ſuum Laium interfecit: matrem duxit uxorem. *Vin.*

4. *Ex uno ſurgentes*] Eteoclis & Polynicis fratrum quum ſimul cremarentur cadavera, etſi ventus erat vehemens, tamen fumus ſe nunquam in unam partem convertit, ſed alius alio ſeductus, ac diviſæ flammæ. *Idem.*

5. *Atque utinam & Thebas*] Eteocles & Polynices jam grandiores facti, domeſtica impietate cognita, OEdipum patrem coëgerunt, ob dedecus, domum non egredi. ipſi ſumpto regno, fœdere invicem ſanxerunt, ut alternis annis imperarent: primuſque imperii annus Eteocli cederet, majori natu. Is autem exacto anno, petenti ex fœdere renuit tradere regnum fratri: quæ bellorum inter eos cauſa fuit. Hyginus, Euripides in Phœniſſis, Statius in Thebaide, Ovidius libri quincti Triſtium elegia ſexta, Pauſanias in Bœoticis, Diodorus Siculus, Seneca Tragicus. *Id.*

De ingratis, ex Menandro. cxl.

[1] NIl homine terra pejus ingrato creat.
Vicinus, hoſpes, notus, ignotus, cliens,
[2] Et ſi qua genera civium ſunt id genus,
Si quid petenti promptus opis impertias
Vt miſereare, gratia actutum perit.

De

1. *Nil homine*] Plautus Bacchid. a. 3. ſc. 2.

Nam pol quidem meo animo ingrato homine nihil impenſiu'ſt.
Malefactorem amitti ſatius, quam relinqui beneficum.
Nimio præſtat impendioſum te, quam ingratum dicier.
Illum laudabunt boni: hunc etiam ipſi culpabunt mali.

Cicero lib. 2. Offic. c. 18. *Omnes enim immemorem beneficii oderunt: eamque injuriam in deterrenda liberalitate ſibi etiam fieri, eumque qui faciat, communem hoſtem tenuiorum putant.*

2. *Et ſi qua genera ſunt id civium genus*] Lex Pedia flagitat: *Et ſi qua genera civium ſunt id genus.* Gronovius.

1. *Diſcere*

De Demoſthene. cxli.

[1] DIſcere ſi cupis à doctis quam multa licebit.
Quæ noſti, meditando velis inoleſcere menti.
Quæ didiciſti hauddum, [2] diſcendo adſumere tendas.

1. *Diſcere ſi cupias*] Hæc ſenſum non habent. Habebunt autem, ſi leviter immutaveris: *Diſcere ſi cupis, à doctis quammulta licebit*. Grævius. Cato, ſive Auctor diſt. de moribus: *Diſce, ſed à doctis: indoctos ipſe doceto.*

2. *Dicendo abſumere*] Recte Pulmanniana, *diſcendo*. quomodo dicendo abſumat, quæ nondum didicit? *Grævius.* pro *abſumere* repoſui *adſumere*, id eſt, prioribus, quæ jam didiceris, adjungere.

De uxore deformi. cxlii.

DEformis uxor cui ſit, ancilla elegans:
Vxorem habere, ſubigere ancillam velit.

De fortunæ varietate. cxliii.

FOrtuna nunquam ſiſtit in eodem ſtatu.
Semper movetur: variat, & mutat vices.
Et ſumma in imum vertit, ac verſa erigit.

In Stellam. cxliv.

[1] STella prius ſuperis fulgebas lucifer: at nunc
Extinctus, caſſis lumine veſper eris.

1. *Stella*] Auſonius convertit Græca Platonis, quæ apud Diogenem Laërtium in vita Platonis, & Apulejum in priore apologia, & in libro tertio epigrammatum, hæc invenies:
Ἀστὴρ, πρὶν μὲν ἔλαμπες, ἐνὶ ζωοῖσιν ἑῷος.
Νῦν δὲ θανὼν λάμπεις ἕσπερος ἐν φθιμένοις.
Ἀστὴρ, ſtella. Hoc fuit nomen puero, quem amavit inſignis ille vir. Venus autem pulcherrimum, lucidiſſimumque poſt Solem & Lunam, ſiderum omnium, *præveniens, & ante matutinum exoriens, Luciferi nomen accepit, ut ſol alter diem maturans. Contra, ab occaſu refulgens, nuncupatur Veſper, ut prorogans lucem, vicemque Lunæ reddens.* Plinius libro ſecundo. *Vinetus.*

Ex Menandro. cxlv.

[1] RE fruere, ut natus mortalis; dilige ſed rem,
Tanquam immortalis. ſors eſt in utroque verenda.

[1] Ad

1. *Re fruere*] Ex Menandro, hoc converſum eſſe, monet titulus: ſed ejus poëtæ nihil extat, præter aliquot ſententias, quas ſuis ſcriptis veteres alii

alii inſeruerunt. Græca verò illa, quæ Luciano libro primo epigrammatum inſcribuntur, Auſonii Latinis omnino conveniunt:

Ὡς τεθνηξόμενος τῶν σῶν ἀγαθῶν ἀπόλαυε.
Ὡς δὲ βιωσόμενος φείδεο σῶν κτεάνων.
Ἔστι δ' ἀνὴρ σοφὸς οὗτος, ὃς ἄμφω ταῦτα νοήσας,
Φειδοῖ καὶ δαπάνῃ μέτρον ἐφηρμόσατο.

Iſocrates Demonico, patris ſui Hipponici exemplum proponens, οὐδὲ τὸν πλοῦτον παρακαίρως ἠγάπα, inquit, ἀλλ' ἀπέλαυε μὲν τῶν παρόντων ἀγαθῶν, ὡς θνητός, ἐπεμελεῖτο δὲ τῶν ὑπαρχόντων, ὡς ἀθάνατος. Neque divitias importune amabat, ſed fruebatur quidem præſentibus bonis, ut mortalis: curabat vero ſuas opes, ut immortalis. *Vinetus.*

[1] Ad notarium velociſſime excipientem. CXLVI.

[2] PVer notarum præpetum,
Sollers miniſter advola.

Bipa-

1. *Ad notarium*] In vetuſto Tilii libro erat titulus, *In notarium in ſcribendo velociſſimum.* Vinetus.

1. *Ad Notarium*] Si quis exactam de literarum notis commenſationem deſideret, adeat Lipſium l. 1. epiſt. ad Belgas ep. 27.

2. *Puer notarum*] Elegans eſt Dimetria, qua Notarium celerrime excipientem commendat. Ita etiam Martialis:

Nondum lingua, ſuum dextra peregit opus.

Et Manilius lib. IV.

Hic & ſcriptor erit felix, cui litera verbum eſt,
Quique notis linguam ſuperet, curſumque loquentis,
Excipiens longas nova per compendia voces.

Erant autem duum generum: iſ, qui *notis*, proprie *notarii*: item *ſingularii* ii, qui *ſingulis* ſcribebant, quæ σίγλαι dicuntur Imperatori Iuſtiniano. Græci duplex genus ſcriptorum commendant, aut τοὺς γράφοντας εἰς κάλλος, quos *Antiquarios* dici ſupra monuimus: aut τοὺς γράφοντας εἰς τάχος, qui dicuntur *Notarii*: quorum nomine extant ἀναθήματα. l. VI. Epigrammatum Græcanicorum. *Scaliger.*

2. *Notarum præpetum*] Velocium notarum: velociter excipiens & ſcribens, quæ alius dictat. Suetonius de Tito Veſpaſiano, *E pluribus comperi, notis quoque recipere velociſſime ſolitum.* Cujuſmodi notis, nemini dubium eſſe debet, quin ante Ciceronem quoque illi uſi ſunt, qui ex ipſo dicentium ore, orationes totas excepiſſe traduntur: quemadmodum hodie ſunt in *parlamentis* noſtris, qui faciunt, Actuarii miranda ſolertia, ut ſcribit Budæus in annotationibus, omnia propemodum dicta advocatorum quoque, nedum judicum excipientes. Vix enim crediderim cuiquam unquam fuiſſe tantam manus agilitatem, ut potuerit omnibus ſuis litteris ſingula dicentis verba ſubſequi, & excipere. Priſcis ergo ſcriptoribus parum compertum fuiſſe video, quis notas illas compendiarias primus commentus ſit. Seneca ad Lucillium, libri quartidecimi epiſtola ſecunda: *Quid verborum notas, quibus quamvis citata excipitur oratio: & celeritatem linguæ manus ſequitur? Viliſſimorum mancipiorum iſta commenta ſunt.* Sic Seneca. Plutarchus vero in Catonis Vticenſis vita, Marcum Tullium Ciceronem inventorem facere videtur. In Euſebii chronicis Latinis non Ciceronem, ſed ejus libertum Tironem inveniſſe

[3] Bipatens pugillar expedi,
Cui multa fandi copia,
Punctis peracta ſingulis,
Vt una vox abſolvitur.
Evolvo libros uberes,
Inſtarque denſæ grandinis
Torrente lingua perſtrepo.
Tibi nec aures ambigunt,
[4] Nec occupatur pagina.
Et mota parce dextera
Volat [5] per æquor cereum.

Quum

niſſe legimus. Dio libro quinquageſimo quincto, neque ſi quid Cicero, neque ſi quid ejus libertus invenerit, meminit: ſed Mæcenatem *πρῶτον σημεῖά τινα γραμμάτων πρὸς τάχος* excogitaſſe, & multos docuiſſe per Aquilam libertum ſuum. Ceterum hanc controverſiam componet fortaſſe Diaconi liber de Notis, ſi uſquam ſine mendo extat, ad Conradum primum, imperatorem ſcriptus. In quo leges, Lucium Annæum Senecam poſtremo, ab aliis ante ſe inventas, contraxiſſe notas, digeſſiſſe, & auxiſſe adeo numerum, ut opus in quinque millia extenderetur. Hæ ſunt itaque notæ, quas ſigna appellat Sidonius Apollinaris in epiſtola nona libri noni. *Tribuit*, inquit, *& quoddam dictare celeranti ſcribarum ſequacitas ſaltuoſa compendium: qui comprehendebant ſignis, quod litteris non tenebant.* Græci *σημεῖα*, ut *διὰ σημείων* ſcribere, pro ſcribere notis, ſeu per notas, dixit Cicero libro tertio decimo epiſtolarum ad Atticum, ad hunc modum: *Et quod ad te de decem legatis ſcripſi, parum intellexti. credo, quia διὰ σημείων ſcripſeram.* Inde *σημειογράφοι* apud Plutarchum, qui ita velociter *γράφειν*, id eſt, ſcribere *διὰ σημείων*, noverant. Quos etiam à ſuis notis *Notarios* appellarunt. ut *In notarium velociſſime excipientem*, hoc Auſonii epigramma inſcribitur: & *Notarius* hoc Martialis diſtichon libro quartodecimo:

Currant verba licet, manus eſt velocior illis.
Nondum lingua, ſuum dextra peregit opus.

Et *notarium velocem* dicit idem Martialis in epigrammate ſexageſimo ſecundo libri decimi, quemadmodum *prapetes notas, prapetem dextram, alitem dextram*, *velocem manum* Auſonius. *Vinetus.*

3. *Bipatens pugillar*] Sunt in frequenti uſu *pugillaria* neutro plurali, & maſculino plurali *pugillares*: ſed *pugillar* raro invenies. Pugillaria autem illa quomodo quondam fierent, clariſſime intelliges ex Auli Gellii capite nono libri ſeptimidecimi. *Vinet.*

4. *Nec aucupatur pagina*] ſcribe, uti in ſecundo Voſſiano legitur, *nec occupatur pagina*, id eſt, non impletur ſtatim, ſed multa, immo innumera, verba tuis notis breviter expreſſa recipit & complectitur. Ita vero & in Vgoletti Editione, & in alia antiqua Lugdunenſi Seb. Gryphii, quæ anno 1537 prodiit, ſe inveniſſe mihi indicavit Cl. Grævius.

5. *Per æquor cereum*] per tabellas cera illitas. Titinnius apud Chariſ.

---- velim ego oſſe arare campum cereum. Vinetus.

 6. Vix

Quum maxime nunc proloquor
Circumloquentis ambitu,
Tu ſenſa noſtri pectoris
[6] Vt dicta jam ceris tenes.
Sentire tam velox mihi
Vellem dediſſet mens mea,
Quam præpetis dextræ fuga
Tu me loquentem prævenis.
Quis, quæſo, quis me prodidit?
Quis iſta jam dixit tibi,
Quæ cogitabam dicere?
Quæ furta corde in intimo
Exercet ales dextera?
Quis ordo rerum tam novus,
Veniat in aures ut tuas,
[7] Quod lingua nondum abſolverit?
Doctrina non hæc præſtitit:
Nec ulla tam velox manus
[8] Celeripedis compendii.
Natura munus hoc tibi,
Deuſque donum tradidit:
Quæ loquerer, ut ſcires prius:
Idemque velles, quod volo.

A V-

6. *Vix dicta jam*] reponnedum, *ut dicta jam ceris tenes*, nec abludit ſecundus papyraceus, in quo, *vel dicta jam c. t.* nam hoc eſt, quod mox miratur, & rogat, *quis iſta jam dixit tibi, quæ cogitabam dicere?* & *ſenſa*, *dictis* opponit. &, *Tu me loquentem prævenis.* ex ambiguiate compendii in ſcribendo uſurpati vitium natum putem. De Notariis autem Divus Hieronymus in Epiſt. ad Iulianum: *Et tamen ille appoſito notario cogebat loqui, quæ velociter edita velox conſequeretur manus, & lingua celeritatem prenderent ſigna verborum.* Baſilius Magnus in Epiſt. ad notarium: Οἱ λόγοι τὴν φύσιν ὑπόπτερον ἔχουσι. Διὰ τοῦτο σημείων χρήζουσιν, ἵνα ἐπτερωμένων αὐτῶν λάβῃ τὸ τάχος ὁ γράφων.

7. *Quod lingua nondum abſolverit*] Marcus Manilius, ubi de ejus differit ingenio, qui ſub Virginis ſigno natus ſit:

Hic & ſcriptor erit felix, cui littera verbum eſt.
Quique notis linguam ſuperet, curſumque loquentis.
Excipiet longas nova per compendia voces. Vinetus.

8. *Celeripedis compendii*] Cicero epiſtolarum nono ad Atticum. *Venit autem eo ipſo die ille celeripes, quem Salvius dixerat. Attulit uberrimas tuas litteras.* Idem.

1. *Auſo-*

AVSONII EPIGRAMMATA IV,

Quibus Faſtorum a ſe digeſtorum meminit.

[1] AVSONIVS HESPERIO filio ſalutem. I.

[2] IGnota æternæ ne ſint tibi tempora Romæ,
Regibus, & patrum ducta ſub imperiis,
[3] Digeſſi Faſtos, & nomina perpetis ævi:
Sparſa jacent Latiam ſi qua per hiſtoriam.
Sit tuus hic fructus, vigilatas accipe noctes.
Obſequi tur ſtudio noſtra lucerna tuo.
Tu quoque venturos [4] perlongum conſere Ianos,

[5] Vt

1. *Auſonius Heſperio*] Eſt hoc epigramma Faſtorum ad Heſperium filium, quoddam ipſorum Faſtorum ἀπανθισμάτιον. Idque recte præfert lemma in antiquo libro, Concluſio: *Auſonius Heſprio filio ſuo S.* Scaliger.

2. *Ignota æterna*] In vetere Lugdunenſi codice titulus erat, CONCLVSIO. AVSONIVS HESPERIO FILIO SALVTEM. In aliis, DE SVO FASTORVM LIBRO AD GREGORIVM. Ad Gregorium mittitur etiam Cupido cruci affixus, filiuſque illic ſalutatur. Parum autem ſapuerunt, qui hoc loco *Hectorea* pro *æterna* legendum cenſuerunt. Roma namque tametſi Hectorea & Trojana dici potuit, tamen Ammianus Marcellinus eam paſſim *æternam* vocat, & Iulius Frontinus, Ovidius Naſo, & alii: Romaque non ſolum, verum etiam Romani principes fuerunt *æterni* nuncupati: ut in quarta Symmachi epiſtola ad Auſonium, *quum æternorum principum jam pridem ſigna comitarer.* Vinetus.

3. *Digeſſi faſtos* &c.] *perpetis* in vetuſtis exemplaribus, licet *præpes* pro veloci quoque poni conſueverit, ſitque temporis præſertim fugaciſſima atque irreparabilis celeritas, *perpes* tamen, quod perpetuum, jugiterque annexum, neque unquam interciſum ſignificat, in faſtis accommodatiſſimum eſt, quibus anni totius geſta diſſcribantur, & quo ſit merito quæque notata dies. *Mariang. Accurſius.*

3. *Digeſſi Faſtos*] Opus hoc ad nos non pervenit, ſive carmen id eſſet, ſeu ſoluta oratio. *Faſtos* autem, *&*, id eſt, *ævi nomina perpetui* (*perpetis* enim hîc, quam *præpetis* legere malim) temporum ſeriem, omnes civitatis Romanæ annos ab urbe condita ad mea uſque tempora, quid ſingulis geſtum, qui principes Romani fuerunt, qui Conſules, aliique magiſtratus. *Vinetus.*

4. *Per longum*] Adverbium eſt. Heſperio illi precatur longam vitam. *Vinetus.*

5. *Vt*

[5] Vt mea congeſſit pagina præteritos.
Exemplum jam patris habes : [6] ut protinus & te
Aggreget Auſoniis purpura conſulibus.

5. *Vt mea congeſſit*] Lugdunenſis, *digeſſit*, ut ſupra, *digeſſit faſtos.* præferam tamen vulgatam, & ex ea in præcedenti verſu pro *conſere* malim *congere.* uti contra, *conſere Ianos,* pro *congere* in Epiſt. xx. illic enim tranſigere ſignificat, hic autem connectere.

6. *Vt protinus & te*] hoc eſt, fias etiam tu protinus Conſul poſt me. De Heſperii tamen filii Auſonii poëtæ Conſulatu nihil comperi, ſed fuiſſe ſaltem eum Proconſulem ex Auſonii in patrem Iulium epicedio cognoſces: poteſtque Heſperius is eſſe Proconſul Gratiano Imperatore, cujus æquitatem una cum gravitate commendat Ammianus Marcellinus in extremo libro viceſimo octavo. *Applicet* autem alii, *Aggreget* vetus codex Lugdunenſis. Sed Tilianus hoc diſtichon ita legit:

Exemplo confide meo. Sic protinus & te
Explicet Auſoniis purpura Conſulibus. Vinetus.

Supputatio ab urbe condita in conſulatum noſtrum. II.

[1] ANnis undecies centum conjunge quaternos,
[2] Vndecies unumque ſuper trieterida necte.
Hæc erit æternæ ſeries ab origine Romæ.

De

1. *Annis undecies*] Solis Lugdunenſibus illis membranis debemus hoc triſtichon cum ſuo hoc titulo. Anni autem undecies centum; hoc eſt mille, & centum, & quatuor anni, & undecies unus annus, id eſt anni undecim, ac *τριετηρὶς*, hoc eſt tres anni, ut etiam ſcripſimus in carmen de Cæſaribus, fiunt anni mille & centum & decem & octo: quot efficient & inſequenti carmine ad Proculum mille & centum & bis novem, à condita Vrbe uſque ad Conſulatum Auſonii: ſed quæ ſunt hæ rationes? Alciatus, Haloander, Onuphrius, ac alii, qui noſtra ætate in recognoſcendis Romanæ civitatis temporibus, & reſtituendis Faſtis operam poſuerunt, annos hic tredecim, quattuordecimve deſiderant. Putant enim Auſonium fuiſſe Conſulem collega Hermogeniano Olybrio, anno urbis milleſimo centeſimo & triceſimo primo ſecundove (imo 379 Chriſti Scal.) ſed poteſt Auſonius alios hic eſſe ſecutus auctores, quam ipſi. Ignorarunt namque veteres Romani Græcique ſcriptores, ut ex Dionyſio Halicarnaſſenſi, & Iulio Solino cognoſces, non ſolum à quo, verumetiam quibus temporibus Roma fuerit condita. Eratoſthenes, Pomponius Atticus, Marcus Tullius, Cornelius Nepos, & alii quidam, quos novi ſequuntur chronologi, Olympiade ſexta ſeptimave conditam putarunt, ſed alii tardius, ut Fabius Pictor, Olympiade octava: Lucius Cincius extrema duodecima. *Vinetus.*

2. *Vndecies unumque*] ex antiquo libro lege:

Vndecies, unamque ſuper trieterida necte. Scaliger.

2. *Vndecies unumque ſuper*] in vetere libro liquidiſſime legitur *unumque*, licet ex eodem Scaliger *unamque* reſtitu-

ſtituat. *Vndecies unus* ſunt undecim. *adnecte* undecim *trieteridi*, id eſt, ternario numero, conficies annos 14: & hoſce rurſus annis 1104, redibit inde numerus Auſonio deſignatus 1118.

De eodem, ad Proculum. III.

[1] VRbis ab æternæ deductam rege Quirino
Annorum ſeriem quum, Procule, accipies;
Mille annos centumque, & bis fluxiſſe novenos
Conſulis Auſonii nomen aduſque leges.
Fors erit, ut luſtrum quum ſe cumulaverit iſtis,
Confectam Proculus ſignet Olympiadem.

1. *Vrbis ab æterna*] Proculum, ad quem ſcribitur hoc carmen, eum eſſe arbitror, de quo eſt epigramma triceſimumtertium: poteſtque ille Proculus eſſe, qui in codice Theodoſiano aliquot Valentiniani, Theodoſii, Arcadii, reſcriptis, Præfectus prætorio vocatur. *Vinetus.*

In fine ejuſdem libri additi. IV.

HActenus adſcripſi Faſtos. ſi ſors volet, ultra
Adjiciam. ſi non, qui legis adjicies.
Scire cupis, qui ſim? titulum [1] qui quartus ab imo eſt
Quære; leges nomen Conſulis Auſonii.

AVSO-

1. *qui quartus ab imo*] Sic omnes noſtri libri, quicquid hoc ſit: at Scoppa pro *imo*, *uno* legit cum verbo *eſt*: intelligitque verſum hujus tetraſtichi quartum *ab uno*, hoc eſt à primo, qui habeat nomen auctoris Auſonii. *Vinetus.*

1. *Qui quartus ab uno eſt*] leve mendum, ſed quod momentum ad hiſtoriam habet. unde ſcribe: *qui quartus ab imo eſt.* Nam Auſonius faſtos ſuos perduxit ad annum urbis CIↃCXXIII. Ipſe autem conſul collega Syagrio (illo, cui inſcriptum epigramma generis ſui) CIↃCXVIII. clarum ergo, cur titulum inſpici velit à fine quartum. *Lipſius.* Verſimilis hæc opinio Lipſii videtur; frigidum enim nimis foret illud votum, quo Proculo conſulatum poſt quinquennium demum auguratur, niſi ita ſtatuamus, ad annum videlicet CIↃCXXIII, incluſive, ut vocant, hanc Faſtorum ſeriem perductam fuiſſe. quum vero ſequentis anni XXIV conſules jam deſignati forent, non potuit propiorem annum Proculi conſulatui votis deſtinare, quam XXV, quo confectam Olympiadem, ſive quinarium numerum ſignet. à XX enim ad XXV intercurrit luſtrum. in totum vero luſtrum Auſonium hunc votivum Proculi conſulatum diſtuliſſe, quis crediderit?

AVSONII
BVRDIGALENSIS
[1]EPHEMERIS,
ID EST,
Totius diei negotium.

[2]MAne jam clarum reſerat feneſtras.
[3]Iam ſtrepit nidis vigilax hirundo.
Tu velut primam, mediamque noctem
Parmeno dormis.
[4]Dormiunt glires hyemem perennem,
Sed cibo parcunt. tibi cauſa ſomni,
Multa quod potas, [5]nimiaque tendis

Mole

1. *Ephemeris*] ἐφημερὶς, *diarium* Sempronio Aſellioni apud Aulum Gellium libro quincto Noctium Atticarum : ubi ſcribit ephemeridem in hiſtoriis dici, quum per dies ſingulos res geſtæ ſcribuntur. Ita Ephemeridem iuſcripſit Auſonius carmen hoc, quo fuerat complexus, quicquid uno quoque die gerere facereve ſolitus eſſet, ipſo etiam interprete titulo, qui ſic omnino habebat in ſuo illo Lugdunenſi codice: INCIPIT EPHEMERIS, ID EST, TOTIVS DIEI NEGOTIVM. Seneca librum duodecimum epiſtolarum ad Lucillium ſic incipit: *Singulos dies tibi meos & quidem totos, indicare jubes. bene de me judicas.* Vinetus.

2. *Mane jam clarum*] Dixerat Aulus Perſius:

---- *Iam clarum mane feneſtras*
Intrat. ---- Vinetus.

3. *Iam ſtrepit nidis*] Poëta quidam apud Senecam ad Lucillium, *Vigilax.* Sic *canes* dixit *vigilaces* Columella libro ſeptimo : & *vigilaces curas*, Ovidius l. 2. Met. v. 780. *Idem.*

4. *Dormiunt Glires*]

Tota mihi dormitur hiems : & pinguior illo
Tempore ſum, quo me nil niſi ſomnus alit.

Apud Martialem libro tertiodecimo. *Id.*

4. *Dormiunt glires*] hinc *glirius* in Excerptis Pythœanis, *ſomnolentus.* & in gloſſis Iſidori : *glirium, torpentem, ſtupidum.* D. Hieron. 3. in Ruff. Apol. *An in morem glirium torpentes conſopitaque dormirent.* Laberius apud Nonium : *Etiam hic me optimus ſomnus premit, opprimitur glis.*

5. *Nimiaque tendis*] haud auſim affirmare, verumtamen credibile videtur, fuiſſe olim *Auſonio* ſcriptum. *Nim. cadis mole ſaginam* ſic ut oculos animumque intenderit ad illud Plauti in Moſtell. *Eſte, effercite vos, saginam cadite.* Sic & Ammianus Marcellinus lib. 22. *ubi vindicandis potius,*

quam

Mole ſaginam.
Inde nec flexas ſonus intrat aures:
Et locum mentis ſopor altus urget,
Nec coruſcantis oculos laceſſunt
Fulgura lucis.
[6] Annuam quondam juveni quietem,
Noctis & lucis vicibus manentem,
Fabulæ fingunt, cui Luna ſomnos
Continuarit.
Surge nugator, lacerande virgis.
Surge: [7] ne longus tibi ſomnus, unde
Non times, detur. rape membra molli
Parmeno lecto.
Fors & hæc ſomnum tibi cantilena
Sapphico ſuadet modulata verſu.
[8] Lesbiæ depelle modum quietis
[9] Acer Iambe.

Item

quam cadendis conviviis indulgebant. Symmachus: *Nam comitibus veſtris, utpote ſobriis, cadunda ſagina cura poſterior eſt.*

6. *Annuam*] Non unum, ſed triginta totos annos dormiſſe Endymionem fabulantur, & plus eo. *Vinetus.*

7. *ne longus tibi Somnus*] mortis. Ne te verberibus excitem, occidam. Horatius libri tertii carmine undecimo de Hypermneſtra, qua nocte Danaides viros ſuos jugularunt:

Surge, qua dixit juveni marito,
Surge, ne longus tibi ſomnus, unde,
Non times, detur. Socerum & ſceleſtas
Falle Sorores. Idem.

8. *Lesbii depelle*] lege: *Lesbia depelle modum quietis.* Quia dicit ex Sapphica cantilena ſomnum nequam mancipio conciliari, propterea vocat Lesbiam quietem. *Scaliger.*

8. *Lesbii depelle modum*] Sic prorſus exemplar, niſi quod ſupra *um* habebat ſyllabam *ul*, ſed alio additam calamo, & quæ verſum corrumpat, ſi *modulum* legas. *Vinetus.*

9. *Acer Iambe*] quia iræ ac rabiei quaſi miniſter & ſatelles eſt. Horatius in Arte:

Archilochum proprio rabies armavit
Iambo.

Terentianus Maurus:

Adulta felle qualis ante carmina
Dabas amarus, ultor impetus tui.

Statius l. 2. ſylv.

---- ſeu diſſona nectit
Carmina, ſive minax ultorem ſtringit
Iambon.

Horat. l. 1. od. XVI.

--- me quoque pectoris
Tentavit in dulci juventa
Fervor, & in celeres Iambos
Miſit furentem. --- - -

Hinc & *ἰαμβίζειν* pro λοιδορεῖν dixere Græci, teſte Proclo in Chreſtomathia: cui contrarius Mart. Capella qui lib. IX. *Iambum ἀπὸ τοῦ ἰαμβίζειν* dictum putat.

1. Et

Item Parecbaſis.

PVer eja ſurge : & calceos ,
[1] Et linteam da ſindonem.
Da, quidquid eſt, amictui
Quod jam paraſti, ut prodeam.
Da rore fontano abluam
Manus, & os, & lumina.
Pateatque, faç, ſacrarium ,
Nullo paratu extrinſecus.
Pia verba, vota innoxia ,
[2] Rei divinæ copia eſt.
[3] Nec tus cremandum poſtulo ,
Nec liba cruſti mellei :
[4] Foculumque vivi cæſpitis
Vanis relinquo altaribus.
Deus precandus eſt mihi ,
Ac filius ſummi Dei ,
Majeſtas uniuſmodi ,
Sociata ſacro [5] Spiritu.

Et

1. *Et linteam da ſindonem*] quam nunc nos *camiſiam* vocitamus, ſicut & Eginardus appellavit in eo,quod ante annos ſeptingentos & quinquaginta ſcripſit de Carolo Magno Francorum rege. Græcum eſt *σινδὼν*, & *Tunicam linteam*, interpretatur vetus Gloſſarion. Sed vide de hoc nomine quid Baifius de Re veſtiaria, ex Euangeliſtis, Herodoto, Polluce, Martiale. *Vin.*

2. *Rei divinæ copia eſt*] Hæc ad ſacrificium ſatis ſunt, piæ preces, & vota innoxia, quæ *aperta* Perſius appellat : & in iis ponit mentem bonam, famam, fidem. Vide ejus Satyram ad Macrinum. *Vinetus.*

3. *Nec tus cremandum*] Libanius Orat. VII, pro Ariſtophane : Ἧκεν εἰς τὰ λείψανα τῶν ἱερῶν, κομίζων οὐ λιβανωτὸν, οὐχ ἱερεῖον, οὐ πῦρ, οὐ σπονδήν· οὐ γὰρ ἐξῆν· ἀλλὰ ψυχὴν ἀλγοῦσαν, καὶ φωνὴν ὀδυρομένην, καὶ δεδακρυμένην, καὶ δακρύων ἀφορμάς. ubi legendum puto, καὶ ὄψιν δεδακρυμένην. Simile certe quid excidit.

4. *Foculumque vivi cæſpitis*] Horatius in ode undeviceſima ſic dixerat:

Hic vivum mihi caſpitem, hic
Verbenas pueri ponite, thuráque
Bimi cum patera meri.
Mactata veniet lenior hoſtia.

Vinetus.

5. *Spiritui*] Anapæſtus , ſeu potius tribrachys pro iambo. Pro *Spiritui* tamen , *Spiritu* ſcripſiſſe poteſt Auſonius , ut ex iis diſces , quæ ſcripſit de dativo quartæ declinationis Priſcianus in extremo libro ſeptimo. *Idem.*

5. *Sociata*

Et ecce jam vota ordior:
Et cogitatio numinis
[6] Præſentiam ſentit pavens.
[7] Pavetne quidquam ſpes, fides?

5. *Sociata ſacro Spiritui*] Scribe audacter, *Spiritu.* nec eſt, quod cum Vineto dubites. Ita & apud Nonium Auctores, quos male ablativum pro dativo uſurpâſſe exiſtimat. Lucillius:

Quod ſumptum atque epulas victu præponis honeſto.

Virgilius, lib. VI.

—— *Teque adſpectu ne ſubtrahe noſtro.*

Catullus in Nuptiis Pelei & Thet.

Præſentes namque ante domos inviſere caſtas
Sæpius, & ſeſe mortali oſtendere cœtu
Cælicolæ nondum ſpreta pietate ſolebant.

Vide & Pierium Valerianum in Virg. IV. Georgic.

6. *Præſentiam ſentit pavens*] Habebat hic verſiculos tres margo interior: in quorum primo nullam potui agnoſcere literam. in reliquis duobus erat, *Pavetne nequam ſpes fides.* quod non intelligo, quid ſibi velit. *Vinetus.*

7. *Paves nequicquam ſpes fides*] erat hic verſus in præſtantiſſimo codice recentiore manu margini adſcriptus. de ſinceritate igitur dubito. Poſſet non incommode legi, *pavetne quidquam ſpes, fides?* vel *paventne.* Sic in feſtiviſſimo Poëta Anacreonte Stephanus & Faber, viri eruditiſſimi, fruſtra fuerunt, dum hunc locum emendare cupiunt, in Carmine de Columba:

Τίς ἐςί σοι μέλει δέ; pro quo non recté reponunt,

Τί δέ σοι μέλημα τοῦτο; ut apud Theocritum Eidill. XIV.

Τί δέ τοι τὸ μέλημα;

Scribe totum hunc locum:

Πόθεν μύρων τοσούτων,
Ἐπ' ἀέρος θέουσα,
Πνέεις τε καὶ ψεκάζεις;
Τίς εἶς; τί σοι μέλει δέ;

Primi verſus emendationem, in quo antea τοσούτων, adſtruit locus Plutarchi in vita Phocionis, ubi Demadi reſpondet: Πάνυ γοῦν, ἔφη, πείθεσθαι ἄν σοι μύρου τοσοῦτον ὄζοντι, καὶ χλαμύδα, &c. Vltimi vero hic Diphili apud Athenæum lib. VI. Πόθεν ἐςὶ ταῦτα πρὸς θεῶν; τί δέ σοι μέλει. Sic & in Catullo Carm. Nupt. ad Manl. & Iuliam lege;

At marita tuum tamen
Cælites, nihilominus
Pulcra eris.

Senſum explicat Turnebus, lectionem confirmant MSS. in quis, *Pulcra res,* & *pulcre eres,* levi errore.

Oratio.

[1] OMnipotens; ſolo mentis mihi cognite cultu,
Ignorate malis, & nulli ignote piorum,

Princi-

1. *Omnipotens*] Matutinæ precationis divinum carmen eſt, & quo haud ſcio quempiam elegantius ſcripſiſſe hactenus, vixque etiam crediderim, alterius, quam Auſonii eruditione verſibus conſecrari talibus ea tempeſtate potuiſſe. In Particula tamen MS. exemplaris Hieronymi Aleandri, Paulinus Epiſcopus, non Auſonius ejus author inſcribitur. Cujus teſtimonio neque protinus accedendum, neque non diutius conſiderandum. *Mariang. Accurſius.*

1. *Omnipotens, ſolo mentis mihi cognite cultu*

Principio, extremoque carens: antiquior ævo,
Quod fuit, aut veniet: [2] cujus formamque modumque
Nec mens complecti poterit, nec lingua profari:
Cernere quem ſolus, coramque audire jubentem,
Fas habet, & patriam propter conſidere dextram:
Ipſe opifex rerum, rebus [3] cauſa ipſe creandis,
Ipſe Dei verbum, verbum Deus, anticipator
Mundi, quem facturus erat: generatus in illo
Tempore, quo tempus nondum fuit: editus ante,
Quam jubar, & rutilus cœlum illuſtraret eous:
Quo ſine nil actum: [4] per quem facta omnia: [5] cujus
In cœlo ſolium: cui ſubdita terra ſedenti,
Et mare, & obſcuræ chaos inſuperabile noctis:
Irrequies, cuncta ipſe movens, vegetator inertum:

Non

te cultu] Sic vetus exemplar Lugdunenſe, cum hoc titulo, ORATIO. Alia ad hunc modum,

Omnipotens, quem mente colo, pater unice rerum,

hoc lemmate, PRECATIO MATVTINA AD OMNIPOTENTEM DEVM, cum ſola extaret, ex media ſua Ephemeride excerpta. *Vinetus.*

2. *Cujus formamque modumq;*] Antiſthenes apud Theodoretum: Ἀπ' εἰκόνος οὐ γνωρίζεται, ὀφθαλμοῖς οὐχ ὁρᾶται, οὐδενὶ ἔοικε· διόπερ αὐτὸν οὐδεὶς ἐκμαθεῖν ἐξ εἰκόνος δύναται. Xenophon: ὁ γοῦν πάντα σείων, καὶ ἀτρεμίζων, ὡς μέγας μέν τις καὶ δυνατὸς, φανερός· ὁποῖος δέ ἐστι μορφὴν, ἀφανής. D. Cyprianus de Idolor. vanitate: *quorum tamen præcipuus Soſthenes formam veri dei negat conſpici poſſe.*

3. *cauſa ipſa*] *ipſe* pro *ipſa*, vetus liber. *Vinetus.*

3. *rebus cauſſa*] melius vett. libri, *Cauſſa ipſe creandis.* Plotinus in proœm. lib. de Provid. Οὕτω δὴ ἐξ ἑνὸς ΝΟΥ͂ καὶ τοῦ ἀπ' αὐτοῦ ΛΟ'ΓΟΥ ἀνέστη τόδε πᾶν, καὶ διέστη.

4. *per quem facta omnia*] ex principio Euangelii Ioannis Apoſtoli. *Vinetus.*

5. *cujus in cælo ſolium*] malim: *cujus eſt cælum ſolium.* licet enim vulgata defendi poſſit ex iſtis Pſalmi CIII, *In cælo paravit Dominus ſedem ſuam*: videtur tamen Auſonius illa Eſaiæ reſpexiſſe, quæ cap. LXVI leguntur: *Cælum ſedes mea eſt, dicit Dominus, terra autem ſcabellum pedum meorum.* Quæ & Actorum c. VII, repetuntur. Sed & Servator noſter Matth. V. per cælum jurare vetat, *quia thronus Dei eſt.* Imo & ὕπατος inde dictus Deus eſt, teſte Ariſtotele lib. VI, de mundo: τὴν μὲν ἀνωτάτω, καὶ πρώτην ἕδραν αὐτὸς ἔλαχεν· ὕπατός τε διὰ τοῦτο ὀνόμασται, καὶ κατὰ τὸν ποιητὴν ἀκροτάτῃ κορυφῇ τοῦ σύμπαντος ἐγκαθιδρυμένος οὐρανοῦ. Orpheus:

Αὐτὸς δ' αὖ μέγαν αὖτις ἐπ' οὐρανὸν ἐστήρικται,
Χρυσέῳ εἰνὶ θρόνῳ· γαίη δ' ὑπὸ ποσσὶ βέβηκε.

Ita Theodoretus citavit, a quo tamen verbis, non autem ſenſu diverſus Iuſtinus Martyr in cohortat. ad Græcos.

6. *Super-*

Non genito genitore Deus, qui fraude [6] ſuperbi
Offenſus populi, [7] gentes in regna vocavit,
[8] Stirpis adoptivæ meliore propage colendus:
Cernere quem licuit proavis: [9] quo numine viſo,
Et patrem vidiſſe datum: [10] contagia noſtra,
Qui tulit: & diri paſſus ludibria leti,
Eſſe iter æternæ docuit remeabile vitæ:
Nec ſolam remeare animam, ſed corpore toto
Cœleſtes intrare plagas, & inane ſepulchri
Arcanum vacuis adopertum linquere terris.
  Nate patris ſummi, noſtroque ſalutifer ævo,
Virtutes patrias genitor cui tradidit omnes,
Nil ex invidia retinens, plenuſque datorum,
Pande viam precibus, patriaſque hæc perfer ad aures.
  Da pater invictam contra omnia crimina mentem,
Vipereumque nefas nocituri averte veneni.
Sit ſatis, antiquam ſerpens quod perdidit Evam,
Deceptumque adjunxit Adam: nos ſera nepotum
Semina, veridicis [11] ætas prædicta prophetis,
Vitemus laqueos, [12] quos letifer implicat anguis.
Pande viam, [13] quæ me poſt vincula corporis ægri

In

6. *Superbi populi*] Iudæorum. *Vinet.*

7. *Gentes*] Eos, qui ex Iudæorum genere non erant. Epiſtola Pauli ad Romanos. *Vin.*

8. *Stirpis adoptivæ*] Alluſio ad ea, quæ in illa tractantur epiſtola de oliva, oleaſtro, inſitione. *Vinetus.*

9. *Quo numine viſo*] Filio. Sic enim ille in Euangelio Ioannis ad Philippum. *ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν πατέρα.* Porro precationes hæ Auſonium Chriſtianarum litterarum ſtudioſum, valdeque peritum fuiſſe indicant. *Vinet.*

10. *Contagia noſtra*] Ex priore epiſtola ad Corinthios, de mortuo Chriſto pro peccatis aliorum, & de Reſurrectione mortuorum. *Idem.*

11. *Ætas prædicta*] *Olim*, pro *ætas* vetus codex. & *perdidit*, pro *prodidit*. Id.

12. *Quos letifer*] Tertullianus in Apologetico: *Operatio dæmonum eſt hominis everſio: ſic malitia ſpiritalis à primordio auſpicata eſt in hominis exitium.* D. Cyprianus de Idolor. Vanit. *Spiritus inſinceri & vagi, qui poſteaquam terrenis vitiis immerſi ſunt, & à vigore cæleſti terreno contagio receſſerunt, non deſinunt perditi perdere, & depravati errorem pravitatis infundere.* Idem poſtpaullo: *Hæc eſt de illis medela, cum ipſorum ceſſat injuria: nec aliud his ſtudium eſt, quam à Deo homines avocare, & ad ſuperſtitionem ſui ab intellectu veræ religionis avertere: & cum ſint ipſi pœnales quærere ſibi ad pœnam comites, quos ad crimen ſuum fecerunt errore participes.*

13. *Qua me ferat*] *Qua me feram*, alii libri. *Id.*

14. Se-

In ſublime ferat: puri qua lactea cœli
[14] Semita ventoſæ ſuperat vaga nubila Lunæ.
[15] Qua proceres abiere pii, quaque integer olim
Raptus quadrijugo penetrat ſuper æthera curru
Helias, & ſolido cum corpore prævius Enoch.
Da pater æterni [16] ſperatam luminis auram:
[17] Si lapides non juro deos, unumque verendi
Suſpiciens altare ſacri, libamina vitæ
Intemerata fero: ſi te dominique, [18] deique,
Vnigenæ cognoſco patrem, [19] miſſumque duobus,
Qui ſuper æquoreas volitabat ſpiritus undas.
Da genitor, veniam, cruciataque pectora purga:
Si te non pecudum fibris, non ſanguine fuſo
Quæro: [20] nec arcanis numen conjecto ſub extis:

[21] Si

14. *Semita ventoſa ſuperat vaga lumina*] Prætulerim, *nubila luna*, ut in Pulmanni editione, & in utroque Voſſiano repperi. & confirmat, quod in fine Ephemeridis legitur:

Ite per obliquos cali mala ſomnia mundos,
Irrequieta vagi qua difflant nubila nimbi:
Lunares habitate polos.

15. *Qua proceres*] *Quam* pro *qua* duobus locis vetus codex, *aëra* pro *athera*, *ſpiratam*, pro *ſperatam*. Vinetus.

16. *Spiratam luminis auram*] Quis dubitet, quin emendandum ſit: *ſperàtam luminis auram?* Grævius.

17. *Si lapides non juro Deos*] Antiquorum idola ſignificare videtur ad contemptum, ut & ea, & finales terminorum *lapides* Lucret. vocat lib. v.

Nec pietas ulla eſt, velatum ſape videri
Vertier ad lapidem, atque omnes accedere ad aras.

Sic *ſtipitem ligneum* idolum dixit Prudentius hymno x. *Turnebus.*

17. *Si lapides non juro Deos*] Id eſt, ſi lapidea ſimulacra non pro diis habeo, vel colo. Fortaſſis etiam ad *Iovem lapidem* reſpexit. *Iovem* enim *lapidem jurare* ſanctiſſimum olim jusjurandum fuiſſe habitum, teſtatur Favorinus apud A. Gell. l. 1. c. xxxi. Simili ad illum alluſione D. Auguſtinus l. 11. Civ. Dei, c. xxix: *Illic enim*, inquit, *tibi non Veſtalis focus, non lapis Capitolinus, ſed Deus unus & verus.*

18. *Deique unigena*] Scripſerunt alii, *unigeni.* Atque ego utique Ciceronem ſcio Mundum appellaſſe *unigenum* in libro de Vniverſitate. *Hoc ipſo*, inquit, *quod ſolus atque unus, idcirco ſingularem Deus hunc Mundum atque unigenum procreavit.* Neque tamen ob id primam lectionem reor immutandam. Græca enim dictio *μονογενὴς*, quæ noſtris *unicus*, *unigenus*, & vel *unigenitus* convertitur, cur non etiam *unigena* communi præſertim, quo græca, dici poſſit elegantius? quoque modo dicimus, *Saturnigena, Martigena, Soligena?* Mariang. Accurſ.

19. *Miſtumque duobus*] Abſurde dicitur Spiritus Sanctus mixtus eſſe patri & filio. Corrige: *Miſſumque duobus.* Eccleſia orthodoxa credit & docet, Spiritum Sanctum à Patre & Filio emitti. *Gravius.*

20. *Nec carnis numen*] Scribendum, *arcanis* non *carnis*, uti in MS. Cod. *Mariang. Accurſius.*

21. Si

[21] Si ſcelere abſtineo, [22] errori obnoxius : & ſi
Opto magis, quam fido, bonus, puruſque probar
Confeſſam dignare animam : ſi membra caduca
Exſecror, & tacitum ſi pœnitet : altaque ſenſus
Formido excruciat, tormentaque ſera gehennæ
Anticipat, [23] patiturque ſuos [24] mens ſaucia manes.
Da pater hæc noſtro fieri rata vota precatu.
Nil metuam, cupiamque nihil, ſatis hoc rear eſſe,
Quod ſatis eſt. nil turpe velim, nec cauſa pudoris
Sim mihi. [25] non faciam cuiquam, quæ tempore eodem
Nolim facta mihi. nec vero crimine lædar,
Nec maculer dubio. paullum diſtare videtur
Suſpectus, vereque reus. [26] male poſſe facultas

Nulla

21. *Si ſcelere abſtineo*] Alter Voſſ. *ſceleri*. utrumque bonum. Plaut. *Abſtine iſti hanc tu manum.* Horatius Græco more cum Genitivo junxit.

22. *Errori obnoxius*] Licet ita legi poſſit, ut colliſio non admittatur, ex vetuſto tamen Codice, conjunctione addita, libentius ſcripſerim, *errorique obnoxius*. ut ſcelere abſtinuiſſe intelligatur, etiam errori obnoxius. Facit hoc humana fragilitas, ut ſit in ſcelera proclivior lapſus, præſertimque his, qui non procul negotiis degunt, quorumque exercenda vita eſt, pieque rerum diſcrimina verſanda. Qua ergo coerceri eos pœna credideramus, qui ſemoti à curis atque (ut ipſi videri volunt) à mundo, Dei contemplationem ambitionibus, publiciſque muneribus ac plerumque improbis poſthabent? Nimirum, ut nec vita functi Mundi beneficio dignentur. *Mariang. Accurſius.*

22. *Errori ipſe obnoxius*] Duriſſimus hic verſus, & vix inter Auſonianos admittendus, niſi cum ſcriptis τὸ *ipſe* expungas. hiatum vero in penthemimeri non eſt quod reformidemus, quum tot ſint exempla. Sic in Culice Virgilii ſæpiſſime deprehendas, tamen etſi alicubi contra MS. fidem ſuppletus ſit, ut verſu 123, ubi pro *Aëria platanus, inter quas impia lotos*, plerique ſcripti *platani* præferunt : Aldina vero editio ad verſum fulciendum, *inter quas erat impia lotos*.

23. *Patiturque ſuos*] Anchiſes libro ſexto Æneidos :

Quiſque ſuos patimur manes.

ubi *manes* alii ſupplicia, alii aliud accipiunt. Turnebus capite primo libri vigeſimi ſecundi Adverſarior. *Vinetus.*

24. *Mens ſaucia manes*] Nolo hanc, quum proba ſit lectio & ſcriptorum codicum conſenſu confirmata, ſollicitare : non poſſum tamen non indicare, quoties hunc locum legerem, me vel invitum legiſſe, *patiturque ſuos mens conſcia manes*. Atque hæc jam ſcripſeram, quum itidem legiſſe Turnebum comperio, lib. XXII. c. I. Adv. videantur porro Plutarchus de ſera numinis vindicta, Cic. pro Roſcio Amerino, Pacatus in Panegyr. ad Theodoſium, &c.

25. *Nec faciam cuiquam*] Repoſui, quod in optimo libro inveni, *non faciam*.

26. *Male poſſe facultas*] *Mala* pro

Nulla ſit: [27] at bene poſſe adſit tranquilla poteſtas.
Sim tenui victu, atque habitu. ſim carus amicis.
Et ſemper genitor, ſine vulnere nominis hujus,
Non animo doleam, non corpore: cuncta quietis
Fungantur membra officiis: nec ſaucius ullis
Partibus amiſſum quicquam deſideret uſus.
Pace fruar. ſecurus agam. [28] miracula terræ
Nulla putem. [29] ſuprema mihi quum venerit hora,
Nec timeat mortem bene conſcia vita, nec optet.
Purus ab occultis quum te indulgente videbor.
Omnia deſpiciam. fuerit quum ſola voluptas
Iudicium ſperare tuum. quod dum ſua differt
Tempora, cunctaturque dies, procul exige ſævum
Inſidiatorem blandis erroribus anguem.
Hæc pia, ſed mœſto trepidantia vota reatu
[30] Chriſte apud æternum placabilis aſſere patrem,
Salvator, deus, ac dominus, mens, gloria, verbum,
Filius, [31] ex vero verus, de lumine lumen,

Male codex antiquus. Sed in Paulini oratione etiam *male velle* (quod mihi probatius.)

--- male velle facultas
Nulla ſit: ac bene poſſe adſit tranquilla poteſtas. Vinetus.

27. *Et bene poſſe adſit facultas*] Malim: *at bene poſſe adſit facultas.* Græv.

28. *Miracula terra*] Non mirer, ſed contemnam hæc terrena caducaque, ut ſomnians audivit Scipio apud Ciceronem. *Vinetus.*

29. *Suprema mihi cum venerit hora*] In quibuſdam ſcriptis eſt, *die* (vel *diu*, vitioſe pro *diu*) qui genitivus antiquus quinctæ declinationis. Adi Servium ad verſ. 208. lib. I Georg. & Gellium lib. IX. c. XIII, XIV. Ipſum vero hemiſtichium debetur Tibullo, qui lib. I. El. I.

Te ſpectem, ſuprema mihi quum venerit hora.

30. *Chriſte apud æternum*] Nate eſt in optimo libro. Sed & Pulmannus in margine ſuæ editionis exhibuit. Videtur non inelegans, propter *ἀντίθεσιν τῦ patrem.* At mox ſequitur, *Filius, ex vero verus.*

31. *Et vero verum*] Corrigendum *ex vero verus, de lumine lumen*, ut eſt in MS. Codice, & in Apoſtolorum Symbolo *φῶς ἐκ φωτὸς, θεὸν ἀληθινὸν ἐκ θεῦ ἀληθινῦ*. Mariang. Accurſ. Optime. & ita in meliore Voſſiano, quod Vineti diligentiam fugit. Adde & geminum huic locum in verſibus Paſchalibus:

Concedis terris totum ſimilemque, paremque,
Ex vero verum, vivaque ab origine vivum.

Paulo aliter Sedulius lib. I.

At dominus verbum, virtus, ſapientia, Chriſtus,
Et totum commune patris de lumine lumen,

Æterno cum patre manens, in ſecula regnans.
[32] Conſona quem celebrant modulati carmina David:
[33] Et reſponſuris ferit aera vocibus, AMEN.

Ex ſolo ſolus.

31. *Conſona quem celebr.*] Quod antea legebamus:

Conſona quem celebrat modulato carmine plebes,

hoc fuit in codice membraneo,

Conſona quem celebrant modulati carmina David. Vinetus.

32. *Conſona quem celebrant*] Retinendam hic veterem lectionem cenſebam, tametſi liber antiquiſſimus diſſentiret: quum & Ethnicos parem ritum celebraſſe conſtaret. Apulej. lib. XI Mileſ. *de ſublimi ſuggeſtu, de libro, de litteris fauſta vota præfatus:* PRINCIPI MAGNO, SENATVIQVE, ET EQVITI, TOTOQVE ROMANO POPVLO, *nauticis, navibus, quæque ſub imperio mundi noſtratis reguntur, renuntiat, ſermone rituque Græcienſi, ita* ΛΑΟΙΣ ΑΦΕΣΙΣ. *Quam vocem* FELICITER *cunctis evenire ſignavit Populi clamor inſecutus.* Verumtamen antiqui codicis lectioni plurimum patrocinari videntur illa Paullini in Nicetam:

Præcinet cunctis tuba ceu reſultans
Lingua Niceta modulata Chriſtum:
Pſallet alternis citharista toto
Æquore DAVID.
Audient AMEN *tremefacta cete.*

Videtur ad hunc ritum reſpicere Conſtantinus Porphyrog. in vita Baſilii Macedonis: Καὶ ὅτι μὲν μυστηριώδης δῆθεν διχῇ ἐλέγετο, ἠρέμα τὰς κιθάρας ὧδε ὑποφωνεῖν. ὅτι δὲ ἱερῶς ἐκφωνήσοι, ἡ ΛΑΟΥ ἀμοιβαίαν ἀποκέλσοιν ὁ χορὸς ὑπέβαλεν, ἐπὶ μέγα τὰς κιθάρας τῷ πλήκτρῳ κρουομένας ὧδε ἠχεῖν.

33. *Et reſponſuris*] Vetus hic Eccleſiæ Chriſtianæ mos, cujus meminit ipſe quoque Paulus in epiſtola priore ad Corinthios. *Vinetus.*

Egreſſio.

SAtis precum datum Deo.
[1] Quamvis ſatis nunquam rei
Fiat precatu numini.
[2] Habitum forenſem da puer.
Dicendum amicis eſt Ave,
Valeque, quod fit mutuum.
[3] Quod quum per horas quattuor*.

Incli-

1. *Quamvis ſatis n. rei*] Lego, *rei fiat precatu Numini.* Quamvis, inquit, Numini ſive Deo nunquam ſatisfiat precatu rei: quanquam homo peccator nunquam ſatis Deum poſſit precari. *Gronovius.*

2. *Habitum forenſem*] Togam, cujus in cauſarum foro eſt uſus. In Urbe autem Romani toga utebantur, in primiſque cauſarum actores, & qui amicos potentioreſque ſalutatum ibant, ac aliquo deducebant. Sed plura de Toga Budæus, & Baifius. *Vinetus.*

3. *Quod quum per horas quattuor*]. Hic autem timeo, ut nequid interciderit: vel corruperint quippiam librarii. *Idem.*

Inclinet ad meridiem.
Monendus eſt jam Soſias.

Locus invitationis.

TEmpus vocandis namque amicis appetit;
Ne nos, vel illi, demoremur prandium:
Propere per ædes curre vicinas puer.
Scis ipſe, qui ſint. jamque, dum loquor, redi.
Quinque advocavi. [1] ſex enim convivium
Cum rege juſtum: ſi ſuper, convicium eſt.
Abiit, relicti nos ſumus cum Soſia.

1. *Sex enim convivium cum rege*] De hoc vide Aulum Gellium libro tertio decimo, Athenæum in principio libri primi, & Eraſmum in Adagio, *Septem convivium.* Vinetus.

1. *Sex enim convivium*] Ea de cauſa taxat Capitolinus convivium Veri Imperatoris, in quo XII accubuiſſe dicebantur; *quum ſit notiſſimum dictum de numero convivarum, Septem convivium, novem vero convitium.* Vide Gell. l. XIII. c. XI.

Locus ordinandi [1] quoqui.

SOſia prandendum eſt. quartam jam totus in horam
Sol calet: [2] ad quintam flectitur umbra notam.
An vegeto madeant condita obſonia guſtu,
(Fallere namque ſolent) experiundo proba.
Concute ferventes palmis volventibus ollas,
Tinge celer digitos jure calente tuos:
Vibranti lambat quos humida lingua recurſu.

* * *

Deſunt

1. *Quoqui*] coqui. vid. not. ad Monoſyll.

2. *Ad quinctam flectitur umbra notam*] *Quinctam ſolarii lineam* dixerat Perſius in Satyra tertia. In quem locum, quæ nos ſcripſimus, & in ſcholio quodam in Sacroboſcanum de dierum & horarum generibus, hunc etiam Auſonii locum de ſuæ diei horis explicare poterunt. Veteres enim illi diem naturalem, hoc eſt tempus ab oriente ſole uſque ad occidentem, ſeu brevis eſſet, ſeu longa, in duodecim horas dividebant, quarum prima cum ortu ſolis incipiebat. Sextam meridies, duodecimam ſolis occaſus finiebat. Quam itaque dicit Auſonius quartam diei horam, hæc decimæ noſtræ Gallicæ, Germanicæ, Hiſpanicæ antemeridianæ fere reſpondet. Circiter quam & nos prandere ſolemus. Sed de prandio & cœna, deque eorum temporibus, multa Rhodiginus & Alexander ab Alexandro. *Vinetus.*

1. *Quo-*

Deſunt multa.

* * *

[1] QVadrupedum, & volucrum, vel cum terrena marinis
Monſtra admiſcentur: donec purgantibus Euris
Difflatæ liquidum tenuentur in aëra nubes.
[2] Nunc fora, nunc lites, [3] læti modo pompa theatri
Viſitur. & turmas equitum, cædeſque latronum
Perpetior: [4] lacerat noſtros fera bellua vultus;
Aut in ſanguinea gladio graſſamur harena.
Per mare navifragum gradior pedes: & freta curſu
Tranſilio, & ſubitis [5] volito ſuper aera pinnis.
Infandas etiam veneres, inceſtaque noctis
Dede-

1. *Quadrupedum & volucrum*] Verſus hic tametſi priori, *Vibranti lambat*, pro ejus pentametro junctus continuatuſque erat in exemplari, tamen Scholion eadem manu, acutiore tantum calamo, in margine appictum, quod huc deſcripſiſſem, ſi totum potuiſſem legere, deeſſe ſuperiori elegiaco finem, & huic heroico initium, monebat. Ego vero non tantum quas dicit portiones, verum etiam multa alia carmina hic tota deſidero, ſi quomodo cœperat Auſonius, univerſa ſuæ diei acta diverſis carminum generibus fuerat perſecutus. Continuata ergo ab oriente ſole in occaſum Ephemeride, quantulacunque ſit hæc ejus portiuncula, poſtremo carmine Auſonius de iis queſtus eſt, quæ noctem plerumque hominibus moleſtam reddunt, de ſomniis, & eorum viſis. *Vinetus.*

2. *Nunc fora, nunc lites*] Lucretius lib. IV.

Et quoi quiſque fere ſtudio devinctus adhæret;
Aut quibus in rebus multum ſumus ante morati,
Atque in qua ratione fuit contenta magis mens,
In ſomnis eadem plerumque videmur obire:
Cauſidici cauſſas agere, & componere leges;
Induperatores pugnare, ac prælia obire:
Nautæ contractum cum ventis cernere bellum.

eadem ferme, aut ſaltem non multum diverſa, reperies apud Petronium in Satyrico, Theocrit. Eidyll. XXII. Ciceronem lib. I. de Divin. c. XXIX. & lib. II. c. LXII. Herodotum l. VII. c. XVI. deque ſomniorum generibus quædam apud Macrobium li. I. c. III. & Auguſtinum lib. de ſpir. & anima cap. 24.

3. *Læti modo pompa theatri*] Lege, *læti modo pompa theatri.* Eo enim ſe conferebant, ut ludis & ſpectaculis ſe oblectarent. *Gravius.*

4. *Lacerat noſtros*] Mihi videor à leone aut aliqua alia beſtia laniari, ut ad beſtias damnatorum aliquis. *Vinetus.*

5. *Volito ſuper aëra pennis*] *pinnis*, liber verus, uti aliquoties alibi.

 6. *Cætus*

Dedecora, & tragicos patimur per ſomnia [6] cœtus.
Perfugium tamen eſt, quotiens portenta ſoporum
Solvit rupta pudore quies, & imagine fœda
Libera mens vigilat: totum bene conſcia lectum
Pertractat ſecura manus. probroſa recedit
Culpa tori, & profugi [7] minuiſcunt crimina ſomni;
Cerno, triumphantes inter, me plaudere; rurſum
Inter captivos trahor exarmatus Alanos.
Templa Deûm, ſanctaſque fores, palatiaque aurea
Specto, & Sarrano videor diſcumbere in oſtro:
Et mox fumoſis conviva accumbo popinis.
[8] Divinum perhibent vatem, ſub frondibus ulmi
Vana ignavorum ſimulacra locaſſe ſoporum,
Et geminas numero portas: [9] quæ fornice eburno
Semper fallaces glomerat ſuper aera formas:
Altera, quæ veros emittit cornea viſus.
Quod ſi de dubiis conceditur optio nobis:
Deeſſe fidem lætis melius, quam vana timeri.
Ecce ego jam malim falli. nam, dum modo ſemper
Triſtia vaneſcant, potius caruiſſe fruendis,
Quam trepidare malis. ſatis eſt bene, ſi metus abſit.
Sunt & qui fletus, [10] & gaudia controverſa

Con-

6. *Cœtus*] Coitus, ut in epigrammate LXXI. *Tragicos* autem dicit nefarios & ſceleratos, de quibus facinoribus ſumuntur Tragœdiarum argumenta. *Vinetus.*

7. *Minuiſcunt crimina ſomni*] Ita legendum: Male hodie,

—— & profugi munus: cum crimina ſomni. Scaliger.

8. *Divinum vatem*] Virgilium ſexto Æneidos:

In medio ramos, annoſaque brachia pandit
Vlmus opaca, ingens: quam ſedem ſomnia vulgo
Vana tenere ferunt, foliiſque ſub omnibus hærent. Vinet.

9. *Quæ fornice eburno*] Idem poëta in extremo eodem ſexto:

Sunt geminæ ſomni portæ, quarum altera fertur
Cornea, &c.

ex undeviceſimo Odyſſeæ. Quæ quid ſint, quærunt poëtarum interpretes, & Macrobius in priore commentario in Somnium Scipionis, & Lilius Gregorius de diis. *Vin.*

10. *Et gaudia controverſorum*] Sic fuit in exemplari: ſed una ſyllaba verſus eſt longior, quam debeat. *controverſa* legi poſſet. *Controverſum* ſecundam quoque producit ſyllabam in Edyllio nono, ſed *controverſia* corripit in Phalæcio Sidonii Apollinaris, libri octavi epiſtola undecima. *Idem.*

11. *Lu-*

Conjectent: varioque trahant eventa relatu.
Ite per obliquos cœli mala ſomnia mundos,
Irrequieta vagi qua difflant nubila nimbi.
[11] Lunares habitate polos. quid noſtra ſubitis
Limina, & anguſti tenebroſa cubilia tecti?
Me ſinite ignavas placidum traducere noctes,
Dum redeat roſeo mihi Lucifer aureus ortu.
Quod ſi me nullis vexatum nocte figuris
Mollis tranquillo permulſerit aëre ſomnus;
[12] Hunc lucum, noſtro viridis qui frondet in agro
Vlmeus, excubiis habitandum dedico veſtris.

11. *Lunares polos*] Cælum & Sphæram Lunæ: quando Luna ita vobis placet, ut non niſi cum ea, & noctu cernamini. Habitari autem in Luna aiebat Xenophanes: *eamque eſſe terram multarum urbium & montium.* Cicero in Lucullo. *Vinetus.*

12. *Hunc lucum*] Vnica ſomniorum ulmus apud Virgilium. Liberalior Auſonius, nemus plurimarum ulmorum totum illis pollicetur, & devovet. *Idem.*

AVSONII BVRDIGALENSIS PARENTALIA.

*

PRÆFATIO.

Scio verſiculis meis evenire, ut faſtidioſe legantur. quippe ſic meritum eſt eorum. Sed quoſdam ſolet commendare materia: & aliquotiens fortaſſe lectorem ſolum lemma ſollicitat tituli, ut feſtivitate perſuaſus & ineptiam ferre contentus ſit. Hoc opuſculum nec materia amœnum eſt, nec appellatione jucundum. Habet mœſtam religionem: qua carorum meorum obitus triſti affectione commemoro. Titulus libelli eſt, PARENTALIA. *Antiquæ appellationis hic dies, & jam inde* [1] *ab Numa cognatorum* [2] *inferiis*

1. *Ab Numa*] Secundo Romanorum rege. Ovidius ſecundo Faſtorum, Macrobius, Cenſorinus. *Vinetus.*

2. *Inſe-*

[2] *inferiis inſtitutus. nec quicquam ſanctius habet reverentia ſuperſtitum, quam ut amiſſos venerabiliter recordetur.*

2. *Inferiis*] Inferias definit Feſtus ſacrificia, quæ diis Manibus inferebantur. Vetus interpres Virgilii, ſacra mortuorum, quæ inferiis ſolvuntur. *Idem.*

Item præfatio verſibus adnotata.

[1] Nomina carorum jam condita [2] funere juſto,
Fleta prius lacrymis, nunc memorabo modis,
Nuda, ſine ornatu, fandique carentia cultu.
Sufficit inferiis exſequialis honos.
[3] Nænia funereis ſatis officioſa querelis,
[4] Annua ne tacitus munera prætereas:
Quæ Numa cognatis ſollemnia dedicat umbris:
Vt gradus aut mortis poſtulat, aut generis.
[5] Hoc ſatis & tumulis, ſatis & telluris egenis.

[6] Voce

1. *Nomina carorum*] Carminis hujus titulus erat, ITEM PRÆFATIO VERSIBVS ADNOTATA, quum liber ſic inſcriptus fuiſſet, & ejus principium, INCIPIVNT PARENTALIA FELICITER. PRÆFATIO IN PROSA. Qui tituli, multique ſic alibi alii, alterius omnino ſunt artificis, quam ipſius Auſonii. *Vinetus.*

2. *Funere juſto*] Vt *Iuſta* plurali numero dicuntur exequiæ, inferiæ, parentalia, ſacrificia, quæ mortuis impenduntur, & funerandi ſolemnitas. Budæus in Annotationibus & Commentariis Græcis. *Vinet.*

3. *Nænia*] NÆNIAM definit Nonius Marcellus, ineptum & inconditum carmen, quod adducta pretio mulier, quæ præfica diceretur, iis, quibus propinqui non eſſent, mortuis exhiberet. Sed de hoc verbo plura Feſtus. *Vin.*

4. *Annua munera*] Iuſta, quæ quotannis perſolvere mortuo debeas. Virgilius de Daphnide in quincto Bucolico, & de Anchiſe libro quincto Æneidos. *Idem.*

5. *Hoc ſatis & tumulis, ſatis &*] Scribentium error aliquoties à me caſtigandus, locum hunc deturpavit. reſcribe igitur:

Hoc ſatis & tumuli, ſatis & telluris egenis.

Nam tumulis non ſatis erat ciere mortuorum nomina, ſed tumulo & tellure carentibus. ut hic litera ſupereſt, ita in Frontino deeſſe videtur, lib. 1 Stratag. c. 11. v. *M. Cato in Hiſpania, qui ad hoſtium conſilia alia via pervenire non poterat, juſſit trecentos,* &c. Credo corrigendum, *quia ad hoſtium,* &c. Vide porro quæ ad Protrepticon notavimus. Sed ubi locum accuratius examino, nihil mutandum videtur. Nam *tumulis* pro tumulatis, ſive ſepultis poſuit Auſonius: & ſequens verſus ad partem tantum poſteriorem referendus eſt, ut ſit ſenſus: tam ſepultis, quam non ſepultis ſatis eſt, ſi nænia officioſa quotannis recolas. Imo *voce ciere animas* necdum adhuc

[6] Voce ciere animas [7] funeris inſtar habet.
Gaudent compoſiti cineres ſua nomina dici.
Frontibus hoc ſcriptis & monumenta jubent.
Ille etiam mœſti cui [8] defuit urna ſepulchri,
Nomine ter dicto penè ſepultus erit.
[9] At tu quicunque es lector, qui fata meorum
Dignaris mœſtis commemorare elegis,
Inconcuſſa tuæ percurras tempora vitæ:
[10] Et præter juſtum funera nulla fleas.

I V-

huc humo contectis, *funeris inſtar habet.*

6. *Voce ciere*] Idem & in Coronide libri de Profeſſoribus. Locum autem hunc Turnebus, in capite decimo libri viceſimi ſecundi, & duodeviceſimi triceſimo ſecundo Adverſariorum, cum aliquot Homeri & Virgilii locis contulit. Virgilius tertio Æneidos: --- *Animamque ſepulchro*

Condimus, & magna ſupremum voce ciemus.

In eodem:

Libabat cineri Andromache, Maneſque vocabat

Hectoreum ad tumulum.

In ſexto:

Tunc egomet tumulum Rhœteo in litore inanem

Conſtitui: & magno Manes ter voce vocavi.

Vlixes apud Homerum de ſuis ſociis, quos Cicones interfecerant:

Οὐδ᾽ ἄρα μοι προτέρω νῆες κίον ἀμφιέλισσαι,

Πρίν τινα τῶν δειλῶν ἑτάρων τρὶς ἕκαστον ἀῦσαι,

Οἳ θάνον ἐν πεδίῳ, Κικόνων ὕπο δῃωθέντες.

In quem locum, quæ memoret Euſtathius de priſco more, legere poteris: & quæ Ioannes Tzetzes in hiſtoriis. *Vinetus.*

6. *Voce ciere animas*] Propertius l. 1. Eleg. XVII.

Illa meum extremo clamaſſet pulvere nomen,

Vt mihi non ullo pondere terra foret.

Theocritus Eidyll. XXIV.

Χῶμα δέ μοι κοίλανον, ὅ μευ κρύψει τὸν ἔρωτα.

Κἢν ἀπίῃς, τόδε μοι τρὶς ἐπάϋσον, ὦ φίλε κεῖσαι.

7. *Funeris inſtar habet*] Vocare animas mortuorum, eſt pro funere, pro tumulo, & ſepultura. *Vinetus.*

8. *Defuit urna ſepulchri*] Qui ſit *telluris egenus*, ut ſupra dixit, & inhumatus: ſicut Palinurus ſexto Æneidos, & in extremo quincto. *Idem.*

9. *At tu quicunque es, lector*] Legendum:

--- lectu qui fata meorum

Dignaris mæſtis commemorata elegis.

Barthius.

10. *Et præter juſtum*] Funus ſenile. *Vinetus.*

10. *Præter juſtum*] Non plane ἀλόγως *noſtrum* hariolatus ſum. Vovet enim præter iſta funera Lector nulla ut fleat. Cum *præter juſtum*, neſcio quid injuſti inferat: Licet enim, quæ ordine mortalitatis non turbato funera flentur, juſta dici poſſint, tamen flenda ea vovere habet aliquid abſonum. Et multa præterea in hoc libro funera flentur, quæ juſte ea ratione flentur. par omnino conjecturæ ſententia in veteri Epidoti tapho, à nobis laudato; & apud Martialem lib. VI. Epigr. XXVIII.

Qui fles talia, nil fleas, viator.

Barthius.

1. *Et*

IVLIVS AVSONIVS, Pater. I.

PRimus in his pater Auſonius. quem ponere primum,
  [1] Et ſi cunctetur filius, ordo jubet.
Cura dei, placidæ functus quod honore ſenectæ,
  [2] Vndecies binas vixit Olympiadas.
Omnia quæ voluit, qui proſpera vidit: [3] & idem
  Optavit quicquid, contigit, ut voluit.
Non quia fatorum nimia indulgentia: ſed quod
  [4] Tam moderata illi vota fuere viro.
Quem ſua contendit ſeptem ſapientibus ætas:
  Quorum doctrinam moribus excoluit:
Viveret ut potius, quam diceret arte ſophorum,
  Quamquam & facundo, [5] non rudis ingenio.
Præditus & vitas hominum ratione medendi
  Porrigere, & fatis amplificare moras.
Inde & perfunctæ manet hæc reverentia vitæ,
  Ætas noſtra illi quod dedit hunc titulum:
[6] Vt nullum Auſonius, quem ſectaretur, habebat:
  Sic nullum, qui ſe nunc imitetur, habet.

ÆMI-

1. *Et ſi cunctetur filius*] Mœrore & deſiderio. *Vinetus.*

2. *Vndecies binas Olympiadas*] Octoginta octo annos. Eſt enim Ὀλυμπιὰς quadriennium. Nonaginta tamen annos vixiſſe dicitur Iulius Auſonius in Epicedio. *Vinetus.*

3. *Et idem optavit, quidquid contigit*] Non invito me legerit aliquis, *eidem, optavit quicq. contigit.*

4. *Tam moderata illi*] Seneca Epiſtol. xx. *Huc ergo cogitationes tuæ tendant; hoc cura, hoc opta, omnia alia vota Deo remiſſurus, ut contentus ſis temetipſo, & ex te naſcentibus bonis. Quæ poteſt eſſe felicitas Deo propior?*

5. *Non rudis ingenio*] Sic video edi, quaſi τὸ *Præditus* ſit conjungendum cum verſu præcedenti. Sed quis ita loquitur: *non rudis ingenio præditus?* certe cum voce *ingenio* finitur ſententia, & poſt eam vocem τελεία ὑποστιγμὴ ponenda. Non ſuavius tamen, *Præditus porrigere.* Niſi id confirmare velimus eo quod in Profeſſ. v. *Canore cultu præditus.* Sed veriſimile Scaligeri, *Canore, cultu præditus.* Canore, pro *canorus*, ut quæ Scaliger notat, & πα-ρώτε Νέστωρ. Conjicio:

Providus & vitas hominum ratione medendi
Porrigere, & fatis amplificare moras. Gronovius.

6. *Vt nullum*] Iulius Auſonius medicus nullum antiquorum in curandis morbis ſequebatur, non Hippocratem, non Galenum, non alium quenquam. Marcellus autem Empiricus hunc Auſonium de re medica ſcripſiſſe tradit: niſi ſit alius hic Auſonius: remediumque præſcribit Iſciadicis, Arthriticiſque: quo fuiſſe

ſana-

ÆMILIA ÆONIA, Mater. II.

[1] PRoxima tu genetrix Æonia, ſanguine mixto
[2] Tarbellæ matris, [3] patris & Æduici.
Morigeræ uxoris virtus cui contigit omnis;
Fama pudicitiæ, lanificæque manus,
Conjugiique fides, & natos cura regendi,
Et gravitas comis, [4] lætaque ſerietas.

Æter-

ſanatum eundem Auſonium medicum refert. *Vinetus.*

1. *Proxima tu genitrix*] Scribebat & hic & plerumque alibi vetus liber, *genetrix.* Nec aliter Pierius Valerianus in optimis Virgilii membranis invenit, cujus hæc ſunt verba: *Cæſariem nato genitrix.* In Romano Codice *Genetrix* media ſyllaba per E paſſim ſcriptum invenias. Eandem ſcribendi rationem in titulis antiquorum marmoreiſq; monumentis non ſemel obſervavi, quinetiam in nummis, qui fuerint eruditis adhuc ſæculis cuſſi, utpote *Iulia Pia.* Vbi Venus eſt læva haſtæ innixa, dextra exporrecta cum inſcriptione, *Venus Genetrix.* Vidimus autem Romæ ſcriptum *Genetrix* per E non uno loco: & ne quis inſcriptiones ut jam obſoletas exigat, animadvertendum eſt Probum Grammaticum non temere obſervaſſe, *Genitor* per I, & *Genetrix* per E. ſcribi: non ita autem in *Monitor*, & *Monitrix*, quorum utrumque per *i* ſcribi conſtet.

2. *Tarbellæ matris*] *Tarbelli*, inter Aquitanas gentes recenſentur Plinio: qui Aquitaniam vocat eam Galliæ partem, quæ eſt inter fluvium Garumnam & montes Pyrenæos. Ptolemæus ſecundo Geographicôn eos collocat inter eoſdem Pyrenæos, & agrum Burdigalenſem: Strabo libro quarto, Lucanus in primo, & Auſonius in quarto hujus libri carmine, ad Pyrenæum, & Oceanum. Idem rurſus Ptolemæus & incerti auctoris carmen de Auſonio, Aquas etiam Auguſtas, quod parvum oppidum, ſed perquam vetus, ut in carmen de Burdigala meminimus, hodie *Acs*, ab Latino illo Aquarum vocabulo nuncupatur, Tarbellis aſſignant. Idem Auſonius Tarbellum vocat fluvium Aturrum in extremo Moſella: qui Aturrus per Tarbiam Bigerrorum Metropolim, Aquas Auguſtas, & Bajonam, in Oceanum exit: ac Tarbellum oceanum in carmine hujus libri quarto, in quem Aturrus influit. Et quam diximus Tarbam, nemo non putat ab iſtis veteribus Tarbellis nomen adhuc retinuiſſe, quantumcunque gentis alterius hodie caput habeatur. Ex his ergo liquere arbitror, qui nunc Tarbienſes, Bearnenſes, Aquenſes, Bajonenſes, nuncupantur, omnes hos quondam Tarbellos fuiſſe appellatos. *Vinetus.*

3. *Patris & Æduici*] Sunt Ædui, quorum antiquiſſimum oppidum Auguſtodunum, nunc *Autun* vocitatur apud Sequanos, & in ea Galliæ parte, quæ Burgundia appellatur. *Vin.*

4. *Lætaque ſerietas*] Hilaris & jocoſa gravitas, ſeveritaſve. Ab eo quod eſt ſerius, apud vetuſtiores Latinos mihi nondum lectum hoc denominativum. Sidonius Apollinaris in libri primi epiſtola nona: *Poſt nuptias Patricii Ricimeris tandem reditum eſt in publicam ſerietatem.* & in Narbone: *Riſus, ſerietas, dicacitates.* Idem.

I, Æmi-

Æternum placidos Manes complexa mariti,
Viva thorum quondam, functa fove tumulum.

[1]ÆMILIVS MAGNVS ARBORIVS, avunculus. III.

CVlta mihi eſt pietas, patre primum, & matre vocatis.
[2] Dicere ſed rea fit, tertius Arborius.
Quem primum memorare nefas mihi, patre ſecundo.
Rurſum non primum ponere, penè nefas.
Temperies adhibenda.·.·.·.·.·.·.·.·.·.
Ante alios. [3] quanquam patre ſecundus erit.
Tu frater genetricis, & [4] unanimis genitoris:

Et

1. *Æmilius Magnus Arborius*] Quiſquis ille ſit Arborius, cujus mentionem facit Severus Sulpicius in vita Sancti Martini, duo celebrantur Auſonio Arborii, pater, & filius. Pater, Cæcilius Argicius Arborius, Auſonii avus maternus, de quo eſt carmen quartum. Filius vero Æmilius Magnus Arborius, avunculus Auſonii, rhetor, de quo eſt hoc carmen tertium, & ſeptimum decimum de Profeſſoribus, quique poſt in viceſimo primo memoratur. Huic ſe ſemper ab incunabulis tam carum fuiſſe ſcribit Auſonius, ejuſque tam multa in ſe agnoſcit merita, ut dubitet, utrum anteponere debeat, patrem an avunculum. *Vinetus.*

2. *Dicere ſed rea fit*] Ita vetus liber concipit: & hunc ſenſum habet. Si dico, Tertius Arborius, eſt rea pietas: non eſt ex pietatis officio. Nam primo loco ponere debui. *Scaliger.*

2. *Dicere ſed rea fit*]. Sic fuit ſcriptum hoc loco, & non, *Dicetur ſerie*, ut ediderunt, qui quod erat in vetere libro, non potuerant legere. Quanquam hoc *Dicere ſed rea fit* (ita illic *ſet* antiquo more, pro *ſed*) non ſatis video, quid ſit, nec quomodo cohæreat cum eo quod ſequitur. *Vinetus.*

2. *Dicere ſed rea fit*] Sic in MS. eſſe teſtatur, quamquam hoc quid ſit, aut quomodo cum eo, quod ſequitur cohæreat, non ſatis videre ſe fateatur bonus Vinetus. Explicandum eſt igitur: ſed eadem, inquit, pietas, quam colui patre ac matre primis appellatis, in me *fit rea* debitrixque dicendi: *Tertius*, atque omnibus aliis, cum à parentibus diſceſſi, præponendus eſt *Arborius*. *Fit rea*, obligatur aut tenetur, ut Iuriſconſulti loqui ſolent, ne ceſſe habet. Sic & in Iure *debendi reus*. Gronov.

2. *Dicere ſed rea fit*] Non intelligo. quid ſi? *Diceris, & rea fit, tertius Arborius.* Pietas culta in matre patreque fit rea, dum tu Arbori tertius diceris. Solet noſter vocativos & nominativos confundere. vel, *dicêris (rea fit)*.

3. *Quanquam patre ſecundus erit*] puto melius: *quanquam à patre ſecundus erit. ſecundus alicui, ab aliquo*, & *ad aliquem* legi, nondum tamen, quod ſciam, *ſecundus aliquo*. Verumtamen *ἀναλόγως* ita loqui licere crediderim. cur enim magis probum, *alium ſapiente bonoque*, apud Horatium? ubi eadem præpoſitio ἐλλείπει.

4. *Vnanimis genitoris*] recido literam, ut ſit, *genitori*. Gronovius.

4. *Vnanimus genitoris*] Vno atque eodem

Et mihi qui fueris, quod pater, & genetrix.
Qui me lactantem, puerum, juvenemque, virumque
Artibus ornaſti, quas didiciſſe juvat.
[5] Te ſibi Palladiæ antetulit [6] toga docta Toloſæ:
Te Narbonenſis Gallia præpoſuit,
Ornaſti cujus Latio ſermone tribunal:
Et fora Hiberorum [7] quæque Novempopulis.
[8] Hinc

dem animo, ſingularique concordia cum patre meo. Idem vocabulum in villula Auſonii. *Vinetus.*

5. *Te ſibi Palladia*] Toloſanos & Narbonenſes omnes eloquentia & bene dicendi ſcientia ſuperaſti. Aquenſis ergo civis, uti puto, Æmilius Magnus Arborius, Toloſæ aliquando egit, ut ex eo quoque altero carmine de illo cognoſces. Quo tempore Auſonium puerum, quem unice diligebat, ſororis ſuæ Æmiliæ Æoniæ filium, ſecum habebat, ut arbitror, & inſtituebat. Vnde quum inter Vrbes claras Toloſam celebraret Auſonius, eam ſui altricem dixerit. Quod autem ad *Palladia* epithetum attinet, quod & in carmine XVII de Profeſſoribus invenies, quum *Palladiam* dixiſſet ante Auſonium ſæculis aliquot Martialis poëta Epigrammate centeſimo primo libri noni:

Marcus Palladia non inficianda Toloſa
Gloria, quem genuit pacis amica quies.

Scripſerunt ejus interpretes ſic eam ideo appellaſſe, quod tum ibi ſtudia litterarum, ſicut & nunc, colerentur. Palladem enim artium ſapientiæque deam & præſidem veteres crediderunt. Sed ſicut Athenæ fuerunt *Palladiæ* quoque appellatæ, ut Ovidio libro ſeptimo Metamorphóſeon:

Palladiaſque inde non cognoſcendus Athenas,

quod urbem ſuam à Pallade conditam jactarent Athenienſes, & eam perſancte colerent, ſic poteſt & Toloſa Martiali, Auſonio, Sidonio, *Palladia* ab eadem dea ſua eſſe appellata. Minervam namque, quomodo illam Latini vocant, quam Græci Παλλάδα, unum ex præcipuis Toloſanorum numinibus olim fuiſſe, mihi videtur innuere Sidonius Apollinaris, quum in Sapphico ultimæ epiſtolarum ſic ſcribit de divo Saturnino: quem primum ac ſummum ſuum, ut ait Gregorius Turonenſis, ſacerdotem, circiter annum à Chriſto nato ducenteſimum quinquageſimumque Toloſani in media ſua Toloſa occiderunt.

Quem negatorem Iovis, ac Minervæ,
Et crucis Chriſti bona confitentem,
Iunxit ad Tauri latus injugati
Plebs furibunda. Vinetus.

6. *Toga docta Toloſæ*] Per togam intelligit profeſſionem Rhetoricæ Latinæ. ſic alibi:

Palladiæ toga te primum venerata Toloſa. Scaliger.

7. *Quæque*] Et quæ fora erant Novempopulis. Qui autem ſint hi NOVEMPOPULI, patria ſcilicet Staphylii Rhetoris, inter Profeſſores Burdigalenſes viceſimo carmine decantati, quærendum, Auſcorumne Metropolis, an aliqui alii. Aquitaniam quum inter fluvium Garumnam & montem Pyrenæum conſtituiſſent Iulius Cæſar, & Pomponius Mela, *Auſcos* nominavit ille inter Aquitaniæ populos, qui Galliæ Narbonenſi eſſent proximi: Mela vero, eos Aquitanorum clariſſimos dixit: apud quos, urbium opulentiſſima eſſet *Eluſaberris*, nomen varie

[8] Hinc tenus Europam, fama creſcente, perito
Conſtantinopolis rhetore te viguit.
Tu per mille modos, per mille oracula fandi
Doctus, facundus, [9] tum celer, atque memor.
Tu poſtquam primis placui tibi traditus annis,
Dixiſti, nato me, ſatis eſſe tibi.
Me tibi, me patribus, clarum decus eſſe profeſſus,
[10] Dictaſti fatis verba notanda meis.

[11] Ergo

depravatum in noſtris veteribus noviſque exemplaribus, ſive hæc eadem ſit cum Auguſta, quam non multo junior Pomponio Ptolemæus *Auſciorum Vrbem* memoravit, ſive diverſa ab illa. Hanc nos hodie Aquitanicam gentem ſatis novimus: quos etiam pro Auſcis *Auſcios* tribus ſyllabis Strabo & Ptolemæus: Sidonius Apollinaris lib. VII. epiſt. VI. *Auſcenſes* appellavit. Ceterum nomen ſuum illud priſcum amiſit eorum metropolis: *Auſci*que nunc vulgo, id eſt *Auſch*, gentis vocabulo nominatur. Quod autem *Novempopuli* dicti ſint Auſci, auctorem habemus Ammianum Marcellinum: qui licet his tantummodo verbis ejus gentis meminerit in extremo libro quinctodecimo, *Novempopulos Auſci commendant*, tamen ex iis ſatis cognoſcimus, quos intelligat Auſonius Novempopulos, apud quos avunculus cauſas oraverit, niſi quod non adeo liquet, ipſane princeps Auſciorum urbs, an provincia ſit eo nomine nuncupata: urbs nimirum illa, quæ intra ſua mœnia, novem aliquos populos ut colonia, exceperit: provincia vero, in qua eſſent populi novem, qui ſub Auſciorum imperio degerent. Atqui provinciam Auſcenſem, quæ nunc *Auxitania* in Pontificalibus litteris dicitur, ſicut & *Auxitanus*, ejus gentis Archiepiſcopus, hanc ab iſtorum Novempopulorum vocabulo *Novem-populanam* provinciam apud Sextum Rufum, ac ſubſtantive *Novempopulo-niam* in vetere provinciarum nomenclatore appellatam legimus, ubi recenſentur plures duobus quam novem populi, quibus & eorum Epiſcopis Auſciorum Archiepiſcopus jus dicit, Aquenſes, Lactorates, Convenæ, Conſurani, Boſi, Beernenſes, Aturenſes Bigerrones, Elloronenſes, Elloſates. *Vinetus.*

8. *Hinc tenus Europam*] Hoc, quid ſibi velit, non video. *Tenus* hic ablativum poſtularet: & Gallia Hiſpaniaque tam ſunt in Europa, quam Thracia, in qua eſt Conſtantinopolis. *Vinetus.*

8. *Hinc tenus Europam*] Hoc nemo intelligit, niſi diſtinguatur, & legatur: *Hactenus Europam, fama creſcente perito.* Subintelligendum ex verſu præcedente *ornaſti*, hanc nimirum Europæ partem Galliam & Hiſpaniam. *Grav.*

9. *Tum celer atque memor*] Scribo: *Tu celer atque memor.* Grævius.

10. *Dictaſti fatis*] Vetus liber non habet *faſtis*, ſed *fatis*: Quæ vera eſt lectio. Nihil enim hic ad Faſtos Auſonianos. Sed alluſum ad veterum ſuperſtitionem, qui eo die, quo nomina pueris imponebant, *fata ſcribenda advocabant.* Hoc eſt, ut puero bona omina captarentur, & ex nomine, & ex iis ominibus, quæ ab ejus horoſcopo ad eum diem uſque contigerant. Tertullianus: *Omnes idololatria obſtetrice naſcuntur: dum adhuc ipſi vteri infulis apud Idola confectis redimiti genimina ſua dæmoniorum candidata profitentur: dum in partu Lucinæ, & Dianæ*

eju-

11 Ergo vale, Elyſiam ſortitus avuncule ædem.
Hæc tibi de Muſis carmina libo tuis.

' CÆ-

ejulatur: dum per totam Hebdomadam Iunoni menſa proponitur: dum ultima die fata ſcribunda advocantur. Quem vocat hic ultimum diem, is eſt octavus, vel, ſi mavis, ſeptimus, hoc eſt ultimus hebdomadis, qui Latinis erat *Luſtricus*, Græcis *ἀμφιδρόμια*. Et quia eo die, ut dixi, nomen puero imponebatur, vocatus eſt *Nominalia*. Idem Tertullianus libro de Idololatria: *Circa officia vero privatarum, & communium ſolennitatum, ut togæ puræ, ut ſponſalium, ut nuptialium, ut Nominalium*, &c. In eo die, quodcunque omen arripere poterant in bonam ſcævam ad imponendum puero nomen, id arripiebant. Idque vocabant *Fata*, ut jam vidimus ſuperius. Sic idem nomen Paſtoris nepotis interpretatur, carm. XI. *Scaliger.*

10. *Dictaſti fatis*] Vota proſpera pueris nuper editis cum voto concepta, tabuliſque obſignata ipſorum capitibus fuiſſe ſubjecta declarat D. Chryſoſtomus in Epiſt. ad Galatas, eaſque impietatis plenas ſcribit, & Seneca Epiſt. LX. *Execrationes parentum* appellat; Auſonius: *Fatis verba notanda.* De quibus Tertullianus de Anima: *dum ultima die fata ſcribenda advocantur.* Thomaſinus.

10. *Dictaſti fatis*] Statius undecimo Thebaidos:

--- Quiſnam fuit ille deorum,
Qui ſtetit orantem juxta, præreptaque verba
Dictavit fatis? ---

Matheſeos ergo peritus fuit Æmilius Arborius, ejuſque pater Cæcilius, ut ex inſequenti carmine cognoſces: qui horoſcopo, & cognita Auſonii genitura, quantus vir olim futurus eſſet, notaverant. Sed de iſtis Chaldæis & Genethliacis quid ſentiret Favorinus philoſophus, homo noſtras, vide apud Gellium in principio quartidecimi Noctium Atticarum. *Vinetus.*

10. *Dictaſti fatis*] id eſt, prædixiſti de me ea, quæ propter ſui magnitudinem à fatis meis notari merebantur: ita ſolebant aſtrologi, ſeu Chaldæi. Gellius de Euripide l. XV. c. XX: *Patri autem ejus nato illo reſponſum eſt à Chaldæis, eum puerum, quum adoleviſſet, victorem in certaminibus fore. id ei puero fatum eſſe.* De hiſce, & conſimilibus prædictionibus, quarum ſexcenta reperias exempla loquitur noſter: nec eſt hic locus *Votis*, quæ ſeptimo die concipiebantur. Sic canit Paridi *fera fata* Nereus apud Horatium, l. I. od. XV. & Romanis Iuno, l. III. od. III. id eſt, prædicit ea, quæ deinceps eventura ſunt. Quidquid autem cuique homini eventurum erat, *fata* Iovi cum tabulis aſſiſtentes notare credebantur. Latinus Pacatus in Panegyr. *Vtrum te tamen ipſe admones? an ut illi majeſtatis tuæ participi Deo feruntur aſſiſtere Fata cum tabulis, ſic tibi aliqua vis divina ſubſervit, quæ quod dixeris, ſcribat & ſuggerat?* quod autem Iovi vulgo tribuitur, adſignat Oſiridi ſuo Apulejus lib. XI, *& de ejus ore, quo ſingulorum fata dictat, audiſſe*, &c. quem tamen Iovem eſſe ſapientes volunt, ut Iſin Iunonem.

11. *Ergo vale*] Virgil. l. XI. Æn.

-- Salve æternum mihi maxime Palla,
Æternumque Vale. ----

Varro in libris Logiſtoricis dicit, ideo mortuis *ſalve* & *vale* dici, non quod aut valere, aut ſalvi eſſe poſſint, ſed quod ab his recedimus, eos nuſquam viſuri. *Servius.* Hinc Artemidorus lib. I. cap. ult. Ἔρρωσο δὲ καὶ ὑγίαινε, οὔτι λέγειν, οὔτι ἀκούειν ἀγαθόν. οὐ γὰρ προσιόντες ἀλλήλοις, οὔτι μέλλοντές τι πράττειν ταῦτα λέγουσιν ἄνθρωποι, ἀλλὰ ἀπαλλαττόμενοι ἀλλήλων, καὶ πρὸς ὕπνον τρεπόμενοι. Imitatus eſt Virgilium Statius in ſacr. Hetruſci, l. III. Sylv.

Salve ſupremum genitor, mitiſſime patrum,

 Su-

Supremumque Vale. — —
noſter infra aliquoties. Sed antequam manum, quod ajunt, de tabula; non incommode mihi verſus hujus carminis quintus ſuppleri videtur, ſi legas:

Temperies adhibenda igitur. memorabere primus
Ante alios: quamquam patre ſecundus eris.

[1] CÆCILIVS ARGICIVS ARBORIVS, avus. IV.

OFficioſa pium ne deſere pagina munus.
Maternum poſt hos commemoremus avum
Arborium, Æduico ductum de ſtemmate nomen,
Complexum multas nobilitate domus:
Qua Lugdunenſis provincia, quaque potentes
Ædues, Alpino [2] quaque Vienna jugo.
Invida ſed nimium generique, opibuſque ſuperbis,
Ærumna incubuit. Namque avus & genitor
Proſcripti, [3] regnum quum Victorinus haberet
Victor: & in Tetricos [4] recidit imperium.
Tum

1. *Cæcilius Argicius Arborius*] Duos in his carminibus obſervaſſe Arborios jam ſupra dixi, patrem & filium. In iiſdem ſimiliter Argicios duos invenio, hunc Auſonii avum: & illum Auſonii proavum, qui memoratur in carmine ſexto decimo de Profeſſoribus. Quanquam ibi *Arſicius* ille ſcribitur, *ſ* pro *g*, ut ambigi poſſit utro modo illi vocarentur, *Argiciine*, an *Arſicii*. Vinetus.

2. *Quaque Vienna*]
— — *Alpinis opulenta Vienna colonis,*
in carmine de Arelate, libro de claris urbibus. *Vinet.*

3. *Regnum quum Victorinus haberet*] Gallienus Mediolani occiſus fuit anno Imperii quinctodecimo, at Chriſti, ut putatur, ducenteſimo & ſeptuageſimo. Sub eo rem Romanam male adminiſtrante, Victorinus Galliarum invaſit imperium, *vir ſtrenuiſſimus*, inquit Eutropius, ſed qui *quum nimiæ libidinis eſſet, & matrimonia aliena corrumperet*, Agrippinæ Coloniæ, imperii ſui anno ſecundo interfectus fuit. Huic ſucceſſit Tetricus, Senator Romanus: *qui Aquitaniam honore Præſidis adminiſtrans* (Eutropii verba ſunt) *abſens à militibus Imperator electus eſt: & apud Burdigalam purpuram ſumpſit.* Hujus quoque filius, Tetricus minor cognominatus, Cæſar appellatus fuit. Plura de iſtis Tyrannis Trebellius Pollio. Sed aliud nihil uſquam de Arboriis noſtris, & eorum proſcriptione. *Vin.*

4. *Recidit imperium*] Ita ex vetuſto libro. Primam enim more antiquorum produxit, ut Lucretius *reducere*, & alia plurima. Sic idem eodem ἀρχαϊσμῷ dixit:

Miſſum, ac remiſſum rurſus ad me referunt. Scaliger.

4. *In Tetricos recidit Imperium*] Sic fuit in exemplari: ſed quia *re* corripi ſolet, quæ hoc loco producenda eſt, qui *re* in *de* mutaverunt, emendaſſent potius, *in Tetricos reccidit imperium.* Sed vide, quæ de verbo hoc monui-

Tum profugum in terris, per quas erumpit Aturrus,
Tarbelliqueque furor perſtrepit Oceani,
Graſſantis dudum fortunæ tela paventem
[5] Pauperis Æmiliæ conditio implicuit.
Mox tenuis multo quæſita pecunia niſu,
Solamen feſſo, non & opes tribuit.
[6] Tu cœli numeros, & [7] conſcia ſidera fati
Callebas, ſtudium diſſimulanter agens.
Non ignota tibi noſtræ quoque formula vitæ:
Signatis quam tu condideras tabulis;
Prodita non unquam. ſed matris cura retexit
[8] Sedula, quam timidi cura tegebat avi.
Tu novies denos vitam quum duxeris annos,
Expertus [9] Fortis tela cavenda deæ,
[10] Amiſſum fleſti poſt trina decennia natum.
[11] Saucius, atque uno lumine caſſus eras:

Dice-

monuimus in Ludo Sapientum. *Vinetus.*

5. *Pauperis Æmiliæ*] Æmiliæ Corinthiæ Mauræ, aviæ Auſonii. *Idem.*

6. *Tu cœli numeros*] Chaldæus erat, ſeu genethliacus. *Vinet.*

7. *Et conſcia ſidera fati*] Virgilius quarto Æneidos:

Teſtatur moritura deos, & conſcia fati
Sidera. — —

Manilius vero ſic Aſtronomica ſua exorſus eſt poſt Virgilium:

Carmine divinas artes & conſcia fati
Sidera, diverſos hominum variantia caſus. Id.

7. *Conſcia ſidera fati*] Vir maximi nominis & meriti Nic. Heinſius L. *fatis.*

8. *Sedula quam timidi*] Codex optimus: *ſedula quod timidi.*

9. *Fortis dea*] Fortunæ, de qua ſatis multa Lilius Gregorius ſyntagmate ſextodecimo. *Vinetus.*

9. *Expertus fortis tela*] Lege: *Expertus Fortis tela cavenda Dea.* Fors eſt Fortuna. pro hoc paulo ante dixit:

Graſſantis dudum Fortuna tela paventem. Grævius.

10. *Amiſſum fleſti*] In ſequenti verſu monſtrum ſcripturæ habebat vetus liber:

Saucius oclerno lumine caſſus eras.

Pro quo ſubſtituit corrector Lugdunenſis: *extincto lumine.* Suſpicarer legendum *ocle tuo.* Ocle, ocule, hoc eſt, ſaucius oculus tuo lumine caſſus eras. Vocandi caſu pro nominativo Auſonium uti ſæpe oſtendemus. Tanquam filius eſſet lumen oculi. hoc eſt, patris. Et parentes orbi, ut oculi orbi dicuntur. *Scaliger.*

10. *Amiſſum fletu*] Lege *fleſti*, Scaliger. *Vinetus.*

11. *Saucius oclerno*] Ita eſt ſcriptura vetus. Lege: *Saucius ac lævo lumine caſſus eras.* Bini liberi huic Cæcilio Arborio, Æmilius Magnus Arborius, & Æmilia Aeonia Auſonii mater. Æmilium quia amiſit, dicit eum poeta caſſum lumine lævo, id eſt, alterum è duobus eum amiſiſſe lumen. Honeſta ſane locutio, ſimiliter uſurpata

Dicebas ſed te ſolatia longa fovere ;
  Quod mea præcipuus fata maneret honos.
Et modo conciliis [12] animarum mixte piorum
  Fata

pata Quinctiliano lib. VI. *Mihi filius minor quintum egreſſus annum, ut in malis agerem, prior alterum è duobus eruit lumen.* Nam liberi parentum quaſi oculi & lumen. Feſtus : *Orba eſt, quæ patrem, aut matrem, aut filios, quaſi lumen amiſit.* Lipſius.

11. *Saucius oclerus*] Lipſius : *ac lævo.* Sed cur non, *dextro*, potius ? Ita debebat ſcribere, amiſſo filio, cum non haberet niſi in Nepote ex filia ſolatium. Scaliger, *ocle tuo*, ſed ſine exemplo contractionis. Luminibus æquari ſobolem, alibi notavi. Sic Venantius lib. I. de vita Martini :

Cum magis hæc reputem præſentis damna ſalutis
Me ſpectante rapi natam, mea lumina luci.

Barthius. Nec aliter Cel. Grævius, & Geographicis Aſtronomiciſque monumentis celeberrimus Ioannes Blaeu, magni patris major filius.

11. *Saucius oclerus*] E primo Scaligerianæ editionis intuitu ſuſpicabar, *Saucius ac*, vel *atque uno. l. c. e.* Sed valde eſt ſpecioſa Lipſii conjectura; veriſimilior Barthii. Liberi enim duo, duo noſtri oculi. Lævus autem oculus, filius vix dici poteſt, ubi altera eſt filia, cum dextera omnia lævis præſtantiora ſint, ut & maſculi puellis. Notaverat deinceps in margine Scaliger, *Saucius os, lævo* &c. de qua lectione quid dicam ? Vt plurimum Suffeni ſumus, ac noſtra miramur. Quinctiliani certe locus pro me facit. & hic D. Hieronymi. Epiſt. ad Ruffinum : *Syria mihi velut fidiſſimus naufragio portus occurrit. Vbi ego quidquid morborum eſſe poterat expertus, ex duobus oculis unum perdidi. Innocentium enim partem animæ meæ repentinus febrium ardor abſtraxit. Nunc uno & toto mihi lumine Evagrio noſtro fruor.* E quo loco & aliis compluribus facile animadverti, quam diligens Quinctiliani lector fuerit D. Hieronymus. Ergo non liberos tantum, ſed & quoſvis dilectos *oculos* appellarunt, uti & eos, quos amamus, *tamquam oculos noſtros* nos amare, & *in oculis ferre* dicimus. Catull. in Carmine ad Manliam de fratre :

Hei miſero fratri jucundum lumen ademtum :
Tecum una tota eſt noſtra ſepulta domus.

Apulejus de Critia & Carino :

Hoc mihi vos eritis, quod duo ſunt oculi.

Adraſtus apud Pindar. Olymp. od. VI. de Amphiarao ad Thebas dehiſcente terra abſorpto : ποθέω στρατιᾶς ὀφθαλμὸν ἐμᾶς. Latinus Pacatus in Panegyr. *qui quum eſſent domi filii, gemina illa ſpes, oculique reipublicæ,* &c. Elegantiſſimus item de oculis locus eſt apud Heliodorum l. 2, ad quem quoque Bourdelotius aliqua congeſſit huc facientia. Nec in hominibus tantum, ſed & in anima carentibus frequentata hæc tranſlatio. Libanius Sophiſta in Lamentatione Nicomediæ: Ὦ δαίμονες, οἷον τῆς οἰκουμένης ἀπήνυσκε βόστρυχον. ὡς ἐξετύφλωσέ γε τὴν ἑτέραν ἢ πήρωσεν. χρυσαῖον ἐκκόψας ὀφθαλμόν. Iuſtinus lib. V. c. 8. *Cum multi delendum Athenienſium nomen, urbemque incendio conſumendam cenſerent; negarunt Spartani ex duobus Græciæ oculis alterum eruturos.* Ita & Iulianus Damaſcum τῆς ἑῴας ἁπάσης ὀφθαλμὸν appellavit : nec non Pindarus Olymp. od. II. Theronis majores ὀφθαλμοὺς Σικελίας.

12. *Animarum miſtæ priorum*] *Miſte* pro *miſta* legerem, ut ſit, O ave Arbori, qui jam miſtus es cœtui animorum piorum, & ſic *piorum piarumque*, pro *priorum*, Vinetus.

12. *Ani-*

Fata tui certe nota nepotis habes.
Sentis quod quæſtor, quod te præfectus, & idem
Conſul, honorifico munere commemoro.

12. *Animarum mixta priorum fata tui*] Quæ ſunt illa fata nepotis mixta priorum animarum conſciliis? Mentem horum verſuum nemo aſſequatur, niſi ſcribatur, ut ſcripſiſſe Auſonium perſuaſiſſimum habeo:

Et modo conciliis animarum mixte piorum
Fata tui certe nota nepotis habes.

Mixte pro *mixtus.* Sæpe enim non Auſonius modo, quod magnus Scaliger notavit, ſed & alii poëtæ caſu quinto pro primo utuntur. vide quæ doctus ille Sanctius in Minerva ſua congeſſit exempla. Senſus eſt: Tu, qui
nunc inter beatos agis in campis Elyſiis, jam certus es te vera ceciniſſe de tui nepotis fatis. Honoribus enim, quos ex geneſi ejus prædixeras, jam functus eſt. Superius oſtendit eum fuiſſe Aſtrologiæ peritum, & fata Auſonio præſignificaſſe:

Non ignota tibi noſtra quoque formula vitæ,
Signatis quam tu condideris tabulis.

Pro *priorum*, ſcripſi: *piorum.* Concilia animarum piorum, ſc. hominum, ſunt cœtus illi beatorum in campis Elyſiis, de quibus Virgilius & alii. *Gravius.*

ÆMILIA CORINTHIA MAVRA, avia. V.

ÆMiliam nunc fare aviam, pia cura nepotis:
Conjux prædicto quæ fuit Arborio.
Nomen huic joculare datum: cute fuſca quod, olim
Æquales inter Maura vocata fuit.
Sed non atra animo: qui clarior eſſet olore,
Et non calcata qui nive candidior.
Hæc non deliciis ignoſcere prompta pudendis,
[1] Ad perpendiculum ſeque ſuoſque habuit,
Hæc me [2] præreptum cunis, & ab ubere matris,
Blanda ſub auſteris imbuit imperiis.
Tranquillos aviæ cineres præſtate quieti
Æternum Manes, ſi pia verba loquor.

ÆMI-

1. *Ad perpendiculum*] Ad amuſſim, ad normam, & regulam. *Vinetus.*
2. *Præreptum cunis*] Quem ex ipſis
cunis, & adhuc infantulum rapuit in ſuas ædes. *Id.*

ÆMILIA HILARIA, matertera, [1] virgo devota. VI.

TVque gradu generis matertera, ſed vice matris,
Affectu nati commemoranda pio,
Æmilia in cunis Hilari cognomen adepta,
Quod læta, & pueri comis ad effigiem,
Reddebas verum [2] non diſſimulanter ephebum,
More virum medicis artibus experiens.
Feminei ſexus odium tibi ſemper: & inde
Crevit [3] devotæ virginitatis amor;
Quæ tibi ſeptenos novies eſt culta per annos,
Quique ævi finis, ipſe pudicitiæ.
Hæc, quia uti mater monitis & amore fovebas,
Supremis reddo filius exſequiis.

1. *Virgo devota*] *Devota virgo*, intelligitur, quam Græci *ἀσκητρίαν* vocant. Extat libellus Ambroſii ad Virginem devotam. Devotarum virginum duo genera reperio, unum, quod vovebat ſe, ut hæc Auſoniana: alterum, quod devovebatur à parentibus ipſis, ut apud Ambroſium. Quæ ſit Devota virgo mox ipſe explicat:

Crevit devota virginitatis amor.

Item in Cataphronia:

Innuba, devota quæ virginitatis amorem
Parcaque anus coluit. — —

In notis Probi hodie legitur: D. V. *Devotus vir.* poſſet legi: *Devota virgo.* Quanquam ſcio & viros devotæ virginitatis fuiſſe. Tertullianus in Valentianos: *Proculus noſter virginis ſenectæ.* Ita enim legendum in Tertulliano. Iique dicebantur *παρθένοι*. *Scaliger.*

2. *Non diſſimulanter*] Non arte aliqua, ſed naturali facie. *Vinetus.*

3. *Devota virginitatis amor*] Quas Auſonius Virgines Devotas hoc loco, & in carmine viceſimo ſexto appellat, ac Ambroſius in libro ad Virginem Devotam, virgines erant deo dicatæ, conſecratæ, devotæ, quas nos Gallo-romani *Nonnas* hodie vocitamus: quod vocabulum invenies apud Hieronymum in eo, quod ſcripſit ad Euſtochium de Cuſtodia virginitatis. *Vinetus.*

CL. CONTENTVS, & IVLIVS CALIPPIO, patrui. VII.

ET patruos [1] Elegéa meos reminiſcere cantu;
Contentum, [2] tellus quem Rutupina tegit,

Ma-

1. *Elegea*] Sic fuit in exemplari, quæ vulgo *elegia* dicitur. Græcum enim eſt ἐλεγεῖα, ut & ἐλεγεῖον, in Epigrammate nonageſimo quarto: & di-

Magna cui & variæ quæſita pecunia ſortis,
[3] Hæredis nullo nomine tuta perît.
Raptus enim lætis, & adhuc florentibus annis,
Trans mare, & ignaris fratribus oppetiit.
Iulius in longam produxit fata ſenectam,
Affectus damnis innumerabilibus.
Qui comis, blanduſque, & [4] menſa commodus uncta,
Hæredes ſolo nomine nos habuit.
Ambo pii, vultu ſimiles, [5] joca ſeria mixti,
Ævi fortunam non habuere parem.
Diſcreti quamquam tumulis, & honore jacetis:
[6] Commune hoc verbi munus habete, Vale.

ATTV-

& diphthongus iſta *ει* tam in *ē*, quam in *i*, à Latinis verti ſolet. de qua re Priſcianus libro primo. Sed totus verſus ſic illic habebat:

Et parvos elegos meos reminiſcere cantus. Vinetus.

1. *Elegía*] Adde ad ea, quæ Vinetus, locum Servii ad Eclogam VI Virgilii: *Thalia. Muſa ſcilicet: & Græce ait Θαλεῖα. Nam latine* Thaléa *dicitur, ſicut Cytheria* Cytherea: *ſed propter euphoniam contempſit jus regula, & in græcitate permanſit.*

2. *Tellus Rutupina*] Terra Britannia. *Vinetus.*

3. *Hæredis nullo nomine tuta perit*] Pro *periit* contracte.

3. *Hæredis nullo nomine tuta*] Claudius Contentus quum trans mare, & in Britannia inſula negotiaretur in morbum incidit: eoque ibi periit pecunioſus, ubi nec fratrum, nec aliorum ſuorum quiſquam fuit, qui ſe pro hærede gereret. *Vinetus.*

4. *Menſa uncta*] Pingui, Catullus in carmine nuptiali, & lauta. *Vinet.*

5. *Ioca ſeria miſti*] Qui ſeria jocis miſcerent, & temperarent. *Vin.*

6. *Commune munus*] Vt uterque hoc verbum *Vale* ſibi dictum accipiat. Quo utimur non ſolum viventes inter nos, verum etiam viventes ad mortuos, & mortui ad viventes. Vt in his Parentalibus ad multos vita functos Auſonius: ac Æneas ad interfectum in prœlio Pallantem undecimo Æneidos:

---ſalve æternum mihi maxime Palla,
Æternumque vale. ---

At contra Creuſa in extremo ſecundo mortua, ad ſuum Æneam viventem:

Iamque vale: & nati ſerva communis amorem.

Sed de hoc verbo hæc in commentariis Servii ſcripta legimus, quum dixiſſet Æneas libro tertio Æneidos de Polydori funere:

--- animamque ſepulchro,
Condimus, & magna ſupremum voce ciemus.

Hoc loco dicimus more ſolemni, hoc eſt tertio Vale. Nos te ordine, quo natura miſerit, cuncti ſequemur. In iiſdemque in quinctum & undecimum: *Quando mortuis Salve, & Vale dicimus, non conſiderandam etymologiam, quaſi iis bonam valetudinem ſalutemque optemus, in quibus nulla eſſe poſſit: ſed notandam conſuetudinem, quod iis Vale dicere ſoleamus, à quibus recedimus.* Idem. Sed de hoc monuimus ſupra. *Idem.*

ATTVSIVS LVCANVS TALISIVS, ſocer. VIII.

QVi proceres, veteremque volet celebrare Senatum,
Claraque ab exortu ſtemmata Burdigalæ:
Teque, tuumque genus memoret, Lucane Taliſi:
Moribus ornaſti qui veteres proavos.
Pulcher honore oris, tranquillo pectore, comis,
Facundo civis major ab ingenio.
Venatu, & ruris cultu, victuſque nitore,
Omne ævum peragens; publica deſpiciens.
Noſci inter primos cupiens, prior eſſe recuſans.
Ipſe tuo vivens [1] ſegregus arbitrio.
Optabas tu me generum florente juventa.
[2] Optare hoc tantum, non & habere datum.
[3] Vota probant ſuperi: meritiſque faventia ſanctis
Implent fata, viri quod voluere boni.
Et nunc perpetui ſentis ſub honore ſepulchri,
Quam reverens natæ, quamque tui maneam:
Cœlebs namque gener nunc hæc pia munera ſolvo.
Nam & cœlebs nunquam deſinet eſſe gener.

1. *Segregus*] Segregatus, ſejunctus ab aliis. Idem *ſegrex* apud Sidonium Apollinarem *Vinetus*.

1. *Segregus arbitrio*] *Segregus* reſpuit genius latinæ linguæ. Lege:
Ipſe tuo vivens ſegregis arbitrio. Grævius.

2. *Optare hoc tantum*] Ita lege ex veteri libro. *Scaliger*.

3. *Vota probant ſuperi*] Pulchre explicat Catulli verſum in carmine nuptiali:
Quod pepigere viri, pepigerunt ante parentes.
Quod ideo dico, quia verſum hunc Doctiſſimus Muretus ſuſpectum habet. *G. Canterus*.

ATTVSIA LVCANA SABINA, uxor. IX.

HActenus ut caros, ita juſto funere fletos
Functa piis cecinit nænia noſtra modis.
Nunc dolor, atque cruces, nec contrectabile fulmen,

Conju-

Conjugis ereptæ mors memoranda mihi.
Nobilis à proavis, & [1] origine clara ſenatus,
Moribus uſque bonis clara Sabina magis.
Te juvenis [2] primis luxi deceptus in annis,
Perque novem cœlebs [3] te fleo Olympiadas.
Nec licet obductum ſenio ſopire dolorem.
Semper crudeſcit nam mihi pœna recens.
Admittunt alii [4] ſolatia temporis ægri.
[5] Hæc graviora facit vulnera longa dies.
Torqueo deceptos ego vita cœlibe canos:
Quoque magis ſolus, hoc mage mœſtus ago.
Volnus alit, quod muta domus ſilet, & thorus alget:
[6] Quod mala non cuiquam, non bona participo.

Mœreo

1. *Origine clara ſenatus*] Ita recte Lugdunenſes, quamvis vix prima in ſcripto ſyllaba compareat. Sic præcedenti carmine:

Qui proceres, veteremque volet celebrare ſenatum,
Claraque ab exortu ſtemmata Burdigalæ.

2. *Primis luxu deceptus*] *Luxi* eſt legendum. Eſt autem Virgilii imitatio: apud quem Dido de amiſſo marito dicit libro quarto Æneidos:

Poſtquam primus amor deceptam morte fefellit. Vinetus.

3. *Te fleo Olymp.*] Liber præſtantiſſ. *defleo Olympiadas.* nec aliter cenſuit legendum Barthius.

4. *Solatia temporis ægri*] Caveſis cum viro χειλογνετω *ægre* legas. dolore ac ægritudine animi laborantes *ægri*, ſolent tamen & temporis ſolatia admittere: at mihi miſero cum ipſo temporis incremento, luctus accreſcit. Seneca Agamemnone verſ. 129.

Proin quidquid eſt, da tempus ac ſpatium tibi,
Quod ratio nequit, ſæpe ſanabit mora.

Diphilus: Λύπης δὲ πάσης γίγνετ' ἰατρὸς χρόνος, &c. Vide & quæ Cicero ad Torquatum, aliique in Epiſtolis Conſolatoriis ea de re ad Ciceronem.

5. *Hæc graviora facit*] Ita & Ovidius lib. IV. Triſt. el. VI, de Tempore:

Hoc minuit luctus, mœſtaque corda levat.
Cuncta poteſt igitur tacito pede lapſa vetuſtas,
Præterquam curas attenuare meas.

Admetus ad Alceſtin, apud Euripidem verſ. 334.

-- Σοῦ γὰρ οὐκ ἀμείψεται.
Οἴσω δὲ πένθος οὐκ ἐτήσιον τόδε,
Ἀλλ' ἔς τ' ἂν αἰὼν, οὑμὸς ἀντέχῃ, γύναι.

Sophocles Electra:

Ἄνετέ με, ἄνετε παρήγοροι·
Ταῦτα γὰρ ἄλυτα κεκλήσεται.

Horatius l. II. od. IX:

Tu ſemper urges flebilibus modis
Myſten ademtum: nec tibi veſpero
Surgente decedunt amores,
Nec rapidum fugiente ſolem.

Lucretius lib. III:

At nos horrifico cineſactum te prope buſto
Inſatiabiliter deflebimus, æternumque
Nulla dies nobis mœrorem è pectore demet.

6. *Quod mala*] Non eſt mihi domi poſt amiſſam te, ô uxor, quicum com-

Mœreo, ſi conjux alii bona : mœreo contra,
Si mala : ad exemplum tu mihi ſemper ades.
Tu mihi crux ab utraque venis : ſive eſt mala, quod tu
Diſſimilis fueris : ſeu bona, quod ſimilis.
Non ego opes caſſas, & inania gaudia plango :
Sed juvenis juveni quod mihi rapta viro.
Læta, pudica, gravis, genus inclyta, & inclyta forma,
[7] Et dolor, atque decus conjugis Auſonii.
Quæ modo ſeptenos quater impletura Decembres,
Liquiſti [8] natos, pignera noſtra, duos.
Illa favore Dei, ſicut tua vota fuerunt,
Florent, optatis accumulata bonis.
Et precor ut vigeant : tandemque ſuperſtite utroque
Nunciet hoc cineri noſtra favilla tuo.

communicem conſilia : ſiquid boni, ſiquid mali, mihi acciderit, quem participem habeam. *Vinetus.*

7. *Et dolor atque decus conjugis*] Sic fuit in exemplari. Virgilius decimo Æneidos de Pallante in pugna occiſo :

O dolor atque decus magnum rediture parenti, Vinetus.

8. *Natos duos*] Mares ambos, an marem & feminam ? Primus Auſonii filius, fuit Auſonius : qui obiit infantulus, & ut arbitror, ante matrem. De hoc eſt proximum carmen. Filium etiam habuit Heſperium : quem nominat pater in carmine undecimo, quum nepotis ſui ejus filii Paſtoris acerbum fatum mœret : & in cujus Heſperii gratiam ſe Faſtos ſcripſiſſe dixit, in epigrammate de iiſdem Faſtis : & ad quem miſit carmen de Cæſaribus, & Protrepticon ad nepotem, epiſtolamque, *Qualis Picens*, & cujus meminit in epiſtola ad Paulinum, *Quanta me aff.* Habuit & filiam, quam nuſquam quidem nominat : ſed ejus meminit in Protreptico illo ad ſuum ex ea nepotem Auſonium, & in litteris ad Heſperium filium tunc ſcriptis, quum idem ipſum carmen ei miſit. Gregorium vero, cui mittitur Cupido cruci affixus, hunc appellat filium, ſed miror, quod hujus alibi nullam mentionem fecerit, qui ſoleat filios etiam vocare alios, quam quos genuerit : veluti Symmachum & Pontium Paulinum in epiſtolis. *Vinetus.*

AVSONIVS parvulus, filius. X.

NOn ego te infletum memori fraudabo querela,
Primus nate meo nomine dicte puer.
Murmura quem primis meditantem abſolvere verbis,
[1] Indolis ut plenæ, planximus exſequiis.
Tu

1. *Indolis & plene*] Ita Lugdunenſes ediderunt, quum non *plene*, ſed abſque l, *pene* eſſet in exemplari: quomodocunque legendum ſit. *Vinetus.*

1. *Indo-*

Tu gremio in proavi funus commune locatus,
[2] Invidiam tumuli ne paterere tui.

1. *Indolis & pene*] Forte, *indolis at plena.* Sed melius, *indolis ut plena.* id eſt, tanquam plenæ indolis puerum, ſeu adoleſcentem, te planximus, quamvis in ipſa infantia mortuum.

2. *Invidiam tumuli*] In eodem cum proavo ſepultus es tumulo, ut ne quis invideret, ſi tibi ſeparatim tantillo puerulo monumentum eſſet exſtructum. *Vinetus.*

2. *Invidiam tumuli*] Vide Kirchmannum de funeribus, pag. 24. Plutarchus ad Vxorem: Τοῖς δὲ πατρίοις καὶ παλαιοῖς ἔθεσι καὶ νόμοις ἐμφαίνεται μᾶλλον ἡ περὶ τούτων ἀλήθεια. Τοῖς γὰρ αὐτῶν νηπίοις ἀποθανοῦσιν οὔτε χοὰς ἐπιφέρουσιν, οὔτ' ἄλλα δρῶσι περὶ αὐτὰ, οἷα εἰκὸς ὑπὲρ θανόντων ποιεῖν τοὺς ἄλλους.

PASTOR, nepos ex filio. XI.

TV quoque maturos, puer immature, dolores
Irrumpis mœſti luctus acerbus avi,
Paſtor chare nepos, [1] ſpes cujus certa fuit res,
Heſperii patris tertia progenies.
Nomine, quod caſus dederat: quia fiſtula primum
Paſtorale melos concinuit genito.
Sero intellectum vitæ brevis argumentum:
Spiritus afflatis quod fugit è calamis.
Occidis emiſſæ percuſſus pondere teſtæ:
Abjecit tecto quam manus artificis.
Non fuit artificis manus hæc. [2] manus illa cruenti
Certa fuit fati, [3] ſuppoſitura reum.
Heu quæ vota mihi! quæ rumpis gaudia, Paſtor!
Illa meum petiit tegula miſſa caput.
Dignior ô, noſtræ gemeres qui fata ſenectæ:
Et quererere meas mœſtus ad exſequias.

IV-

1. *Spes cujus certa fuit res*] Ita explicanda hæc ſunt; de quo concepta ſpes adeo certa fuit, ut nullo pacto liceret in dubium revocare; tanta jam eluceſcebant in eo indicia indolis exoptatiſſimæ. In protreptico ad Nepotem: *vel, re vel ſpe mihi porge fruendum.* Et in Prof. Burd. c. XI. *ſpem magis, quam rem, tuendam præbuiſti avunculo*, de Herculano ſororis fil. ad quem verſum exempla alia paucula congeſſimus.

2. *Manus certa*] Vt *certos ictus* dixit in epigrammate ſeptuageſimo ſecundo: & *certam haſtam* Virgilius undecimo Æneidos, inevitabilem, ut vetus commentator exponit. *Vinetus.*

3. *Suppoſitura reum*] Fatum ſive Parca, cujus hoc fuit facinus, miſerum artificem in locum ſuum ſuppoſuit. *Vinetus.*

2. Siqua

IVLIA DRYADIA, Soror. XII.

[1] SIqua fuit virtus, cuperet quam femina prudens
[2] Eſſe ſuam, ſoror hac Dryadia enituit.
Quinetiam multas habuit, quas ſexus habere
Fortior optaret, nobilitaſque virûm.
Docta ſatis [3] vitamque colo, famamque tueri:
Docta bonos mores ipſa, ſuoſque docens.
Et verum vita cui carius: unaque cura,
Noſſe Deum, & fratrem diligere ante alios.
[4] Conjuge adhuc juvenis caruit: [5] ſed ſeria vitam
Mori-

1. *Siqua fuit*] Lego ex veſtigiis ejuſdem libri:

Siqua fuit virtus, cuperet quam femina prudens
Eſſe ſuam, ſoror hac non Dryadia fuit?

Ecqua fuit, inquit, virtus, quam caſta & prudens matrona optare poſſet, qua Dryadia prædita non fuerit? An non omnibus illis virtutibus fuit Dryadia, quaſcunque cuperet prudens femina? Nam Latinum eſt: ego ſum hac virtute, hac doctrina. *Scaliger.*

2. *Eſſe ſuam cupiit hanc Dryadeia ſoror*] Ita Lugdunenſes ediderunt, quum haberet exemplar: *Eſſe ſuam ſoror hac Driadria, non ruit.* Quod quum legiſſet ſtudioſorum quiſpiam veterum doctorumque hominum, mendoſumque animadvertiſſet, ſingulas negationis litteras perſcripſerat: & inter eas aliquid ſcripſerat, ſed quod ipſe legeret, alii non item, niſi forte ſyllabam *vi* repoſitam voluerit. Conveniret namque ſatis *viruit* pro *non ruit*: & pleraque pentametra ſic triſyllabis finit Auſonius. Aliæ porro ſunt *Driadia* in carmine viceſimo tertio & viceſimo quincto, quas per vocalem Latinam cunctas ſcribebat antiquus librarius: Producunt vero cunctæ primam ſyllabam: & hic *Driadia*, cui Lugdunenſes e non debuerunt addere: ſic notata erat, *Driadria*: quibus apicibus multas ſyllabas longas per totum illum librum notatas obſervavimus. *Vinetus.*

2. *Soror hac non Dryadia fuit*] Hóc Scaligeri, non Auſonii eſt, qui *Dryadiam* prima longa & tertia brevi ponit carm. XXIII, & XXV. in MS. erat, *Dryadia non ruit*, lege: *Soror hac Driadia enituit.* Tacitus Annal. XI: *cogitaret plebem, qua toga eniteſceret.* Gronovius.

3. *Vitamque colo*] Calathiſque Minervæ, lana & tela. Virgilius octavo Æneidos:

— quum femina primum
Cui tolerare colo vitam tenuique Minerva,
Impoſitum cinerem, & ſopitos ſuſcitat ignes,
Noctem addens operi. famulaſque ad lumina longo
Exercet penſo. caſtum ut ſervare cubile
Conjugis, & parvos poſſit educere natos. Vinetus.

4. *Conjuge adhuc juvenis caruit* .] Ea quum adhuc eſſet ipſa juvenis, maritum amiſit, Pomponium Maximum, ut ſuſpicor, qui carmine quinctodecimo celebratur. *Vinet.*

5. *Sed ſeria vitam*] Hæc non capio.
Pul-

Moribus auſteras æquiperavit anus.
Produxit celerem per ſena decennia vitam,
Inque domo, ac tecto, quo pater, oppetiit.

Pulmanniana editio legit: *viduata marito*. Quod ſi ex manuſcriptis hauſtum, alteri non dubitem lectioni præferre. *Gravius.*

AVITIANVS, Frater. XIII.

AVitianum, Muſa, germanum meum
Dona querela funebri:
[1] Minor iſte natu me, ſed ingenio prior
Artes paternas imbibit.
Verum juventæ flore læto perfrui,
Ævique ſupra puberis
Exire metas, vetuit infeſta Atropos.
Heu quanta vitæ decora!
[2] Quem cultum ſpei, [3] quem dolorem ſauciis
Germane pubes deſeris!

Ger-

1. *Minor iſte natu me*] ita ex eodem libro plane legendum. Vides, quantum ſibi permiſerit Corrector Lugdunenſis. *Scaliger.*

1. *Minor iſte natu me, ſed ingenio prior*] Sic fuit in exemplari. *Vinetus.*

2. *Quem cultum ſpei*] Legendum cenſeam:

Quem ſæpe luctum, quem dolorem ſauciis
Germane pubes deſeris. Scaliger.

2. *Quem cultum ſpei*] Hoc ſi ſic edidit Auſonius, ſecundum jambici metri pedem, Spondeum fecerit aut Trochæum. Non autem recipit Trochæum hoc metrum. Spondeum igitur poſuerit pro jambo in ſecundo loco jambici: quod ipſum interdum facere oſtendimus. *Vinetus.*

2. *Quem dolorem ſauciis*] *Sociis* hic per metrum legere non licet, ſed *ſauciis* pro ſauciatis, læſis, exulceratis morte immatura talis adoleſcentuli. *Idem.* Supra carm. IV:

Saucius, ac uno lumine caſſus erat.

3. *Quem cultum ſpei quem dolorem ſauciis*] Sic enim veteres: non, *Quem ſæpe luctum*, quæ conjectura Scaligeri eſt. Nihil autem mutandum in verbis, ſed verſus ſunt turbati, quos minimo negotio ſic in integrum reſtituimus:

Verum juventæ flore læto perfrui
Ævique ſupra puberis
Exire metas vetuit infeſta Atropos,
Heu quem dolorem ſauciis!
Heu quanta vitæ decora, quem cultum ſpei
Germane pubes deſeris! Gronov.

3. *Quem ſæpe luctum, quem dolorem ſauciis*] Sic Scaliger edidit. Ante legebatur in editione Pulmanniana. *Quem cultum ſpei, quem dolorem ſociis.* Quod procul dubio ex veteribus libris habuerant Inde commode reſcribendum duxerim: *Quam multum ſpei, quem dolorem ſauciis.* Ταυτολογία enim eſt, *quem luctum, quem dolorem.* Grævius.

1. Val

Germane carnis lege, & ortu ſanguinis,
Amore penè filius.

[1] VAL. LATINVS EVRONIVS, gener. XIV.

O generis clari decus, ô mihi funus acerbum,
[2] Euroni, è juvenum lecte cohorte gener,
Occidis in [3] primæ raptus mihi flore juventæ,
Lactantis nati vix bene note pater.
Tu procerum de ſtirpe ſatus, prægreſſus & ipſos,
Vnde genus claræ nobilitatis erat.
Ore decens, bonus ingenio, facundus, & omni
Dexteritate vigens, præcipuuſque fide.
[4] Hoc præfecturæ ſedes, hoc Illyris ora
Præſide te experta eſt, [5] fiſcus & ipſe cliens.
Nil ævi brevitate tamen tibi laudis ademptum.
[6] Indole maturus, funere acerbus obis.

POM-

1. *Vallatinus*] Non ſic legerim, ſed *Val. Latinus.* Et vetus liber non *Euromium*, ſed *Euronium* habet. Igitur vocabatur, *Val. Latinus Euronius Thalaſius.* Symmachus: *Quæro igitur incertus animi, quæ mihi nunc potiſſimum ſuper viro honorabili Thalaſio genero tuo verba ſumenda ſint.* Scaliger.

2. *Euronius*] Admittenda eſt, niſi fallor, veteris libri lectio, in quo *Euromius* appellatur, vocabulo Græco ab εὖ & ῥώμη.

3. *Primæ*] Ita vetus liber: ſed melius puto, *primo.* Sic carm. parental. XX:

Ereptus primis ævi florentis in annis.

4. *Hoc præfectura*] Quæ præfectura hæc fuerit, neſcio. Pater Auſonii ſe præfectum Illyrici nuncupat in verſu quinquageſimo ſecundo Epicedii, ſi forte eidem præfuit Illyridi poſt eum *Euromius.* Quod ſi Auſonii nepotis, ad quem Protrepticon luſit Auſonius, pater fuit hic Vallatinus, eum, ſuum generum in verſu illius Edyllii quadrageſimo quarto, Proconſulem fuiſſe ſcribit Auſonius. *Vinetus.*

5. *Fiſcus & ipſe cluens*] Quæſtura illuſtris, ut quam ſe geſſiſſe prædicat ſocer Auſonius in extremo protreptico ad Nepotem. *Fiſcum* pro *ærario* locis aliquot Eutropius accipit, ſed Budæus ſcripſit in annotationibus *Ærarium* proprie pecuniam publicam & Imperii. *Fiſcum* vero pecuniam Imperatoris & principis. Quod autem Lugdunenſes *cliens* hic ſcripſerant, *cluens* fuit in exemplari. *Vinetus.*

5. *Fiſcus & ipſe cliens*] Ita Lugdunenſes: vetus autem liber, *cluens.* quod merito improbarunt. Sic enim in Paulino c. XXIV legimus:

Nam Correctura tibi Tarraco Hibera tribunal
Præbuit, adfectans eſſe clienta tibi.

6. *Indole maturus*] Maturus quidem indole, in quo ſcilicet juvene

nullum

nullum non virtutis genus ſpectatum ſit : acerbus vero funere, cujus mors fuit immatura, & ante juſtam ætatem. *Vinetus.*

POMPONIVS MAXIMVS, adfinis. XV.

ET te germanum, non ſanguine, ſed vice fratris,
 Maxime, devinctum [1] nænia noſtra canet.
Conjux namque meæ tu conſociate ſorori
 Ævi fruge tui deſtituis viduam.
Non domus hoc tantum ſenſit tua : ſenſit acerbum
 [2] Saucia proh caſum curia Burdigalæ,
Te primore vigens, te deficiente relabens :
 Inque Valentinum te moriente cadens.
[3] Heu, quare nato, [4] quur fruge & flore nepotum
 Ereptus nobis, Maxime, [5] non frueris ?
[6] Sed frueris : [7] divina habitat ſi portio Manes :
 Quæque futura olim gaudia, noſſe datur.

Longior

1. *Nænia noſtra canet*] *Canent* plurale, in exemplari. *Vinetus.*

2. *Saucia proh caſum*] Ita lego ex veſtigiis priſci libri. *Scaliger.*

3. *Heu quare nato*] Pomponio Maximo Herculano. *Vinet.*

4. *Qui a fruge, & flore*] Id eſt, qui morte nimis feſtinata atque immatura è numero meorum nepotum (erat enim Pomp. Herculanus nepos Auſonii è ſorore Dryadia) mihi raptus eſt. Sed melior mihi ſemper viſa hæc lectio : *quur fruge & flore nepotum*, ut referatur non ad Herculanum, ſed ad ipſum Pomponium Maximum : qui in ipſo vitæ flore mortem oppetens ex uxore Dryadia tres liberos reliquit, natos Herculanum in ipſa item juventa vita functum, & Arborium, de quo carm. ſeq. & filiam Megentiram, quæ quatuor Pomponio nepotes peperit, quorum duo pubeſcentibus annis occubuere, Paulinus & Dryadia : reliqui duo nobis incogniti fuere vitæ longioris. His igitur nepotibus, & hoc nato, Arborio non licuit patri frui, qui ævi ſui fruge viduam deſtituerat.

5. *Non frueris*] Cur ille non vivit adhuc, diuque vixit tibi ſuperſtes ? *Vinetus.*

6. *Sed frueris*] Correctio. Eo jam frueris, quando mortuus eſt. ſiquidem divina ejus portio, id eſt, anima, nunc tecum eſt apud Manes. *Idem.*

7. *Divina habitat ſi portio manes*] Id eſt, *ſenſus ſi manibus ullus*, ut Prof. Burdig. c. 24; aut, ſi futurorum præſcientia defunctis adeſt. Reſpicit Auſonius abſque dubio ad honores aliquos nepotum, quorum ad nos nulla notitia pervenit ; ſeu ad inſignem indolem, quæ magnam & ſinceram parentibus, aviſque adferre voluptatem ſolet. Hanc voluptatem, hæc gaudia, hæc læta, quoniam diu ante prævidit Pomp. Maximus, ideo etiam

Longior hic etiam lætorum fructus habetur,
[3] Anticipaſſe diu, quæ modo participas.

frui illis à poëta dicitur. Non intellexit Vinetus, nec percepit Poëtæ mentem, falſa veterum librorum lectione a vero ſenſu deductus.

3. *Anticipaſſe diu*] Quandoquidem tu diu ante prævideris honores, quibus nunc nepotes tui eminent, & effulgent.

VERIA LICERIA, uxor Arborii ſororis filii. XVI.

[1] TV quoque vel nuruis mihi nomine, vel vice natæ
Veria, ſupremi carmen honoris habe.
Cujus ſi probitas, ſi forma & fama, fideſque
Morigeræ uxoris, lanificæque manus,
Nunc laudanda forent: procul & de manibus imis
[2] Arceſſenda eſſet vox proavi Euſebii.
Qui quoniam functo jam pridem conditus ævo,
Tranſcripſit partes in mea verba ſuas:
Accipe funereas neptis defleta querelas;
Conjux [3] Arborii commemoranda mei.
Cui parva ingentis luctus ſolatia linquens
Deſtituis natum: quo magis excrucias.
At tibi dilecti ne deſit cura mariti,
Iuncta colis thalamo nunc monumenta tuo.
Hic, ubi primus hymen, ſedes ibi mœſta ſepulchri.
Nupta magis dici, quam tumulata potes.

POM-

1. *Tu quoque vel nuruis mihi nomine*] Ita lego. *Scaliger.*

1. *Tu quoque vel nurus*] Priorem ſyllabam ubique corripit *nurus*. *Nuruis* legi poteſt, more vetuſto: ſed *neptis* fortaſſe melius, ut eam poſtea vocat. *Vinetus.* non fuit revera nurus, ſed non ſecus, ac ſi nurus aut nata foret, dilecta.

2. *Accerſenda eſt uxor proavi*] In exemplari *Accerſenda uxor eſt proavi.* Verum quid hic ſibi voluerit verbum *uxor*? Ego *vox* pro iſto *uxor*, omnino reponendum cenſeo, & ſic legendum verſum: *Accerſenda eſſet vox proavi Euſebii.* Euſebius namque iſte, Veriæ Liceriæ proavus, homo aliunde nobis incognitus, orator quiſpiam fuerat egregius, aut poëta. Cujus ſe vice functurum proximo diſticho dixit Auſonius. *Vinetus.*

3. Ne

POMPONIVS MAXIMVS HERCVLANVS, ſororis filius. XVII.

[1] NEc Herculanum genitum germana mea,
Modulamine nænia triſti
[2] Tacitum ſine honore relinquat:
Super indole cujus adulti
Magnæ bona copia laudis.
Verum memorare magis, quam
Functum laudare decebit.
[3] Decus hoc matriſque, meumque,
In tempore puberis ævi
Vis perculit invida fati.
[4] Hehe quem, Maxime, fructum?
Facunde, & muſice, & acer,
Mentem bonus, ingenio ingens,
Volucer pede, corpore pulcher,
[5] Lingua catus, ore canorus,

1. *Nec Herculanum*] Filium Pomponii Maximi. *Vinetus.*

2. *Tacitum ſine honore relinquas*] *Relinquat*, optimus Codex, & ita repoſui.

3. *Decus hoc matriſque*] Ita vetus liber. ex hiſce quartus habet idem πάθος, quod & ille Virgilianus:

— en quis conſevimus agros.

Nam *Ehe*, eſt conſternatæ mentis. Ennius:

Ehe ipſe clipeus cecidit.

Vide, inquam, quantum ſibi permiſerit corrector Lugdunenſis. *Scaliger.*

4. *Te quem maxime fructum*] Hunc verſum undecimum quum nec hic quicquam agentem, nec plenum cernerent Lugdunenſes, eum ſic emendandum, ac in nonum locum transferendum putaverunt:

Et ſpei maxime fructum.

Quum eſſet in exemplari, *te quem maxime fructum*, & Pomponio huic unum ex nominibus foret *Maximus.* Vinetus.

4. *Eheu quem Maxime fructum*] Conjeci olim:

Eheu quam, Maxime, fruſtra
Facunde & muſice & acer.

Quam fruſtra prædite tanta vi ingenii. Quam parum tibi profuit facundum & muſicum & acrem fuiſſe, ut Profeſſ. carm. xxv:

Eheu quam multis perdite nominibus.

Mox etiam malim:

Mentem bonus, ingenio ingens. pro *mente bonus.* Gronovius.

4. *Hehe*] Varro lib. vi de ling. Lat. Evax *verbum nihil ſignificat, ſed effutitum naturaliter eſt, ut apud Ennium.* Hehe, *ipſe clypeus cecidit.*

5. *Lingua catus*] Ita lego. *Catus lingua*, ut, *cata dicta* Ennio. vide Varronem. Deinde:

Cape munus triſte parentum, &c. *Scaliger.*

[6] Cape munus triſte parentum,
Lacrymabilis orſa querelæ,
Quæ funereum modulatus
Tibi mœſtus avunculus offert.

6. *Cape munus*] ita partim ex veteri libro, partim ex conjectura verſus hos reſtituo. *Scaliger.*

FL. SANCTVS, Maritus Pudentillæ quæ ſoror Sabinæ meæ. XVIII.

QVi joca lætitiamque colis, qui triſtia damnas,
Nec metuis quenquam, nec metuendus agis:
Qui nullum inſidiis captas, nec lite laceſſis,
[1] Sed juſtam & clemens vitam agis, & ſapiens:
Tranquillos Manes, ſupremaque mitia Sancti
Ore pio, & verbis advenerare bonis:
Militiam nullo qui turbine ſedulus egit:
Præſide lætatus quo [2] Rutupinus ager.
Octoginta annos cujus tranquilla ſenectus
Nullo mutavit deteriore die.
Ergo precare favens: ut, qualia tempora vitæ,
Talia & ad manes otia Sanctus agat.

1. *Sed juſtam, & clemens vitam agis, & ſapiens*] Hujus correctionis noſtræ quædam veſtigia obſervavimus poſtea in eodem libro. Sequenti verſu idem liber habebat:

—*ſupremaque mittia ſancti,*
Lege, *mitia.* Illud *ſuprema* erit ſubſtantive. *Scaliger.*

2. *Rutupinus ager*] Britannia inſula. *Vinetus.*

NAMIA PVDENTILLA, adfinis. XIX.

TVque Pudentillam verbis adfare ſupremis,
Quæ famæ curam, quæ probitatis habes.
Nobilis hæc, frugi, proba, læta, pudica, decora,
Conjugium Sancti jugiter hæc habuit.
Inviolata tuens caſtæ præconia vitæ,
Rexit opes proprias, otia agente viro.

Non

Non ideo exprobrans, aut fronte obducta, marito,
  Quod gereret totam femina ſola domum.
Heu nimium juvenis, ſed læta ſuperſtite nato,
  Atque viro, patiens fata ſuprema obiit.
Vnanimis noſtræ & quondam germana Sabinæ,
  Et mihi inoffenſo nomine dicta ſoror.
Nunc etiam Manes placidos pia cura retractat:
  Atque Pudentillam [1] fantis honore colit.

1. *Fantis honore colit*] Ita vetus liber. Recte. Nam dicit ſe illam colere fantis honore. Hoc eſt funerea commemoratione, ut ipſe alibi loquitur. Nam affari manes, inquit ipſe, *funeris inſtar habet*. Sic enim ait:

Hoc ſatis & tumulis, ſatis & telluris egenis.
Voce ciere animas funeris inſtar habet. Scaliger.

1. *Fratris amore*] *Onore* ſine *h*, pro iſto *amore*, in exemplari: & *fantis* pro *fratris*. *fantis honore* legendum. Vide primum verſum, & libri hujus præfationem verſibus ſcriptam. *Vinetus.*

[1] LVCANVS TALISIVS
* [2] Curam filii. XX.

[3] NEc tantum matris ſpes unica, ephebe Taliſi,
  Conſobrine, meis immemoratus eris.

Ere-

1. *Lucanus Taliſius*] Lemma ita conceptum fuit in veteri libro: *Lucanus Taliſius* CVRA *filii*. Suſpicarer legendum: *Lucanus Taliſius levir*, *Att. filius*. hoc eſt Attuſii. Nam Attuſius Lucanus Taliſius, fuit ſocer Auſonii. Quare, ſi iſte ejus filius, erit levir Auſonii. Conſobrinum tamen ipſe vocat. quod miror. *Scaliger.*

2. *Curam filii*] Credo fuiſſe, *Lucanus Taliſius*, *Attuſii Lucani filius*. Non minus tamen probabilis Scaligeri conjectura eſt. nec obſtat, quod *Conſobrinum* vocet. Confirmat opinionem iſtam magnopere, quod ſoror ejuſdem Attuſia ſequenti carmine commemoratur, uti præcedente ſoror altera Pudentilla.

3. *Nec tantum matris ſpes unica*] Qui non fuiſti ſolius matris, verum etiam aliorum ſpes. *Vinetus.*

3. *Nec tantum matris*] Obſcura hæc, & niſi me fallit conjectura, corrupta ſunt. vitium videtur deliteſcere in *tantum*: nam *nec* cum *immemoratus* cohæret. forte:

Nec jam tu, matris ſpes unica ephebe Taliſi, &c.

Quod, quoniam coactum nimis eſt, & perdurum, vix placere poteſt. Quod tamen præſtantius ſit, non invenio. Immo lege:

Nec jam tu metrus, ſpes unica, ephebe Taliſi,
Conſobrine, meis immemoratus eris.

Liquidus ſenſus eſt, & locus commemorandi inter duas ſorores convenientiſſimus. Nec ſane video, quomodo *matris ſpes unica* dici potuerit,

 de

Ereptus primis ævi florentis in annis;
[4] Iam tamen & conjunx, jam properate pater.
Feſtinaſſe putes fatum: ne funus acerbum
[5] Duceret hoc genitor, tam cito factus avus.

de qua an vixerit, non liquet. Crediderim ego hanc jamdudum diem ſuum obiiſſe, & Auſonio non fuiſſe cognitam. Sed & filia tunc adhuc vivebat, uxor Auſonii, & ipſe adhuc pater. Quo pacto igitur *unica ſpes matris*, cui filia ſupererat, (& amant ſui ſexus ſubolem fœminæ) aut cur non & patris potius? ſi vero vixit mater, cur nulla alicubi ejus mentio in quatuor liberorum & mariti commemoratione? Cl. Grævius in pentametro aliquid ſubintelligendum putat. Sed ſi *Nec tantum matris ſpes* conjungenda ſunt in conſtructione, aperte falſum eſt quod in pentam. ſequitur, *immemoratus eris meis.* Memoratur enim. Nihil vero poteſt ſubintelligi, niſi *naniis* vel *medulis*, aut tale quid, quod ſibi quiſque ſubjiciet.

4. *Iam properate*] Propere factus pater. Vocativus pro nominativo. Qua Antiptoſi plurimis locis uſus eſt Auſonius, ut alibi monitum. Sic *millesime* pro *milleſimus*, & *trabeate* pro *trabeatus* dixit Perſius in Satyra tertia, & *macte* pro *mactus* Horatius in Sermone ſecundo libri prioris, auctore Priſciano in extremo ſeptimodecimo libro: ac ita Virgilius ſecundo Æneidos *expectate* pro *expectatus*.

--- Quibus Hector ab oris.
Expectate venis? --- Vinetus.

5. *Duceret hoc genitor*] Optimum exemplar exhibebat, *Diceret hoc genitor*.

ATTVSIA LVCANA TALISIA. [1] ERMINISCIVS REGVLVS, adfinis. XXI.

NOtitia exilis nobis Attuſia tecum,
Cumque tuo plane conjuge nulla fuit.
Verum tu noſtræ ſoror es germana Sabinæ.
Adfinis quoque tu Regule, nomen habes.
Sortitos igitur tam cara vocabula nobis,
Stringamus mœſti carminis obſequio.
Quamvis Santonica procul in tellure jacentes
Pervenit ad Manes exſequialis honos.

S E-

1. *Erminiſcius*] In antiquo codice non *Erminiſcius*, ſed *Erminuſcius* ſcribebatur. *Vinetus.*

1. Cal-

SEVERVS CENSOR IVLIANVS, conſocer. XXII.

DEſinite, ô veteres, [1] Calpurnia nomina, Frugi,
Vt proprium hoc veſtræ gentis habere decus.
Nec ſolus ſemper [2] Cenſor Cato, nec ſibi ſolus
Iuſtus Ariſtides his placeant titulis.
Nam ſapiens quicunque fuit, verumque fidemque
Qui coluit, comitem ſe tibi Cenſor agat.
Tu gravis, & comis, cum juſtitiaque remiſſus,
[3] Auſteris doctus jungere temperiem.
Tu non adſcito tibi me, nec ſanguine juncto,
Optaſti [4] noſtras conſociare domos.
Nempe aliqua in nobis morum ſimulachra tuorum
Effigies noſtri præbuit ingenii.
[5] Aut jam fortunæ ſic ſe vertigo rotabat,
Vt pondus fatis tam bona vota darent.
Si quid apud Manes ſentis, fovet hoc tibi mentem;
Quod fieri optaras, id voluiſſe Deum.

[1] PAV-

1. *Calpurnia nomina Frugi*] L. Calpurnius Piſo, quem marmora Romana, conſulem faciunt, collega Mucio Scævola, anno ab Roma condita ſexcenteſimo & viceſimo primo, quum vir eximia virtute eſſet, ac integritate, *Frugi* vulgo nominari primus cœpit: ab eoque cognominata *Frugi* fuit *Calpurnia familia.* Vult ergo Auſonius conſocerum ſuum Severum Iulianum, etiam *Frugi*, prætereaque *Cenſorii*, ac *Iuſti* cognomentis dignum videri. *Vinetus.*

2. *Cenſor Cato*] Cenſor fuit anno ab Vrbe condita quingenteſimo & ſeptuageſimo nono, ut eſt notatum in marmoribus Romæ nuper effoſſis. In qua Cenſura quomodo ſe geſſerit, & qui hominis mores fuerint, unus tibi ſatis declaraverit Titus Livius libro triceſimo nono. *Vinet.*

3. *Auſteris doctus*] Atqui hoc difficillimum eſt, teſte Cicerone eadem hæc in Bruto ſuo deprædicante. *Quid enim*, inquit in Oratore, *tam diſtans, quam à ſeveritate comitas? quis tamen umquam te aut ſanctior eſt habitus, aut dulcior?* Auctor Panegyrici ad Piſonem:

Mira ſubeſt gravitas inter fora: mirus omiſſa
Paullſper gravitate lepos.

Cornel. Nepos de Attico, cap. xv. *Itaque ejus comitas non ſine ſeveritate erat, neque gravitas ſine facilitate.*

4. *Noſtras conſociare domos*] Per liberorum noſtrorum matrimonia: ut ſic conſoceri eſſemus, ego tuorum, tu meorum ſocer. *Vinetus.*

5. *Aut jam fortuna*] Lege: *At jam fortuna.* Grævius.

[1] PAVLINVS & DRYADIA, filii Paulini, & Megentiræ ſororis filiæ. XXIII.

QVi nomen vultumque patris, Pauline, gerebas,
Amiſſi [2] ſpecimen qui genitoris eras:
Propter quem luctus [3] miſeræ decedere matris
Cœperat, [4] offerret quum tua forma patrem:
Redderet & mores, & moribus adderet illud,
Paulinus caruit quo pater, eloquium.
Eriperis lætis, & pubeſcentibus annis:
[5] Crudaque adhuc matris pectora ſollicitas.
Flemus enim raptam thalami de ſede ſororem,
Heu non maturo funere, Dryadiam,
Flemus: ego in primis, qui matris avunculus, & vos
Natorum tanquam diligo progeniem.
[6] Illa manus inter genetricis, & oſcula patris
Occidit, [7] Hiſpana tum regione procul.
Quam tener, & primo, nove flos, decerperis ævo,
Nondum purpureas cinctus ephebe genas!
Quatuor ediderat nunc facta puerpera partus:

Funera

1. *Paulinus & Dryadia*] In exemplari erat, PAVLINVS ET DIADRIA FILII PAVLINI ET MEGENTIRE SORORIS FILII. Intelligendum, de Paulino & Driadia carmen eſſe, qui parentes habuiſſent Paulinum, de quo eſt inſequens carmen, & Megentiram ſorore Auſonii genitam. *Vinetus.*

2. *Specimen*] Species & imago patris. Sic uſurpatum *ſpecimen* in extremo carmine de Dominica reſurrectione. *Idem.*

3. *Miſera decedere matris*] Forte an *matri* melius.

4. *Efferret*] *Offerret*, *o* pro *e* prima verbi littera in exemplari. Exhiberet, redderet, referret. *Vinetus.*

4. *Efferret cum tua*] Scribe ſenſu poſtulante: *offerret.* Grævius.

5. *Crudaque*] Quaſi cruenta, & recenti adhuc vulnere accepto de patre tuo mortuo mœrentia. *Vinetus.*

6. *Illa manus inter*] Quod magni ſolatii inſtar. Theagenes apud Heliodorum lib. 11. Οὐδὲ τῷ κοινῷ τῆς φύσεως νόμῳ, τὸ χαλεπώτατον, οὐδὲ ἐν χερσὶν ἀπολιπούσης τὸν βίον, ὡς ἠθελήσης. Pleni ſunt harum querelarum Poëtarum libri.

7. *Hiſpana tum regione procul*] Quum eſſet in Hiſpania procul à patria cum patre Correctore Hiſpaniæ, ut in ſequenti proximo carmine dicetur. *Vinetus.*

8. *Sit*

Funera ſed tumulis jam geminata dedit.
[1] Sit ſatis hoc, Pauline pater. diviſio facta eſt.
Debetur matri cætera progenies.

1. *Sit ſatis hoc, Pauline pater*] Tractarunt hoc argumentum plures poëtæ, ut Antipater:

Διπλόον ὠδίνασα φίλον τέκος, ἄλλο μὲν ἀνδρὶ
Εὔφρονι καλλιπόμαν, ἄλλο δ' ἄγω φθιμένοις.

Et Heraclides:

Διοσσὰ δ' ὁμοῦ τίκτουσα, τὸ μὲν λίπον ἀνδρὶ ποδηγὸν
Γήρως. τὸν δ' ἀπάγω μνημόσυνον πόσιος.

Item illa poëtæ, qui in matronam Burdigalenſem confecit Epigramma:

Λείψανα Λυκίλλης διδυματόκου ἐνθάδε κεῖται.
Ἧς μεμέριστο βρέφη. ζωὸν πατρὶ, θάτερον αὐτῇ. Scaliger.

PAVLINVS, Sororis gener. XXIV.

QVi lætum ingenium, mores qui diligit æquos,
Quique fidem ſancta cum pietate colit:
Paulini manes mecum veneratus, amicis
Inroret lacrymis, annua liba ferens.
Æquævus Pauline mihi, natamque ſororis
[1] Indeptus thalamo: ſic mihi penè gener.
[2] Stirpis Aquitanæ mater tibi. nam genitori

1. *Indeptus thalamo*] Ita lego. *Scaliger.*

2. *Stirpis Aquitanæ*] Quemadmodum duplex eſt Aſia, & Africa duplex, altera nimirum alterius pars, ita duplices Aquitani. Plinius libro quarto Naturalis hiſtoriæ. *Galliæ Aquitanicæ ſunt*, inquit, *Ambilatri, Anagnutes, Pictones, Santones liberi, Bituriges liberi cognomento Vibiſci*, Aquitani, *unde nomen provinciæ: Sediboniates*, & reliqu. Iſtos autem proprie nomen Aquitanorum uſurpantes, & minores Aquitanos, alios eſſe non video, quam quos vulgo *Aquenſes* appellamus. Tarbellorum eſt oppidum, cujus meminimus in carmen ſecundum, ὕδατα Αὔγουστα, libro ſecundo Geographicorum Ptolemæi, id eſt, *Aqua Auguſta*, in Aturi ſitum ripa, ab oceano extremum Pyrenæum alluente non plus diei itinere unius diſtans, parvum quidem illud, ſed munitiſſimum, vetuſtatem in mœnibus non parvam oſtentans. In eo medio fons eſt calidus, perpetuo fervens, aquam multam in propinquum Aturrum emittens. Ex quibus aquis calidis Latini homines, qui eas frequentabant, non dubito, quin locum illum jam tum *Aquas* appellare cœperint, ex quo Galliam Narbonenſem, quæ ab illis non plus quatridui itinere abeſt, tenuerunt, non minus ſeptuaginta annis ante quam Iulius Cæſar conſul Alpes tranſiſſet. Habet hic quidem tractus propius Pyrenæum multos alios fontes calidos, magis celebres hoc tempore, quod valetudini magis ſaniores ſentiantur: verum *Aquenſem* olim celeberrimum fuiſſe, argumento ſunt

[3] Coſſio Vaſatum, municipale genus.
[4] Scrinia præfecti meritus, [5] rationibus inde
Præpoſitus Lybicis, præmia opima capis.
[6] Nam

vetuſta ſolia marmorea: quæ in ejus margine adhuc extare meminimus in Epigramma centeſimum & octavum. Ab hac igitur civitate *Aquis*, à quocunque Auguſto ante Ptolemæum cognomen invenerit, qui Gregorio Turonenſi, aliiſque *Aquenſes* ſunt appellati, Epiſcopus, Diœceſis, & Cives, eos *Aquitanos* fuiſſe dictos arbitror, qua forma Græca Auſcitani, Emporitani, Calaguritani, Neapolitani, aliique, à ſuis urbibus dicti fuerunt. Atque ſic *ſtirpis Aquitanæ* Auſonio dictam eſſe Paulini matrem, quæ Aquenſis fuiſſet, id eſt, ex Aquis Auguſtis. Alioqui pater illius etiam Aquitanus, qui Vaſatenſis erat. Quæ vero ſunt *Aquæ* parvum oppidulum, & hinc *Aquenſes*, in agro Fuxenſi, ſupra Toloſam, prope Pyrenæum, ac trans Garumnam, Narbonenſis provinciæ erant, non Aquitaniæ. *Vinetus.*

3. *Coſſio Vaſatum*] *Vaſatum* primam ſyllabam Auſonius producit, etiam in Epicedio, & denominativi *Vaſaticæ* in epiſtola ſeptima: corripit Pontius Paulinus ad ipſum reſcribens:

Conſul harenoſas non dedignare Vaſatas.

Quare ſunt, qui natura brevem eſſe putantes, quum eam inveniunt longam, conſonantem *ſ* geminant. Sed barbarici vocabuli ſyllabam fortaſſis ancipitem eſſe juſſerunt ſui poetæ: quam ego in antiquis codicibus ſimplici ſemper conſonante, etiam quum producitur, ſcriptam reperio. Priſco nomine *Coſſio* appellabatur. Sic enim eam vocavit non ſolum Auſonius, verum etiam Claudius Ptolemæus: apud quem *Vaſates*, ſunt *ὐατούεζοι*, id eſt, *Vaſarii*: & Κόσσιον, id eſt, *Coſſium* mendoſe ſcriptum, pro Κοσσίων, hoc eſt, *Coſſio*. Quod nomen abolitum prorſus fuit, ſicut Veſunæ apud Petrocorios, Mediolani apud Santones & Ebroicos, Avarici apud Bituriges, Lutetiæ apud Pariſios, aliorumque multorum, receptis in eorum locum populi provinciæque vocabulis, mutata ſolum declinatione tertia in primam vel ſecundam. *Vazas*, nunc vulgo dicitur, parvum oppidum viginti fere jugerum, unius diei itinere à Burdigala, duorum ab Aquis Auguſtis in harenoſo ſolo. *Vinet.*

4. *Scrinia præfecti*] Præfecturam ſcriniorum. Vt *tramam figura* pro *figura trama* dixit in extremo ſatyrarum libro Perſius. Quo munere qui fungebantur, & *magiſtri*, & *Comites Scriniorum* dicebantur: & unico verbo *Scriniarii*: quod Suidas, quid eſſet, Græcis ſuis expoſitum voluit. De his Budæi annotationes plura, commentariique Andreæ Alciati, & aliorum Iuriſprudentum in libros poſteriores Codicis Iuſtiniani. *Vinetus.*

5. *Rationibus inde Præpoſitus Libycis*] Lybia, Africa eſt, & Africæ pars. Ab rationibus autem rei pecuniariæ, *Rationales* ſub Cæſaribus dicti ſunt. Ælius Lampridius de Alexandro Auguſto: *Vbi aliquos voluiſſet vel rectores provinciis dare, vel præpoſitos facere, vel procuratores, id eſt rationales, ordinare, nomina eorum proponebat.* Iulius Capitolinus in Maximino ſeniore: *Erat fiſci procurator in Lybia, qui omnes, Maximini ſtudio, ſpoliaverat. Hic per ruſticanam plebem, deinde & quoſdam milites interemptus eſt. Sed quum per eos, qui rationalem in honorem Maximini defendebant, viderent auctores cædis ejus*, &c. Fabius Vopiſcus: *Fuit ſub Aureliano etiam monetariorum bellum, Feliciſſimo rationali auctore.* Et paulo poſt ex Epiſtola ejuſdem principis ad Vlpium:

Mone-

[6] Nam Correcturæ tibi Tarraco Hibera tribunal
Præbuit, adfectans [7] eſſe clienta tibi.
Tu ſocrum pro matre colens, adfinis haberi
Non poteras, nati cum fruerere loco.
Inter concordes vixiſti fidus amicos,
Duodeviginti functus Olympiadas.

Monetarii, auctore Feliciſſimo, ultimo ſervorum, cui procurationem fiſci mandaveram, rebelles ſpiritus extulerunt. Eſt libro primo Digeſtorum Iuſtiniani caput, *de officio Procuratoris Cæſaris vel Rationalis.* Ex quibus locis eundem eſſe dicas, rationalem, procuratorem fiſci, & procuratorem Cæſaris. Sed de his plura Budæus, Alciatus, Cujacius, & alii. *Vinetus.*

6 *Nam Correctura*] Hermogenianus libro primo Digeſtorum Iuſtiniani, titulo de Officio Præſidis: *Ex omnibus cauſis, de quibus vel præfectus urbi, vel præfectus prætorio, itemque conſules, & prætores, ceterique Romæ cognoſcunt, Correctorum, & Præſidum provinciarum eſt notio.* Papinianus eodem titulo: *Legatus Cæſaris, id eſt, Præſes vel Corrector provinciæ, abdicando ſe, non amittit imperium.* Sextus Victor de Aureliano Auguſto: *Hic Tetricum, qui Imperator ab exercitu in Galliis effectus fuerat, Correctorem Lucaniæ provexit, aſpergens hominem eleganti joco, Sublimius habendum, regere aliquam Italiæ partem, quam trans Alpes regnare.* Trebellius Pollio de eodem: *Pudore tamen victus vir nimium ſeverus, eum, quem triumphaverat, Correctorem totius Italiæ fecit, id eſt, Campaniæ, Samnii, Lucaniæ, Bruttiorum, Apuliæ, Calabriæ, Etruriæ atque Vmbriæ, Piceni & Flaminiæ, omniſque annonariæ regionis.* Caſſiodorus libro tertio variarum, litteras ponit Theodorici ad Venantium *Correctorem* Lucaniæ & Bruttiorum: Iſtorum autem Correctorum quodcunque munus quondam fuerit, habent hodieque Hiſpanienſes provinciæ hujus nominis magiſtratus. *Vinetus.*

7. *Eſſe clienta tibi*] Parere tibi. Regi abs te, & corrigi. *Idem.*

ÆMILIA DRYADIA,
Matertera. XXV.

[1] TE quoque Dryadiam materteram,
Flebilibus modulis,
Germana genitus, prope filius,
Ore pio veneror.
Quam thalamo, tædiſque jugalibus
Invida mors rapuit:
Mutavitque thorum feretri vice
Exequialis honor.

Diſce-

1. *Te quoque Dryadiam materteram*] Ita vetus liber. *Scaliger.*

1. *Commo-*

Diſcebas in me, matertera,
Mater uti fieres.
Vnde modo hoc mœſtum tibi defero
Filius officium.

IVLIA CATAPHRONIA, amita. XXVI.

QVin & funereis amitam impartire querelis
Muſa Cataphroniam.
Innuba devotæ quæ virginitatis amorem,
Parcaque anus coluit.
Et mihi quod potuit, quamvis de paupere ſumma,
Mater uti, adtribuit.
Ergo [1] commemorata, Ave: mœſtumque vocata
Pro genetrice, Vale.

1. *Commemorata, Ave*] Sine ſynalœpha hoc. *Vinetus.*

IVLIA VENERIA, Amita. XXVII.

ET amita Veneria [1] properiter obiit.
Cui brevia mela modifica recino.
[2] Cinis uti placidula ſupera vigeat,
Celeripes & adeat loca tacita Erebi.

IVLIA

1. *Properiter*] De morte præpropeгantes, & citos, brevibus natura cunctis prope ſyllabis, factos verſus, ſi librarii non corrupiſſent, proceleuſmatica metra agnoſceres, ſic metiens:

Et amita, Veneria, properiter, obiit.

Vel Pyrrhichiaca, ad hunc modum:

Et a, mita, Vene, ria, pro pe, riter, obi, it. Vinet.

2. *Cinis uti*] Hos Pyrrichicos ita reconcinnato:

Cinis uti placidula ſupera vigeat,
Loca tacita celeripes adeat Erebi.

Ex veterum ſuperſtitione, qui putabant non aliter cineres poſſe quieſcere, quam ſi umbra ab Erebo non ſummoveretur. Idque tunc putabant accidere, cum ſuprema omnia perfecta erant. Dixit autem *cinis ſupera* feminino genere, ut Catullus, Calvus, Propertius, Virgilius in Ciri, alii. *Scaliger.*

IVLIA [1] IDALIA, Conſobrina. XXVIII.

PArva etiam fuit Idalia.
Nomine prædita quæ Paphiæ,
Et ſpeciem meruit Veneris.
Quæ genita eſt, mihi penè ſoror.
Filia nam fuit hæc amitæ.
Quam celebrat ſub honore pio
Nænia, carmine funereo.

1. *Idalia*] Idalium, oppidum, & nemus inſulæ Cypri, deæ Veneri ſacrum. Vnde ipſa *Idalia* in extremo quincto Æneidos: ſicut & *Paphia* à Papho ejuſdem inſulæ urbe, eſt dicta, ubi colebatur. *Vinetus.*

ÆMILIA MELANIA, Soror. XXIX.

[1] ÆMilia hos, vix nota mihi ſoror, accipe queſtus,
Debent quos cineri mœſta Elegea tuo.
Conjunxit noſtras æquæva infantia cunas:
Vno quamvis tu conſule major eras.
Invida ſed nimium Lacheſis [2] properata peregit
Tempora: & ad Manes funera acerba dedit.
Præmiſſa ergo vale; Maneſque verere parentum,
Qui majore ævo, [3] quique minore venit.

POM-

1. *Æmilia hos vix nota*] Ita concinnius puto fore. In ſequenti verſu recte, meo judicio, vetus liber habebat, *Debent*, non *Debet*. Vt ſint τὰ ἐλεγεῖα. Ita in Epigrammatis:

Hermiones zona textum elegion erat.

Scaliger.

1. *Æmilia hos vix nota*] Sic Lugdunenſes, quod erat, *Emiliamixnota*. Si legas, *Æmilia vix nota*, *Æmilia* brevem producet, ut ſupra Driadia. *Debent* autem habebat exemplar, non *debet*. *Elegêa* namque plurale eſſe poteſt: quum etiam τὸ ἐλεγεῖον dicant Græci, ut in Epigrammate nonageſimo quarto. *Vinetus.*

2. *Properata peregit Tempora*] Hæc prima liberorum Iulii Auſonii, infans, & adhuc lactens, & ſic Auſonio vix nota, mortem obiit: ut eſt in Patris epicedio. *Vinet.*

3. *Quique minore venit*] Tertia perſona *venit*, in exemplari, hoc ſenſu: Qui ex parentibus noſtris venit tardius, ad te, & qui celerius. *Idem.*

1. *Cen-*

POMPONIA VRBICA, Conſocrus, uxor Iuliani Cenſoris. xxx.

VT generis clari, veterum ſic femina morum
Vrbica, [1] Cenſoris nobilitata thoro,
Ingenitis pollens virtutibus, auctaque & illis
Quas docuit conjux, quas pater, & genetrix:
Quas habuit [2] Tanaquil, quas [3] Pythagorêa Theano,
[4] Quæque ſine exemplo eſt in nece functa viri.
Et tibi ſi fatum ſic permutare dediſſet,
Viveret hoc noſtro tempore Cenſor adhuc.
Sed neque tu viduo longum cruciata ſub ævo,
Protinus optato fine ſecuta virum.
Annua nunc mœſtis ferimus tibi juſta querelis,
[5] Cum genero & natis conſocer Auſonius.

1. *Cenſoris*] Severi Cenſoris Iuliani, carmine viceſimo ſecundo defleti. *Vinetus.*

2. *Tanaquil*] Priſci Tarquinii Romanorum regis uxor *Tanaquil* perſpicaci fuit, ſollertique ingenio, ut Plutarchus de fortuna Romanorum, Livius libro primo, aliique ſcripſerunt. Quo tamen nomine quum Pontii Paulini uxorem appellaſſet Auſonius, reſcripſit Paulinus:

— nec Tanaquil mihi, ſed Lucretia conjux. Vinetus.

3. *Pythagorea Theano*] Hæc ſive uxor Pythagoræ fuit, ſive diſcipula tantum, ut Diogenes Laërtius incertum tradit, multa ſcripſerat, auctore Suida, ex quibus pauculas epiſtolas una cum ipſius Diogenis ſcriptis, edidit Henricus Stephanus. Hanc *Theano* inter illos Cenſorinus enumerat, qui mulierem ſeptimo menſe parere poſſe affirmarunt. *Vinet.*

4. *Qua ſine exemplo eſt in nece functa viri*] Nullum erat verbum in exemplari. Arriam, puto, ſignificat: de qua Martialis tetraſtichon lib. 1.

Caſta ſuo gladium quum traderet Arria Pato,
Quem de viſceribus traxerat ipſa ſuis,
Siqua fides, Vulnus, quod feci, non dolet, inquit,
Sed tu quod facies, hoc mihi, Pate, dolet.

Dio libro quinquageſimo octavo, & Plinius libri tertii epiſtola ſextadecima. *Idem.*

4. *Quæque ſine exemplo*] Errat Vinetus, quum Arriam ſignificari putat. Alceſtis ea eſt. Liquet, quia mox, *Et tibi ſi fatum*, &c. Id eſt, ſi ea item Pomponiæ conditio fuiſſet lata, quæ Alceſtidi, ut ſua morte mariti vitam redimere potuiſſet, viveret etiam nunc Cenſor ejus maritus.

5. *Cum genero*] Gener meus eſt, meæ filiæ maritus: & filii mei uxor, Nurus mea: Socer vero ego tam mei generi, quam meæ nurus: uxorque mea, Socrus amborum. Hinc Conſocer, & Conſocrus apud Suetonium, Auſonium, & Theophilum: Conſocerique dicti, quorum alterius filiam filius alterius duxit: ac ſimiliter Conſocrus. *Vinetus.*

AVSONII POETÆ

Avus maternus, ---	Cæcilius Argicius Arborius, *carmine* XV *Parentalium*, *&* XVI *de Profeſſoribus.*
Avia materna, -- --	Æmilia Corinthia Maura, *carmine* V *Parentalium.*
Pater, -- -- -- --	Iulius Auſonius medicus, *carmine* I *Parental. & Edyllio* XXX.
Mater, -- -- -- --	Æmilia Æonia, *carmine* II *Parentalium.*
Patrui, -- -- -- --	Claudius Contentus, *&* Iulius Calippio, *carmine* VII *Parental.*
Amitæ, -- -- -- --	Iulia Cataphronia, *carmine* XXVI *Parental.* Iulia Veneria, *carmine* XXVII *Parental.*
Avunculus, --- --	Æmilius Magnus Arborius, *carmine* III *Parental. &* XVI *de Profeſſorib.*
Materteræ, --- --	Æmilia Hilaria, *carmine* VI *Parentalium.* Æmilia Dryadia, *carmine* XXV *Parentalium.*
Frater, -- -- -- --	Avitianus, *carmine* XIII *Parental.*
Sorores, --- -- --	Iulia Dryadia, *carmine* XII *Parental.* Æmilia Melania, *fratri vix cognita, carmine* XXIX *Parental.*
Conſobrinus, ---	Lucanus Taliſius, *carmine* XX *Parental.*
Conſobrina, -- --	Iulia Idalia, *carmine* XXVIII *Parental.*
Socer, -- -- -- --	Attuſius Lucanus Taliſius, *carmine* VIII *Parental.*
Vxor, -- -- -- --	Attuſia Lucana Sabina, *carmine* IX *Parental.*
Vxoris ſorores, ---	Namia Pudentilla, *carmine* XIX *Parental.* Attuſia Lucana Taliſia, *carmine* XXI *Parental.*
Vxoris frater, -- --	Attuſius Lucanus Taliſius fil. *carmine* XX *Parental.*
Affines, -- -- -- --	Pomponius Maximus, *carmine* XV *Parental.* Erminuſcius Regulus, *carmine* XXI *Parental.* Fl. Sanctus, *carmine* XVIII *Parental.*
Conſocer, -- -- --	Severus Cenſor Iulianus, *carmine* XXII *Parental.*
Conſocrus, --- ---	Pomponia Vrbica, *carmine* ult. *Parental.*
Sororis gener, ---	Paulinus, *carmine* XXIV *Parental.*
Sororis nepotes, --	Paulinus & Dryadia, *carmine* XXIII *Parental.*
Filii, -- -- -- --	Auſonius, *carmine* X *Parental.* Heſperius, *carmine* XI *Parental.*
Nepotes	ex Heſperio filio, Paſtor & duo alii, *carmine* XI *Parental.* ex filia, Auſonius, *in Protreptico & Genethliaco.* ex ſorore. -- -- Arborius, *carmine* XVI *Parental.*; Pomponius Maximus Herculanus, *carmine* XVII *Parental. &* XI *de Profeſſorib.*
Neptis ex ſorore, --	Megentira, *carmine* XXIII *Parental. &* Neptis nepotis uxor, Veria Liceria, *carmine* XVI.
Gener, -- -- -- --	Val. Latinus Euromius, *carmine* XIV *Parental.* Vinet.

COM-

[1] COMMEMORATIO PROFESSORVM BVRDIGALENSIVM.

PRÆFATIO.

[2] VOs etiam, quos nulla mihi cognatio junxit,
Sed fama, & caræ relligio patriæ,
Et ſtudium in libris, & ſedula cura docendi,
Commemorabo, viros [3] morte obita celebres.
Fors erit, ut noſtros Manes ſic adſerat olim,
Exemplo cupiet qui pius eſſe meo.

[1] TIBE-

1. *Commemoratio Profeſſorum Burdigalenſium*] Hunc indicem Auſonium huic libello præfixiſſe mihi perſuadere non poſſum. Sumtus eſt ex præfatione Epitaphiorum Heroum. Quoniam Parentalia continet ut liber prior, exiſtimo hunc fuiſſe Parentalium librum II. ſubnectitur enim priori, ut ipſum docet initium:

Vos etiam, quos nulla mihi cognatio junxit
Sed fama & cara religio patria.

& quæ ſequuntur. Tertium Parentalium librum faciunt Epitaphia Heroum. Oſtendit præfatio: *Ad rem pertinere exiſtimavi, ut vel vanum opuſculum materia congruentis abſolverem: & libello, qui commemorationem habet eorum, qui vel peregrini Burdigala, vel qui Burdigalenſes peregre docuerunt, epitaphia ſubnecterem, ſcilicet titulos ſepulchrales Heroum, qui bello Trojano interfuerunt.* Grævius.

2. *Vos etiam*] Auſonius quum univerſæ ſuæ genti parentaſſet, ſimili pietate vir doctiſſimus ſtudioſiſſimuſque litterarum, ac Profeſſor olim, Profeſſoribus Burdigalenſibus ſibi duxit parentandam, hoc eſt, illos ſibi commemorandum, celebrandúmque carminibus mortuos, quos Burdigalæ litteras profitentes vidiſſet, ſive cives illi eſſent, ſive peregrini, & eos etiam ex civibus, qui non in patria ſed peregre docuiſſent, quemadmodum ipſe meminit in præfatione in Heroum Epitaphia. *Vinetus.*

3. *Morte obita*] Ita in Coronide ac alibi, & ſic Gellius libro quinctodecimo, Ciceroque pro Seſtio: *Quos morte obita poſitos in illo loco videtis.* Et Virgilius decimo Æneidos:

Morte obita quales fama eſt volitare figuras. Vinet.

1. *Tibe-*

[1] TIBERIVS VICTOR MINERVIVS, Orator. I.

PRimus Burdigalæ columen dicêre, Minervi,
Alter Rhetoricæ Quintiliane togæ.
Illuſtres quondam quo præceptore fuerunt
Conſtantinopolis, Roma, dehinc patria,
Non equidem certans cum majeſtate duarum;
Solo ſed potior nomine, quod patria.
Adſerat uſque licet [2] Fabium Calagurris alumnum:
Non ſit Burdigalæ dum cathedra inferior.
[3] Mille foro dedit hæc juvenes; bis mille ſenatus
Adjecit numero, purpureiſque togis:
[4] Me quoque. ſed quoniam multa eſt prætexta, ſilebo:
Teque canam de te, non ab honore meo.
Sive [5] Panegyricos placeat [6] contendere libros,
[7] In Panathenaicis tu numerandus eris.

Seu

1. *Tiberius Victor*] Tiberius hic Victor Minervius, Auſonii præceptor, filium habet Alethium Minervium ſexto carmine. Ceterum quum Euſebius in Chronicis, aut Hieronymus potius Euſebii interpres, Minervium tantum nominat apud annum à Chriſto nato, ut putatur, trecenteſimum & quadrageſinum nonum, his verbis, *Minervius Burdigalenſis, Rhetor, Romæ florentiſſimo docet*, patrem Minervium accipito ex ſexto carmine. *Vinetus.*

2. *Fabium Calagurris*] De Calagurri in Epiſtolam Auſonii viceſimam quinctam. *Vinet.*

3. *Mille foro dedit hæc juvenes*] Optimus liber, *hic.* quod forte melius, ut de Tiberio accipiatur.

4. *Me quoque. ſed quoniam multa*] Non placet τὸ *multa.* Forte melius, *quoniam nota eſt.* Gronovius.

5. *Panegyricos libros*] Ut *Panathenaicum* Iſocratis librum dixit Cicero in Catone majore. Quum nihil alioqui interſit inter *Panegyricum*, & *Panathenaicum*, niſi quantum inter genus & formam. Laudationes erant in concione, vel ſuaſiones. *Vinetus.*

6. *Contendere libros*] Dura locutio, *contendere libros*, niſi *contendere* pro conferre & comparare ſumas. Si res mei foret arbitrii, ſcriberem:

Sive Panegyricis placeat contendere libris.

uti Statius lib. 1 Sylvarum:

Seu tibi Pindaricis animus contendere plectris.

7. *In Panathenaicis*] Nullam quippe dedit Iſocrates orationem, in qua tam aperte, ac tanto cum ſtudio, omnes ingenii ſui vires exſeruerit, ac omnem artis Oratoriæ ornatum adhibuerit. Cicero, ubi pleraque ornamenta, quæ genus demonſtrativum admittit, in Oratore expoſuit,

Seu libeat [8] fictas ludorum evolvere lites,
Ancipitem palmam Quintilianus habet.
Dicendi [9] torrens tibi copia: quæ tamen aurum,
Non etiam luteam volveret illuviem.
Et Demoſthenicum, [10] quod ter primum ille vocavit,
In te ſic viguit, cedat ut ipſe tibi.
Anne & divini bona naturalia doni
Adjiciam, [11] memori quam fueris animo?
[12] Audita ut, vel lecta ſemel, ceu fixa teneres:
Auribus & libris eſſet ut una fides?
[13] Vidimus & quondam tabulæ certamine longo,

Omnes

addit: *In Panathenaïco autem Iſocrates ea ſtudioſe conſectatum fatetur. non enim ad judiciorum certamen, ſed ad voluptatem aurium ſcripſerat.* Quo loco *ſtudio ſe* diviſim legendum exiſtimo.

8. *Fictas lites*] *Falſas lites* in epiſtola ad Axium Paulum Rhetorem. Declamationes, quales extant, quæ feruntur Quinctiliani. *Vinetus.*

8. *Seu libeat fictas*] Auctor Paneg. ad Piſonem:

— ſi quando judice feſſo
Turbida prolatis tacuerunt jurgia rebus:
Tunc etenim levibus veluti proludit in armis,
Compoſitiſque ſuas exercet litibus artes.

Vbi *compoſita lites*, quæ noſtro *ficta*. Adeantur porro Commentatores ad Petronium.

9. *Torrens*] Acris, & vehemens, ut *ſermonem promptum*, & *Iſao torrentiorem* dixit Iuvenalis libro primo. Cicero libro ſecundo de finibus. *Quum enim fertur quaſi torrens oratio, quamvis multa cujuſque modi rapiat, nihil tamen teneas, nihil apprehendas, nuſquam orationem rapidam coërceas.* Vinetus. vid. quæ Horat. de Lucilio.

10. *Quod ter primum*] Cicero tertio de Oratore, & in Bruto, ac Quinctilianus libro undecimo ſcribunt Demoſthenem interrogatum, quid primum eſſet in toto dicendi opere, *Actionem* reſpondiſſe. Quid ſecundum? *Actionem.* Quid tertium? *Actionem* eandem. *Vinet.*

11. *Memori quam fueris animo*] Quam excellenti memoria fueris. Notandum autem *fueris*, ultima longa: qualia obſervarunt nonnulla apud alios poëtas Grammatici. *Vin.*

12. *Audita ut, vel lecta*] *Aut*, pro *ut*, hic fuit. Sed *ut* omnino legendum: quod Lugdunenſes reſtituerunt. Ea fuiſti memoria, ut etiam ſemel audita vel lecta, facillime perciperes, contineresque. Sed vide memoriarum miracula multa apud Quinctilianum libro undecimo, Solinum, Plinium, Senecam in proœmio controverſiarum, & Ciceronem. *Idem.*

13. *Vidimus & quondam*] Diceres Auſonium hoc confinxiſſe de ſuo Minervio, ex eo, quod de Publio Mucio Scævola juriſconſulto refert Quinctilianus libro undecimo, de memoria agens. *Id.*

13. *Vidimus & quondam tabula*] Intereſſe non crediderim inter *turriculam* & *fritillum*, quibus veteres utebantur in teſſeris, luſoriiſque tabulis, nec noſtri Grammatici inter iſta diſtinguunt, neque internoſcendi ullam afferunt notam. Mihi autem videtur

Omnes qui fuerant, enumeraſſe [14] bolos;
Alternis vicibus quos præcipitante rotatu
[15] Fundunt exciſi per cava buxa gradus:
Narrantem fido per ſingula puncta recurſu,
Quæ data, per longas quæ revocata moras.
Nullo felle tibi mens livida, tum ſale multo
Lingua dicax, blandis & ſine lite jocis.
Menſa nitens: quam non cenſoria regula culpet:
Nec nolit Frugi Piſo vocare ſuam.
[16] Nonnunquam pollens natalibus, & dape feſta:
Non tamen anguſtas ut tenuaret opes.
[17] Quam-

detur fritillus, vaſculum buxeum longum & teres fuiſſe, è quo mitterentur teſſeræ vel tali in tabulam. Id ex eo apparet, quod apud Senecam condemnatur Claudius *alea ludere pertuſo fritillo*: Sic enim fruſtra talos colligebat, cum ſemper caderent nullo retenti fundo. Verba ſunt Senecæ de morte Claudii: *Tum Æacus jubet eum alea ludere pertuſo fritillo: & jam cœperat fugientes teſſeras quærere & nihil proficere:*

Nam quoties miſſurus erat, reſonante fritillo,
Utraque ſubducto fugiebat teſſera fundo.

Idem & *pyrgus* ſive *turricula* erat, ut è Martiale conſtat lib. XIV epigr. XVI.

Quærit compoſitos manus improba mittere talos
Si ſpes me miſit, nil niſi vota facit.

Nam vaſculum illud oblongum, & teres imaginem & effigiem rotundæ turriculæ præbebat. Ne igitur improba fallacique manu bolos quos vellent aleatores veterani jactarent, alioſque fallerent, excogitatum fuerat ad fraudem tollendam, ut per pyrgum mitterentur tali: intus autem pyrgus excavatus erat gradatim, exſculptuſque, ut agitati, concuſſique tali, in graduum offendentes ſupercilia, volutarentur, incertiorque jactus eſſet. Bolos porro in eo ludo vel dabant, vel reducebant: unde & hodie teſſerarum ludus, *datorum ludus* vocari ſolet: quod idem in duodecim ſcriptorum ludo, vel calculorum fiebat. Cicero in Hortenſio: *Itaque tibi concedam, quod in XII ſcriptis ſolemus, ut calculum reducas, ſi te alicujus dati pœnitet.* Qui enim calculum movit, & in aliqua ſede, lineave collocavit, dedit: qui ſi ſe male collocaſſe putat, reducit calculum. *Turnebus.*

14. *Bolos*] Βόλους jactus teſſerarum. *Vinetus.*

15. *Fundunt exciſi*] Hinc de gradillis illis, qui intus exſcalpti erant, in Epigrammate Agathiæ Scholaſtici ſcriptum,

Πύργου δ' ἐυεργέος κλίμαξι κοιλομένων.

Et apud Sidonium: *Teſſera frequens eboratu reſultatura pyrgorum gradibus.* In lemmate Epigrammatis Agathiæ jam a nobis citati, perperam excuſum eſt, *εἰς τὰ λυτὰ Ζήνωνος τοῦ βασιλέως.* Legendum enim, *εἰς ταῦλαν Ζήνωνος.* ταῦλα, ſeu τάβλα, Latinum eſt, hoc eſt, Tabula luſoria. *Scaliger.*

16. *Nonnunquam pollens*] Interdum menſa tua exquiſitioribus cibis exſtructa, natali ſcilicet tuo die, feſtoque aliquo. *Vinetus.*

[17] Quamquã hæredis egens, bis ſex quinquennia functus,
Fletus es à nobis, ut pater, & juvenis.
Et nunc, ſive aliquid poſt fata extrema ſuperſit,
Vivis adhuc, ævi [18] quod periit meminens:
Sive nihil ſupereſt, nec habent [19] longa otia ſenſus,
Tu tibi vixiſti: nos tua fama juvat.

17. *Tanquam hæredis egens*] Scripſit noſter: *Quanquam hæredis egens*. Licet non habueris liberos, & ſexageſimo ætatis anno vita abieris, tamen à nobis deſletus es, ac ſi pater ac juvenis fuiſſes. Frequens autem hæc primæ in verſu litteræ in ſcriptis Codicibus depravatio, quod ſæpe majuſculis characteribus ſcriberentur, in queis error perfacilis. Nec deſunt exempla. Sic apud Virgil. in Ceiri ℣. 130. legendum eſt:

Nec fuerat: niſi Scylla novo correpta furore,
Scylla patris miſeri patriaque inventa ſepulchrum,
Minoem cupidis ſi non inhiaſſet ocellis.

Pro *ô nimium cupidis*, uti in vulgatis. Doctis illam repetitionem *niſi ſinon* facile approbem. Et in Laureæ Tulli Epigrammate in Varronem, ſcribendum & diſtinguendum:

Fundum Varro vocat, quem poſſim mittere funda.
Si tamen exciderit, qua cava funda patet,
Extractam puteo ſitulam cum ponit in horto,
Vlterius ſtandi non habet ille locum.

In editis male, *Ni tamen excid.* Vnde & Varronis de fundo etymologia, hactenus manca, ſupplenda videtur: *Fundus dictus, aut quod funda poſſis mittere, aut quod fundat quotannis multa.*

17. *Quamquam hæredis egens*] Ita & de Antonino Pio Capitolinus: *Periit anno ſeptuageſimo: ſed quaſi adoleſcens deſideratus eſt.*

18. *Quod ſupereſt, meminens*] Ita vetus liber: Antiquitus enim dictum. Quod & à veteribus Grammaticis annotatur. Eo utitur aliquando Sidonius. ut Epiſtol. XII. lib. III. *Scaliger.*

18. *Ævi quod periit meminens*] Memor vitæ hic anteactæ. *Memorans*, pro *meminens*, qui hic ediderunt, ii fortaſſe non meminerant hoc à *memini* participium legiſſe apud Sergium, & Priſcianum libro undecimo: quo & Sidonius non ſemel uſus eſt poſt Auſonium. *Vinetus.*

19. *Longa otia*] Mors, quam ſomnum, & ſoporem perpetuum Horatius, aliique vocant. *Idem.*

[1] LATINVS ALCIMVS ALETHIVS, Rhetor. II.

NEc me nepotes impii ſilentii
Reum ciebunt, Alcime.

[2] Minuſ-

1. *Latinus Alcimus*] Hujus meminit Sidonius epiſtola X. lib. V. Ex quo cognoſcimus iſtum Alcimum ex Sonnicis fuiſſe, qui Nitiobrigibus vicini fuerunt. *Scaliger.*

1. *Lat. Alcim.*] *Alcimus & Delphidius rheto-*

[2] Minuſque dignum, non & oblitum ferent
Tuæ miniſtrum memoriæ.
Opponit unum quem viris prioribus
Ætas recentis temporis.
Palmæ forenſis, & Camœnarum decus,
Exemplar unum in literis:
Quas aut Athenis docta coluit Græcia,
Aut Roma per Latium colit.
[3] Moreſne fabor, & tenorem regulæ,
Aduſque vitæ terminum,
Quod laude clarus, quod paratus literis,
Omnem refugiſti ambitum?
Te nemo gravior, vel fuit comis magis,
Aut liberalis indigis,

Dan-

rhetores, in Aquitania florentiſſime docent. Hæc ita in Hieronymi Chronicis ad annum Chriſti trecenteſimum & ſexageſimum de duobus Burdigalenſibus rhetoribus, quorum etiam amborum meminit Sidonius Apollinaris in epiſtola decima, libri quincti: ſed ſolius *Alcimi* in epiſtola undecima libri octavi. Vbi patriam fuiſſe illi ſcribit Nitiobriges, vel Sonnicos. Qui ſunt Nitiobriges quidem non alii apud Cæſarem, Strabonem, Ptolemæum, quam qui hodie à ſua metropoli Aginno, Ptolemæo cognita, Aginnenſes vulgo vocitantur. Sonnici vero mihi incogniti, quicunque fuerunt Sidonio, non magno intervallo disjuncti ab Aginno, ut arbitror. *Vinetus.*

2. *Munuſque*] *Minuſque i* pro *u* reperi in exemplari, hoc ſenſu & ordine. Nepotes & poſteri noſtri, ô Alcime, poterunt illi quidem dicere me non ſatis dignum, qui laudes tanti viri, & memoriam pro merito celebrem, ſed hoc dicere non poterunt, me tui eſſe oblitum in commemoratione Burdigalenſium Profeſſorum. *Idem.*

2. *Munuſque dignum*] Vnde, quæſo, pendet *munuſque dignum*, aut quis ei hic locus? Scribendum:

Minuſque dignum, non & oblitum ferent
Tuæ miniſtrum memoriæ.

Poſteri, inquit, dicent me præconem eſſe laudum tuarum, ſed minus dignum, qui meliorem merebaris, teſtabunturque me officii tibi debiti non eſſe oblitum. Inferius id ipſum repetit:

Ignoſce noſtri læſus obſequio ſtyli,
Amoris hoc crimen tui eſt.
Quod digna nequiens promere officium colo,
Injurioſe ſedulus.

Nemo, puto, dubitabit de hac emendatione. *Gravius.*

3. *Moreſne fabor*] Falſam nobis, & adulterinam monetam cuderunt in illo verſu:

Mirerne formam, & tenorem regulæ.

Quia ſcilicet non poterant aſſequi veterem hanc ſcripturam: *Moreſne fauor.* Quod ſcriptum eſt pro *fabor*, ſolenni illo librariorum errore. *Scaliger.*

3. *Moreſne fabor*] Sic fuit in exemplari,

Danda ſalute, ſi forum res poſceret ;
Studio docendi, ſi ſcholam.
Vivent per omnem poſterorum memoriam ,
[4] Quos tu ſacræ famæ dabas.
Et Iulianum tu magis famæ dabis ,
Quam ſceptra, [5] quæ tenuit brevi.
[6] Salluſtio plus conferent libri tui ,
Quam conſulatus addidit.
Morum tuorum, decoris, & facundiæ
Formam dediſti filiis.
Ignoſce, noſtri læſus obſequio ſtili.
Amoris hoc crimen tui eſt ,
Quod digna nequiens promere, officium colo ,
Injurioſe ſedulus.
Quieſce placidus, & caduci corporis
Damnum repende gloria.

L V-

plari, & non, *miretne formam.* Vinetus.

4. *Sacrata fama das*] *Sacra fama dabas*, Goropius, ut monuit Pulmannus. *Vinetus.*

4. *Quos tu ſacra fama*] Fama cur ſacra? Puto Auſonium ſcripſiſſe:

Quos tu ſacros fama dabas,

hoc eſt, conſecrabas famæ. *Gravius.*

5. *Quæ tenuit brevi*] Iulianus patrueli ſuo Imperatori Conſtantio menſes non ſupervixit plenos novem Auguſtus: ut ſubtilius computavimus in breviarium Eutropii: occiſuſque fuit à Perſis anno Chriſti trecenteſimo ſexageſimo ſexto, ætatis triceſimo ſecundo: ut eſt apud Euſebium & Eutropium. *Vinetus.*

6. *Salluſtio plus conferent*] Ita recte vetus: Hiſtoriam, ut hinc conjicimus, ſuorum temporum, hoc eſt, Claudii Iuliani Imper. conſcripſerat Latinus Alcimus. Iulianus vero. Conſulatu ſuo quarto collegam habuit Salluſtium, ad quem extant ipſius Iuliani Epiſtolæ. Cum igitur geſta Iuliani in commentarios referret, non eſt credibile Salluſtium conſulem, cum prætcriiſſe. Id quod aperte innuit Auſonius. *Scaliger.*

6. *Salluſtio plus conferent*] Sic fuit in exemplari. Fuit quidam Secundus Salluſtius, cujus meminit Ammianus Marcellinus in principio libri viceſimi ſecundi: ac in principio viceſimi tertii dicit præfectum Galliarum fuiſſe, & conſulatum geſſiſſe cum Iuliano Cæſare quartum Conſule. Poteſt igitur Alcimus, quum rerum ab Iuliano geſtarum hiſtoriam ſcripſit, ea ſimul de Secundo Salluſtio viro conſulari ſcripſiſſe, quæ Salluſtio plus gloriæ afferrent, quam conſulatus cum maximo principe geſtus. *Plus conferent libri tui.* Ita credebat Auſonius, doctiſſimi viri ſcripta nunquam interitura: quæ omnia interciderunt. Aliorum enim ſunt Alcimorum, quæ ſcripta extant. *Vinetus.*

1. *Rheto-*

LVCIOLVS, Rhetor. III.

[1] RHetora Luciolum condiſcipulum, atque magiſtrum,
Collegamque dehinc, nænia mœſta refer:
Facundum, doctumque virum, [2] ſeu lege metrorum
Condita, ſeu proſis ſolveret orſa modis.
[3] Eripuit patri Lacheſis quem funere acerbo,
Linquentem natos [4] ſexui utroque duos.

Nequa-

1. *Rhetora Luciolum cum diſcipulo*] Quid hîc iſtud *cum diſcipulo?* Pro eo *condiſcipulum* lego: ut dicat Auſonius Luciolum ſe habuiſſe condiſcipulum primum, quum ambo eundem audirent profeſſorem: deinde magiſtrum & præceptorem, quum grandior doctiorque Luciolus jam docere cœpiſſet: ac poſtremo collegam, quum & Auſonius ipſe non multo poſt Luciolum, profiteri cœpiſſet eruditus & jam grandis, in eadem Burdigalenſi Schola. *Vinetus.*

2. — *ſeu lege metrorum*
Condita, ſeu proſis ſolveret orſa modis.] Quid ſit *ſolvere condita orſa proſis modis*, fateor me non capere. Corrupta enim ſunt, ſed quæ facile mecum reſtitues, ſi correxeris:

---- *ſeu lege metrorum*
Condita, ſeu proſis ſolveret ora modis.

Seu lege metrorum condita, hoc eſt, ſeu Carmina recitaret. *Condere* enim *carmen* tritiſſimum loquendi genus eſt: Seu uteretur oratione proſa. *Solvere* & *reſolvere ora*, pro *loqui*, poetis & ipſum valde frequens eſt. *Gravius.*

2. *Proſis modis*] Vtrumque recte dici, & *proſis* & *prorſis* docet alibi Scaliger, & magnus ille Voſſius pater in Etymologico ſuo, ad quod te remitto.

2. *Solveret orſa*] Notaverat Scaliger in margine, *ora.* Sed quid tunc fiet præcedenti *condita?* quid quod carmine XVI.

Et tibi Latiis poſthabite orſis
Vrbice Grajis celebris, carmen ſic
ἰλελίσω.

Et *ordiri* verbum poëtarum eſt. Silius:

Ordior arma, quibus cælo ſe gloria tollit
Æneadum.

Virgilius in Culice:

Atque ut araneoli tenuem formavimus orſum.

Noſter in Protreptico ad Nepotem: *& amabilis orſa Menandri.* *Ora* vero *condita* hic non dicuntur, ſed *carmina:* ut carm. XIII Profeſſor.

Carminibus, quæ prima tuis ſunt condita in annis.

Præterea τὸ *ſolveret* opponitur hic τῷ *ligare.* Statius Papinius erit, qui dubitationem omnem tollet. Hic enim lib. 1. Sylv. ita canit:

--- *ſeu plana ſolutis*
Cum ſtruis orſa *modis: ſeu cum tibi dulcis in artem*
Frangitur, & noſtras curat facundia leges.

Quo loco non advertens, atque adeo nolente fere animo properans lingua legebat, *& noſtra currit facundia lege.* Auſonius mox certe *Curſus fandi* celerem facundiam appellat.

3. *Eripuit patr.*] Pro, *Eripuit patria*, Vetus codex habet *patri.* Scaliger.

3. *Patria*] *Patri* una ſyllaba minus in exemplari. *Vinetus.*

4. *Sexuique utroque duos*] Lege: *ſexu in utroque duos.* quod & Pulmannus vidit. *Gravius.*

Nequaquam meritis cujus reſponderit heres,
Obſcuros quamvis nunc tua fama juvet.
Mitis amice, bonus frater, fidiſſime conjux,
[5] Nate pius: genitor, pœnitet, ut fueris.
Comis convivis, nunquam inclamare clientes,
Ad famulos nunquam triſtia verba loqui.
Vt placidos mores, tranquillos ſic cole Manes,
Et cape ab Auſonio munus, amice, Vale.

4. *Sexui utroque duos*] Pulmannus: *ſexu in utroque duos*, vel *ſexui utrique duos*. Id eſt, filium & filiam, ut Vinetus exiſtimabat; ſed poſſet quoque intelligi duos filios, duaſque filias reliquiſſe. Sed *ſexui* ablativus antiquus eſt pro *ſexu*, ut *ſexuis* genit. pro *ſexus*. & ſunt exempla apud Nonium, ſed ab ipſo vitioſe propoſita. Siſenna Hiſt. lib. IV. *Alii ſaltus ac velocitate certare*. Varro de re ruſt. lib. I. *A quo, quod indigent potui, poma dicta eſſe poſſunt.*

5. *Nate pius*] Infinitis ferme locis Auſonium pro nominandi caſu vocativum uſurpaſſe attentus lector deprehendet, nec tamen ſine exemplo veterum, uti notat Servius in Virgil. l. IX. ℣. 641.

[1] ATTIVS PATERA Pater, Rhetor. IV.

ÆTate quamquam [2] viceris [3] dictos prius,
Patera fandi nobilis:
Tamen quod ævo floruiſti proximo,
Iuveniſque te vidi ſenem,
Honore mœſtæ non carebis næniæ,
Doctor potentum Rhetorum.

[4] Tu

1. *Attius Patera*] Patéra hic, *Pather* eſt Hieronymi Chronicis, ubi notatur annus Chriſti trecenteſimus & triceſimus nonus: *Pather Rhetor Romæ glorioſiſſime docet*. At Patherius in epiſtola ad Hedibiam: *Majores tui Patherius atque Delphidius*. Fortaſſe purum fuit hominis Galli vocabulum hoc, PATER. Quod autem *pater* in titulo dicitur hic Patéra, ATTIVS PATERA PATER RHETOR, quia in toto libro alium non agnoſco Pateram, vocem *pater* ex Patéra ab indocto librario repetitam eſſe ſuſpicor. Hujus quidem Patéræ filius fuit Delphidius inſequenti carmine celebrandus: ſed illi alia nomina, quam Patera. *Vinetus.*

2. *Viceris*] Anteceſſeris Tiberium Minervium, Alcimum, Luciolum, prius dictos. Hic enim *o* in *i* mutaviſſe profiteor: ubi erat *doctos prius*. Vinetus.

3. *Doctos prius*] Qui ſunt *docti prius?* Legendum, *dictos prius*: pro quo ſupra in Parent. ep. VI. *prædictus* dixit:

Conjux

[4] Tu Bajocaſſis [5] ſtirpe Druidarum ſatus,

Si

Conjux prædicto quæ fuit Arborio. Iſtam notionem hujus vocis melior ætas linguæ latinæ ignorat. Nec ulli ſim auctor, ut hic Auſonium ſequatur, quamvis in ore vulgi nihil ſit tritius. *Gravius.*

4. *Tu Bajocaſſis*] Ita Lege ex veteri libro. Nam utrovis modo dicas, *Bagocaſſis*, an *Bajocaſſis*, nihil refert. De *Beleno* autem mentio eſt præter alios, apud Herodianum in Maximinis: quem vocat Βέλιν. Eſtque Apollo. Vnde & Galli herbam, qua inungebant ſagittas, *Belenium* vocabant. Sed & alios Deos Galli præter Heſum, & Taranem Lucani habebant, nempe Abellionem, & Onuavam. Abellionis hæc monimenta extant in Convenis Novempopulaniæ: DEO ABELLIONI MINICIA IUSTA V. S. L. M. Item: ABELLIONI. DEO. TAVRINVS. BONE. CONI. SEVSIM. Item: ABELLIONI. CISONTEM. CISSONBONNIS FIL. V. S. L. M. *Scaliger.*

4. *Tu Bajocaſſi*] Sic Petrus Pithœus reſtituit illud, *Tuba Gocaſſi.* Gallicarum provinciarum nomenclator, non pœnitendæ antiquitatis monumentum, quum Lugdunenſem Galliam in quattuor provincias dividit, ſecundam numerat Lugdunenſem, cujus metropolis eſſet Rotomagus: ejuſque provinciæ has recenſet hoc ordine civitates, Bajocaſſium, Abrincantum, Ebroicorum, Sajorum, Lexoviorum, Conſtantienſium, *Bajeus, Avranches, Evreus, Sees, Liziens, Coutance:* ut nunc vulgo vocitantur. Sidonius Apollinaris in epiſtola duodeviceſima libri quarti, *Prædia Bajocaſſina*, ab ipſis Bajocaſſibus, ac pro Bajocaſſibus iiſdem dixit: eaque etiam in ſecunda eſſe Lugdunenſi commeminit. Antiquiores equidem citare non poſſum ſcriptores, apud quos Bajocaſſium nomen legerim. Eoſdem eſſe, qui *Bellocaſſes* eadem tertia declinatione apud Plinium: ſecunda apud Cæſarem, *Bellocaſſi*, *Vellocaſſi*, *Veliocaſſi* leguntur, nec ajo, nec nego: ſed Ptolemæus in eodem Galliæ tractu *Veneliocaſios* collocat: eorùmque urbem nominat Rotomagum. * Cujus quidem interpres iſtos *Veneliocaſios*, & Cæſaris *Vellocaſſos*, pro Bajocaſſibus accepit: *Rotomagum*que *Bajeus* eſſe ſcripſit: verum huic homini videndum, ut ne omnia temere credamus. Nam ut illi concedamus Bajocaſſes, & quos diximus legi apud Cæſarem, Plinium, & Ptolemæum, eandem gentem eſſe, modo nobis hoc det, eam quondam latius patuiſſe, quam hodie: certe Rotomagus, quæ à priſcis illis temporibus ſemper celebris locum, & priſcum nomen ſemper retinuit, & illa *Bajeus*, ſemper diverſæ fuerint urbes, bidui fere itinere diſſitæ: hæc in Gallia Celtica, procul à Sequana Celticam a Belgica diſterminante: Rotomagus vero in ipſa Sequanæ ripa, Belgicæ initium faciente, ſita. Iſta autem Bajocaſſium urbs, quod nomen prius habuerit, quærimus. Bajocaſſes enim gens & provincia eſt. Quorum princeps urbs, quæ, uti diximus, vulgo *Bajeus* à Bajocaſſium vocabulo vocitatur, non dubito, quin proprium quondam nomen habuerit, quod nunc non extet. faciléque crediderim, quemadmodum Pariſiorum, Biturigum, Santonum, Vaſatium, aliorumque multorum principes urbes priora ſua nomina amiſerunt, & à ſuis populis nova induerunt, ita quam dicimus *Bajeus Bajocaſſium*, *Bajocaſſes*, *Bajocaſſòrve*, ac *Bajocaſſas* potius prima inflexione, aliquando vetuſtiore abolito nomine, appellatam fuiſſe: ab rectóque iſto *Bajocaſſa*, *Bajocaſſis* Auſonium hic ſcripſiſſe,

Tu Bajocaſſis, ſtirpe Druidarum ſatus:

ſed cujus obliqui ultimam litteram *ſ*, ab inſequentis vocis prima *ſ*, fuiſſe abſumptam. *Vinetus.*

5. Stirpe

Si fama non fallit fidem,
6 Beleni ſacratum ducis è templo genus:

Et

5. *Stirpe Druidarum ſatus*] Erant Druidæ in Gallia, qui in Græcia Philoſophi, apud Perſas Magi, apud Indos Gymnoſophiſtæ, ac Chaldæi apud Aſſyrios, ut ſcribit Diogenes. De quibus nuſquam plura, quam in ſexto commentario Iulii Cæſaris de bello Gallico.

Druidicæ magiæ multis locis hiſtoriæ Naturalis meminit Plinius, ſed in extremo libro ſextodecimo ad hunc modum, ubi de viſco diſputat. *Non eſt omittenda*, inquit, *in ea re & Galliarum admiratio. Nihil habent Druidæ (ita ſuos appellant magos) viſco, & arbore, in qua gignatur, ſi modo ſit robur, ſacratius. Iam per ſe roborum eligunt lucos, nec ulla ſacra ſine ea fronde conficiunt, ut inde appellati quoque interpretatione Græca poſſint Druidæ videri. Enimvero quicquid adnaſcatur illis, è cælo miſſum putant, ſignumque eſſe electæ ab ipſo deo arboris. Eſt autem id rarum admodum inventu: & repertum magna religione petitur, & ante omnia ſexta luna: quæ principia menſium, annorumque his facit, & ſæculi poſt triceſimum annum: quia jam virium abunde habeat, nec ſit ſui dimidia. Omnia ſanantem appellantes ſuo vocabulo, ſacrificiis epuliſque rite ſub arbore præparatis, duo admovent candidi coloris tauros, quorum cornua tunc primum vinciantur. Sacerdos candida veſte cultus, arborem ſcandit. Falce aurea demetit. Candido id excipitur ſago. Tum deinde victimas immolant, precantes, ut ſuum donum deus proſperum faciat his, quibus dederit. Fœcunditatem, eo poto, dari cuique animali ſterili, arbitrantur, contraque venena omnia eſſe remedio. Tanta gentium in rebus frivolis plerumque religio.* Hæc Plinius. ex quo loco quidam ex noſtris quid aliquando collegerint, referre non pigebit. Mos eſt in noſtra Gallia, ceterum qui jam fere exolevit, ut quotannis pridie calendas Ianuarias nonnulli ex ſingularum curiarum adoleſcentibus, quini, ſeni, ſepteni, octoni, noveni, denive, cunctos ſuæ curiæ vicos, villaſque, & qui in circumjectis curiis ſunt proximi, cum tibicine obeant, carmine ſtipem petant, aliquid laridi, aut panis, quod verubus infixum aſportant, aut pecuniæ quippiam, accipiant. Poſtridie quicquid collectum fuit, in ædem convenientes, Numini offerant. Id ſtatim auctione vendatur. ea pecuniola, ut deo conſecrata, in ſacros uſus recondatur. Quod autem canunt carmen inconditum, quam accipiunt ſtipem, quo die id faciunt, *Tlw Aguilanneuf* vocitant. Quod verbum, fuerunt inter doctos, qui quærerent, quid ſibi vellet. Merlinuſque Sanctogelaſianus Enguliſmenſis, ad quem extant Chriſtophori Longolii litteræ, *Aguilanneuf, A gui l'an neuf*, id eſt, ad viſcum ~~τ~~ annum novum eſſe dicebat: moremque iſtum ex vetere Druidarum religione ad nos manaſſe: qui per ſuos adoleſcentes ita cunctis viſcum ſuum anni principio mitterent. Quod qui ferrent, iis aliquod quaſi laboris præmium daretur. Clamarentque omnes eo viſo, annum eſſe novum. Sic de hoc Merlinum conjicientem audivimus, amœno, elegantique virum ingenio: & de hac re quod compoſuerat vernaculo ſermone, decaſtichon nobis recitavit. *Vinetus.*

6. *Beleni*] Idem vocabulum, duabus ſimiliter correptis in carmine decimo hujus libri: quare unico *l* ſcribendum. Galli ergo, qui, uti ſcripſit Cæſar, deos Mercurium, Apollinem, Martem, Iovem, & Minervam habebant, Apollinem ſuum *Belenum* vocitabant: ſed id non ſoli Galli. Vrbs eſt inter claras urbes Auſonio celebratas Aquileia: de qua hæc ſunt apud Iulium Capitolinum de Maximis. *Quum igitur fruſtra obſideret A-*

qui-

Et inde vobis nomina :
Tibi Patéræ : ſic miniſtros nuncupant
[7] Apollinaris myſtici.
[8] Fratri, patrique nomen à Phœbo datum :
Natoque de Delphis tuo.
[9] Doctrina nulli tanta in illo tempore,
[10] Curſuſque tot fandi [11] & rotæ.
Memor, diſertus, lucida facundia
[12] Canore, cultu præditus,
[13] Salibus modeſtus [14] felle nullo perlitis,
Vini, cibique abſtemius,
Lætus,

quilciam Maximinus, legatos in eandem urbem miſit. Quibus populus pæne conſenſerat, niſi Menophilus cum collega reſtitiſſet, dicens etiam deum Belenum per aruſpices ſpopendiſſe, Maximinum eſſe vincendum. Vnde etiam poſtea Maximini milites jactaſſe dicuntur, Apollinem contra ſe pugnaſſe: nec illam Maximi, aut Senatus, ſed deorum fuiſſe victoriam. Vinetus.

6. *Beleni*] De Beleno plura Voſſius de Idololatria lib. II. c. XVI.

7. *Apollinaris myſtici*] Apollinaris hic ſecundum veterem ſcribendi rationem pro *Apollinares*: ut *omnis, tris*, & infinita alia tam apud Poëtas, quam Hiſtoricos, Tacitum præſertim. *Grævius.*

8. *Fratri patrique*] Pater & frater Attii Patéræ, Phœbicii fuerunt dicti à Phœbo Apolline. Filius vero, Delphidius, ut inſequenti carmine quinto, à Delphis civitate Græciæ Apollini ſacra, inde Delphico cognominato. *Vinetus.*

9. *Doctrina nulli,* &c.] Ita quatuor hi verſus legendi ſunt. *Scaliger.*

10. *Curruſque rotandi & rotæ*] In exemplari erat *curſuſque rotandi et rota.* Vinetus.

11. *Et rotæ*] Sic & Sidonius Apollinaris, lib. IX. epiſt. XV.

Homericaque par & ipſe gloria
Rotas Maronis arte ſectans compari.

Quamvis & de curru, cui Maronem tamquam triumphantem videtur imponere, poſſit intelligi. Sed indubium eſt illud Sulpicii Severi lib. III Dialog. *Sicut plerumque per clericos rotatur turbo verborum.* Item: *trementibus labiis, incertoque vultu, decolor præ furore rotabat verba.*

12. *Carere cultum præditus*] Et hoc quid ſibi vult? Vbi *cultu* pro *cultum* Lugdunenſes ediderunt: & *Canore* pro *Carere* Scaliger emendavit. *Vinet.*

12. *Canore, cultu præditus*] Ita Scaliger: quæ lectio confirmatur illis in Herculanum:

Facunde, muſice, & acer,
Mente bonus, ingenio ingens,
Volucer pede, corpore pulcher,
Lingua catus, ore canorus.

Sed poteſt prior lectio, *Carere cultu præditus*, defendi hiſce D. Auguſtini lib. IV. Confeſſ. *Erant enim ejus ſermones ſine verborum cultu vivacitate ſententiarum jocundi & graves.* Phraſin uſurpat noſter carm. I. Parental.

Præditus & vitas hominum ratione medendi
Porrigere, & fatis amplificare moras.

13. *Salibus modeſtus*] Melius: *Salibus modeſtis.* Scaliger.

14. *Felle nullo perlitus*] Lego, *perlitis.* Heinſius. & ita vetus liber. Sed mutare

Lætus, pudicus, pulcher; in ſenio quoque, [15] ut
Aquilæ ſenectus, aut equi.

mutare quid opus? quum noſter in carm. XVI.

Cui felle nullo, melle multo mens madens

Ævum per omne nil amarum miſcuit.

Homo *perlitus nullo felle*, & mens hominis *nullo felle madens* æquipollentia ſunt.

15. *Vt Aquilæ ſenectus, aut equi*] *Aquilæ ſenecta, Corydi juventa*, proverbium eſt apud Eraſmum, de vivida viridique ſenecta, quæ præſtantior ſit aliquorum juventa. Equi vero caneſcunt illi quidem ſenio, ut homines, vel auctore Plinio: ceterum canities illa deformes non reddit. *Vinetus.*

[1] ATTIVS TIRO DELPHIDIVS, Rhetor. V.

FAcunde, docte, [2] lingua & ingenio celer,
Iocis amœne, Delphidi,
[3] Subtextus eſto flebili threno patris,
Laudi ut ſubibas æmulus.
Tu penè ab ipſis orſus incunabulis
[4] Dei poëta nobilis,
[5] Sertum coronæ præferens Olympiæ,
Puer celebraſti Iovem.

Mox

1. *Atticus Tiro Delphidius*] Attii Pateræ filius, fuit celeberrimus, & acerrimus ſui temporis orator. Ejus nomen corruptum eſt in epiſtola Sidonii x. lib. v. Nam ibi perperam *Adelphidius.* Cum enim majores ejus ducerent genus à templo Apollinis, ſeu Beleni, congrua Apollini nomina ſemper aſſumebant. Nam in ea gente alii Pateræ dicti, quod lingua priſca Gallorum ita ſacerdotes Apollinares vocarentur: alii Phœbitii, à Phœbo: alii Delphidii, à Delphis. *Scaliger.*

1. *Atticus Tyro Delphidius*] Eſt hic Delphidius, quem ſcribit Hieronymus Rhetoricam in Aquitania florentiſſime docuiſſe ad annum Chriſti trecenteſimum ſexageſimumque, & ſe adoleſcentulo, omnes Gallos proſa verſuque, ſuo illuſtraviſſe ingenio, in epiſtola ad Hedibiam. Cujus abundantiam laudat Sidonius Apollinaris epiſtola decima libri quinti, & quem Ammianus Marcellinus oratorem acerrimum vocat in principio libri octavidecimi. Quod autem *Atticus* appellatur, quum Patera pater *Attius*, nominibus unica litterula diſcrepantibus, mendi aliquid ſubeſſe ſuſpicio eſt. *Vinetus.*

2. *Lingua & ingenio celer*] Conjunctionem addidit Pithœus: quam & ſenſus, & metrum requirebat. *Vinet.*

3. *Subtextus*] Subjunctus. *Idem.*

4. *Dei*] Beleni, ut monuit Pithœus. De quo Gallico Apolline, in priori carmine. *Id.*

5. *Sertum coronæ*] Auſonius celebrat hunc noſtrum Delphidium, quod vix dum pubes Capitolinam quercum meruerit. Hoc eſt, poëta coronatus

Mox inde curſim more torrentis freti,
[c] Epos ligaſti metricum:

Vt

ronatus fuerit. *Olympiam coronam* vocat *quercum Capitolinam*, quam merebant poëtæ, qui in agonibus Capitolinis poëmate vicerant. Ii agones Capitolini primum à Domitiano inſtituti ſunt duodecimo ejus, & Sergii Cornelii Dolabellæ Conſulatu, exemplo ludorum Olympicorum. In iis agonibus omne genus artifices certabant. Nam & citharœdi. Iuvenalis:

An Capitolinam ſperaret Pollio quercum.

Item & poëtæ. Martialis:

O cui Tarpeias licuit contingere quercus.

Et hiſtriones, ut patet ex hac inſcriptione: L. SVRREDII. F. CLV. FELICIS PROCVRATORI. AB SCÆN. THEAT. IMP. CÆSAR. DOMITIAN. PRINCIPI CORONATO. CONTRA. OMNES. SCÆNICOS. Vides eodem principe, qui hos ludos inſtituerat, hiſtrionem coronatum. Illud CONTRA OMNES SCÆNICOS manifeſto ſignificat certamen, & contentionem. In eo agone Statius poſt incredibilem totius urbis expectationem tandem Thebaidem ſuam recitavit. Sed non placuit, & contra eum alii coronati fuerunt. Id quod ipſe non uno loco in Silvis conqueritur, ſed imprimis in Epicedio patris. Vnde locus Iuvenalis Grammaticis non bene perpenſus explicatur:

— ſed cum fregit ſubſellia verſu,
Eſurit, intactam Paridi niſi vendat Agaven.

Nam Satyrice dicit eum *fregiſſe ſubſellia verſu*, quod, ut Comici loquuntur, *recitans non ſtetit*, ſed excidit. hoc eſt non placuit. Cujus rei vel ipſum Statium teſtem producere poſſumus, qui in Silvis hæc innuit, non uno loco, ut jam dixi. Cave ſis confundas agonem Albanum cum hoc Capitolino. Vterque enim inſtitutus à Domitiano. Sed nobilior Capitolinus, adeo ut Romæ non per luſtra, ut antea, magnum annum, ut vocabant, ſed per Capitolinos agonas ſupputarent. Quod a Domitiani inſtitutione uſque ad tempora ſua obtinuiſſe Cenſorinus ſcribit. Cæterum ſemper agon ipſe manſit Romæ: ut in eo poëtæ, rhetores, aliarumque profeſſionum homines coronarentur ab ipſo Imperatore. Neque puto aliunde poëtarum laureatorum morem manaſſe. Nam & ipſi antiquitus ab ipſis Cæſaribus Germanis coronabantur. Magnoque in precio habiti ſemper apud Italos, & Germanos, qui id honoris virtute ingenii conſecuti eſſent Sed in veteribus agonibus Capitolinis qui vicerant, corona, & ramo lemniſcatis, aut torque involutis donabantur. Nam qui ſecundi erant, eorum coronæ, & palmæ ſine lemniſcis erant, Id vel ex ipſo Auſonio cognoſcas licet:

Et quæ jamdudum tibi palma poëtica pollet,
Lemniſco ornata eſt, quo mea palma caret.

Sed melius Sidonius, quanquam non de agone Capitolino loquitur:

Hic mox præcipit æquus Imperator
Palmis ſerica, torquibus coronas
Conjungi, & meritum remunerari.

Nam *coronis torques*, & *palmis ſerica*, hoc eſt, ſericatos lemniſcos conjungi vides. Quanquam, ut dixi, de aliis ludis, aliaque re loquitur. Vides tamen amplificata præmia pro ratione meritorum. Quare, ut ad rem redeamus, per *ſertum coronæ Olympiæ* nihil aliud intelligit, quam quercum agonis Capitolini, quam meruerat adhuc impubes celebrans Iovem. *Scaliger.*

6. *Epos legaſti metricum*] Recte Pithœus, *ligaſti* pro *legaſti*, metro ita poſcente, & ſenſu. *Vinet.*

7. *Ora-*

Vt nullus æqua lege liber carminum
[7] Orationem texeret.
[8] Celebrata varie cujus eloquentia
Domi foriſque claruit :
Seu tu [9] cohortis Præſulem prætoriæ ,
Provinciarum aut judices
Coleres, [10] tuendis addictus clientiis ,
[11] Famæ, & ſalutis ſauciis.

Felix

7. *Orationem nexeret*] Ita lege , ex fide priſcæ ſcripturæ. Quin & illa me auctore ita , ſi libet , legito :

Seu tu cohortis præſulem prætoriæ ,
Provinciarum aut judices
Coleres, tuendis additus clientibus
Famæ, & ſalutis ſauciis.

Ex iſtis , & ex ſequentibus colligitur hominem acerrimum fuiſſe , & privati literarum otii fines migrantem provinciarum tribunalia, mox & ipſa palatia frequentaſſe. Quod confirmatur ex lib. XVIII Ammiani his verbis : loquitur autem de ſeveritate Iuliani in criminibus cognoſcendis. *Numerium*, inquit, *Narbonenſis paulo ante rectorem , accuſatum ut furem , inuſitato cenſorio rigore pro tribunali palam admiſſis volentibus audiebat : qui cum inficiatione defenderet objecta , nec poſſet in quoquam confutari , Delphidius orator acerrimus vehementer impugnans , documentorum inopia percitus exclamavit : Ecquis florentiſſime Cæſar , nocens eſſe poterit uſque, ſi negare ſuffecerit? Circa quem Iulianus : Ecquis , ait , innocens eſſe poterit , ſi accuſaſſe ſufficiet ?* Ex iſtis potes & acerrimum hominis ingenium & deſultorium vivendi genus cognoſcere. Tempora autem tyrannica ſemper apud Auſonium intelliguntur de *Imperio Maximi tyranni*, qui Gratianum interfecit. *Scaliger.*

7. *Orationem texeret*] Lege : *texeret*, quamvis Scaliger *nexeret* maluerit. Diſerte enim liber optimus, *orationem texeret* & quid protritius , quam *texere carmen ? æqua lege* , id eſt, eodem metri genere. Sed & in fine hujus opuſculi :

Accipite mæſtum carminis cultum mei,
Textum querela flebili.

8. *Celebrata varie*] Sidonius Apollin. lib. V. ep. X. *Tua vero tam clara , tam ſpectabilis dictio eſt , ut illi diviſio Palæmonis , gravitas Gallionis , abundantia* DELPHIDII, *Agræcii diſciplina* , &c. *non modo non ſuperiora ſed vix æquiperabilia ſcribantur.*

9. *Cohortis præſulem prætoriæ*] Præfectum prætorio. De cujus officio , caput eſt undecimum libri primi Digeſtorum Iuſtiniani. *Vinetus.*

10. *Tuendis addictus clientiis*] *Coleris* erat in exemplari. Quod verbum in *coleres* mutare placuit. At ultimum quoque verſus verbum mendoſum eſt , cum neque *clientiis* , neque ut in exemplari fuit , *cluentiis* , *u* pro *i* , legi poſſit. *Clientiis* , aut *clientibus* , ſed *clientiis* potius. Solus eſt Sidonius Apollinaris , apud quem hoc nomen legere meminimus : *Clientiarum ſive nutricum loquaciſſimus chorus* , inquit in libri ſecundi epiſtola ſecunda , pro clientis & ancillis , cum Auſonius pro clientelis & clientum multitudine hic uſurpaſſe videatur. *Vinet.*

11. *Famæ & ſalutis ſauciis*] De quorum fama , exiſtimatione , fortunis , capite , vita , agebatur. *Famæ* autem *& ſalutis ſaucius* hoc loco , ſicut *fatigationis heſternæ , & animi* , apud Apuleium : ſed *amore & cura* apud Ciceronem , & Virgilium. *Idem.*

11. *Famæ & ſalutis ſauciis*] Scribe : *Fama*

Felix, quietis ſi maneres litteris,
Opus Camœnarum colens:
[12] Nec odia magnis concitata litibus
Armaret ultor impetus:
[13] Nec inquieto temporis tyrannici
Palatio te attolleres.
[14] Dum ſpem remotam ſemper arceſſis tibi,
Faſtidioſus obviæ,
Tuumque mavis eſſe, quam fati bonum,
Deſideraſti plurima;
Vagus per omnes dignitatum formulas,
Merituſque plura, quam gerens.
Vnde inſecuto criminum motu gravi,
[15] Donatus ærumnis patris:
Mox inde Rhetor, [16] nec docendi pertinax,
[17] Curam

Famæ aut ſalutis ſauciis. Græviu.

12. *Nec odia*] Dum Narbonenſem cauſam contra rectorem Numerium, aliaſque ejuſmodi ſuſcipit Delphidius, multorum potentiorum odia in ſe concitavit: qui ulti ſunt. *Vinetus.*

13. *Nec inquieto*] Si nec te attolleres, & eveheres in aula Imperatoria turbata per eos, qui regnum affectabant. Quibus Conſulibus obiit Delphidius, non legi: ſed ejus conjugem poſt ipſum eſſe mortuam, anno Chriſti trecenteſimo & octogeſimo octavo, mox audies, paucis poſt menſibus, quam Maximus interfecto Gratiano, tyrannidem arripuiſſet. Hieronymus ipſum tradit ſub Conſtantini magni filiis floruiſſe: qui dum de Imperio inter ſe contenderent, Magnentius, Vetranio, Decentius, Nepotianus, Silvanus aliique tyrannidem occuparunt. *Vinetus.*

14. *Dum ſpem remotam*] Lucretius lib. III.

Sed dum abeſt, quod avemus; id exſuperare videtur
Cætera: poſt aliud, cum contigit illud, avemus.

Ovidius lib. II. Eleg. IX. Amor.

Venator ſequitur fugientia, capta relinquit.
Semper & inventis ulteriora petit.

Horatius ſerm. lib. I. Sat. II.

— leporem venator ut alta
In nive ſectetur: poſitum ſic tangere nolit,
Cantat, & apponit: meus eſt amor huic ſimilis: nam
Transvolat in medio poſita, & fugientia captat.

Manilius lib. IV.

Nec quod habet, numerat: tantum quod non habet, optat.

Curtius de Amicis Alex. M. *Sed difficile erat eo contentos eſſe, quod obtulerat occaſio: quippe ſordent prima, cum majora quæque ſperantur.* Plura Pindarus Pyth. od. III. & Plutarchus περὶ εὐθυμίας.

15. *Donatus ærumnis patris*] Condonatum filio, quidquid id criminis fuit, precibus & lacrymis patris Pateræ, optimi, doctiſſimique ſenis. *Vinetus.*

16. *Nec docendi pertinax*] Minime aſſiduus. *Vinet.*

17. Cu-

[17] Curam feſelliſti patrum,
[18] Minus malorum munere expertus Dei,
Medio quod ævi raptus es:
Errore quod non [19] deviantis filiæ,
[20] Pœnaque læſus conjugis.

[1] ALE-

17. *Curam patrum*] Qui tibi liberos ſuos in diſciplinam tradiderant: quos ita negligenter inſtituebas. *Idem.*

18. *Minus malorum*] Ita ex correctione noſtra. Cauſſam addit:

Errore quod non deviantis filia,
Pœnaque læſus conjugis.

Non enim cuivis nota eſt hiſtoria. Nam Euchrotia Delphidii uxor cum aliis in Synodo Burdigalenſi damnata eſt Treveris à Maximo Tyranno, quod Priſcilliani hæreſi nomen dediſſent. Sed quia nihil ἀνέγγυον, neque ἀμάρτυρον producere debemus, proferam verba ex vetuſtiſſ. ſcheda, ubi hujus rei mentio fit, ita: *Priſcillianus in Synodo Burdigalenſi damnandum ſe intelligens, ad Imp. Maximum provocavit. Audituſque Treveris, ab Euodio præfecto prætorio Maximi, gladio addictus eſt cum Euchrotia Delphidii Rhetoris conjuge, & Latroniano, aliiſque erroris conſortibus.* Attigerunt alii quidem hanc hiſtoriam, & Euchrotiæ meminerunt, ſed Delphidii uxorem fuiſſe non addunt. Hieronymus autem præter Priſcillianum, & Euchrotiam, addit præterea Iulianum, Feliciſſimum, addit & Severus Armenium, eo nomine damnatos fuiſſe. Lego autem *filiæ* non *filii.* Sulpicius Severus loquens de hac re: *Inde iter cœptum ingreſſi, turpi ſane, pudibundoque comitatu, cum uxoribus atque alienis etiam feminis, in quis erat Euchrotia, ac filia ejus Procula: de qua fuit in ſermone hominum, Priſcilliani ſtupro gravidam, partum ſibi graminibus abegiſſe.* Scaliger.

19. *Deviantis filii*] *Devius* legitur apud Ciceronem, & alios veteres Latinos, ſed non inde verbum *deviare*, pro deflectere à recta via, quod ſciam. De filio autem Delphidii nihil mihi legere memini, ſed de filia nomine Procula, quæ cum matre Priſcillianum ſit ſectata. *Vinetus.*

20. *Pœnaque*] Sic legendum pro *pœnaque.* Quod non ſis læſus, nec doluiſti errore filii, nec pœna tuæ uxoris. De filio tamen Delphidii nihil ego comperi, quod jam dixi, ſed de filia, & uxore hæc accipe. Erat in Hiſpania Priſcillianus, cujus ſectatores Auguſtinus, & alii, *Priſcillianiſtas* appellarunt, qui diceret inter alia, Animas ejuſdem naturæ, ſubſtantiæque eſſe, cujus eſt Deus. Eas ad agonem quendam ſpontaneum in terris exercendum, per ſeptem cælos, & principatus quoſdam gradatim decendere. In malignum principem incidere: à quo hic Mundus eſſet factus: atque ab hoc principe per diverſa carnis corpora ſeminari. Fatalibus ſtellis homines colligari: ipſumque corpus humanum ſecundum duodecim ſigna Zodiaci eſſe compoſitum. Carnes tanquam immundas eſcas, devitandas eſſe. Conjuges, viros à volentibus feminis, feminas à volentibus viris disjungebat. Quippe qui carnis omnis opificium non deo bono & vero, ſed malignis angelis tribuebat. Hæc & ejuſmodi alia ſua deliramenta quum pleriſque Hiſpanis, ac inter alios, Epiſcopis Inſtantio, & Salviano jam perſuaſiſſet Priſcillianus: elicuiſſentque tandem alii Epiſcopi à Gratiano Auguſto Auſonii diſcipulo reſcriptum, quo Priſcillianus, & ejus ſectatores non ſolum Eccleſiis & urbibus, verum etiam extra omnes

omnes terras propelli jubebantur; Priſcillianus, Inſtantius, & Salvianus, Romam ſui apud Damaſum, Vrbis ea tempeſtate Epiſcopum, purgandi cauſa, proficiſci decreverunt. Iter per Aquitaniam fecerunt. Multis locis magnifice ab imperitis ſuſcepti, perfidiæ ſuæ ſemina ſparſerunt. Burdigala tamen Epiſcopus Delphinus, ad quem extant Paulini Epiſcopi Nolani litteræ, excluſit. Ceterum Euchrotia Burdigalenſis matrona, Delphidii poëtæ & rhetoris clariſſimi uxor, vidua, Hiſpanos in agro ſuo excepit. Vbi aliquantiſper commorati, nonnullos ſuis erroribus infecere. Cœptum iter inde ingrediuntur, cum uxoribus & feminis alienis: in quibus erat ipſa Euchrotia, ejuſque filia Procula: quam Priſcilliani ſtupro gravidam, partum ſibi graminibus abegiſſe, rumor fuit. In Italiam perveniunt: ſed nec Romæ Damaſus, nec Mediolani Ambroſius ille, in conſpectum ſuum venire ſuſtinuerunt. Hac quia non ſucceſſiſſet, alia via aggrediendum fuit. Qui gratia & auctoritate plurimum poterant apud Imperatorem, pecunia corrumpuntur: & ſic in priſtinum ſtatum iſti reſtituuntur. Invadit interea Maximus imperium. Gratianum apud Pariſios vincit. Lugduni capit, & interficit. Auguſtam Treverorum venit. Hinc litteris ad Præfectum Galliarum, Hiſpaniarumque Vicarium, datis, Priſcillianum, Priſcillianiſtaſque omnes omnino Burdigalam ad Synodum deduci jubet. Primus cauſam dicit Inſtantius: & ſacerdotio indignus judicatur. Ita Priſcillianus timuit: & ad Imperatorem provocavit. Sicque omnes, quos ea cauſa involverat, Treveros deducti ſunt. Vbi Priſcillianus, & aliquot alii cum Euchrotia, gladio perempti fuerunt, ut Sulpicius Severus ſcribit libro poſteriore Sacræ Hiſtoriæ, Hieronymuſque in extremis viris illuſtribus, anno Chriſti trecenteſimo & octogeſimo octavo, quomodo putatur in Proſperi Aquitani Chronicis. Hoc ergo eſt uxoris ſupplicium, quod quia non vidit Delphidius, felicem prædicat Auſonius, & ob quod immanitatis Maximum accuſat Drepanius Pacatus in panegyrico, quem non multo poſt Theodoſio Auguſto Romæ dixit. Cujus apponam verba. *De virorum mortibus loquor. Quum deſcenſum recorder ad ſanguinem feminarum, & in ſexum, cui bella parcunt, non parce ſævitum. Sed nimium graves ſuberant, invidioſaque cauſæ: ut unco ad pœnam, clari vatis matrona, raperetur. Objiciebatur enim, atque etiam exprobrabatur mulieri viduæ nimia religio, & diligentius culta divinitas*, &c. *Vinetus.*

[1] ALETHIO MINERVIO, filio, Rhetori. VI.

[2] O flos juvenum,
Spes læta [3] patris:
Nec certa tuæ
Data res patriæ;

Non

1. *Alethio*] Parentalium carminum tituli rectis omnes: Profeſſorum vero partim rectis, partim obliquis caſibus. At Epitaphiorum Heroum dativis cuncti poſiti, quiſquis ita ſcripſerit. Hic enim nihil non ſemper auſi ſunt imperiti librarii. *Vinetus.*

2. *O flos juvenum*] Propter verſuum brevitatem multa in Alethii Minervii Rhetoris Elogio transpoſita erant. quæ neſcio pluſne deformitatis eo ordine, quo antea legebantur, habuerint, quam nunc venuſtatis habeant priſtino ordini, & in integrum reſti-

reſtituta. In quo non mediocriter veteris libri ſcriptura adjuti ſumus, non quod non pene eadem confuſio in eo fuerit: ſed quia quædam in illis aut addita, aut repetita erant, quæ multum nobis ad divinandum profuerunt. Non poteſt dici, quanta elegantia in illis verſibus ſit, quantaque ſtudioſorum poëtices jactura illi præpoſtero ordine legebantur. In illis hoc præſtitimus. Verſiculum illum, *Poſtque Patera*, ex notis fugientibus veteris exemplaris repoſuimus, quamvis ibi alieno loco legebatur. Sed ante eum verſiculum deeſt ſine dubio tale quid, *Poſt fata patris.* Nam prior fuit Latinus Alcimus Alethius pater hujus Alethii Minervii. Cui ſucceſſit Patera. Non poteſt igitur alius ante Pateram poni præter patrem ipſum Minervii: ut taceam interea quam recte illa cohæreant. Ait primum impuberem docuiſſe: Prætextatum jam patris laudem æquaſſe: adultum, & poſt tirocinium togæ in ipſo flore ætatis immatura morte præreptum, poſtquam ſine venia patris uxorem ex nobiliſſima domo duxiſſet, nullis liberis, nullis ſuis heredibus deceſſiſſe. Vel potius ipſum mortuo patri heredem ſuum non extitiſſe. Nam malo legere, *herede ſuo*, non *tuo*. Propterea *ſolſtitialem herbam* vocavit, imitatus Plautum: quod proverbialiter dicitur de re fugaci, & non diuturna. *Clara cohortis vexilla* vocat, ni fallor, ducatum Scholæ, & cathedræ principatum. Pro *Conſuleras tu*: repoſuimus *Conſuleras te.* *Connubium*, affinitatem; quod & ab aliis uſurpatum memini. Duos ultimos verſus notiſſimum ex Horatio petitos. Propterea ita correximus, & poſuimus nomen Horatii. Dictum autem, *Dicte profatu*, pro, Dictus. Vocandi, pro nominandi caſu, quod toties notamus in Auſonio. Sic dixit, *Prætextate*, pro *Prætextatus*. Nam ita habebat vetus membrana. *Scaliger.*

2. *O flos Iuvenum*] Perturbatiſſimus eſt in ſcriptis horum verſuum ordo. Atque hinc accidit, ut quum Minervium hunc ſummis laudibus voluerit Auſonius efferre, culpare pæne videatur, ſaltem ſi Scaligero credimus, qui putat etiam patri ſuo non fuiſſe heredem. Vt igitur hic Alethius ea ſit exiſtimatione apud poſteros, qua eum eſſe voluit Poëta, hoc mihi ordine totum carmen legendum videtur:

O Flos juvenum,
Spes læta patris,
Nec certa tuæ,
Data res patriæ
Rhetor Alethi.
Tu primævis
Doctor in annis,
Et præceptor,
Tempore quo te
Diſcere adultum
Non turpe foret,
Prætextate
Jam genitori
Conlatus eras.
Ille ſuperbæ
Mœnia Romæ
Fama & meritis
Inclytus auxit.
Tu Burdigalæ
Lætus patriæ
Clara cohortis
Vexilla regens,
Poſt Nazarium,
Poſtque Patheram,
Major utroque,
Non ſine morſu
Gravis invidiæ,
Cuncta habuiſti
Commoda fati.
Non manſuris
Ornate bonis,
Omnia præcox
Fortuna tibi
Dedit, & rapuit.
Solſtitialis
Velut herba ſolet,
Oſtentatus
Raptuſque ſimul,
Pubere in ævo
Deſeruiſti
Vota tuorum,
Et Rhetoricam
Floris adulti
Fruge carentem,
Et connubium
Nobile ſoceri
Sine pace patris;
Et divitias
Vtriuſque domus
Sine herede tuo.
Quam fatiloquo
Dicte profatu
Verſus Horati:
Nihil eſt ab omni
Parte beatum.

Non manſuris
Ornate bonis:
[4] Oſtentatus,
Raptuſque ſimul,
[5] Solſtitialis
Velut herba ſolet,
Rhetor Alethi.
Tu Burdigalæ
Lætus patriæ
Clara cohortis
Vexilla regens
Pubere in ævo.
* * * *
Poſtque Patéræ,
Major utroque:
Tu primævis
Doctor in annis,
Et præceptor,

Tem-

En quam diverſa hæc à mente & interpretatione Scaligeri! *Deſeruiſti* (ſcil. immatura morte raptus) omnia hæc naturæ & fortunæ dona, ne relictis quidem liberis, qui divitias utriuſque domus hereditario jure poſſiderent. Sic carm. XXIV:

Tam decus omne tuis, quam mox dolor, omnia acerbo
Funere deſtituis. Id eſt, *deſeris.*

Rhetorica floris adulti fruge carens eſt, quæ necdum ad illam provectioris ætatis pervenit maturitatem, ut *pro ſpe rem fruendam* daret, ut alibi noſter. Verſum qui deërat, ita ſupplevi, *Poſt Nazarium, Poſtque Patéram.* Quare *Patéram* quam *Patéra* malim, vetus liber & præpoſitionis regimen faciunt: in illo namque, *poſtque Patera*: ubi facile nota illa ˜, quæ *m* literam deſignat, negligi potuiſſe videtur: hæc autem accuſativum poſcit. Nec video, quare ellipſis ſit adſumenda. *Nazarium* unde acceperim quærentibus, qui in præcedentibus commemoratus non eſt, ſatisfaciam ſpero, ſi carmen XIV reſpicere dignentur, ubi hæc duo nomina eodem modo junguntur:

Gloria Athenæi cognita ſede loci,
Nazario, & claro quondam delata Patéra.

3. *Patris*] Tibérii Victoris Minervii, quomodo puto: qui primus hoc in libro fuit defletus. *Vinetus.*

4. *Oſtentatus raptuſque*] Qui cito fato rapiuntur, nec multum annorum numerum faciunt, *Oſtenſi* tantum humanæ vitæ dicuntur. Virgilius de Marcello:

Oſtendent terris hunc tantum fata.

Venantius lib. IV. Carm. XXVI.

Omne bonum velox, fugitivaque gaudia mundi
Monſtrantur terris, & cito lapſa ruunt. Barthius.

5. *Solſtitialis Velut herba ſolet*] Pſeudolus ſervus in principio Plautinæ Pſeudoli:

Quaſi ſolſtitialis herba pauliſper fui.
Repente exortus ſum, repentino occidi.

Vinetus.

5. *Solſtitialis velut herba*] Vſitatiſſima ab herbis & floribus utitur comparatione. Sic Statius lib. II. Sylv. I.

Ille, velut primos exſpiraturus ad auſtros
Mollibus in pratis alte flos improbus exſtat,
Sic tener ante diem vultu greſſuque ſuperbo
Vicerat æquales, multumque reliquerat annos.

Idem lib. III. in lacr. Hetruſci:

— ſed media cecidere abrupta juventa
Gaudia, florenteſque manu ſcidit Atropos annos.
Qualia pallentes declinant lilia culmos,
Rubenteſque roſæ primos moriuntur ad auſtros,
Aut ubi verna novis exſpirat purpura pratis.

6. *Vtriuſ-*

Tempore quo te
Diſcere adultum
Non turpe foret,
Cuncta habuiſti
Commoda fati.
Prætextate
Iam genitori
Conlatus eras.
Ille ſuperbæ
Mœnia Romæ,
Fama & meritis,
Non ſine morſu
Gravis invidiæ,
Inclytus auxit.
Floris adulti
Vota tuorum,
Et Rhetoricam
Frugc carentem,
Et connubium
Nobile ſoceri,
Sine pace patris:
Et divitias
[6] Vtriuſque, ſine
Herede ſuo
Deſeruiſti.
Omnia præcox
Fortuna tibi
Dedit, & rapuit.
[7] Quam fatiloquo
Dicte profatu
Verſus Horati:
[8] NIHIL EST AB OMNI
PARTE BEATVM.

[9] LEON-

6. *Vtriuſque ſine*] In Veteri libro erat *utriuſque domus ſine herede tuo.* Vbi primam videtur corripuiſſe poëta, contra quam ſolent alii. Et cum *hæres* ſæpe per diphthongum ſcribatur, noſter autem diphtongos eliſa una vocali quandoque ſoleat corripere, more hic fortaſſis ſuo fecerit, & *ſine here* pro anapæſto poſuerit.

7. *Quam fatiloquo profatu*] *Profari*, de vatibus, & fatidicis plerumque uſurpatur, ut prædicere futura, vaticinarique, ſignificet. Quod & veteris Iuriſconſulti auctoritate de altero probat Budæus in annotationibus. *Si ſervus inter fanaticos non ſemper caput jactaret, & aliqua profatus eſſet.* Hinc *profatus* dixit Auſonius pro voce fatidici, pro prædictione, vaticinio, oraculo. *Vinetus.* Petron. in Trojæ Haloſi:

Quum Delio profante caſi vertices.

Catull. in Epith. Pelei & Thetidos:

Talia profantes quondam felicia Peleo,
Carmina divino cecinerunt pectore Parcæ.

Ita enim illic legendum.

8. *Nil eſt ab omni*] Sic ibi fuit. Sed apud Horatium, in ode ſcilicet ſexta decima libri ſecundi carminum:

Nihil eſt ab omni Parte beatum.

Quomodo etiam Auſonium ſcripſiſſe crediderim. Primum enim, ' quum tanti putet vatis Lyrici oraculum, cur ſuis omnino verbis, alio etiam metri genere, non extulerit? Deinde carminis hujus metra, quum pleraque ſint anapæſtica, quocunque genere ſuus poëta conſtituerit, cur hemiſtichium iſtud metri Sapphici hendecaſyllabi, & qui ipſum ſequitur, Adonius verſus, anapæſtica non videantur? Anapæſticum namque metrum pro ſuis, hoc eſt pro Anapæſtis pedibus, ſpondeos, & dactylos paſſim admittit. Quare, *parte beatum*, tam Anapæſticum metrum erit, quam Dactylicum Adonium: qualia ſunt multa in hoc Auſonii carmine metra, ut *Rhetor Alethi, Major utroque, Doctor in annis.*

Hemi-

Hemiſtichium autem Sapphicum, *Nihil eſt ab omni*, putum putum eſſe Anapæſticum poteſt, correpta penultima ſyllaba, quæ longa erat. In ea namque voce, *o*, natura brevem eſſe contendunt, qui eam ab veteribus poëtis correptam fuiſſe docent. Lucretius libro primo:

Per gentes Italas omnium quæ clara clueret.

Et tertio:

Quum ſemel ex omnibus membris ablata receſſit.

Terentius in Andriæ actu ſecundo:

Sine omni periclo, nam hocce haud dubium eſt quin Chremes,

Metro jambico ſenario, pedeque anapæſto in prima ſede. Idem in Actu ſecundo Eunuchi, metro iambico octonario, & pede dactylo in quarta ſede:

Quum in cellulam ad te patris penum omnem congerebam clanculum.

Et in extrema Hecyra, dactylo anapæſtove in principio metri etiam octonarii iambici:

Omnia omnes ubi reſciſcunt. hi quos par fuerat reſciſcere. Vinetus.

[1] LEONTIVS, Grammaticus, cognomento LASCIVVS. VII.

QVi colis lætos, hilaroſque mores,
Qui dies feſtos, [2] joca, vota, ludum,
Annuum functi memora Leontî
Nomine threnum.
[3] Iſte LASCIVVS patiens vocari,
Nomen indignum probitate vitæ
Abnuit nunquam: quia gratum ad aures
Eſſet amicas.
Literis tantum titulum aſſecutus,
Quantus exili ſatis eſt cathedræ:
Poſſet inſertus numero ut videri
Grammaticorum.

Tu

1. *Leontius Grammaticus, cognomento Beatus*] Non *Beatus*, ſed *Laſcivus* fuit cognomen Leontio. docet epigr.

Iſte Laſcivus patiens vocari.

Laſcivus dictus eſt, quia hilariter vitam transegit in ludis jociſque. Laſcivus enim non eſt libidinoſus, ſed petulans. ſic *laſcivire milites* Tacito dicuntur, cum tempus tranſigunt ludendo, tempore feriarum. *Laſcivi pueri* Horat. *laſciva puella* Virg.

Malo me Galatea petit laſciva puella.

Grævius.

2. *Loca, vota*] Lege, — *joca, vota, ludum.* non *loca.* ut Saluſtius Iugurta, *joca atque ſeria.* Scaliger.

3. *Iſte laſcivus*] *Laſcivus*, quo nomine vulgo appellabatur Leontius, nec moleſte ferebat, in malam partem fere accipitur, & quæ hinc ſunt *laſcivia*, *laſcivire*, pro petulante, procace, molli, libidinoſo. *Vinetus.*

 4. *Ma-*

Tu meæ ſemper ſocius juventæ,
Pluribus quamvis cumulatus annis,
Nunc quoque in noſtris recales medullis,
Blande Leonti:
Et juvat triſti celebrare cura
Flebilem cantum memoris querelæ:
[4] Munus ingratum, tibi debitumque
Carmine noſtro.

4. *Munus ingratum*, &c.] Hæc ſic diſtinguenda:
Munus ingratum, tibi debitumque
Carmine noſtro. Grævius.

4. *Munus ingratum*] *Tibi* ad *debitum* referendum eſt. *ingratum* enim Poëtæ erat munus, qui maluiſſet non dare. ſic in carm. XVII de Arborio:
Hinc renovat &c.
Annuus ingrata religione dies.

GRAMMATICIS GRÆCIS Burdigalenſibus. VIII.

[1] Romulum poſt hos, prius, an Corinthi,
An ne Sperchei, pariterque nati
Atticas Muſas memorem Meneſthei
Grammaticorum?
Sedulum cunctis ſtudium docendi;
Fructus exilis, tenuiſque ſermo:
Sed, quia noſtro docuere in ævo,
Commemorandi.
Tertius horum mihi non magiſter;
Cæteri primis docuere in annis,
Ne forem vocum rudis, aut loquendi:
Sed ſine cultu.
Obſtitit noſtræ quia, credo mentis
Tardior ſenſus: [2] neque diſciplinis

Appu-

1. *Romulum poſt hos prius*] Hoc Horatii Flacci, ode duodecima libri primi, de Romulo Romanorum primo rege. *Vinetus.*

2. *Neque diſciplinis*] eadem de ſe teſtatur D. Auguſtinus l. 1. Confeſſ. *Quid autem erat cauſſa, cur Græcas literas oderam, quibus puerulus imbuebar, ne nunc quidem ſatis exploratum eſt. Adamaveram enim literas, non quas primi magi-*

Appulit Græcis puerilis ævi
Noxius error.
[3] Vos levis cæſpes tegat, & ſepulchri
Tecta defendant cineres opertos:
[4] At meæ vocis titulus ſupremum
Reddat honorem.

magiſtri, ſed quas docent, qui Grammatici *vocantur: Nam illas primus, ubi legere, & ſcribere, & numerare diſcitur, non minus onerosas pœnaleſque habebam, quam omnes Græcas.* Qui locus & ſequens carmen illuſtrat.

3. *Vos levis cæſpes*] Ovidius de Tibullo:

Oſſa quieta precor tuta requieſcere in urna:
Et ſit humus cineri non oneroſa tuo.

Sic autem in veteri illo codice *Cæſpes* prima diphthongo. *Vinetus.*

4. *Ac mea vocis*] malim, *At mea vocis.*

IVCVNDO, Grammatico Burdigalenſi, fratri Leontii. IX.

ET te, quem cathedram temere uſurpaſſe loquuntur,
Nomen Grammatici nec meruiſſe putant:
Voce ciebo tamen, ſimplex, bone, amice, ſodalis;
Iucunde, [1] hoc ipſo care magis ſtudio,
Quod quamvis impar nomen tam nobile amaſti,
[2] Es meritos inter commemorande viros.

1 GRAM-

1. *Hoc ipſo care magis ſtudio*] Quem ob id pluris facio: quod ambiveris munus, cui gerendo tametſi minime idoneus eras propter exilem eruditionem, tamen quia ſic locum inter doctiſſimos profeſſores tenuiſti, inter eos te, ſodalis quondam & amicus, commemorandi occaſionem nunc habeo. *Vinetus.*

2. *Es meritos inter*] ita legendum. *Commemorande,* hoc eſt commemorandus, ut ſupra, *prætextate,* & ſimilia: & in Moſella:

Tempora longarum fers incorrupte morarum.

Incorrupte dixit, pro incorruptus. *Scaliger.*

2. *Es meritos inter*] Pro *commemorandus,* ut aliis notatum. eſt autem hic ſenſus: quod tam eximium Grammatici nomen, quamvis impar ingenii viribus, appetieris, ideo commemorandus es inter eos, qui eruditione ſua tueri illud poterant, atque adeo merebantur.

[1] GRAMMATICIS LATINIS Burdigalenſibus Philologis, Macrino, Phœbitio, Concordio, Sucuroni, Ammonio Anaſtaſio Grammatico Pictaviorum. X.

[2] NVnc ut quemq; mihi
Flebilis officii
Relligioſus honor
Suggeret, expediam.
Qui, quamvis humili
Stirpe, loco, ac merito,
Introtulere tamen
Grammatices ſtudium
Ingeniis hominum
Burdigalæ rudibus.
[3] Permaneat ſeries.
Sit Macrinus in his,
[4] Sobrius in pueris,
Et puerorum *
Vtilis ingeniis.
Huic mea principio
[5] Credita pueritiës.
Nec reticebo ſenem
[6] No-

1. *Grammaticis*] Quod ſuperius acciderat propter verſuum brevitatem. ut plurima ſuis ſedibus quaſi vi dejecta fuerint, id in Philologis Burdigalenſibus videre etiam licet. in quibus multa perperam tranſpoſita ſunt à vetere librario: non pauca etiam à Correctore Lugdunenſi depravata. quem tanta religio inceſſerat, ut cum Auſonio duos verſus eripuiſſet, duos ultro munificus de ſuo dederit. tanquam hanc illi compenſationem imputandam cenſeret. Nos contra illos verſus Auſonio eripiemus, & ſuos ei reddemus. Sed prius lemma, ſeu titulus ita concipi debet: *Grammaticis Latinis Burdigalenſibus Philologis, Macrino, Phœbitio, Concordio, Sucuroni, Ammonio Anaſtaſio Grammatico Pictaviorum.* Totidem enim hic recenſet Auſonius. ne putes Anaſtaſium Ammonium ab his ſeparandum eſſe, quod tamen commiſſum eſt in vulgatis editionibus, & in veteri exemplari. Igitur ita lege, & digere hos verſus, uti nos tranſpoſuimus. In quibus luce clariora ſunt omnia, quæ ante obſcura, diſtorta, depravata legebantur. *Scaliger.*

2. *Nunc ut quemque*] An ut elegiaci meri legendi ſint hi verſus, an vero, ut nunc, disjuncti, ad gratiam fortaſſis aliquid, ad rem nihil facere arbitror. Conatus tamen ſum in ordinem redigere: ſed cum jam in eo eſſem, ut induſtriæ ſucceſſum adfuturum ſperarem, alter, & item alter verſus obſtabat. Elegiacos meros reperias apud hunc noſtrum, Heliodorum, Ælium Lampridium, Martianum Capellam, Boëthium, ni fallor, &c.

3. *Permaneat*] Hoc vult: quia eorum nullum eſt meritum, neque alius alio præſtat, ſe ſecuturum ſeriem, & ſucceſſiones eorum, atque ætates. *Scaliger.*

4. *Sobrius in pueris & puerorum*] Habebat codex ille Lugdunenſis unico verſu, *Sobrius & puerorum.* quomodo legendum eſſe ratio convincit. Nam quæ ſupereſt ſyllaba in hoc verſu hypercatalectico, in ſequentem rejiciendа eſt, ut ſit:

Sobrius

[6] Nomine Phœbicium:
Qui Beleni æditùus
Nil opis inde tulit.
[7] Sed tamen, ut placitum,
Stirpe ſatus Druidum,
[8] Gentis Aremoricæ
Burdigalæ cathedram
[9] Nati opera obtinuit.
Et tu Concordi
Qui profugus patria,
Mutaſti ſterilem
Vrbe alia cathedram,
Et libertina
[10] Sucuro progenies,
Qui rudibus pueris
Prima elementa dabas.
[11] Pange & Anaſtaſio
Flebile, Muſa, melum:
[12] Et memora tenuem
Nænia Grammaticum.
[13] Burdigalæ hunc genitum,
Tranſtulit ambitio,
[14] Picto-

Sobrius & puero-Rum utilis ingeniis. Habet noſter auctores ſuos, quos ſequutus eſt.

5. *Credita pueritiei*] Secundus metri hujus pes *pueritie*, proceleuſmaticus pro dactylo, à dactylo differens ſyllabarum numero, non tempore. *Vinetus.*

6. *Nomine Phœbitium*] Lege: *Phœbadium.* Hoc nomine & alii Galli fuerunt, ut ille Aginnenſis epiſcopus, qui contra Arrianos epiſtolam ſcripſit. *Phœbitii* vero nomen nuſquam recurrit, ſed in inſcriptionibus *Phœbi* & *Phœbiani.* Grævius.

7. *Sed tamen, ut placitum*] Non ſine cauſſa addidit, quia non omnibus credibile videbatur. Quare ſuperius idem eſt, quod de eadem re dixit:

Si fama non fallit fidem,

in Elogio Attii Pateræ. *Scaliger.*

8. *Gentis Aremoricæ*] Scribit Plinius Aremoricam olim fuiſſe dictam eam Aquitaniæ partem, quæ Garumnam fluvium, & Pyrenæum montem interjacet. ſed Cæſar commentario ſeptimo civitates Galliæ oceanum attingentes, Gallorum conſuetudine Armoricas eſſe appellatas ſcribit: in quibus Curioſolites, Redones, Oſiſmos, Leonices, & alios nominat: qui tractus & Bajocaſſes habet, oppidumque, quod à Druidis nomen adhuc retinuiſſe creditur, *Dreux.* Vinetus.

9. *Nati opera obtinuit*] Filius ergo Patera, & pater Phœbicius, peregrini homines litteras ſunt Burdigalæ profeſſi, ſed pater poſterior, & jam ſenex, filii opera ſtudióque accitus. *Vinetus.*

10. *Sucuro*] Quod in vetere codice invenimus, bona fide reddidimus, niſi quod ibi, non *progenies*, ſed *progeniem*, perperam legebatur. Manifeſto videmus Sucuronem nomen peregrinum & ſervile, quod convenit huic grammatico, quem ait libertinæ conditionis fuiſſe. *Scaliger.*

11. *Pange*] Correximus ſecuti veſtigia ejuſdem veteris libri, in quo *Pance* ſcriptum erat. Quam ſæpe, C, pro G, veteres librarii poſuerint, fidem fecerint illa *ſubicitare*, *inicere*, pro ſubigitare, & inigere, & infinita talia. *Scaliger.*

12. *Et memora tenuem*] Carmen hoc habebat proprium titulum, A*MMONIO* A*NASTASIO* G*RAMMATICO* P*ICTAVIORUM.* & mirum ni pars ejus ſit. *Vinetus.*

13. *Burdigala genitum*] Repoſui particulam, quam vetus liber inſerebat, *Burdigale hunc genitum.* Erat idem duobus verſibus auctior,

Et memora tenuem
Nænia Grammaticum.

Quos cur Scaliger correctoris Lugdunenſis ſubdititios eſſe dixerit, nul-

[14] Pictonicæque dedit.
Pauper ubi, & tenuem
Victum habitumque colens,
Gloriolam exilem
Et patriæ, & cathedræ
Perdidit in ſenio :
Doctrina exiguus,
[15] Moribus implacidis,
Proinde, ut erat meritum,
Famam habuit tenuem.
Sed tamen hunc noſter
Commemoravit honos.
Relligioſum etenim
[16] Commemorare meæ

Gram-

lam juſtam cauſſam habuit. quum enim diſerte in vetuſto illo codice, & ante hunc verſum legantur, ſuo quidem, ut res ipſa docet, loco; quare, quæſo, tamquam ſpurii ejicientur?

14. *Pictonica*] Subintellige urbi. Eodem modo *Pictavica*. Sic enim in Epigrammatis:

Imago Rufi Rhetoris Pictavica.

Hoc eſt civitatis. ex veteri libro. Ambitio, inquit, abſtulit eum ſuæ Burdigalæ origini, & dedit Pictonicæ civitati. Subdititii erant Correctoris Lugdunenſis illi verſus:

Et memora tenuem Nænia Grammaticum.

Item ille,

Quamque habuit etiam.

Quid commiſerit, tibi indicavi. tu de ejus fide, & religione cogitato. Nos merito eos malæ fidei poſſeſſores dejecimus. *Scaliger.*

14. *Pictoniceque*] Hoc quomodocunque emendes, à Pictonibus *Pictonicum litus* dixit idem Auſonius in epiſtola ad Paulum de nobilibus oſtreis: & *Pictonica arva* Paulinus in epiſtola ad Auſonium, *Defore.* Sunt autem Pictones, gens, nunc *Poitevins*: ager & provincia, *Poitou*, in Galliæ Celticæ parte, quam Auguſtus Cæſar Aquitaniæ annexuit, ad fluvium Ligerim, & oceanum Britannicum. Noti Cæſari, Straboni, Plinio, & aliis veterum multis, inter quos Ptolemæus duo Pictonum oppida memorat Auguſtoritum & Limonum. quorum ego neutrum nec ex ſitu, nec e veſtigio priſci nominis agnoſcere poſſum: quanquam non dubito, quin alterum ſit, quod vulgo *Poitiers*, ab vetere gentis vocabulo vocitatur, omnium Aquitanicæ, Celticæque Galliæ oppidorum maximum. Cujus civitatis, vel ſolius ſui ante annos mille & ducentos epiſcopi Hilarii nomine clariſſimæ, vetuſtatem teſtantur tum amphitheatri ad forum Vetus intra ipſa nunc mœnia olim extra: tum aquæductus, quo ad amphitheatrum & urbem ex agro meridiem ſpectante, aqua perducebatur, inſignes reliquiæ. Dicam alias, ſi vita, & otium ſuppetet, quam parum ſapere illi Pictonum mihi videantur, qui ſe à Scythis, & Pictis Agathyrſis profectos jactitant: & ſuis Pictavis à *picta vi* nomen inditum ſomniant. Ceterum quod quidam grammatici non ita dudum tradiderunt, ſyllabam ſecundam in *Pictones* ſemper produci: eam in Græcis exemplaribus ego ancipitem reperio: quam corripiunt tantum Auſonius & Paulinus, nec producit Claudianus in quarto carmine de conſulatu Honorii, ubi legendum non *Pictonum*, ſed *Pictorum*.

— *Incaluit Pictorum ſanguine Thule.*

Vinetus.

15. *Moribus implacidis*] Scripſerat forſan Auctor *implacidus*, ut ſupra:

Salibus modeſtus nullo felle perlitus.

16. *Commemorare*] Trochæum verſiculus amiſerat, quem pronomine *mea* ſuppleverunt Lugdunenſes. *Vinetus.*

1. Her-

Grammaticum patriæ,
Ne pariter tumulus
Nomen & oſſa tegat.

[1] HERCVLANO, Sororis filio, Grammatico Burdigalenſi. XI.

HErculane, qui profectus gremio de noſtro & ſchola
[2] Spem magis quã rem fruendã præbuiſti avunculo,
Particeps ſcholæ, & cathedræ penè ſucceſſor meæ,
Lubricæ niſi te juventæ præcipitem flexus daret,
[3] Pythagorei non tenentem tramitis rectam viam:
Eſto placidus, & quietis Manibus [4] ſedem fove;
Iam mihi cognata dudum inter memoratus nomina.

THA-

1. *Herculano*] Hic eſt Pomponius Maximus Herculanus: quem ſeptimodecimo carmine Parentaliũ celebravit Auſonius. *Vinetus.*

2. *Spem magis, quam fruendam*] Hic deſideratur una ſyllaba: quæ fortaſſe *rem* fuerat. *Spem magis quam rem fruendam.* Optimam ſpem conceperat Auſonius de Herculano puero: qua ſe fruſtratum ſignificat. *Vinetus.*

2. *Spem magis*] Inde juvencula pingitur Spes in antiquis numiſmatibus, quia cum tenera ætate incipit; in eaque *ſpes, non res*, ut Cicero ait, *laudari ſolet.* Anton. Auguſtinus. Ludere autem in hiſce nominibus auctores amant. ſic noſter carm. XI. Parental.

Paſtor chare nepos, ſpes cujus certa fuit res.

Cicero in Verr. III, c. XIX. *Cum in provincia tam locuplete ac referta non modo rem, ſed ne ſpem quidem ullam reliquam cuiquam feceris.* D. Auguſtinus lib. IV. de Civ. Dei, c. XXIV. *Tales Chriſtianos imperatores dicimus eſſe felices interim ſpe, poſtea re ipſa futuros, cum id, quod exſpectamus, advenerit.* Idem lib. X. Confeſſ. *Et ſunt, qui ſpe beati ſunt. Inferiore modo iſti habent eam, quam illi, qui jam re ipſa beati ſunt. Sed tamen meliores quam illi, qui nec re, nec ſpe beati ſunt.*

3. *Pythagorei tramitis rectam viam*] Vide carmen Virgilio inſcriptum de littera Pythagoræ. *Vinetus.*

4. *Sedem fove*] Id eſt, ſepulcrum. Nam *ſepulcrum* ſedes *vocatur*, teſte Servio ad lib. VI. Æneid. v. 152.

Sedibus hunc refer ante ſuis, & conde ſepulcro.

Bene vero Servius, quod *ſedes*, ut hic, ita & ad verſ. 328, de naturalibus ſedibus capit. Terræ namque debetur corpus noſtrum; & eſt id quoque antiquiſſimum ſepulturæ genus, quum cadavera non igne concremantur, ſed injecta humo conteguntur, & *quaſi operimento matris*, ut ait Cicero, *obducuntur.* recte Pacuvius:

Mater eſt Terra, ea parit corpus, animam æther adjugat.

Et unde Pacuvius tranſtuliſſe videtur, Euripides:

Ὅθεν δ' ἕκαστον εἰς τὸ σῶμα ἀφίκετο,
Ἐνταῦθ' ἀπῆλθε· πνεῦμα μὲν πρὸς αἰθέρα,
Τὸ σῶμα δ' εἰς γῆν.

Hujus opinionis aſſertor Thales fuit, qui quod aquam rerum omnium principem eſſe diceret, obruenda corpora cenſebat, ut poſſent humore reſolvi. *Sedis* porro vocabulo præter

Hora-

Horatium & Virgilium uſus eſt noſter eàdem ſignificatione, carm. hic ult. Commemor. Profeſſor. Burdig. *Sedem ſepulcri ſervet immotus cinis.*

[1] THALASSO, Grammatico Latino, Burdigalenſi. XII.

OFficium, nomenque tuum, primæve Thalaſſe,
Parvulus audivi: vix etiam memini,
Qua forma, aut merito fueris, qua ſtirpe parentum.
Ætas nil de te poſterior celebrat.
Grammaticum juvenem tantum te fama ferebat,
Tum quoque tam tenuis, quam modo nulla manet.
Sed quicunque tamen, noſtro quia doctor in ævo
Vixiſti, hoc noſtrum munus habeto, Vale.

1. *Thalaſſe*] maluerim *Thalaſsie*, & mox *Thalaſsi*, legere: ne & hic Grammaticus ſimile quid patiatur, quod ille Auxilius, de quo Epig. CXXXVIII.

[1] CITARIO, Siculo Syracuſano, Grammatico Burdigalenſi Græco. XIII.

ET Citari dilecte mihi memorabere, dignus
Grammaticos inter qui celebrere bonos.
Eſſet Ariſtarchi tibi gloria, Zenodotique
[2] Grajorum, antiquus ſi ſequeretur honos.
Carminibus, quæ prima tuis ſunt condita in annis,
[3] Con-

1. *Citario*] Citarius Siculus eſt is, cujus nobile epigramma de paſtoribus hodie extat. *Scaliger.*

2. *Grajorum, antiquus*] In antiquis libris & editionibus eſt, *Gravior antiquus, ſi ſequeretur*, &c. Hinc legendum cenſeo:

Clarior, antiquus ſi ſequeretur honos.

Gloria tua eſſet clarior gloria Zenodoti & Ariſtarchi, ſi hæc ars in tanto eſſet pretio, quam olim. *Gravius.*

2. *Gravior antiquus*] Probo Goropii emendationem, *Grajorum* reponentis. Poteſt tamen defendi vulgata, ſi ſic explicetur: Adeptus eſſes gloriam graviorem ac majorem gloria Ariſtarchi & Zenodoti, ſi antiquus honos ſequeretur merita, id eſt, ſi eodem honore eſſent, quo olim, Grammatici. Sed *Grajorum* abſque dubio probum. Scriptum fuit in veteri libro: *Grajor antiquos*, per ecthlipſin ſibi frequentiſſimam.

3. *Con-*

[3] Concedit Cei Muſa Simonidei.
[4] Vrbe ſatus Sicula, noſtram peregrinus adiſti:
Excultam ſtudiis quam prope reddideras.
Conjugium nactus cito nobilis, & locupletis,
Invidia fati non genitor moreris.
At nos defunctum memori celebramus honore,
Fovimus ut vivum munere amicitiæ.

3. *Concedit Cei*] Iamdudum admodum adoleſcentes errorem illum agnoveramus reſcribentes *Concedat Cei* pro *ceu*. In quo poſſis agnoſcere Correctoris Lugdunenſis acumen: qui puerile mendum animadvertere non potuit. Hoc admonet me, ut emendem Ovidii locum in Ibim: quia de Simonide mentio eſt. Is ita eſt:

Stella Lycorida cum fuit apta viro.

Hic quærunt docti viri, quare Simonides dictus ſit Lycorides. Inter quos Turnebus non nodum diſſolvit, ſed nodum in ſirpo quærit. Quod tamen ei vitio vertendum non eſt. Non enim bonum exemplar nactus erat. Nos incidimus in miras ſchedas, in quibus exaratum erat:

Stella Leoporida cum fuit aqua viro.

Putamus igitur ex eo mendo veritatem elici poſſe, ſi pro *Leoporida*, legamus *Leoprepida*. Neque dubito, quin ea vera ſit lectio. Ipſemet Simonides ſe παῖδα λεωπρέπεω nominat. Stella autem eſt Caſtor, & Pollux, in quos hymnum conſcripſerat Simonides, ut diſertius ſcriptum eſt in hiſtoria illa. Horat.

— alba nautis Stella refulſit.

Intelligit Caſtorem, & Pollucem. *Scaliger.*

4. *Vrbe Sicula*] Syracuſis. *Vinetus.*

[1] CENSORIO ATTICO [2] AGRICIO, Rhetori. XIV.

ELoquii merito primis æquande, fuiſti
[3] Agrici poſitus poſteriore loco:

Ævo

1. *Cenſorio*] Legendum: *Cenſorio Attico Agricio.* Item:

Agrici poſitus poſteriore loco.

Ita enim vetus codex. Sed tamen in Epiſtola Sidonii x, lib. v, *Agræcius* excuſum vulgo eſt. *Scaliger.*

2. *Agricio*] Et in hujus carminis titulo, *Agricio*, & in ejus ſecundo verſu, *Agrici*, habuit exemplar. pro quibus *Agrico*, & *Agrice* ſcripſerunt Lugdunenſes. Tetraſyllabum ergo rhetoris hujus nomen eſto: ſimúlque illi ſua reſtituatur diphthongus *æ*. Ab eo enim, quod eſt ἀγρὸς, id eſt ager, ut ne putes barbarum eſſe, hoc nomen, fit ἄγροικος, quod ſignificat agreſtem, ruſticanum, inurbanum, moroſum, ferum, & hinc Ἀγροίκιος, hoc Agrœcius, ut Græcam diphthongum οι, Latini in ſuam *œ* convertere ſolent. Extat Agrœcii libellus de orthographia, & proprietate ſermonis inſcriptus, quem ab ipſo ſuo nomine auctor ordiens. AGROECIVS, inquit, *& cum Latine ſcribis, per diphthongum ſcribendum: non, ut quidam putant, per y, Agricius.* Hæc ille: quem eundem eſſe rhetorem Agrœcium

Ævo qui quoniam genitus functuſque recenti,
Dilatus nobis, non & omiſſus eras.
Quocunque in numero, triſti memorabere threno.
[4] Vnus honos tumuli ſerus, & ante datus.
Tam generis tibi celſus apex, quam gloria fandi.
Gloria Athenæi cognita ſede loci;
[5] Nazario, & claro quondam delata Patéræ,
[6] Egregie multos excoluit juvenes.
Conjuge nunc, natiſque ſuperſtitibus, generoque,
Majorum Manes, & monumenta foves.

cium, nec ajo, nec nego: ſed de rhetore mentionem facit Sidonius Apollinaris libri quincti epiſtola decima, ejus diſciplinam laudibus efferens. ubi vetuſti codices ſcribunt alii *Agrocio*, alii fere *Agrecio*. Vinetus.

3. *Agrici hic poſitus*] Tò *hic* in antiquo codice deſideratur.

4. *Vnus honos tumuli*] Parum refert; utrum priore an poſteriore loco commemoreris: nulla enim differentia honoris eſt.

5. *Nazario*] Cujus extat Panegyricus de laudibus Conſtantini magni: & quem in Euſebii Latinis, Hieronymique chronicis leges, inſignem habitum ad annum Chriſti trecenteſimum & viceſimum octavum: anniſque poſt undecim ejus filiam EVNONIAM virginem Chriſtianam, in eloquentia patri parem. *Vinetus.*

6. *Egregie multos excoluit*] Hic aliquid deeſſe videtur: & fortaſſe legendum, *Egregie multos qui excoluit juvenes*: ut de Patéra intelligas. *Vinetus.*

NEPOTIANO, Grammatico, eidem Rhetori. XV.

FAcete, comis, animo [1] juvenali ſenex,
Cui felle nullo, melle multo mens madens,
Ævum per omne nil amarum miſcuit:
[2] Noſtri medela Nepotiane pectoris,
Tam ſeriorum quam jocorum particeps,
Taciturne, Amyclas qui ſilendo viceris.

Te

1. *Iuvenali*] Iuvenili. Pierius in quinctum & octavum Æneidos. *Vinetus.*

2. *Medela noſtri Nepotiane pectoris*] qui metui, triſtitiæ, aliiſque mei animi affectionibus, & morbis pulchre mederetis. *Nepos* ô producit: unde ſi *Nepotianus* ſit derivatus, ſic metrum ſtare poterit, *Noſtri medela Nepo.* Vinetus.

2. *Medela noſtri*] transpone, *Noſtri medela Nep. pectoris.* errorem pedum alioqui inducit. *Barthius.*

3. *Melo-*

Te fabulantem non Vlixes linqueret,
Liquit canentes qui [3] melodas virgines.
Probe, & pudice, parce, frugi, abſtemie,
Facunde, nulli Rhetorum cedens ſtilo,
[4] Et diſputator ad Cleanthen Stoicon:
[5] Scaurum Probumque corde callens intimo:
[6] Et Epirote Cinea memor magis.
Sodalis, & convictor, hoſpes jugiter:
[7] Parum quod hoſpes; mentis agitator meæ.
Conſilia nullus mente tam pura dedit,
[8] Vel altiore conditu texit data.
Honore geſti [9] præſidatus inclytus,
Decies novenas functus annorum vices,
Duos relinquens liberos, mortem oppetis,
Dolore multo, tam tuorum, quam meo.

ÆMI-

3. *Melodes virgines*] Sirenes, quarum ſuaviſſimum cantum Vlixes quomodo vitarit, lege libro duodecimo Odyſſeæ Homeri. *Vinetus.*

4. *Et diſputator ad Cleanthen*] Significat ΑΔ hoc loco comparationem, ſimilitudinémque, ut apud Terentium, *Nihil ad noſtram hanc.* & Ciceronem ſecundo de Oratore, *nihil ad Perſium.* & in carmine hujus libri viceſimo primo, *ad Scaurum atque Probum.* Stoici namque omnes, uti hic Cleanthes, Zeno ejus magiſter, & Chryſippus diſcipulus, Dialectices in primis ſtudioſi fuerunt, ut ex Ciceronis Academicis, & aliis ejus ſcriptis cognoſces: ſcripſitque de illa librum Cleanthes, auctore Diogene Laërtio. *Vinetus.*

5. *Scaurum Probúmque*] Nobiliſſimos Grammaticos. *Vinetus.*

6. *Et Epirote*] Ita plane ex eodem libro reponendum: ubi in ἠπειρώτῃ, ι ψιλὸν expunctum, ut in χειρέχεια, & apud eundem Auſonium in *Piridia*, & apud eundem in *Solicismo*, ο μικρὸν extritum. ut ſit, χειρέχεια, φιδίας, σολοικισμὸς, ἠπειρώτης. Scaliger.

6. *Et Epirote Cinea memor magis*] Plinius & Solinus auctores ſunt, Cineam Pyrrhi regis Epirotarum legatum, ea fuiſſe memoria, ut poſtero die, quam ingreſſus Romam fuerat, & Equeſtrem ordinem, & Senatum propriis nominibus ſalutaverit. *Vinetus.*

7. *Parum quod hoſpes*] Leve hoc. plus fuiſti, nempe monitor in rebus meis, hortator, conſultor. *Vinetus.*

8. *Vel altiore conditu texit*] Condidit, occultavit, abſcondit pectore penitiore. *Conditus* ſubſtantivum etiam apud Cenſorinum de ævo, ſed alia ſignificatione, *à conditu urbis Romæ.* Vinetus.

9. *Præſidatus*] Hoc à præſide, ſicut à conſule conſulatus. Trebellius Pollio in Tetrico ſeniore: *Victorina Tetricum Senatorem populi Romani, præſidatum in Gallia regentem, ad Imperium hortata.* &, *eundémque conſularem, qui jure præſidali omnes Gallias rexerat, per triumph.* Vinetus.

1. In-

ÆMILIVS MAGNVS ARBORIVS, Rhetor Toloſæ. XVI.

[1] INter cognatos jam fletus, avuncule, Manes,
Inter Rhetoricos nunc memorandus eris.
Illud opus pietas, iſtud reverenda virorum
Nomina, pro patriæ relligione habeant.
[2] Bis meritum duplici celebremus honore parentem
Arborium, Arborio patre, & avo Argicio.
[3] Stemma tibi patris Æduici: Tarbellica Mauræ
Matris origo fuit. ambo genus procerum.
Nobilis & dotata uxor, domus, & ſchola, cultæ
Principum amicitiæ contigerunt juveni.
[4] Dum Conſtantini fratres opulenta Toloſa
Exſilii ſpecie ſepoſitos cohibet.
Byzanti inde arcem, Threſſæque Propontidis urbem
Conſtantinopolim fama tui pepulit.
Illic dives opum, [5] doctoque ibi Cæſare honorus
Occumbis, patribus Magne ſuperſtitibus.
[6] In patriam ſed te ſedem, ac monumenta tuorum,
Principis Auguſti reſtituit pietas.
Hinc renovat cauſam lacrymis, & flebile munus,
Annuus ingrata relligione dies.

1. *Inter cognatos*] Carmine Parentalium tertio. *Vinetus.*

2. *Bis meritum*] Quod & propinquus, & profeſſor litterarum Burdigalæ. *Id.*

3. *Stemma tibi*] Ita lege: ut ſupra:
Arborium Æduico ductum de ſtemmate nomen.
Lego etiam:
Arborium Arborio patre, & avo Argicio. Scaliger.

4. *Dum Conſtantini fratres*] Anaballianus, cujus filius Dalmatius in ſequenti carmine, Conſtantius, & Conſtans, tres Conſtantini Magni fratres apud Aurelium Victorem: ſed cur Toloſam ſint relegati, quomodo, & quando, alibi non legi. *Vinetus.*

5. *Doctoque ibi Cæſare*] Sub Conſtantini Auguſti Imperio Cæſares multi fuerunt, quattuor ejus filii, Criſpus, Conſtantinus, Conſtantius, Conſtans, Licinius ſororis, Dalmatius fratris Anaballiani filius. *Vinetus.*

6. *In patriam*] Servius ad XI Æn. v. 186: *Quia apud varias gentes diverſa fuerunt genera ſepulturæ, inde eſt, quod alii obruuntur, alii exuruntur, alii proprias remittuntur ad patrias.*

EXVPERIVS, Rhetor Toloſæ. XVII.

EXuperi memorande mihi, [1] facunde ſine arte,
Inceſſu gravis & verbis ingentibus, ore
Pulcher, & ad ſummam, motuque habituque venuſto.
[2] Copia cui fandi longe pulcherrima; quam ſi
Auditu tenus acciperes, [3] deflata placeret:
[4] Diſcuſſam ſcires ſolidi nihil edere ſenſus.
Palladiæ primum toga te venerata Toloſæ,
Mox pepulit levitate pari. Narbo inde recepit.
Illic [5] Dalmatio genitos, fatalia regum
Nomina, tum pueros, grandi mercede docendi
Formaſti, Rhetor, metam prope puberis ævi.
Cæſareum qui mox indepti nomen, honorem
Præſidis, Hiſpanumque tibi tribuere tribunal.
Decedens, placidos mores, tranquillaque vitæ
Tempora prædives finiſti [6] ſede Cadurca.

Sed

1. *Facunde ſine arte*] Natura facunde. *Vinetus.*

2. *Copia cui fandi*] Hiſce verſibus ſuſpicione mutatæ genuinæ ſcriptæ non vacat *τὸ deflata* medio loco. Contrarium enim potius dicendum videbatur, nimirum turgidam illam orationem inſtar bullæ placuiſſe, dummodo non inflaretur: nam penitius inſpectam inanem bonarum rerum apparituram. *Barthius.*

3. *Deflata*] Id eſt, recitata.

4. *Diſcuſſam*] Ita omnino legendum. Sed quod pene oblitus ſum monere: duos Exuperios Toloſæ celebres fuiſſe invenio. Iſtum Rhetorem, de quo hic Auſonius: alterum Epiſcopum, etiam hodie Toloſatibus decantatiſſimum. Et circa idem fere tempus Rhetoricam docuit Toloſæ Saturninus, ut docet Sidonius. qui non tantum ejus cathedræ meminit, ſed & ſæviſſimorum cruciatuum, quos propter fidem Chriſti à væcordi plebe paſſus eſt. verſus ejus adſcripſi:

Qui Toloſanam tenuit cathedram
De gradu ſummo Capitoliorum
Præcipitatus:
Quem negatorem Iovis ac Minervæ,
Et crucis Chriſti bona confitentem
Vinxit ad Tauri latus injugati
Plebs furibunda.

Scaliger.

5. *Dalmatio genitos*] Filios Dalmatii Cæſaris Anaballiano geniti, fratre Conſtantini Magni Imperatoris. ſed de iis aliud non legi. Dalmatius autem hic, quem patruus Conſtantinus imperii hæredem una cum filiis eſſe juſſerat, factione Conſtantii patruelis, & tumultu militari, anno imperii tertio, interemptus fuit, anno poſt Chriſtum natum trecenteſimo & quadrageſimo primo. Hieronymus in chronicis. *Vinetus.*

6. *Sede Cadurca*] Καδοῦρκοι, gens & provincia Aquitanicæ primæ,

Sed patriæ te jura vocant, & origo parentum,
[7] Burdigalæ ut rurſum nomen de Rhetore reddas.

Querci. Cujus metropolis apud Ptolemæum Δουήονα, quæ nunc *Cahours*, à gentis vocabulo. *Vinet.*

7. *Burdigala ut rurſum*] Id eſt, ut inter Rhetoras Burdigalenſes recenſearis. Non enim hæc, ut voluit Scaliger, ita accipienda ſunt, ac ſi reliquiæ hujus Rhetoris è Cadurcis Burdigalam translatæ forent. vide quæ mox ad Carm. xix.

[1] MARCELLO, Marcelli filio, Grammatico Narbonenſi. XVIII.

NEc te [2] Marcello genitum Marcelle ſilebo:
Aſpera quem genetrix urbe, domo pepulit.
Sed fortuna potens cito reddidit omnia, & auxit.
Amiſſam primum Narbo dedit patriam.
Nobilis hic hoſpes Clarentius indole motus,
Egregiam natam conjugio adtribuit.
Mox ſchola, & auditor multus, prætextaque pubes,
Grammatici nomen, divitiaſque dedit.
Sed nunquam jugem curſum fortuna ſecundat,
Præſertim pravi nacta virum ingenii.
[3] Verum oneranda mihi non ſunt: memoranda recepi
Fata. ſat eſt dictum, cuncta periiſſe ſimul.
Non tamen & nomen, quo te non fraudo, receptum
Inter Grammaticos prætenuis meriti.

' SE-.

1. *Marcello*] Marcelli viri illuſtris, & ex magno officio Theodoſii ſenioris, ad filios liber de Empiricis extat. in cujus præfatione quia Auſonii medici meminit, cumque unum ex civibus majoribuſque ſuis eſſe ait, qui Auſonium ibi putant accipiendum Auſonii poëtæ patrem medicum, Marcellum iſtum Empiricum Burdigalenſem fuiſſe arbitrantur. Qui ſi non falluntur, Marcellus hic memoratus, Marcellus Marcelli filius inſcriptus, Burdigalenſis civis, Narbone grammaticam profeſſus, Marcelli illius Empirici filius eſſe potuit. *Vinetus.*

2. *Marcello genitus*] Lege: *Nec te Marcello genitum.* Grævius.

3. *Verum oneranda*] Ita lege, non ut hodie. *honoranda:* quia ſcribebant *honus*, *honeris* & *honerare.* Scaliger.

1. *Sedati*

[1] SEDATVS, Rhetor Toloſanus. XIX.

Relligio eſt, tacitum ſi te, Sedate, relinquam,
 [2] Quamvis docendi munus indepte es foris.
Communis patria eſt tecum mihi: ſorte potentis
 Fati Toloſam nactus es ſedem ſcholæ.
Illic conjugium, natique, opulenſque ſenectus,
 Et fama, magno qualis eſt par Rhetori.
Quamvis externa tamen à regione reducit
 Te patria, & civem morte obita repetit.
Quumque [3] vagantem operam diviſæ impenderis urbi,
 [4] Arbitrium de te ſumit origo ſuum.

[5] Eſt

1. *Sedati*] Rhetoris Toloſani tumulus duplici genere epigrammatis ſcriptus eſt. Et non propterea diſtinguenda ſunt epigrammata duo, non magis ſane, quam duo illa item epigrammata, quibus conſcriptus eſt tumulus Criſpi, & Vrbici Grammaticorum. In primo epigrammate lego, *munus indepte es foris.* pro indeptus, more illo ſolenni Auſonii, cujus toties jam meminimus. In eodem lege:

Et fama, magno qualis eſt par Rhetori.

Scaliger.

2. *Quamvis docendi*] Iambicus trimeter verſus hic, ubi *indeptus* ſcripſi pro *indepte*: & quartus, ac ſextus. Octavus pentameter, ſed in *repetit* ſi *p* gemines, Iambicus & hic quoque erit, primo pede ſpondeo, *Te pa.* Decimus tam pentameter quam iambicus: quod *arbitrum* ſecundam ſyllabam habeat ancipitem, ut *patria* primam. Duodecimus pentameter ſolum ſiquidem ſine mendo ſit, reliquo diſticho nimium manco & mutilo. *Vinet.*

3. *Vagantem*] Legendum non *vacantem operam*, ſed *vagantem*. Ita enim vocat, quia deſultorium per multa oppida docendi munus, non fixum, ac ſtabile obivit. Propterea dixit *diviſam urbem* per hypallagen, cum hoc ſentiat ipſum vagantem operam per urbes diviſiſſe. *Scaliger.*

4. *Arbitrium de te*] Significat, ejus λείψανα à ſuis municipibus Burdigalenſibus fuiſſe Burdigalam translata. hoc enim eſt plane, quod ait:

Et civem morte obita repetit.

Arbitrium addidit, quia arbitri capiendi fuerunt: ut ex permiſſu collegii pontificum Burdigalam transferrentur. Propterea in veteribus monimentis legimus:

RELIQVIÆ TRAJECTÆ EX PERMISSV COLLEGII PONTIFICVM PIACVLO FACTO. Item: CORPORA TRANSLATA PERMISSV [illegible]. vide l. 3. §. Non perpetuæ. D. de ſepul. viol. Sic & de Exuperio ait:

Sed patriæ te jura vocant, & origo parentum,
Burdigala ut rurſum nomen de Rhetore reddas.

Et de Æmilio Magno Arborio:

In patriam ſed te ſedem, ac monimenta tuorum
Principis Auguſti reſtituit pietas.

Et ſane huic Sedato magnum honorem habuerunt Burdigalenſes, qui non ſolum oſſa ejus in municipium ſuum tranſtulerint, ſed & imagine

 hominem

[5] Eſt tua nunc ſuboles, [6] moremque ſecuta parentis,
Narbonem, ac Romam nobilitat ſtudiis.
. . . . Sed
[7] Fama velit nolit, Burdigalam referet.

hominem honorarint. Nam in eo loco, qui hodie *Podium Paulini* dicitur, ſaxea imago locata fuit barbata, librum manu tenens. quo ſignificatur eam cathedram docendi obtinuiſſe. & infra hæc inſcriptio legitur: D. M. SEDATVS. *Scaliger.*

4. *Arbitrium de te*] Origo tua, patriæ jura, & origo parentum, ut ſupra dictum de Exuperio, ac propinqui tui, ut arbitrati ſunt, cenſueruntque faciendum, te repetiverunt mortuum: corpuſque tuum Toloſa Burdigalam tranſtulerunt. *Vinetus.*

4. *Arbitrium de te*] Scaligeri, Vinetique explicatio probari mihi non poteſt. quin potius Auſonius hiſce innuit, quod proxime ſequenti carmine apertiſſime declarat, ſe non eos tantum commemorare, qui Burdigalæ docuerint, ſed etiam Burdigalenſes cæteros, qui alibi. Hoc igitur eſt illud *Arbitrium*, & illa *jura patria*, & *origo parentum* in hoc, & Exuperio, ut quamvis alienæ urbi operam impenderint, inter Burdigalenſes tamen Profeſſores referantur.

5. *Eſt tua nunc ſoboles*] Hæc ita concipienda ſunt. Morem patris ſui liberos exſequi ait, qui cum nati eſſent Toloſæ, tamen nunc Narbone, nunc Romæ docerent. Poſtremo diſticho hoc volebat Auſonius: Toloſam, cujus cathedram obtinuit Sedatus, ſibi vindicare eum tanquam civem, non etiam tanquam aſcititium. Sed velit nolit, ſemper fama Sedatum aſſeret origini ſuæ, hoc eſt Burdigalæ. *Scaliger.*

6. *Morem ſecuta*] Vt metri vitium corrigeretur, ſyllabam *re* hic addidiſſe profiteor: quod idem Auſonius dixiſſet in epigrammate de Echo, *gemitum reſecuta querelis.* & in extrema epiſtola viceſima quincta,

— *Echo reſecuta querelas.*

Quod ſi non placet, ſcribe *ſectata* pro *ſecuta.* Vinetus.

7. *Sed velit nolit fama Burdigalam referet*] Hoc, uno verſu à Lugdunenſibus editum, nos in vetere libro non invenimus. Intercidit enim poſt illorum editionem charta, in qua erant hæc de Sedato, illáque de Marcello, Æmilio, Staphylo, Criſpo, Victorio. *Id.*

STAPHYLIVS, Rhetor, civis Auſcius. XX.

HActenus obſervata mihi lex commemorandi
Cives, ſive domi, ſeu docuere foris.
Externum ſed fas conjungere civibus unum
Te, Staphyli, genitum ſtirpe Novempopulis.
Tu mihi quod genitor, quod avunculus: unus utrumque.
Alter ut Auſonius, alter ut Arborius.

[8] Gram-

[1] Grammatice ad Scaurum, atque Probum, promptiſſime Rhetor,
Hiſtoriam callens Livii & Herodoti.
Omnis doctrinæ ratio tibi cognita: quantam
Condit [2] ſexcentis Varro voluminibus.
Aurea mens, vox ſuada tibi, tum ſermo quietus.
Nec cunctator eras, nec properante ſono.
Pulchra ſenecta, nitens habitus, procul ira, doluſque,
[3] Et placidæ vitæ congrua meta fuit.

1. *Grammatice*] Legendum: *Grammatice ad Scaurum*, non *Grammatica*. Significat juxta Scaurum. Sic alibi: *Et diſputator ad Cleanthen Stoicon*. Scaliger.

2. *Sexcentis*] *Vt apud Græcos μυρία, ita apud nos ſexcenta dicere pro multis, uſitatum eſt.* Cicero: *Sexcenta poſſum decreta proferre.* Hæc antiqui Terentianæ Phormionis interpretis verba in Actum quartum. Marcus autem Terentius Varro, quo nemo unquam doctior, ne apud Græcos quidem, nedum apud Latinos, vixit, ſiquid Lactantio Firmiano credimus, dixerat in Hebdomadibus, auctore Aulo Gellio libro tertio, ſeptuaginta Hebdomades librorum conſcripſiſſe ſe, hoc eſt, quadringentos & nonaginta libros, ſed cum jam annum ætatis ſeptuageſimum ſeptimum ingreſſus eſſet. *Vinetus.*

3. *Et placide finis congrua meta fuit*] Pulmanniana & aliæ editiones: *Et placidæ finis.* Meta cui rei fuit congrua. *Meta* eſt mors, & *finis* eſt mors. Abſurda hæc ſunt, & nullius ſenſus. Optimus vero emerget, ſi reſcribatur:

Et placidæ vitæ congrua meta fuit.

Qui Epitaphium hoc attente leget, non poterit diffiteri ſic Auſonium ſcripſiſſe. Ovid.

Conveniens vitæ mors fuit iſta tuæ.

Valer. Maxim. lib. VII. c. I. De Metello Romanorum feliciſſimo: *Hunc vitæ actum ejus conſentaneus finis excepit.* Iuſt. lib. VII. *Neque ab hoc vitæ propoſito mortis ratio diſſenſit.* Vere antiquus Poëta: *βίου δικαίου γίγνεται καλὸν τέλος.* Grævius.

CRISPVS & VRBICVS, Grammat. Latini & Græci. XXI.

[1] TV quoque in ævum, Criſpe, futurum
Mœſti venies commemoratus
Munere threni.
Qui primævos, fandique rudes,
Elementorum prima docebas
Signa novorum.

Cre-

1. *Tu quoque in ævum*] Criſpi, & Vrbici Grammaticorum Elogia, quæ quia ne ipſa quidem ordine ſuo leguntur, ego ita, uti legenda cenſeo, & diſtinguenda, propoſui. *Scaliger.*

2. Vt

Creditus olim fervere mero,
[2] Vt Virgilii Flaccique locis
Æmula ferres.
[3] Et tibi, Latiis poſthabite orſis
Vrbice, Grajis celebris, carmen
Sic ἐλελίσω.
Nam tu Criſpo conjunctè tuo

Proſa

2. *Vt Virgilii*] Virgilius temulentiam Bitiæ memorat in extremo libro primo Æneidos:

--- ille impiger hauſit
Spumantem pateram: & pleno ſe proluit auro:
Poſt alii proceres.

Ebrietatem vero Horatius Flaccus audat in epiſtola quarta: multiſque carminibus ad potandum invitat in lyricis: quæ vinoſum fuiſſe ſignificant. *Vinetus.*

2. *Vt Virgilii Flaccique*] Non videtur Auſonii mentem Vinetus aſſequutus. Vult enim noſter, Criſpum indulſiſſe quandoque vino, & largius potum ad poëſin acceſſiſſe, ut carmina exprimeret, quæ cum Virgilii Horatiique carminibus poſſent conferri: vel ea ſaltem æmularentur. Notum illud Horatii de Ennio libro. I. ep. XIX.

Ennius ipſe pater nunquam niſi potus ad arma
Proſiluit dicenda.

Item l. I. ep. V:

Fæcundi calices quem non fecere diſertum?

Seneca de Tranquill. an. cap. ultimo, de Ebrietate: *Aliquando tamen in exſultationem libertatemque extrahendus animus, triſtiſque ſobrietas removenda pauliſper. Nam ſive Græco poëta credimus, aliquando & inſanire jucundum eſt: ſive Platoni, fruſtra Poëticas fores compos ſui pepulit.* Nec aliter Æſchylus apud Plutarchum in Sympoſiacis. Propertius lib. IV Eleg. VI.

Ingenium potis irritet muſa poëtis
Bacche ſoles Phœbo fertilis eſſe tuo.

Tibullus, lib. III. Eleg. IV.

--- caſto nam rite poëta
Phœbuſque, & Bacchus, Pieridesque favent.

Et ea de cauſa poëtas quoque in tutela Bacchi eſſe quis neſcit? Poſſet etiam legi, *fervere metro*: nam & in hoc calor eſt, animique ardens impetus. Hinc apud eundem Horatium lib. I. Satyr. X.

--- --- Etruſci
Quale fuit Caßi rapido ferventius amni.

in quam lectionem aliquando valde propendebam, nunc vulgatam præferens.

3. *Et tibi Latiis*] Vocat Vrbicum poſthabitum literis Latinis, & Græcis celebrem, quod Grammaticus tantum Græcus eſſet. Propterea facete eum alloquens utitur verbo Græco ἐλελίζειν. Quod verbum in choris Tragicorum infrequens non eſt. Proſa & Verſu loqui eleganter dixit pro ἐμμέτρως, καὶ καταλογάδην. Sunt autem quidam, qui non putant *proſa*, ſed *prorſa* dicendum. Sed falluntur: utrumque enim probum & Latinum, ſed antiquius *proſa*. Nam veteres illi Latini concurſum R, cum S. fugiebant. Itaque R. exterebant. Quare *ruſum* potius quam *rurſum*: *ſuſum*, quam *ſurſum*: *aſſum*, quam *arſum*: *proſum*, quam *prorſum* dicebant: ut nos olim in Coniectaneis annotavimus ex Afranio. *Scaliger.*

3. *Latiis poſthabite orſis*] Græci ſermonis magiſter, quem melius noveras, quam Latinum. *Vinetus.*

4. *Pri-*

Proſa ſolebas, & verſu loqui
Impete eodem;
[4] Priſcos ut & Heroes olim
Carmine Homeri commemoratos
Fando referres:
Dulcem in paucis ut Pliſtheniden,
[5] Et torrentis ceu Dulichii
Ninguida dicta,
Et mellitæ nectare vocis
Dulcia [6] fatu verba canentem
Neſtora regem.
Ambo loqui faciles, ambo omnia carmina docti,
Callentes [7] mythωn plaſmata, & hiſtoriam.
Liberi & ambo genus: ſed quos meruiſſe deceret
[8] Nanciſci, ut cluerent patribus ingenuis.

[1] VICTO-

4. *Priſcos ut her.*] Ait eundem tres Heroas ab Homero in eloquentiæ laude commendatos expreſſiſſe: Nam *βραχυλόγον*, ut Menelaum: torrentem, ut Vlyſſem: ſuavem & ex utroque miſtum, ut Neſtorem fuiſſe: & ita tria genera dicendi in tribus illis: hoc eſt, *ἰσχνὸν* in Menelao: *ἁδρὸν* in Vlyſſe: *μέσον* in Neſtore executum fuiſſe. *Scaliger.*

4. *Priſcos & heroas olim*] Conſtabit ſuis numeris verſus, ſi ſic emendes, *Priſcos ac heroës olim*: vel certe, *Priſcos ut & heroës olim*, adjecta particula *ut*, propter verbum *referres*, niſi forte *referre* malis legere: *Solebas loqui*, & *ſolebas referre.* Vinetus.

4. *Priſcos Heroas*] Lucanus in Panegyrico:

Nam tu ſive libet pariter cum grandine nimbos,
Denſaque vibrata jaculari fulmina lingua,
Seu juvat adſtrictas, &c. Vide & noſtrum in Gratiarum Act. & Epiſt. ad Probum. Comparat & Meſſallam ſuum Vlyſſi & Neſtori Tibullus lib. IV. Eleg. 1.

5. *Et torrentem*] Malui Vinetum ſequi, qui cum Pulmanno *& torrentis* edidit, quam Scaligerum: cum quo enim accuſativ. *torrentem* conſtructur?

6. *Fatu*] A verbo *fari*, notanda vox inventu rara. *Vinetus.*

7. *Mython*] Recte, ni fallor *mython plaſmata* emendavimus. Opponitur enim hiſtoriæ. *Scaliger.*

7. *Mythoplaſmata*] Μῦθος, fabula. *πλάσμα*, figmentum, à verbo *πλάττειν*, fingere. *Vinetus.*

8. *Nanciſci*] Non poterant, inquit, nanciſci genus ſuum, nec probare ſe ingenuos, quamvis re vera eſſent. Quod illis ego accidiſſe puto, quia expoſiti fuiſſent, & parentes eos nollent aſſerere. Id quod accidit C. Meliſſo, & ipſi quoque Grammatico: qui cum Spoleti natus eſſet parentibus ingenuis, tamen ob eorum diſcordiam expoſitus, cura & induſtria educatoris ſui liberalibus ſtudiis inſtitutus fuit, ac Mæcenati pro Grammatico muneri datus. Quem adeo amavit, ut aſſerente matre maluerit in ſtatu ſervitutis permanere, & ve-

ræ origini præſentem conditionem anteferre. Atque is mihi videtur hujus loci ſenſus: & vera emendatio. *Scaliger.*

[1] VICTORIO, Subdoctori, ſive Proſcholo. XXII.

VIctori ſtudioſe, memor, celer, ignoratis
Aſſidue in libris, nec niſi operta legens;
Exeſas tineis, [2] opicaſque evolvere chartas,
Major quam promptis cura tibi in ſtudiis.
Quod jus Pontificum, quæ fœdera, ſtemma quod olim
Ante Numam fuerat [3] ſacrificis Curibus:
[4] Quod Caſtor cunctis de regibus ambiguis, quod
Con-

1. *Victorio*] Perperam antea legebatur *Victorino*, pro *Victorio*. Quare & in Epigrammate legendum:

Victori ſtudioſe, memor, celer --

Fortaſſe is idem eſt, cujus meminit Sidonius in epiſtola à nobis toties citata. Quanquam non videtur. Nam iſte Grammaticus tantum fuit: ille apud Sidonium Rhetor. Lege etiam

--- ſacrificis Curibus. &

Libato tenuis.

Vt ſupra in Marcello:

Inter Grammaticos prætenuis meriti.

Deinde: *Ad quas de Siculo.* Scaliger.

1. *Victorine*] Quia ſyllaba, *ne*, verſum vitiare videbatur, eam delendam cenſui: & in titulo *Victorio* ſcribendum ſine *n*. In quo titulo, SVBDOCTOR & PROSCHOLVS dici videtur, qualis, quem nos vulgo Subprincipalem in noſtris ſcholis vocitamus, qui ſecundus ſit à Principali & Præfecto ſcholæ, ejuſque vicem gerat. *Vinetus.*

2. *Opicaſque*] Immundas ac ſordidas ſitu ac pulvere. *Vinetus.*

3. *Sacrificis Curibus*] CVRES perantiqua Sabinorum Italicæ gentis civitas, Numæ Pompilii patria. *Vinet.*

4. *Quod Caſtor*] Caſtoris veteris Grammatici, cujus hic mentio fit, meminit & Stephanus *Βοιωτίας*. Videtur Auſonius innuere hunc ſcripſiſſe de Hiſtoriis ambiguis. Præterea ejuſdem Caſtoris hiſtoriæ de regibus Barbaris meminit vetus auctor Chriſtianus Africanus: qui & paulopoſt addit, οἱ τὰ Σύρια συγγεγραφότες Κάστωρ, καὶ Θαλλός. Quod dicitur ab Auſonio ſcripſiſſe libros de Regibus ambiguis, id referendum videtur ad ejus libros *χρονικῶν ἀγνοημάτων*, quorum meminit Suidas. In quibus Scripſerat de iis, quæ falſo dicebantur ſub tali, aut tali Rege facta fuiſſe. Et *ἀναχρονισμοὺς* veterum ſcriptorum arguebat: multaque præterea non antea cognita ex recondita vetuſtate eruebat. Quod patet ex Varrone in libris de vita Pop. Rom. his verbis: *In cælo mirabile extitit portentum. Nam in ſtella Veneris nobiliſſima, quam Plautus Veſperuginem, Homerus Heſperon appellat, pulcherrimum dicens, Caſtor ſcribit tantum portentum extitiſſe, ut mutaret colorem, magnitudinem, figuram, curſum. Quod factum ita neque antea, neque poſtea conſtitit. Hoc factum Ogyge rege dicebant Adraſtus Cyzicenus, & Dio Neapolites Mathematici inſignes.* Hactenus Varro. Videtur enim hæc accepiſſe Varro ex libris *χρονικῶν ἀγνοημάτων* ipſius Caſtoris. *Proſcholus* autem ab eodem Auſonio

Conjugis è libris ediderat Rhodope:
[5] Quod jus Pontificum, veterum quæ ſcita Quiritum,
Quæ conſulta patrum; quid Draco, quidve Solon
Sanxerit; & Locris dederit quæ jura Zaleucus;
Sub Iove quæ Minos, [6] quid Themis ante Iovem;
Nota tibi potius quam Tullius, & Maro noſtri,
Et quicquid Latia conditur hiſtoria.
Fors iſtos etiam tibi lectio longa dediſſet:
Supremum Lacheſis ni celeraſſet iter.
Exili noſtræ fucatus honore cathedræ,
[7] Libato tenuis nomine Grammatici.
Longinquis poſthac Romæ defunctus in oris:
[8] Ad quas de Siculo littore tranſieras.
Sed modo nobilium memoratus in agmine, gaude:
Pervenit ad Manes ſi pia cura tuos.

DYNA-

nio redditur ſubdoctor. Erat enim in ſchola ille, qui non docendis tam pueris quam eorum moribus præfectus erat. Vt ſcilicet concinne ad magiſtrum accederent, ut togam componerent, ut omni geſtu, inceſſu, veſtitu compoſiti eſſent. Nam ante ſcholæ auditorium erat locus *Proſcholii* nomine ab auditorio ipſo velo tanquam aliquo integerrimo pariete diſſeptus. Ibi pueri conveniebant, ejus loci præfectum, quem Proſcholum vocabant, ut admonerentur officii ſui ante, quam ad magiſtrum reducto velo accederent. Quod ſane inſtitutum non poſſum non valde commendare. Id ego didici ex veteribus puerorum colloquiis utraque lingua ſcriptis. In quibus ita loquitur puer: Ὡς δὴ ἦλθον, πρὸς τὴν κλίμακα ἀνέβην διὰ τῶν βαθμῶν ἀτρέμα, ὡς ἔδει, καὶ ἐν τῷ προαυλίῳ ἀπέθηκα βιβλίον καὶ κατέψηξα τὰς χεῖρας καὶ οὕτως ἠρέμα κέντρωνι εἰσῆλθον. καὶ πρῶτον ἠσπασάμην καθηγητὰς, συμμαθητάς. Et hoc quidem in ludo puerorum. Nam in ſchola Grammaticorum, aut Rhetorum videtur Proſcholus non omnino docendi munere caruiſſe. Propterea enim vocatur ſubdoctor. Denique Proſcholus, morum κοσμητὴς, ut magiſter ingeniorum cultor videtur fuiſſe. Sed hic videtur Proſcholus Græca origine, Latina alluſione dictum, ut promagiſter, nam vocatur ſubdoctor, tanquam ordinarii doctoris vicarius. Et verum eſt. *Scaliger.*

5. *Quod jus Pontificum*] Non poſſum ſatis hujus hemiſtichii repetitionem mirari. Nec tamen quid reponendum ſit, conjicere valeo.

6. *Quid Themis ante Iovem*] Fuit hæc dea cæli & terræ filia, & ſic Saturni ſoror, ceterum Saturno natu major, ut fabulatur Heſiodus in Theogonia. Quare Themin ante Iovem Saturni filium hominibus leges, & jura dediſſe, dicit Auſonius. *Vinetus.*

7. *Libato tenuiter*] Aut *tenui* legendum, aut *tenuis*, pro *tenuiter*. *Vinet.*

8. *Atque*] *Ad qua* legendum: ut ſit, *ad qua loca:* vel *ad quas* oras ſcilicet Romæ, & Italiæ, in quam ex Sicilia tranſierat. *Idem.*

DYNAMIO, Burdigalenſi, qui in Hiſpania docuit, & obiit. XXIII.

SEd neque te mœſta, Dynami, fraudabo querela,
  Municipem patriæ cauſidicumque meæ.
Crimine adulterii quem ſaucia fama fugavit;
  Parvula quem latebris fovit [1] Ilerda ſuis.
Quem locupletavit conjux Hiſpana latentem;
  Namque ibi mutato nomine, Rhetor eras.
Rhetor Flavinii cognomine diſſimulatus,
  Ne poſſet profugum prodere culpa ſuum.
Reddiderat quamvis patriæ te ſera voluptas,
  [2] Mox reſidem rurſum traxit Ilerda domus.
Qualiſcunque tuæ fuerit fuga, famaque vitæ,
  Iungeris antiqua tu mihi amicitia.
Officiumque meum, ſenſus ſi manibus ullus,
  Accipe jam verus morte obita Dynami.
Diverſis quamvis jaceas defunctus in oris:
  Commemorat mœſtis te pia cura elegis.

1. *Hilerda*] Vrbs Hiſpaniæ. *Vinetus.*
2. *Mox reſidem rurſus*] Non capio, forte *domo.* Nempe Burdigala.

[1] ACILIO GLABRIONI, Grammatico, Iun. Burdigalenſi. XXIV.

DOctrinæ, vitæque pari brevitate caducum,
  Glabrio, te mœſtis commemorabo elegis.
Stemmate nobilium deductum nomen avorum,
  Glabrio

1. *Attilio Glabrioni*] Non dubito legere *Acilio.* Vt ex veteribus monimentis patet. In gente enim Acilia Glabriones fuerunt, ut notiſſimum eſt. In veteri codice hoc lemma ita conceptum fuit: *Attilio Glabrioni Grammatico* IVN. hoc eſt, Iuniori. Ex auctoritate veteris ſcripturæ illa etiam ita legenda ſunt:

Tu quondam puero compar mihi diſcipulo: mox
Me dehinc facto Rhetore Grammaticus. Scaliger.

2. *Dar-*

Glabrio Aquilini [2] Dardana progenies.
Tu quondam puero [3] compar mihi diſcipulo : mox
Me dehinc facto Rhetore, Grammaticus.
Inque foro tutela reis, & cultor in agris,
Digne, diu partis qui fruerere bonis.
Commode, læte, benigne, abſtemie, tam bone dandis
Semper conſiliis, quam taciturne datis.
Tam decus omne tuis, quam mox dolor, omnia acerbo
Funere præreptus, Glabrio, deſtituis :
Vxore & natis, genitore & matre relictis,
Eheu quam multis perdite nominibus !
Flete diu nobis, nunquam ſatis, accipe acerbum,
Glabrio in æternum commemorate, VALE.

2. *Dardana*] Trojana progenies. Glabrio nomen eſt Romanum & Latinum. Ceterum undecunque hæc gens Burdigalam veniſſet, ſcribit Herodianus libro ſecundo, quod ille Glabrio (hoc tantum ei nomen etiam in Chronico Caſſiodori) quem in ſuo Conſulatu quincto collegam habuit Commodus tyrannus, & cui Pertinax Imperio Romano libenter cedebat, patriciorum nobiliſſimus erat, & quod genus referebat ad Æneam Trojanum, Veneris & Anchiſæ filium. *Vinetus.*

3. *Compar mihi diſcipulo*] *Diſcipulos* erat in vetuſto codice. Vnde ſuſpicio ſuboritur, ſcripſiſſe Poetam, *compar mihi diſcipulus. V* enim & *O* ut plurimum confunduntur. Sic in Luciolo :

Rhetora Luciolum, condiſcipulum atque magiſtrum,
Collegamque dehinc nenia mæſta refer.

Æquipollere enim videntur *condiſcipulus*, & *compar diſcipulus.* Verſu ſequente legebat Vetus codex *meque dehinc.* paullo ante, *Glabrio nomen deductum*, &c. Sic dictum eſt, ut alibi, *Auſonius Nomen Italum.*

[1] Coronis.

QVos legis à prima deductos [2] menide libri,
Doctores patriæ ſcito fuiſſe meæ.

Gram-

1. *Coronis*] Manuel Moſchopulus περὶ σχεδῶν ſcribit *Coronida*, ἄκρον eſſe, & ſignum quoddam, per quod Homeri Rhapſodiæ quondam dividebantur. A cujuſmodi figuris in fine poni ſolitis, Græci μέχρι Κορωνίδος vulgo dicebant, id eſt uſque ad Coronidem, quum extremum finem rei cujuſpiam ſignificare volebant : quemadmodum ſcripſit Eraſmus. Martialis liber decimus, ſic ordiens, lectorem alloquitur.

Si nimius videor, ſeraque coronide longus.

Hinc

Grammatici in ſtudio, vel Rhetoris, aut in utroque,
Quos memoraſſe mihi, morte obita, ſatis eſt.
[3] Viventum inlecebra eſt laudatio. nomina tantum
Voce ciere, ſuis ſufficiet tumulis.
Ergo qui noſtræ legis otia triſtia chartæ,
Eloquium tu ne quære, ſed officium;
Quo claris doctiſque viris pia cura parentat:
[4] Dum decora egregiæ commeminit patriæ.

Hinc & Coronidem inſcripſit carmen hoc Auſonius, quo finiit, & quaſi obſignavit librum ſuum de Profeſſoribus Burdigalenſibus. Ceterum coronidis figura in calce librorum quæcunque olim fuerit, ea quæ eſſet in mediis carminibus, diſce ex extremo Hephæſtionis enchiridio, vetuſtiſque Ariſtophanis interpretibus. *Vinetus.*

2. *Menide libri*] Veteres ut in calce librorum coronidem appingebant, ita, ut ſuſpicor, in fronte lunulam ad ornatum deſignabant. *Menis* autem lunula eſt, quæ cum corniculata ſit, idcirco & *cornua* Latini ea ornamenta librorum vocavere. *Turneb.*

3. *Viventum inlecebra*] Liber optimus, *Viventium*; uti veteres olim etiam in carmine ſcribebant. Sed ut hic *inlecebram*, ita & in Epicedio Patris laudationem *oblectationem viventium* vocat.

4. *Dum decor egregia*] *Decor*, antique, ut *corpor*, *iocinor*, & ſimilia. *Scaliger.*

4. *Dum decora egregia*] In exemplari erat *decoregregia*, hoc eſt *decor'egregia*, pro *decora egregia*: ſicut in decimo carmine: *Nati operobtinuit*, pro *Nati opera obtinuit*: & in ſextodecimo, *mortoppetis*, pro *mortem oppetis*: ac in viceſimo, *curelegis*, pro *cura elegis*: & in ludo Sapientum, *noxa quia praſteſt*, pro *noxa quia praſto eſt*, per eas, quas Grammatici ſynalœphas & ecthlipſes appellant. Latini namque non aliter ac Græci, vocalem, quæ dictionem finiret, elidebant pronunciando, quum ſequentem vocalis inciperet. ἣ μυρία Ἀχαιοῖς ἄλγεα ἔθηκεν. ἣ μυρί᾽ Ἀχαιοῖς ἄλγε᾽ ἔθηκεν. *Conticuer' omnes, intentiqu' ora tenebant.* Et cum conſonans, *m*, vocabulum finiebat: *grat' opus agricolis. Quanquam te Marce fil' annum i' audientem Cratipp', idque Athenis, abundar' oportet præceptis.* Vinetus.

POETA.

Valete manes inclytorum Rhetorum:
Valete doctores probi.
Hiſtoria ſi quos, vel poëticus ſtilus,
[1] Forumve fecit nobiles:
[2] Medicæ vel artis, dogma vel Platonicum
Dedit

1. *Forumque fecit nobiles*] Lege: *Forumve.* Grævius.

2. *Medica vel artis dogma*] Siquis inter vos medicinæ ſe dedidit, vel Philoſo-

Dedit perenni gloriæ:
Et ſi qua cunctis cura viventum placet:
Iuvatque honor ſuperſtitum:
Accipite mœſtum carminis cultum mei,
Textum querela flebili.
[3] Sedem ſepulchris ſervet immotus cinis.
Memoria vivat nominum:
Dum remeat illud, judicis dono dei,
Commune cum dis ſeculum.

loſophiæ: unde clarus extitit. *Vinetus.*

2. *Medica vel artis*] Videtur hic *artis* eſſe pluralis numeri. Sed aliter diſtinguit vetus liber, in quo

Medica vel artis dogma, vel Platonicum.

Vt ad dogmaticam, ſeu logicam medicinæ partem referri poſſit. De qua plura ad Griphum Ternarium.

3. *Sedem ſepulchris*] Repoſueram antea ex optimo libro, *ſedem ſepulchri.* Sic in Carm. VIII de Gram. Gr. Burdigal.

Vos levis ceſpes tegat, & ſepulchri
Tecta defendant cineres opertos.

Pro vulgata tamen, Prudentius in Paſſione Hippolyti:

Servet ad æterni ſpem judicis oſſa ſepulcro.

Pro *ſervare ſedem ſepulcris*, Carm. XI dixit:

Eſto placidus, & quietis manibus ſedem fove.

EPITAPHIA HEROVM,

[1] QVI BELLO TROICO interfuerunt.

AVSONIVS Lectori ſuo S.

AD rem pertinere exiſtimavi, ut vel vanum opuſculum materiæ congruentis abſolverem, & libello, qui commemorationem habet eorum, [2] qui vel peregrini Burdigalæ, vel qui Burdigalenſes

1. *Qui bello Trojano interfuerunt*] *Qui bello Troico interfuerunt*, ex veteri libro repoſui. Græca derivatione, qui τρωϊκὸς πόλεμος dicunt. Sic & Propertius lib. IV. Eleg. I.

Dicam, Troja cades, & Troïca Roma reſurges

Et alii ſexcenties.

2. *Qui vel peregrini Burdigalenſes*] Locum hunc à librario mutilatum, ſic

lenſes peregre docuerunt, epitaphia ſubnecterem, ſcilicet titulos ſepulchrales HEROVM, *qui bello Troico interfuerunt. Quæ antiqua quum apud Philologum quendam reperiſſem, Latino ſermone converti, non ut* [3] *inſervirent ordini perſequendi, ſed ut cohærerent libere, nec aberrarent.*

ſic reſtitui poſſe ſum arbitratus. *Qui vel peregrini Burdigalæ, vel qui Burdigalenſes peregre docuerunt.* Quod autem ſequitur, *epitaphia ſubnecterem, ſcilicet titulos ſepulchrales heroum*, in eo iſtud *ſcilicet titulos ſepulchrales*, videtur eſſe gloſſarion verbi ἐπιτάφια, ab alio ſubjectum, non ab Auſonio. *Vinetus.*

3. *Inſervirent ordinis perſequendi*] Quæ in exemplari erant primæ perſonæ ſingulares *inſervirem, cohærerem, aberrarem*, miror cur in tertias plurales mutarunt Lugdunenſes, *inſervirent, cohærerent, aberrarent.* Sic enim mihi nihilo res clarior evadit. Pro iſto autem *ordinis*, ſi *ordini* ſcriberetur, ut verbum *ſervire* conſtitui ſolet, hoc exiſtimarem Auſonium dicere voluiſſe, ſe neglexiſſe ordinem perſequendi, id eſt, non eſſe perſecutum iſta epitaphia, quo ordine fuerant in ſuo libro expoſita, ſed caviſſe tamen interea, ut in vertendo liberior cohæreret conveniretque cum illis, & non recederet ab eorum ſententia. *Idem.* Errat Vinetus: loquitur enim Poëta de ordine trium librorum parentalium. ut nempe hic tertius liber cohæreret cum præcedentibus, quamvis nihil haberet quidquam cum iis commune, præter materiam congruentem.

AGAMEMNONI. I.

[1] REx regum Atrides, fraternæ conjugis ultor,
[2] Oppetii manibus conjugis ipſe meæ.
Quid prodeſt Helenes raptum puniſſe dolentem,
Vindicem adulterii [3] quum Clytemneſtra necet?

ME-

1. *Rex regum*] Qui multis regibus imperabat. Cicero ad Dolabellam libro nono: *Agamemnoni regum regi fuit honeſtum habere aliquem in conſiliis capiendis Neſtorem.* Vinetus.

2. *Oppetiit*] Agamemnonem hæc de ſe loquentem inducebat exemplar in quo erat *oppetii*, & *mea*, non ſuæ. *Vinet.*

3. *Quum Clytemneſtra necet*] Secundam quod corripiat Auſonius natura longam, & ſic productam Homero Iliados primo, non tam mirum eſt ob conſonantes *mn*, quæ liquidæ ſunt, quam propter diphthongum. Cujus altera vocalium rejicienda fuerit, ut legas aut *Clytamneſtra*, aut *Clytemneſtra*: quæ in veteribus membranis erat per *e* & ſine *n*, *Clitemeſtra.* Quæ vero Græcorum heroum epitaphia in extrema anthologia edidit Henricus Stephanus, nullo auctore, ſed quæ Ariſtoteli ex Peplo aſſerere conatus eſt Guilielmus Canterus, in iis hæc ſunt diſticha duo de Agamemnone:

Ἐπὶ Ἀγαμέμνονος κειμένου ἐν Μυκήναις.
Λεύσσεις Ἀτρείδεω Ἀγαμέμνονος, ὦ ξένε, τύμβον·
Ὃς θάνʼ ὑπ' Αἰγίσθου, κʼ ὀλοόφρονος ἀλόχου.

Ἐπι-

Ἕτερον.

Μνῆμα τόδ' Ἀτρείδεω Ἀγαμέμνονος, ὅν ἁ κατέκτα
Δῖα Κλυταιμνήστρη Τυνδαρὶς οὐχ ὁσίως. *Vinetus.*

3. *Quum Clytemneſtra*] Mutarunt viri docti in *Clytemeſtra.* Quod uti non improbo, ita nec priſtinam lectionem rejicio. Eſt enim Poëtis tam Latinis quam Græcis perquam familiaris illa longæ alias ſyllabæ correptio reſpectu liquidæ & mutæ concurrentium. Sic & *Polymneia* apud Virgil. *Polymneſtor* apud Propertium, imo & *Smaragdus* apud Martialem contra proſodiæ vulgares regulas ſecundam ſyllabam corripit. In diphthongis autem noſter ut plurimum alteram præterit vocalem, ubi ſyllaba corripienda eſt.

MENELAO. II.

[1] FElix ô Menelae, [2] Deûm cui debita ſedes,
Decretumque piis Manibus Elyſium.
Tyndareo dilecte gener, dilecte Tonanti:
Conjugii vindex, ultor adulterii:
Æterno pollens ævo, æternaque juventa,
Nec leti paſſus tempora, nec ſenii.

1. *Felix, ô Menelae*] Ex hoc diſticho Græco.

Ὄλβιος, ὦ Μενέλαε, σύ τ' ἀθάνατος, καὶ ἀγήρως,
Ἐν μακάρων νήσοις γαμβρὸς Διὸς μεγάλου. Vinetus.

2. *Deûm cui debita ſedes*] Proteus Menelao vaticinatur lib. quarto Odyſſeæ Homeri, eum, quia Helenæ maritus eſſet, & ſic Iovis gener, non moriturum Argis, quorum rex erat, ſed deos in Elyſium campum, & inſulas Fortunatas miſſuros. Iſocrates in extremo Helenæ Encomio. *Vinet.*

[1] AIACI. III.

AIacis tumulo [2] pariter tegor obruta Virtus,
Inlacrymans buſtis funeris ipſa mei:
[3] Incomptas lacerata comas, quod [4] pravus Atrides
Cedere

1. *Ajaci*] Ἐπὶ Αἴαντος τοῦ Τελαμωνίου κειμένου ἐν Τροίῃ.

Ἅδ' ἐγὼ ἁ τλάμων Ἀρετὰ παρὰ τῷδε κάθημαι
Αἴαντος τύμβῳ, κειραμένα πλοκάμους,
Θυμὸν ἄχει μεγάλῳ βεβολημένα, ὡς παρ' Ἀχαιοῖς
Ἁ δολόφρων Ἀπάτα κρέσσον ἐμεῦ κέκριται.

Iſtud tamen, ὡς παρ' Ἀχαιοῖς, ſi hoc monitu dignum eſt, ἕνεκ' Ἀχαιοῖς libro tertio Anthologiæ, capite εἰς ἥρωας, ſicut & in commentariis Euſtachii, ac in epigrammate Mnaſalcæ Sicyonii in eodem commentatore, & apud Athenæum libro quarto. *Vinet.*

2. *pariter tegor*] Loquitur virtus, & fortitudo. *Vin.*

3. *Inconſtans*] *Incomtas lacerata comas,* ſcripſit Canterus. *Id.*

4. *Pravus Atrides*] Atrei filius Agamemnon. Mortui funeratique Achillis arma Thetis mater (ut Homerus fabulatur undecimo Odyſſeæ, & Quinctus Calaber quinto paralipoménon)

Cedere meſtructis compulit inſidiis.
[5] Iam dabo purpureum claro de ſanguine florem,
Teſtantem gemitu [6] crimina judicii.

ménon) illi Græcorum offerebat, qui omnium fortiſſime Trojanis reſtitiſſet, quo minus Achillis corpore potirentur. De quo décore quum Ajax & Vlixes contenderent, rémque judicio Græcorum ſuorum permitterent: cenſuit Neſtor, ut ne inter amicos judices eſſent, & alterum offenderent: eam controverſiam Trojani potius dirimerent: quos multos haberent captivos, communes omnium Græcorum hoſtes. Conſilio ſapientiſſimi ſenis principibus Græcis probato, Trojani captivi arma Achillis Vlixi adjudicarunt. Alii ſcripſerunt, ut meminit Euſtathius in undecimum Odyſſeæ, Agamemnonem, qui plus Vlixi faveret, Trojanos illos interrogaviſſe, non quis præ ceteris Græcis ab Achillis corpore hoſtes repuliſſet, ſed uter illorum plus damni toto bello Trojanis dediſſet. eos Vlixem reſpondiſſe: ac ita judicatum, Vlixem pulcherrimo viri fortiſſimi clipeo digniorem. Quod judicium tam indigne paſſus eſt Ajax, ut atra bile tandem percitus ſe gladio jugularit, quo ab Hectore donatus fuerat. *Vinetus.*

5. *Iam dabo*] Hæc præter Græca Auſonius: quæ Ajaci potius, quam ejus virtuti conveniant. De Ajacis autem ſanguine in florem mutato purpureum, ac de iſto gemitu monuimus in edyllium de Cupidine cruci affixo. *Vinet.*

6. *Crimina judicii*] Falſum de me & Vlixe judicium. Pindarus carmine octavo Nemeorum, Sophocles in Ajace Maſtigophoro, & Ovidius tertiodecimo Metamorphoſeon. Scribit autem Strabo libro tertio decimo, & Pomponius Mela primo, Ajacis cremati cineres fuiſſe ſepultos in littore Rhœtéo. Quinctus Calaber in extremo libro quincto, non procul à littore Rhœtéo. Plinius quincto Naturalis hiſtoriæ in Sigéo: ſed Rhœtêum & Sigêum agri Trojani oppida, ambo maritima, & exiguo ſpatio diſſita. Α'ἰάντειον autem Græcis vocitatum fuit Ajacis monumentum. *Id.*

[1] ACHILLI. IV.

NOn una Æacidem tellus habet, oſſa teguntur
[2] Littore Sigeo. [3] crinem Lariſſa cremavit.
Pars

1. *Achilli*] Achillis epitaphium quattuor verſuum fuerat: ſed deletum fere poſterius diſtichon. *Vinetus.*

2. *Littore Sigéo*] Cujus modo mentionem fecimus,

Ακτῇ ἐπὶ προὐχούσῃ ἐπὶ πλατεῖ ἑλλησπόντῳ.

Vt Homerus viceſimo quarto Odyſſeæ, Calaber tertio paralipoménon, Plutarchus, Arrianus de Alexandro Magno, & Quinctus Curtius memoriæ prodiderunt. Α'χίλλειον, id eſt Achilleum, oppidum juxta tumulum Achillis conditum memorant Plinius, & Stephanus. *Id.*

3. *Crinem Lariſſa cremavit*] De coma Achillis hæc tantum legere memini libro viceſimo tertio Iliádos: quod quam pater Peleus Sperchio fluvio patrio nutrire juſſerat, eam Achilles, qui ſe videret in patriam numquam rediturum, Patroclo ſodali cariſſimo, ab Hectore occiſo, conſecrarit, totonderit, & in mortui manibus

Pars tumuli . . . .
Orbe ſed in toto . . . . Homer . . . .

nibus una cremandam, ſepeliendámque poſuerit: Quam rem imitatum refert ſeſto ſuo Baſſianum Herodianus libro quarto. Græca autem epitaphia non admodum habent, quod ad hoc reſtituendum, intelligendúmque juvet:

Ἐπὶ Ἀχιλλέως κειμένου ἐν Τροίῃ, τιμωμένου δὲ καὶ ἐν Λεύκῃ τῇ νήσῳ.

Παῖδα θεᾶς Θέτιδος Πηληϊάδην Ἀχιλῆα
Ἠδ' ἄρα Προποντὶς ἀμφὶς ἔχει πεδίον.
Ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ ἕτερον.
Θεσσαλὸς οὗτος ἀνὴρ Ἀχιλλεὺς ἐν τῷδε τέθαπται
Τύμβῳ. ἐφρόντισαι δ' ἐννέα Πιερίδες. Vinetus.

¹VLIXI. V.

Conditur hoc tumulo Laerta natus Vlixes.
Perlege Odyſſean, omnia noſſe volens.

1. *Vlixi*] Inter Heroica illa epitaphia exſtant hæc duo de Vlixe, quæ Auſonius non videtur attigiſſe hoc loco:

Ἐπὶ Ὀδυσσέως κειμένου ἐν Τυῤῥηνίᾳ.
Ἀνέρα τὸν πολύμητιν ἐπὶ χθονὶ τῇδε θανόντα
Κλεινότατον θνητῶν τύμβος ἐπεσκίασεν.
Ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ ἕτερον.
Οὗτος Ὀδυσσῆος κείνου τάφος. ὃν διὰ πολλὰ

Ἐν ἄλλοις πολέμου Τρωικοῦ ἀθλήσαντα.

Dicitur autem Græcis Τυῤῥηνία, & Τυρσηνία, ea Italiæ provincia, quam Latini Tuſciam & Etruriam vocitant. In qua Vlixem exulaſſe, à procorum, quos occiderat, neceſſariis patria pulſum ſcribit Plutarchus in Græcis quæſtionibus. De morte tamen Vlixis, vide Tzetzen in verſum octingenteſimum & quinctum Alexandræ Lycophronis, & Hyginum. *Vinet.*

DIOMEDI. VI.

¹Conditur hic ² genitore bono melior Diomedes;
³ Crimen ob uxoris pulſus dotalibus agris,
⁴ Argy-

1. *Conditus hic*] *Conditur*, & in hoc, & priore epitaphio, exemplar. *Vinetus.*
2. *Genitore bono*] Patre Tydeo. Sic Diomedes libro quartodecimo Iliados gloriatur ſibi genus eſſe πατρὸς ἐξ ἀγαθοῦ, id eſt, ex forti & ſtrenuo patre. Patrem habuit Tydeus Oeneum Ætolum: matrem Peribœam. qui quum in agro Lycopeum, & Alcathoum, patrueles, unáque cum illis patruum Melanem patri Oeneo inſidiantes, interfeciſſet, Argos fugit ad Adraſtum regem. Ejus filiam Deipylam duxit uxorem: ex qua Diomedem genuit. Ad bellum tandem Thebanum profectus, multa ibi præclare geſſit, & periit. Diodorus Siculus, Apollodorus Athenienſis, Hyginus,

4 Argyripam, clarosque viris qui condidit Arpos:
Clarior urbe nova, patriæ quam ſede vetuſta.

Statius Papinius, Lycophron, hæc & plura de Tydeo. Cujus filius Diomedes, ſecundus nominatur ſeptimo Iliádos, inter eos, qui cum Hectore congrediantur. Ejus præclaris facinoribus referta eſt Ilias. qui ipſos etiam deos Martem & Venerem in pugna vulneravit. *Vinetus.*

2. *Genitore bono melior Diomedes*] Horat. lib. 1. od. xv.

Ecce furit te reperire atrox
Tydides melior patre. mox lege, *Dotalibus Argis*, pro *agris*.

3. *Crimen ob uxoris*] Diomedes Vxorem habuit nomine Αἰγιάλειαν, id eſt. Ægialêam, quam quum à bello Trojano in Græciam reverſus, omnibus ſe probris & adulteriis conſpurcaſſe comperiſſet, in Italiam ſeceſſit. ubi Argyripam, & alias urbes condidit, inſulaſque tenuit, in mari Ionio, ubi ſepultus fuit, quæ ab eo Diomedeæ ſunt appellatæ. Lycophron, Strabo, Virgilius, Ovidius, Antonius Liberalis, & alii. *Vinetus.*

4. *Argyripam*] *Lampe* dicebatur Dauniæ, Apuliæve, in Italia, ad mare Ionium, locus, quem Diomedes muris quum cinxiſſet, muniviſſetque, Ἄργος Ἵππιον, nomine civitatis Peloponneſiacæ, cujus rex erat, appellavit. Quod vocabulum *Argos Hippion* poſtea vetuſtate corruptum fuit, & in *Argyripam* mutatum. Sic Stephanus, & Servius tradunt. Iſtud ergo ſuum Ἵππιον videntur Græci in Italicæ urbis vocabulo agnoviſſe, qui in eo π π geminarunt, tertiámque ſyllabam produxerunt, ut Lycophron verſu DXCII Alexandræ:

Οἱ δ' Ἀργυρίππαν Δαυνίων παγκληρίαν;

quam ante Auſonium corripuerat Virgilius undecimo Æneidos:

Ille urbem Argyripam patriæ cognomine gentis.

Sed cur in ſecunda ſyllaba *υ* potius, quam *ι* ſcripſerint, non video: niſi forte id ab aliis factum ſit, qui aliud ejus urbis nomen, aliudque etymon, prius fuiſſe exiſtimarunt. Strabo namque ſcribit libro ſexto, ſi quid non mendoſum in ejus exemplaribus offendimus, non Ἄργος ἵππιον ſed Ἀργυρόϊππον dictum fuiſſe initio iſtud oppidum Italicum, quaſi ἄργυρος, id eſt argentum, prior ſit compoſiti nominis pars. unde *Argyripa* eſſe ſcribenda videatur. Ceterum unde unde factum ſit hoc vocabulum, id in *Arpos* etiam poſtea fuiſſe contractum, idem Strabo & Servius ſunt auctores: ut idem prorſus ſit *Argyripa*, & *Arpi*. Græcum autem epitaphium eſt:

Ἐπὶ Διομήδους κειμένου ἐν τῇ ὁμωνύμῳ νήσῳ.

Αἰπυτὸν πάντεσσιν ἐπιχθονίοις Διομήδην
Ἡ δ' ἱερὴ κατέχει νῆσος ὁμωνυμίη. Idem.

ANTILOCHO. VII.

Conſiliis, belloque bonus, quæ copula rara eſt,
1 Carus & Atridis, carus & Æacidis:

Præ-

1. *Carus & Atridis*] Plurali numero pro ſingulari uſus eſſe poteſt Auſonius, & ſolos Agamemnonem & Achillem intellexiſſe, tamen bello Trojano interfuerunt duo Atridæ, id eſt Atrei, ut putabantur, filii, Agamemnon & Menelaus: Æacidæ vero, hoc eſt Æaci nepotes, quinque, nimi-

Præmia virtutis ſimul & pietatis adeptus,
[2] Servato Antilochus Neſtore patre, obii.
Non hic ordo fuit: ſed juſtius ille ſuperſtes,
Troja capi ſine quo [3] perfida non poterat.

nimirum Achilles, Pyrrhus, qui & Neoptolemus, Achillis filius, Ajax cum Teucro fratre, & Patroclus; ſed Pyrrhus ad bellum non venit, niſi mortuo jam patre, poſt Antilochum. *Vinetus.*

2. *Servato Antilochus*] Ita Pindarus in carmine ſexto Pythiorum, & ipſum Græcum epitaphium:

Ἐπὶ Ἀντιλόχου κειμένου ἐν Τροίῃ.
Μνῆμ' ἀρετῆς υἱοῦ τοῦ Νέστορος Ἀντιλόχοιο.
Ὃς θάνεν ἐν Τροίῃ ῥυσάμενος πατέρα.

Antilochum autem occidiſſe Memnon dicitur Odyſſeæ quarto. *Vinet.*

3. *Perfida Troja*] Laomedon rex Trojæ Priami pater, deos de muris ſuæ urbis, homines de Heſione filia, fefellit. Paris filius Priami, Helenam violato hoſpitii jure, rapuit. Virgilius in extremo primo Georgicôn:

Laomedonteæ luimus perjuria Trojæ.

At Horatius carmine quinctodecimo libri primi:

Paſtor quum traheret per freta navibus
Idæis Helenen perfidus hoſpitam.

Id.

NESTORI. VIII.

[1] HOc tegor in tumulo quarti jam prodigus ævi
Neſtor, [2] conſilio clarus, & eloquio.
Objecit

1. *Hoc tegor in tumulo*] Græcum epitaphium ſic habet:

Ἐπὶ Νέστορος κειμένου ἐν Πύλῳ.
Τὸν βαθύνουν ψυχάν τε νοήματα θεῖον ἔχοντα
Ἄνδρ' ἀγαθὸν κατέχω Νέστορα τὸν Πύλιον.
Ἕτερον.
Νέστορα τὸν Πυλίων ἡγήτορα ἠδὲ θανόντα
Γῆ κατέχει, βουλῇ φέρτατον ἡμιθέων. Vinetus.

2. *Conſilio clarus*] Neſtor apud Homerum lib. 4. Iliad.

Ἀλλὰ καὶ ὣς ἱππεῦσι μετέσσομαι, ἠδὲ κελεύσω
Βουλῇ καὶ μύθοισι. τὸ γὰρ γέρας ἐστὶ γερόντων.

Et apud Cointum Smyrn. lib. 5.

—Ἔχει δ' ἐπὶ γήραϊ πολλῷ
Καὶ νόον, ὅς κεν ἐσθλὰ καὶ ἄλγεα πολλὰ μόγησε.
Αἰεὶ δ' ἐν βουλῇσι γέρων πολυΐδρις ἀμείνων
Ὁπλοτέρου πέλει ἀνδρὸς, ἐπεὶ μάλα μυρία οἶδε.

Hinc & Sophocles in Thyeſte:

Τῷ γήρᾳ φιλεῖ χ' ὁ νοῦς ὁμαρτεῖν, καὶ τὸ βουλεύειν, ἃ δεῖ.

Et in Phœniſſis Euripides.

Οὐχ ἅπαντα τῷ γήρᾳ κακὰ
Ἐτεόκλεες πρόσεστιν, ἀλλ' ἡ 'μπειρία
Ἔχει τι λέξαι τῶν νέων σοφώτερον.

Nec non Pan apud Apulejum lib. v. Miles. *Sum quidem ruſticanus &, opilio, ſed ſenectutis prolixa beneficio multis experimentis inſtructus.* Ea quoque de cauſſa dæmones futura melius & certius quam homines prævidere cenſet D. Auguſtinus lib. de Vaticin. Dæmonum, quod tot ſæculorum uſu inſtructi

Objecit ſeſe cujus pro morte peremptus
 Filius : & nati vulnere vivo pater.
Eheu ! cur fatis diſponere ſic placet ævum ,
 Tam longum, ut nobis : tam breve ut Antilocho ?

ɛti ſint, quum hominum vita brevis tam exactam de futuris conjecturam non admittat. Ad rem porro Lucianus in Hercule Gallico : Μόνος ὁ λόγος ἐν γήρᾳ φιλεῖ ἐντελῆ ἐπιδείκνυσθαι τὴν ἀκμὴν, εἴγε ἀληθῆ ὑμῶν οἱ ποιηταὶ λέγουσιν,

Ὅτι μὲν αἱ τῶν ὁπλοτέρων φρένες ἠερέθονται,

Τὸ δὲ γῆρας ἔχει τι λέξαι τῶν νέων σοφώτερον.

Οὕτω γέ τοι καὶ τοῦ Νέστορος ὑμῖν ἀπορρεῖ ἐκ τῆς γλώττης τὸ μέλι, καὶ οἱ ἀγορηταὶ τῶν Τρώων τὴν ὄπα τὴν λειριόεσσαν ἀφιᾶσιν εὐανθῆ τινα. Phurnutus interprete Velareo ; *Nec temere tradiderunt, Heben in uxorem habere Herculem, pleniore mente præditum. Vt enim ad juvenile quid faciendum intenſiores ſint manus, ſic ſeniorum mentes multo ſunt meliores.* Clemens Alex. lib. III. Pædag. c. 3. Φρόνησις δὲ καὶ ἀκριβεῖς λογισμοὶ πολιοῖς συνίασι, συνακμάζουσι τῷ χρόνῳ· καὶ τὸ γῆρας ἐπισχύουσιν τῷ τόνῳ τῆς πολυπειρίας αὐτὸς ἀξιέραστον φρονήσεως σεμνῆς, εἰς πίστιν εὔλογον προτείνοντες πολιάν. reſpiciatur porro Plutarchus περὶ τῆς ἠθικῆς ἀρετῆς, haud procul à fine, Æſchines in Timarchum p. 4. edit. Steph. & Iſocrates Epiſtola ad Iaſonem tyrannum.

PYRRHO. IX.

[1] ORbe tegor medio, major virtute paterna,
 Quod puer, & regis Pyrrhus opima tuli.

[2] Impius

1. *Orbe tegor medio*] Phocis, una ex Græciæ provinciis. In Phocide, Delphi, & Πυθὼ civitas clariſſima propter templum Apollinis, & oraculum. Hunc autem locum, qui in medio fere univerſæ Græciæ eſſet, orbis terrarum quoque totius medium & umbilicum dixerunt : quaſi in globi extremitate locus omnis non æque pro medio umbilicóque haberi poſſit : Fabulámque, cujus auctorem citat Pindarum Strabo libro nono, de hac re ſunt commenti, Duas ſcilicet Aquilas (cygnos alii dixerunt, ut eſt apud Plutarchum De Defectu oraculorum, alii corvos, ut meminit Strabo) unam ab ortu, alteram ab occaſu emiſſas ab Iove, hoc loco concurriſſe. Antiquus poëta apud Varronem ſexto de Lingua Latina, & Ciceronem ſecundo de Divinatione :

O ſancte Apollo, qui umbilicum certum terrarum obſides,
Vnde ſuperſtitioſa primum, ſæva evaſit vox fera.

Fabulam attigit etiam Placidus Lactantius, quum quæſiit, cur Statius Parnaſſum cæli medium dixiſſet verſu centeſimo, & undeviceſimo primi Thebaidos. Hermionem Menelai ex Helena filiam, ſponſam ſuam, quum audivit Pyrrhus Oreſti in conjugium datam, à Menelao ipſam petiit. Menelaus ab Oreſte abduxit, & Pyrrho reddidit. Qua injuria accepta, Oreſtes à fratribus adjutus, ut ſcribit Lycophronis interpres, Pyrrhum Delphis in templo Apollinis ſacrificantem occidit. Sic Hermionem recuperavit: Delphis ergo ſepultum fuiſſe Pyr-

[2] Impius ante aras quem fraude peremit Oreſtes.
[3] Quid mirum? cæſa jam genetrice furens.

Pyrrhum Achillis filium, dicit epitaphiographus: ſed ejus oſſa Hyginus, & Ovidius in Ibin, per fines Ambraciæ ſparſa. *Vinetus.*

2. *Impius ante aras*] Liceat & mihi nugari, quum nemo non faciat. Maluiſſem Auſonium aliam reddidiſſe cædis Pyrrhi cauſam: hanc nempe:

Impius ante aras quem fraude peremit Oreſtes.
Quid mirum? ante aras ſuſtuleram Priamum.

2. *Impius ante aras*] Forte alluſum ad illa Virgilii lib. III. Æneid. v. 330.

Aſt illum erepta magno inflammatus amore
Conjugis, & ſcelerum furiis agitatus Oreſtes,
Excipit incautum, patriaſque obtruncat ad aras.

3. *Quid mirum*] Nemo debet mirari, inquit, ſi tam impius fuit Oreſtes, ut me in templo Apollinis ſacrificantem interimere non timuerit. Matrem enim ſuam Clytæmneſtram jam occiderat, & ejus furiis exagitabatur. *Vinetus.*

[1] EVRYALO. X.

NEc me non dignum titulo [2] Pleuronia credit:
Cui communis erat cum Diomede domus,
Euryalo, & Sthenelo. Nam tertius hoc ego regnum
Poſſedi: de quo nunc ſatis eſt tumulus.

G V-

1. *Euryalo*] Græcum eſt Epitaphium in Anthologia Henrici Stephani:

Ἐπὶ Σθενέλου καὶ Εὐρυάλου κειμένων ἐν Ἄργει.

Ἀργεῖος Σθένελος Καπανήϊος (ὧδε τέθαμμαι)
Τύμβῳ. καὶ τούτου πλήσιον Εὐρύαλος.

Diomedem ſecuti ſunt ad bellum Trojanum Sthenelus & Euryalus: ut refert Homerus in Bœotia: quos tres agnoſcit in equo Trojano Quinctus Calaber libro duodecimo: ſed ſolum ex iis Sthenelum Virgilius ſecundo Æneidos. Fuit autem Diomedes, per matrem Deipylam Adraſti Argivorum regis filiam, Argivorum rex. Euryalus patrem habuit Meciſteum, Sthenelus Capaneum, ut ibidem ſcribit idem Homerus. qui fuerunt, Meciſteus, frater ejuſdem Adraſti: Capaneus Hipponoi, & Aſtynomes ſororis Adraſti ejuſdem, filius. Ita Argivi omnes hi, genuſque regium, apud Apollodorum & Hyginum. *Vinetus.*

2. *Pleuronia*] Ætolia apud Strabonem, Plinium, Ptolemæum, & alios, eſt Græciæ provincia, à Peloponneſo, ſinu Corinthiaco dirempta. In ea eſt urbs Πλευρών: à qua partem Ætoliæ appellat *Pleuroniam* Strabo l. 10. ſed olim quendam Peloponneſi regem fuiſſe *Pleuronem*, Ledæ, quæ Caſtoris, Pollucis, & Helenes mater fuit, proavum, auctorem habeo Pauſaniam: qui memorat ejus nobile monumentum, in Laconicis. & Iſaacus Tzetzes, urbem fuiſſe *Pleuronem* ſcribit: unde Lycophron Helenam vocet *Pleuroniam*, quam Homerus Ἀργείαν, hoc eſt, Argivam appellarat. *Vinet.*

 1. *Genea*

GVNEO. XI.

[1] GVnea pontus habet, tumulus ſine corpore nomen.
Fama homines inter; cœlum animus repetit.
Cuncta elementa duci tanto commune ſepulchrum.
Quæ? cœlum, & tellus, & mare, & ora virûm.

1. *Gunea*] Græcum hoc extat epitaphium in Anthologia Henrici Stephani:

Ἐπὶ Γυνέως.
Σῆμα τὸ μὲν Γυνῆος ὁρᾷς· ψυχὴ δὲ θανόντος
Αἴθ' ἐς ὑγρὸν ἔβη· σῶμα δὲ πόντος ἔχει.

Guneum ad Trojam ex Cypho civitate Theſſaliæ viginti duas naves duxiſſe, ſcribit Homerus in Bœotia: & in Africam poſt captum Ilium veniſſe Lycophron, verſu octingenteſimo nonageſimo ſeptimo Alexandræ. *Vinetus.*

PROTESILAO. XII.

[1] FAtale adſcriptum nomen mihi Proteſilao.
Nam primus Danaûm bello obii Phrygio,
Audaci ingreſſus Sigeïa littora ſaltu,
Captus [2] pellacis [3] Laertiadæ inſidiis.
Qui ne Trojanæ premeret pede littora terræ,
Ipſe ſuper proprium deſiliit clypeum.
Quid queror? hoc letum jam tum mea fata canebant,
Tale mihi nomen quum pater impoſuit.

[1] DEI-

1. *Fatale*] Achivis fuit reſponſum, inquit Hyginus, qui primus littora Trojanorum attigiſſet, periturum. Quum Achivi claſſes applicuiſſent, ceteris cunctantibus, Iolaus Iphicli & Diomedeæ (Aſtyoches apud Euſtathium) filius, primus è navi proſilivit. qui ab Hectore confeſtim eſt interfectus, quem cuncti appellarunt Πρωτεσίλαον: quoniam primus ex omnibus perierat. Sic Hyginus poſt mortem, Auſonius ante mortem, ab incunabulis ſcilicet, nomen Proteſilai huic impoſitum fuiſſe ſcribit. *Vinetus.*

2. *Pellacis*] Per blanditias decipientis, inquit Servius in ſecundi Æneidos verſum nonageſimum. *Pellicere* enim eſt blandiendo elicere. *Idem.*

3. *Lærtiadæ*] pro Laërtiadæ, Vlixis Laërtæ filii. *Id.*

1. *Deipho-*

[1] DEIPHOBO. XIII.

PRoditus ad pœnam, [2] ſceleratæ fraude Lacænæ,
[3] Et deformato corpore Deiphobus,
[4] Non habeo tumulum, niſi quem mihi voce vocantis
Et pius Æneas, & Maro compoſuit.

1. *Deiphobo*] Deiphobus unus ex quinquagenis, pluribuſque Priami regis Trojani liberis, Helenam, Paride mortuo, uxorem duxerat. Hæc, qua nocte fuit captum Ilium, Menelao fores aperuit, qui dormientem Deïphobum in lecto occidit. Sic Virgilius ſexto Æneidos, & Hyginus. At Quinctus Calaber libro tertiodecimo, Menelao effractis foribus in Deiphobi thalamum ingreſſo, Helenam celeriter è thoro, ubi cum viro dormiebat, deſiluiſſe, fugiſſe in intimas ædes, ac ibi ſe occultaſſe. quam, occiſo Deiphobo, quæſitam inventamque Menelaus etiam jugulaſſet, niſi obſtitiſſet frater rex Agamemnon. *Vinetus.*

2. *Scelerata fraude Lacana*] Deiphobus apud Virgilium, ex quo ipſius epitaphium effinxit Auſonius:

Sed me fata mea, & ſcelus exitiale Lacana,
His merſere malis. — Vinet.

3. *Et deformato corpore*] Virgilius Maro de Ænea apud inferos, ſexto Æneidos:

Atque hic Priamiden laniatum corpore toto
Deiphobum vidit, lacerum crudeliter ora,
Ora, manuſque ambas, populataque tempora raptis
Auribus, & truncas inhoneſto vulnere nares. Vin.

4. *Non habeo tumulum*] Æneas ad eundem Deiphobum:

Mihi fama ſuprema
Nocte tulit feſſum vaſta te cade Pelaſgûm
Procubuiſſe ſuper confuſa ſtragis acervum.
Tunc egomet tumulum Rhœtéo in littore inanem
Conſtitui. & magna manes ter voce vocavi.
Nomen & arma locum ſervant.

Scribit autem Euſtathius in duodecimum Iliados, fabulatos eſſe veteres, ex abjecto Deiphobi corpore inſepulto enatam fuiſſe herbam nomine ἀχίφαλον: quæ ad lucernam lecta, & cum aqua data, ſpleniticis proſit. *Id.*

HECTORI. XIV.

[1] HEctoris hic tumulus: [2] cum quo ſua Troja ſepulta eſt.
Conduntur pariter, qui periere ſimul.

[1] ASTYA-

1. *Hectoris hic tumulus*] Hujus ſuper vitæ meritorum teſtimonio, cum ſæpe doctis tralationum, argutisque figurarum modulis ab Auſoniana phraſi non abhorreat, contingit tamen, ut vix quandoque dignum ejus ingenio anxiaque eruditione, facile appareat, præſertim his, qui ei ſæculo

lo immitia plerunque aut duriuſcula condonandum non putent. Neque fieri non potuit, ut exſcribentium dormitatione quædam fuerint inverſa, quodque eſt deteſtabilius, addita. Nam præter ea, quæ nos emendavimus, multa etiam concretis dictionibus, perverſeque nexilibus conſuſa, ægre oculis perlegas. ut & imperitum antiquarium, aut quemvis denique amanuenſem præ ſe ferant. *Mariang. Accurſius.*

1. *Hectoris hic tumulus*] Hoc Hectoris epitaphium in antiquis quoque codicibus invenerat Accurſius Mariangelus in Italia. Egregiam autem continet Hectoris viri fortiſſimi laudem, quum eo ſtante, ſtetiſſe Trojam patriam, & tali cive intereunte, illam ſimul interiiſſe dicit. Eadem repetit Priamus in ſuis epitaphiis. Occiſum autem ab Achille Hectorem, à ſuis redemptum, & in patria ſepultum, canit Homerus, in extrema Iliade. Unde poſtea ejus oſſa Græci Thebas in Bœotiam tranſtulerunt: ut apud Pauſaniam legimus, & Lycophronis interpretem, ac in Anthologia Græcorum ab Henrico Stephano nuper edita. *Vinetus.*

2. *Cum quo ſua*] Severus in Ætna:

Miramur Troja cineres, & flebile victis
Pergamon: exſtinctoque ſuo Phrygas Hectore. Parvum
Conſpicimus magni tumulum ducis.

Pentadius in tumulo Hectoris:

Occubuit telo violenti victus Achillei.
Occubuere ſimul ſpeſque ſaluſque Phrygum.

Libanius Oratione IX in necem Iuliani: Τὸν μὲν οὖν Ἕκτορα τῆς Τροίας ἤδη τις ἐκάλεσεν ἀσφαλῆ κίονα, ὀρθῶς προσειπών. Πεσόντος γὰρ, ἐπὶ σταθεροῦ τὸ Ἴλιον εἱστήκει, καὶ αὐτίκα ἔμελλε κεῖσθαι μετὰ τοῦ Ἕκτορος.

[1] ASTYANACTI. XV.

[2] FLos Aſiæ, tantaque unus de gente ſuperſtes,
Parvulus, Argivis ſed jam [3] de patre timendus,
Hic jaceo Aſtyanax, [4] Scæis dejectus ab altis.
Pro dolor! [5] Iliaci Neptunia mœnia muri
Viderunt aliquid crudelius Hectore tracto.

SAR-

1. *Aſtyanacti*] Aſtyanax Hectoris ex Andromacha conjuge filius. *Vinet.*

2. *Flos Aſiæ*] Quo non erat pulchrior in tota Aſia. *Vinetus.*

3. *De patre*] Hectore. Timere potuerunt Græci, ne illos patri ſimilis aliquando male multaret: patrem, avum, patruos, gentem univerſam olim ulciſceretur. *Vinet.*

4. *Scæis dejectus ab altis*] *Quum Achivi*, inquit Hyginus, *Troja capta, prolem Priami exſtirpare vellent, Aſtyanacta Hectoris & Andromachæ filium de muro dejecerunt.* Vin.

5. *Iliaci Neptunia*] Muros oppidi Ilii, à diis Neptuno & Apolline ædificatos, fabulati ſunt antiqui. *Id.*

1. *Sarpedon*

SARPEDONI. XVI.

[1] SArpedon Lycius, genitus Iove, numine patris
Sperabam cœlum; ſed tegor hoc tumulo,
[2] Sanguineis fletus lacrymis. prô ferrea fata!
[3] Et patitur luctum, qui prohibere poteſt?

1. *Sarpedon*] *Sarpedon* non unus fuit. Memorat Apollodorus, & Scholiaſtes Argonauticorum Apollonii, *Sarpédonem* Neptuni filium, Thraciæ regem, ab Hercule interfectum. abs quo *Sarpédon* Thraciæ urbs apud Stephanum, *Σαρπηδονίη πέτρη* apud Apollonium primo. Alii fuerunt duo Sarpédones, autore etiam Euſtathio in ſecundum Iliádos, quos unum ſolum fuiſſe putat Apollodorus tertio de Deorum origine: *Sarpédon* Iovis & Europæ filius, qui Creta pulſus à fratre Minoë, in Lycia regnavit: & *Sarpédon* Iovis & Laodamiæ Bellerophontis filiæ filius, ut idem Homerus ſcribit Iliádos ſexto, qui Trojanis contra Græcos auxilium tulit, & à Patroclo fuit occiſus. Incertum autem uter horum Lyciæ regum ſit accipiendus, cujus regnum promontorio *Sarpedone* aliquando finitum eſſe, ſcribit Pomponius Mela libro primo. *Vinetus.*

2. *Sanguineis fletus lachrymis*] Iuppiter Iliados ſextodecimo, quum ſe vidit Sarpédonem filium cariſſimum ſervare non poſſe (tantam eſſe vim fati & ſoror, & conjux Iuno docuerat) *αἱματοέσσας ψιάδας κατέχευεν ἔραζε.* id eſt, ſanguineas guttas effundebat humi. *Id.*

3. *Et patitur luctum*] Languent hæc. ſcripſit Auſonius: *En patitur luctum.* Grævius.

NASTI & AMPHIMACHO. XVII.

[1] NAſtes, Amphimachuſque, Nomionis inclyta proles,
Ductores quondam, pulvis & umbra ſumus.

1. *Naſtes*] Ad verbum, eodemque verborum ordine, eſt illud Homeri:
Νάστης Ἀμφίμαχός τε Νομίονος ἀγλαὰ τέκνα.
Fratres hi erant, & Cares ad Trojam pro Trojanis duxerunt. quorum alterum, Amphimachum, ſcribit poëta ab Achille fuiſſe occiſum. *Vinetus.*

[1] TROILO. XVIII.

HEctore proſtrato, nec dîs, nec viribus æquis
[2] Congreſſus ſævo Troilus Æacidæ,
[3] Rapta-

1. *Troilo*] Virgilius libro primo Æneidos de pictura rerum Trojanarum:
Parte alia fugiens amiſſis Troilus armis;

[3] Raptatus bigis fratris conjungor honori.
Cujus ob exemplum nec mihi pœna gravis.

Infelix puer atque impar congreſſus Achilli,
Fertur equis. curruque hæret reſupinus inani,
Lora tenens tamen. huic cervixque comaque trahuntur
Per terram: & verſa pulvis inſcribitur haſta. Vinetus.

2. *Congreſſus ſævo*] Ita procul dubio legendum, quum à præcedente ſequens *s* abſorptum ſit; in veteri autem libro ultima etiamnum littera *s* conſpiciebatur. ſed & ita Vinetus.

3. *Raptatus bigis*] De Hectore Virgilius lib. II. Æneid.

Raptatus bigis ut quondam, aterque cruento
Pulvere, perque pedes trajectus lora tumenteis.

Cicero in Tuſculanis, Qu. Propertius lib. 3. eleg. 1. &c. noſter in Periocha XXII Iliad. *Hector interfectus, & religatus ad currum, ter circum mœnia Trojana raptatur.* Patrio id Achillem more feciſſe refert Scholiaſtes ad Homeri Iliad. χ, ex Callimacho: Simonem namque, Theſſalum genere, Eurydamanta Midiæ filium ita raptaſſe, qui Simonis fratrem Thraſunum interfecerat. Hunc autem primum ejus moris auctorem fuiſſe, & religatum ad currum interfectorem circum fratris occiſi tumulum traxiſſe. Hæc ille. Æmulatus eſt Achillem Magnus Alexander, eodem Batim ſupplicio afficiens. Curtius lib. IV. cap. VI extremo: *Per talos enim ſpirantis lora trajecta ſunt; religatumque ad currum traxere circa urbem equi: gloriante Rege, Achillem, à quo genus ipſe duceret, imitatum ſe eſſe pœna in hoſtem capienda.*

POLYDORO. XIX.

[1] CEde procul, myrtumque iſtam fuge neſcius hoſpes,
[2] Telorum ſeges eſt ſanguine adulta meo.
Confixus jaculis, & ab ipſa cæde ſepultus,
[3] Condor in hoc tumulo bis Polydorus ego.
Scit pius Æneas, [4] & tu, rex impie: quod me
Thracia

1. *Cede procul*] Effinxit Auſonius hoc epitaphium ex iis, quæ de Polydoro fabulatur Virgilius in principio tertii Æneidos, ex iiſque ipſis eſt intelligendum. *Vinetus.*

2. *Telorum ſeges*] Hæc cornea, inquit Polydorus, virgulta, & *denſis haſtilibus horrida myrtus*, tela ipſa ſunt, quibus me confodit crudelis tyrannus Thraciæ: quæ vita ex ſanguine & corpuſculo meo ſumpta, in hanc ſylvam adoleverunt. *Idem.*

3. *Condor bis*] In tumulo litori imminente, telis & terra fui primum obrutus à tyranno, & conditus. Deinde Æneas, quum hac tranſiret, & me forte reperiſſet, inſtauravit mihi funus, ſepulchrum exſtruxit, & cetera quæ ſunt apud Virgilium. *Id.*

4. *Et tu, rex impie*] Scis. ἀποστροφὴ ad Polymneſtorem, ut hic Thraciæ rex appellatur in Hecuba Euripidis, & tertio Metamorphoſeôn Ovidii. Cujus hæc inſignis impietas, quod quum

Thracia pœna premit, [5] Troïa cura tegit.

quum ei Priamus Trojæ rex , ut amico , Polydorum filium auri cum pondere magno furtim mandaſſet alendum ,

—— Quum jam diffideret armis
Dardaniæ, cingique urbem obſidione videret ,
Ille ut opes fracta Teucrûm , & fortuna receſſit ,
Res Agamemnonias , victriciaque arma ſecutus ,
Fas omne abrupit. Polydorum obtruncat, & auro
Vi potitur. —— Vinetus.

5. *Troiaque cura tegit*] Crediderim Auſonium ſine conjungendi particula ſcripſiſſe , *Troïa cura tegit.* Vt eſt in Didonis Epitaphio :

Hoc pereunte fugis, hoc fugiente peris.

Troïa enim hoc loco , triſyllabum fit, ut libro primo Æneidos :

Arma virum, tabulaque , & Troïa gaza per undas.

Et in Epitaphio inſequenti :

—— Troïa tellus. Vinet.

5. *Troiaque cura tegit*] Lege : *Troïa cura tegit* epitaph. ſequen. *Troïa tellus.* Trojani Polydoro juſta ſolverunt. *Gravius.*

EVPHEMO. XX.

[1] EVphemum Ciconum ductorem Troïa tellus
Condidit haſtati Martis ad effigiem.
Nec ſatis eſt titulum ſaxo incidiſſe ſepulchri :
Inſuper & frontem mole onerant ſtatuæ.
Ocyus iſta ruunt, quæ ſic cumulata locantur.
Major ubi eſt cultus, magna ruina ſubeſt.

1. *Euphemum Ciconum*] Ciconum gentis Thraciæ regem Euphemum Trojanis contra Græcos auxilium tuliſſe ſcribit Homerus in extremo libro ſecundo Iliados. *Vinetus.*

HIPPOTHOO, & PYLÆO, in horto ſepultis. XXI.

[1] HIppothoum , Pyleumque tenet gremio infima tellus.
Caulibus & malvis terga ſuperna virent.

Nec

1. *Hippothoum*] Hippothoum & Pylæum facit fratres Homerus in eodem extremo ſecundo Iliados : qui Pelaſgos Lariſſæos in Trojanorum auxilium adduxerint : Hippothoumque ab Ajace Telamonio fuiſſe occiſum , ſcribit libro ſeptimodecimo. *Vinet.*

1. *Hippothoum, Pyleumque*] Metrum flagitat , ut ſcribatur : *Pyleum Hippothoum-*

Nec vexat cineres horti cultura quietos:
Dum parcente manu molle holus excolitur.

theumque. Grævius. Nihil mutandum. non advertit vir Celeberrimus id eſſe moris Auſonio, ut Diphthongos extrita altera vocali corripiat. Ea de re nos alibi.

[1] ENNOMO, & CHROMIO. XXII.

ENnomus hic, Chromiuſque jacent; queis Myſia regnum,
Queis pater Alcinus, Oceanuſque atavus.
Nobilitas quid tanta juvat? quo clarius iſtis
Eſt genus, hoc mortis conditio gravior.

1. *Ennomo, & Chromio*] Hi ſunt Ἔννομος, & Χρόμις in eodem extremo ſecundo Iliados. Sed *Chromis* etiam Χρόμιος, id eſt Chromius, tribus ſyllabis, vel auctore Euſtathio. *Vinetus.*

PRIAMO. XXIII.

HIc Priami non eſt tumulus, nec condor in iſta
Sede: caput Danai diripuere meum.
Aſt ego [1] quum lacerum ſine nomine funus haberem,
Confugi ad cineres Hectoreos genitor.
Illic & natos, Trojamque, Aſiamque ſepultam
Inveni, & noſtrum quicquid ubique jacet.

1. *Quum lacerum ſine nomine funus*] Dixerat Virgilius de hoc:
— *Jacet ingens littore truncus,*
Avulſumque humeris caput, & ſine nomine corpus. Vinet.

Item PRIAMO. XXIV.

QVi tumulum Priami quærit, legat Hectoris ante.
Ille meus, nato quem prius ipſe dedi.
Hectoris, & patris ſimul eſt commune ſepulchrum.
Amborum quoniam juncta ruina fuit.

HECVBÆ. XXV.

QVæ regina fui, quæ claro [1] nata Dymante,
Quæ Priami conjunx, Hectora quæ genui:
Hic Hecuba injectis perii ſuperobruta ſaxis.
Sed rabie linguæ me tamen ulta prius.
[2] Fidite ne regnis, & prole, & ſtirpe parentum:
Quicunque hoc noſtrum [3] *σῆμα κυνὸς* legitis.

1. *Nata Dymante*] Hecubæ, quæ Græcis Ἑκάβη dicitur, pater eſt Dymas Iliados ſextodecimo, Ciſſeus in Hecuba Euripidis, Sangarius libro tertio Bibliotheces Apollodori. *Vinetus.*

2. *Fidite ne regnis*] Quin Senecam noſter in animo habuerit, cum hæc ſcriberet, nullus dubito. Apud illum enim eadem Hecuba initio Troadum:

Quicunque regno fidit, & magna potens
Dominatur aula, nec leves metuit deos,
Animumque rebus credulum lætis dedit,
Me videat.

3. *Σῆμα κυνός*] Sepulchrum canis. Strabo tertiodecimo: *καθ' ὃ ἐν χερρονήσῳ τὸ κυνὸς σῆμά ἐστιν. ὅ φασιν Ἑκάβης εἶναι τάφον.* Pomponius Mela ſecundo, de eadem Thraciæ Cherrhoneſo: *Eſt Cynoſ-ſema, tumulus Hecubæ, ſive ex figura canis, in quam converſa traditur, ſive ex fortuna, in quam deciderat, humili nomine accepto.* Vinet. Ad quem locum vide quæ vir illuſtris I S. Voſſius.

POLYXENÆ. XXVI.

TRoas Achilleo conjuncta Polyxena buſto
Malueram nullo cæſpite functa tegi.
Non bene diſcordes tumulos miſcetis, Achivi:
Hoc violare magis, quam ſepelire fuit.

ALIQVOT ALIORVM EPITAPHIA.

[1] NIOBÆ, in Sipylo monte juxta fontem ſepultæ. XXVII.

[2] THebarum regina fui, [3] Sipyleia cautes
Quæ modo ſum; [4] læſi numina Latoidum.

[5] Bis

1. *Niobæ*] In Græcorum Epigrammatum anthologia, varia invenies Epigrammata in caſum, formam, imaginem Niobes filiæ Tantali regis Phry-

[5] Bis ſeptem natis genetrix læta atque ſuperba,
Tot duxi mater funera, quot genui.
Nec ſatis hoc divis. duro circumdata ſaxo
Amiſi humani corporis effigiem.
Sed dolor, obſtructis quamquam vitalibus, hæret:
[6] Perpetuaſque rigat ſonte pio lachrymas.
Pro facinus! [7] tantæne animis cœleſtibus iræ?
Durat adhuc luctus, matris imago perît.

Phrygiæ, & uxoris Amphionis regis Thebarum.. *Vinetus.*

2. *Thebarum Regina fui*] Ita vetus liber. Eſt enim quaſi quædam conjectio cauſſæ, quam exponit Niobe. *Scaliger.*

3. *Sipyleia cautes*] Σίπυλος, vrbs fuit, & mons Phrygiæ. Vnde *Sipyleium marmor* dixit Auſonius: *Sipyleia genitrix* ipſa etiam appellata Statio verſu triceſimo tertio libri quinti Sylvarum. *Vinetus.*

4. *Laſi numina*] Ita erat in exemplari. *Vinet.*

5. *Bis ſeptem*] Septem maribus, & feminis totidem. Idem numerus quatuordecim apud Hyginum & Ovidium ſexto Metamorphoſeon, ſed duodecim apud Homerum Iliados ultimo: quos duodeviginti numeravit Sappho: Bacchylides, Pindarus, & Heſiodus viginti: Herodotus tantum quinque. Vide Apollodorum libro tertio, & Aulum Gellium ultimo, & Ælianum duodecimo Variæ Hiſtoriæ. *Idem.*

6. *Perpetuaſque rigat*] D. Hieronymus in Epitaphio Nepotiani: *Vnde & Nioben, quia multum fleverit, in lapidem, & diverſas in beſtias commutatas finxit antiquitas.* Ita lego: nam in Frobeniana Eraſmi editione male impreſſum, *& diverſas beſtias commutatam.* Hyginus: *At genetrix liberis orba flendo lapidea facta eſſe dicitur in monte Sipylo. Ejuſque hodie lacrymæ manere dicuntur.* Vbi malim, *manare.* Callimachus hymno in Apollinem:

Καὶ μὴν ὁ δακρυόεις ἀναβάλλεται ἄλγεα πέτρος,
Ὅστις ἐνὶ Φρυγίῃ διερὸς λίθος ἐστήρικται,
Μάρμαρον ἀντὶ γυναικὸς ὀϊζυρόν τι χανούσης.

7. *Tantæne animis cæleſtibus iræ*] Ex quinctodecimo primi Æneidos. *Vinetus.*

Eidem. XXVIII.

[1] Vivebam. ſum facta ſilex. quæ deinde polita
Praxitelis manibus, vivo iterum Niobe.
Reddidit artificis manus omnia, ſed ſine ſenſu.
Hunc ego, quum læſi numina, non habui.

Eidem.

1. *Vivebam*] Libro quarto Epigrammatum Græcorum legitur hoc diſtichon, incerti auctoris:

Ἐκ ζωῆς με θεοὶ τεῦξαν λίθον· ἐκ δὲ λίθοιο
Ζωὴν Πραξιτέλης ἔμπαλιν εἰργάσατο. *Vinet.*

1. *Habet*

Eidem. XXIX.

[1] HAbet ſepulchrum non id intus mortuum.
Habet nec ipſe mortuus buſtum ſuper.
Sibi ſed eſt ipſe hic ſepulchrum, & mortuus.

1. *Habet ſepulchrum*] Hoc Trimetrum jambicum in ſignum Niobes ex Agathia eſt. In quo non illud tantum è re fuerat cognoſcere, quo pacto iiſdem fere verbis noſter omnia reddiderit, ſed inſpectione quoque dignum, quod *mortuum* vocarit *ipſum*, Nioben ſignificans. Ita enim cum nihil immutarit, pleniori quoque Latinorum eruditioni inſervit. Siquidem *ὁ νεκρὸς*, id eſt, *mortuus*, ſcribitur. Vt importune eos feciſſe putemus, qui interpretationem retrectare auſi, *cadaver*, verterunt. *Mariang. Accurſius.*

1. *Habet ſepulchrum*] Huic ſimile eſt illud libro tertio anthologiæ:

Ὁ τύμβος οὗτος ἔνδον οὐκ ἔχει νεκρόν.
Ὁ νεκρὸς οὗτος ἐκτὸς οὐκ ἔχει τάφον.
Ἀλλ' αὐτὸς αὐτοῦ νεκρός ἐστι καὶ τάφος.

Quorum Græcorum auctor non nominatur in eo Epigrammatum libro: ſed Agathiæ Scholaſtico attribuit interpres Electræ Sophoclis Græcus. Qui ſi non fallit, & Agathias ille Scholaſticus eſt, quem Paulo Silentiario & Triboniano æqualem facit Suidas, qui Iuſtiniano principe vixerunt, certe is plus centum annis poſterior fuerit Auſonio, qui ſe dicit, Gratiano Cæſare Conſulem fuiſſe jam ſenem: & ſic Agathias Auſonii, non contra Auſonius Agathiæ interpres eſſe poterit. Quod de Pallada quoque probavimus in Epigramma octogeſimum quintum. *Vinetus.*

DIDONI. XXX.

INfelix Dido, nulli bene nupta marito:
[1] Hoc pereunte fugis, [2] hoc fugiente peris.

1. *Hoc pereunte*] Sichæo. Didoni namque maritus fuit Sicharbas, ſive, ut Virgilius appellat, Sichæus *ditiſſimus agri Phœnicum.* Frater Pygmalion, Tyri rex, *ſcelere ante alios immanior omnes*, qui quum Sichæum *impius ante aras, atque auri cæcus amore*, clam incautum occidiſſet, & ſibi ab eo Dido timeret, navibus opes ſuas clam impoſuit, & cum amicis in Africam fugit. Virgilius primo Æneidos, Iuſtinus, Servius, & alii. *Vinetus.*

2. *Hoc fugiente*] Ænea. Sed hoc eſſe commentum Virgilii, ipſa dixit Dido centeſimo decimo octavo Epigrammatum. *Vinet.*

[5] Bis ſeptem natis genetrix læta atque ſuperba,
Tot duxi mater funera, quot genui.
Nec ſatis hoc divis. duro circumdata ſaxo
Amiſi humani corporis effigiem.
Sed dolor, obſtructis quamquam vitalibus, hæret:
[6] Perpetuaſque rigat fonte pio lachrymas.
Pro facinus! [7] tantæne animis cœleſtibus iræ?
Durat adhuc luctus, matris imago perît.

Phrygiæ, & uxoris Amphionis regis Thebarum.. *Vinetus.*

2. *Thebarum Regina fui*] Ita vetus liber. Eſt enim quaſi quædam conjectio cauſſæ, quam exponit Niobe. *Scaliger.*

3. *Sipyleia cautes*] Σίπυλος, vrbs fuit, & mons Phrygiæ. Vnde *Sipyleium marmor* dixit Auſonius: *Sipyleia genitrix* ipſa etiam appellata Statio verſu triceſimo tertio libri quinti Sylvarum. *Vinetus.*

4. *Læſi numina*] Ita erat in exemplari. *Vinet.*

5. *Bis ſeptem*] Septem maribus, & feminis totidem. Idem numerus quatuordecim apud Hyginum & Ovidium ſexto Metamorphoſeon, ſed duodecim apud Homerum Iliados ultimo: quos duodeviginti numeravit Sappho: Bacchylides, Pindarus, & Heſiodus viginti: Herodotus tantum quinque. Vide Apollodorum libro tertio, & Aulum Gellium ultimo, & Ælianum duodecimo Variæ Hiſtoriæ. *Idem.*

6. *Perpetuaſque rigat*] D. Hieronymus in Epitaphio Nepotiani: *Vnde & Nioben, quia multum fleverit, in lapidem, & diverſas in beſtias commutatas finxit antiquitas.* Ita lego: nam in Frobeniana Eraſmi editione male impreſſum, *& diverſas beſtias commutatam.* Hyginus: *At genetrix liberis orba flendo lapidea facta eſſe dicitur in monte Sipylo. Ejuſque hodie lacryma manere dicuntur.* Vbi malim, *manare.* Callimachus hymno in Apollinem:

Καὶ μὲν ὁ δακρυόεις ἀναπαύεται ἄλγεα πέτρος,
Ὅστις ἐνὶ Φρυγίῃ διερὸς λίθος ἐστήρικται,
Μάρμαρον ἀντὶ γυναικὸς ὀϊζυρόν τι χανούσης.

7. *Tantæne animis cœleſtibus iræ*] Ex quinctodecimo primi Æneidos. *Vinetus.*

Eidem. XXVIII.

[1] Vivebam. ſum facta ſilex. quæ deinde polita
Praxitelis manibus, vivo iterum Niobe.
Reddidit artificis manus omnia, ſed ſine ſenſu.
Hunc ego, quum læſi numina, non habui.

Eidem.

1. *Vivebam*] Libro quarto Epigrammatum Græcorum legitur hoc diſtichon, incerti auctoris:

Ἐκ ζωῆς με θεοὶ τεῦξαν λίθον· ἐκ δὲ λίθοιο
Ζωὴν Πραξιτέλης ἔμπαλιν εἰργάσατο. *Vinet.*

1. *Habet*

Eidem. XXIX.

¹ HAbet ſepulchrum non id intus mortuum.
Habet nec ipſe mortuus buſtum ſuper.
Sibi ſed eſt ipſe hic ſepulchrum, & mortuus.

1. *Habet ſepulchrum*] Hoc Trimetrum jambicum in ſignum Niobes ex Agathia eſt. In quo non illud tantum è re fuerat cognoſcere, quo pacto iiſdem fere verbis noſter omnia reddiderit, ſed inſpectione quoque dignum, quod *mortuum* vocarit *ipſum*, Nioben ſignificans. Ita enim cum nihil immutarit, pleniori quoque Latinorum eruditioni inſervit. Siquidem ὁ νεκρὸς, id eſt, *mortuus*, ſcribitur. Vt importune eos feciſſe putemus, qui interpretationem retrectare auſi, *cadaver*, verterunt. *Mariang. Accurſius.*

1. *Habet ſepulchrum*] Huic ſimile eſt illud libro tertio anthologiæ:

Ὁ τύμβος οὗτος ἔνδον οὐκ ἔχει νεκρόν.
Ὁ νεκρὸς οὗτος ἐκτὸς οὐκ ἔχει τάφον.
Ἀλλ' αὐτὸς αὐτοῦ νεκρός ἐστι καὶ τάφος.

Quorum Græcorum auctor non nominatur in eo Epigrammatum libro: ſed Agathiæ Scholaſtico attribuit interpres Electræ Sophoclis Græcus. Qui ſi non fallit, & Agathias ille Scholaſticus eſt, quem Paulo Silentiario & Triboniano æqualem facit Suidas, qui Iuſtiniano principe vixerunt, certe is plus centum annis poſterior fuerit Auſonio, qui ſe dicit, Gratiano Cæſare Conſulem fuiſſe jam ſenem: & ſic Agathias Auſonii, non contra Auſonius Agathiæ interpres eſſe poterit. Quod de Pallada quoque probavimus in Epigramma octogeſimum quintum. *Vinetus.*

DIDONI. XXX.

INfelix Dido, nulli bene nupta marito:
¹ Hoc pereunte fugis, ² hoc fugiente peris.

1. *Hoc pereunte*] Sichæo. Didoni namque maritus fuit Sicharbas, ſive, ut Virgilius appellat, Sichæus *ditiſſimus agri Phœnicum.* Frater Pygmalion, Tyri rex, *ſcelere ante alios immanior omnes*, qui quum Sichæum *impius ante aras, atque auri cæcus amore*, clam incautum occidiſſet, & ſibi ab eo Dido timeret, navibus opes ſuas clam impoſuit, & cum amicis in Africam fugit. Virgilius primo Æneidos, Iuſtinus, Servius, & alii. *Vinetus.*

2. *Hoc fugiente*] Ænea. Sed hoc eſſe commentum Virgilii, ipſa dixit Dido centeſimo decimo octavo Epigrammatum. *Vinet.*

DIOGENI CYNICO, in cujus ſepulchro, pro titulo, Canis ſignum eſt. XXXI.

[1] DIc, canis, hic cujus tumulus? Canis. At canis hic quis?
Diogenes. Obiit? Non obiit, [2] ſed abît.
Diogenes, cui pera penus, cui dolia ſedes,
Ad manes abiit? Cerberus ire vetat.

[3] Quo-

1. *Dic canis*] Scribit Diogenes Laërtius Diogenem philoſophum Cynicum juxta Corinthi portam ſepultum fuiſſe, quæ in Iſthmum ferebat. Cippum ſuper eum ſtatutum, & ſuper ipſum *canem* ex pario marmore. Hunc ergo canem interrogat hoſpes quiſpiam. *Vinetus.*

2. *Sed abiit*] Legendum *abit*, diſſyllabum; vel conjunctio ipſa *ſed* amolienda, quam interpoſuerint fortaſſe inſcii T literam veteribus communem exſtitiſſe. Quorum etiam opinio fuit, viros quocunque meritorum genere inſignes non quidem mori, ſed in alia loca transferri, ſæculaque commutare. Conſiderandum præterea, Epigramma ipſum è Græco ſumptum tetraſticho, quibuſdam vel additis, vel immutatis. Salſe pariter ac lepide, neque minùs erudite, quam graviter:

Εἰπὲ κύον, τίνος ἀνδρὸς ἐφεστὼς
σῆμα φυλάσσεις;
Τοῦ κυνός. Ἀλλὰ τίς ἦν οὗτος ἀνὴρ ὁ κύων;
Διογένης. Γένος εἰπέ. Σινωπεύς.
ὃς πίθον ᾤκει;
Καὶ μάλα. νῦν δὲ θανὼν ἀστέρας
οἶκον ἔχει. Mariang. Accurſius.

2. *Non obiit ſed abiit*] Ignorantia ſciolorum hunc locum corrupit, qui neſcierunt ultimas in *obiit*, *rediit*, *ſubiit*, & ſimilibus produci, licet vocalis ſequatur. De quibus vide quæ notavit vir elegantiſſimi ingenii & eruditionis ſummæ Nicolaus Heinſius ad Ovid. Heroid. Epiſt. VI. ℣. XXXI. Hinc inferſerunt τὸ *ſed*. quod eo, unde malum pedem retulit, rejiciendum, & ſcribendum: *Non obiit, abiit.* Grævius.

2. *Sed abit*] Quum *abire* ſæpe ſimpliciter ponatur, ſæpe *vita abire* ſcribatur, pro *obire mortem*, factum eſt, ut Vellejum hactenus grave mendum obſederit, quod jam tollere in animum induxi. libro: II dicit: *At Catilina non ſegnius vota obiit, quam ſceleris conandi conſilia inierat.* Lege: *non ſegnius vita abiit.* Liquet ex ſeqq. *quippe fortiſſime dimicans*, &c. Hæc ubi ſcripſeram, ex additis Vellejo in Lipſiana editione variantibus lectionibus Aldum ejuſdem mecum ſententiæ fuiſſe comperio: quam quur improbaverint viri docti, non video. Ammian. Marcellinus lib. XXI, de Conſtantio: *Diuque cum anima colluctatus jam diſceſſura, abiit è vita III. Non. Octobr.*

2. *Obiit*] alvo nimis ſoluta, cum Polypum crudum voraſſet; Athenæus l. VIII Deipnoſ. Laërtius in ejus vita, qui & diverſas de ejus morte opiniones refert.

3. Qu

[3] Quonam igitur? Clari flagrat qua ſtella Leonis,
Additus eſt [4] juſtæ nunc canis [5] Erigonæ.

3. *Quonam igitur*] Vetus liber hic minime ſincerus, utpote in quo erat:

Et quoniam clari flagrat jam ſtella leonis. Forte fuit:

At quonam? clari qua flagrat ſtella leonis, Additus, &c.

4. *Iuſtæ*] Quinimo ipſa juſtitia credita eſt. *Vinetus.*

5. *Erigona*] Fabulam fuſe narrant Dydymus ad Homeri Iliad. χ', Tzetzes Chil. IV, 128; Hyginus fab. CXXX & de ſignis cæleſt. in Arctophylace; item Ampelius in libello memoriali, è quo pauca, quæ corrupta ſunt, adſcribere viſum eſt, ut reſtituantur: *Tum Liber à Iove petit, quod ſuo imperio deficerent, ut inter ſiderum curſus poneretur Virgo. Icarius autem Arcturus eſt.* lege, *ponerentur. Erigone Virgo, Icarius autem Arcturus nom. eſt.*

In tumulum [1] ſedecennis matronæ. XXXII.

OMnia quæ longo vitæ cupiuntur in ævo,
Ante quater plenum conſumſit Anicia luſtrum.
[2] Infans lactavit. pubes & virgo adolevit.
Nupſit, concepit, peperit. jam mater obivit.
[3] Quis mortem accuſet? quis non accuſet in iſto
[4] Ætatis?

1. *Sedecennis matronæ*] Scribendum è membrana veteri:

In tumulum ſedecennis matronæ:

Item:

Quis mortem accuſet? quis non accuſet in iſto
Ætatis? meritis anus eſt, ætate puella.

Quis neget vulgatam lectionem ineptiſſimam eſſe? Non diſſimulabo, quid ſecutus ſim in illo vetere exemplari. In eo ſcriptum erat, *quis non accuſat inſta.* Nos fecimus, *in iſto.* ἀρχαϊσμοὶ ſunt, *iſtud ætatis, id ætatis.* Et ita priſtinæ venuſtati ſuæ reſtitutum eſt Epigramma. Quis, inquit, accuſet mortem, cum meritis anus ſit? quis non eandem accuſet in illa tenera ætate, cum adoleſcens moriatur? Sic Martialis:

Dum numerat palmas, credidit eſſe ſenem. Scaliger.

2. *Infans lactavit*] Hic certe pervertere non licuit. Aliis enim locis plerìſque *lactans* in *lactens* contra libri veteris auctoritatem, & quod majus, Auctoris conſuetudinem mutatum fuerat. Sic & Prudentio ſua vox adſerenda eſt in hymno Romani, quam alii non recte rejiciunt. Livius Tereo apud Nonium: *Ego puerum interea ancilla ſubdam lactantem mea, ne fame perbitet.* Serenus Sammonicus de præcordiis ſanandis:

Quin etiam catulum lactantem adponere membris Convenit.

Ita vulgatæ editiones & optimæ notæ ſcriptus, quem conſului. Lampridius in Severo: *Sed juſſit, ne quis ſuminatam occideret, ne quis lactantem, ne quis vaccam, ne quis damalionem.* Vbi *damalio* & *lactans* porcellus ſibi opponuntur, ut *vacca* & *ſuminata* ſcropha. Apud Nonium in *Calvitur*:

Num me lactans calvitur ætas?

Petrus de Natalibus in Catalogo SS, l. III. c. 82. de S. Perpetua: *Parvulum quoque ipſius lactantem ad collum ejus jactaſſent.*

3. *Quis*] *Quis mortem accuſet? complevit munia vitæ.*

[4] Ætatis ? meritis anus eſt, ætate puella.

Iam meritis anus eſt, & adhuc ætate puella.

Ita Tilianus ; pro quo codex Lugdunenſis :

Quismortemaccuſetquisnonaccuſet inſta
Ætatismeritis anuseſtætatepuella.

Vinetus.

4. *Ætatis meritis*] Albinovanus ad Liviam :

Quid numeras annos ? vixi maturior annis.
Acta ſenem faciunt. hæc numeranda tibi.

Noſter Epigr. XIX.

Scire ævi meritum, non numerare decet.

Sophocles Antigone, ℣. 744. Οὐ τὸν χρόνον χρὴ μᾶλλον ἢ τἄργα σκοπεῖν. Alexander moriens apud Curtium l. IX, c. VI. *Verum ego, qui non annos meos, ſed victorias numero, ſi munera fortunæ bene computo, diu vixi.* Et paullo ante : *Ego me metior non ætatis ſpatio, ſed gloria.* Libanius Orat. X. in necem Iuliani : Δεύτερον ὕστερον λογιζόμεθα πρὸς ἡμᾶς αὐτοὺς, ὥστε χρὴ νέον ἀπελθεῖν, ἀλλὰ τῶν γερόντων βασιλέων νικήσαντα ταῖς πράξεσι. Mamertinus in Panegyrico eidem Iuliano dicto : *Dicet aliquis, quomodo tam multa tam brevi tempore ? & recte. Sed Imperator noſter addit ad tempus, quod otio ſuo detrahit : nihil ſomno, nihil epulis, nihil otio tribuit. Ipſa ſe naturalium neceſſariarumque rerum uſurpatione defraudat, totus commodis publicis vacat. Itaque grandævum jam imperium videbitur his, qui non ratione dierum & menſium, ſed operum multitudine, & effectarum rerum modo, Iuliani tempora metientur.* In qua periodo quiddam mihi deëſſe videtur, ac legendum, *ſed Imperator noſter addit ad tempus* imperii, *quod otio ſuo detrahit.*

GLAVCIÆ, immatura morte prævento. XXXIII.

[1] LÆta bis octono tibi jam ſub conſule pubes
Cingebat teneras Glaucia adulte genas.
Et jam deſieras puer, an ne puella, videri :
Quum properata dies abſtulit omne decus.
Sed neque functorum ſocius miſcebere vulgo :
Nec metues Stygios flebilis umbra lacus.
Verum aut Perſephonæ [2] Cinyreïus ibis Adonis :
Aut [3] Iovis Elyſii tu catamitus eris.

1. *Læta bis octono ſub conſule*] Statius librum Silvar. quartum fuerat orſus :

Læta bis octonis accedit purpura faſtis.

Vinetus.

2. *Cinyreius*] Cinyræ filius Adonis. Habuit amatrices duas deas, Venerem apud ſuperos, & dum viveret : Περσεφόνην, id eſt, Proſerpinam, apud inferos, & mortuus. Orpheus in hymnis, & Auſonius ipſe in Idyllio de Cupidine cruci affixo, & in epiſtola ad Theonem *Vinet.*

3. *Iovis Elyſii*] Plutonis inferni regis catamitus eris, ſicut eſt Superi Iovis catamitus Ganimedes. *Id.*

CALLICRATEÆ. XXXIV.

VIginti atque novem genetrici [1] Callicrateæ
Nullius ſexus mors mihi viſa fuit.
Sed centum & quinque explevi bene meſſibus annos,
Intremulam baculo non ſubeunte manum.

1. *Callicratea*] Epitaphium Callicrateæ, quo plerique admirari non deſinunt, cur res ea, par miraculo, nec indigna, quam inter Macrobios Lucianus, vel inter fœminarum virtutes Plutarchus referrent, ab hiſtoricorum nemine apud nos litteris mandata fuerit, è Græcis ſumptum Epigrammatis invenies. Sed an duos ultimos in eo verſus conſulto noſter prætermiſerit, ut non negare auſim, ita ne id ipſum quidem affirmare. Eſt autem incerti authoris :

Εἴκοσι Καλλικράτεια καὶ ἐννέα τέκνα τεκοῦσα,
Οὐδ' ἑνὸς, οὐδὲ μιῆς ἐδρακόμην θάνατον,
Ἀλλ' ἑκατὸν καὶ πέντε διηνυσάμην ἐνιαυτοὺς,
Σκίπωνι τρομερὴν οὐκ ἐπιθεῖσα χέρα,
Ἀ δ' ἐγὼ ἡ πρέσβειρα, ὑπὸ πλακὶ τῇδε τέθαμμαι,
Μούνω ἐπὶ ζώντων αἰὲς λυσσαμένη.

Nec diſſimulandum in nonnullis, atque adeo excuſſis voluminibus, tanquam Epigramma alterum, duo ipſa Carmina ſejuncta circumferri, nulla prorſus ope rationis. Exſtat enim aliud, quo Callicratea eadem cunctis admirabilem mortalibus, ſe jactat, ac præterea novam Alceſtin, quippe ſubeuntem fata Zenonis, quem ſolum maritum habuerit, & quidem luce filiiſque cariorem :

Ἄλκηστις νέη εἰμί. θάνον δ' ὑπὲρ ἀνέρος ἐσθλοῦ
Ζήνωνος. τὸν μοῦνον ἐπὶ στέρνοις ἐδεδέγμην,
Ὃν φωτὸς, γλυκερῶν τε τέκνων, πλεῖον ἐμοὶ ἦτορ.
Οὔνομα Καλλικράτεια, βροτοῖς πάντεσσιν ἀγαστή.

Mariang. Accurſius.

EQVO ADMIRABILI, juſſu Auguſti. XXXV.

[1] PHoſphore, clamoſi [2] ſpacioſa per æquora Circi
[3] Septenas ſolitus victor obire vias :

Impro-

1. *Profphore*] Librarius quum *Profpere* ſcripſiſſet, ſupra quiſpiam, & fortaſſe idem ipſe, litteras r & h addiderat : unde Lugdunenſes *Profphore* ediderunt. Græcanicum itaque videtur vocabulum, ſive Φωσφόρος ei nomen fuerit, hoc eſt Lucifer ; ſive *Profphoros*, aptus conveniens, utilis. *Vinetus*.

2. *Spacioſa per æquora*] Sic ediderunt Lugdunenſes, quum in exemplari eſſet *panoſa per aq.* & ſupra *panoſa*, alia manu ſcriptum, *panoſa*, n pro u. Emendo *pannoſa* : intelligoque pannoſa Circi æquora, & pannoſum ipſum Circum, à *pannis* diverſorum colorum, quibus utebantur

Improperanter agens primos à carcere curſus;
  Fortis prægreſſis ut potereris equis.
Promptum & veloces erat anticipare quadrigas:
  Victores etiam vincere, laus potior.
Hunc titulum vani ſolatia ſume ſepulchri,
  Et gradere Elyſios præpes ad alipedes.
Pegaſus hinc dexter currat tibi. lævus Arion
  [4] Funis eat. quartum det tibi Caſtor equum.

In

tur factiones in iſtis Circenſibus ludis: qui colores ſunt Praſinus, Roſeus, Albus, Venetus apud Caſſiodorum tertio Variarum; & Sidonium Apollinarem in hendecaſyllabo ad Conſentium:

Albus, vel Venetus, rubeus, virenſque.

Sueton. de Domit. *Duas Circenſibus gregum factiones aurati purpureique panni ad quattuor priſtinas addidit.* Vinetus.

3. *Septenas ſolitus*] Quum certamen ſepteno metarum peragеretur circumitu: unde & *Circus* dictus. Iidem Sidonius & Caſſiodorus. *Vinet.*

4. *Funis & ad quartum*] Præcipui honoris ac meriti in quadrijugis curribus, & circo deſtinatis, fuiſſe funales ſiniſtros equos, ex hoc Epigrammate clarum eſt. Ei apud inferos, ſi quadriga jungatur ex equis Heroum olim celeberrimis, honoratiſſimum locum deberi aſſerit, qui ſiniſter eſt funi gerendo. Ita vulgo editur. quidam ita diſtinguunt, leguntque: *Pegaſus*, &c. *Funis eat: quartum*, &c. Et ſic interpretantur, in ea quadriga Phoſphorum & Cillarum jugales eſſe; funales autem dexteriorem quidem Pegaſum, ſiniſteriorem vero Arionem. quod non poteſt obtineri. Iugales, ut dixi, minoris dignationis, quam funarii. At palam eſt, id velle Auſonium, primum in illa equorum quadriga locum deberi *Phoſphoro*, & merito ſuo, & Auguſti commendatione, à quo amatus eſt. Honoratiſſimus autem quadrigæ locus, ut docui, ex Circi inſtituto ſiniſterior jugalis. Quare Epigrammatis illius verſus ſic ſunt concipiendi & interpungendi:

Pegaſus hinc dexter currant ibi Lævus Arion,
Funi ſed quartum det tibi Caſtor equum.

Perge inquit ad Elyſias ſedes, & cum equis, qui ibi præſtantiſſimi habentur, quadrigam componas. In ea quadriga, ibi currant dexter Pegaſus & lævus Arion ad jugum ſcilicet. Sed funi, id eſt, ad funem Caſtor tibi det quartum ſuum equum. Vult igitur Caſtoris equum & Phoſphorum funales eſſe, tanquam quadrigæ optimos. Quartus equus in quadriga, vel eſt dexter funalis, ſi a ſiniſtra numerare incipias, vel ſiniſter, ſi à dextra primum computes. Sed ut dictum eſt, ſiniſter funalis honoratior, ideo primus numerandus. Sic quartus erit funalis dexter. Itaque ſi Caſtor quartum equum ad funem dat Phoſphoro, primus eſt quadrigæ Phoſphorus, idemque ſiniſter funalis. Sic dexter in jugo Pegaſus, ſiniſter Arion. Hæc ſunt indubitatiſſima. Scriptum erat *Funis & quartum* (imo *funis ead*) pro *funi ſed quartum.* Inde qui verſui conſulere voluere, de ſuo addiderunt, *funis & ad quartum.* Hinc certum eſt, Phoſphorum & Cyllarum funales facere Auſonium. Ergo Pegaſus, & Arion jugales. Quod ipſum expreſſiſſe Poëtam putaret aliquis, legendo:

Pegaſus hinc dexter, currant juga, lævus Arion.

Pega-

Pegaſus dexter & lævus Arion jugales currant. *Iuga* pro jugalibus. loquutio ipſa tralatitia. *Salmaſ. ad Solinum.*

4. *Funis & ad quartum*] Quidquid repugnet ὁ πάνυ ad Solinum pag. 899, vera lectio eſt : *Lævus Arion Funis eat. Quartum det tibi Caſtor equum.* Eſt ibi legere, honoratiſſimum in quadrigis locum ex inſtituto Circi fuiſſe jugalis ſiniſtri. Ego certe id verum cenſeo : etſi contra ſententiam ejus ſit, & aut ipſius calamus, aut operarius erraverit. Multis enim contendit jugales minori dignationis quam funarios fuiſſe. Sed non deſunt, quæ omnibus ejus argumentis opponam. Hic, ſi mihi credis (nam exſequi diſputationem iſtam nunc non vacat) Auſonius Phoſphorum ponit in jugo ad lævam, qui locus mea ſententia præcipuus eſt, quem plerumque tenebat ſperatus auctor victoriæ : ei dextrum in eodem jugo locat Pegaſum : funales autem ſtatuit ſiniſtrum Ariona, dextrum Cyllarum. *Gronovius.*

In tumulo hominis felicis. XXXVI.

[1] SParge mero cineres,[2] bene olentis & unguine nardi,
Hoſpes, & adde roſis balſama puniceis.
Perpetuum mihi ver agit illacrymabilis urna.
Et commutavi ſecula, non obii.
Nulla mihi veteris perierunt gaudia vitæ :
[3] Seu meminiſſe putes omnia, ſive nihil.

1. *Sparge mero cineres*] *Relliquias vino, & bibulam lavere favillam.* libro VI. Æneidos. *Vinetus.*

2. *Et odore perlue nardo*] Vetus codex : *beneolente & unguine nardi.* Vinet. Lege, *beneolentis & ung. nardi.* vox rarior *unguen* interpretationi locum dedit. Vindicianus :

Succis, unguinibus, tedis, pice, ſulphure, cera.

Valerius Flaccus l. VI. Argonaut.

-- Pingui fluit unguine tellus.

3. *Seu meminiſſe putes*] Ita ſcribendum ex v.c. *Scaliger.*

Sepulchrum CARI vacuum. XXXVII.

ME ſibi, & uxori, & natis commune ſepulcrum
Conſtituit ſeras Carus ad exſequias.
Iamque diu monumenta vacant. [1] ſitque iſta querela.
Longior :

1. *Sitque iſta querela longior*] Lego :

--- ſit quaſi querela
Longius --- non *Longior.* Eſt autem ad verbum mutuatum ex illo Græco :

Αὐτοῖς, καὶ τεκέεσσι, γυναικί τε, τύμβον ἔδειμεν
Ἀνδρείων. ἔτι δ' οὐδενός εἰμι τάφος.
Οὕτω καὶ μείναιμι πολὺν χρόνον· εἰ δ' ἄρα καὶ δεῖ,
Δεξαίμην σὺ ἐμοὶ τοὺς ἀωροτέρους,
ἀωροτέρους. Scaliger.

Longior: & veniat ordine quiſque ſuo,
Naſcendi qui lege [2] datus: placidumque per ævum
Condatur, natu qui prior, ille prior.

1. *Sit, quaſo querela Longior*] *Queſta*, quod in exemplari fuit, & in *quaſo* mutarunt, exiſtimarim *qu'iſta* eſſe debuiſſe, id eſt, *que iſta. ſitque iſta querela longior*. Vinetus.

1. *Sitque iſta querela*] Vetus liber: *Sitqueſtaquerella Longior*. Non video, cur Scaliger ſibi mutandum duxerit in *longius*. quod nihilominus, ſi nobis Eruditiſſ. Heinſius emendationem ſuam probaverit in Virgilio, Ecl. IV.

O mihi tam longe maneat pars ultima vitæ
Spiritus & , quantum ſat erit tua dicere fata!

procul dubio retinendum erit. Eſt ſane τὸ *longe* in Mediceo, aliiſque vett. codd. Sed ἐπέχω, quia in illis *ae* & *e* nimis quam ſæpe confunduntur. Quæ Servius notat, nihil certi afferunt. Eſt itidem incertus ille verſus, qui legitur in tertio Æneidos:

Accipe & hac, manuum tibi qua monumenta mearum
Sint, puer, & longum Andromedes teſtentur amorem.

Ad quem Servius: *Et de præterito, & de futuro: ut agnoſcas quantum te vel amaverim, vel amatura ſim. Poteſt & pro diu accipi.* Ego vero ita acceperim, ut ſit τὸ *longum* adverbium, pro *diu*, quemadmodum lib. X. *Nec longum lætabere*, id eſt, diu, longum tempus. & ita hic *longior querela*, id eſt, magis diuturna, quæ diutius permaneat, ac perſeveret.

2. *Datus*] Qui datus eſt. Sic participium *datus*, & non verbum *datur* in exemplari: quod & hoc carmen inſcribebat. DE SEPVLCHRO VACVO. *Vinetus.*

Ex ſepulchro [1] Latinæ viæ. XXXVIII.

NOn nomen, non quo genitus, non unde, quid egi.
Mutus in æternum ſum, cinis, oſſa, nihil.
[2] Non ſum, nec fueram: genitus tamen è nihilo ſum.
Mitte, nec exprobres ſingula, talis eris.

AVSO-

1. *Latina via*] Latina via fuit Romæ, Appia, & aliæ: ſecundum quas ſepeliebantur homines. Iuvenalis libro primo:

--- *Experiar, quid concedatur in illos,*
Quorum Flaminia tegitur cinis, atque Latina. Vinetus.

2. *Non ſum*] Confinxit hoc Auſonius ex vulgatis monimentorum inſcriptionibus. In quibus talia ſæpe proponebantur. Vt eſt illud Lactorate in Novempopulonia: D. I. M. NON. FUI. FVI. MEMINI. NON SVM. NON. CVRO. DONNIA. ITALIA. ANNORVM. XX. HIC QVIESCO. C. MVNATIVS. C. DONNIA. CALISTE. LIBERTÆ. PIISSIMÆ. *Scaliger.*

AVSONII DE DVODECIM CÆSARIBVS,

Per Suetonium Tranquillum ſcriptis.

Auſonius [1] Heſperio filio S. D.

CÆSAREOS proceres, in quorum regna ſecundis
Conſulibus dudum [2] Romana potentia ceſſit,
Accipe bis ſenos. ſua quemque monoſticha ſignant,
Quorum per plenam ſeriem Suetonius olim
Nomina, res geſtas, vitamque obitumque peregit.

1. *Heſperio*] De Heſperio, ad quem mittitur hoc poëma, vide, quæ ſcripta ſunt in carmen nonum Parentalium. *Vinetus.*

2. *Romana potentia ceſſit*] Sic legendum, & non *Romana potentia crevit.* Repoſuimus autem verbum *ceſſit* ex novis aliquot, & veteribus quibuſdam exemplaribus. *Id.*

Monoſticha de ordine XII Imperatorum.

PRimus regalem patefecit IVLIVS aulam
Cæſar, & AVGVSTO [1] nomen tranſſcripſit, & arcem.
Privignus poſt hunc regnat NERO CLAVDIVS. à quo
[2] CÆSAR, cognomen Caligæ cui caſtra dederunt.
CLAVDIVS hinc potitur regno. Poſt quem NERO ſævus
Vltimus

1. *Nomen tranſcripſit & arcem*] In familiam & imperium adoptavit. *Arcem* enim hoc denotare pervulgatum eſt.

2. *Cajus, cognomen*] Malui ſcriptorum duorum lectione uti, præſertim quum in Tetraſticho de Caligula prior verſus idem præferat, quem adſcribam:

Poſt hunc caſtrenſis caliga cognomine Cæſar.

Nec aliter hæc inſcriptio in veteri libro. mox,

Expetiit pœnas de Cæſare Chærea mollis.

Vltimus Æneadum. Poſt hunc tres, nec tribus annis ;
GALBA ſenex, fruſtra ſocio confiſus inerti :
Mollis OTHO, [3] infami per luxum degener ævo :
Nec regno dignus, nec morte VITELLIVS ut vir.
His decimus, fatoque accitus VESPASIANVS.
Et TITVS imperii felix brevitate. Secutus
Frater, [4] quem CALVVM dixit ſua Roma NERONEM.

3. *Infamis avi*] *Infamis avo*, alia exemplaria. *Vinetus.*

4. *Quem Calvum dixit*] Iuvenalis libro primo :

Quum jam ſemianimum laceraret Flavius orbem
Vltimus : & Calvo ſerviret Roma Neroni. Vinet.

Tempus imperii XII Cæſarum.

IVLIVS, ut perhibent, divus [1] trieteride regnat.
AVGVSTVS [2] poſt luſtra decem ſex prorogat annos
Et ter ſeptenis geminos NERO CLAVDIVS addit.
Tertia finit hyems [3] graſſantia tempora CAII.
CLAVDIVS [4] hebdomadem duplicem trahit : & NERO dirus
Tantumdem : ſummæ [5] conſul ſed defuit unus.
GALBA ſenex, OTHO laſcive, & famoſe VITELLI,
Tertia vos Latio regnantes neſciit æſtas,
Interitus dignos vita properante probroſa.
Implet fatalem decadem ſibi VESPASIANVS.
Ter, dominante TITO, [6] cingit nova laurea Ianum :
[7] Quin-

1. *Trieteride*] Triennio. *Vinetus.*

2. *Poſt luſtra decem*] Poſt quinquaginta annos. Luſtrum hic quinque ſunt anni ! *Et ter ſeptenis geminos.* Hoc ſignificat, Claudium Tiberium Neronem viginti tres annos regnaſſe. *Vinet.*

3. *Graſſantia tempora*] Alius liber *tranantia.*

4. *Hebdomadem duplicem*] Scilicet annorum, id eſt, quatuordecim annos. *Vinetus.*

5. *Conſul ſed defuit unus*] Pro *defuit*, quidam libri habent *deficit*. Id.

6. *Cingit nova laurea Ianum*] Solebat enim, quum novus Conſul Calendis Ianuariis novum annum aperiret, Iani ſtatuæ nova ac recens laurea imponi, vetere demta. Sidonius Apollinaris in initio carm. II.

--- Tuque ô cui laurea Iane
Annua debetur, religa torpore ſoluto
Quavis fronde comas, ſubita nec luce paveſcas

Principis.

[7] Quindecies, ſævis potitur dum FRATER habenis.

Principis.

7. *Quindecies ſævis*] Ordo & ſenſus hujus loci eſt, Nova laurea cingit ter Ianum, dùm dominatur Titus Veſp. & nova laurea cingit quindecies eundem Ianum, dum frater Titi Domitianus crudelis tyrannus imperat. Hic quindecim anni ſignificantur, illic tres. *Vinetus.*

De mortibus eorum.

IVLIVS interiit CÆSAR [1] graſſante ſenatu.
Addidit AVGVSTVM divis matura ſenectus.
Sera ſenex Capreis exſul NERO fata peregit.
[2] Expetiit pœnas de CÆSARE Chærea mollis.
CLAVDIVS ambiguo concluſit fata veneno.
[3] Matricida NERO proprii vim pertulit enſis.
GALBA ſenex periit ſævo proſtratus OTHONE.
Mox Otho famoſus, clara ſed morte potitus.
Prodiga ſuccedunt perimendi ſceptra VITELLI.
Laudatum imperium, mors lenis VESPASIANO,
At TITVS, orbis amor, rapitur florentibus annis.
Sera gravem perimunt, ſed juſta piacula, FRATREM.

EIVS-

1. *Graſſante ſenatu*] Conſpirarunt in eum quidam ex Senatoribus, & interfecerunt: in quibus Brutus & Caſſius. *Vinetus.*

2. *Expetiit pœnas*] Ita ex ſcriptis libris & edit. Hugeletti legere malui quam *exegi*. Cicero in Miloniana cap. 21. *In quos incenſos ira, vitamque Domini deſperanteis quum incidiſſet, hæſit in iis pœnis, quas ab eo ſervi fideles pro Domini vita expetiverunt.* Idem pro lege Manilia: *Vt mihi quidem videantur Dii immortales, etiamſi pœnas à popul. Rom. ob aliquod delictum expetiverint*, &c.

3. *Matriquecida*] Vnicum fuit impreſſum exemplar, quod ita haberet. Reliqua ſine *que* Matricida, quomodo fuit & in ſcriptis libris, & legitur apud Sidonium in verſu ducenteſimo & nonageſimo carminis quincti. Particulam *que* adjecit quiſpiam: ne foret ſcilicet ſyllaba illa ſecunda brevis inter duas longas. Sed debebat ille cogitare Auſonium & Sidonium in iis non ſolere eſſe nimium religioſos. Sic etiam *parricida* poſitum in tetraſticho Severi invenies. Iidem porro antiqui libri, habebant, *proprii vim pertulit enſis*: alii, *proprio ſe perculit enſe*. In proximo verſu, *Othoni*. & *Othone* legitur. *Vinetus.*

3. *Matriquecida Nero*] *Matricida* legendum eſſe plures monuerunt. Sic mox in Severo: *Vt parricida regna adimat Didio.* Barthius.

EIVSDEM AVSONII TETRASTICHA,

à Iulio Cæſare uſque ad tempora ſua.

NVnc & prædictos, & regni ſorte ſequentes
Expediam, ſeries quos tenet imperii.
Incipiam ab Divo, percurramque ordine cunctos,
Novi Romanæ quos memor hiſtoriæ.

IVLIVS CÆSAR. I.

IMperium, binis fuerat ſollemne quod olim
Conſulibus, Cæſar Iulius obtinuit.
Sed breve jus regni, ſola trieteride geſtum,
Perculit armatæ factio ſæva togæ.

OCTAVIANVS AVGVSTVS. II.

VLtor, ſucceſſorque [1] dehinc Octavius, idem
Cæſar: [2] at Auguſti nomine nobilior.
Longæva, & nunquam dubiis violata poteſtas,
In terris poſitum credidit eſſe deum.

1. *Dehinc Octavius, idem*] Lego:
— Dehinc Octavius idem
Cæſaris, Auguſti nomine nobilior.
Niſi & placeat *Auguſto.* Idem enim Octavius ultor & ſucceſſor Cæſaris Iulii, & Auguſti vel Auguſto nomine nobilior, quam Octavii. *Gronovius*

2. *Et Auguſti nomine*] L. *At Auguſti n. n.* id eſt Octavius, ita dictus à familia; idem & Cæſar appellatus, per adoptionem à Iulio Cæſare in familiam Iuliam cooptatus, ſed notior tamen nomine Auguſti, quod Senatus dedit cenſente Planco.

TIBERIVS NERO. III.

PRænomen Tiberi nactus Nero prima juventæ
Tempora laudato geſſit in imperio.
Fruſtra dehinc ſolo Caprearum clauſus in antro,
Quæ prodit vitiis, credit operta locis.

CÆSAR

CÆSAR CALIGVLA. IV.

POſt hunc caſtrenſis caligæ cognomine Cæſar
Succeſſit ſævo ſævior ingenio:
Cædibus, inceſtiſque dehinc maculoſus, & omni
Crimine pollutum [1] qui ſuperavit avum.

1. *Qui ſuperavit avum*] Tiberium Auguſtum. Cajus enim Caligula, patrem habuit naturalem Cæſarem Germanicum, ad quem ſcribit Ovidius libros Faſtorum. Qui Cæſar Germanicus, filius fuit Tiberii Augusti ex adoptione, patrui ſui. *Vinetus.*

CLAVDIVS CÆSAR. V.

[1] CLaudius irriſæ privato in tempore vitæ,
In regno ſpecimen prodidit ingenii.
[2] Libertina tamen, nuptarum & crimina paſſus,
[3] Non faciendo nocens, ſed patiendo fuit.

1. *Claudius irriſus privata in tempore vitæ*] Legitur &, *Claudius irriſa privato in tempore vitæ.* Vt *privato in tempore* habet tertius verſus de Veſpaſiano. *Vinetus.*

2. *Libertina tamen*] Alii libri:
Libertum tamen & nuptarum juſſa ſecutus.
Quod, quoniam τὸ *patiendo* in ſequenti verſu ingratam alias ταυτολογίαν efficit, num præferam dubito.

3. *Non faciendo nocens*] Dio de Galba, qui in hoc vitio Claudium adæquavit: Οἱ δὲ ἐξελεύθεροι αὐτοῦ πάμπολλα ἐπλημμέλουν, ὥστε καὶ εἰς ἐκεῖνον αὐτὰ ἀναφέρεσθαι. Τοῖς μὲν γὰρ ἰδιώταις ἀπόχρη μηδὲν ἀδικεῖν· τοῖς δὲ δὴ τὰς ἡγεμονίας ἔχουσιν ἀνάγκη προνοεῖν, ὅπως μηδ' ἄλλος πλημμελῇ. Οὐδὲ γὰρ διαφέρει τι τοῖς κακῶς πάσχουσιν, ὑφ' ὅτου ἂν καὶ κακῶνται.

NERO. VI.

ÆNeadum generis qui ſextus & ultimus heres,
Polluit, & clauſit Iulia ſacra Nero.
Nomina quot pietas, tot habet quoque crimina vitæ.
Diſce ex Tranquillo, [1] me meminiſſe piget.

SER-

1. *Quæ meminiſſe piget*] In optimo libro erat, *ſed meminiſſe piget.* Lege: *me meminiſſe piget.* Solet in repetitione ejuſdem ſyllabæ accidere, ut prior intercidat. Pro hac igitur neglecta aliud quid monoſyllabum a librariis intruſum eſt, ut verſus conſtaret.

1. Pri-

SERGIVS GALBA. VII.

SPem fruſtrate ſenex, [1] privatus ſceptra mereri
[2] Viſus; at imperio proditus inferior:
Fama tibi melior juveni: ſed juſtior ordo eſt,
Complacuiſſe dehinc, diſplicuiſſe prius.

1. *Privatus ſceptra mereri*] Verba Taciti lib. 1. Hiſtor. c. 49. *Dum vigebat ætas militari laude apud Germanias floruit: proconſul Africam moderate: jam ſenior citeriorem Hiſpaniam pari juſtitia continuit, major privato viſus, dum privatus fuit, & omnium conſenſu capax imperii, niſi imperaſſet.*

2. *Viſus es, imperio*] Codex laudatiſſ. *Viſus & imperio.* Malim: *Viſus, at imperio.*

MARCVS OTHO. VIII.

ÆMula polluto geſturus ſceptra Neroni,
Obruitur celeri raptus Otho exitio.
Fine tamen laudandus erit: qui morte decora
[1] Hoc ſolum fecit nobile, quod periit.

1. *Hoc ſolum fecit*] Iuſtinus l. 1. c. 3. de Sardanapallo: *Victus in regiam ſe recipit, & ſe & divitias ſuas in incendium mittit: hoc ſolo imitatus virum.* Tacitus de Othone: *Pueritia ac juventa, qualem monſtravimus, duobus facinoribus, altero flagitioſiſſimo, altero egregio, tantumdem apud poſteros meruit bona fama, quantum mala.* Dio apud Xiphilinum: Κάκιστά γε μὴν ἀνθρώπων ζήσας, κάλλιστα ἀπέθανε. καὶ κακουργότατα τὴν ἀρχὴν ἁρπάσας, ἄριστα αὐτῆς ἀπηλλάγη. Plutarchus: Ἀπέθανε δὲ Ὄθων, ἀπολιπὼν μὲν χείρονας μηδὲν ἐλάττους τῶν τὸν βίον αὐτοῦ ψεγόντων, τοὺς ἐπαινοῦντας τὸν θάνατον. βιώσας γὰρ οὐδὲν ἐπιεικέστερον Νέρωνος, ἀπέθανεν εὐγενέστερον.

AVLVS VITELLIVS. IX.

[1] VItæ ſors, mors fœda tibi, nec digne Vitelli,
Qui fieres Cæſar. ſic ſibi fata placent.
Vmbra tamen brevis imperii: quia præmia regni
Sæpe indignus adit, non niſi dignus habet.

DIVVS

1. *Vitæ ſors, mors fœda*] Puto excidiſſe particulam, quæ orationem multo reddebat commodiorem: *Vitæ ut ſors, mors fœda tibi.* Gronovius.

1. Par

DIVVS VESPASIANVS. X.

QVærendi attentus, moderato commodus uſu,
 Auget nec reprimit Veſpaſianus opes.
Olim qui dubiam privato in tempore famam,
 [1] Rarum aliis, princeps tranſtulit in melius.

1. *Par aliis princeps*] Lego: *Olim qui dubiam privato in tempore famam* (*Rarum aliis*) *princeps tranſtulit in melius.* Gronovius.

TITVS VESPASIANVS. XI.

FElix imperio, felix brevitate regendi,
 Expers civilis ſanguinis, orbis amor;
Vnum dixiſti moriens te crimen habere.
 Sed nulli de te, nos tibi credidimus.

DOMITIANVS. XII.

HActenus edideras dominos gens Flavia juſtos.
 Cur duo quæ dederant, tertius eripuit?
Vix tanti eſt habuiſſe illos: quia dona bonorum
 Sunt brevia. æternum, quæ nocuere, dolent.

[1] NERVA Tetrarcha. XIII.

[2] PRoximus exſtincto moderatur ſceptra tyranno
 Nerva ſenex, princeps nomine, [3] mente parens.
Nulla

1. *Nerva*] Mirum eſt, quod in lemmate Nervæ ſcriptum eſt in veteri libro: *Nerva Tetrarcha.* Quare *Tetrarcha* vocatur? Id ego plane ignoro. Eſt tamen ratio, qua id probetur, ſi eruditiores quærere velint. Suſpicor, quatuor optimos principes, qui inter duo ſæviſſima, ac diriſſima monſtra Imperii Romani, Domitianum, ac Commodum, interjecti ſunt, Tetrarchas vocatos. Hoc enim commune habent, quod boni, & quod extrinſecus ad Imperium vocati. Nam & Nerva non ex ſucceſſione, aut poſteritate ſuperiorum Cæſarum: & reliqui tres ex adoptione adſciti. *Scaliger.*

2. *Proximus extincto*] Titulus tetraſti-

Nulla viro ſuboles. imitatur adoptio prolem,
[4] Quam legiſſe juvet, quam genuiſſe velit.

traſtichi hujus fuit in vetuſto codice, Nerva Tetrarcha. Sed quæ iſta Nervæ principis Tetrarchia? Tetraſticha hæc ſunt, id eſt, quaternſim verſuum carmina: eſſeque natam iſtam Tetrarchiam credo ex notato ad hunc modum Tetra, tetraſtichi vocabulo. In quarto autem verſu *juvat* & *juvet* legitur. *Vinetus.*

3. *Mente parens*] Plinius in Panegyr. ad Trajanum de Nerva: *Imperator & parens generis humani obſeſſus, captus, incluſus.* Idem poſtpaullo: *Eodemque animo Nerva pater tuus factus eſt, quo erat omnium.*

4. *Quam legiſſe juvat*] Lege: *juvet.* Mariang. Accurſius.

TRAIANVS. XIV.

AGgreditur regimen viridi Trajanus in ævo,
Belli laude prior, cætera patris habens.
Hic quoque prole carens, ſociat ſibi ſorte legendi,
Quem fateare bonum, diffiteare parem.

ÆLIVS HADRIANVS. XV.

ÆLius hinc ſubiit mediis præſignis in actis:
Principia & finem fama notat gravior.
Orbus & hic: [1] ſociatque virum documenta daturum,
[2] Adſciti quantum præmineant genitis.

A N-

1. *Sociatque virum documenta daturum*] Vetus liber: *Cui junctus erit documenta daturus.* Vinetus.

2. *Adſciti quantum*] Statius lib. 2. Sylvar. l. 1.

— *Natos genuiſſe neceſſe eſt:*
At legiſſe juvat.

Galba apud Tacit. lib. 1. Hiſt. c. 16. *Nam generari & naſci à principibus fortuitum, nec ultra æſtimatur: adoptandi judicium integrum; & ſi velis eligere, conſenſu monſtratur.* Plinius in Panegyr. ad Trajan. *Sed & tu pater Trajane cum eo, qui adoptavit, amiciſſime contendis, pulchrius fueritne genuiſſe talem, an elegiſſe?* Vide quæ in eum ſenſum Hadrianus ipſe apud Dionem. Laudat & in Anthemio Sidonius, quod imperium potius merendo, quam naſcendi ſorte acceperit, carm. 11.

— *Soli tibi contulit uni*
Hoc fortuna decus, quamquam te poſceret ordo,
Vt lectus Princeps mage, quam videare relictus.

ANTONINVS PIVS. XVI.

ANtoninus abhinc regimen capit: ille [1] vocatu
Conſultiſque PIVS, [2] nomen habens meriti.
Filius huic fato nullus: ſed lege ſuorum
[3] A patria ſumſit, qui regeret patriam.

1. *Vocatu conſultuque*] Nomine, & conſilio, ſeu re, pius. *Conſultus* autem ſubſtantivum quartæ inflexionis, hic notandum, niſi forte *conſultu* legas, ut in antiquo fuit codice ſcriptum. *Vinetus.*

2. *Nomen habens meriti*] Vide quæ Xiphilinus in Anton. Pio.

3. *A patria ſumpſit*] Plinius ad Trajanum: *An Senatum P. Q. R. exercitus, provincias, ſocios transmiſſurus uni, ſucceſſorem è ſinu uxoris accipias? ſummæque poteſtatis heredem tantum intra domum tuam quæras? non per totam civitatem circumferas oculos? & hunc tibi proximum, hunc conjunctiſſimum exiſtimes, quem optimum, quem diis ſimillimum inveneris? Imperaturus omnibus eligi debet ex omnibus.* Galba apud Tacitum lib. 1. Hiſtor. cap. XV. *Auguſtus in domo ſucceſſorem quæſivit; ego in republica.*

MARCVS ANTONINVS. XVII.

POſt Marco tutela datur; [1] qui ſcita Platonis
[2] Flexit ad imperium, patre PIO melior.
Succeſſore ſuo moriens, ſed principe pravo,
Hoc ſolo patriæ, [3] quod genuit, nocuit.

COM-

1. *Qui ſcita Platonis Fecit ad imperium*] Barthius *jecit* XX Adv. c. XVIII. Ego *vexit*, id eſt, extulit, evexit. Frequens enim, iſti præſertim ætati, *vehere* ponere pro ferre aut portare. Diximus in Obſervationibus & ad Senecam. Cicero XV famil. epiſt. 4. *Philoſophiam illam veram & antiquam, quæ quibuſdam otii eſſe ac deſidiæ videtur, in forum, atque rempublicam, atque in ipſam aciem pæne deduximus.* Et in tertio de Legibus: *Demetrius mirabiliter doctrinam ex umbraculis eruditorum otioque non modo in ſolem atque pulverem, ſed in ipſum diſcrimen aciemque perduxit. Qui Philoſophiam in Auguſto throno collocavit.* Gronovius.

2. *Flexit ad imperium*] Ita membrana vetus. & rectius, quam libri vulgati, qui *Fecit. flexit.* id eſt, *transtulit*, ut ait Boëthius l. 1. Conſolation. Philoſoph. *Atqui tu hanc ſententiam Platonis ore ſanxiſti, beatas fore reſp. ſi eas vel ſtudioſi ſapientiæ regerent, vel earum rectores ſtudere ſapientiæ contigiſſet, &c. Hanc igitur auctoritatem ſecutus, quod à te inter ſecreta otia didiceram, transferre in actum publicæ adminiſtrationis optavi.*

3. *Quod genuit*]. Plerique tamen crediderunt Commodum alterius quam Antonini Imperatoris filium ex adulterio Fauſtinæ Auguſtæ: quod & mox Auſonius dicet. *Vinetus.*

1. *Thro-*

COMMODVS. XVIII.

Commodus inſequitur, pugnis maculoſus harenæ,
[1] Threcidico princeps bella movens gladio.
Eliſo tandem perſolvens gutture pœnas;
Criminibus faſſus matris adulterium.

1. *Threcidico princeps bella*, &c.] Sit fortaſſe corrigendum, *Threicio*. Eum ſiquidem Imperatorem longe peſſimum notat, quod non in martiis pulveribus, ſed in productæ Martiæ, ex concubinis præcipuæ, pulvinaribus: neque e devictis hoſtibus triumphi famam quæſierit, verum ſordidam immundamque vitam in ſpectaculis arenaque gladiator tranſierit: pugnaſque geſſerit gladio non militari, ſed threicio, hoc eſt, gladiatorio. Notum eſt enim Thraces olim nuncupatos retiarios fuiſſe gladiatores, qui mirmillonibus opponerentur. Scribit Lampridius, Commodum in arenam deſcendiſſe, gladiatorumque certamen ſubiiſſe, & nomina eorum recepiſſe eo gaudio, quaſi accepiſſet triumphalia. Ludum ſemper ingreſſum eſſe, & quoties ingrederetur, publicis monumentis indi juſſiſſe. Pugnaſſe autem ſeptingenties tricies quinquies: tantumque palmarum gladiatoriarum confeciſſe, vel victis retiariis, vel occiſis, ut mille contingeret. Ferarum autem diverſarum manu ſua occidiſſe multa millia, ita ut elephantos comprimeret. Et hæc ſpectante ſæpe populo Romano. Gladiatoris quoque nobiliſſimi vita functi nomen adoptavit: ut eſt ab Herodiano traditum. Soliſque coloſſo demolitus caput, ac ſuo ſuperimpoſito, ſubſcribi juſſit *Mille Gladiatorum Victorem*. Neque minus commode threicium hunc Commodi gladium, pro amazonico licet accipias. Amazonico namque habitu in arenam deſcendiſſe ipſum etiam, Lampridius idem teſtatur, cauſamque reddit his verbis. *Pro Decembri menſe Amazonium, ex ſigno ipſius, adulatores vocabant. Amazonius autem vocatus eſt, ex amore concubinæ ſuæ Martiæ, quam pictam in Amazone diligebat. Propter quam & ipſe amazonico habitu in arenam Romanam deſcendere voluit.* Nos præterea Romæ marmoreum Commodi ſimulacrum vidimus, in pectore thorace munito galeatam atque exerta mamma imagunculam præferens oſtentanſque. Vt eam non facile alterius quam concubinæ Martiæ imaginem interpreteris, neque alium quam gladiatoris in Imperatore habitum. Porro, ſunt & qui apud Ciceronem VII Philippica, *Thecidítiu*, corrigendum putent *Threcidicu*, quod arma threcidica, gladiatoria ſignificari putentur. *Mariang. Accurſius.*

1. *Threicio*] *Thracio, gladiatorio.* Vetus autem codex *Threcidico* habebat pro illo *Threicio*. Vinetus.

HELVIVS PERTINAX. XIX.

Helvi, judicio & conſulto lecte ſenatus,
Princeps decretis prodite, non ſtudiis.

[1] Quod

[1] Quod doluit malefida cohors; [2] errore probato,
Curia quod caſtris ceſſerat imperio.

1. *Quod doluit*] *Quod docuit*, alii libri. *Vinetus.*

2. *Quod doluit malefida cohors errore probato*] Reponatur levior diſtinctio poſt *probato*. Illud enim vult noſter, errorem hunc militum probatum nec irritum fuiſſe, quod ſenatus viribus inferior eſſet militibus prætorianis, adeoque ipſis imperio ceſſiſſe.

DIDIVS IVLIANVS. XX.

DIi bene, [1] quod ſpoliis Didius non gaudet opimis:
Et cito perjuro præmia ademta ſeni.
Tuque Severe pater, titulum ne horreſce novantis.
Non rapit imperium vis tua, ſed recipit.

1. *Quod ſpoliis*] Quædam exemplaria, *quod ſceptris*. Vinetus.

[1] SEVERVS PERTINAX. XXI.

IMpiger egelido movet arma Severus ab Hiſtro,
Vt parricidæ regna adimat Didio.
Punica origo illi: ſed qui virtute probaret
[2] Non obſtare locum, quum valet ingenium.

1. *Severus pertinax*] Id verum eſſe, & hoc cognomen Severum aſſumſiſſe teſtes ſunt veteres nummi ejus Imperatoris, item & ſaxa, & alia monumenta. *Scaliger.*

2. *Non obſtare locum*] De Maſiniſſa ejuſdem originis principe, Valer. Maxim. lib. 1. c. 11. *Factum Maſiniſſa animo, quam Punico ſanguini convenientius: quamquam quid attinet mores natione expendi? in media barbaria ortus ſacrilegium alienum reſcidit.* Apulejus in Apologia: *Non ubi prognatus, ſed uti moratus quiſque ſit, ſpectandum: nec qua regione, ſed qua ratione vitam vivere inierit, conſiderandum eſt.* Dio de Nerva Trajanum adoptante: Τὴν γὰρ ἀρετὴν, ἀλλ' οὐ τὴν πατρίδα τινὸς ἐξετάζειν δεῖν ᾤετο.

BASSIANVS ANTONINVS CARACALLA. XXII.

DIſſimilis virtute patri, & multo magis illi,
[1] Cujus adoptivo nomine te perhibes.

Fratris

1. *Cujus adoptivo nomine tu*] Scribo, *te*. diſſimilis, inquit, es Severo patri, sed Antonino diſſimilior, in cujus nomen adoptatus fuiſti. Fuit

Fratris morte nocens, punitus ſine cruento,
[2] Inriſu populi tu [3] Caracalla magis.

Antoninorum nuncupatio venerabilis ac ſancta, & gentibus uſque adeo amabilis, ut illa filios Baſſianum ac Getam, quem Baſſianus frater vel interfecit, vel juſſit interfici, Severus pater honorandos putaverit. Sed illi (ut compertum eſt, magnis viris aut nullos fere, aut improbos gigni filios) & nomini gratiam, & imperio dignitatem derogarunt, & à tanto ſimul patre degenerarunt. *Mariang. Accurſius.*

2. *Inriſu populi tu Caracalla magis*] Hiſtoriæ teſtimonium hæc non habent. Ideoque in ſententiam venio, ita ſcriptum ab Auſonio:

Irriſus populi tu Caracalla magis.

Hoc eſt, deluſus Magorum vanitatibus. Nam Herodianus tradit, Baſſianum inſidiarum metu, curioſiorem impendio fuiſſe Deorum, oraculorum, dæmonumque arcana inquirendi, accitis undique Magis, aſtrologis, haruſpicibus, nemineque prætermiſſo, qui hujuſmodi fallacias profiterentur. Romam quoque, dum in Meſopotamia ageret, ſcripſiſſe ad amicum ſibi intimum Maternianum, ut optimos quoſque magos de ejus vitæ termino conſuleret. Quod ſi quis etiam ſonum quandoque hunc in verſu ferat, quoniam ita quoque ea ætas tulerit, neque quicquam adverbio, *magis* offendatur, referendum forte putet illud, *In riſu populi*, ad ea quæ ſunt dicta, *punitus ſine cruento.* Quod populus non ſine riſu ejus necem acceperit, interfecti dum cacat *Mariang. Accurſius.*

2. *Inriſu populi*] *Inriſu*, pro *irriſu*, ut ſupra, *Claudius inriſa privato in tempore vita.* Ita enim & illic vetus codex ſcribebat, pro *irriſa. irriſu*, id eſt, ſcommatibus, ſeu convitio populi acceptum cognomen Caracallæ melius tuis moribus convenit, quam pulcrum illud ac venerabile Antonini.

3. *Caracalla*] Genus veſtimenti fuit Caracalla, unde riſus eſt hic tyrannus. *Vinetus.*

OPILIVS MACRINVS. XXIII.

[1] PRincipis hic cuſtos, ſumptum pro Cæſare ferrum
Vertit in auctorem cæde Macrinus iners.
Mox cum prole ruit. [2] gravibus pulſare querelis
Ceſſet perfidiam. quæ patitur, meruit.

ANTO-

1. *Principis hic cuſtos*] Rectius fortaſſe, *Principis hinc cuſtos*, hoc eſt Baſſiani principis ſui præf. præt. qua præfectura dum fungitur, Cæſarem ipſum inſidiis peremit, ad requiſita naturæ divertentem, dum adverſus Parthos iterum moliretur. *Mariang. Accurſius.*

2. *Gravibus pulſare*] Seneca Herc. Furente, ỷ. 735.

— *Auctorem ſcelus*
Repetit, ſuoque premitur exemplo nocens.

Poëta Græcus:

Εἰ κὴ πάθη τὰ κ᾽ ἔρεξε, δίκη τ᾽ ἰθεῖα γένοιτο.

1. Tum

ANTONINVS HELIOGABALVS. XXIV.

[1] TVne etiam Auguſtæ ſedis penetralia fœdas
Antoninorum nomina falſa gerens?

* * * *

Reliqua deſiderantur.

1. *Tune etiam Auguſta ſedis*] Præponitur his inſcriptio *Antonini Alagabali*, Latinis autem ſcriptoribus præterquam *Heliogabalus* appellatus non traditur, neque ulli nomen ſuum, quam Heliogabali magis cognitum. Nos tamen protinus immutandum non putavimus, quod in vetuſtis marmoribus bis eodem modo ſcriptum invenerimus. Romæ ſiquidem, in hortis Matthex domus, de Balbillo quodam ſacerdote Solis Alagabali, altero lapide ita legitur. TI. IVLIO BALBILLO S. SOLIS ALAGABALI EVDEMON. LIB. PATRONO OPTIMO. Item in altero, ad hunc modum: AQVILAM SOLI ALAGABALO IVLIVS BALBILLVS. Sed & Herodianus *Heleagabalum* vocat, quaque lapidis forma Sol ipſe coleretur, oſtendit. Etiam ſi Lampridius dubitandum reliquerit, Sol ne an Iupiter id Aſſyriorum numen putaretur. Servius quadam ratione ſacrorum, *Hel* apud Aſſyrios & Solem & Saturnum dictos, tradit. Sed quod ſcribit etiam, *Gabalus Imperator Romanus* Solem ſe dici voluit, nam Heliogabalus dictus eſt, abſurdum videtur. Conſtat enim, potito imperio, ejus Dei, cujus dudum Sacerdotium geſſerat, ſibi nomen adoptaſſe, cum fuiſſet antea non Gabalus, ſed Varius. Quo ſane, velut & Tractitii & Tiberini cognomento, digniorem ſeſe geſſit, quam ut Antoninus vel Heliogabalus appellaretur peſtis illa tyrannidis non Romanæ, ſed Barbaræ, flagitioſiſſimus, probris omnibus pollutus, immanis, totius orbis religioni adverſus, Heliogabali unius ſuperſtitioſus cultor, inter Rom. Imperatores indignus veluti prodigium connumerari. Qui ea propalam egit, quæ referri, quæque cogitari etiam ſit impuriſſimum. Et qui demum (veluti fatis manum injectantibus, ut quod in omni vita turpiter ſitierat biberet) in latrina peremptus eſt, cadaverque ad plebis ludibrium ſordidiſſime per cloacas tractum: finem ſcilicet vitæ ſortitus egregium. *Mariang. Accurſius.*

AVSONII BVRDIGALENSIS

[1] *Ordo nobilium Vrbium.*

ROMA. I.

[2] PRima urbes inter, divûm domus, aurea Roma.

1. *Ordo nobilium*] Libelli de claris urbibus titulus in vetere libro eſt, ORDO NOBILIVM VRBIVM. *Scaliger.*

1. *Ordo*] Hujus libelli titulus eſt in antiquo Lugdunenſi codice, ORDO VRBIVM NOBILIVM. *Vinetus.*

2. *Prima urbes inter*] Scribe: *Roma.* I.
Prima urbes inter, divum domus aurea Roma.
Conſtantinopolis & Carthago. II. & ſic porro numeri varientur. Liquet ex epilogo, quum dicit:
Vtque caput numeri Roma inclyta, ſic capite iſto
Burdigala ancipiti confirmet vertice ſedem.

CONSTANTINOPOLIS, & CARTHAGO. II.

COnſtantinopoli aſſurgit Carthago priori,
Non toto ceſſura gradu: quia tertia dici
Faſtidit, non auſa locum ſperare ſecundum,
[1] Qui fuit ambarum. Vetus hanc opulentia præfert,
[2] Hanc fortuna recens. [3] Fuit hæc, ſubit iſta; noviſque
Excellens meritis, [4] veterem præſtringit honorem:

Et

1. *Qui fuit ambarum*] Poëta ſcripſiſſe videtur, *Qui fuat ambarum.* hoc eſt, *ſit* jure communis ambabus. *Barthius.*

2. *Hanc fortuna recens*] Conſtantinopolim extulit Romani pars imperii eo tranſlata ſub Auſonii tempora: ubi hodie quoque Turcorum Principis regia. *Vinetus.*

3. *Fuit hæc*] Vt:
— *Fuit Ilium, & ingens*
Gloria Dardanidum. — Vinet.

4. *Veterem perſtringit honorem*] Vetus liber, *præſtringit.* Quod malim. quamvis alias viris eruditis aſſentiar, qui verbum hactenus eliminatum *præſtingno* reſtitui cupiunt. Vide quæ de eo Lambinus ad Horat. Plaut. & Lucretium. Succurrit hujus verbi occaſione locus in Statio parum ſanus, quamvis prima fronte talis haud appareat. Is lib. I. Achilleidos:
Quemve alium ſtygios tulerit ſecreta per amnes
Nereis, & pulcros ferro perſtrinxerit artus?
Corrige, *præſtruxerit*, ut in v. c. ſcriptum repperi. *præſtruxerit ferro,* id eſt, muniverit, ne ferrum poſſet nocere. Sic Ammianus l. XIV: *denſata ſcutorum compage ſemet ſcientiſſime præſtruebant.*

Im-

Et Conſtantino concedere cogit Eliſſam.
Accuſat Carthago deos jam plena pudoris,
Nunc quoque ſi cedat, [5] Romam vix paſſa priorem.
Componat veſtros fortuna antiqua tumores.
Ite pares, tandem memores, [6] quod numine divûm
Anguſtas mutaſtis opes & nomina: tu quum
[7] Byzantina Lygos, tu Punica [8] Byrſa fuiſti.

Immerſum Stygis fluentis Achillem, ideoque toto corpore invulnerabilem fuiſſe fabulatores ajunt, excepta calce, qua mater tenuerat. Nec memini legiſſe, tentatum ferro corpus à matre in fidem duritiei. Quod ſi verum eſt, cur non *tentaverit* pro *perſtrinxerit* Poëta uſurpavit, quum *perſtringere* ut plurimum ſit leviter vulnerare. atqui vulnerari jam non poterat.

5. *Romam vix paſſa priorem*] *Carthago*, inquit Pomponius Mela, *nunc populi Romani colonia, olim imperii ejus pertinax æmula.* Vellejus Paterculus libro priore. *Vinetus.*

6. *Quod numine Divum*] Voſſianus primus, *quo numine Divûm.* Quod tamen non prætulerim, licet ad illud Virgilii noſter reſpexerit:

Muſa mihi cauſas memora, quo numine Divum,
Quidve dolens, &c.

7. *Byzantina Lygos*] Conſtantinus Imperator, qui *magnus* eſt nuncupatus, quum Byzantium ampliaſſet, ipſique rerum dominæ Romæ tandem adæquaſſet, non ſolum *Conſtantinopolim* nominavit, ſed *ſecundam & novam Romam* etiam appellari juſſit, anno Chriſti trecenteſimo & trigeſimo quarto. Auctores Stephanus, Socrates libro primo hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, & Hieronymus in Chronicis. *Vinetus.*

7. *Byzantina Lygos*] Plinius: *Promontorium Chryſeion Ceras, in quo oppidum Byzantium liberæ conditionis, antea Lygos dictum.* Quod male ad ipſum promontorium retuliſſe Solinum Salmaſius in ſuis ad eum notis demonſtrat, ſicut & hinc manifeſtum eſt.

8. *Byrſa*] Virgilius libro primo Æneidos:

Devenere locos, ubi nunc ingentia cernes
Mœnia, ſurgentemque novæ Carthaginis arcem.
Mercatique ſolum facti de nomine Byrſam,
Taurino quantum poſſent circumdare tergo.

Nomen autem *Byrſæ*, arx Carthaginis retinuit. Lucius Seneca libro ſecundo breviarii rerum Romanarum. *Vinetus.*

ANTIOCHIA, & ALEXANDRIA. III.

Tertia [1] Phœbeæ lauri domus [2] Antiochia,
[3] Vellet Alexandri ſi quarta Colonia poni.
[4] Amba-

1. *Phœbéa lauri domus*] Lauro abundans, arbore *ſacra Phœbo Apollini.* Dicitur autem laurus Græce Δάφνη: unde Daphnen dixerunt oppidum ab Antio-

[4] Ambarum locus unus: & has furor ambitionis
In certamen agit. [5] Vitiorum turbida vulgo
Vtraque, [6] & amentis populi male ſana tumultu.
Hæc

Antiochia quinque millibus paſſuum diſtans, quod *amænum & ambitioſum Antiochiæ ſuburbanum* vocat Ammianus. Lucus illic fuit amœniſſimus decem millia paſſuum ambitu colligens, lauro cupreſſoque perpetuo virens: cujus meminit Iuſtinianus Imperator extremo libro undecimo ſui codicis, Euſebius Chronicus, ſeu ejus interpres ad annum primum Olympiadis centeſimæ ſeptuageſimæ octavæ, Eutropius libro ſexto, & Strabo ſextodecimo: qui in ejus medio templum Apollinis, & Dianæ fuiſſe ait. quod ampliſſimum Daphnæi Apollinis Fanum, ab Antiocho Epiphane conditum, Ammianus Marcellinus libro viceſimo ſecundo ſcribit ſubita vi flammarum exuſtum fuiſſe, quum Iulianus Imperator eſſet Antiochiæ, Mamertino & Nevita conſulibus, anno à Chriſto nato treceteſimo & ſexageſimo ſexto. *Vinetus.*

2. *Antiochia*] Scribit Stephanus, & Euſtathius, in Dionyſii Geographiam, Antiochias quatuordecim fuiſſe: quarum hæc clariſſima, Syriæ, in qua ſita eſt, Antiochiæ nomen addidit. Mela libro primo, & Plinius quincto. Scribitur autem Græcis hoc nomen, penultima diphthongo ει, quæ diphthongus modo in ι longum, modo in *e* mutatur. Ita fit Ἀντιόχεια, Antiochia & Antiochêa: ſic Ἀλεξάνδρεια, Alexandria & Alexandrêa, auctore Priſciano libro ſecundo. *Vinet.*

3. *Vellet Alexandri*] Alexandria, Ægypti urbs clariſſima. Alexandrias decem & octo numerant Stephanus, & Euſtathius. *Vin.*

4. *Ambarum locus unus*] Tertius, de quo contendunt. *Idem.*

5. *Vitiorum turbida vulgo*] Quid ſit *vitiorum vulgus*, non video. Malebam: *Vitioſo turbida vulgo.* Aut diſtinguendum eſt: *Et has furor ambitionis In certamen agit vitiorum. Turbida vulgo*, &c. Quæ mihi ſententia potior videtur. Cur enim noſter *furorem ambitionis* appellet, niſi quod etiam circa vitia ſibi fuerint æmulæ duæ hæ civitates, ratio alia non eſt: quum de principatu contendere glorioſum ſit intra decori & modeſtiæ terminos ſe continentibus.

6. *Et amentis populi male ſana tumultu*] De Antiochenſium pravis moribus multa Herodianus libro ſecundo, & Iulianus in Miſopogone. Ammianus Marcellinus libro viceſimo ſecundo de Alexandria, *quæ civitas ſuopte motu*, inquit, *& ubi cauſæ non ſuppetunt, ſeditionibus crebris agitatur, & turbulentis.* Vinetus.

6. *Et amentis populi*] Ammianus lib. XXII. de Iuliano Imp. *Quocirca in eos* (Antiochenos) *deinceps ſæviens, ut obtrectatores, & contumaces, volumen compoſuit invectivum, quod* Antiochenſe, *vel* Miſopogonem *appellavit, probra civitatis infenſa mente dinumerans.* Numerat Libanius orat. XII ad Theodoſium, inter maxima Antiochiæ infortunia θυμὸν κατ' ἀρχόντων ἄολυρον. cujus hiſtoria notiſſima. Eapropter, quod ad ſeditionem ea civitas nimis quam proclivis eſſet, Iohannem Chryſoſtomum clam ac per dolum ab præfecto Conſtantinopolin eſſe miſſum ad Imperatorem refert Nicephorus in Hiſtor. Eccleſiaſt. quum ab Antiochena ſede ad Imperatoriæ urbis cathedram evocaretur. De Alexandria vero Hadrianus Imp. In Saturnino Vopiſci: *Et utinam melius morata eſſet civitas, digna profecto, quæ pro ſui profunditate totius Ægypti teneat principatum.* Ammianus: *Sed Alexandria*

dria

[7] Hæc Nilo munita quod eſt, [8] penituſque repoſtis
Inſinuata locis, [9] fecunda & tuta, ſuperbit.
[10] Illa quod infidis opponitur æmula Perſis.
[11] Et vos ite pares: [12] Macetumque attollite nomen.
Magnus Alexander te condidit: illa Seleucum
Nuncupat. [13] Ingenuum cujus fuit anchora ſignum,
[14] (Qua-

dria ipſa, non ſenſim, ut aliæ urbes, ſed inter initia prima aucta per ſpatioſos ambitus, interniſque ſeditionibus diu aſpere fatigata, ad ultimum multis poſt annis, Aureliano imperium agente, civilibus jurgiis ad certamina internecivæ prolapſis, dirutiſque mœnibus, amiſit regionum maximam partem, quæ Bruchion appellabatur, diuturnum præſtantium hominum domicilium. Trebellius in Æmiliano: *Et hoc familiare eſt populo Ægyptiorum, ut velut furioſi* (ita lege, non *vel*) *ac dementes, de levibus quibuſque ad ſumma reip. pericula perducantur. Sæpe illi ob neglectas ſalutationes, locum in balneis non conceſſum, carnem & olera ſequeſtrata, calceamenta ſervilia, & cætera talia ad ſummum reip. periculum ſeditionibus, ita ut armarentur contra eos exercitus, pervenerunt.* Exempla complura ex Eccleſiaſtica Hiſtoria colligere potuiſſem, niſi fuiſſet præter inſtituti operis rationem.

7. *Hæc Nilo*] Alexandria ad unum ex oſtiis Nili ſita eſt. De qua lege Strabonem libro ſeptimo decimo, Curtium quarto, Arrianum tertio, Plinium quinto, & Ammianum viceſimo ſecundo. *Vinetus.*

8. *Penituſque repoſtis*] Dixerat Virgilius ſexto Æneidos:

— *penituſque repoſtas*
Maſſylum gentes — Vinet.

9. *Fecunda ſituque*] Vetus codex *fecunda, & tuta ſuperbit,* melius. *Vin.*

10. *Illa*] Antiochiæ Romani tenebant præſidia contra Perſarum incurſiones. *Idem.*

11. *Et vos ite pares*] Tertio loco ambæ, ſicut Carthago & Conſtantinopolis ſecundo pares ire juſſæ. Iſtarum ergo urbium hæc fuerit dignitas, Valentiniano, Theodoſio, & filiis principibus, circiter annum Chriſti quadringenteſimum: quo tempore hæc de claris Vrbibus jam ſenior canebat Auſonius. Flavius Ioſephus, qui ſub Veſpaſianis ſua fere ſcripſit, ad annum Chriſti octogeſimum, Ægypti Alexandriæ ſecundum inter Romani imperii urbes, & Antiochiæ urbium Syriacarum matri tertium locum deputat in principio libri tertii, & fine quarti Captivitatis Iudaicæ. *Id.*

12. *Macedumque*] Vetus ille nunquam ſatis laudatus liber aliam lectionem præfert:

— *Macetumque attollite nomen.*

Quæ vera eſt. Nam *Macetia*, Macedonia, & *Macetæ*, Macedones. Gellius lib. IX. cap. III. ex veteri ſcriptura: *Philippus Amyntæ terræ Macetiæ Rex, cujus virtute, induſtriaque Macetæ locupletiſſimo imperio aucti, gentium, nationumque multarum potiri cœperant.* Heſychius: Μακετία, ἡ Μακεδονία. In epigrammate Græco: *ἁ μακέτις σὲ κέκευθε κόνις τύφω.* Scaliger.

13. *Ingenuum*] Hic verſus ab iſtis carnificibus, & tortoribus librorum varie cruciatus fuit. Sed ex priſci libri auctoritate ita legendus eſt:

— *Ingenuum cujus fuit anchora ſignum.*

Ingenuum ſignum vocat *αὐτοφυής*. Vel potius, ut ex Ariſtotelis poëticis interpretemur, *σημεῖον σύμφυτον*. Id enim valet, *ingenuum*. Vt alibi: *Vſque ſub ingenuis agitata fontibus unda. Ingenuos fontes* vocat τοὺς μὴ χειροποιήτους. Nam *ingenium*, eſt natura ipſa. Nævius in Lycurgo:

 — *ite*

[14] (Qualis inuſta ſolet) generis nota certa. per omnem
Nam ſubolis ſeriem nativa cucurrit imago.

[1] TRE-

--- *ite actu in frondiferos lucos, ubi*
Ingenio arbuſta nata ſunt, non obſita.

Id eſt, ubi ſunt ingenua arbuſta, non manu, aut arte ſata. Quod ait:

Qualis inuſta ſolet generis nota certa, —

Intelligit de notis pecudum. Virgil.

Continuoque notas, & nomina gentis
inurunt.

Vide quæ olim in Conjectaneis notavimus. *Scaliger.*

13. *Ingenitus avus fuit anchora ſignum*] Præterquam quod nullus intellectus, ſyllabarum quoque numerus conqueritur. Fuit ergo quando varie pro captu ingenii corrigendum ſuſpicaremur. E quibus tamen omnibus hoc unum tantum judicium afferre non piguit, nihil immutantes, ac vix utique admonentes. Vt dum alii fortaſſe ex MSS. Codd. certiora dederint, hiſtoria (licet fabulæ propior) non ignoretur, & ſi non verborum, rei ſaltem ratio conſtet. Videndum igitur, an legi poſſit, *in genitus cujus fuit anchora ſignum.* Vna tantum fere littera, & in affinem ſuam commutata. *I* videlicet pro *V* in voce *genitus.* Nam dictio *cujus*, in dictionem *avus*, facile transferri potuit, neque additis, neque demtis litteris, ſed plus juſto coeuntibus. Denique Iuſtinus lib. xv in hunc modum ſcribit: *Seleuci & virtus clara, & origo admirabilis fuit. Siquidem mater ejus Laodice cum nupta eſſet Antiocho, claro inter Philippi duces viro, viſa eſt ſibi per quietem ex concubitu Apollinis concepiſſe, gravidamque factam munus concubitus annulum à Deo accepiſſe, in cujus gemma anchora ſculpta eſſet. Iuſſamque id donum filio, quem peperiſſet dare. Admirabilem fecit hunc viſum & annulus, qui poſtera die ejuſdem ſculpturæ in lecto inventus eſt, & figura anchoræ, quæ in femore Seleuci nata cum ipſo parvulo fuit. Quamobrem Laodice annulum Seleuco eunti cum Alexandro Magno ad Perſicam militiam, edocto de origine ſua, dedit. Vbi poſt mortem Alexandri occupato regno Orientis, urbem condidit. Ibique geminæ originis memoriam conſecravit. Nam & urbem, ex Antiochi patris nomine, Antiochiam vocavit, & campos vicinos urbi Apollini dedicavit. Originis ejus argumentum etiam poſteris manſit. Siquidem filii, nepoteſque ejus anchoram in femore, veluti notam generis naturalem habuere.* Hactenus ille. Quæ eo libentius huc transtulimus, quod his præcipue, quæ noviſſima ſunt, emendatio noſtra continetur. *Mariang. Accurſius.*

13. *Ingenuum cujus*] Baptiſta Pius legit, *Ingenitus naevus.* Mariangelus Accurſius, *in genitis cujus.* Alii: *ingenitum cujus.* Salmaſius ad Solinum cum Scaligero facit. Solinus: *Mons ingenuo igne per æternum fervidus. Ingenuus ignis*, inquit ille, πῦρ ἔμφυτον. Nam *ingeno* vetus verbum, τὸ ἐμφύω. Inde *ingenuus* ἔμφυτος, ut *dividuus* à *divido.* Sic Solinus inferius: *Lacus ſalubris ingenuo æſtu.* Et noſter: *ingenui fontes.*

14. *Qualis inuſta ſolet*] Virgilius lib. III Georg. ℣. 158.

Continuoque notas, & nomina gentis
inurunt.

Plura de Seleuco Iuſtinus. Quem eadem de cauſſa anulo iſto, cui anchora inſculpta fuit, ſignaſſe teſtatur Clemens Alex. Pædagog. lib. III, cap. x. Sic & Carcini *ingenua nota* ſtellæ, Spartorum ſive Σπαρτῶν λόγχη, id eſt, haſta, referente Ariſtotele de Arte Poëtica, Plutarcho de ſera numinis vindicta, & Scholiaſte Lycophronis; qui Pelopidis quoque ἐλεφάντινον ὦμον γνώρισμα fuiſſe notat; diverſus in eo ab Cedreno, cujus in Hiſtoria Oreſtem fratrem non ante voluiſſe agnoſcere refertur Iphigenia, ἕως τὸ Πελόπειον τοῦ γένους σημεῖον, τὴν

ἐλαίαν

[1] TREVERI. IV.

ARmipotens dudum celebrari Gallia geſtit:
[2] Trevericæque urbis ſolium, quæ proxima Rheno,
[3] Pacis ut in diæ gremio ſecura quieſcit:
[4] Imperii vires quod alit, quod veſtit & armat.
Lta per extentum procurrunt mœnia collem.
Lrgus tranquillo prælabitur amne Moſella,
Longinqua omnigenæ vectans commercia terræ.

ἐλαίας εἶδος ἔχοντα ἐν τῷ ὤμῳ τῷ δε-ξιῷ. Tradit quoque M. Paul. Venetus lib. I. cap. XIV, famam fuiſſe, *Georgianorum reges cum ſigno aquilæ ſupra humerum antiquitus naſci.*

1. *Treveri*] Carmen hoc de Treveris non ſolum mendoſum, verum etiam mancum, & mutilum videtur. *Vinetus.*

2. *Trevericaque urbis*] Sunt Treviri populus Galliæ Belgicæ. Quo nomine urbs quoque eorum appellatur apud auctores quoſdam ex antiquis, & *Treuer* apud Salvianum Maſſilienſem, nunc *Trier*, & *Treves*: quam Pomponius, & Ptolemæus *Auguſtam* nominant. De Treviris multa in commentariis Cæſaris, & apud Cornelium Tacitum. De quibus etiam Beatus Renanus quærit libro tertio rerum Germanicarum. Ceterum non multo poſt hæc tempora, urbs Galliæ excellentiſſima opulentiſſimaque quater expugnata ac proſtrata fuit, ut mœret Salvianus. *Idem.*

3. *Pacis ut in media gremio*] Rectius liber optimus, *pacis ut in diæ.* Quod & viro maximo Nicolao Heinſio fuit obſervatum.

4. *Imperiique vires quod alit, quod veſtit, &c.*] Vetus lectio fuit, *imperii vires.* Atque ita prorſus relegendum eſt. Non enim video, quo pacto addere librarii & immutare eam potuerint, quæ fuerit elegantiſſima. Nec probatione aſſequi hoc neceſſe eſt, ſed conjectura. *Mariang. Accurſius.*

MEDIOLANVM. V.

[1] ET Mediolani mira omnia. copia rerum,
Innumeræ cultæque domus, facunda virorum
Ingenia

1. *Et Mediolani*] Nunc *Milan*, & *Milano*, in Gallia Ciſalpina, à Tranſalpinis Gallis conditum. Qui per Taurinos ſaltuſque Iuliæ Alpis quum tranſcendiſſent, *fuſiſque acie Tuſcis, haud procul Ticino flumine, quum in quo conſederant, agrum Inſubrium appellari audiſſent cognominem Inſubribus pago Æduorum, ibi omen ſequentes loci, condidere urbem. Medialanum appellarunt.* Titus Livius libro quincto. Idem puto, volunt Strabo, Plinius, Iuſtinus. Factum hoc tradunt Chronici ad annum ante Chriſtum natum trecenteſimum & octogeſimum. Nomen autem *Mediolani*, quod Gallicum prorſus

(Heu nunquam ſtabilem ſortita ſuperbia ſedem !)
Illa potens, opibuſque valens, Roma altera quondam,
[7] Comere quæ paribus potuit faſtigia conis,
Octavum rejecta locum vix [8] pene tuetur.

cidit, ut nunc vix octava. Hactenus enim ſententia continens & uno ductu legenda. *Campana ſuperbia* proverbio innotuit. *Lipſius.*

6. *Corruerent Pœni, luxu Campania faſto*] Præclare Lipſius: *Pœni luxu, Campania faſtu.* Nihil certius: ſed infeliciter idem, *Corruerunt.* Reſpuit enim id continens oratio. Campanos ait Romam petiviſſe bello, & Hannibalis ſpecie pacis ſervitutem ſubiſſe. Quo eventu? nempe hoc, ut brevi poſt

— in occaſum vitiis communibus acti
Corruerent Pœni luxu, Campania faſtu.

τὸ *ut* non ſinit mutari τὸ *corruerent.* Gronovius.

6. *Corruerent Pœni*] Lege: *Corruerunt Pœni.* Poſtquam Pœnorum vis fracta eſt, & ſoluta luxu. *Corruerunt,* ut *ſteterunt.* Virgil.

Obſtupui, ſteteruntque comæ.

Multa alia congeſſit Nicol. Heinſius ad Heroid. epiſt. VII. ℣. CLXVI. *Grævius.*

6. *Corruerunt Pœni*] Intricata diſtinctio fecerat ſenſum obſcuriorem: quo nodo ſublato, ſolutove, nihil ſuperfuturum ſpero, quod lectorem morari poſſit. τελεία igitur ὑποστιγμὴ poſt *faſtu* ſublata, conjunge cum ſequentibus non interrupta conſtructione, niſi quod ille verſus: *Heu nunquam ſtabili,* &c. parentheſi includendus eſt. De luxu vero Pœnorum in Campania vid. Silium Italicum lib. X.

7. *Comere quæ*] Quæ potuit Romæ par eſſe, & eodem gradu conſiſtere. Lucius Annæus Seneca libro primo breviarii rerum Romanarum ſcribit, Capuam quondam inter tres maximas urbes, Romam, Carthaginemque fuiſſe numeratam. *Vinetus.*

8. *Pone*] Poſt Romam primam, vix octavo loco digna Capua. *Vinet.*

8. *Vix pone tuetur*] Libri omnes, *vix pene.* poteſt utraque lectio defendi: ſed hæc eſt planior.

AQVILEIA. VII.

[1] NOn erat iſte locus: merito tamen aucta recenti,
Nona inter claras Aquileja cieberis urbes,
Itala ad Illyricos objecta colonia montes,

Mœni-

1. *Non erat iſte locus*] Nonam te non celebraſſem, niſi acceſſiſſet meritum ex ultione cædis Gratiani Auguſti, diſcipuli mei. AQVILEIAM Plinius libro tertio, Venetiæ attribuit, decimæ regioni Italiæ, à mari Adriatico duodecim millia paſſuum diſtantem. Strabo vero libro quincto extra Venetiæ fines ponit: ad quam adverſo flumine navibus onerariis per fluvium Natiſonem ab Adriatico mari navigetur. *Vinetus.*

2. *Itala ad Illyricos*] Supra hanc Venetiæ & Adriatici maris partem, ſunt Illyrii populus. Deducta autem fuit Aquileia colonia Latina ad annum ab Vrbe condita quingenteſimum & ſeptuageſimum tertium, ut

ex

Mœnibus & portu celeberrima : ſed magis illud
Eminet, extremo quod te ſub tempore legit,
[3] Solveret exacto cui ſera piacula luſtro
[4] Maximus, armigeri quondam ſub nomine lixæ.
Felix, quæ tanti ſpectatrix læta triumphi
Puniſti Auſonio [5] Rutupinum marte [6] latronem.

ex Tito Livio libro triceſimo nono, & quadrageſimo, cognoſces, & ex Paterculo Vellejo. *Vinet.*

3. *Solverit exacti*] Rectius, *ſolveret.* Maximus enim (quem Auſonius, deſiderio peremti Gratiani, Britannicum latronem vocat, atque exſecratur) vir fuit, ut in hiſtoriis relatum eſt, ſtrenuus & probus, atque Auguſto dignus, niſi contra ſacramenti fidem per tyrannidem emerſiſſet. In Britannia ab exercitu Imperator creatus in Galliam tranſiit. Vbi Gratianum ſubita emerſione perterritum, atque in Italiam tranſire meditantem, dolis circumventum interfecit. Fratremque Valentinianum Aug. Italia expulit. Qui in Orientem confugiens, à Theodoſio ſuſceptus, imperio mox reſtitutus eſt. Aquileiæ tum Maximus victoriæ ſuæ ſpectator inſederat, cum Theodoſius Alpes transgreſſus, atque Aquileiam improviſus adveniens, hoſtem illum jam immaniſſimis etiam formidatum, clauſit, cepit, occidit. Hujus facti memoriam longa etiam elocutione tractavit Latinus Pacatus Drepanius in Panegyrico ad Theodoſium. Cujus etiam illa ſunt, quæ Auſonii locum hunc aperiant: *An ſuſtinere,* inquit, *te coram & ſolum oculorum tuorum ferre conjectum ille quondam domus tua negligentiſſimus vernula menſularumque ſervilium ſtatarius lixa potuiſſet?* Factum præterea eventu memorabili, ut Imperatores duos reip. Rom. hoſtes pariter judicatos, ac fere cognomines, Maximum videlicet hunc, & Maximinum Maximini patrem, clara urbs Aquileia, publica omnium lætitia punierit. Cujus illa etiam in Maximini ſenioris cædem fides celebratur, quod cum ad intendendos arcus nervi defeciſſent, è mulierum crinibus confecti funes ſint. Cui ſimile facinus olim urbe à Gallis occupata, obſeſſiſque in Capitolio civibus, matronarum decus auxit. Vnde etiam *Calvæ Veneris* ſimulacrum. *Mariang. Accurſius.*

3. *Cui juſta piacula bello*] Alii: *cui ſera p. luſtro.* Tyrannidis ſuæ anno quincto Maximus, auctore Proſpero, pœnas ſui ſceleris luit, tertio ab Aquileia lapide captus, indumentis regiis ſpoliatus, & capite damnatus. *Vinetus.*

3. *Solveret exacto cui juſta*] Malim cum veterrimo Voſſiano, *cui ſera piacula.* Illane *ſera*, inquies, quæ exacto tantum quinquennio? imo ſane: nam mox punitum tantum ſcelus eſſe oportuerat, nec in totum luſtrum pœnam fuiſſe dilatam. De morte Gratiani conſulendi ſunt illius & ſeqq. ætatum ſcriptores, Latinus Pacatus, Hieronymus, Auguſtinus de Civ. Dei, Nicephorus, Cedrenus. &c.

4. *Maximus*] *Clemens Maximus* in Sulpicii Severi Aquitani chronicis. *Vinet.*

5. *Rutupinum*] Britannum: ut *Rutupina littora*, Britannica libro ſexto Pharſaliæ Lucani, & *tellus Rutupina* in ſeptimo Carmine Parentalium, ac *Rutupinus ager* in duodeviceſimo, à *Rutupiis* Cantiorum Britanniæ inſulæ gentis civitate: cujus meminit Ptolemæus, libro ſecundo Geographiæ & Ammianus Marcellinus aliquot locis. *Idem.*

6. *Latronem*] Maximum. Hic

SERGIVS GALBA. VII.

SPem fruſtrate ſenex, [1] privatus ſceptra mereri
[2] Viſus ; at imperio proditus inferior:
Fama tibi melior juveni : ſed juſtior ordo eſt,
Complacuiſſe dehinc, diſplicuiſſe prius.

1. *Privatus ſceptra mereri*] Verba Taciti lib. 1. Hiſtor. c. 49. *Dum vigebat ætas militari laude apud Germanias floruit : proconſul Africam moderate : jam ſenior citeriorem Hiſpaniam pari juſtitia continuit, major privato viſus, dum privatus fuit, & omnium conſenſu capax imperii, niſi imperaſſet.*

2. *Viſus es, imperio*] Codex laudatiſſ. *Viſus & imperio.* Malim : *Viſus, at imperio.*

MARCVS OTHO. VIII.

ÆMula polluto geſturus ſceptra Neroni,
Obruitur celeri raptus Otho exitio.
Fine tamen laudandus erit : qui morte decora
[1] Hoc ſolum fecit nobile, quod periit.

1. *Hoc ſolum fecit*] Iuſtinus l. 1. c. 3. de Sardanapallo: *Victus in regiam ſe recipit, & ſe & divitias ſuas in incendium mittit : hoc ſolo imitatus virum.* Tacitus de Othone : *Pueritia ac juventa, qualem monſtravimus, duobus facinoribus, altero flagitioſiſſimo, altero egregio, tantumdem apud poſteros meruit bona fama, quantum mala.* Dio apud Xiphilinum : Κάκιστά γε μὴν ἀνθρώπων ζήσας, κάλλιστα ἀπέθανε. καὶ κακουργότατα τὴν ἀρχὴν ἁρπάσας, ἄριστα αὐτῆς ἀπηλλάγη. Plutarchus : Ἀπέθανε δ' Ὄθων, ἀπολιπὼν μὲν χείρονας μηδ' ἐλάττους τῶν τὸν βίον αὐτοῦ ψεγόντων, τοὺς ἐπαινοῦντας τὸν θάνατον. βιώσας γὰρ οὐδὲν ἐπιεικέστερον Νέρωνος, ἀπέθανεν εὐγενέστερον.

AVLVS VITELLIVS. IX.

[1] VItæ ſors, mors fœda tibi, nec digne Vitelli,
Qui fieres Cæſar. ſic ſibi fata placent.
Vmbra tamen brevis imperii : quia præmia regni
Sæpe indignus adit, non niſi dignus habet.

DIVVS

1. *Vita ſors, mors fœda*] Puto excidiſſe particulam, quæ orationem multo reddebat commodiorem : *Vita ut ſors, mors fœda tibi.* Gronovius.

DIVVS VESPASIANVS. X.

QVærendi attentus, moderato commodus uſu,
Auget nec reprimit Veſpaſianus opes.
Olim qui dubiam privato in tempore famam,
[1] Rarum aliis, princeps tranſtulit in melius.

1. *Par aliis princeps*] Lego: *Olim qui dubiam privato in tempore famam* (*Rarum aliis*) *princeps tranſtulit in melius.* Gronovius.

TITVS VESPASIANVS. XI.

FElix imperio, felix brevitate regendi,
Expers civilis ſanguinis, orbis amor;
Vnum dixiſti moriens te crimen habere.
Sed nulli de te, nos tibi credidimus.

DOMITIANVS. XII.

HActenus edideras dominos gens Flavia juſtos,
Cur duo quæ dederant, tertius eripuit?
Vix tanti eſt habuiſſe illos: quia dona bonorum
Sunt brevia. æternum, quæ nocuere, dolent.

[1] NERVA Tetrarcha. XIII.

[2] PRoximus exſtincto moderatur ſceptra tyranno
Nerva ſenex, princeps nomine, [3] mente parens.
Nulla

1. *Nerva*] Mirum eſt, quod in lemmate Nervæ ſcriptum eſt in veteri libro: *Nerva Tetrarcha.* Quare *Tetrarcha* vocatur? Id ego plane ignoro. Eſt tamen ratio, qua id probetur, ſi eruditiores quærere velint. Suſpicor, quatuor optimos principes, qui inter duo ſæviſſima, ac diriſſima monſtra Imperii Romani, Domitianum, ac Commodum, interjecti ſunt, Tetrarchas vocatos. Hoc enim commune habent, quod boni, & quod extrinſecus ad Imperium vocati. Nam & Nerva non ex ſucceſſione, aut poſteritate ſuperiorum Cæſarum: & reliqui tres ex adoptione adſciti. *Scaliger.*

2. *Proximus extincto*] Titulus tetraſti-

Nulla viro ſuboles. imitatur adoptio prolem,
[4] Quam legiſſe juvet, quam genuiſſe velit.

traſtichi hujus fuit in vetuſto codice, NERVA TETRARCHA. Sed quæ iſta Nervæ principis Tetrarchia? Tetraſticha hæc ſunt, id eſt, quaternûm verſuum carmina: eſſeque natam iſtam Tetrarchiam credo ex notato ad hunc modum TETRA, tetraſtichi vocabulo. In quarto autem verſu *juvat* & *juvet* legitur. *Vinetus.*

3. *Mente parens*] Plinius in Panegyr. ad Trajanum de Nerva: *Imperator & parens generis humani obſeſſus, captus, incluſus.* Idem poſtpaullo: *Eodemque animo Nerva pater tuus factus eſt, quo erat omnium.*

4. *Quam legiſſe juvat*] Lege: *juvet.* Mariang. Accurſius.

TRAIANVS. XIV.

AGgreditur regimen viridi Trajanus in ævo,
Belli laude prior, cætera patris habens.
Hic quoque prole carens, ſociat ſibi ſorte legendi,
Quem fateare bonum, diffiteare parem.

ÆLIVS HADRIANVS. XV.

ÆLius hinc ſubiit mediis præſignis in actis:
Principia & finem fama notat gravior.
Orbus & hic: [1] ſociatque virum documenta daturum,
[2] Adſciti quantum præmineant genitis.

A N-

1. *Sociatque virum documenta daturum*] Vetus liber: *Cui junctus erit documenta daturus.* Vinetus.

2. *Adſciti quantum*] Statius lib. 2. Sylvar. l. 1.

--- *Natos genuiſſe neceſſe eſt:*
At legiſſe juvat.

Galba apud Tacit. lib. 1. Hiſt. c. 16. *Nam generari & naſci à principibus fortuitum, nec ultra æſtimatur: adoptandi judicium integrum; & ſi velis eligere, conſenſu monſtratur.* Plinius in Panegyr. ad Trajan. *Sed & tu pater Trajane cum eo, qui adoptavit, amiciſſime contendis, pulchrius fueritne genuiſſe talem, an elegiſſe?* Vide quæ in eum ſenſum Hadrianus ipſe apud Dionem. Laudat & in Anthemio Sidonius, quod imperium potius merendo, quam naſcendi ſorte acceperit, carm. 11.

--- *Soli tibi contulit uni*
Hoc fortuna decus, quamquam te poſceret ordo,
Vt lectus Princeps mage, quam videare relictus.

ANTONINVS PIVS. XVI.

ANtoninus abhinc regimen capit: ille [1] vocatu
Conſultiſque PIVS, [2] nomen habens meriti.
Filius huic fato nullus: ſed lege ſuorum
[3] A patria ſumſit, qui regeret patriam.

1. *Vocatu conſultuque*] Nomine & conſilio, ſeu re, pius. *Conſultus* autem ſubſtantivum quartæ inflexionis, hic notandum, niſi forte *conſultis* legas, ut in antiquo fuit codice ſcriptum. *Vinetus.*

2. *Nomen habens meriti*] Vide quæ Xiphilinus in Anton. Pio.

3. *A patria ſumpſit*] Plinius ad Trajanum: *An Senatum P. Q. R. exercitus, provincias, ſocios tranſmiſſurus uni, ſucceſſorem è ſinu uxoris accipias? ſummaque poteſtatis heredem tantum intra domum tuam quaras? non per totam civitatem circumferas oculos? & hunc tibi proximum, hunc conjunctiſſimum exiſtimes, quem optimum, quem diis ſimillimum inveneris? Imperaturus omnibus eligi debet ex omnibus.* Galba apud Tacitum lib. I. Hiſtor. cap. XV. *Auguſtus in domo ſucceſſorem quaſivit; ego in republica.*

MARCVS ANTONINVS. XVII.

POſt Marco tutela datur; [1] qui ſcita Platonis
[2] Flexit ad imperium, patre PIO melior.
Succeſſore ſuo moriens, ſed principe pravo,
Hoc ſolo patriæ, [3] quod genuit, nocuit.

COM-

1. *Qui ſcita Platonis Fecit ad imperium*] Barthius *jecit* XX Adv. c. XVIII. Ego *vexit*, id eſt, extulit, evexit. Frequens enim, iſti præſertim ætati, *vehere* ponere pro ferre aut portare. Diximus in Obſervationibus & ad Senecam. Cicero XV famil. epiſt. 4. *Philoſophiam illam veram & antiquam, qua quibuſdam otii eſſe ac deſidia videtur, in forum, atque rempublicam, atque in ipſam aciem pane deduximus.* Et in tertio de Legibus: *Demetrius mirabiliter doctrinam ex umbraculis eruditorum otioque non modo in ſolem atque pulverem, ſed in ipſum diſcrimen aciemque perduxit. Qui Philoſophiam in Auguſto throno collocavit.* Gronovius.

2. *Flexit ad imperium*] Ita membrana vetus. & rectius, quam libri vulgati, qui *Fecit. flexit.* id eſt, *tranſtulit*, ut ait Boëthius l. I. Conſolation. Philoſoph. *Atqui tu hanc ſententiam Platonis ore ſanciſti, beatas fore reſp. ſi eas vel ſtudioſi ſapientia regerent, vel earum rectores ſtudere ſapientia contigiſſet, &c. Hanc igitur auctoritatem ſecutus, quod à te inter ſecreta otia didiceram, transferre in actum publica adminiſtrationis optavi.*

3. *Quod genuit*] Plerique tamen crediderunt Commodum alterius quam Antonini Imperatoris filium ex adulterio Fauſtinæ Auguſtæ: quod & mox Auſonius dicet. *Vinetus.*

1. *Thro-*

COMMODVS. XVIII.

COmmodus inſequitur, pugnis maculoſus harenæ,
[1] Threcidico princeps bella movens gladio.
Eliſo tandem perſolvens gutture pœnas;
Criminibus faſſus matris adulterium.

1. *Threcidico princeps bella*, &c.] Sit fortaſſe corrigendum, *Threicio*. Eum ſiquidem Imperatorem longe peſſimum notat, quod non in martiis pulveribus, ſed in productæ Martiæ, ex concubinis præcipuæ, pulvinaribus, neque e devictis hoſtibus triumphi famam quæſierit, verum ſordidam immundamque vitam in ſpectaculis arenaque gladiator tranſierit: pugnaſque geſſerit gladio non militari, ſed threicio, hoc eſt, gladiatorio. Notum eſt enim Thraces olim nuncupatos retiarios fuiſſe gladiatores, qui mirmillonibus opponerentur. Scribit Lampridius, Commodum in arenam deſcendiſſe, gladiatorumque certamen ſubiiſſe, & nomina eorum recepiſſe eo gaudio, quaſi accepiſſet triumphalia. Ludum ſemper ingreſſum eſſe, & quoties ingrederetur, publicis monumentis indi juſſiſſe. Pugnaſſe autem ſeptingenties tricies quinquies: tantumque palmarum gladiatoriarum confeciſſe, vel victis retiariis, vel occiſis, ut mille contingeret. Ferarum autem diverſarum manu ſua occidiſſe multa millia, ita ut elephantos comprimeret. Et hæc ſpectante ſæpe populo Romano. Gladiatoris quoque nobiliſſimi vita functi nomen adoptavit: ut eſt ab Herodiano traditum. Soliſque coloſſo demolitus caput, ac ſuo ſuperimpoſito, ſubſcribi juſſit *Mille Gladiatorum Victorem*. Neque minus commode threicium hunc Commodi gladium, pro amazonico licet accipias. Amazonico namque habitu in arenam deſcendiſſe ipſum etiam, Lampridius idem teſtatur, cauſamque reddit his verbis. *Pro Decembri menſe Amazonium, ex ſigno ipſius, adulatores vocabant. Amazonius autem vocatus eſt, ex amore concubinæ ſuæ Martiæ, quam pictam in Amazone diligebat. Propter quam & ipſe amazonico habitu in arenam Romanam deſcendere voluit.* Nos præterea Romæ marmoreum Commodi ſimulacrum vidimus, in pectore thorace munito galeatam atque exerta mamma imagunculam præferens oſtentanſque. Vt eam non facile alterius quam concubinæ Martiæ imaginem interpreteris, neque alium quam gladiatoris in Imperatore habitum. Porro, ſunt & qui apud Ciceronem VII Philippica, *Thediditis*, corrigendum putent *Threcidicis*, quod arma threcidica, gladiatoria ſignificari putentur. *Mariang. Accurſius.*

1. *Threicio*] *Thracio, gladiatorio.* Vetus autem codex *Threcidico* habebat pro illo *Threicio*. Vinetus.

HELVIVS PERTINAX. XIX.

HElvi, judicio & conſulto lecte ſenatus,
Princeps decretis prodite, non ſtudiis.

[1] Quod

[1] Quod doluit maleſida cohors; [2] errore probato,
Curia quod caſtris ceſſerat imperio.

1. *Quod doluit*] *Quod docuit*, alii libri. *Vinetus.*

2. *Quod doluit maleſida cohors errore probato*] Reponatur levior diſtinctio poſt *probato*. Illud enim vult noſter, errorem hunc militum probatum nec irritum fuiſſe, quod ſenatus viribus inferior eſſet militibus prætorianis, adeoque ipſis imperio ceſſiſſe.

DIDIVS IVLIANVS. XX.

DIi bene, [1] quod ſpoliis Didius non gaudet opimis:
Et cito perjuro præmia ademta ſeni.
Tuque Severe pater, titulum ne horreſce novantis.
Non rapit imperium vis tua, ſed recipit.

1. *Quod ſpoliis*] Quædam exemplaria, *quod ſceptris*. Vinetus.

[1] SEVERVS PERTINAX. XXI.

IMpiger egelido movet arma Severus ab Hiſtro,
Vt parricidæ regna adimat Didio.
Punica origo illi: ſed qui virtute probaret
[2] Non obſtare locum, quum valet ingenium.

1. *Severus pertinax*] Id verum eſſe, & hoc cognomen Severum aſſumſiſſe teſtes ſunt veteres nummi ejus Imperatoris, item & ſaxa, & alia monumenta. *Scaliger.*

2. *Non obſtare locum*] De Maſiniſſa ejuſdem originis principe, Valer. Maxim. lib. 1. c. 11. *Factum Maſiniſſa animo, quam Punico ſanguini convenientius: quamquam quid attinet mores natione expendi? in media barbaria ortus ſacrilegium alienum reſcidit.* Apulejus in Apologia: *Non ubi prognatus, ſed uti moratus quiſque ſit, ſpectandum: nec qua regione, ſed qua ratione vitam vivere inierit, conſiderandum eſt.* Dio de Nerva Trajanum adoptante: Τὴν γὰρ ἀρετὴν, ἀλλ' οὐ τὴν πατρίδα τινὸς ἐξετάζειν δεῖν ᾤετο.

BASSIANVS ANTONINVS CARACALLA. XXII.

DIſſimilis virtute patri, & multo magis illi,
[1] Cujus adoptivo nomine te perhibes.

Fratris

1. *Cujus adoptivo nomine tu*] Scribo, *te*. diſſimilis, inquit, es Severo patri, ſed Antonino diſſimilior, in cujus nomen adoptatus fuiſti. Fuit

P Anto-

Fratris morte nocens, punitus ſine cruento,
[2] Inriſu populi tu [3] Caracalla magis.

Antoninorum nuncupatio venerabilis ac ſancta, & gentibus uſque adeo amabilis, ut illa filios Baſſianum ac Getam, quem Baſſianus frater vel interfecit, vel juſſit interfici, Severus pater honorandos putaverit. Sed illi (ut compertum eſt, magnis viris aut nullos fere, aut improbos gigni filios) & nomini gratiam, & imperio dignitatem derogarunt, & à tanto ſimul patre degenerarunt. *Mariang. Accurſius.*

2. *Inriſu populi tu Caracalla magis*] Hiſtoriæ teſtimonium hæc non habent. Ideoque in ſententiam venio, ita ſcriptum ab Auſonio:

Irriſus populi tu Caracalla magis.

Hoc eſt, deluſus Magorum vanitatibus. Nam Herodianus tradit, Baſſianum inſidiarum metu, curioſiorem impendio fuiſſe Deorum, oraculorum, dæmonumque arcana inquirendi, accitis undique Magis, aſtrologis, haruſpicibus, nemineque prætermiſſo, qui hujuſmodi fallacias profiterentur. Romam quoque, dum in Meſopotamia ageret, ſcripſiſſe ad amicum ſibi intimum Maternianum, ut optimos quoſque magos de ejus vitæ termino conſuleret. Quod ſi quis etiam ſonum quandoque hunc in verſu ferat, quoniam ita quoque ea ætas tulerit, neque quicquam adverbio, *magis* offendatur, referendum forte putet illud, *In riſu populi*, ad ea quæ ſunt dicta, *punitus ſine cruento*. Quod populus non ſine riſu ejus necem acceperit, interfecti dum cacat *Mariang. Accurſius.*

2. *Inriſu populi*] *Inriſu*, pro *irriſu*, ut ſupra, *Claudius inriſa privato in tempore vita.* Ita enim & illic vetus codex ſcribebat, pro *irriſa. irriſu*, id eſt, ſcommatibus, ſeu convitio populi acceptum cognomen Caracallæ melius tuis moribus convenit, quam pulcrum illud ac venerabile Antonini.

3. *Caracalla*] Genus veſtimenti fuit Caracalla, unde riſus eſt hic tyrannus. *Vinetus.*

OPILIVS MACRINVS. XXIII.

[1] PRincipis hic cuſtos, ſumptum pro Cæſare ferrum
Vertit in auctorem cæde Macrinus iners.
Mox cum prole ruit. [2] gravibus pulſare querelis
Ceſſet perfidiam. quæ patitur, meruit.

ANTO-

1. *Principis hic cuſtos*] Rectius fortaſſe, *Principis hinc cuſtos*, hoc eſt Baſſiani principis ſui præf. præt. qua præfectura dum fungitur, Cæſarem ipſum inſidiis peremit, ad requiſita naturæ divertentem, dum adverſus Parthos iterum moliretur. *Mariang. Accurſius.*

2. *Gravibus pulſare*] Seneca Herc. Furente, ℣. 735.

— *Auctorem ſcelus*
Repetit, ſuoque premitur exemplo nocens.

Poëta Græcus:

Εἰ κὴ πάθη τὰ κ' ἔρεξε, δίκη κ' ἰθεῖα γένοιτο.

2. *Tum*

ANTONINVS HELIOGABALVS. XXIV.

[1] TVne etiam Auguſtæ ſedis penetralia fœdas
Antoninorum nomina falſa gerens?

* * * *

Reliqua deſiderantur.

1. *Tune etiam Auguſta ſedis*] Præponitur his inſcriptio *Antonini Alagabali*, Latinis autem ſcriptoribus præterquam *Heliogabalus* appellatus non traditur, neque ulli nomen ſuum, quam Heliogabali magis cognitum. Nos tamen protinus immutandum non putavimus, quod in vetuſtis marmoribus bis eodem modo ſcriptum invenerimus. Romæ ſiquidem, in hortis Mattheæ domus, de Balbillo quodam ſacerdote Solis Alagabali, altero lapide ita legitur. TI. IVLIO BALBILLO S. SOLIS ALAGABALI EVDEMON. LIB. PATRONO OPTIMO. Item in altero, ad hunc modum: AQVILÆ SOLI ALAGABALO IVLIVS BALBILLVS. Sed & Herodianus *Heleagabalum* vocat, quaque lapidis forma Sol ipſe coleretur, oſtendit. Etiam ſi Lampridius dubitandum reliquerit, Sol ne an Iupiter id Aſſyriorum numen putaretur. Servius quadam ratione ſacrorum, *Hel* apud Aſſyrios & Solem & Saturnum dictos, tradit. Sed quod ſcribit etiam, *Gabalus Imperator Romanus* Solem ſe dici voluit, nam Heliogabalus dictus eſt, abſurdum videtur. Conſtat enim, potito imperio, ejus Dei, cujus dudum Sacerdotium geſſerat, ſibi nomen adoptaſſe, cum fuiſſet antea non Gabalus, ſed Varius. Quo ſane, velut & Tractitii & Tiberini cognomento, digniorem ſeſe geſſit, quam ut Antoninus vel Heliogabalus appellaretur peſtis illa tyrannidis non Romanæ, ſed Barbaræ, flagitioſiſſimus, probris omnibus pollutus, immanis, totius orbis religioni adverſus, Heliogabali unius ſuperſtitioſus cultor, inter Rom. Imperatores indignus veluti prodigium connumerari. Qui ea propalam egit, quæ referri, quæque cogitari etiam ſit impuriſſimum. Et qui demum (veluti fatis manum injectantibus, ut quod in omni vita turpiter ſitierat biberet) in latrina peremptus eſt, cadaverque ad plebis ludibrium ſordidiſſime per cloacas tractum: finem ſcilicet vitæ ſortitus egregium. *Mariang. Accurſius.*

AVSONII BVRDIGALENSIS

[1] *Ordo nobilium Vrbium.*

ROMA. I.

[2] PRima urbes inter, divûm domus, aurea Roma.

1. *Ordo nobilium*] Libelli de claris urbibus titulus in vetere libro eſt, ORDO NOBILIVM VRBIVM. *Scaliger.*

1. *Ordo*] Hujus libelli titulus eſt in antiquo Lugdunenſi codice, ORDO VRBIVM NOBILIVM. *Vinetus.*

2. *Prima urbes inter*] Scribe: *Roma.* I.

Prima urbes inter, divum domus aurea
Roma.

Conſtantinopolis & Carthago. II. & ſic porro numeri varientur. Liquet ex epilogo, quum dicit:

Vtque caput numeri Roma inclyta, ſic capite iſto
Burdigala ancipiti confirmet vertice ſedem.

CONSTANTINOPOLIS, & CARTHAGO. II.

COnſtantinopoli aſſurgit Carthago priori,
Non toto ceſſura gradu: quia tertia dici
Faſtidit, non auſa locum ſperare ſecundum,
[1] Qui fuit ambarum. Vetus hanc opulentia præfert,
[2] Hanc fortuna recens. [3] Fuit hæc, ſubit iſta; noviſque
Excellens meritis, [4] veterem præſtringit honorem:

Et

1. *Qui fuit ambarum*] Poëta ſcripſiſſe videtur, *Qui fuat ambarum.* hoc eſt, *ſit* jure communis ambabus. *Barthius.*

2. *Hanc fortuna recens*] Conſtantinopolim extulit Romani pars imperii eo tranſlata ſub Auſonii tempora: ubi hodie quoque Turcorum Principis regia. *Vinetus.*

3. *Fuit hac*] Vt:

— Fuit Ilium, & ingens
Gloria Dardanidum. — Vinet.

4. *Veterem perſtringit honorem*] Vetus liber, *praſtringit.* Quod malim. quamvis alias viris eruditis aſſentiar, qui verbum hactenus eliminatum *praſtingue* reſtitui cupiunt. Vide quæ de eo Lambinus ad Horat. Plaut. & Lucretium. Succurrit hujus verbi occaſione locus in Statio parum ſanus, quamvis prima fronte talis haud appareat. Is lib. 1. Achilleidos:

Quemve alium ſtygios tulerit ſecreta per amnes
Nereis, & pulcros ferro perſtrinxerit artus?

Corrige, *praſtruxerit*, ut in v. c. ſcriptum repperi. *praſtruxerit ferro*, id eſt, muniverit, ne ferrum poſſet nocere. Sic Ammianus l. XIV: *denſata ſcutorum compage ſemet ſcientiſſime praſtruebant.*

Im-

Et Conſtantino concedere cogit Eliſſam.
Accuſat Carthago deos jam plena pudoris,
Nunc quoque ſi cedat, [5] Romam vix paſſa priorem.
Componat veſtros fortuna antiqua tumores.
Ite pares, tandem memores, [6] quod numine divûm
Anguſtas mutaſtis opes & nomina: tu quum
[7] Byzantina Lygos, tu Punica [8] Byrſa fuiſti.

Immerſum Stygis fluentis Achillem, ideoque toto corpore invulnerabilem fuiſſe fabulatores ajunt, excepta calce, qua mater tenuerat. Nec memini legiſſe, tentatum ferro corpus à matre in fidem duritiei. Quod ſi verum eſt, cur non *tentaverit* pro *perſtrinxerit* Poëta uſurpavit, quum *perſtringere* ut plurimum ſit leviter vulnerare. atqui vulnerari jam non poterat.

5. *Romam vix paſſa priorem*] *Carthago*, inquit Pomponius Mela, *nunc populi Romani colonia, olim imperii ejus pertinax æmula.* Vellejus Paterculus libro priore. *Vinetus.*

6. *Quod numine Divum*] Voſſianus primus, *quo numine Divûm.* Quod tamen non prætulerim, licet ad illud Virgilii noſter reſpexerit:

Muſa mihi cauſas memora, quo numine Divum,
Quidve dolens, &c.

7. *Byzantina Lygos*] Conſtantinus Imperator, qui *magnus* eſt nuncupatus, quum Byzantium ampliaſſet, ipſique rerum dominæ Romæ tandem adæquaſſet,] non ſolum *Conſtantinopolim* nominavit, ſed *ſecundam & novam Romam* etiam appellari juſſit, anno Chriſti trecenteſimo & trigeſimo quarto. Auctores Stephanus, Socrates libro primo hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, & Hieronymus in Chronicis. *Vinetus.*

7. *Byzantina Lygos*] Plinius: *Promontorium Chryſeion Ceras, in quo oppidum Byzantium liberæ conditionis, antea Lygos dictum.* Quod male ad ipſum promontorium retuliſſe Solinum Salmaſius in ſuis ad eum notis demonſtrat, ſicut & hinc manifeſtum eſt.

8. *Byrſa*] Virgilius libro primo Æneidos:

Devenere locos, ubi nunc ingentia cernes
Mœnia, ſurgentemque novæ Carthaginis arcem.
Mercatique ſolum facti de nomine Byrſam,
Taurino quantum poſſent circumdare tergo.

Nomen autem *Byrſa*, arx Carthaginis retinuit. Lucius Seneca libro ſecundo breviarii rerum Romanarum. *Vinetus.*

ANTIOCHIA, & ALEXANDRIA. III.

TErtia [1] Phœbeæ lauri domus [2] Antiochia,
[3] Vellet Alexandri ſi quarta Colonia poni.
[4] Amba-

1. *Phœbéæ lauri domus*] Lauro abundans, arbore *ſacra Phœbo Apollini.* Dicitur autem laurus Græce Δάφνη: unde Dáphnen dixerunt oppidum ab Antio-

[4] Ambarum locus unus : & has furor ambitionis
In certamen agit. [5] Vitiorum turbida vulgo
Vtraque, [6] & amentis populi male ſana tumultu.
Hæc

Antiochia quinque millibus paſſuum diſtans, quod *amœnum & ambitioſum Antiochiæ ſuburbanum* vocat Ammianus. Lucus illic fuit amœniſſimus decem millia paſſuum ambitu colligens, lauro cupreſſoque perpetuo virens : cujus meminit Iuſtinianus Imperator extremo libro undecimo ſui codicis, Euſebius Chronicus, ſeu ejus interpres ad annum primum Olympiadis centeſimæ ſeptuageſimæ octavæ, Eutropius libro ſexto, & Strabo ſextodecimo : qui in ejus medio templum Apollinis, & Dianæ fuiſſe ait. quod ampliſſimum Daphnæi Apollinis Fanum, ab Antiocho Epiphane conditum, Ammianus Marcellinus libro viceſimo ſecundo ſcribit ſubita vi flammarum exuſtum fuiſſe, quum Iulianus Imperator eſſet Antiochiæ, Mamertino & Nevita conſulibus, anno à Chriſto nato treceteſimo & ſexageſimo ſexto. *Vinetus.*

2. *Antiochia*] Scribit Stephanus, & Euſtathius, in Dionyſii Geographiam, Antiochias quatuordecim fuiſſe : quarum hæc clariſſima, Syriæ, in qua ſita eſt, Antiochiæ nomen addidit. Mela libro primo, & Plinius quincto. Scribitur autem Græcis hoc nomen, penultima diphthongo *ει*, quæ diphthongus modo in *i* longum, modo in *e* mutatur. Ita fit Ἀντιόχεια, Antiochìa & Antiochêa: ſic Ἀλεξάνδρεια, Alexandrìa & Alexandrêa, auctore Priſciano libro ſecundo. *Vinet.*

3. *Vellet Alexandri*] Alexandria, Ægypti urbs clariſſima. Alexandrías decem & octo numerant Stephanus, & Euſtathius. *Vin.*

4. *Ambarum locus unus*] Tertius, de quo contendunt. *Idem.*

5. *Vitiorum turbida vulgo*] Quid ſit *vitiorum vulgus*, non video. Malebam : *Vitioſo turbida vulgo.* Aut diſtinguendum eſt : *Et has furor ambitionis In certamen agit vitiorum. Turbida vulgo*, &c. Quæ mihi ſententia potior videtur. Cur enim noſter *furorem ambitionis* appellet, niſi quod etiam circa vitia ſibi fuerint æmulæ duæ hæ civitates, ratio alia non eſt : quum de principatu contendere glorioſum ſit intra decori & modeſtiæ terminos ſe continentibus.

6. *Et amentis populi male ſana tumultu*] De Antiochenſium pravis moribus multa Herodianus libro ſecundo, & Iulianus in Miſopogone. Ammianus Marcellinus libro viceſimo ſecundo de Alexandria, *quæ civitas ſuopte motu*, inquit, *& ubi cauſæ non ſuppetunt, ſeditionibus crebris agitatur, & turbulentis.* Vinetus.

6. *Et amentis populi*] Ammianus lib. XXII. de Iuliano Imp. *Quocirca in eos* (Antiochenos) *deinceps ſæviens, ut obtrectatores, & contumaces, volumen compoſuit invectivum, quod* Antiochenſe, *vel* Miſopogonem *appellavit, probra civitatis infenſa mente dinumerans.* Numerat Libanius orat. XII ad Theodoſium, inter maxima Antiochiæ infortunia θυμὸν κατ' ἀρχόντων ἄδικον. cujus hiſtoria notiſſima. Eapropter, quod ad ſeditionem ea civitas nimis quam proclivis eſſet, Iohannem Chryſoſtomum clam ac per dolum ab præfecto Conſtantinopolin eſſe miſſum ad Imperatorem refert Nicephorus in Hiſtor. Eccleſiaſt. quum ab Antiochena ſede ad Imperatoriæ urbis cathedram evocaretur. De Alexandria vero Hadrianus Imp. In Saturnino Vopiſci : *Et utinam melius morata eſſet civitas, digna profecto, quæ pro ſui profunditate totius Ægypti teneat principatum.* Ammianus : *Sed Alexandria*

[7] Hæc Nilo munita quod eſt, [8] penituſque repoſtis
Inſinuata locis, [9] fecunda & tuta, ſuperbit.
[10] Illa quod infidis opponitur æmula Perſis.
[11] Et vos ite pares: [12] Macetumque attollite nomen.
Magnus Alexander te condidit: illa Seleucum
Nuncupat. [13] Ingenuum cujus fuit anchora ſignum,
[14] (Qua-

dria ipſa, non ſenſim, ut alia urbes, ſed inter initia prima aucta per ſpatioſos ambitus, interniſque ſeditionibus diu aſpere fatigata, ad ultimum multis poſt annis, Aureliano imperium agente, civilibus jurgiis ad certamina interneciva prolapſis, dirutiſque mœnibus, amiſit regionum maximam partem, quæ Bruchion appellabatur, diuturnum præſtantium hominum domicilium. Trebellius in Æmiliano: *Et hoc familiare eſt populo Ægyptiorum, ut velut furioſi* (ita lege, non vel) *ac dementes, de levibus quibuſque ad ſumma reip. pericula perducantur. Sæpe illi ob neglectas ſalutationes, locum in balneis non conceſſum, carnem & olera ſequeſtrata, calceamenta ſervilia, & cætera talia ad ſummum reip. periculum ſeditionibus, ita ut armarentur contra eos exercitus, pervenerunt.* Exempla complura ex Eccleſiaſtica Hiſtoria colligere potuiſſem, niſi fuiſſet præter inſtituti operis rationem.

7. *Hæc Nilo*] Alexandria ad unum ex oſtiis Nili ſita eſt. De qua lege Strabonem libro ſeptimo decimo, Curtium quarto, Arrianum tertio, Plinium quinto, & Ammianum viceſimo ſecundo. *Vinetus.*

8. *Penituſque repoſtis*] Dixerat Virgilius ſexto Æneidos:

— *penituſque repoſtas*
Maſſylum gentes — Vinet.

9. *Fecunda ſitque*] Vetus codex *fecunda, & tuta ſuperbit*, melius. *Vin.*

10. *Illa*] Antiochiæ Romani tenebant præſidia contra Perſarum incurſiones. *Idem.*

11. *Et vos ite pares*] Tertio loco ambæ, ſicut Carthago & Conſtantinopolis ſecundo pares ire juſſæ. Iſtarum ergo urbium hæc fuerit dignitas, Valentiniano, Theodoſio, & filiis principibus, circiter annum Chriſti quadringenteſimum: quo tempore hæc de claris Vrbibus jam ſenior canebat Auſonius. Flavius Ioſephus, qui ſub Veſpaſianis ſua fere ſcripſit, ad annum Chriſti octogeſimum, Ægypti Alexandriæ ſecundum inter Romani imperii urbes, & Antiochiæ urbium Syriacarum matri tertium locum deputat in principio libri tertii, & fine quarti Captivitatis Iudaicæ. *Id.*

12. *Macedumque*] Vetus ille nunquam ſatis laudatus liber aliam lectionem præfert:

— *Macetumque attollite nomen.*

Quæ vera eſt. Nam *Macetia*, Macedonia, & *Macetæ*, Macedones. Gellius lib. IX. cap. III. ex veteri ſcriptura: *Philippus Amyntæ terræ Macetiæ Rex, cujus virtute, induſtriaque Macetæ locupletiſſimo imperio aucti, gentium, nationumque multarum potiri cœperant.* Heſychius: *Μακετία, ἡ Μακεδονία.* In epigrammate Græco: *ὦ μακέτις σὺ κέκλυθι κόνις τεῖφυ.* Scaliger.

13. *Ingenuum*] Hic verſus ab iſtis carnificibus, & tortoribus librorum varie cruciatus fuit. Sed ex priſci libri auctoritate ita legendus eſt:

— *Ingenuum cujus fuit anchora ſignum.*

Ingenuum ſignum vocat *αὐτοφυές*. Vel potius, ut ex Ariſtotelis poëticis interpretemur, *σημεῖον σύμφυτον*. Id enim valet, *ingenuum*. Vt alibi: *Vſque ſub ingenuis agitata fontibus unda.* *Ingenuos fontes* vocat *τὰς μὴ χειροποιήτους*. Nam *ingenium*, eſt natura ipſa. Nævius in Lycurgo:

 — *ite*

14 (Qualis inuſta ſolet) generis nota certa. per omnem
Nam ſubolis ſeriem nativa cucurrit imago.

[1] T R E-

--- *ite actu in frondiferos lucos, ubi*
Ingenio arbuſta nata ſunt, non obſita.

Id eſt, ubi ſunt ingenua arbuſta, non manu, aut arte ſata. Quod ait:

Qualis inuſta ſolet generis nota certa, —

Intelligit de notis pecudum. Virgil.

Continuoque notas, & nomina gentis
inurunt.

Vide quæ olim in Conjectaneis notavimus. *Scaliger.*

13. *Ingenitus avus fuit anchora ſignum*] Præterquam quod nullus intellectus, ſyllabarum quoque numerus conqueritur. Fuit ergo quando varie pro captu ingenii corrigendum ſuſpicaremur. E quibus tamen omnibus hoc unum tantum judicium afferre non piguit, nihil immutantes, ac vix utique admonentes. Vt dum alii fortaſſe ex MSS. Codd. certiora dederint, hiſtoria (licet fabulæ propior) non ignoretur, & ſi non verborum, rei ſaltem ratio conſtet. Videndum igitur, an legi poſſit, *in genitis cujus fuit anchora ſignum.* Vna tantum fere littera, & in affinem ſuam commutata. *I* videlicet pro *V* in voce *genitus.* Nam dictio *cujus*, in dictionem *avus*, facile transferri potuit, neque additis, neque demtis litteris, ſed plus juſto coeuntibus. Denique Iuſtinus lib. xv in hunc modum ſcribit: *Seleuci & virtus clara, & origo admirabilis fuit. Siquidem mater ejus Laodice cum nupta eſſet Antiocho, claro inter Philippi duces viro, viſa eſt ſibi per quietem ex concubitu Apollinis concepiſſe, gravidamque factam munus concubitus annulum à Deo accepiſſe, in cujus gemma anchora ſculpta eſſet. Iuſſamque id donum filio, quem peperiſſet dare. Admirabilem fecit hunc viſum & annulus, qui poſtera die ejuſdem ſcalpturæ in lecto inventus eſt, & figura anchoræ, quæ in femore Seleuci nata cum ipſo parvulo fuit. Quamobrem Laodice annulum Seleuco eunti cum Alexandro Magno ad Perſicam militiam, edocto de origine ſua, dedit. Vbi poſt mortem Alexandri occupato regno Orientis, urbem condidit. Ibique geminæ originis memoriam conſecravit. Nam & urbem, ex Antiochi patris nomine, Antiochiam vocavit, & campos vicinos urbi Apollini dedicavit. Originis ejus argumentum etiam poſteris manſit. Siquidem filii, nepoteſque ejus anchoram in femore, veluti notam generis naturalem habuere.* Hactenus ille. Quæ eo libentius huc tranſtulimus, quod his præcipue, quæ noviſſima ſunt, emendatio noſtra continetur. *Mariang. Accurſius.*

13. *Ingenuum cujus*] Baptiſta Pius legit, *Ingenitus novus.* Mariangelus Accurſius, *in genitis cujus.* Alii: *ingenitum cujus.* Salmaſius ad Solinum cum Scaligero facit. Solinus: *Mons ingenuo igne per æternum fervidus. Ingenuus ignis*, inquit ille, πῦρ ἔμφυτον. Nam *ingeno* vetus verbum, τὸ ἐμφύειν. Inde *ingenuus* ἔμφυτος, *ut dividuus à divido.* Sic Solinus inferius: *Lacus ſalubris ingenuo æſtu.* Et noſter: *ingenui fontes.*

14. *Qualis inuſta ſolet*] Virgilius lib. III Georg. ỷ. 158.

Continuoque notas, & nomina gentis
inurunt.

Plura de Seleuco Iuſtinus. Quem eadem de cauſſa anulo iſto, cui anchora inſculpta fuit, ſignaſſe teſtatur Clemens Alex. Pædagog. lib. III, cap. X. Sic & Carcini *ingenua nota* ſtellæ, Spartorum ſive Γηγενῶν λόγχη, id eſt, haſta, referente Ariſtotele de Arte Poëtica, Plutarcho de ſera numinis vindicta, & Scholiaſte Lycophronis; qui Pelopidis quoque ἐλεφάντινον ὦμον γνώρισμα fuiſſe notat; diverſus in eo ab Cedreno, cujus in Hiſtoria Oreſtem fratrem non ante voluiſſe agnoſcere refertur Iphigenia, ὡς τὸ Πελόπειον τοῦ γένους σημαντήριον, τὴν ἐλαίαν

[1] TREVERI. IV.

ARmipotens dudum celebrari Gallia geſtit :
[2] Trevericæque urbis ſolium, quæ proxima Rheno,
[3] Pacis ut in diæ gremio ſecura quieſcit :
[4] Imperii vires quod alit, quod veſtit & armat.
Lta per extentum procurrunt mœnia collem.
Lrgus tranquillo prælabitur amne Moſella ,
Longinqua omnigenæ vectans commercia terræ.

ἐλαίας εἶδος ἔχοντα ἐν τῷ ὤμῳ τῷ δεξιῷ. Tradit quoque M. Paul. Venetus lib. I. cap. XIV, famam fuiſſe, *Georgianorum reges cum ſigno aquilæ ſupra humerum antiquitus naſci.*

1. *Treveri*] Carmen hoc de Treveris non ſolum mendoſum , verum etiam mancum , & mutilum videtur. *Vinetus.*

2. *Trevericaque urbis*] Sunt Treviri populus Galliæ Belgicæ. Quo nomine urbs quoque eorum appellatur apud auctores quoſdam ex antiquis , & *Treuer* apud Salvianum Maſſilienſem , nunc *Trier*, & *Treves :* quam Pomponius , & Ptolemæus *Auguſtam* nominant. De Treviris multa in commentariis Cæſaris, & apud Cornelium Tacitum. De quibus etiam Beatus Renanus quærit libro tertio rerum Germanicarum. Ceterum non multo poſt hæc tempora, urbs Galliæ excellentiſſima opulentiſſimaque quater expugnata ac proſtrata fuit, ut mœret Salvianus. *Idem.*

3. *Pacis ut in mediæ gremio*] Rectius liber optimus , *pacis ut in diæ.* Quod & viro maximo Nicolao Heinſio fuit obſervatum.

4. *Imperiique viros quod alit , quod veſtit,* &c.] Vetus lectio fuit , *imperii vires.* Atque ita prorſus relegendum eſt. Non enim video , quo pacto addere librarii & immutare eam potuerint , quæ fuerit elegantiſſima. Nec probatione aſſequi hoc neceſſe eſt , ſed conjectura. *Mariang. Accurſius.*

MEDIOLANVM. V.

[1] ET Mediolani mira omnia. copia rerum ,
Innumeræ cultæque domus, facunda virorum
Ingenia

1. *Et Mediolani*] Nunc *Milan* , & *Milano*, in Gallia Ciſalpina, à Tranſalpinis Gallis conditum. Qui per Taurinos ſaltuſque Iuliæ Alpis quum tranſcendiſſent , *fuſiſque acie Tuſcis , haud procul Ticino flumine , quum in quo conſederant , agrum Inſubrium appellari audiſſent cognominem Inſubribus pago Æduorum , ibi omen ſequentes loci , condidere urbem. Mediolanum appellarunt.* Titus Livius libro quincto. Idem puto , volunt Strabo , Plinius, Iuſtinus. Factum hoc tradunt Chronici ad annum ante Chriſtum natum trecenteſimum & octogeſimum. Nomen autem *Mediolani* , quod Gallicum prorſus

Ingenia [2] & mores læti. tum duplice muro
Amplificata loci ſpecies, populique voluptas
[3] Circus, & incluſi [4] moles cuneata theatri:
Templa, Palatinæque arces, [5] opulenſque Moneta,
[6] Et regio Herculei [7] celebris ſub honore lavacri,
Cunctaque marmoreis ornata [8] periſtyla ſignis,
Mœnia-

ſus fuit, quoniam ad *medium* & *lanam* videretur alludere, finxerunt veteres Latini quidam ſatis inepte, ita appellatam urbem, quod molientibus ſedem Gallis illis, in fundamentis ſus repertus eſſet: cujus corporis dimidium lana, ut ovis, tegeretur. Claudianus in nuptiis Honorii & Mariæ:

Iam Ligurum terris ſpumantia pectora Triton
Appulerat: laſſoſque fretis extenderat orbes.
Continuo ſublime volans, ad mœnia Gallis
Condita, lanigeri ſuis oſtentantia pellem
Pervenit. —

Sic enim legendum pro:

--- *mœnia Gallis*
Condita, lanigeris ovis oſtentantia pellem.

Et Apollinaris Sidonius libro ſeptimo epiſtolarum:

Rura paludicola temnis populoſa Ravenna,
Et qua lanigero de ſue nomen habet.

Sed Cato tamen in Originibus, à *Medo* quodam Inſubrium principe dictum *Mediolanum* tradidit. *Vinetus.*

2. *Antiqui mores*] Reddidi poëtæ ſuam lectionem, prout in primo Voſſiano conſpicitur. Nec ſane *facunda virorum ingenia* (ſive quis *fœcunda* legat) aliud niſi excultos, ac lætos mores promittunt. Credo alluſum ad illud Ovidianum:

—- *didiciſſe fideliter artes*
Emollit mores, nec ſinit eſſe feros.

Sic in Moſella:

Quin etiam mores & lætum fronte ſevera
Ingenium natura tuis conceſſit alumnis.

mox, *Palatinæque domus* in margine veteris libri notatum fuit. Videturque τὸ *arces* illius eſſe interpretatio.

3. *Circus*] Qualis Romæ fuit, & Theatrum, & Capitolium, & Palatium, & Moneta, & Thermæ Herculeæ. *Vinet.*

4. *Moles cuneata theatri*] *Cuneata theatri immanitas*, in ludo Sapientum: & *cuneatum theatrum*, in edyllio. Eſt & non cuneos habens. De quibus Vitruvius libro quinto. *Vin.*

5. *Opulenſque Moneta*] *Non opulens nec egens*, in Epicedio. Moneta autem dea, templum deæ, ut in carmine Sulpiciæ, & locus, ubi nummi percutiebantur. Turnebus ſecundo capite quarti Adverſariorum. *Idem.*

6. *Et regio Herculei*] Regionem Mediolani indicat fuiſſe, quæ diceretur, *Herculeum lavacrum*, aut *Herculea balnea.* Sane Herculem tutelam Mediolanenſium fuiſſe patet ex iſtis inſcriptionibus Mediolanenſibus:

HERCVLI Q. EVPHEMVS Q. F. OVF LVCVLLIVS AED. VIVIR V. S. L. M. HERCVLI L. VALERIVS TERENTIVS V. S. L. M. *Scaliger.*

7. *Celebris ſub honore lavacri*] Forte: *celebris ab h. lav.* ut propter cæſuram brevis ſyllaba producatur. Sed τὸ *ſub* ea ſignificatione ſæpius mihi lectum, ut apud Virgilium:

Talis erat juvenis patrio ſub nomine clarus.

8. *Periſtyla*] Περίστυλον, ſive περιστύλιον, locus columnis circumdatus, & clauſus: cuiuſmodi eſt Burdigalæ, quod

Mœniaque in valli formam [9] circumdata labro.
Omnia quæ magnis operum velut æmula formis
Excellunt: nec juncta premit vicinia Romæ.

quod *Palatium tutela* vulgo appellatur. *Vinetus.*

9. *Circumdata labro*] Ita legendum eſt; non, ut interpolatores reconcinnarunt, *circumdata limbo*. A parte totum intelligit, quæ poſterioribus temporibus in caſtris vocabatur *foſſatum*. *Labra* enim *foſſæ* dicuntur à Columella, & aliis imitatione Græcanica. Nam Græcis χείλη τ̃ τάφρου. Neque dubitandum eſt de hac interpretatione. *Scaliger.*

[1] CAPVA. VI.

[2] NEc Capuam pelago, cultuque, penuque potentem,
Deliciis, opibus, famaque [3] priore ſilebo,
Fortuna variante vices: quæ freta ſecundis,
Neſcivit ſervare modum. Nunc ſubdita Romæ,
Æmula tunc. Fidei memor, anne infida, ſenatum
Sperneret, an coleret dubitans, ſperare curules
Campanis auſa auſpiciis, [4] unoque ſuorum
Conſule: ut imperium diviſi attolleret orbis.
Quinetiam rerum dominam, Latiique parentem
Appetiit bello, ducibus non freta [5] togatis,
Hannibalis jurata armis: deceptaque in hoſtis
Servitium demens ſpecie tranſivit herili.
Mox ut in occaſum vitiis communibus acti
[6] Corruerunt, Pœni luxu, Campania faſtu,

(Heu

1. *Capua*] Capuam Campaniæ urbem, regionis Italiæ clariſſimam, à *Capye* duce, vel à Campeſtri agro potius appellatam eſſe, placet Tito Livio libro quarto. *Vinetus.*

2. *Nec Capuam pelago, cultu; penuque potentem*] *que* Conjunctione ſubeunte, captus pede verſus ſuſtentandus forte fuerit, in hunc modum. *cultuque penuque potentem. Penu* enim primam corripit. *Mariang. Accurſius.*

3. *Priore*] Antiqua: ſicut *ſæculum prius* dixit Terentius in Eunucho. *Vinetus.*

4. *Vnoque ſuorum Conſule*] *Romam legatos miſſos à Campanis, in quibuſdam annalibus invenio, poſtulantes, ut alter Conſulum Campanus fieret, ſi rem Romanam adjuvari vellent.* Livius. *Vinet.*

5. *Togatis*] Italis, Campanis, civibus ſuis, ſed externis, ut Annibale Afro. *Idem.*

6. *Corruerent Pœni*] Melius: *Corruerunt Pœni luxu, Campania faſtu.* Hoc ſane ait, poſtquam communibus infecti vitiis Campani & Pœni perierunt; Pœni quidem luxu, Campani faſtu: Tunc illa potens Capua ſic cecidit,

(Heu nunquam ſtabilem ſortita ſuperbia ſedem !)
Illa potens, opibuſque valens, Roma altera quondam ,
[7] Comere quæ paribus potuit faſtigia conis ,
Octavum rejecta locum vix [8] pene tuetur.

cidit, ut nunc vix octava. Hactenus enim ſententia continens & uno ductu legenda. *Campana ſuperbia* proverbio innotuit. *Lipſius.*

6. *Corruerent Pœni, luxu Campania feſto*] Præclare Lipſius: *Pœni luxu, Campania faſtu.* Nihil certius: ſed infeliciter idem, *Corruerunt.* Reſpuit enim id continens oratio. Campanos ait Romam petiviſſe bello, & Hannibalis ſpecie pacis ſervitutem ſubiſſe. Quo eventu? nempe hoc, ut brevi poſt

— *in occaſum vitiis communibus acti*
Corruerent Pœni luxu, Campania faſtu.

τὸ *ut* non ſinit mutari τὸ *corruerent.* Gronovius.

6. *Corruerent Pœni*] Lege: *Corruerunt Pœni.* Poſtquam Pœnorum vis fracta eſt, & ſoluta luxu. *Corruerunt*, ut *ſteterunt.* Virgil.

Obſtupui, ſteteruntque coma.

Multa alia congeſſit Nicol. Heinſius ad Heroid. epiſt. VII. ℣. CLXVI. *Grævius.*

6. *Corruerunt Pœni*] Intricata diſtinctio fecerat ſenſum obſcuriorem: quo nodo ſublato, ſolutove, nihil ſuperfuturum ſpero, quod lectorem morari poſſit. τελεία igitur ὑποστιγμὴ poſt *faſtu* ſublata, conjunge cum ſequentibus non interrupta conſtructione, niſi quod ille verſus: *Heu numquam ſtabili*, &c. parentheſi includendus eſt. De luxu vero Pœnorum in Campania vid. Silium Italicum lib. x.

7. *Comere quæ*] Quæ potuit Romæ par eſſe, & eodem gradu conſiſtere. Lucius Annæus Seneca libro primo breviarii rerum Romanarum ſcribit, Capuam quondam inter tres maximas urbes, Romam, Carthaginemque fuiſſe numeratam. *Vinetus.*

8. *Pene*] Poſt Romam primam, vix octavo loco digna Capua. *Vinet.*

8. *Vix pene tuetur*] Libri omnes, *vix pene.* poteſt utraque lectio defendi: ſed hæc eſt planior.

AQVILEIA. VII.

[1] Non erat iſte locus: merito tamen aucta recenti,
Nona inter claras Aquileja cieberis urbes,
Itala ad Illyricos objecta colonia montes,
Mœni-

1. *Non erat iſte locus*] Nonam te non celebraſſem, niſi acceſſiſſet meritum ex ultione cædis Gratiani Auguſti, diſcipuli mei. AQVILEIAM Plinius libro tertio, Venetiæ attribuit, decimæ regioni Italiæ, à mari Adriatico duodecim millia paſſuum diſtantem. Strabo vero libro quincto extra Venetiæ fines ponit: ad quam adverſo flumine navibus onerariis per fluvium Natiſonem ab Adriatico mari navigetur. *Vinetus.*

2. *Itala ad Illyricos*] Supra hanc Venetiæ & Adriatici maris partem, ſunt Illyrii populus. Deducta autem fuit Aquileia colonia Latina ad annum ab Vrbe condita quingenteſimum & ſeptuageſimum tertium, ut ex

Mœnibus & portu celeberrima: ſed magis illud
Eminet, extremo quod te ſub tempore legit,
[3] Solveret exacto cui ſera piacula luſtro
[4] Maximus, armigeri quondam ſub nomine lixæ.
Felix, quæ tanti ſpectatrix læta triumphi
Puniſti Auſonio [5] Rutupinum marte [6] latronem.

[7] ARE-

ex Tito Livio libro triceſimo nono, & quadrageſimo, cognoſces, & ex Paterculo Vellejo. *Vinet.*

3. *Solverit exacti*] Rectius, *ſolveret.* Maximus enim (quem Auſonius, deſiderio peremti Gratiani, Britannicum latronem vocat, atque exſecratur) vir fuit, ut in hiſtoriis relatum eſt, ſtrenuus & probus, atque Auguſto dignus, niſi contra ſacramenti fidem per tyrannidem emerſiſſet. In Britannia ab exercitu Imperator creatus in Galliam tranſiit. Vbi Gratianum ſubita emerſione perterritum, atque in Italiam tranſire meditantem, dolis circumventum interfecit. Fratremque Valentinianum Aug. Italia expulit. Qui in Orientem confugiens, à Theodoſio ſuſceptus, imperio mox reſtitutus eſt. Aquileiæ tum Maximus victoriæ ſuæ ſpectator inſederat, cum Theodoſius Alpes transgreſſus, atque Aquileiam improviſus adveniens, hoſtem illum jam immaniſſimis etiam formidatum, clauſit, cepit, occidit. Hujus facti memoriam longa etiam elocutione tractavit Latinus Pacatus Drepanius in Panegyrico ad Theodoſium. Cujus etiam illa ſunt, quæ Auſonii locum hunc aperiant: *An ſuſtinere*, inquit, *te coram & ſolum oculorum tuorum ferre conjectum ille quondam domus tua negligentiſſimus vernula menſularumque ſervilium ſtatarius lixa potuiſſet?* Factum præterea eventu memorabili, ut Imperatores duos reip. Rom. hoſtes pariter judicatos, ac fere cognomines, Maximum videlicet hunc, & Maximinum Maximini patrem, clara urbs Aquileia, publica omnium lætitia punierit. Cujus illa etiam in Maximini ſenioris cædem fides celebratur, quod cum ad intendendos arcus nervi defeciſſent, è mulierum crinibus confecti funes ſint. Cui ſimile facinus olim urbe à Gallis occupata, obſeſſiſque in Capitolio civibus, matronarum decus auxit. Vnde etiam *Calvæ Veneris* ſimulacrum. *Mariang. Accurſius.*

3. *Cui juſta piacula bello*] Alii: *cui ſera p. luſtro.* Tyrannidis ſuæ anno quincto Maximus, auctore Proſpero, pœnas ſui ſceleris luit, tertio ab Aquileia lapide captus, indumentis regiis ſpoliatus, & capite damnatus. *Vinetus.*

3. *Solveret exacto cui juſta*] Malim cum veterrimo Voſſiano, *cui ſera piacula.* Illane *ſera*, inquies, quæ exacto tantum quinquennio? imo ſane: nam mox punitum tantum ſcelus eſſe oportuerat, nec in totum luſtrum pœnam fuiſſe dilatam. De morte Gratiani conſulendi ſunt illius & ſeqq. ætatum ſcriptores, Latinus Pacatus, Hieronymus, Auguſtinus de Civ.Dei, Nicephorus, Cedrenus, &c.

4. *Maximus*] *Clemens Maximus* in Sulpicii Severi Aquitani chronicis. *Vinet.*

5. *Rutupinum*] Britannum: ut *Rutupina littora*, Britannica libro ſexto Pharſaliæ Lucani, & *tellus Rutupina* in ſeptimo Carmine Parentalium, ac *Rutupinus ager* in duodeviceſimo, à *Rutupiis* Cantiorum Britanniæ inſulæ gentis civitate: cujus meminit Ptolemæus, libro ſecundo Geographiæ & Ammianus Marcellinus aliquot locis. *Idem.*

6. *Latronem*] Maximum. Hic quum

quum in Britannia tyrannidem arripuiſſet, & in Galliam cum ingentibus tranſiiſſet copiis, Gratianum Imperatorem, Auſonii diſcipulum, Merobaudis magiſtri militum proditione, apud Pariſios ſuperavit: & in Italiam fugientem, Lugduni cepit, anno Chriſti trecenteſimo octogeſimo ſeptimo. Poſtea quum ſe Aquileiam recepiſſet, à Valentiniano, & Theodoſio Imperatoribus illic exſtinctus eſt, anno Chriſti trecenteſimo & nonageſimo primo. Aurelius Victor, Sulpitius Severus in vita Martini Turonenſis Epiſcopi, Proſper, Beda, Paulus Diaconus, Drepanius Pacatus Panegyrico, quem Theodoſio Auguſto Romæ poſt ſumptas de latrone pœnas, dixit. Annos autem vix ſexaginta poſtea ſtetit Aquileia, quam hæc de illa cecíniſſet Auſonius. Munitiſſimum enim oppidum tres annos obſedit, cepit, delevitque Attila ille immanis Hunnus, anno Chriſti quadringenteſimo & quinquageſimo quarto: nec ex eo eſt à quoquam reparatum. *Vinetus.*

[1] ARELAS. VIII.

[2] PAnde, duplex Arelate, tuos blanda hoſpita portus,
[3] Gallu-

1. *Arelas*] Quæ fuerat Inſcriptio *De Arelatenſi urbe*, alia mox facta eſt, quæ circumfertur, *De Vienna*. Magno errore, & qui vicinis inter ſe duabus urbibus Galliarum florentiſſimis diſſidii bellorumque cauſa impia eſſe poſſit. Dum laudis ſibi altera præconium vendicare, altera tueri ſtudebit. Quod ſi de Vienna intellectum hic exiſtimaverint, cum opulentiſſimam fuiſſe eam Mela quoque ſcripſerit, quodque conſtet, hodie flumen Rhodanum non mediam intercidere Arelatem. ſed prope fluere; meminerint, tantundem fere à Vienna procul delabi, & Strabonem tradere, oppidum emporiumque non parvum Arelatem. Ea enim eſt apud Auſonium *Arelas*, quæ à vernaculis *Arles* dicitur, *Arelate* à Pomponio, Strabone, Plinio, Tranquillo, Marcellino. *Arelatum* à Ptolemæo. Ab Antonino utrumque, niſi mendum ſit in codd. Aut igitur emendari convenit, *De Arelatenſi urbe*. Nam ab *Arelate*, *Arelatenſis* fit etiam Symmacho, ac Sidonio, ſed & Plinio. vel (quod placet magis) ſimpliciter, *De Arelate*. Quo tenore cæteras Catalogi ejus omnes inſcripſit. Et ut probationis tota ſemel ambiguitas tollatur, in Epiſtola ad Paulinum idem prorſus de Arelate invenient, qui diligentiores corrigendis ejus locis eſſe velint:

Vtque duplex Arelas alpina tecta Vienna
Narbonemque pari ſpatio ſibi conſerit.

Vt ne quis non poſthac reformidet authori manum injicere. Penſitandum vero nonnihil & illud, quod nuper in parte codicis non aſpernandæ vetuſtatis hæc ipſa ita legimus:

Pande duplex Arelate tuos blanda hoſpita portus,
Gallula Roma Arelas. Quam Narbo Martius, & quam
Accolit alpinis opulenta Vienna colonis.

Quibus omnis ſeries, nutans alioqui & ſubagreſtis antea, regitur ac miteſcit. Proximeque accedit Claudii Rutilii æmulatio, Vrbem Romam alloquentis:

Pande precor gemino placatum Caſtore portum,
Temperet æquoream dux Cytherea viam.

Ita enim ex vetuſto codice legimus. Portum autem Oſtienſem intelligimus, cujus immania veſtigia adhuc videntur. *Mariang. Accurſius.*

1. *Are-*

[3] Gallula Roma Arelas : quam Narbo Martius,& quam
Accolit

1. *Arelas*] Theodorici regis Italiæ litteræ ſunt apud Caſſiodorum libro tertio, de reparatione murorum, & turrium vetuſtarum hujus urbis. Cæſar in Commentariis belli Civilis, Ammianus, & alii Hiſtorici, Arelatem celebrarunt : quam & à propriis colonis conditam eſſe ſcribit Iſidorus. *Arles*, Galli hodie appellamus plurali voce. *Vinetus*.

2. *Pande duplex Arelate*] Arelatem, Sextanorum olim, hodie Galliæ Narbonenſis ſplendidiſſimum oppidum Rhodano impoſitum, *Mamiliariam* dictam fuiſſe, primus quod ſciam, Scaliger obſervavit : inde ſublegerunt Ortelius, & Merula; & credidere adſeveranti, quia lapidis inſcripti teſtimonio niteretur. At hodie, cum ipſum lapidem in Grutero mihi contigiſſet inſpicere, Scaliger, quod monſtro ſimile eſt, ἐφωράθη μέγα λίαν ἀτυχήσας. Syllabam enim MA initialem vocabuli, cujus reliqua obliterata ſunt in ſaxo cum ſequenti integra & ſignificante vocula impertinenter connexuit, unde chimæra illa MAMILIARIA exivit. Ecce autem ipſum marmor : —— VIR. INL —— AVXILIARIS. PRÆ. PRÆTO. GALLIA —— DE. ARELATE. MA —— MILIARIA. PONI. S. —— M. P. I. Cujus ſenſus, ſi ſuppleantur lacunæ, uti ſupplendas eſſe remur, talis eſt : XV. conſulatu THEODOSII, qui cum a. Chr. 435. coincidit, VIR ILLVSTRIS AVXILIARIS (prænomen enim, quod detritum eſt, divinare nondum potui) *Præf. Prat. Galliarum* DE ARELATE MARITIMAM *uſque* MILIARIA *poni ſua pecunia curavit*. C. Gracchus lata lege Sempronia de viis ſternendis, muniendis, reficiendis inſtituerat, ut lapidibus certa menſura poſitis notarentur milia paſſuum, & ſigna ſpaciorum columellis, quæ ſingulis miliariis ſtatuebantur, inciderentur. Ei rei *Curator viarum*, cujus mentio apud Gruterum : tum *quatuorviri viarum curandarum* ſub Impp. & in municipiis ædiles creati ſunt. Ipſi Impp. magiſtratus, & viri illuſtres viis everſis, & corruptis reſarciendis, dimetiendis, & ſignandis per provincias incubuerunt. Idem ſtudium Præfecti Prætor. Galliarum fuit. commoditatibus Provincialium miliaria ab *Arelate* uſque ad *Maritimam*, quæ colonia fuit, & urbs Avaticorum Ptolem. lib. 2. ſtagno ſeu foſſis Marianis, opera C. Marii bello cum Cimbris & Teutonibus è Rhodano ductis, & mari Maſſalitano, ſeu Liguſtico adjacens, diſtinguere & ſignare : cujus operis memoriam iſte lapis Arelatenſis conſervavit. In verſu ultimo nota numeri, quot videlicet paſſuum millibus iter Arelate Maritimam conſtiterit, excidit. *Thom. Reineſ.*

3. *Gallula Roma*] Arelatem non immerito *Gallulam Romam* vocat Poëta, quod eſſet & celeberrimum & opportuniſſimum emporium. Quibus commoditatibus invitatus Fl. Conſtantinus tyrannus, qui tempore Honorii junioris imperator in Britanniis declaratus fuit, Arelate fixit ſedem imperii ſui, ſanxitque Conſtantinam urbem vocari : præterea ut in ea ſeptem Provinciarum conventus agerentur, hoc eſt, Viennenſis, utriuſque Narbonenſis, utriuſque Aquitaniæ, Novempopulaniæ, Alpium maritimarum. Vnde imperium illud *Septimania* vocabatur. Quare & κατ' ἐξοχὴν Narbonenſem provinciam in veterum Martyrum hiſtoria *Septimaniam* vocatam ſæpe memini, & à Sidonio Apollinare Epiſt. 1. lib. III. Nam præfectura prætorii Galliarum tres vicarios habebat. Primus vicarius ſeptem provincias adminiſtrabat, utramque Germaniam, utramque Belgicam

gicam

gicam, & in Britanniis utramque Britanniam, & Flaviam Cæſarienſem. Secundus quinque: quatuor Lugdunenſes, & Maximam Sequanorum. Tertius ſeptem has, de quibus jam locuti ſumus. Poſſet & videri dicta à Septimanis militibus. Nam Narbo colonia Septimanorum. Conſtantini autem de Arelate conſtitutionem communicavit mihi Fr. Roaldus, Doctor meus, vir totius antiquitatis peritiſſimus, & fidiſſimus juris interpres. Nolui igitur lectorem tam egregio antiquitatis monumento fraudare, ut præter luculentos locos in illa, quibus Auſonius non parum illuſtratur, ſit, quo plurimum illi viro ſe debere omnes ſtudioſi fateantur. Plus enim auctoritatis ei acceſſurum ſpero, quoniam à tanto antiquitatis inveſtigatore ad nos pervenit. Simul hanc occaſionem arripui, ut pro ejus multis in me beneficiis, amorem meum, quo eum ut amicum: reverentiam, qua ut Doctorem meum: pietatem, qua ut alterum parentem proſequor, apud illos teſtatam relinquerem. Conſtitutio hæc eſt: IMP. FL. CONSTANTINVS ad Agricolam Præf. Prætorio Galliarum. SALVBERRIMA *magnificentia tua ſuggeſtione inter reliquas Reip. utilitates evidenter inſtructi, obſervanda provincialibus noſtris, id eſt, per ſeptem Provincias manſura in ævum auctoritate decernimus, quod ſperari plane ab ipſis provincialibus debuiſſet. Nam cum propter privatas & publicas neceſſitates de ſingulis civitatibus, non ſolum de ſingulis Provinciis vel Honoratos confluere, vel mitti legatos aut poſſeſſorum utilitas, aut publicarum ratio exigat functionum: maxime opportunum & conducibile judicavimus, ut ſervata poſthac quotannis conſuetudine, in conſtituto tempore, in Metropolitana, id eſt, in Arelatenſi urbe incipiant ſeptem Provinciæ habere concilium. In quo plane tam ſingulis, quam in commune conſulimus: primum, ut optimorum conventus ſub illuſtri præſentia præfecturæ, ſi id tamen ratio publica diſpoſitionis obtulerit, ſaluberrima de ſingulis rebus poſſint eſſe concilia. Tum quicquid tractatum fuerit, & diſcuſſum ratiociniis conſtitutum, nec latere potiores Provincias poterit, ut parem neceſſe eſt inter abſentes æquitatis formam juſtitiæque ſervari. Hinc plane præter neceſſitates eitam humanæ converſationi non parum credimus commoditatis accedere, quod in Conſtantina Vrbe jubemus annis ſingulis eſſe concilium. Tanta eſt enim loci opportunitas, tanta eſt copia commerciorum, tanta illic frequentia commeantium, ut quicquid uſquam naſcitur, illic commodius diſtrahatur. Neque enim ulla Provincia fructus ſui facultate lætatur, ut non niſi hæc propria Arelatenſis ſoli credatur eſſe fœcunditas. Quicquid enim dives Oriens, quicquid odoratus Arabs, quicquid delicatus Aſſyrius, quod Africa fertilis, quod ſpecioſa Hiſpania, quod fecunda Gallia poteſt habere præclarum, ita illi exhibetur affatim, quaſi ſibi naſcantur omnia, quæ ubique conſtat eſſe magnifica. Iam vero decurſu Rodani, & Turoni recurſu, neceſſe eſt, ut vicinum faciant, & pene conterminum, vel quod iſte præterfluit, vel ille quod circuit. Cum ergo huic ſerviat civitati quicquid habet terra præcipuum: ad hanc vel navi, vel vehiculo, terra, mari, flumine deferatur quicquid ſingulis naſcitur: quomodo non multum Gallia noſtra præſtitum credant, cum in eadem civitate præcipiamus eſſe conventum, in qua divino quodam munere commoditatum, & commerciorum opportunitas tanta præſtatur? Siquidem hoc rationabili plane, probatoque conſilio jam & vir illuſtris Petronius obſervari debere præceperit. Quod interpolatum vel injuria temporum, vel deſidia Tyrannorum, reparari ſolita prudentia noſtra auctoritate decernimus, Agricola Parens chariſſime, atque amantiſſime. Vnde & illuſtris magnificentia tua & hanc præceptionem noſtram, & priorem ſedis ſuæ diſpoſitionem per ſeptem Provincias in perpetuo faciet cuſtodiri. Vt ab Idib. Auguſti quibuſcunque mediis diebus in Idus Septemb. in Arelatenſi urbe noverint Honorati, vel Poſſeſſores judices ſingularum Pro-*

Accolit [4] Alpinis opulenta Vienna colonis.
Præcipitis Rhodani ſic [5] interciſa fluentis,
Vt mediam facias [6] navali ponte plateam.
Per quem Romani commercia ſuſcipis orbis,
Nec cohibes: populoſque alios, & mœnia ditas:
Gallia quîs fruitur, gremioque Aquitania [7] lato.

[1] EME-

Provinciarum annis ſingulis concilium eſſe ſervandum, ita ut de Novempopulonia, & de ſecunda Aquitania, quæ Provinciæ longius conſtituta ſunt, ſi eorum Iudices occupatio certa detinuerit, ſciant legatos juxta conſuetudinem eſſe mittendos. Qua proviſione plurimum & provincialibus noſtris [*] nos intelligimus, utilitatiſque præſtare: & Arelatenſis urbis, cujus fidei ſecundum teſtimonia atque ſuffragia Patricii parentiſque noſtri multa debemus, non parvum adjicere nos conſtat ornatum. Sciat autem magnificentia tua, quinis auri libris Iudicem mulctandum eſſe: ternis Honoratos, vel Curiales, qui ad conſtitutum locum intra definitum tempus venire diſtulerint. Ex hac conſtitutione non obſcure poſſumus colligere, quæ Auſonius de opportunitate hujus Emporii canit his verſibus:

> *Per quem Romani commercia ſuſcipis orbis,*
> *Nec cohibes, populoſque alios, & mœnia ditas.*
> *Gallia queis fruitur, gremioque Aquitania lato.*

De hoc Conſtantino, ut coactus à militibus in Britanniis ſuſceperit imperium, & filium ſuum Iulianum Nobiliſſimum declaraverit, ut miſſu Honorii Iunioris Conſtantius, & Gerontius eum Arelate obſederint, deque ejus exitu miſerabili non pauca Olympiodorus Græcus hiſtoricus, cujus ſupra memini, conſcripſit. Sed ea nihil ad rem. *Scaliger.*

3. *Gallula Roma Arelas*] Colonia Romana in Gallia à Tiberio Nerone patre Tiberii Auguſti deducta, ut Suetonius memoriæ prodidit, Arelas, parva quædam Roma videbatur. Lepidum autem diminutivum *Gallula.* ab eo, quod eſt *Gallus.* Vinetus.

4. *Alpinis opulenta Vienna colonis*]

> *— quaque potentes*
> *Æduos, Alpinæ quaque Vienna juge.*

Dixit in carmine quarto Parentalium, qui & in epiſt. viceſima quarta *Alpinam* appellarit *Viennam.* Hæc eſt Allobrogum metropolis, Pomponio, Plinio, Straboni, ſuper Rodanum ſita, *juris quondam Italici*, inquit Paulus libro quinquageſimo digeſtorum, titulo de Cenſibus. Vetus nomen adhuc retinuit. *Vinet.*

5. *Interciſa fluentis*] Inde dicta eſt Arelas *duplex* etiam eidem Auſonio in extremo Moſella, & in verſu octogeſimo primo viceſimæ quartæ epiſtolarum. Ita quondam Arelas. nunc ſimplex eſt, & longe alia facie, tota in ripa Rodani, quæ Italiam reſpicit, poſita. Alteram partem facile crediderim à Gothis fuiſſe exciſam. Lege epiſtolam duodecimam libri ſeptimi epiſtolarum Sidonii Apollinaris. *Idem.*

6. *Navali ponte plateam*] Pontis ejus meminit Atalaricus Rex in quadam Epiſtola ad Senatum urbis Romæ: *Arelata*, inquit, *eſt civitas ſupra undas Rodani conſtituta, quæ in Orientis proſpectum tabulatum pontem per nuncupati fluminis dorſa tranſmittit.* Scaliger.

7. *Lato*] Fertili. *lato* tamen pro *lato* vetus exemplar: & *Aquitanica*, pro *Aquitania.* Vinetus.

gicam, & in Britanniis utramque Britanniam, & Flaviam Cæſarienſem. Secundus quinque: quatuor Lugdunenſes, & Maximam Sequanorum. Tertius ſeptem has, de quibus jam locuti ſumus. Poſſet & videri dicta à Septimanis militibus. Nam Narbo colonia Septimanorum. Conſtantini autem de Arelate conſtitutionem communicavit mihi Fr. Roaldus, Doctor meus, vir totius antiquitatis peritiſſimus, & fidiſſimus juris interpres. Nolui igitur lectorem tam egregio antiquitatis monumento fraudare, ut præter luculentos locos in illa, quibus Auſonius non parum illuſtratur, ſit, quo plurimum illi viro ſe debere omnes ſtudioſi fateantur. Plus enim auctoritatis ei acceſſurum ſpero, quoniam à tanto antiquitatis inveſtigatore ad nos pervenit. Simul hanc occaſionem arripui, ut pro ejus multis in me beneficiis, amorem meum, quo eum ut amicum: reverentiam, qua ut Doctorem meum: pietatem, qua ut alterum parentem proſequor, apud illos teſtatam relinquerem. Conſtitutio hæc eſt: IMP. FL. CONSTANTINVS ad Agricolam Præf. Prætorio Galliarum. SALVBERRIMA *magnificentia tua ſuggeſtione inter reliquas Reip. utilitates evidenter inſtructi, obſervanda provincialibus noſtris, id eſt, per ſeptem Provincias manſura in ævum auctoritate decernimus, quod ſperari plane ab ipſis provincialibus debuiſſet. Nam cum propter privatas & publicas neceſſitates de ſingulis civitatibus, non ſolum de ſingulis Provinciis vel Honoratos confluere, vel mitti legatos aut poſſeſſorum utilitas, aut publicarum ratio exigat functionum: maxime opportunum & conducibile judicavimus, ut ſervata poſthac quotannis conſuetudine, in conſtituto tempore, in Metropolitana, id eſt, in Arelatenſi urbe incipiant ſeptem Provinciæ habere concilium. In quo plane tam ſingulis, quam in commune conſulimus: primum, ut optimorum conventus ſub illuſtri præſentia præfecturæ, ſi id tamen ratio publica diſpoſitionis obtulerit, ſaluberrima de ſingulis rebus poſſint eſſe concilia. Tum quicquid tractatum fuerit, & diſcuſſum ratiociniis conſtitutum, nec latere potiores Provincias poterit, ut parem neceſſe eſt inter abſentes æquitatis formam juſtitiæque ſervari. Hinc plane præter neceſſitates eitam humanæ converſationi non parum credimus commoditatis accedere, quod in Conſtantina Vrbe jubemus annis ſinguli: eſſe concilium. Tanta eſt enim loci opportunitas, tanta eſt copia commerciorum, tanta illic frequentia commeantium, ut quicquid uſquam naſcitur, illic commodius diſtrahatur. Neque enim ulla Provincia fructus ſui facultate lætatur, ut non niſi hæc propria Arelatenſis ſoli credatur eſſe fœcunditas. Quicquid enim dives Oriens, quicquid odoratus Arabs, quicquid delicatus Aſſyrius, quod Africa fertilis, quod ſpecioſa Hiſpania, quod fecunda Gallia poteſt habere præclarum, ita illi exhibetur affatim, quaſi ſibi naſcantur omnia, quæ ubique conſtat eſſe magnifica. Iam vero decurſu Rodani, & Turoni recurſu, neceſſe eſt, ut vicinum faciant, & pene conterminum, vel quod iſte præterfluit, vel ille quod circuit. Cum ergo huic ſerviat civitati quicquid habet terra præcipuum: ad hanc vel navi, vel vehiculo, terra, mari, flumine deferatur quicquid ſingulis naſcitur: quomodo non multum Gallia noſtra præſtitum credant, cum in eadem civitate præcipiamus eſſe conventum, in qua divino quodam munere commoditatum, & commerciorum opportunitas tanta præſtatur? Siquidem hoc rationabili plane, probatoque conſilio jam & vir illuſtris Petronius obſervari debere præceperit. Quod interpolatum vel injuria temporum, vel deſidia Tyrannorum, reparari ſolita prudentia noſtra auctoritate decernimus, Agricola Parens chariſſime, atque amantiſſime. Vnde & illuſtris magnificentia tua & hanc præceptionem noſtram, & priorem ſedis ſuæ diſpoſitionem per ſeptem Provincias in perpetuo faciet cuſtodiri. Vt ab Idib. Auguſti quibuſcunque mediis diebus in Idus Septemb. in Arelatenſi urbe noverint Honorati, vel Poſſeſſores judices ſingularum*

Pro-

Accolit [4] Alpinis opulenta Vienna colonis.
Præcipitis Rhodani ſic [5] interciſa fluentis,
Vt mediam facias [6] navali ponte plateam.
Per quem Romani commercia ſuſcipis orbis,
Nec cohibes: populoſque alios, & mœnia ditas:
Gallia quîs fruitur, gremioque Aquitania [7] lato.

[1] EME-

Provinciarum annis ſingulis concilium eſſe ſervandum, ita ut de Novempopulonia, & de ſecunda Aquitania, quæ Provinciæ longius conſtitutæ ſunt, ſi eorum Iudices occupatio certa detinuerit, ſciant legatos juxta conſuetudinem eſſe mittendos. Qua proviſione plurimum & provincialibus noſtris * *nos intelligimus, utilitatiſque præſtare: & Arelatenſis urbis, cujus fidei ſecundum teſtimonia atque ſuffragia Patricii parentiſque noſtri multa debemus, non parvum adjicere nos conſtat ornatum. Sciat autem magnificentia tua, quinis auri libris Iudicem mulctandum eſſe: ternis Honoratos, vel Curiales, qui ad conſtitutum locum intra definitum tempus venire diſtulerint.* Ex hac conſtitutione non obſcure poſſumus colligere, quæ Auſonius de opportunitate hujus Emporii canit his verſibus:

Per quem Romani commercia ſuſcipis orbis,
Nec cohibes, populoſque alios, & mœnia ditas.
Gallia queis fruitur, gremioque Aquitania lato.

De hoc Conſtantino, ut coactus à militibus in Britanniis ſuſceperit imperium, & filium ſuum Iulianum Nobiliſſimum declaraverit, ut miſſu Honorii Iunioris Conſtantius, & Gerontius eum Arelate obſederint, deque ejus exitu miſerabili non pauca Olympiodorus Græcus hiſtoricus, cujus ſupra memini, conſcripſit. Sed ea nihil ad rem. *Scaliger.*

3. *Gallula Roma Arelas*] Colonia Romana in Gallia à Tiberio Nerone patre Tiberii Auguſti deducta, ut Suetonius memoriæ prodidit, Arelas, parva quædam Roma videbatur. Lepidum autem diminutivum *Gallula.* ab eo, quod eſt *Gallus.* Vinetus.

4. *Alpinis opulenta Vienna colonis*]

— quaque potentes
Æduos, Alpina quaque Vienna juge.

Dixit in carmine quarto Parentalium, qui & in epiſt. viceſima quarta *Alpinam* appellavit *Viennam.* Hæc eſt Allobrogum metropolis, Pomponio, Plinio, Straboni, ſuper Rodanum ſita, *juris quondam Italici*, inquit Paulus libro quinquageſimo digeſtorum, titulo de Cenſibus. Vetus nomen adhuc retinuit. *Vinet.*

5. *Interciſa fluentis*] Inde dicta eſt Arelas *duplex* etiam eidem Auſonio in extremo Moſella, & in verſu octogeſimo primo viceſimæ quartæ epiſtolarum. Ita quondam Arelas. nunc ſimplex eſt, & longe alia facie, tota in ripa Rodani, quæ Italiam reſpicit, poſita. Alteram partem facile crediderim à Gothis fuiſſe exciſam. Lege epiſtolam duodecimam libri ſeptimi epiſtolarum Sidonii Apollinaris. *Idem.*

6. *Navali ponte plateam*] Pontis ejus meminit Atalaricus Rex in quadam Epiſtola ad Senatum urbis Romæ: *Arelate*, inquit, *eſt civitas ſupra undas Rodani conſtituta, quæ in Orientis proſpectum tabulatum pontem per nuncupati fluminis dorſa tranſmittit.* Scaliger.

7. *Lato*] Fertili. *lato* tamen pro *lata* vetus exemplar: & *Aquitanica*, pro *Aquitania.* Vinetus.

[1]EMERITA. IX.

[2] CLara mihi poſt has memorabere [3] nomen Iberum
Emerita, [4] æquoreus quam præterlabitur amnis,
Sub-

1. *Emerita*] Melius ſequemur vulgatam lectionem, quam veterem, quæ habet *Hiſpalis*. Nam, Hiſpalim non præterfluit æquoreus amnis, ſed ipſam Emeritam. Ana enim fluvius eam alluit. Hoc diſſertiſſime à Prudentio explicatur in Eulalia Virgine Martyre, his verbis:

Nunc locus Emerita eſt tumulo
Clara colonia Vectonia:
Quam memorabilis amnis Ana
Præterit: & viridante rapax
Gurgite mœnia pulchra lavat.

Nam *æquorei* amnes dicuntur, quorum oſtia, quia in Oceanum exonerantur, æſtum Oceani patiuntur. Æſtuaria λιμνοθαλάττας vocat Strabo. Sic Auſonius Garumnam vocat:

Æquoream liqui te propter, amice, Garumnam.

Itaque inde ſcimus quare *æquoreum* Anam vocet: qui fluvius, ut & pueri ſciunt, hodie *Guadiana* vocatur: hoc eſt, *Flumen Ana.* Nam lingua Arabica & Mauritanica flumen vocatur *Guad*, per literam *Guau*, ut pronunciant, quam alii Muhamediſtæ *wau* pronunciant. Sic Bætis fluvius hodie dicitur *Guadal Kebir:* hoc eſt *flumen præſtans, flumen magnum.* quod nos certo ſcimus ex idiomate Arabico. Nam Mauros, qui Grammaticam linguam Arabicam colunt, cum ibi rerum potirentur, multis locis nomina de ſua lingua impoſuiſſe, nemo paulo hiſtoriæ peritior ignorat. Sic *Gibaltar* vocatur fretum Tarteſſiacum. Nam *Gibaltar* ad verbum eſt, *Mons Tarteſſi. Gibal* enim Arabice, Mons. *Tarts* Hebraice, Syriace, Arabice, Tarteſſus. Pœni in ſacris literis ita vocantur, hoc eſt *Tarſis.* deinde ipſi Carthaginenſes. nec mirum. Pœnorum enim colonia fuit. *Gades* autem, & *Tarteſſus* ſane omnium veterum Græcorum conſilio, Tyriorum, vel Phœnicum coloniæ ſunt: ubi regnavit vivax ille Regulus Argantonius, cujus meminit Auſonius noſter ad Paulinum in epiſtola de Philone epitropo. Et ab eo *campi Arganthonini* dicti à Sidonio, Tarteſſiacus tractus. Porro Emerita dicebatur *Auguſta Emerita Vectonica*, ut videmus apud Prudentium. Vbi intelligendum *Vectonica*, id eſt civitatis. Sic ipſe Auſonius in Profeſſoribus videtur dixiſſe *Auguſtoritum Pictonica.* Vbi, ut ſupra, intelligemus, civitatis. Nam *Vectones* ſunt populi Luſitaniæ: in quibus Emerita fuit princeps, ac matrix totius provinciæ Luſitaniæ. Coloniæ enim præter populos ſuos, & conditores, etiam alia nomina habent. Vt Arelate dicta eſt *Mamiliaria.* Quare, neſcio. Hoc ſane patet ex inſcriptione pulcherrima, quæ in columna legitur Arelate, in ædibus honeſtiſſimæ Matronæ Vallenſis. SALVIS. DD. NN. THEODOSIO. ET. VALENTINIANO P. F. V. AC. TRIVM. SEMPER AVG. XV. CONS. VIR. INL AVXILIARIS. PRÆ. PRÆTO. GALLIA. DE. ARELATE. MAMILIARIA. PONI. S. M. P. I. *Scaliger.*

1. *Emerita*] Titulus eſt: *De Emerita*, in codicibus impreſſis. In vetuſto Lugdunenſi, *De Hiſpali:* qui & in ipſo carminis ſecundo verſu, *Hiſpalis* ſcribebat, ubi alii *Emerita.* Vrbs prius ampliſſima *Emerita*, oppidulum eſt hodie *Mérida* ad fluvium Anam qui Luſitaniam Hiſpaniæ partem à Bætica Hiſpania diſterminat. Aurelius

lius Prudentius homo Hiſpanus, Auſonio non multo junior, in dactylico de Virgine Eulalia Chriſti Martyre:

Nunc locus Emerita &c.

Dio ſcribit libro quinquageſimo tertio, & Iſidorus quinctodecimo Etymologiarum, Auguſtum Cæſarem, Cantabris, Aſturibus, Luſitaniſque ſubactis, veteranos in Hiſpania dimiſiſſe: qui hanc urbem in Luſitania condiderint: quæ ab Auguſti principis, *Emeritorum*que illorum nominibus, *Auguſta Emerita* ſit nuncupata. *Hiſpalis* vero eſt, quæ nunc *Sevilia* vocitatur, una ex opulentiſſimis, ampliſſimiſque Hiſpaniæ urbibus, ad fluvium Bætim ſita: quæ quos habuerit conditores, & quibus temporibus, neſcio: ſed Iulii Cæſaris eſſe negant Hiſpalenſi illi Iſidoro, quæ de illa leguntur in ejuſdem Cæſaris civilibus Commentariis. Coloniam ille fortaſſe deduxerit ex ſuis veteranis. Hiſpalim namque claram Romanorum coloniam fuiſſe dicit Strabo libro tertio: eamque Plinius *coloniam Romulenſem* cognominat. *Vinetus.*

2. *Iure*] Veteres membranæ *Cara* pro *Iure* ſcribebant, fortaſſe quod Auſonius in ea ſe Hiſpaniæ civitate aliquando oblectaſſet, & ex eo ſemper habuiſſet caram, ac dilexiſſet. *Vinetus.*

2. *Iure mihi poſthac*] E veſtigiis antiquæ lectionis, quæ in veteri codice eſt, repono *Clara.* nam *Cara* pro *clara* in eodem ſæpiſſime vitioſe ſcriptum deprehendas.

3. *Nomen Iberum*] *Hiberum* aſpirabat vetus liber, ut præcipit Vibius. Ἴβηρες autem dicuntur Græcis, hoc eſt Iberes, ſed Latinis *Hiberi*, Hiſpani à fluvio, cui Ἴβηρ & *Hiberus* nomen, qui apud Cantabros ortus, in mare exit mediterraneum. *Nomen* autem ſi propria ſua ſignificatione hic accipias, Hiſpali carmen conveniet magis, quam Emeritæ. Eſt enim non Hiſpanum ſed Latinum vocabulum Emerita: & Hiſpalim, quam à palis in ſolo paluſtri ſuffixis cognominatam ſuus divinat Iſidorus, purum credo Hiberum Hiſpanumque nomen, quod legitur apud Silium tertio, *Hiſpal*, ſive *Iſpal.*

Et celebre oceano, atque alternis æſtibus Hiſpal.

Sed exemplar idem vetus *u* pro *o* ſcribebat, *numen* pro *nomen*: ut conveniat cum eo, quod ſequitur:

Summittit cui tota ſuos Hiſpania faſces.

Quam urbem cunctarum Hiſpaniæ civitatum principem, pro numine habeat univerſa Hiſpania, colat, obſervet, & ipſi cedat. *Vinetus.*

3. *Nomen Hiberum*] Nihil mutandum. Credebam in initio ſcribendum, *Numen Hiberum*: inductus in errorem vetuſtiſſimi codicis ſcriptura, utpote in quo *numen* pro *nomen* & vice verſa *nomina* pro *numina* ſexcenties inveniatur: nec non illis Auſonianæ Moſellæ verſiculis:

Inſanumque ruens per ſaxa rotantia late
In mare purpureum, domina tamen ante Moſella
Numine adorato Tarbellicus ibit Aturrus.

Sed tamen in Toloſa: *Inter Aquitanas gentes & nomen Iberum.* Vbi liquet *nomen* & *gentes* idem denotare. Sic ut & hic *Emerita nomen Iberum*, id eſt, Hiſpana civitas dicatur. Quod cum non animadvertiſſent librarii pro *Emerita*, *Hiſpalim*, quod ipſis Hiſpanum nomen videbatur, cum latinum eſſet Emerita, ſubjecerunt. Sic mox: *Tectoſagos paganica nomina Volcas*, id eſt pagum. Item: *Ionia populos & nomen Achæum*, id eſt, Achæos. In Epiſtola ad Theonem: *Et villica nomina lini*, id eſt linum. Ad Syagrium: *Sed quo noſtrates Aquitanica nomina*, id eſt, Aquitanos. Paullinus in citatis ab Auſonio verſibus:

— *Pellæa dedit qui nomina regum*, id eſt, Pellæos reges.

4. *Æquoreus quam præterlabitur amnis*] Et hoc de Hiſpali verius, quam de Emerita. Namque *Bætis* & *Anas*

tametſi magni ſunt, & in *aquor* uterque exeunt, in Oceanum nimirum Gaditanum: & quum ob alia, tum ob æſtum, *aquorei* recte dici poſſunt, ſicut *Garumnam* ſuam dixit Auſonius *aquoream* in extremo Moſella, appellatione tamen *aquorei* magis eſt dignus Bætis ad Hiſpalim, quam Anas ad Emeritam. Stadia namque minus quingenta, quæ ſunt millia paſſuum ſexaginta duo, & leucæ Hiſpanicæ quindecim, à mari per fluvium abeſt Hiſpalis, auctore Strabone libro tertio: quo ſpatio magna tolleret navigia Bætis. At Emerita duplo triplóve abeſt: nec in ſuo amne præter mœnia ſua videt æſtum, ſicut Hiſpalis in ſuo. *Vinetus.*

4. *Æquoreus quam præterlabitur*] Niſi prima in *Anas* corriperetur, ſcriberem: *aq. quam præterlabitur Anas.* Et vix mihi perſuaſerim, non hoc ſibi permiſiſſe Auſonium; utpote in quo idem nomen eodem modo corruptum fuerit, in epiſt. ad Paulinum, ubi vetus liber:

Emeritenſis Ana, lataque fluenta Garumnæ:

pro vulgato: *Emeritaque amnes.* Quod recte obſervavit Heinſius in ſuis ad Prudentium notis.

4. *Æquoreus amnis*] Anas nempe, qui nunc Hiſpanis *Guadiana* dicitur, id eſt, ſi reſolvas, *vadum Ana.* Errare quippe tum Scaligerum puto, tum quotquot lexicographi vocem *Guad*, ſive *Guada*, vel *Guadi*, Arabicam credunt. Nam quod ita *rivum* ſeu *flumen* Arabes vocent, verum quidem eſt, ut ex quamplurimis Hiſpaniæ flumінum vocabulis etiam Arabicæ linguæ minus callentibus deprehendere eſt, (ſic *Guadalaxára*, urbs & fluvius regni Toletani, id eſt, *flumen lapidum*: *Guadarráma, fluvius arenoſus* prope Madritum: *Guadalabiár*, hodie *Rio blanco*, Vrbem Valentiam tranſiens: *Guadaxíra*, *fluvius epulorum*, in Eſtramadura, quæ veteris Bæticæ pars, &c.) non tamen origine Arabicum eſſe vocabulum τὸ *Guad* exiſtimem; verum potius corruptum è Latino *Vadum.* Ea enim eſt Hiſpanicæ, Italicæ, Gallicæ linguarum ratio, ut literam *V*, quæ Germanis eſt *W*, per *Gu* ſcribant. Ex. gr. Veſpæ, *Weſpen* noſtris, *Gueſpes* Gall. *Gueſpe* & *Veſpe* Italice. Væ, *Wa*, *Guay* Hiſp. *Guai* Ital. Vagina, Ital. *Guaina*, Gall. *Gaine*, Hiſpan. *Vayna*, quod ad Latinam ſcribendi rationem proxime accedit. Ita vocabulum *Guerra* Hiſpani & Itali, *Guerre* Galli ab antiqua Teutonum lingua mutuati ſunt; uti ex Anglico vocabulo *a warre*, id eſt, bellum, pugna, didici. Quam quidem linguam maxima ſui parte Teutonicam eſſe nemo dubitat. Supereſt nobis iſtius ſignificationis veſtigium in voce *wargeeſt*: quo nomine homines litigioſos denotamus, ab antiquo *warren*, id eſt, pugnare: & utimur etiam nunc eo verbo, pro lites quærere, & affectare jurgia. Sic & *Guante* Hiſp. *Guanto* Ital. *Gand* Gallice ab noſtro *Wante*, ſive chirotheca deſumtum. Item *Guardar* ſive *Huardar* Hiſpan. *Guardar* Italice, *Garder* Gall. ab antiquo *wahren*: cujus etymologiæ index eſt vox Hiſpanica *Guardaboſques*, Tutela ſylvarum, à Teutonico *Boſchwahrer.* Nec non *Guindar* Hiſp. *Guinder* Gall. è noſtro *winden*, *auffwinden*, levare in altum funibus, vel quo alio inſtrumento. Item *Guiſa* Ital. *Guiſe* Gall. à noſtro *wyſe*, Germ. *weiſe*: *Guidardone*, Ital. *Guerdon* Gall. remuneratio, vox ibrida è Latino *donum*, & Germanico *wieder*, id eſt rurſus. Item *Guilielmo*, *Guillaume* à Teutonico *Will-haym*, *Willem.* Et ne longius, quam par eſt, exſpatiemur, ſi *Guad* origine Arabicum eſt, etiam Italorum *Guado*, & Gallorum *Gué* ab Arabica lingua defluxiſſe cenſenda ſunt: quemadmodũ & Germanorum, Belgarumque *Wade*, ſive (ut noſtri Latina plerumque in unam ſyllabam contrahere ſolent, ſeu per craſin, ſeu per apocopen) *Waey*: unde *durchwaden*, *doorwaeyen*, tranſire flumen vado. Illud tantum videtur obſtare, quod vadum,

Submittit cui tota ſuos Hiſpania faſces.
[5] Corduba non, non arce potens tibi Tarraco certat,
[6] Quæque ſinu pelagi jactat ſe Bracara dives.

ATHE-

vadum, *guado*, *gué*, *wade*, non fluvium, ſed tranſitum fluvii ſignificet. Verum id inter Barbaros facile accidere potuit, ut veram ſignificationem hujuſce vocis aliquantum depravaverint. Veriſimilius præterea eſt, Arabas ſuum *Guad* ab Hiſpanis, quam Hiſpanos ab Arabibus accepiſſe. Quum enim in initio, ſua, id eſt, vetere Hiſpanica lingua uterentur, quam etiam nunc Cantabri, hodie *los Bizcainos*, ſive *Vizcainos*, retinere creduntur; poſtquam deinceps in Romana jura conceſſerunt, Romana ut plurimum lingua loquuti ſunt: atque hinc in eorum ſermone *vadum*. Sed Romanam linguam mirum in modum cum in Hiſpania, tum in Gallia, & ipſa Italia Barbari Gothi corruperunt. Pulſis tandem Gothis ſucceſſere Arabes, & quidquid porro incorruptum fuerat, invecta partim ſua, partim vulgari Hiſpanorum lingua mutata, deformarunt: non ita tamen, ut non & ipſi aliqua alienigena adoptaverint. Ergo è Latina voce *Vadum* fecere Gothi *Guadum*, ſeu *Hwadum*, Arabes *Guad*. Nam τὸ *Gu* Gothorum veterumque Teutonum (quorum linguæ dialecto tantum differebant, reapſe vero unius erant originis) adſpiratio eſt, ſed per *Hw* prolata: quæ ſcribendi conſuetudo cum ex antiquæ Gothorum linguæ reliquiis, tum è permultis Suecorum vocabulis animadvertitur, ut ex. gr. *Hwilken*, *hwarföre*, *hwiſa*, *hwart*, &c. Sed & ipſa pronuntiatio, ut olim, quum in Suecia peregrinarer, quotidie audivi, ex ipſis pæne faucibus deducta multas literas aſpirat, quæ tamen in ſcribendo adſpirationis nota carent. Quod Anglis item familiare: unde hiſce nulli perfectius aut diſcunt aut pronuntiant Suecicam linguam, aut Suecis Anglicam. Quin imo quam ad adſpirandas literas propenſi fuerint ex annalibus antiquis patet, in quis etiam *Hlotharius*, *Hludovicus*, pro *Lotharius*, *Ludovicus* legitur. Et ſunt penes me nummi argentei antiqui idem teſtantes. Sed ut hæc magis adhuc confirmentur, quæ dixi; ipſa varietas ſcribendi apud Hiſpanos evincit τὸ *Gu* aſpirationem eſſe. Pro eo enim tam *Hu*, quam *F*, quod Æolicum Digamma eſt, indiſcriminatim ponunt: adduntque Latinis etiam à vocali incipientibus. Vt *Guebo*, *hueuo*, ovum: *Huero*, *Guero*, *Fuero*, foras: *Gueſſo*, *hueſſo*, os oſſis: *Huerfano*, *Guerfano*, orphanus, ὀρφανός: *Guarnecimiento* Hiſp. *Guarnimento* Ital. *Garniment* Gall. ornamentum. *Huerco*, orcus: *Guariſmo*, arithmetica; quod itidem ad Arabiſmum male refertur, quum ſit Græcum ἀριθμός. Atque hæc hactenus.

5. *Corduba non*] Vna ex Bæticæ Hiſpaniæ clariſſimis urbibus eſt Corduba Pomponio Melæ, & Ptolemæo. Cæſar *provinciæ caput* appellat. Strabo *Marcelli opus*. Plinius *Patriciam coloniam*. Martialis libri primi Epigrammate undetricesimo, duorum Senecarum, & unius Lucani patriam. *Cordoua* ſuis hodie vocatur. *Vinetus*.

6. *Quæque ſinu*] O quam dudum ſeges eſt, ubi Troja fuit! Everterunt & hanc cum Emerita barbari. *Braga* hodie Portogallis nuncupatur, parva urbs, in magnæ illius Bracaræ ſuburbio exſtructa. Ad cujus partem, eam, quæ orientem reſpicit, effodiuntur ſubinde veteris urbis inſignes ruinæ. Fuit autem etiam hæc *Auguſta* cognominata, ut locupletiſſimi teſtes ſunt Strabo, & Ptolemæus, & antiquæ aliquot inſcri-

ptiones, quæ Bracaræ adhuc exſtiterunt. Dubito autem, an recte à *Bracara* legantur apud Ptolemæum Βραι-κάριοι, adjecto ι primæ ſyllabæ, quos Appianus in Hiſpanicis Βρακάρους, Plinius *Bracaros* appellat. Qui tertio Naturalis hiſtoriæ, ubi univerſam citeriorem Hiſpaniam diviſit in conventus ſeptem, Carthaginenſem, Tarraconenſem, Cæſarauguſtanum, Clunienſem, Aſturum, Lucenſem, Bracarum, Bracari conventus civitates viginti quattuor, & ducenta ſeptuaginta quinque millia capitum liberorum fuiſſe ſcribit: *Ex quibus præter ipſos Bracaros*, inquit, *Vibali, Celerini, Galleci, Æquæſilici, Querquerni, citra faſtidium nominentur.* Vetuſtiſſimas duas inſcriptiones, ex iis, quas Bracaræ Auguſtæ ipſi vidimus, hic ſubjiciemus, quæ & urbis antiquitatem claritudinemque teſtentur, & illum Plinii locum veluti confirment, & illuſtrent. Vna eſt in ædicula Laurentii cujuſdam Bracarenſis Archiepiſcopi, quæ ſic habet: ISIDI AVG. SACRVM. LVCRETIA FIDA SACERD. PERP. ROM. ET AVGVS. CONVENTVVS BRACAR. AVG. D. Altera eſt extra urbem in pariete ædiculæ, in ea loca ob antiquitatis memoriam aliunde tranſlatis lapidibus: C. CÆSARI AVG. F. PONTIF. AVGVRI CALLÆCIA. Adde, quod ex illorum fide, qui antiquam, & germanam retinuerunt orthographiam, diſci poteſt, *Braccara*, *Bracharáque* vulgo in noſtris libris, pro *Bracara*: & *Gallecos* apud Plinium, cum ſua *Gallecia* apud Silium Italicum, Iuſtinum, & alios paſſim, pro *Callæcis* & *Callæcia* perperam ſcribi. In his enim ſecunda ſyllaba diphthongus eſſe debet *æ*: quæ eſt *αι* apud Strabonem, Dionem, & Ptolemæum: quam tamen ubique diſſolvunt, qui aliud eſſe & Καλλαικὸν & aliud Καλλαϊκὸν ignorant. Fit autem *Callaicus* à *Callæco*, ſicut Ἀχαϊκὸς, ab eo quod eſt Ἀχαιὸς, & *Iudaicus* à *Iudæus* Et quemadmodum qui Achæos debellavit, *Achaicus* dictus eſt Lucius Mummius, ita Brutus à ſubjugatis Callæcis *Callaicus* cognominatus: ut cum Strabone teſtatur Ovidius ſexto Faſtorum. Hinc ſunt apud Martialem aliquot locis *Callaicum metallum*, & *Callaicus Oceanus*. Quantum vero ad primam litteram attinet, ea in *Callaico* quidem ſemper ſervata eadem, in aliis vero mutata in *G* ex vulgi errore, quando *Callæcia*, *Galitia* & *Galiza*: & *Callæci*, *Galleci* Hiſpanis dici cœpti ſunt. In priori autem inſcriptione, miratus ſum, quid ſibi vellet illud CONVENTVVS. Dubium enim, an fabrile erratum ſit, an de induſtria geminata vocalis, quod veteres Latinos feciſſe Quinctilianus auctor eſt, quando ſyllaba longa eſſet. In eadem non fuit integrum Bracaræ nomen, neque in multis aliis, ſed in columellis (quatuordecim ſunt hæ) quas ex antiquæ Bracaræ reliquiis collectas Bracarenſis Archiepiſcopus quidam (ita audivimus) antiquitatis ſtudioſus circum eandem ædiculam erigendas curavit, ſic ſcriptum offendimus, inter cetera, quæ legi nequibant, BRACARA AVG. Quo autem ſinu Oceani ſe jactitare divitem Bracaram intelligit Auſonius, ea ab illo abeſt amplius ſedecim millia paſſuum: nec flumine alluitur tanto, ut eo vehi merces poſſint: ſed Bracarorum tunc ager ad ſinum uſque porrigebatur: in cujus litore portum habuerunt. Et quoniam ſita eſt Bracara inter amnes Durium & Minium, qua regione nullam in ſua Hiſpaniæ parte fertiliorem Portogalli vulgo jactant: ea altera divitiarum cauſa eſſe potuit. Eſt in ædicula, quam diximus extra urbem, lapis inſcriptus: cujus inſcriptionis hanc ſolum poſtremam partem excerpſimus, quum totam legere nequiremus: CIVES ROMANI QVI NEGOTIANTVR BRACAR. AVGVST. *Vinetus.*

1. *Nunc*

ATHENÆ. x.

NVnc & [1] terrigenis patribus memoremus Athenas,
[2] Pallados & Conſi quondam certaminis arcem.
Paci-

1. *Nunc & terrigenis patribus memoremus*] Legitur & *Trojugenis*. Quæ prior lectio, ſed alterâ, non ſine quadam gratiola, remotior. Sive ad Romanos, ſive ad Athenienſes referatur. Conſtat enim Romanos à Trojanis, unde genus duxerint, *Trojúgenas* nuncupatos. Vti vel à Iuvenale non ſemel dicitur, & Silio. Qui etiam nunc *Dardanios*, nunc *Laomedontiadas*, & *Teucros*, & *Trojanos* appellat. Sed quod ad *Terrigenas* attinet, Livius libro primo ſic ait: *Ne vana urbis magnitudo eſſet, adjicienda multitudinis cauſa (veteri conſilio condentium urbes, qui obſcuram atque humilem conciendo ad ſe multitudinem, natam è terra ſibi prolem mentiebantur) locum, qui nunc ſeptus denſis ſentibus, inter duos lucos eſt, aſylum aperit. Eo ex finitimis populis turba omnis, ſine diſcrimine liber an ſervus eſſet, avida novarum rerum perfugit. Idque primum ad cœptam magnitudinem roboris fuit.* Hinc & à Floro dictum videtur in primo bello Punico: *Ille rudis, ille paſtorius populus, vereque terreſter.* Neque etiam ſum neſcius, terræ filios haberi ſolitos ignobiles; & quorum origo neſciretur. In quam tamen ſententiam dictum ab Ovidio non putaverim, quod alii tradidere, *Iuppiter è terra genitam mentitur, ut author Deſinat inquiri.* Neque enim par erat, Iovem ipſum ignorare, quibus Iô parentibus orta foret. Quin eam terræ prorſus genuinam credi à moroſa, importuna, atque incommoda Iunone voluit. Vt omnem, ſi fieri poſſet, ulterius garriendi obtundendique materiam perſcrutaturæ, præ zelotypia muliebrique ingenio, etiam quæ Mundus ipſe non capiat, præcideret. Si quis autem, *Terrigenis patribus*, in Athenienſium gratiam, interpretandum putet (quod minus ſatisfacit) præſto ſunt Plato in Menexeno, Lucianus in Philopſeude, Iuſt. lib. II. Cenſorinus de natali die, Apulej. in Metamor. Ioſephus de antiq. terram enim Atticam hominem primo genuiſſe commenti ſunt, neque ex adventitia paſſimque collecta populi colluvie, ſed terrigenas Athenienſes eſſe, eoſque *Autochthonas* vocitari. in cujus originis argumentum, patria conſuetudine, cicadas in ſeriem aureas capite geſtabant. Quod & Thucydid. tetigit inter operis initia & Virg. quoque in Ciri:

Ritu Mopſopio tereti nectebat dente cicadæ.

Id autem inſectorum genus quomodo è terra proveniat, præter Ariſtotelem Plato tranſeunter, breviterque in Sympoſio indicat. *In terram* (inquit) *ſpargentes ſemina, cicadarum inſtar, concipiebant, atque generabant.* Mariang. Accurſius.

1. *Terrigenis patribus*] Conditoribus terræ filiis. Cecrops enim Vulcani & Terræ filius, auctore Hygino oppidum *Cecropiam* condidit: quæ Athenarum tandem arx tantum fuit, ut ſcribit Plinius libro ſeptimo. Hic tamen adeo variant auctores, ut affirmare non dubitem, eos prorſus ignoraſſe, quinam primi Athenarum conditores fuerunt. Particulam *&*, quæ vocem *terrigenis* præcedit, quidam in *ex* mutant, alii, *e*, primum fuiſſe putant, quæ præpoſitio, *e*, ſibi de inſequentis verbi principio, *t*, adjunxerit. *Vinetus.*

1. *Nunc & terrigenis*] Mallet Turnebus,

Paciferæ primum cui contigit arbor olivæ.

[3] Attica

nebus, *nunc è terrigenis*. Sed mutare non opus eſt. Quin potius Corn. Nepos gloſſa liberetur in Attici vita: *Pomponius Atticus ab origine ultima ſtirpis Romanæ generatus*: dele cum Lambino, τὸ *generatus*, quod doctiſſ. viros, tam fruſtra exercuit. Erat Atticus *ſtirpis Romanæ ab origine ultima*, id eſt, ab ipſo gentis primordio è Romanis oriundus erat. Eadem, elliptica nempe, conſtructio eſt. De qua caput eſt ſingulare Gellii, octavum libri v.

1. *Terrigenis*] Clemens Alexandrinus l. II. Pædagog. c. X. Ἀθηναίων δ' ἔμπαλιν οἱ ἀρχαῖοι, οἱ τὸ ἀστεῖον πολιτευόμενοι ἐζηλωκότες, ἐκλαθόμενοι τῆς ἀνδρείας ἐχρυσοφόρουν, ποδήρεις χιτῶνας ἐνδυόμενοι, καὶ ποδήρεις ἠμπίσχοντο. καὶ κρωβύλον, ὁ ἐμπλοκῆς ἐστιν εἶδος, ἀνεδοῦντο χρυσῶν, ἐνείροντες τεττίγων προσφορήματα. τὸ Γηγενὲς εἰς ἀληθῶς ἀπειροκαλίας τῆς κωμῳδίας ἐνδεικνύμενοι. Quem locum idcirco adduxi, quod mihi veſtis nomen poſt ἠμπίσχοντο excidiſſe, & interpres non ſatis perſpicue τὸ Γηγενὲς expreſſiſſe videbatur. χιτῶνας, unde Ionas ab Homero ἑλκεχίτωνας appellatos ait, aut ſimile quid reponi poterit. Quare vero Γηγενεῖς dicti ſint, nemo ferme ignorat; & ſi quis neſciat, Scholiaſtes inter cæteros Lycophronis docebit, qui varias hujus cognominis rationes adfert. Inde & Δῆμος Ἀθηναίων παλαίχθων dicitur in Epigrammate, quod honori Thraſybuli ab Athenienſibus inſcriptum Æſchines citat orat. in Cteſiphontem. Et Praxithea apud Euripidem libenter ſeſe filiam pro ſalute Vrbis immolandam exhibere dicit, ὅτι

— πρῶτα μὲν πόλιν
Οὐκ ἄν τιν' ἄλλην τῆσδε βελτίω λαβεῖν
Η' πρῶτα μὲν λεὼς οὐκ ἐπακτὸς ἄλλοθεν.
Αὐτόχθονες δ' ἔφυμεν.

2. *Pallados & Coſſi*] Nonnulli Codices, inſigniori mendæ indole, habent, *Coſſi*. Scribo *Conſi*. hoc eſt Neptuni. Nota eſt Neptuni ac Minervæ contentio, uter eorum Athenis imponendi nominis author fieret. Tum Conſum, cujus ſint ſolennes ludi *Hippocratia*, noſtris vero *Conſualia* vocati, conſiliorum exſtitiſſe Deum, Pompejus, Serviuſque aſſerunt. Et eundem eſſe cum *Equeſtri*, ſive *Equite Neptuno*, plures arbitrantur. Fuere autem & qui diverſum hunc Equeſtrem à marino Iovis fratre ſuſpicari non deſierint. Sed Diodorus inter cætera aſſeverat, Neptunum primum ea, quæ ad navigandum pertinent, inveniſſe, à Saturno hujuſmodi rebus præfectum: & primum equum domuiſſe, ac præcepta equeſtris artis præbuiſſe: ex eoque *Hippium* appellatum. Authoritatem quorum fidemque ſecutus Auſonius, etiam in Monoſyllabis di it:

Tum Iovis & Conſi germanus tartareus Dis. Atque alibi:

Canna convertit proles Saturnia Conſus.

Eum ubique *Conſum* nominans, quem equorum domitorem, & marinum pariter agnoſcebat. *Mariang. Accurſius.*

2. *Pallados & Conſi*] Minervæ & Neptuni. Fabula autem ſic habet. Conditis Athenis, quum Neptunus & Minerva, quæ Græcis Pallas, de illarum nomine contenderent, *placuit Diis, ut ejus nomine civitas appellaretur, qui munus melius mortalibus obtuliſſet. Tunc Neptunus percuſſo littore equum, animal bellis aptum, produxit: Minerva jacta haſta olivam creavit: quæ res eſt melior comprobata, ut pacis inſigne.* Ita Servius in librum primum Georgicôn. Hyginus paulo aliter, & Aurelius Auguſtinus octavodecimo de Civitate Dei. A Minerva itaque dictæ Athenæ. Olivam autem fuiſſe ſacram Minervæ, & primum viſam

ab

[3] Attica facundæ cujus mera gloria linguæ.
[4] Vnde per Ioniæ populos, & nomen Achæum,
[5] Verſa Graja manus, [6] centum ſe effudit in urbes.

ab Atthide, Herodotus, Plinius, Hyginus, ac alii multi tradunt. *Vinetus.*

3. *Attica facunda*] Inter reliquos Græciæ populos, facundia, lepos quidam, & feſtivitas quaſi vernacula, ac peculiaris adeſt Atticis. In Attica autem ſeu Atthide ſunt Athenæ. Vide in Eraſmi Chiliadibus proverbia *Atticus lepos*, *Attica eloquentia*, *Attica Muſa*. Vinet.

4. *Vnde per Ioniæ populos*] Ion & Achæus, à quibus Iones & Achæi populi dicti, & inde Ionia & Achaia regiones, patrem habuerunt Xuthum: matrem, unam ex filiabus Erechthei, regis Athenarum. Quo pacto autem Iones & Achæi coloniæ ſint Athenienſium, quas inſulas occuparint, urbeſque condiderint, docebunt cum Herodotus, & Marcellinus, tum Strabo in extremo libro octavo, Vellejus Paterculus libro primo, & Pauſanias in principio Achaicorum, aliiſque in locis. *Vin.*

5. *Verſaque*] Valde metuo, ne quid huic loco acciderit. Habent perpauca exemplaria particulam *que*: quam ſi deleveris, *ſa* poterit etiam produci propter ſequentem mutam cum liquida, ſicut eſt, *Libra*, *Scorpius* in carmine de ſignis cæleſtibus, ubi etiam *que* adjecerunt imperiti, *Libraque*, *Scorpius*: & *populea frons* in verſu centeſimo & ſexageſimo Technopægnii: &, *Iane nove primo*, in diſtichis de menſibus. *Id.*

5. *Verſa Graja manus*] Producitur ultima in *verſa* propter ſequentem mutam cum liquida. ſic alibi: *Libra Scorpius*, de ſignis cæl. *Pulmannus.*

6. *Centum ſe effudit in urbes*] Ex quibus coloniis ſunt Epheſus, Miletus, Colophon, Priene, Clazomenæ, in Aſia. *Vinetus.*

[1] CATINA, & SYRACVSÆ. XI.

[2] QVis Catinam ſileat? quis [3] quadruplices Syracuſas?
[4] Hanc ambuſtorum fratrum pietate celebrem,
[5] Illam

1. *Catina & Syracuſæ*] Siciliæ inſulæ urbes CATINA ET SYRACVSÆ, adhuc claræ extant: quas Romulo regnante, conditas volunt Euſebius, ſeu Hieronymus, & Caſſiodorus. Catinam autem Græcos *Catanam* dicere, monuit Hermolaus in Plinium. *Vinetus.*

2. *Quis Catinam ſileat*] Ex Strabone libro quinto, non *quadruplices* legendum videbatur, ſed *quintuplices*, quod πεντάπολις olim fuerit. Diodorus tamen Hiſtoricus τετράπολιν fuiſſe eam ſcribit. Complexas porro Syracuſas miracula Arethuſæ fontis, & Alphei amnis, eique fonti apud urbem ipſam immiſcere ſeſe incorruptum ſubter tot maria delatum fluvium (quod Strabo fabuloſum putat) Ariſtoteles in naturæ admirandis, & Mela Pomp. ſunt authores. Ovid. vero v. Metam. & Maro in Ortygia. Loci, puto, vicinitas variare rem ſcriptoribus indulſerit. Spectant enim Syracuſæ inſulam Ortygiam, vicinæque ſunt adeo, ut ponte jungantur. Nobilem præterea filiorum in Parentes pietatem Catinæ perſpectam cum Strabone quoque convenit. Qui ipſos filios, *Amphino-*

[5] Illam complexam miracula fontis & amnis.
[6] Quam maris Ionii ſubter vada ſalſa meantes

Con-

phinomum & *Anapiam*, hoc eſt τὸν Ἀμφίνομον, καὶ τὸν Ἀναπίαν nominat. Claudianus vero *Onapium* alterum, non *Anapiam*:

Cur non Amphinomo, cur non tibi fortis Onapi
Æternum ſiculus templa dicavit honos.

Niſi videatur emendandum *Anapi*. Vt ſit tam *Anapius*, quam *Anapias*. Quomodo & apud Vel. Max. libro v. reponendum arbitror. *Notiora ſunt*, inquit, *fratrum paria, Cleobis & Biton, Amphinomus & Anapus.* Ariſtoteles fuiſſe quoſdam ſenes, tradidit, eoſque vel adoleſcentes, vel civitatem ipſam nomine explicat. Silius urbem tantum:

Tum Catina nimium ardenti vicina Typhœo
Et generaſſe pios quondam celeberrima fratres.

Virgilius, quo opuſculo Ætnam canit, hanc eandem, quantum video, hiſtoriam inſeruit, ſed civitatis nomen tacuit, alterumque tantum filiorum, ſed Amphionem nominat:

Amphion fraterque pari ſub munere fortes.

Cum ſit ut opinor legendum:

Amphinomus fraterque pari ſub munere fortes.

paucis literis ob nominis ſimilitudinem interceptis, unde multiplex interpretum hallucinatio. *Mar. Accurſ.*

3. *Quadruplices Syracuſas*] Cicero actione ſexta in Verrem auctor eſt, Syracuſas conſtitiſſe ex quatuor urbibus maximis: quarum una, Inſula diceretur, in qua fons Arethuſa: Altera, Achradina: tertia, Tyche: quarta Neapolis. Florus ſeu Annæus Seneca libro ſecundo, triplicem murum Syracuſis tribuit. De ea urbe Livius non pauca, ut lib. triceſimoquincto: ubi eam cepit Marcellus. *Vinetus.*

4. *Hanc*] Catinam. Scribit autem Solinus, inter Catinam & Syracuſas certamen eſſe de horum fratrum *memoria*: *Quorum*, inquit, *nomina ſibi diverſæ partes adoptant. Si Catinenſes audiamus, Anapis fuit, & Amphinomus: ſi, quod malunt Syracuſa, Æmathiam putabimus, & Critonem. Catinenſis tamen regio cauſam dedit facto: in quam ſi quum incendia Ætna protuliſſent, juvenes duo ſublatos parentes evexerunt inter flammas illæſi ignibus. Horum memoriam ita poſteritas munerata eſt, ut ſepulchri locus nominaretur Campus piorum.* Hæc ille. Refertur miraculum hoc in eo libro, qui Ariſtoteli inſcribitur περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων, & in libro ſexto Geographiæ Strabonis. Eſt quoque Claudiano hoc memoratum in elegia, cui titulus, *De piis fratribus*, & Severo in Ætna, Valer. Max. lib. v. c. iv. Æliano, Martiali, Pauſaniæ in Phocicis. *Vinetus.*

4. *Hanc ambuſtorum*] Narrant præterea hiſtoriam, aut meminerunt, Apulejus de Mundo, D. Auguſtinus lib. iii. Civ. Dei, cap. xxxi. Photius ex Procopio p. 144. & 449. Lycurgus in Orat. p. 159.

5. *Illam*] Syracuſas. Hoc miraculum Geographorum nemo non retulit: notique ſunt ex poëtis Arethuſæ & Alphei amores. Nam in Syracuſarum Inſula, ut modo dictum eſt, fons eſt Arethuſa: in quo viſuntur jacta in Alphêum amnem Peloponneſiaco litori infuſum: unde ille creditur non ſe conſociare pelago, ſed ſubter maria, terraſque depreſſus, in Siciliam agere alveum: atque illic ſe rurſus extollere: ubi Arethuſæ nomen accipit. *Vinetus.*

6. *Quam maris*] An conſociare urbem dici poſſint fons & amnis, qui prope urbem ſibi miſcentur, junguntur que, merito ambigam. Si ſit res mei judicii, cenſeam legendum, *qua maris Ionii*, ſicut & Hugolettus.

1. *Tolo-*

Conſociant dulces placita ſibi ſede liquores,
Incorruptarum miſcentes oſcula aquarum.

[1] TOLOSA. XII.

NOn unquam [2] altricem noſtri reticebo Toloſam,
[3] Coctilibus muris quam circuit [4] ambitus ingens,
Perque latus pulchro prælabitur amne Garumna:
Innumeris cultam populis, confinia propter
[5] Ninguida Pyrenes, & pinea [6] Cæbennarum,
Inter-

1. *Toloſam*] Tectoſagorum urbem, inter Cemmenum & Pyrenæum, Galliæ Narbonenſi attribuunt Cæſar, Pomponius Mela, Marcellinus, & alii. Antiquiſſima clariſſimaque urbs, nomen priſcum adhuc retinuit. Plurima de Toloſa tradiderunt Strabo libro quarto, & Iuſtinus triceſimo ſecundo: quorum hodie pauciſſima cognoſcas. *Vinetus.*

2. *Altricem noſtri*] Vide, quæ ſcripſimus in tertium carmen Parentalium de AEmilio Arborio. *Vinet.*

3. *Coctilibus muris*] Ex cocto latere factis, quales Babyloniæ Ovidio libro quarto Metamorphoſeon, & Diodoro Siculo, lapidum ſilicumque inopia. *Vin.*

4. *Ambitus ingens*] Et nunc ille ingens. Paucas enim habent noſtræ Galliæ urbes Toloſa majores: attamen quoniam ipſa cum aliàs, tum Albigenſis dogmatis tempeſtate, multa & gravia tulit, non eſt mihi dubium, quin longe major, & opulentior fuerit, quo tempore hæc ſcribebat Auſonius: qui & eam ipſam quintuplicem appellat in epiſtola ad Paulinum, quaſi quæ ex quinque urbibus conſtaret: qua ratione Syracuſas eſſe quadruplices dictas, modo oſtendimus. *Idem.*

5. *Ninguida Pyrenes*] *Ninguida Pyrenai*, in epiſtola viceſima tertia ad Paulinum. Nam *Pyrene*, unde eſt genitivus Græcus *Pyrenes*, & *Pyrenaus*, & *Pyrenai*, inveniuntur pro eodem apud Titum Livium, & alios Latinos: ſed ut *Pyrenaus* frequenter, ita *Pyrenai* raro ſine adjectione. Mons eſt, qui Hiſpaniam Galliamque diſterminat, promuntoriis in duo diverſa maria projectis, id eſt, oceanum, & mediterraneum, quod & internum Latinis appellatur. *Pyrenes* nomen quia ab igne, qui Græcis πῦρ dicitur, factum videri poteſt, memoriæ prodiderunt, ut Diodorus Sicul. 6. lib. igne a paſtoribus forte injecto, totam eam regionem montanam, ubi plurimæ ſilvæ, continuis aliquot annis deflagraſſe, & inde montem *Pyrenæum* cognominatum. Aliis placet ἀπὸ τοῦ πυρὸς quidem nomen factum, ſed alia ratione. Aut enim, quod tempeſtatum tempore, quæ illic frequentes, cæleſtibus illis ignibus totus mons diu ardere videatur: aut quod montis innumera juga in flammæ formam cœlum verſus altiſſima ferantur. Nonnulli item (ex his eſt Silius poëta Hiſp. lib. 3.) montem nominatum à *Pyrene* volunt, Bebrycis cujuſdam filia, qui horum locorum rex fuit: ad quem divertit Hercules, quum Hiſpaniam peteret: & *Pyrenen* compreſſit. Quæ quum poſt Herculis diſceſſum, ſerpentem peperiſſet, *patrias exhorruit iras*, & confeſtim ſola profugit in ſaltum. Vbi

Inter Aquitanas gentes & nomen Iberum.
[7] Quæ modo quadruplices ex ſe quum effuderit urbes,
Non ulla exhauſtæ ſentit diſpendia plebis:
Quos genuit cunctos gremio complexa colonos.

Vbi reverſus Hercules diu quæſitam, quam erat ducturus, à feris laniatam invenit, deflet, ſepelit: nomenque inde monti. At hæc fabuloſa Plinius judicavit III Natural. Hiſt. *Vinetus.*

6. *Cabennarum*] Pauca ſunt montium nomina, quæ non utroque numero uſurpata reperiantur. Vnus enim mons, quum in multa juga aſſurgit, & in multa quaſi membra diffunditur, multi montes eſſe videntur. *Gebenna* ergo & *Gebennæ* idem. Quod nomen quia *C* pro *G* habebat in vetuſto Lugdunenſi codice, & *Cemmenum*, id eſt, Κέμμενον Strabonis, Ptolemæi, & aliorum Græca appellant, librarios noſtros corrupiſſe facile crediderim: & *Cebennam*, *Cebennas*, *Cebennicoſque* montes apud Cæſarem, Melam, Lucanum, Plinium, & alios ſcribi debere. Ad hæc quum in hoc ſpondaico verſu prima *Cebennarum* ſyllaba producatur, quæ in Carm. de Narbone, & apud Lucanum corripitur, hæc quoque obſervaſſe in eodem codice non tacebimus, hoc loco, ubi ea longa eſt, diphthongorum primam eſſe *a*, ſequenti vero Carmine, ubi brevis eſt, ſolam ſubjunctivam *e* vocalem. *Vinet.*

7. *Quæ modo quadruplices*] Quæ ſint hæ quattuor Toloſatium coloniæ, nemini nunc compertum eſſe arbitror. Sed nec ſatis video, quæ ſit *quintuplex* Toloſa, in verſu 83. epiſt. Auſonii XXIV. Hæc enim urbs, quæ noſtris temporibus una eſt ex maximis Galliæ civitatibus, multo amplior quondam fuit. Et ut in unis Syracuſis quattuor quondam fuerunt magnæ urbes, ut modo oſtendimus, unde Auſonius *quadruplices Syracuſas* appellavit, ſic una Toloſa quinque urbes poteſt eſſe complexa: quare Auſonius *quincuplicem* appellarit. Toloſam vero appellat coloniam Ptolemæus. Sed quando & abs quo deducta, & qui coloni fuerint, id non memini legiſſe. *Id.*

NARBO. XIII,

[1] NEc tu Martie Narbo ſilebere: nomine cujus
Fuſa per immenſum quondam provincia regnum,
Obtinuit

1. *Nec tu Martie Narbo*] Ita quædam urbium nomina terminata apud Latinos, & in *ων* apud Græcos, genere maſculino uſurpata inveniuntur. Polybius libro tertio: μεταξὺ τοῦ τε Ταναΐδος ποταμοῦ, καὶ τοῦ Νάρβωνος. Dio triceſimo octavo: τὴν δὲ Οὐεσοντίωνα τὴν τῶν Σηκουανῶν πόλιν. Sic Ovidio patria ſua Sulmo *gelidis uberrimus undis* dicitur. Sic Ἵππων βασιλικὸς & Ἵππων διάῤῥυτος Ptolemæi & aliorum Græcorum, ſunt *Hippo regius*, & *Hippo diarrhytus*, Tito Livio, Pomponio Melæ, & aliis Latinis. Martialis tamen in epigrammate ſeptuageſimo primo libri octavi, Narbonem quoque etiam feminino genere protulit. Dictus eſt autem hic Narbo, *Narbona* quoque quondam, inflexione prima, & genere femi-

Obtinuit multos dominandi jure colonos.

Inſi-

feminino, uti apud Suetonium, Eutropium, Marcellinum, legimus. Dictus & Νάρβων, Ναρβωνησία quoque Græcis, vel Stephano auctore. Quem dicit Iſidorus libro quinctodecimo etymologiarum à propriis colonis conditum fuiſſe. Narbonem autem non ſemel coloniam à Romanis deductam fuiſſe comperimus. Deduxit primus poſt domitos à Longinis, Domitiis, & Fabiis Gallos Tranſalpinos Lucius Licinius Craſſus orator, quum adhuc eſſet adoleſcens, ut meminit Cicero in libro de Claris oratoribus, Lucio Porcio Catone, Quincto Marcio Rege conſulibus: quemadmodum Paterculus & Eutropius ſcribunt: quem putamus annum ſexcenteſimum & triceſimum ſextum ab Roma condita, & centeſimum & quinctumdecimum ante Chriſtum natum. Abs qua prima deductione, non dubito, quin Narbo ſit *Martius* cognominatus: quamvis id cognomentum unde invenerit, compertum non habeam. Cicero pro Fontejo: *Eſt in eadem provincia Narbo Martius, colonia noſtrorum civium, ſpecula populi Romani, ac propugnaculum iſtis ipſis nationibus oppoſitum & objectum.* Mela libro ſecundo: *Sed anteſtat omnes Atacinorum, Decumanorumque colonia: unde olim iis terris auxilium, nunc & nomen & decus eſt, Martius Narbo.* A Martia legione *Martium Narbonem* appellatum potius exiſtimaverim. Sic ut quæ decima numerabatur inter Romanas legiones, *Martia* etiam fortaſſe cognominata quondam fuerit: ex cujus veteranis, & Narbonenſibus civibus compoſita colonia, Narbo Martius ſit dictus. Deductam vero iterum Narbonem coloniam Cajo Iulio Cæſare Dictatore, Suetonius Tranquillus in rebus Tiberii Auguſti ſcribit: deduxiſſeque patrem ipſius Tiberii Tiberium Claudium Neronem. Quod fuit ante Chriſtum natum non plus quadragintatribus annis. Poſt quæ tempora invenio non tantum *Martium*, verum etiam *coloniam Iuliam Paternam*, Narbonem eſſe nuncupatum. Anno namque à Chriſto nato milleſimo quingenteſimo & ſexageſimo ſexto in eodem ipſo Narbone effoſſum eſt marmor: in quo hæc inſculpta erant. Quæ ſimul atque in manus Narbonenſium antiquitatis ſtudioſorum pervenerunt, ad me Toloſa Burdigalam miſit ſcire deſcripta vir amiciſſimus Franciſcus Roaldes, idemque juris Profeſſor doctiſſimus. *Tito Statilio Tauro, Lucio Caßio Longino conſulibus, decimo Calendas Octobres, numini Auguſti votum ſuſceptum à plebe Narbonenſium in perpetuum.* *Quod bonum, fauſtum, felixque ſit Imperatori Cæſari Divi filio, Auguſto, Patri patriæ, Pontifici Maximo, Tribunicia poteſtate triceſimum quartum, conjugi, liberis, gentique ejus, Senatui, populóque Romano, & colonis, incoliſque colonia Iulia Paterna Narbonis Marcii, qui ſe numini ejus in perpetuum colendo obligaverunt, plebs Narbonenſium aram Narbone in foro poſuit: ad quam quotannis nono Calendas Octobres, qua die eum ſæculi felicitas orbi terrarum rectorem edidit, tres equites Romani à plebe, & tres libertini, beſtias ſingulas immolent: & colonis, & incolis, ad ſupplicandum numini ejus, thus, & vinum de ſuo, ea die præſtent. Et octavo Calendas Octobres, thus, vinum, colonis & incolis item præſtent. Calendis quoque Ianuariis thus & vinum colonis & incolis præſtent. Septimo quoque Idus Ianuarias, qua die, primum, imperium orbis terrarum auſpicatus eſt, thure, vino ſupplicent. Et hoſtias ſingulas immolent. Et colonis incoliſque, thus, vinum ea die præſtent. Et pridie Calendas Iunias, quod ea die Tito Statilio Tauro, Marco Æmilio Lepido Conſulibus, judicia plebis decurionibus conjunxit, beſtias ſingulas immolent:*

lent:

Inſinuant qua ſe [2] Sequanis [3] Allobroges oris :
Excluduntque Italos Alpina cacumina fines :
[4] Qua Pyrenaicis nivibus dirimuntur Iberi :
Qua rapitur præceps Rhodanus [5] genitore Lemanno ,
[6] Interiuſque premunt Aquitanica rura Cebennæ ,
[7] Vſque in Tectoſagos [8] paganica nomina Volcas ,

Totum

lent : & thus & vinum ad ſupplicandum numini ejus colonis & incolis præſtent. Exque iis tribus equitibus , Romanis . . . . libertinis unu . . . . . Ita hic paucula quædam verba effractum marmor amiſerat : ſed in ejus dextera facie hæc fuerunt. *Plebs Narbonenſis aram numinis Auguſti dedicavit legibus iis , quæ infra ſcripta ſunt. Numen Cæſaris Auguſti patris patriæ, quando tibi hodie hanc aram dabo , dedicabóque , his legibus , hiſque regionibus dabo dedicabóque : quas hic hodie palam dixero , Vti infimum ſolum hujúſque aræ, titulorúmque eſt , ſiquis tergere , ornare , reficere volet , quod beneficii cauſa fiat , jus faſque eſto. Sive quis hoſtia ſacrum faxit , qui magmentum nec protollat , idcirco tamen probe factum eſto. Si quis huic aræ donum dare , augeréque volet , liceto. Eademque lex ei dono eſto , quæ aræ eſt. Cetera leges huic aræ , tituliſque eadem ſunto , quæ ſunt aræ Dianæ in Aventino. Hiſce legibus , híſque regionibus ſic , uti dixi , hanc tibi aram pro Imperatore Cæſare Auguſto , patre patriæ , Pontifice Maximo , Tribunicia poteſtate triceſimum quinctum , conjuge , liberis, gentéque ejus , Senatu ; populóque Romano , colonis , incoliſque coloniæ Iuliæ Paternæ Narbonis Martii , qui ſe numini ejus in perpetuum colendo obligaverunt , dóque , dedicóque: uti ſies volens propitius.* Vinet.

2. *Sequanis*] *Sequani* & *Sequana* , apud Lucanum , Martialem, & alios producitur : Auſonius in his paullo liberior eſſe ſolet : quippe qui in *Phidia* primam , in *Scatinia* , & *trigóno* & *tetragóno* ſecundas natura longas corripuerit : at contra in *matricida* ſecundam natura brevem produxit in libro de Cæſaribus , niſi forte *Matriſcida* ſcripſerit pro *Matricida.* Vinet.

3. *Allobroges*] Olim partes illarum tenuerunt regionum , quas nunc Sabaudiam , & Delphinatum nominamus. *Idem.*

4. *Qua Pyrenaicis nivibus*] Ita vet. liber. *Scaliger.*

4. *Qua Pyrenais nivibus*] *Pyrenaicis* pro *Pyrenais* liber antiquus. *Vinetus.*

5. *Genitore Lemano*] Hic eſt , qui nunc vulgo , aliis *Genevæ* , aliis *Loxanæ lacus* appellatur. Ex Alpibus , quæ ſupra lacum ſunt Lemanum , ortus , per medium ipſum lacum quam celerrime Lugdunum contendit. Ita Rodanum non generat Lemanus : niſi forte à lacu gigni fluvium intelligas , qui lacum egrediens , aliquantam ejus aquarum vim cum ſuis auferat, & ſic plenior, tumidiorque exeat, quam ſit ingreſſus. *Vinetus.*

6. *Interiuſque premunt*] Montes Cebennæ Galliam Narbonenſem ab Aquitania diſterminantes , ipſam intrant Aquitaniam. Hic autem *Aquitaniæ* ſecundam ſyllabam corripit Auſonius , quam modo producebat. *Vinet.*

7. *Vſque in Teutoſagos*] Ita omnia Auſoniana exemplaria ſcribere obſervavimus : quos , omnes Geographi , *Tectoſagos*, *C* pro *V* ſcribunt, aliique auctores. *Id.*

8. *Paganaque nomina Belcas*] *Belcas* ſeu *Bolcas* vocat *nomina pagana*, hoc eſt, pagos, ut, *Nomen Aquitanum*, hoc eſt, Aquitanos ipſos : quod habitarent per pagos , ut Helvetii. late enim patet *pagi* appellatio , ut & civitatis. Sic in veteribus monimentis Chriſtianorum

rum martyrum ſemper legitur, *Pagus Velaunus*, hoc eſt tota præpoſitura Velaunorum: & *pagus Gabalus*: & ſic de aliis: Vnde Gallica lingua retinuit, ſed corrumpens more ſuo. dicit enim *pays*. Non enim pronunciat *g*, ante vocalem. ut, *pagare*, quod ductum eſt à *pacare, payer. plaga, playe*, &c. Pleraque Gallia olim non ſolum per civitates, ſed & per pagos habitabatur. Sic apud Plinium *pagus Geſſoriacus* intelligitur non de uno vico, ſed de magno modo agri, atque adeo de una gente quantumvis numeroſa. Nam ſine dubio totus ille tractus, qui pertinet à Normannis Belgis ad Bononiam, dicebatur Geſſoriacus pagus, Bononiam vero *Geſſoriacum* dictam fuiſſe charta notitiæ imperii, quam Peutingerus communicavit Beato Renano, facile declarat. In ea enim, inquit Renanus, ſcriptum fuit, *Geſſoriaco, quod nunc Bononia*. Ne credas unquam Bononiam Geſſoriacum dictum fuiſſe. Semper enim eam appellationem habuit. ſed eſſe urbem ſeu civitatem pagi Geſſoriaci. Sic poſſumus dicere, Bituriges Vibiſci, quod nunc Burdigala: non quod Burdigala ſit Bituriges Vibiſci: ſed quod Biturigum Vibiſcorum. Sic Bononia non eſt Geſſoriacus, ſed Geſſoriaci pagi. Et non eſt, quod aliud nomen ei attribuamus, cum vetus illud ſit, patet ex Ammiano, & Olympiodoro, qui ſcripſit hiſtoriam Honorii ſenioris, & Theodoſii, & Honorii junioris. Is loquens de Conſtantino tyranno, cujus poſtea conſtitutionem producemus, ita ſcribit: τὰς Βρεττανίας ἐάσας, περαιοῦται ἅμα τοῖς αὐτοῦ ἐπὶ Βονωνίαν πόλιν οὕτω καλουμένην παραθαλασσίαν, καὶ πρώτην ἐν τοῖς τῶν Γαλατῶν ὅροις κειμένην. Ea verba protuli, quia is auctor adhuc in ſcriniis & armariis Bibliothecarum deliteſcit. Quare apud Sozomenum lib. IX. loquentem de eadem re error eſt, Βουβωνίαν pro Βονωνίαν. Verba ſunt hæc: περαιωθεὶς δὲ Κωνσταντῖνος, ἀπὸ Βρεττανίας ἐπὶ Βουβωνίαν πόλιν τῆς Γαλατίας παρὰ θάλασσαν κειμένην, προσεταιρίζετο τοὺς παρὰ Γαλάταις καὶ Ἀκυϊτανοῖς στρατιώτας. Scaliger.

8. *Primavo nomine Belgas*] Sic quædam exemplaria. Alia, *pana que nomina Belgas*: alia, *paganaque nomina Belgas*: ubi legendum cenſuit Beatus Rhenanus libro primo rerum Germanicarum, *Germanaque nomina Belgas*: quod Cæſar in ſecundo belli Gallici commentario, ſe à Remis edoctum fuiſſe ſcribat, pleroſque Belgas à Germanis ortos eſſe, Renumque antiquitus traductos propter loci fertilitatem ibidem conſediſſe: Galloſque, qui ea loca incolerent, expuliſſe: ſed quid hoc ad Tectoſages, & Narbonenſis Galliæ terminos? porro membraneus codex, pro *Belgas*, *Belcas* habebat, quos apud Cæſarem, Livium, Strabonem, Trogum, Melam, Plinium, Silium, Ptolemæum, Οὐόλκας & *Volcas* ſcriptos invenio, Galliæ Narbonenſis gentem: majorum Trogi Pompeji patriam, ſicut ipſe ait in extremo libro quadrageſimo tertio: qui nunc fere *Langedochi* appellantur, inter Rodanum & Pyrenæum. In utraque quidem Rodani ripa conſtituit *Volcas* Titus Livius libro viceſimo primo, ſed alii omnes, quantum equidem memini, in altera tantum, ea ſcilicet, quæ Pyrenæum & Hiſpaniam ſpectat. Quos in duo genera diſtribuunt, in Tectoſagos & Arecomicos. Sic enim apud Cæſarem, Strabonem, Ptolemæum illi diſtinguuntur: ut inepti ſint Ptolemæi interpretes, qui *Volcæ & Tectoſagi*, *Volcæ & Arecomici* interjecta copula ſcripſerunt, pro *Volcæ Tectoſagi*, *Volcæ Arecomici*, ſine conjunctione: ut ipſa Græca recte habent: *Tenent*, inquit Ptolemæus, *partes Galliæ Narbonenſis ad Occidentem maxime ſpectantes, Volcæ Tectoſages, quorum urbes mediterraneæ ſunt, Illiberis, Ruſcino, Toloſa colonia, Ceſſero, Carcaſo, Batira, Narbo Colonia. Poſt hos autem uſque ad Rodanum fluvium, Volcæ Aricomii* (Sic enim ſunt apud

Totum Narbo fuit. [9] Tu Gallia prima togati
Nominis attollis Latio proconſule faſces.
Quis memoret [10] portuſque tuos, monteſque lacuſque?
Quis populos vario diſcrimine veſtis, & oris?
Quodque tibi quondam [11] Pario de marmore templum
Tantæ molis erat, quantam non ſperneret olim
[12] Tarquinius, Catuluſque iterum, poſtremus & ille,
Aurea

apud Ptolemæum Volcæ Ἀρεκόμιοι, qui apud Cæſarem *Arecomici*, & Strabonem Ἀρεκόμισκοι) *quorum urbes mediterraneæ, Vindomagus, Nemauſus colonia.* Hæc Ptolemæus, iiſque non diſſimilia Strabo de Volcis utriſque. Quorum priſca nomina in ore vulgi hodie non agnoſco, niſi forte Volcarum, ſi eoſdem eſſe Belcas mihi fatearis. Ea namque pars Galliæ Narbonenſis, cujus princeps eſt Nemauſus, urbſque exigua in proxima Rodani ripa, *Belcaria* vulgo appellatur. Narbonenſis itaque Galliæ fuerint hi termini Auſonio, mare internum, Alpes, lacus Lemanus, Rodanus, Sequani, Cebennæ ſive Cemmenus, Belcæ, Teƈtoſages, & Pyrenæus ſaltus. *Vinetus.*

8. *Paganica nomina Volcas*] Ita procul dubio ſcribendum. delectatus eſt noſter eo epitheto. Sic in Moſella: *Fugit laſcivos paganica numina Faunos.* & epiſt. ad Theonem: *Fumanteſque nidum paganica lumina tædas.* Et in Præfat. ad Syagrium legendum liquet:

Sed quo noſtrates Aquitanica nomina multos
Collatos, non & ſubditus aſpicerem.

9. *Tu Gallia prima*] Quæ in Gallia Tranſalpina Romanorum prima fuiſti provincia. Hæc & ἀντονομαστικῶς PROVINCIA nuncupata eſt: quod nomen adhuc ſervavit ejus pars, in qua Maſſilia & Aquæ Sextiæ: at ubi Narbo & Bæteræ, vocatur *Languedoc*: ubi Vienna, & Gratianopolis, *Delphinatus.* Vbi vero Centrones, & Garoceli, & Oƈtodurus, *Sabaudia.* Vinet.

10. *Portuſque tuos*] Habet Gallia Narbonenſis multos quidem, & nobiles portus, ſed Narbo ipſe, nunc nullum, aut ſi quem habet, is tam antiquæ urbis claritudine indignus eſt. A mari autem per lacum, Rubreſum Pomponio Melæ appellatum, & Atacem, qui in eum lacum influit, aſcendunt minora navigia uſque Narbonem: qui ab eodem mari non plus ſeptem millia paſſuum abeſſe putatur. *Vinetus.*

11. *Vario*] Legitur & *Pario*: *Pario quondam de marmore templum.* Vinet.

12. *Tarquinius, Catuluſque iterum, poſtremus & ille*] Ita legendum. Tarquinius Priſcus quinƈtus Romanorum rex, Capitolium inchoavit. Tarquinius Superbus ſeptimus abſolvit. Dedicavit Marcus Horatius Pulvillus. Syllana autem Marianaque civilia bella, annis poſt quadringentis & viginti quattuor, Scipione & Norbano Conſulibus, illud primum incenderunt. Inſtaurare ſtatim Dictator Sylla aggreſſus eſt: ſed eo morte intercepto, abſolutum dedicavit Quinƈtus Catulus, Quinƈto Metello, & Quinƈto Hortenſio conſulibus. Incenſum fuit iterum annis poſt centum & triginta ſex, anno à Chriſto nato, ſicut in Euſebii chronicis putatur, ſeptuageſimo ſecundo, à Vitellio tyranno. Quod reſtituere orſus Veſpaſianus, neſcio, an ipſe abſolutum viderit: ſed arſit rurſus ſub Titi mortem, refecitque, ac conſecravit Domitianus Imperator Titi frater, ad

Aurea qui ſtatuit Capitoli culmina Cæſar?
Te maris Eoi merces, & Iberica ditant
Æquora: te claſſes Libyci, Siculique profundi:
Et quicquid vario per flumina, per freta curſu
Advehitur, toto tibi navigat orbe [13] κατάπλους.

ad annum Chriſti nonageſimum. Horum præter Euſebium, & Hieronymum, auctores mihi ſunt Plutarchus in Publicola, Suetonius, Tacitus, Dio, Eutropius. Narbonenſis autem illius Capitolii, & ſi quod unquam Narbone fuit aliud opus egregium, nullum exſtat veſtigium. *Vinetus.*

13. Κατάπλους] Interpretantur *adnavigationem.* Volunt Græci eſſe κατάπλουν, τὴν εἰς τὸ λιμένα ἔλευσιν; id eſt, acceſſum ſeu reditum in portum. Hoc duobus locis apud Sidonium legi verbum, in epiſtola octava libri ſexti, & in ſeptima ſeptimi. Strabo autem libro quarto Narbonem ſic laudat, ut eum dicat eſſe non ſolum Volcarum ſuorum, verum etiam aliorum Gallorum portum, & mercatum. *Id.* Vindicianus:

Et quicquid confert medicis Lagea cataplus.

[1] BVRDIGALA. XIV.

[2] IMpia jam dudum condemno ſilentia, quod te,
O patria, [3] inſignem Baccho, fluviiſque, viriſque,
Mori-

1. *Burdigala*] Sita eſt in Garumnæ dextra ripa ad Pyrenæum pertinente: quo fluvio & monte Aquitaniam Cæſar, definit primo commentariorum Gallicorum. Gentem autem, quæ in ea Aquitania Burdigalam condidit, vocant Strabo & Ptolemæus Βιτούριγας, id eſt, *Bituriges*: ſicque faciunt duplices in Gallia Bituriges. Alios enim ad Ligerim fluvium ponunt, ubi nunc *Berri*, & Βούργες dicimus. Diſtinguebanturque hæc duo genera cognominibus. Nam Ligerianos Bituriges, appellant illi Κούβους, id eſt, *Cubos*, ſicut & Plinius: Garumnanos Bituriges, Strabo Ἰόσκους, id eſt, *Ioſcos*, Plinius *Vbiſcos*: Ptolemæus Οὐιβίσκους, id eſt, *Vibiſcos*, ſive *Viviſcos*, *v* conſonante in prima & ſecunda ſyllaba, ſicut priſcæ inſcriptiones in ipſa media Burdigala adhuc retinuerunt. Angulorum ipſius ad Garumnam inferior Τροπέιτε vulgo dicitur. Ibi caſtellum eſt, & in eo marmor, in cujus una planitie hæc inſcriptio eſt: AVGVSTO SACRVM ET GENIO CIVITATIS BIT. VIV. Quiſquis hic Auguſtus ſit, ac quocunque in loco poſitum, & cuicui uſui hoc monumentum quondam fuerit. Effoſſum fuit nuper è fundamentis antiquorum mœnium Burdigalæ, lapis, in quo ſic fuiſſe ſcriptum Architectus, qui vidit, mihi aſſeverabat: IVL. LVPVS. CIV. BITVRIX BVRDIG. D. E. ANN. XXXV. FIL. EIVS. P. C. Bituriges autem VIVISCOS, hoc eſt, Burdigalenſes, Biturigum Cuborum fuiſſe coloniam Strabo his verbis mihi innuere videtur: Ἐκβάλλει δ' ὁ μὲν Γαρούνας τρισὶ ποταμοῖς αὐξηθεὶς, εἰς τὸ μεταξὺ Βιτουρίγων τε τῶν Ἰόσκων ἐπικαλουμένων καὶ Σαντόνων, ἀμφοτέρων Γαλατικῶν ἐθνῶν. Μόνον γὰρ δὴ τὸ τῶν Βιτουρίγων τούτων ἔθνος ἐν τοῖς Ἀκυιτανοῖς ἀλλόφυλον, καὶ οὐ συντελεῖ

Moribus, ingeniiſque hominum, procerumque ſenatu,
Non inter primas memorem: [4] quaſi conſcius urbis
Exiguæ immeritas dubitem contingere laudes.
Non pudor hinc nobis. [5] Nec enim mihi barbara Rheni
Ora, nec Arctoo domus eſt glacialis in Hæmo.
Burdigala eſt natale ſolum: clementia cœli
Mitis ubi, & riguæ larga indulgentia terræ;
[6] Ver longum, brumæque breves, [7] juga frondea ſubſunt.
[8] Fervent æquoreos imitata fluenta meatus.
[9] Quadrua murorum ſpecies, ſic [10] turribus altis
Ardua,

πλεῖ αὐτοῖς. Hoc enim loco Strabo ſic Aquitaniam & Galliam accipit, quomodo deſcripſerat Cæſar in primo Commentariorum Gallicorum Aquitaniam à montibus Pyrenæis ad fluvium uſque Garumnam. Galliam ab eodem Garumna ad amnes Matronam, & Sequanam. In qua Gallia fere media, Liger & Bituriges Cubi. *Vinetus.*

2. *Impia jamdudum*] Impius, inquit, eſſem in patriam, ſi tacerem ejus laudes. *Vinet.*

3. *Inſignem Baccho*] Vino, fluviis, & reliquis, quæ hic enumerat Auſonius, adhuc maxime nobilis Burdigala. *Vin.*

4. *Quaſi conſcius urbis exiguæ*] Parva certe urbs Burdigala tempore Auſonii: quod hodieque ex ipſis antiquis mœnibus cognoſci poteſt. Ea non plus centum & quattuor jugera colligebat, quæ multis partibus poſtea fuit amplificata, ceterum longe alia figura, & menſura difficiliore. Quare hanc hauddum mihi vacavit diligentius dimetiri. Tantum nunc de amplitudine ejus tradam, quod ex eorum ichnographia deprehendi, qui muniendæ præfecti fuerunt anno Chriſti milleſimo quingenteſimo & quinquageſimo ſeptimo, noſtræ ſcilicet ætatis Burdigalam quadringenta & quinquaginta minimum jugera obtinere ſoli. *Idem.*

5. *Nec enim mihi barbara Rheni*] Sic vetus ille codex, non ut ediderunt Lugdunenſes. *Id.*

6. *Ver longum*] Ex Horatio lib. II, od. VI.

Ver ubi longum, tepidaſque præbet
Iuppiter brumas.

7. *Iuga frondea ſubſunt*] SVBSVNT hic pro ſuperiora ſunt, ſupereminent, & ſe magis attollunt, poſitum videtur. *Sub* namque præpoſitio, quæ proprie ſubter & infra ſignificat, interdum contrariam habere ſignificationem reperitur, ut in *Subnixo*, apud Gellium libro ſeptimodecimo; & in Gallo Virgilii:

Quantum vere novo viridis ſe ſubjicit
alnus.

Vbi *ſubjicit*, exponit vetus commentator, ſurſum jacit, & ſuperjacit. Pro, *breves. juga frondea ſubſunt*, Lugdunenſe exemplar habet, *novo cum ſole tepentes.* Subjungitque verſum, qui in aliis nec reperitur, nec legi debet:

Æſtiſluique amnes, quorum juga vitea ſubter. Vinetus.

8. *Fervent æquoreos*] Garumna, qui Burdigalam alluit, bis quotidie in modum Oceani, in quem ſe exonerat, refluit: ſentitque maris æſtum plus quinquaginta millia paſſuum ſupra Burdigalam. *Vinet.*

9. *Quadrua murorum ſpecies*] Non plane quadrata, ut Geometræ quadratam formam accipiunt, ſed oblonga,

Ardua, ut aërias intrent faſtigia nubes.
[11] Diſtinctas interne vias mirere, domorum
Diſpoſitum, [12] & latas nomen ſervare plateas:
Tum reſpondentes directa in compita portas,
[13] Per mediumque urbis fontani fluminis alveum.
Quem pater Oceanus refluo quum impleverit æſtu,
[14] Ad-

longa, id eſt, ἑτερομήκης. Nam latus ſeptentrionale, & meridianum aliis paullo majora, ex ipſis deprehendi reliquiis murorum. *Vinet.*

10. *Turribus altis ardua*] Quæ adhuc ex iis agnoſcuntur multæ, omnes truncæ ſunt & mutilæ. Muri vero illi pedes circiter triginta alti fuerunt: lati duodecim. *Idem.*

11. *Diſtinctas interne vias mirere*] *Interne* pro *internus*. Quod non ſemel ſupra in Auſonio notamus. Nunc enim internum ſitum Burdigalæ deſcribit, cum ſuperius externum deſignaſſet. *Scaliger.*

11. *Diſtinctas interne vias*] Hunc verſum laborare vidit doctiſſimus Vinetus, videre & alii. In antiqua editione Vgoletti & aliorum deſideratur. Pulmanniana legit: *Diſtincta interiore vias.* Verum ſcripſiſſe Auſonium perſuaſiſſimum habeo:

Diſtinctas mirere vias, mirere domorum
Diſpoſitum.

Sæpe priſcis ſcriptoribus fraudi fuit repetitio vocis ejuſdem, ut multis exemplis viri docti declararunt. Nob. Heinſius præcipue plurifariam ad Ovidium. *Grævius.*

11. *Diſtinctas interne vias*] *Interne* adverbium hic, non autem vocativus adjectivi eſt. Adverbia vero veteres aliquando corripuiſſe docebit Gifanius in indice Lucretiano. Idem in noſtro correptum quoque exſtat in epiſt. ſec. ad Theonem, ut & in Heptaſticho Thaletis *amice* & *inimice.*

12. *& latas nomen ſervare plateas*] Ita lege ex vet. libro. Nam πλατεῖαι, Græce. Sic ad Axium Paulum ſcribens, conqueritur plateas nomen perdere propter volgum, ut ipſe loquitur, congregem. *Scaliger.*

13. *Per mediumque urbis fontani fluminis alveum*] In Occidentali Burdigalenſis agri parte, fontes ſunt non pauci: ex quibus aqua quum ad urbem confluxit, ejus pars per foſſam, ſecundum muros, in Garumnam fertur. Pars vero ipſam influit urbem, idque duobus locis, inter Epiſcopi ædes caſtellumque cognomento *Farı*, ubi *Peuga* nominatur, & poſt adverſam earundem Epiſcopi ædium partem, DIVICI *a* nomine. Exit hæc ſubterraneo rivo, & per Cloacam, in Garumnam, pone Petri Apoſtoli. Hunc igitur intelligo dici *fontani fluminis alveum* per medium urbis: in quo tum navale fuiſſe, ſatis indicant, quæ ſubduntur, *Quem pater Oceanus.* Cujus navalis etiam meminit in Euchariſtico, auctor anonymos, ſed tamen Burdigalenſis:

Tandem autem exacto longarum fine viarum,
Majorum in patriam, tectiſque advectus avitis,
Burdigalam veni: cujus ſpecioſa Garumna
Mœnibus Oceani refluas maris invehit undas
Navigeram per portam: qua portum ſpatioſum
Nunc etiam muris ſpecioſa includit in urbe.

Cujus tamen navalis nullum nunc agnoſcitur veſtigium: ſed alterius, quo ampliata urbe Burdigalenſes uſi ſunt in Peuga ſupradicto, extra ipſam Auſonii Burdigalam. Hujus clara extant

ptiones, quæ Bracaræ adhuc exſtiterunt. Dubito autem, an recte à *Bracara* legantur apud Ptolemæum Βραικάριοι, adjecto ι primæ ſyllabæ, quos Appianus in Hiſpanicis Βρακάρους, Plinius *Bracaros* appellat. Qui tertio Naturalis hiſtoriæ, ubi univerſam citeriorem Hiſpaniam diviſit in conventus ſeptem, Carthaginenſem, Tarraconenſem, Cæſarauguſtanum, Clunienſem, Aſturum, Lucenſem, Bracarum, Bracari conventus civitates viginti quattuor, & ducenta ſeptuaginta quinque millia capitum liberorum fuiſſe ſcribit: *Ex quibus præter ipſos Bracaros*, inquit, *Vibali, Celerini, Galleci, Æqueſilici, Querquerni, citra faſtidium nominentur.* Vetuſtiſſimas duas inſcriptiones, ex iis, quas Bracaræ Auguſtæ ipſi vidimus, hic ſubjiciemus, quæ & urbis antiquitatem claritudinemque teſtentur, & illum Plinii locum veluti confirment, & illuſtrent. Vna eſt in ædicula Laurentii cujuſdam Bracarenſis Archiepiſcopi, quæ ſic habet: ISIDI AVG. SACRVM. LVCRETIA FIDA SACERD. PERP. ROM. ET AVGVS. CONVENTVVS BRACAR. AVG. D. Altera eſt extra urbem in pariete ædiculæ, in ea loca ob antiquitatis memoriam aliunde tranſlatis lapidibus: C. CÆSARI AVG. F. PONTIF. AVGVRI CALLÆCIA. Adde, quod ex illorum fide, qui antiquam, & germanam retinuerunt orthographiam, diſci poteſt, *Braccara*, *Bracharáque* vulgo in noſtris libris, pro *Bracara*: & *Gallecos* apud Plinium, cum ſua *Gallecia* apud Silium Italicum, Iuſtinum, & alios paſſim, pro *Callæcis* & *Callæcia* perperam ſcribi. In his enim ſecunda ſyllaba diphthongus eſſe debet *æ*: quæ eſt αι apud Strabonem, Dionem, & Ptolemæum: quam tamen ubique diſſolvunt, qui aliud eſſe & Καλλαϊκὸν & aliud Καλλαικὸν ignorant. Fit autem *Callaïcus* à *Callæco*, ſicut Ἀχαϊκὸς, ab eo quod eſt Ἀχαιὸς, & *Iudaicus* à *Iudæus* Et quemadmodum qui Achæos debellavit, *Achaïcus* dictus eſt Lucius Mummius, ita Brutus à ſubjugatis Callæcis *Callaïcus* cognominatus: ut cum Strabone teſtatur Ovidius ſexto Faſtorum. Hinc ſunt apud Martialem aliquot locis *Callaicum metallum*, & *Callaicus Oceanus*. Quantum vero ad primam litteram attinet, ea in *Callaico* quidem ſemper ſervata eadem, in aliis vero mutata in *G* ex vulgi errore, quando *Callacia*, *Galizia* & *Galiza*: & *Callaci*, *Galleci* Hiſpanis dici cœpti ſunt. In priori autem inſcriptione, miratus ſum, quid ſibi vellet illud CONVENTVVS. Dubium enim, an fabrile erratum ſit, an de induſtria geminata vocalis, quod veteres Latinos feciſſe Quinctilianus auctor eſt, quando ſyllaba longa eſſet. In eadem non fuit integrum Bracaræ nomen, neque in multis aliis, ſed in columellis (quatuordecim ſunt hæ) quas ex antiquæ Bracaræ reliquiis collectas Bracarenſis Archiepiſcopus quidam (ita audivimus) antiquitatis ſtudioſus circum eandem ædiculam erigendas curavit, ſic ſcriptum offendimus, inter cetera, quæ legi nequibant, BRACARA AVG. Quo autem ſinu Oceani ſe jactitare divitem Bracaram intelligit Auſonius, ea ab illo abeſt amplius ſedecim millia paſſuum: nec flumine alluitur tanto, ut eo vehi merces poſſint: ſed Bracarorum tunc ager ad ſinum uſque porrigebatur: in cujus litore portum habuerunt. Et quoniam ſita eſt Bracara inter amnes Durium & Minium, qua regione nullam in ſua Hiſpaniæ parte fertiliorem Portogalli vulgo jactant: ea altera divitiarum cauſa eſſe potuit. Eſt in ædicula, quam diximus extra urbem, lapis inſcriptus: cujus inſcriptionis hanc ſolum poſtremam partem excerpſimus, quum totam legere nequiremus: CIVES ROMANI QVI NEGOTIANTVR BRACAR. AVGVST. *Vinetus.*

1. *Nunc*

ATHENÆ. x.

NVnc & [1] terrigenis patribus memoremus Athenas,
[2] Pallados & Conſi quondam certaminis arcem.

Paci-

1. *Nunc & terrigenis patribus memoremus*] Legitur & *Trojugenis*. Quæ prior lectio, ſed alterâ, non ſine quadam gratiola, remotior. Sive ad Romanos, ſive ad Athenienſes referatur. Conſtat enim Romanos à Trojanis, unde genus duxerint, *Trojúgenas* nuncupatos. Vti vel à Iuvenale non ſemel dicitur, & Silio. Qui etiam nunc *Dardanios*, nunc *Laomedontiadas*, & *Teucros*, & *Trojanos* appellat. Sed quod ad *Terrigenas* attinet, Livius libro primo ſic ait: *Ne vana urbis magnitudo eſſet, adjiciendæ multitudinis cauſa (veteri conſilio condentium urbes, qui obſcuram atque humilem conciendo ad ſe multitudinem, natam è terra ſibi prolem mentiebantur) locum, qui nunc ſeptus denſis ſentibus, inter duos lucos eſt, aſylum aperit. Eo ex finitimis populis turba omnis, ſine diſcrimine liber an ſervus eſſet, avida novarum rerum perfugit. Idque primum ad cœptam magnitudinem roboris fuit.* Hinc & à Floro dictum videtur in primo bello Punico: *Ille rudis, ille paſtorius populus, vereque terreſter.* Neque etiam ſum neſcius, terræ filios haberi ſolitos ignobiles; & quorum origo neſciretur. In quam tamen ſententiam dictum ab Ovidio non putaverim, quod alii tradidere, *Iuppiter è terra genitam mentitur, ut author Deſinat inquiri.* Neque enim par erat, Iovem ipſum ignorare, quibus Iö parentibus orta foret. Quin eam terræ prorſus genuinam credi à moroſa, importuna, atque incommoda Iunone voluit. Vt omnem, ſi fieri poſſet, ulterius garriendi obtundendique materiam perſcrutaturæ, præ zelotypia muliebrique ingenio, etiam quæ Mundus ipſe non capiat, præcideret. Si quis autem, *Terrigenis patribus*, in Athenienſium gratiam, interpretandum putet (quod minus ſatisfacit) præſto ſunt Plato in Menexeno, Lucianus in Philopſeude, Iuſt. lib. II. Cenſorinus de natali die, Apulej. in Metamor. Ioſephus de antiq. terram enim Atticam hominem primo genuiſſe commenti ſunt, neque ex adventitia paſſimque collecta populi colluvie, ſed terrigenas Athenienſes eſſe, eoſque *Autochthonas* vocitari. in cujus originis argumentum, patria conſuetudine, cicadas in ſeriem aureas capite geſtabant. Quod & Thucydid. tetigit inter operis initia & Virg. quoque in Ciri:

Ritu Mopſopio tereti nectebat dente cicada.

Id autem inſectorum genus quomodo è terra proveniat, præter Ariſtotelem Plato tranſeunter, breviterque in Sympoſio indicat. *In terram* (inquit) *ſpargentes ſemina, cicadarum inſtar, concipiebant, atque generabant.* Mariang. Accurſius.

1. *Terrigenis patribus*] Conditoribus terræ filiis. Cecrops enim Vulcani & Terræ filius, auctore Hygino oppidum *Cecropiam* condidit: quæ Athenarum tandem arx tantum fuit, ut ſcribit Plinius libro ſeptimo. Hic tamen adeo variant auctores, ut affirmare non dubitem, eos prorſus ignoraſſe, quinam primi Athenarum conditores fuerunt. Particulam *&*, quæ vocem *terrigenis* præcedit, quidam in *ex* mutant, alii, *e*, primum fuiſſe putant, quæ præpoſitio, *e*, ſibi de inſequentis verbi principio, *t*, adjunxerit. *Vinetus.*

1. *Nunc & terrigenis*] Mallet Turnebus,

Paciferæ primum cui contigit arbor olivæ.

³ Attica

nebus, *nunc è terrigenis.* Sed mutare non opus eſt. Quin potius Corn. Nepos gloſſa liberetur in Attici vita: *Pomponius Atticus ab origine ultima ſtirpis Romana generatus:* dele cum Lambino, τὸ *generatus*, quod doctiſſ. viros, tam fruſtra exercuit. Erat Atticus *ſtirpis Romana ab origine ultima*, id eſt, ab ipſo gentis primordio è Romanis oriundus erat. Eadem, elliptica nempe, conſtructio eſt. De qua caput eſt ſingulare Gellii, octavum libri v.

1. *Terrigenis*] Clemens Alexandrinus l. II. Pædagog. c. x. Ἀθηναίων δ' ἐμεμήλει οἱ ἀρχαῖοι, οἱ τὸ ἀστεῖον πολίτευμα ἐζηλωκότες, ἐκλελησμένοι τ' ἀνδρεπρεπίας ἐχρυσοφόρουν, ποδήρεις χιτῶνας ἐνδεδυμένοι, καὶ ποδήρεις ἠμπίσχοντο. καὶ κρωβύλον, ὁ ἐμπλοκῆς ἐστιν εἶδος, ἀνεδοῦντο χρυσῶν, ἐνείροντες τέττιγας κοσμούμενοι. τὸ Γηγενὲς ὡς ἀληθῶς ἐπιδεικνύμενοι τῆς κωμῳδίας ἐνδεικνύμενοι. Quem locum idcirco adduxi, quod mihi veſtis nomen poſt ἠμπίσχοντο excidiſſe, & interpres non ſatis perſpicue τὸ Γηγενὲς expreſſiſſe videbatur. πέπλους, unde Ionas ab Homero ἑλκεσιπέπλους appellatos ait, aut ſimile quid reponi poterit. Quare vero Γηγενεῖς dicti ſint, nemo ferme ignorat; & ſi quis neſciat, Scholiaſtes inter cæteros Lycophronis docebit, qui varias hujus cognominis rationes adfert. Inde & Δῆμος Ἀθηναίων παλαίχθων dicitur in Epigrammate, quod honori Thraſybuli ab Athenienſibus inſcriptum Æſchines citat orat. in Cteſiphontem. Et Praxithea apud Euripidem libenter ſeſe filiam pro ſalute Vrbis immolandam exhibere dicit, ὅτι

—— πρῶτα μὲν πόλιν
Οὐκ ἄν τιν' ἄλλην τῆσδ' ἂν βελτίω λαβεῖν.
Ἧ πρῶτα μὲν λεὼς οὐκ ἐπακτὸς ἄλλοθεν.
Αὐτόχθονες δ' ἔφυμεν.

2. *Pallados & Conſi*] Nonnulli Codices, inſigniori mendæ indole, habent, *Coſſi*. Scribo *Conſi*. hoc eſt Neptuni. Nota eſt Neptuni ac Minervæ contentio, uter eorum Athenis imponendi nominis author fieret. Tum Conſum, cujus ſint ſolennes ludi *Hippocratia*, noſtris vero *Conſualia* vocati, conſiliorum exſtitiſſe Deum, Pompejus, Serviuſque aſſerunt. Et eundem eſſe cum *Equeſtri*, ſive *Equite Neptuno*, plures arbitrantur. Fuere autem & qui diverſum hunc Equeſtrem à marino Iovis fratre ſuſpicari non deſierint. Sed Diodorus inter cætera aſſeverat, Neptunum primum ea, quæ ad navigandum pertinent, inveniſſe, à Saturno hujuſmodi rebus præfectum: & primum equum domuiſſe, ac præcepta equeſtris artis præbuiſſe: ex eoque *Hippium* appellatum. Authoritatem quorum fidemque ſecutus Auſonius, etiam in Monoſyllabis dixit:

Tum Iovis & Conſi germanus tartareus Dis. Atque alibi:

Cana convertit proles Saturnia Conſus.

Eum ubique *Conſum* nominans, quem equorum domitorem, & marinum pariter agnoſcebat. *Mariang. Accurſius.*

2. *Pallados & Conſi*] Minervæ & Neptuni. Fabula autem ſic habet. Conditis Athenis, quum Neptunus & Minerva, quæ Græcis Pallas, de illarum nomine contenderent, *placuit Diis, ut ejus nomine civitas appellaretur, qui munus melius mortalibus obtuliſſet. Tunc Neptunus percuſſo littore equum, animal bellis aptum, produxit: Minerva jacta haſta olivam creavit: quæ res eſt melior comprobata, ut pacis inſigne.* Ita Servius in librum primum Georgicôn. Hyginus paulo aliter, & Aurelius Auguſtinus octavodecimo de Civitate Dei. A Minerva itaque dictæ Athenæ. Olivam autem fuiſſe ſacram Minervæ, & primum viſam

ab

[3] Attica facundæ cujus mera gloria linguæ.
[4] Vnde per Ioniæ populos, & nomen Achæum,
[5] Verſa Graja manus, [6] centum ſe effudit in urbes.

ab Atthide, Herodotus, Plinius, Hyginus, ac alii multi tradunt. *Vinetus.*

3. *Attica facunda*] Inter reliquos Græciæ populos, facundia, lepos quidam, & feſtivitas quaſi vernacula, ac peculiaris adeſt Atticis. In Attica autem ſeu Atthide ſunt Athenæ. Vide in Eraſmi Chiliadibus proverbia *Atticus lepos*, *Attica eloquentia*, *Attica Muſa.* Vinet.

4. *Vnde per Ionia populos*] Ion & Achæus, à quibus Iones & Achæi populi dicti, & inde Ionia & Achaia regiones, patrem habuerunt Xuthum: matrem, unam ex filiabus Erechthei, regis Athenarum. Quo pacto autem Iones & Achæi coloniæ ſint Athenienſium, quas inſulas occuparint, urbeſque condiderint, docebunt cum Herodotus, & Marcellinus, tum Strabo in extremo libro octavo, Vellejus Paterculus libro primo, & Pauſanias in principio Achaicorum, aliiſque in locis. *Vin.*

5. *Verſaque*] Valde metuo, ne quid huic loco acciderit. Habent perpauca exemplaria particulam *que*: quam ſi deleveris, *ſa* poterit etiam produci propter ſequentem mutam cum liquida, ſicut eſt, *Libra*, *Scorpius* in carmine de ſignis cæleſtibus, ubi etiam *que* adjecerunt imperiti, *Libraque*, *Scorpius*: & *populea frons* in verſu centeſimo & ſexageſimo Technopægnii: &, *Iane nove primo*, in diſtichis de menſibus. *Id.*

5. *Verſa Graja manus*] Producitur ultima in *verſa* propter ſequentem mutam cum liquida. ſic alibi: *Libra Scorpius*, de ſignis cæl. *Pulmannus.*

6. *Centum ſe effudit in urbes*] Ex quibus coloniis ſunt Epheſus, Miletus, Colophon, Priene, Clazomenæ, in Aſia. *Vinetus.*

[1] CATINA, & SYRACVSÆ. XI.

[2] QVis Catinam ſileat? quis [3] quadruplices Syracuſas?
[4] Hanc ambuſtorum fratrum pietate celebrem,
[5] Illam

1. *Catina & Syracuſa*] Siciliæ inſulæ urbes CATINA ET SYRACVSÆ, adhuc claræ exſtant: quas Romulo regnante, conditas volunt Euſebius, ſeu Hieronymus, & Caſſiodorus. Catinam autem Græcos *Catanam* dicere, monuit Hermolaus in Plinium. *Vinetus.*

2. *Quis Catinam ſileat*] Ex Strabone libro quinto, non *quadruplices* legendum videbatur, ſed *quintuplices*, quod πεντάπολις olim fuerit. Diodorus tamen Hiſtoricus τετράπολιν fuiſſe eam ſcribit. Complexas porro Syracuſas miracula Arethuſæ fontis, & Alphei amnis, eique fonti apud urbem ipſam immiſcere ſeſe incorruptum ſubter tot maria delatum fluvium (quod Strabo fabuloſum putat) Ariſtoteles in naturæ admirandis, & Mela Pomp. ſunt authores. Ovid. vero v. Metam. & Maro in Ortygia. Loci, puto, vicinitas variare rem ſcriptoribus indulſerit. Spectant enim Syracuſæ inſulam Ortygiam, vicinæque ſunt adeo, ut ponte jungantur. Nobilem præterea filiorum in Parentes pietatem Catinæ perſpectam cum Strabone quoque convenit. Qui ipſos filios, *Amphino-*

[5] Illam complexam miracula fontis & amnis.
[6] Quam maris Ionii ſubter vada ſalſa meantes
Con-

phinomum & *Anapiam*, hoc eſt τὸν Ἀμφίνομον, καὶ τὸν Ἀνάπιαν nominat. Claudianus vero *Onapium* alterum, non *Anapiam*:

Cur non Amphinomo, cur non tibi fortis Onapi
Æternum ſiculus templa dicavit honos.

Niſi videatur emendandum *Anapi.* Vt ſit tam *Anapius*, quam *Anapias.* Quomodo & apud Vel. Max. libro v. reponendum arbitror. *Notiora ſunt*, inquit, *fratrum paria, Cleobis & Biton, Amphinomus & Anapus.* Ariſtoteles fuiſſe quoſdam ſenes, tradidit, eoſque vel adoleſcentes, vel civitatem ipſam nomine explicat. Silius urbem tantum:

Tum Catina nimium ardenti vicina Typhæo
Et generaſſe pios quondam celeberrima fratres.

Virgilius, quo opuſculo Ætnam canit, hanc eandem, quantum video, hiſtoriam inſeruit, ſed civitatis nomen tacuit, alterumque tantum filiorum, ſed Amphionem nominat:

Amphion fraterque pari ſub munere fortes.

Cum ſit ut opinor legendum:

Amphinomus fraterque pari ſub munere fortes.

paucis literis ob nominis ſimilitudinem interceptis, unde multiplex interpretum hallucinatio. *Mar. Accurſ.*

3. *Quadruplices Syracuſas*] Cicero actione ſexta in Verrem auctor eſt, Syracuſas conſtitiſſe ex quatuor urbibus maximis: quarum una, Inſula diceretur, in qua fons Arethuſa: Altera, Achradina: tertia, Tyche: quarta Neapolis. Florus ſeu Annæus Seneca libro ſecundo, triplicem murum Syracuſis tribuit. De ea urbe Livius non pauca, ut lib. triceſimoquinto: ubi eam cepit Marcellus. *Vinetus.*

4. *Hanc*] Catinam. Scribit autem Solinus, inter Catinam & Syracuſas certamen eſſe de horum fratrum *memoria: Quorum*, inquit, *nomina ſibi diverſa partes adoptant. Si Catinenſes audiamus, Anapis fuit, & Amphinomus: ſi, quod malunt Syracuſa, Æmathiam putabimus, & Critonem. Catinenſis tamen regio cauſam dedit facto: in quam ſi quum incendia Ætna protuliſſent, juvenes duo ſublatos parentes evexerunt inter flammas illæſi ignibus. Horum memoriam ita poſteritas munerata eſt, ut ſepulchri locus nominaretur Campus piorum.* Hæc ille. Refertur miraculum hoc in eo libro, qui Ariſtoteli inſcribitur περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων, & in libro ſexto Geographiæ Strabonis. Eſt quoque Claudiano hoc memoratum in elegia, cui titulus, *De piis fratribus*, & Severo in Ætna, Valer. Max. lib. v. c. iv. Æliano, Martiali, Pauſaniæ in Phocicis. *Vinetus.*

4. *Hanc ambuſtorum*] Narrant præterea hiſtoriam, aut meminerunt, Apulejus de Mundo, D. Auguſtinus lib. iii. Civ. Dei, cap. xxxi. Photius ex Procopio p. 144, & 449. Lycurgus in Orat. p. 159.

5. *Illam*] Syracuſas. Hoc miraculum Geographorum nemo non retulit: notique ſunt ex poëtis Arethuſæ & Alphei amores. Nam in Syracuſarum Inſula, ut modo dictum eſt, fons eſt Arethuſa: in quo viſuntur jacta in Alphêum amnem Peloponneſiaco litori infuſum: unde ille creditur non ſe conſociare pelago, ſed ſubter maria, terraſque depreſſus, in Siciliam agere alveum: atque illic ſe rurſus extollere: ubi Arethuſæ nomen accipit. *Vinetus.*

6. *Quam maris*] An conſociare urbem dici poſſint fons & amnis, qui prope urbem ſibi miſcentur, junguntурque, merito ambigam. Si ſit res mei judicii, cenſeam legendum, *qua maris Ionii*, ſicut & Hugolettus.

I. Tolo-

Conſociant dulces placita ſibi ſede liquores,
Incorruptarum miſcentes oſcula aquarum.

[1] TOLOSA. XII.

NOn unquam [2] altricem noſtri reticebo Toloſam,
[3] Coctilibus muris quam circuit [4] ambitus ingens,
Perque latus pulchro prælabitur amne Garumna:
Innumeris cultam populis, confinia propter
[5] Ninguida Pyrenes, & pinea [6] Cæbennarum,
Inter-

1. *Toloſam*] Tectoſagorum urbem, inter Cemmenum & Pyrenæum, Galliæ Narbonenſi attribuunt Cæſar, Pomponius Mela, Marcellinus, & alii. Antiquiſſima clariſſimaque urbs, nomen priſcum adhuc retinuit. Plurima de Toloſa tradiderunt Strabo libro quarto, & Iuſtinus triceſimo ſecundo: quorum hodie pauciſſima cognoſcas. *Vinetus.*

2. *Altricem noſtri*] Vide, quæ ſcripſimus in tertium carmen Parentalium de AEmilio Arborio. *Vinet.*

3. *Coctilibus muris*] Ex cocto latere factis, quales Babyloniæ Ovidio libro quarto Metamorphoſeon, & Diodoro Siculo, lapidum ſilicumque inopia. *Vin.*

4. *Ambitus ingens*] Et nunc ille ingens. Paucas enim habent noſtræ Galliæ urbes Toloſa majores: attamen quoniam ipſa cum aliàs, tum Albigenſis dogmatis tempeſtate, multa & gravia tulit, non eſt mihi dubium, quin longe major, & opulentior fuerit, quo tempore hæc ſcribebat Auſonius: qui & eam ipſam quintuplicem appellat in epiſtola ad Paulinum, quaſi quæ ex quinque urbibus conſtaret: qua ratione Syracuſas eſſe quadruplices dictas, modo oſtendimus. *Idem.*

5. *Ninguida Pyrenes*] *Ninguida Pyrenai*, in epiſtola viceſima tertia ad Paulinum. Nam *Pyrene*, unde eſt genitivus Græcus *Pyrenes*, & *Pyrenæus*, & *Pyrenai*, inveniuntur pro eodem apud Titum Livium, & alios Latinos: ſed ut *Pyrenæus* frequenter, ita *Pyrenai* raro ſine adjectione. Mons eſt, qui Hiſpaniam Galliamque diſterminat, promuntoriis in duo diverſa maria projectis, id eſt, oceanum, & mediterraneum, quod & internum Latinis appellatur. *Pyrenes* nomen quia ab igne, qui Græcis πῦρ dicitur, factum videri poteſt, memoriæ prodiderunt, ut Diodorus Sicul. 6. lib. igne a paſtoribus forte injecto, totam eam regionem montanam, ubi plurimæ ſilvæ, continuis aliquot annis deflagraſſe, & inde montem *Pyrenæum* cognominatum. Aliis placet ἀπὸ τῦ πυρὸς quidem nomen factum, ſed alia ratione. Aut enim, quod tempeſtatum tempore, quæ illic frequentes, cæleſtibus illis ignibus totus mons diu ardere videatur: aut quod montis innumera juga in flammæ formam cœlum verſus altiſſima ferantur. Nonnulli item (ex his eſt Silius poëta Hiſp. lib. 3.) montem nominatum à *Pyrene* volunt, Bebrycis cujuſdam filia, qui horum locorum rex fuit: ad quem divertit Hercules, quum Hiſpaniam peteret: & *Pyrenen* compreſſit. Quæ quum poſt Herculis diſceſſum, ſerpentem peperiſſet, *patrias exhorruit iras*, & confeſtim ſola profugit in ſaltum. Vbi

Inter Aquitanas gentes & nomen Iberum.
7 Quæ modo quadruplices ex ſe quum effuderit urbes,
Non ulla exhauſtæ ſentit diſpendia plebis:
Quos genuit cunctos gremio complexa colonos.

Vbi reverſus Hercules diu quæſitam, quam erat ducturus, à feris laniatam invenit, deflet, ſepelit: nomenque inde monti. At hæc fabuloſa Plinius judicavit III Natural. Hiſt. *Vinetus.*

6. *Cebennarum*] Pauca ſunt montium nomina, quæ non utroque numero uſurpata reperiantur. Vnus enim mons, quum in multa juga aſſurgit, & in multa quaſi membra diffunditur, multi montes eſſe videntur. *Gebenna* ergo & *Gebennæ* idem. Quod nomen quia *C* pro *G* habebat in vetuſto Lugdunenſi codice, & *Cemmenum*, id eſt, Κέμμενον Strabonis, Ptolemæi, & aliorum Græca appellant, librarios noſtros corrupiſſe facile crediderim: & *Cebennam*, *Cebennas*, *Cebennicoſque* montes apud Cæſarem, Melam, Lucanum, Plinium, & alios ſcribi debere. Ad hæc quum in hoc ſpondaico verſu prima *Cebennarum* ſyllaba producatur, quæ in Carm. de Narbone, & apud Lucanum corripitur, hæc quoque obſervaſſe in eodem codice non tacebimus, hoc loco, ubi ea longa eſt, diphthongorum primam eſſe *a*, ſequenti vero Carmine, ubi brevis eſt, ſolam ſubjunctivam *e* vocalem. *Vinet.*

7. *Quæ modo quadruplices*] Quæ ſint hæ quattuor Toloſatium coloniæ, nemini nunc compertum eſſe arbitror. Sed nec ſatis video, quæ ſit *quincuplex* Toloſa, in verſu 83. epiſt. Auſonii XXIV. Hæc enim urbs, quæ noſtris temporibus una eſt ex maximis Galliæ civitatibus, multo amplior quondam fuit. Et ut in unis Syracuſis quattuor quondam fuerunt magnæ urbes, ut modo oſtendimus, unde Auſonius *quadruplices Syracuſas* appellavit, ſic una Toloſa quinque urbes poteſt eſſe complexa: quare Auſonius *quincuplicem* appellarit. Toloſam vero appellat coloniam Ptolemæus. Sed quando & abs quo deducta, & qui coloni fuerint, id non memini legiſſe. *Id.*

NARBO. XIII,

1 NEc tu Martie Narbo ſilebere: nomine cujus
Fuſa per immenſum quondam provincia regnum,
Obtinuit

1. *Nec tu Martie Narbo*] Ita quædam urbium nomina terminata apud Latinos, & in *ων* apud Græcos, genere maſculino uſurpata inveniuntur. Polybius libro tertio: *μεταξὺ τοῦ τε Ταρρακῶνος πολισμοῦ*, καὶ τοῦ Νάρβωνος. Dio tricesimo octavo: *τὴν δὲ Οὐεσοντίωνα τὴν τῶν Σηκουανῶν πόλιν.* Sic Ovidio patria ſua Sulmo *gelidis uberrimus undis* dicitur. Sic Ἱππὼν *βασιλικὸς* & Ἱππὼν *διάῤῥυτος* Ptolemæi & aliorum Græcorum, ſunt *Hippo regius*, & *Hippo diarrhytus*, Tito Livio, Pomponio Melæ, & aliis Latinis. Martialis tamen in epigrammate ſeptuageſimo primo libri octavi, Narbonem quoque etiam feminino genere protulit. Dictus eſt autem hic Narbo, *Narbona* quoque quondam, inflexione prima, & genere femi-

Obtinuit multos dominandi jure colonos.

Inſi-

feminino, uti apud Suetonium, Eutropium, Marcellinum, legimus. Dictus & Νάρβων, Ναρβωνησία quoque Græcis, vel Stephano auctore. Quem dicit Iſidorus libro quinctodecimo etymologiarum à propriis colonis conditum fuiſſe. Narbonem autem non ſemel coloniam à Romanis deductam fuiſſe comperimus. Deduxit primus poſt domitos à Longinis, Domitiis, & Fabiis Gallos Tranſalpinos Lucius Licinius Craſſus orator, quum adhuc eſſet adoleſcens, ut meminit Cicero in libro de Claris oratoribus, Lucio Porcio Catone, Quincto Marcio Rege conſulibus: quemadmodum Paterculus & Eutropius ſcribunt: quem putamus annum ſexcenteſimum & triceſimum ſextum ab Roma condita, & centeſimum & quinctumdecimum ante Chriſtum natum. Abs qua prima deductione, non dubito, quin Narbo ſit *Martius* cognominatus: quamvis id cognomentum unde invenerit, compertum non habeam. Cicero pro Fontejo: *Eſt in eadem provincia Narbo Martius, colonia noſtrorum civium, ſpecula populi Romani, ac propugnaculum iſtis ipſis nationibus oppoſitum & objectum.* Mela libro ſecundo: *Sed anteſtat omnes Atacinorum, Decumanorumque colonia: unde olim iis terris auxilium, nunc & nomen & decus eſt, Martius Narbo.* A Martia legione *Martium Narbonem* appellatum potius exiſtimaverim. Sic ut quæ decima numerabatur inter Romanas legiones, *Martia* etiam fortaſſe cognominata quondam fuerit: ex cujus veteranis, & Narbonenſibus civibus compoſita colonia, Narbo Martius ſit dictus. Deductam vero iterum Narbonem coloniam Cajo Iulio Cæſare Dictatore, Suetonius Tranquillus in rebus Tiberii Augusti ſcribit: deduxiſſeque patrem ipſius Tiberii Tiberium Claudium Neronem. Quod fuit ante Chriſtum natum non plus quadragintatribus annis. Poſt quæ tempora invenio non tantum *Martium*, verum etiam *coloniam Iuliam Paternam*, Narbonem eſſe nuncupatum. Anno namque à Chriſto nato milleſimo quingenteſimo & ſexageſimo ſexto in eodem ipſo Narbone effoſſum eſt marmor: in quo hæc inſculpta erant. Quæ ſimul atque in manus Narbonenſium antiquitatis ſtudioſorum pervenerunt, ad me Toloſa Burdigalam miſit ſcite deſcripta vir amiciſſimus Franciſcus Roaldes, idemque juris Profeſſor doctiſſimus. *Tito Statilio Tauro, Lucio Caſſio Longino conſulibus, decimo Calendas Octobres, numini Auguſti votum ſuſceptum à plebe Narbonenſium in perpetuum. Quod bonum, fauſtum, felixque ſit Imperatori Cæſari Divi filio, Auguſto, Patri patriæ, Pontifici Maximo, Tribunicia poteſtate triceſimum quartum, conjugi, liberis, gentique ejus, Senatui, populóque Romano, & colonis, incoliſque coloniæ Iuliæ Paternæ Narbonis Marcii, qui ſe numini ejus in perpetuum colendo obligaverunt, plebs Narbonenſium aram Narbone in foro poſuit: ad quam quotannis nono Calendas Octobres, qua die eum ſæculi felicitas orbi terrarum rectorem edidit, tres equites Romani à plebe, & tres libertini, beſtias ſingulas immolent: & colonis, & incolis, ad ſupplicandum numini ejus, thus, & vinum de ſuo, ea die præſtent. Et octavo Calendas Octobres, thus, vinum, colonis & incolis item præſtent. Calendis quoque Ianuariis thus & vinum colonis & incolis præſtent. Septimo quoque Idus Ianuarias, qua die, primum, imperium orbis terrarum auſpicatus eſt, thure, vino ſupplicent. Et beſtias ſingulas immolent. Et colonis incoliſque, thus, vinum ea die præſtent. Et pridie Calendas Iunias, quod ea die Tito Statilio Tauro, Marco Æmilio Lepido Conſulibus, judicia plebis decurionibus conjunxit, beſtias ſingulas immolent:*

Inſinuant qua ſe [2] Sequanis [3] Allobroges oris:
Excluduntque Italos Alpina cacumina fines:
[4] Qua Pyrenaicis nivibus dirimuntur Iberi:
Qua rapitur præceps Rhodanus [5] genitore Lemanno,
[6] Interiuſque premunt Aquitanica rura Cebennæ,
[7] Vſque in Tectoſagos [8] paganica nomina Volcas,
Totum

lent: & thus & vinum ad ſupplicandum numini ejus colonis & incolis præſtent. Exque iis tribus equitibus, Romanis .... libertinis unu ..... Ita hic paucula quædam verba effractum marmor amiſerat: ſed in ejus dextera facie hæc fuerunt. *Plebs Narbonenſis aram numinis Auguſti dedicavit legibus iis, quæ infra ſcripta ſunt. Numen Cæſaris Auguſti patris patriæ, quando tibi hodie hanc aram dabo, dedicabóque, his legibus, hiſque regionibus dabo dedicabóque: quas hic hodie palam dixero, Vti infimum ſolum hujúſque aræ, titulorúmque eſt, ſiquis tergere, ornare, reficere volet, quod beneficii cauſa fiat, jus faſque eſto. Sive quis hoſtia ſacrum faxit, qui magmentum nec protollat, idcirco tamen probe factum eſto. Si quis huic aræ donum dare, augeréque volet, liceto. Eademque lex ei dono eſto, quæ aræ eſt. Ceteræ leges huic aræ, tituliſque eædem ſunto, quæ ſunt aræ Dianæ in Aventino. Hiſce legibus, híſque regionibus ſic, uti dixi, hanc tibi aram pro Imperatore Cæſare Auguſto, patre patriæ, Pontifice Maximo, Tribunicia poteſtate triceſimum quinctum, conjuge, liberis, gentéque ejus, Senatu; populóque Romano, colonis, incoliſque coloniæ Iuliæ Paternæ Narbonis Martii, qui ſe numini ejus in perpetuum colendo obligaverunt, dóque, dedicóque: uti ſies volens propitius.* Vinet.

2. *Sequanis*] *Sequani* & *Sequana*, apud Lucanum, Martialem, & alios producitur: Auſonius in his paullo liberior eſſe ſolet: quippe qui in *Phidia* primam, in *Scatinia*, & *trigóno* & *tetragóno* ſecundas natura longas corripuerit: at contra in *matricida* ſecundam natura brevem produxit in libro de Cæſaribus, niſi forte *Matriſcida* ſcripſerit pro *Matricida*. Vinet.

3. *Allobroges*] Olim partes illarum tenuerunt regionum, quas nunc Sabaudiam, & Delphinatum nominamus. *Idem.*

4. *Qua Pyrenaicis nivibus*] Ita vet. liber. *Scaliger.*

4. *Qua Pyrenais nivibus*] *Pyrenaicis* pro *Pyrenais* liber antiquus. *Vinetus.*

5. *Genitore Lemano*] Hic eſt, qui nunc vulgo, aliis *Geneva*, aliis *Lozanæ lacus* appellatur. Ex Alpibus, quæ ſupra lacum ſunt Lemanum, ortus, per medium ipſum lacum quam celerrime Lugdunum contendit. Ita Rodanum non generat Lemanus: niſi forte à lacu gigni fluvium intelligas, qui lacum egrediens, aliquantam ejus aquarum vim cum ſuis auferat, & ſic plenior, tumidiorque exeat, quam ſit ingreſſus. *Vinetus.*

6. *Interiuſque premunt*] Montes Cebennæ Galliam Narbonenſem ab Aquitania diſterminantes, ipſam intrant Aquitaniam. Hic autem *Aquitania* ſecundam ſyllabam corripit Auſonius, quam modo producebat. *Vinet.*

7. *Vſque in Teutoſagos*] Ita omnia Auſoniana exemplaria ſcribere obſervavimus: quos, omnes Geographi, *Tectoſagos*, *C* pro *V* ſcribunt, aliique auctores. *Id.*

8. *Paganaque nomina Belcas*] *Belcas* ſeu *Bolcas* vocat *nomina pagana*, hoc eſt, pagos, ut, *Nomen Aquitanum*, hoc eſt, Aquitanos ipſos: quod habitarent per pagos, ut Helvetii. late enim patet *pagi* appellatio, ut & civitatis. Sic in veteribus monimentis Chriſtianorum

rum martyrum ſemper legitur, *Pagus Velaunus*, hoc eſt tota præpoſitura Velaunorum: & *pagus Gabalus:* & ſic de aliis: Vnde Gallica lingua retinuit, ſed corrumpens more ſuo. dicit enim *pays.* Non enim pronunciat *g*, ante vocalem. ut, *pagare*, quod ductum eſt à *pacare, payer. plaga, playe*, &c. Pleraque Gallia olim non ſolum per civitates, ſed & per pagos habitabatur. Sic apud Plinium *pagus Geſſoriacus* intelligitur non de uno vico, ſed de magno modo agri, atque adeo de una gente quantumvis numeroſa. Nam ſine dubio totus ille tractus, qui pertinet à Normannis Belgis ad Bononiam, dicebatur Geſſoriacus pagus, Bononiam vero *Geſſoriacum* dictam fuiſſe charta notitiæ imperii, quam Peutingerus communicavit Beato Renano, facile declarat. In ea enim, inquit Renanus, ſcriptum fuit, *Geſſoriaco, quod nunc Bononia.* Ne credas unquam Bononiam Geſſoriacum dictum fuiſſe. Semper enim eam appellationem habuit. ſed eſſe urbem ſeu civitatem pagi Geſſoriaci. Sic poſſumus dicere, Bituriges Vibiſci, quod nunc Burdigala: non quod Burdigala ſit Bituriges Vibiſci: ſed quod Biturigum Vibiſcorum. Sic Bononia non eſt Geſſoriacus, ſed Geſſoriaci pagi. Et non eſt, quod aliud nomen ei attribuamus, cum vetus illud ſit, patet ex Ammiano, & Olympiodoro, qui ſcripſit hiſtoriam Honorii ſenioris, & Theodoſii, & Honorii junioris. Is loquens de Conſtantino tyranno, cujus poſtea conſtitutionem producemus, ita ſcribit: τὰς Βρεττανίας ἐάσας, περαιοῦται ἅμα τοῖς αὐτοῦ ἐπὶ Βονωνίαν πόλιν οὕτω καλουμένην παραθαλασσίαν, καὶ πρώτην ἐν τοῖς τῆς Γαλατίας ὅροις κειμένην. Ea verba protuli, quia is auctor adhuc in ſcriniis & armariis Bibliothecarum deliteſcit. Quare apud Sozomenum lib. IX. loquentem de eadem re error eſt, βυϐονίαν pro βονωνίαν. Verba ſunt hæc: περαιωθεὶς δὲ Κωνσταντῖνος, ἀπὸ Βρεττανίας ἐπὶ Βυϐονίαν πόλιν τῆς Γαλατίας παρὰ θάλασσαν κειμένην, προσηγάγετο τοὺς παρὰ Γαλάταις καὶ Ἀκυϊτανοῖς στρατιώτας. Scaliger.

8. *Primævo nomine Belgas*] Sic quædam exemplaria. Alia, *pana quæ nomina Belgas:* alia, *paganaque nomina Belgas:* ubi legendum cenſuit Beatus Rhenanus libro primo rerum Germanicarum, *Germanaque nomina Belgas:* quod Cæſar in ſecundo belli Gallici commentario, ſe à Remis edoctum fuiſſe ſcribat, pleroſque Belgas à Germanis ortos eſſe, Renumque antiquitus traductos propter loci fertilitatem ibidem conſediſſe: Galloſque, qui ea loca incolerent, expuliſſe: ſed quid hoc ad Tectoſages, & Narbonenſis Galliæ terminos? porro membraneus codex, pro *Belgas*, *Belcas* habebat, quos apud Cæſarem, Livium, Strabonem, Trogum, Melam, Plinium, Silium, Ptolemæum, Οὐόλκας & *Volcas* ſcriptos invenio, Galliæ Narbonenſis gentem: majorum Trogi Pompeji patriam, ſicut ipſe ait in extremo libro quadrageſimo tertio: qui nunc fere *Langedochi* appellantur, inter Rodanum & Pyrenæum. In utraque quidem Rodani ripa conſtituit *Volcas* Titus Livius libro viceſimo primo, ſed alii omnes, quantum equidem memini, in altera tantum, ea ſcilicet, quæ Pyrenæum & Hiſpaniam ſpectat. Quos in duo genera diſtribuunt, in Tectoſagos & Arecomicos. Sic enim apud Cæſarem, Strabonem, Ptolemæum illi diſtinguuntur: ut inepti ſint Ptolemæi interpretes, qui *Volcæ & Tectoſagi*, *Volcæ & Arecomici* interjecta copula ſcripſerunt, pro *Volcæ Tectoſagi*, *Volcæ Arecomici*, ſine conjunctione: ut ipſa Græca recte habent: *Tenent*, inquit Ptolemæus, *partes Galliæ Narbonenſis ad Occidentem maxime ſpectantes*, *Volcæ Tectoſages*, *quorum urbes mediterraneæ ſunt*, *Iliberis*, *Ruſcino*, *Toloſa colonia*, *Ceſſero*, *Carcaſo*, *Batira*, *Narbo Colonia*. *Poſt hos autem uſque ad Rodanum fluvium*, *Volcæ Aricomii* (Sic enim ſunt apud

Totum Narbo fuit. [9] Tu Gallia prima togati
Nominis attollis Latio proconſule faſces.
Quis memoret [10] portuſque tuos, monteſque lacuſque?
Quis populos vario diſcrimine veſtis, & oris?
Quodque tibi quondam [11] Pario de marmore templum
Tantæ molis erat, quantam non ſperneret olim
[12] Tarquinius, Catuluſque iterum, poſtremus & ille,
Aurea

apud Ptolemæum Volcæ A'ρεκόμιοι, qui apud Cæſarem *Arecomici*, & Strabonem A'ρεκομίσκοι) *quorum urbes mediterraneæ, Vindomagus, Nemauſus colonia.* Hæc Ptolemæus, iiſque non diſſimilia Strabo de Volcis utriſque. Quorum priſca nomina in ore vulgi hodie non agnoſco, niſi forte Volcarum, ſi eoſdem eſſe Belcas mihi fatearis. Ea namque pars Galliæ Narbonenſis, cujus princeps eſt Nemauſus, urbſque exigua in proxima Rodani ripa, *Belcaria* vulgo appellatur. Narbonenſis itaque Galliæ fuerint hi termini Auſonio, mare internum, Alpes, lacus Lemanus, Rodanus, Sequani, Cebennæ ſive Cemmenus. Belcæ, Tectoſages, & Pyrenæus ſaltus. *Vinetus.*

8. *Paganica nomina Volcas*] Ita procul dubio ſcribendum. delectatus eſt noſter eo epitheto. Sic in Moſella: *Fugit laſcivos paganica numina Faunos.* & epiſt. ad Theonem: *Fumanteſque vidum paganica lumina tedas.* Et in Præfat. ad Syagrium legendum liquet:

Sed quo noſtrates Aquitanica nomina multos
Collatos, non & ſubditus aſpicerem.

9. *Tu Gallia prima*] Quæ in Gallia Tranſalpina Romanorum prima fuiſti provincia. Hæc & ἀντονομαστικῶς PROVINCIA nuncupata eſt: quod nomen adhuc ſervavit ejus pars, in qua Maſſilia & Aquæ Sextiæ: at ubi Narbo & Bæteræ, vocatur *Languedoc:* ubi Vienna, & Gratianopolis, *Delphinatus.* Vbi vero Centrones, & Garoceli, & Octodurus, *Sabaudia.* Vinet.

10. *Portuſque tuos*] Habet Gallia Narbonenſis multos quidem, & nobiles portus, ſed Narbo ipſe, nunc nullum, aut ſi quem habet, is tam antiquæ urbis claritudine indignus eſt. A mari autem per lacum, Rubreſum Pomponio Melæ appellatum, & Atacem, qui in eum lacum influit, aſcendunt minora navigia uſque Narbonem: qui ab eodem mari non plus ſeptem millia paſſuum abeſſe putatur. *Vinetus.*

11. *Vario*] Legitur & *Pario* : *Pario quondam de marmore templum.* Vinet.

12. *Tarquinius, Catuluſque iterum, poſtremus & ille*] Ita legendum. Tarquinius Priſcus quinctus Romanorum rex, Capitolium inchoavit. Tarquinius Superbus ſeptimus abſolvit. Dedicavit Marcus Horatius Pulvillus. Syllana autem Marianaque civilia bella, annis poſt quadringentis & viginti quattuor, Scipione & Norbano Conſulibus, illud primum incenderunt. Inſtaurare ſtatim Dictator Sylla aggreſſus eſt: ſed eo morte intercepto, abſolutum dedicavit Quinctus Catulus, Quincto Metello, & Quincto Hortenſio conſulibus. Incenſum fuit iterum annis poſt centum & triginta ſex, anno à Chriſto nato, ſicut in Euſebii chronicis putatur, ſeptuageſimo ſecundo, à Vitellio tyranno. Quod reſtituere orſus Veſpaſianus, neſcio, an ipſe abſolutum viderit: ſed arſit rurſus ſub Titi mortem, refecitque, ac conſecravit Domitianus Imperator Titi frater, ad

Aurea qui ſtatuit Capitolî culmina Cæſar?
Te maris Eoi merces, & Iberica ditant
Æquora: te claſſes Libyci, Siculique profundi:
Et quicquid vario per flumina, per freta curſu
Advehitur, toto tibi navigat orbe [13] κατάπλους.

ad annum Chriſti nonageſimum. Horum præter Euſebium, & Hieronymum, auctores mihi ſunt Plutarchus in Publicola, Suetonius, Tacitus, Dio, Eutropius. Narbonenſis autem illius Capitolii, & ſi quod unquam Narbone fuit aliud opus egregium, nullum exſtat veſtigium. *Vinetus.*

13. Κατάπλους] Interpretantur *adnavigationem.* Volunt Græci eſſe κατάπλουν, τὴν εἰς τὸν λιμένα ἔλευσιν; id eſt, acceſſum ſeu reditum in portum. Hoc duobus locis apud Sidonium legi verbum, in epiſtola octava libri ſexti, & in ſeptima ſeptimi. Strabo autem libro quarto Narbonem ſic laudat, ut eum dicat eſſe non ſolum Volcarum ſuorum, verum etiam aliorum Gallorum portum, & mercatum. *Id.* Vindicianus:

Et quicquid confert medicis Lagea cataplus.

1 BVRDIGALA. XIV.

[2] IMpia jam dudum condemno ſilentia, quod te,
O patria, [3] inſignem Baccho, fluviiſque, viriſque,
Mori-

1. *Burdigala*] Sita eſt in Garumnæ dextra ripa ad Pyrenæum pertinente: quo fluvio & monte Aquitaniam Cæſar, definit primo commentariorum Gallicorum. Gentem autem, quæ in ea Aquitania Burdigalam condidit, vocant Strabo & Ptolemæus Βιτούριγας, id eſt, *Bituriges*: ſicque faciunt duplices in Gallia Bituriges. Alios enim ad Ligerim fluvium ponunt, ubi nunc *Berri*, & Βουργὲς dicimus. Diſtinguebanturque hæc duo genera cognominibus. Nam Ligerianos Bituriges, appellant illi Κούβους, id eſt, *Cubos*, ſicut & Plinius: Garumnanos Bituriges, Strabo Ἰοσκοὺς, id eſt, *Ioſcos*, Plinius *Vbiſcos*: Ptolemæus Οὐιβίσκους, id eſt, *Vibiſcos*, ſive *Viviſcos*, *v* conſonante in prima & ſecunda ſyllaba, ſicut priſcæ inſcriptiones in ipſa media Burdigala adhuc retinuerant. Angulorum ipſius ad Garumnam inferior Τρυπεῖτα vulgo dicitur. Ibi caſtellum eſt, & in eo marmor, in cujus una planitie hæc inſcriptio eſt: AVGVSTO SACRVM ET GENIO CIVITATIS BIT. VIV. Quisquis hic Auguſtus ſit, ac quocunque in loco poſitum, & cuicui uſui hoc monumentum quondam fuerit. Effoſſum fuit nuper è fundamentis antiquorum mœnium Burdigalæ, lapis, in quo ſic fuiſſe ſcriptum Architectus, qui vidit, mihi aſſeverabat: IVL. LVPVS. CIV. BITVRIX BVRDIG. D. E. ANN. XXXV. FIL. RIVS. P. C. Bituriges autem VIVISCOS, hoc eſt, Burdigalenſes, Biturigum Cuborum fuiſſe coloniam Strabo his verbis mihi innuere videtur: Ἐκβάλλει δ' ὁ μὲν Γαρούνας τρισὶ ποταμοῖς αὐξηθεὶς, εἰς τὸ μεταξὺ Βιτουρίγων τε τῶν Ἰοσκῶν ἐπικαλουμένων καὶ Σαντόνων, ἀμφοτέρων Γαλατικῶν ἐθνῶν. Μόνον γὰρ δὴ τὸ τῶν Βιτουρίγων τούτων ἔθνος ἐν τοῖς Ἀκυιτανοῖς ἀλλόφυλον, καὶ οὐ συν-

Moribus, ingeniiſque hominum, procerumque ſenatu,
Non inter primas memorem: [4] quaſi conſcius urbis
Exiguæ immeritas dubitem contingere laudes.
Non pudor hinc nobis. [5] Nec enim mihi barbara Rheni
Ora, nec Arctoo domus eſt glacialis in Hæmo.
Burdigala eſt natale ſolum: clementia cœli
Mitis ubi, & riguæ larga indulgentia terræ;
[6] Ver longum, brumæque breves, [7] juga frondea ſubſunt.
[8] Fervent æquoreos imitata fluenta meatus.
[9] Quadrua murorum ſpecies, ſic [10] turribus altis
Ardua,

πλεῖ αὐτοῖς. Hoc enim loco Strabo ſic Aquitaniam & Galliam accipit, quomodo deſcripſerat Cæſar in primo Commentariorum Gallicorum Aquitaniam à montibus Pyrenæis ad fluvium uſque Garumnam. Galliam ab eodem Garumna ad amnes Matronam, & Séquanam. In qua Gallia fere media, Liger & Bituriges Cubi. *Vinetus.*

2. *Impia jamdudum*] Impius, inquit, eſſem in patriam, ſi tacerem ejus laudes. *Vinet.*

3. *Inſignem Baccho*] Vino, fluviis, & reliquis, quæ hic enumerat Auſonius, adhuc maxime nobilis Burdigala. *Vin.*

4. *Quaſi conſcius urbis exiguæ*] Parva certe urbs Burdigala tempore Auſonii: quod hodieque ex ipſis antiquis mœnibus cognoſci poteſt. Ea non plus centum & quattuor jugera colligebat, quæ multis partibus poſtea fuit amplificata, ceterum longe alia figura, & menſura difficiliore. Quare hanc hauddum mihi vacavit diligentius dimetiri. Tantum nunc de amplitudine ejus tradam, quod ex eorum ichnographia deprehendi, qui muniendæ præfecti fuerunt anno Chriſti milleſimo quingenteſimo & quinquageſimo ſeptimo, noſtræ ſcilicet ætatis Burdigalam quadringenta & quinquaginta minimum jugera obtinere ſoli. *Idem.*

5. *Nec enim mihi barbara Rheni*] Sic vetus ille codex, non ut ediderunt Lugdunenſes. *Id.*

6. *Ver longum*] Ex Horatio lib. II, od. VI.

Ver ubi longum, tepidaſque præbet
Iuppiter brumas.

7. *Iuga frondea ſubſunt*] SVBSVNT hic pro ſuperiora ſunt, ſupereminent, & ſe magis attollunt, poſitum videtur. *Sub* namque præpoſitio, quæ proprie ſubter & infra ſignificat, interdum contrariam habere ſignificationem reperitur, ut in *Subnixo*, apud Gellium libro ſeptimodecimo; & in Gallo Virgilii:

Quantum vere novo viridis ſe ſubjicit alnus.

Vbi *ſubjicit*, exponit vetus commentator, ſurſum jacit, & ſuperjacit. Pro, *breves. juga frondea ſubſunt*, Lugdunenſe exemplar habet, *novo cum ſole tepentes.* Subjungitque verſum, qui in aliis nec reperitur, nec legi debet:

Æſtiſluique amnes, quorum juga vitea ſubter. Vinetus.

8. *Fervent æquoreos*] Garumna, qui Burdigalam alluit, bis quotidie in modum Oceani, in quem ſe exonerat, refluit: ſentitque maris æſtum plus quinquaginta millia paſſuum ſupra Burdigalam. *Vinet.*

9. *Quadrua murorum ſpecies*] Non plane quadrata, ut Geometræ quadratam formam accipiunt, ſed oblonga,

Ardua, ut aërias intrent faſtigia nubes.
[11] Diſtinctas interne vias mirere, domorum
Diſpoſitum, [12] & latas nomen ſervare plateas :
Tum reſpondentes directa in compita portas,
[13] Per mediumque urbis fontani fluminis alveum.
Quem pater Oceanus refluo quum impleverit æſtu,
[14] Ad-

longa, id eſt, ἑτερομήκης. Nam latus ſeptentrionale, & meridianum aliis paullo majora, ex ipſis deprehendi reliquiis murorum. *Vinet.*

10. *Turribus altis ardua*] Quæ adhuc ex iis agnoſcuntur multæ, omnes truncæ ſunt & mutilæ. Muri vero illi pedes circiter triginta alti fuerunt : lati duodecim. *Idem.*

11. *Diſtinctas interne vias mirere*] *Interne* pro *internus*. Quod non ſemel ſupra in Auſonio notamus. Nunc enim internum ſitum Burdigalæ deſcribit, cum ſuperius externum deſignaſſet. *Scaliger.*

11. *Diſtinctas interne vias*] Hunc verſum laborare vidit doctiſſimus Vinetus, videre & alii. In antiqua editione Vgoletti & aliorum deſideratur. Pulmanniana legit : *Diſtincta interiore vias.* Verum ſcripſiſſe Auſonium perſuaſiſſimum habeo :

Diſtinctas mirere vias, mirere domorum
Diſpoſitum.

Sæpe priſcis ſcriptoribus fraudi fuit repetitio vocis ejuſdem, ut multis exemplis viri docti declararunt. Nob. Heinſius præcipue plurifariam ad Ovidium. *Gravius.*

11. *Diſtinctas interne vias*] *Interne* adverbium hic, non autem vocativus adjectivi eſt. Adverbia vero veteres aliquando corripuiſſe docebit Giſanius in indice Lucretiano. Idem in noſtro correptum quoque exſtat in epiſt. ſec. ad Theonem, ut & in Heptaſticho Thaletis *amice* & *inimice.*

12. *& latas nomen ſervare plateas*] Ita lege ex vet. libro. Nam πλατεῖαι, Græce. Sic ad Axium Paulum ſcribens, conqueritur plateas nomen perdere propter volgum, ut ipſe loquitur, congregem. *Scaliger.*

13. *Per mediumque urbis fontani fluminis alveum*] In Occidentali Burdigalenſis agri parte, fontes ſunt non pauci : ex quibus aqua quum ad urbem confluxit, ejus pars per foſſam, ſecundum muros, in Garumnam fertur. Pars vero ipſam influit urbem, idque duobus locis, inter Epiſcopi ædes caſtellumque cognomento *Fari*, ubi *Peuga* nominatur, & poſt adverſam earundem Epiſcopi ædium partem, DIVICI*æ* nomine. Exit hæc ſubterraneo rivo, & per Cloacam, in Garumnam, pone Petri Apoſtoli. Hunc igitur intelligo dici *fontani fluminis alveum* per medium urbis : in quo tum navale fuiſſe, ſatis indicant, quæ ſubduntur, *Quem pater Oceanus.* Cujus navalis etiam meminit in Euchariſtico, auctor anonymos, ſed tamen Burdigalenſis :

Tandem autem exacto longarum fine viarum,
Majorum in patriam, tectiſque advectus avitis,
Burdigalam veni : cujus ſpecioſa Garumna
Mœnibus Oceani reſtuas maris invehit undas
Navigeram per portam : quæ portum ſpatioſum
Nunc etiam muris ſpecioſa includit in urbe.

Cujus tamen navalis nullum nunc agnoſcitur veſtigium : ſed alterius, quo ampliata urbe Burdigalenſes uſi ſunt in Peuga ſupradicto, extra ipſam Auſonii Burdigalam. Hujus clara ex-

[14] Adlabi totum ſpectabis claſſibus æquor.
Quid memorem Pario contectum marmore fontem
[15] Euripi fervere freto? [16] quanta umbra profundi!
[17] Quantus in amne tumor! [18] quanto ruit agmine præ-
[19] Margine contenti biſſena per oſtia curſus, (ceps
Innumeros populi non unquam exhauſtus ad uſus!
Hunc cuperes, [20] Rex Mede, tuis [21] contingere caſtris,
Flu-

ſtant veſtigia cum alia, tum duæ turres: quæ ex utraque parte oſtii ejus adhuc ſtant, prææltæ: ex quibus catena quondam per machinas traducebatur. Nunc nullum navigii genus Burdigalam ingreditur: ſed omnibus portus, & navale tutiſſimum, ampliſſimumque eſt totus; Garumna. *Vinetus.*

14. *Adlabi totum*] Dixerat Virgilius libro decimo Æneidos:

— donec verſas ad litora puppes
Reſpiciunt, totumque allabi claſſibus æquor. Vinet.

15. *Euripi fervere freto*] Eſt εὔριπος anguſtum fretum Eubœam inſulam à Bœotia abſcindens, rapidum mare & periculoſum: quod ſepties ſpatio viginti quatuor horarum æquinoctialium, curſum mutare Strabo ſcribit libro nono: ſepties die, ac ſepties nocte Pomponius Mela libro ſecundo, alterno curſu fluctibus in vicem verſis, adeo immodice fluere, ut ventos etiam, ac plenis velis navigia fruſtretur. Titus Livius vero libro viceſimo octavo, ne ſepties quidem die, ſicut fama fert, temporibus ſtatis reciprocare, ſed temere in modum venti nunc huc, nunc illuc verſo mari, velut monte præcipiti devolutum torrentem rapi. Hinc *Euripi* propter ſimilitudinem quandam anguſtiarum, fervoris, exundationiſque, dictæ aquæ fontium, fluviorumve per foſſas, fiſtulas, tubos, ductæ. Cicero in principio ſecundi de Legibus, *Ductus vero aquarum, quos iſti Nilos & Euripos vocant.* Plinius, Suetonius, *&c.* Idem.

16. *Quanta umbra profundi*] Ita omnino ex veteri libro reponendum, non *unda*, ut vulgo. *Scaliger.*

16. *Quanta unda*] *Quanta umbra*, vetus liber. *Vinetus.*

17. *Quantus in amne tumor*] Deſideratur hic verſus in optimo libro, quod neſcio cur Vinetus indicare neglexerit. Connexio autem cæterorum hic erat:

Quid memorem pario contectum marmore fontem
Euripi fervere freto? quanta umbra profundi
Marginis extenti biſſena per oſtia curſus?

Sed, niſi quid fallor, male. Vulgatam enim lectionem confirmat, qui paulo poſt ſequitur verſus:

Vitree, glauce, profunde, ſonore, illimis, opace.

18. *Quanto agmine*] Quam magna copia, ſive, quàm rapido impetu: quomodo Servius *agmen* accipit, quando dicit Virgilius primo Georgicorum:

Sæpe etiam immenſum cælo venit agmen aquarum. Vinetus.

19. *Margine contenti bis ſena per oſtia curſus*] *Marginis extenti*, pro *margine contenti*: & *curſu* ablativo caſu, pro *curſus*, alii legunt. *Bis ſena* autem *oſtia*, accipio duodecim loca, per quæ aquam fons ille emittebat. *Vinet.*

20. *Rex Mede*] Xerxes rex Medorum & Perſarum. Iuvenalis lib. IV.

Suppoſitumque rotis ſolidum mare credimus: altos
Defeciſſe amnes, epotaque flumina Medo
Prandente. — Vinetus.

21. *Conjungere caſtris*] Multo melius, quod in eodem Codice, *contingere caſtris.*

22. Por-

Flumina conſumpto quum defecere meatu:
Hujus fontis aquas peregrinas ferre per urbes,
Vnum per cunctas ſolitus [22] portare Choaſpem.
[23] Salve fons ignote ortu, ſacer, alme, perennis,
Vitree, glauce, profunde, ſonore, illimis, opace.
Salve urbis genius, [24] medico potabilis hauſtu,
[25] DIVONA [26] Celtarum lingua, [27] fons addite Divis.
[28] Non Aponus potu, vitrea non luce [29] Nemauſus
Purior;

22. *Portare Choaſpem*] Χοάσπης fluvius ita dulcis eſt, ut Perſici reges, quamdiu intra Perſidis ripas fluit, ſolis ſibi ex eo pocula vendicarint: & quum eundum foret peregre, aquas ejus ſecum vectitarint. Solinus, Plinius, Ælianus, Athenæus, Herodotus, Tibullus, Clemens Alexandrinus. *Vinetus.*

23. *Salve fons ignote ortu*] Anno CHRISTI milleſimo quingenteſimo & quadrageſimo quarto quum Burdigalenſes propugnaculum ad Eulalianam portam exſtructuri, jaciendis fundamentis locum foderent, repererunt ad exeuntis ſiniſtram canalem ſtructilem affabre factum, antiquoque artificio, quadrangula forma, qui in ſuperiorem urbem pertinere videbatur. Hic, ni fallor, fons eſt, quem tantis laudibus effert Auſonius: quemque ideo ignotum ortu dicit, quod raro opere ſupra terram, ſed ſubterraneo fere, præſertim à capite, ea aqua in urbem perducebatur: ſicque videbat nemo, unde conciperetur. *Vinet.*

24. *Medico potabilis hauſtu*] De fontium mira vi & ingenio, multa Plinius. Iulius Frontinus de aquis urbis Romæ: *Fontium memoria cum ſanctitate adhuc exſtat, & colitur. Salubritatem enim agris corporibus afferre creduntur, ſicut Cajus Amaranus Apollinaris meminit.* Horatius in epiſtola ſextadecima de fonte in fundo ſuo:

Infirmo capiti fluit utilis, utilis alvo.

Vinetus.

25. *Divona*] Pro *Divona* veteres libri habent *Duionam*, quod videtur magis Gallicum. non enim à *Divis* dicitur. Nam eo etiam nomine civitas Cadurcorum dicta fuit. Apud Ptolemæum legitur Δουέονα. Et: *Civis in hac ſum.* Scaliger.

25. *Duiona*] *Divona* legendum, pro iſto *Duiona.* Nam à Divis ſuum fontem appellatum eſſe, videtur innuere Auſonius. Nec aliter habuit vetus codex Lugdunenſis. *Vinetus.*

26. *Celtarum lingua*] Habuerunt initio Celtæ & Galli ſuam linguam à Latina longe diverſam: ſed poſtea à Romanis edomiti, eorum ſermonem Latinum didicerunt: quo & hodie fere utuntur, Romanum appellantes. Ita non dubito, quin Celtarum linguam vocet Auſonius, qua ſuis temporibus, puriore, quam noſtris, Celtæ utebantur, hoc eſt Romanam & Latinam: ac ita DIVONAM Celtici, Gallicive fontis nomen eſſe derivatum a Divis & Diis Latino vocabulo. *Vinet.*

27. *Fons addite Divis*] Virgilius libro octavo Æneidos, ad Herculem:

Salve vera Iovis proles, decus addite Divis. Vin.

28. *Non Aponus*] Fons eſt in agro Patavino, & fluvius: cujus aquæ calidæ meminit Lucanus libro ſeptimo. Claudianus in epigrammatibus, Aurelius Caſſiodorus Aloiſio architecto libro ſecundo Variarum, Cælius Rhodiginus libri triceſimi capite ſexto decimo, & Petrus Bembus

 in

Purior; æquoreo non plenior amne [30] Timavus.
Hic labor extremus celebres collegerit urbes.
[31] Vtque caput numeri Roma inclyta, ſic capite iſto
Burdigala ancipiti confirmet vertice ſedem.
Hæc patria eſt: patrias ſed Roma ſupervenit omnes.
Diligo Burdigalam: Romam colo. [32] civis in hac ſum,
[33] Conſul in ambabus. Cunæ hic, ibi ſella curulis.

LVDVS

in Ætna, pluta de Apono. *Vinetus.*

29. *Nemauſus*] Νέμαυσος, *Nemauſus*, & *Nemauſum* Galliæ Narbonenſis urbs. Γελλίας pro Γαλλίας ſcriptum habet Stephanus. *Nimes*: ubi qui vulgo fons appellatur, ſed qui lacus ſit potius, quam fons, dubito an ſit, quem hic celebret Auſonius. Alium fuiſſe ſuſpicor, qui ex proximis collibus in urbem ducebatur: ſed cui acciderit, quod Burdigalenſi. *Vinet.*

30. *Timavus*] Fons & fluvius in mare Adriaticum exiens: de quo Strabo, Plinius, Servius in Virgilium, & Vadianus in Pomponium Melam. *Id.*

31. *Vtque caput numeri*] Sic legendum: id eſt carminis. quo colligitur, Burdegalam (quæ nunc utique Vaſconiæ caput eſt) poſtremo loco retuliſſe, ut celebritate ſua non minus urbe Roma cenſeatur. Quam cum primam conſtituerit in numero, Burdegalam in infimo, caput & hæc ſortita loci videatur, ut primus locus, ac noviſſimus capita utrinque habeantur. Atque hoc pacto *anceps vertex* dubiam etiam poëtæ ſedem, domiciliumque repræſentet, ac teſtetur. Qui in altera natus, in altera exceptus eſt & floruit, utramque dilexit, celebravitque, honoribus in utraque functus fuit. *Mariang. Accurſ.*

32. *Civis in hac ſum, Conſul*] Hæc inverſa ſunt, & ſic reſtituenda: *Conſul in hac ſum, civis in ambabus.* Conſulem ſe Romæ fuiſſe ubique jactat Auſonius, nuſquam Burdigalæ. Ne nunc dicam Rectores primos urbium provincialium, coloniarum, & municipiorum nunquam Conſules appellatos eſſe, ut pulchre docet vir ſummus Thomas Reineſius in Epiſtolis ad Rupertum. *Gravius.*

32. *Civis in hac ſum*] Secutus antea judicium Viri Eruditiſſimi, mihique amiciſſimi, nunc ἐπέχω. Nam non ad proximum τὸ *Romam*, ſed ad *Burdigalam* pronomen *hac* referri poterit: quæ urbs in urbium numero propior eſt; Roma vero remotior, utpote prima. Videtur præterea Poëta ſenſum ſuum apertius voluiſſe oſtendere per ea, quæ ſequuntur: ſic ut *civis in hac ſum* idem ſit, quod *Cuna hic*: & *ibi ſella curulis* reſpiciat τὸ *Conſul in ambabus.* Burdigalæ igitur noſter Auſonius naſcendi ſorte, ac ſtricte ſumto vocabulo, civis fuit: Romæ vero, & quocumque tempore in patria Conſulatu functus eſt. Qui quidem reſpectu Burdigalæ Duumviratus potius dicendus fuerat: ſed quia magiſtratus hic alterius illius ſimulacrum erat, potiore nomine utrumque complexus eſt.

33. *Conſul in ambabus*] Inter ſcribendum ſuccurrit veteris ſaxi, quod in prædio ampliſſimi præſidis Ioſephi Caſſiani effoſſum eſſe indicavit mihi amicus quidam ante hos aliquot annos. Diu mecum egi an poſſem illius inſcriptionem in memoriam revocare, quia obiter, & ut fit, aliud agens, illam legeram: neque aliter legere quicquam penſi habui. Tamen, niſi vehementer fallor, videtur mihi ita habuiſſe: D E C. AVSON. COS. OLYMPIADE LXXXIII. ſi quid à me erratum eſt, erit fortaſſe in ultimis numeris. Nam utrum

III, an IIII, in ea inſcriptione fuerit, non plane memini. Igitur hoc monumento ſignificatur conſulatus municipalis, hoc eſt, Burdigalenſis, non conſulatus Romæ. Nam Magiſtratus municipales, qui ex ordine Decurionum deligebantur, pro inſtitutis municipii ſui alias *Duumviri*, alias *Conſules*, alias *Quinquennales*, nominabantur. Quare quod hic conſulatus Auſonii Burdegalæ numeretur per Olympiadas, eſt ex inſtituto omnium municipiorum, quorum majores magiſtratus erant quinquennales. Propterea & eodem nomine, hoc eſt Quinquennales, etiam in quibuſdam municipiis vocabantur, & numerabantur in faſtis municipalibus ſecundum luſtra, non ut in Faſtis Romanis, ſecundum annum unum. Quare invenies in veteribus inſcriptionibus municipalibus, Quæſtor primi anni, Curator ſecundi anni, ſub talibus Duumviris, aut Quinquennalibus. De quo luſtro quid aliud adferre poſſum, quod melius hanc rem nobis aperiat, quam nobilem hanc inſcriptionem?

T. Flavio. T. L. Hilarioni. Decur. Coll. Fabr. Ex Luſtro XV. Vnguento ad Pub. Frag. Luſtro XVI. Mag. quinq. Coll. Fabrum Tignariorum Luſtro XVII. honorat. & Luſtro. XVIII. Cenſor. bis. ad Mag. creandos. Luſtro XIX. & XX. Iudex, inter. electos. XXI, ab ordine. Luſtr. XXII. Claudia. Ti. F. Priſca. Viro optimo. & Flavia Ti. F. Priſcilla. Patri. optimo.

Sunt & alia quædam monumenta, quæ luſtri municipalis mentionem habeant. Ex quibus omnibus per luſtra à municipiis, ut per annum ſingularem à Romanis Faſtos notatos fuiſſe, & conſulatus, & Duumviratus colligimus. At hic Burdigalæ nomine Olympiadum idem intelligitur. Quædam enim municipia ita notaſſe, veriſimile eſt: quod idem tempus ſit & luſtri, & Olympiadis. Quare & poſt tempora Arcadii Imperatoris, quia propter Byzantium Roma municipium potius, quàm ſedes imperii videbatur, poſt vaſtitatem bellorum Gotticorum, incepta eſt Romæ per Olympiadas ratio annorum putari. Vt patet ex decreto Tertullii Romanæ urbis Patricii, cujus ultima clauſula ita legitur. *Actum eſt hoc decretum* XI. IVLII. ANNO IMPERII IVSTINIANI V. XXXXXVI. OLYMPIADE. Verum eſt, quod dixi, poſtquam à Gottis vaſtata fuit, illarum Olympiadum mentionem fieri. alias non temere reperies. & à Chriſto nato ad V. annum imperii Iuſtiniani, LVI. ſunt Olympiades: ut notatum eſt in eo decreto, Olympiades has, & luſtra fortaſſe ſupputabant à prima inſtitutione municipii, aut magiſtratuum. quod plane mihi ignotum eſt. Ad has Olympiades alludi non dubito in illo ad Proculum Epigrammate:

Fors erit, ut, luſtrum cum ſe cumulaverit iſtu
Confectam Proculus ſignet Olympiadem.

Sed nemo calumnietur, ſi Olympiadem & luſtrum pro quinque annis accipiam: cum ſciamus aurum luſtrale, quarto quoque anno pendi ſolitum, atqui quinto anno pendebatur, ſed nondum exacto. Variant auctores, ac poëtæ in iſtis, nam luſtrum nunc pro quatuor annis, nunc pro quinque uſurpant. & *πενταετηρικὰς ἀγῶνας* luſtra vocant. *Scaliger.*

34. *Conſul in ambabus*] Qui Conſul fuit Romæ, Conſul quoque Burdigalæ ſimul fuit, ſi Burdigala Romano parebat imperio. Sed poteſt Burdigalenſis civitas, ſimiliter ac Roma fuiſſe conſtituta, aliqua ſaltem ex parte: Conſulatumque annuum magiſtratum etiam habuiſſe. Conſules & Coſſos hodieque vocitant civitates Galliæ Narbonenſis, & Aquitaniæ nonnullæ, quos binos, ternos, quaternos, ſenos, populus ad rempublicam adminiſtrandam quotannis magiſtratus creat, quod-

cunque ſit hoc antiquitatis veſtigium. Burdigalæ vero, hi *Iurati* appellantur, triceni & viceni-quaterni quondam, deinde duodeni, poſtremoque ſeni, cum Senatus ſui principe, qui *Major* vocatur. *Vinetus.*

LVDVS SEPTEM SAPIENTVM.

Auſonius Conſul Latino [1] Drepanio Pacato Proconſuli.

[2] IGnoſcenda iſthæc, an cognoſcenda rearis
[3] Attento, Drepani, perlege judicio.
Æquanimus fiam te judice: ſive legenda,
Sive

1. *Drepanio*] Drepanius Pacatus, Latinus, cujus extat Theodoſio Auguſto, qui ad Auſonium ſcripſit, Panegyricus Romæ, tum dictus, quum ille Maximo Aquilejæ interfecto Romam triumphans rediiſſet, ad annum Christi trecenteſimum, & nonageſimum primum, ſecundum Haloandri rationes, circiterque calendas Septembres, ut Marcellinus Comes memoriæ prodidit. Quod autem ad Drepanii Proconſulatum attinet, de illo non memini legere aliud, quam quod in titulo eſt hujus epiſtolæ, *Auſonius Conſul Drepanio Proconſuli:* & in Technopægnio, *Auſonius Pacato Proconſuli:* ceterum Theodoſius princeps benignus, & doctorum admirator fautorque hominum, ut ipſe de ſe ſcribit, poteſt Drepanium poëtam eximium, oratoremque, ut temporibus illis, egregium, honore aliquo non vulgari ob laudes ſuas illuſtri oratione celebratas, cohoneſtaſſe. *Vinetus.*

2. *Ignoſcenda iſthac*] ſic lege. Attende, inquit, ſitne his danda venia & condonandus error, hoc eſt, an mala ſint hæc & occultanda, anne bona & legi digna. Iuvant autem id quæ deinde infert: --- --- *ſive legenda,*

Sive tegenda putes carmina quæ dedimus,

Terent. in Heauton.

Et cognoſcendi & ignoſcendi dabitur peccati locus. Mariang. Accurſ.

2. *Ignoſcenda*] Non cognoſcenda. Paronomaſia autem & παρήχησιν ludit Auſonius in his *ignoſcenda, cognoſcenda:* ſicut & in illis ſecundo diſticho, *legenda, tegenda,* & ultimo pentametro *placeam, taceam.* Vinet.

3. *Attento Drepani perlege judicio*] Exſtat Latini Pacati Drepanii panegyricus ad Theodoſium Auguſtum, omnium, quos in eo genere perlegerim, elegantiſſimus. Et cum non hæream, hunc illum eſſe Drepanium Pacatum, cujus judicio, tanquam Cenſoris Doctiſſimi, Ludum Sapientum cognoſcendum, limandumque dederit Auſonius, fit ut putem, hinc ſubmonitus, panegyricum ipſum depravato una tantum littera authoris ſui nomine nunc intelligi. *Drepani* ſcilicet pro *Drepanii.* Nam ut alibi jam diximus, in proſa quoque oratione, *Drepani* ſcripſere veteres, Drepanium ſignificantes. Nunc autem ni Drepanii ſcriptum fuerit, Drepanus, non Drepanius, publica conſuetudine, ſignificatur. Multa concurrunt, quis conjiciam, Drepanium eſſe hunc, & Auſonio amiciſſimum. Temporum videlicet ratio. Veer-

Sive tegenda putes carmina, quæ dedimus.
Nam primum eſt meruiſſe tuum, Pacate, favorem:
Proxima defenſi cura pudoris erit.
[4] Poſſum ego cenſuram lectoris ferre ſeveri:
Et poſſum modica laude placere mihi.
Novit equus plauſæ ſonitum cervicis amare:
Novit & intrepidus verbera lenta pati.
Mæonio qualem cultum quæſivit Homero
[5] Cenſor Ariſtarchus, normaque Zenodoti.
Pone obelos igitur [6] ſpuriorum ſtigmata vatum.
Palmas, non culpas eſſe putabo meas:
Et correcta magis, quam condemnata vocabo,
Apponet docti quæ mihi lima viri.
[7] Interea arbitrii ſubiturus pondera tanti,
Optabo, ut placeam: [8] ſin minus, ut lateam.

PRO-

Vterque enim Theodoſio Imperatore viguit. Quod patria utriuſque Gallia, quod uterque Romæ munere perfunctus. Alter ſiquidem conſul, alter proconſul fuit. quid, quod nomine uterque Italo vocatus eſt! Eruditio vero utriuſque tanta, ut de linguæ, doctrinarumque cultu cauſam nominis plerique interpretentur. Hujuſmodi certe vitæ ſtudiorumque paritas doctiſſimos atque humaniſſimos conciliat, ac demeretur. eos vero, qui ſibi ſolis ſapere videntur, quorumque eruditio veſtita eſt, hoſtes reddit. *Mariang. Accurſius.*

4. *Poſſem ego*] Libentius ſcribo: *poſſum.* Vel eo quod ſequitur:

Et poſſum modica laude placere mihi. Idem.

5. *Cenſor Ariſtarchus*] Hic Grammaticus fuit: cujus veteres tanti fecerunt judicium, ut quem non probaret, Homeri verſum non crederent. Ita Cicero, Suidas, Eraſmus. Samothrax fuit; Alexandriæ vero docuit cum alios, tum regis Ptolemæi ſexti, id eſt, Philometoris filium, circiter ea tempora, quibus deceſſiſſe Terentium in Euſebii Chronicis legimus. Zenodorus vero Epheſius poëta, & Grammaticus, Philetæ diſcipulus, Ptolemæi primi tempeſtate floruit. Hic primus Homeri ſcripta recognovit. Præfuit Bibliothecis, quæ in urbe Alexandria erant, & Ptolemæi filios erudivit. Sic Suidas. *Vinet.*

6. *Spuriorum ſtigmata vatum*] Στίγματα, ſigna, notas carminum non legitimorum & bonorum. *Vinet.*

7. *Interea arbitrii*] Aliis verbis, eodem tamen ſenſu, Papinius præfatus eſt, lib. 2 Sylvar. *Hæc qualiacumque ſunt, Melior chariſſime, ſi tibi non diſplicuerint, à te publicum accipiant: ſin minus, ad me revertantur.* Noſter præfatione Centoni præfixa, circa finem: *Quæ ſi omnia ita tibi videbuntur, ut præceptum eſt, dices me compoſuiſſe Centonem. Et quia ſub Imperatore meo tum merui, procedere mihi inter frequentes ſtipendium jubebis: ſin aliter, ære dirutum facies: ut cumulo carminis in fiſcum ſuum redacto, redeant verſus, unde venerunt.*

8. *Sin minus ut taceam*] Præferen-

 dam

dam exiſtimem libri veteris lectionem, *ſin minus ut lateam.* Dixerat enim *ſive legenda, ſive tegenda putes carmina.* præterea non neceſſe habebat optare, ut *taceret*, nam illud erat ſui arbitrii; ſed potius ut *lateret*, quod erat in poteſtate Pacati, cui ſcripta ſua vel edenda, vel tegenda transmiſerat.

PROLOGVS.

[1] SEptem ſapientes, nomen quibus iſtud dedit
Superior ætas, [2] nec ſecuta ſuſtulit,
[3] Hodie in orcheſtram palliati prodeunt.
Quid erubeſcis tu togate Romule,
Scenam quod introibunt tam clari viri?
[4] Nobis pudendum hoc, non & Atticis quoque:
Quibus

1. *Septem ſapientes*] De quibus & eorum ſententiis legendus Diogenes Laertius, ac, ſi videbitur, Philippi Beroaldi Heptalogus Septem Sapientum libellus non indoctus. *Vinetus.*

2. *Nec ſecuta*] Plinius libro ſecundo Naturalis hiſtoriæ de ventis: *Veteres quattuor omnino ſervare: ſecuta ætas octo addidit.* Vinet.

3. *Hodie in orcheſtram*] Ita legendum cenſuit Petrus Pithœus libro ſecundo adverſariorum. *Pallium* Græcorum erat, ut *Toga* Romanorum propria. Vnde *Togata* & *Palliata* fabulæ. *Idem.*

4. *Nobis pudendum*] Legendum ex veſtigiis priſcæ ſcripturæ:

Nobis pudendum eſt hoc? Et Atticis quoque.

Optimo ſane ſenſu, cum antea nullo legeretur: *non & Atticis.* Nam negativam illam non habet codex. *Scaliger.*

4. *Nobis pudendum hoc, non & Atticis quoque*] Sic habuerunt omnes noſtri codices impreſſi. Romanis pudendum, Græcis non item, Romano namque Iure infames habebantur, qui artis ludicræ, pronunciandive cauſa in Scenam prodiiſſent, ut Digeſtis de his, qui notantur infamia, lege, Prætoris verba. Athenis vero unus erat locus, ubi fierent ludi, agerenturque fabulæ: & in quem conveniebant Magiſtratus & populus conſultaturi de iis, quæ ad Reipublicæ adminiſtrationem pertinerent: nempe Theatrum, quod ludorum agendarumque fabularum gratia proprie factum videtur. Vide Valerium libro ſecundo de legatis à ſenatu Tarentum miſſis, & quæ Diodorus Siculus extremo libro ſextodecimo Athenis refert geſta, cum Elatêam Philippus Alexandri magni pater cepiſſet, anno urbis Romæ quadringenteſimo & tertiodecimo. Verba vero Æmilii Probi hominis Romani de eadem re ex præfatione in vitas excellentium Imperatorum, ſubſcribam: *Magnis in laudibus in tota fuit Græcia, victorem Olympia citari. In Scenam vero prodire, & populo eſſe ſpectaculo nemini in eiſdem gentibus fuit turpitudini. Quæ omnia apud nos partim infamia, partim humilia, atque ab honeſtate remota ponuntur.* Verſus autem hic in vetere libro ſic mancus fuit:

Nobis pudendum, hoc & Atticis quoque. Vinetus.

4. *Nob. pud. h. n. & Atticis quoque*] Bis errat Scaliger, in hoc nempe & decimo abhinc verſu male explicando, Proba vero Vineti interpretatio. adi & Caſſiodorum l. IV. var. epiſt, 51. Frontinum lib. III ſtratag. c. 2. alioſque. Sed & in Solone Auſonius: *De more Græco*

Quibus theatrum curiæ præbet vicem.
Noſtris negotiis ſua loca ſortito data:
[5] Campus comitiis, [6] ut Conſcriptis curia:
[7] Forum, atque Roſtra [8] ſeparatis civium.
Vna eſt Athenis, atque in omni Græcia,
Ad conſulendum publici ſedes loci:
[9] Quam in urbe noſtra ſero luxus condidit.
[10] Ædilis olim ſcenam tabulatam dabat

Subito

Græco prodeo in ſcenam Solon. Et mox: *Vna eſt Athenis atque in omni Græcia, ad conſulendum publici ſedes loci.* Imo & in Sicilia, ut ex Timoleonte Plutarchi cognoſcimus: in Græcia Aſiatica, ut ex Actis Apoſtolor. cap. XIX. liquet: in Græcia Magna, ſive Italica, docente Iuſtino: in Antiochia Syriæ, apud Tacitum lib. II Hiſtor. Carthagine, tradente Apulejo lib. I Floridor. omnibuſque paſſim in locis, ubi Græca ſtudia in honore fuerunt.

5. *Campus*] Campus Martius, quo habebantur comitia, Conſulum & aliorum Magiſtratuum creandi gratia. *Vinetus.*

6. *Vt conſcriptis*] Patribus ſolis & Senatoribus. *Vinet.*

7. *Forum atque*] Sed & illi corrigendo idem codex facem nobis prætulit:

Forum, atq; roſtra ſeparat jus civium.

Literula addita adjuvi priſcam lectionem quæ habebat

—ſeparatis civium.

Malo etiam: *Subito excitatam.* Scalig.

8. *Separatis*] A Patribus Conſcriptis, & Senatu, privatis omnibus civibus. *Civibus* autem & *civium* hic ſcribitur. *Vinetus.*

8. *Separatis civium*] Nihil hic mutandum. Opponit enim ſingulos & privatos cives Senatui & Comitiis. Quod liquet ex ipſa compoſitione: nam ut *cum* in *comitiis* & *conſcriptis* conjungit, ita *ſe* in *ſeparatis* disjungit. Sed & à Scaligero prolata lectio parum mihi latina videtur, minimeque prioribus congruens.

9. *Quam*] Sedem, hoc eſt, theatrum. Anno urbis Romæ quingenteſimo & nonageſimo nono, ut in veteribus faſtis Romanis notatum exſtat, Cenſores fuerunt Marcus Valerius Meſſala, & Cajus Caſſius Longinus. Qui quum theatrum in Vrbe inchoaſſent, Publius Cornelius Scipio Naſica prioris anni Conſul, auctor fuit, ut id deſtrueretur tanquam inutile, & publicis moribus nociturum. Titus Livius libro 48. Valerius ſecundo de ſpectaculis, Vellejus, Appianus. *Vinetus.*

10. *Ædilis olim ſc. t.*] Ædiles inter cetera & ludos ſolemnes procurabant: in quibus & fabulæ agebantur. *Vinet.*

10. *Scenam tabulatam*] Ex tabulis & ligno ſolo. Cornelius Tacitus libro quartodecimo: *Quippe erant, qui Cneum Pompejum incuſatum à ſenioribus ferrent, quod manſuram Theatri ſedem poſuiſſet, Nam anteà ſubitariis gradibus, & ſcena in tempus ſtructa edi ſolitos,* & reliq. In ſequenti autem verſu, *excitata*, & *excitatam* ſcribunt noſtra exemplaria. *Id.*

10. *Ædilis olim ſcenam*] Diſtingue & ſcribe:

Ædilis olim ſcenam tabulatam dabat
Subito excitatam, nulla mole ſaxea.

Grævius. Servius ad lib. III Georgic. ꝟ. 24. *Apud majores Theatri gradus tantum fuerunt. Nam ſcena de lignis tantum ad tempus fiebat: unde hodieque perman-*

Subito excitatam nulla mole ſaxea.
Muræna ſic, [11] & Gallius. nota eloquar.
Poſt quam potentes, nec verentes ſumptuum,
Nomen perenne crediderunt, ſi ſemel
Conſtructa moles ſaxeo fundamine
In omne tempus conderet ludis locum:
Cuneata crevit hæc theatri immanitas.
[12] Pompejus hanc, & Balbus, & Cæſar dedit
Octavianus, concertantes ſumptibus.
Sed ego quid iſtæc? non hac cauſa huc prodii,
Vt expedirem, quis theatra, quis forum,
Quis condidiſſet [13] privas partes mœnium:
Sed

permanſit conſuetudo, ut componantur pegmata à ludorum theatralium editoribus.

11. *Et Gallius*] Eſt is Q. Gallius qui præturæ candidatus cum eſſet, quia in ædilitate ſua, quam ante annum geſſerat, beſtias non habuiſſet, gladiatorium munus dedit cum hoc titulo, ſe patri hoc dare. Non dubium igitur in ea ædilitate theatrum ſaxeum exſtruxiſſe. Porro diligenter notanda ſunt, quæ hic Auſonius ſcribit de iis, qui primi Romæ theatrum ex lapidibus excitarunt, cum antea tumultuaria de ligno erigerentur. Imo lex propoſita fuit, ut tumultuaria theatra eſſent, non perpetua. Tertullian. in Apol. *Vbi ſunt leges, quæ Theatra ſtuprandis moribus orientia ſtatim deſtruebant?* Fuit id Sctum, cujus auctor fuit P. Scipio Naſica. Valer. lib. II. c. XXXI Livius l. XLVIII. Auguſtin. de Civitat. lib. I. cap. XXXI. Quin & Athenis ipſis tumultuaria fuerunt, antequam θέατρον τὸ ἐν Διονύσου conſtructum fuiſſet, dicebanturque eo tempore ἴκρια. Ariſtoph. Θεσμοφοριαζούσαις.

Ὡς δ' οὐδεὶς εἰσιόντας, ἀπὸ τῶν ἰκρίων
ὑποβλέπουσ' ἡμᾶς —

Notanda, inquam, diligenter, quæ hic ſcribit Auſonius. Nuſquam enim ea apud ullum alium auctorem temere reperias. tanta bonorum librorum eſt penuria. *Scaliger.*

11. *Murena ſic & Gallius*] Scenam tabulatam dederunt. Hi ſunt Lucii Murenæ in prætura ludi, quos memorat Cicero in oratione pro Murena, & Plinius libro triceſimo tertio: ubi de pegmate à Murena in Circo ducto, in quo fuerunt argenti pondo centum & viginti quatuor. Ædilitatis autem, & ludorum Quincti Gallii, quem reum ambitus aliquando defendit Cicero, meminit Aſconius Pedianus in commentariis in orationem Ciceronis contra Antonium & Catilinam. *Vinetus.*

12. *Pompejus hanc*] Pompejus ille magnus cognominatus, omnium primus, ac poſt illum Cornelius Balbus, & Auguſtus Cæſar Octavianus, theatra Romæ exſtruxerunt magnifica. Dio libro triceſimo nono, & quinquageſimo quarto, Plutarchus, Plinius, Suetonius, Tertullianus de Spectaculis, & Tacitus, Val. Maximus, Auguſtinus, *&c.* Vin.

13. *Privas partes mœnium*] Ita lego: non *primas*. Scaliger.

13. *Primas partes*] *Privas partes*, Veteres membranæ: ſed ſupra *u*, quiſpiam *m*, ſcripſerat. *Vinetus.*

14. *Præ-*

Sed ut verendos, diiſque laudatos viros
[14] Prægrederer, ac referrem, quid vellent ſibi.
[15] Pronunciare ſuas ſolent ſententias,
[16] Quas quiſque providentium anteverterit.
Scitis profecto quæ ſint: ſed ſi memoria
Rebus vetuſtis [17] cludit, veniet [18] Ludius
[19] Ediſſertator harum, quas teneo minus.

L V-

14. *Prægrederer*] Ita vetus liber recte habet, non *progrederer*. Sed verſus claudicat. Sed huic malo ita ſuccurreretur, puto:

Sed ut verendos, Diiſque laudatos viros
Prægrederer ægre quid velint ſibi.

Pro illo *agere*, inverſo ordine feci, *ægre*. Deeſt autem verbum aliquod, puta, *dixim*, aut *dicam*. Ægre, inquit, ac vix dixerim, vix divinare poſſim, quid ſibi velint. Hoc unum ſcio, eos pronunciare ſolere ſuas ſententias, quas tamen, ſi quis memoria antevertat, unuſquiſque novit. Sunt enim vulgatiſſimæ. *Scaliger.*

14. *Progrederer*] *Prægrederer* Badius, & liber antiquus. Poſſet autem ſuis numeris conſtare verſus, ſi ſic legeretur: *Progrederer agere, quidnam vellent hi ſibi.* Vinetus,

14. *Progrederer agere*] Nec Scaligeri mihi placet emendatio, nec Vineti. non divinatum huc venit prologus, neque ut non latine loqueretur. Veram lectionem cenſeo:

Sed ut verendos, Diſque laudatos viros
Prægrederer, ac referrem quid vellent ſibi.

Quarta ſede ſpondæus eſt, uti & hoc carmine, & alibi aliquoties.

15. *Pronuntiare ſuas*] D. Auguſtinus lib. VIII Civ. Dei, cap. II. *Thales Mileſius, unus illorum ſeptem, qui appellati ſunt ſapientes. Sed illi ſex vitæ genere diſtinguebantur, & quibuſdam* præceptis *ad bene vivendum accommodatis. Iſte autem Thales,* &c.

16. *Quas quiſque providentium*] Lege cum libro veteri: *quaſi quiſque providentium.* id eſt, mos eſt pervetus cuique ſapienti ſuam attribuere ſententiam, tanquam eam quiſque primus occuparit, & uſu ſuam fecerit.

17. *Claudit*] *Claudit* ἀρχαϊκῶς, claudicat. Salluſtius: *Res ſocordia claudit.* Terentius deponens extulit:

— Nunc ubi meam
Benignitatem ſenſiſti in te claudier?

Scaliger.

17. *Rebus vetuſtis cludit*] *Claudit* etiam Vetus codex: ut multis in locis *claudere*, *cludere* legitur: *claudere* pro claudum eſſe, & claudicare, veteribus quoque fuiſſe uſurpatum legimus. Terentius in actu primo Eunuchi:

— Nuncubi meam
Benignitatem ſenſiſti in te claudier.

In quem locum, & in hæc Chæreæ, *Illum liquet mihi dejerare*, Saluſtium adducit vetus commentator, qui ſic duobus locis *claudere* uſurparit. Hoc ergo dicit Auſonius, ſicubi *claudit*, claudicat, & labat memoria, & tam vetera non meminerit, ſuggeret mox Ludius. *Vinetus.*

18. *Ludius*] Hiſtrio. Valer. Maximus libro ſecundo de inſtitutis antiquis. *Idem*

19. *Ediſſerator*] Lugdunenſe exemplar *Ediſſertator* habebat, vocabulum verſui quidem minus aptum, ſed ejuſdem tamen ſignificationis. Arnobius libro ſecundo, & ſeptimo adverſus gentes: *Ediſſertate nobis; & dicite, quæ ſit cauſa. Ediſſertate, inquam, & dicite, quid ſit, quod grandinem torqueat.* Id.

2. *Multi*

LVDIVS.

DElphis Solonem ſcripſe fama eſt Atticum,
Γνῶθι σεαυτὸν, quod Latinum eſt, Noſce te.
[1] Multi hoc Laconis eſſe Chilonis putant.
Spartane Chilon ſit tuum, nec ne ambigunt,
Quod introfertur, [2] ὅρα τέλος μακροῦ βίου,
Finem intueri longæ vitæ quo jubes.
[3] Multi hoc Solonem [4] dixe Crœſo exiſtimant.
Et Pittacum dixiſſe fama eſt Lesbium,
[5] Γίγνωσκε καιρόν. Tempus ut noris, jubet.

Sed

1. *Multi hoc Laconis*] Inter quos Plinius ſeptimo naturalis Hiſtoriæ. Sed Phemonoës, Antiſthenes apud Laërtium in vita Thaletis. Aliorum multorum, Clemens primo & ſecundo Stromatum. *Vinetus.*

2. Τέλος ὁρᾶν] Repoſui ex veteri codice, uti & melius, ὅρα τέλος, in imperandi quippe modo propoſuiſſe Auſonium, quo & ipſe mox, & olim Solon, liquet ex ſequenti verſu, *finem intueri longæ vitæ quo jubes.*

3. *Multi hoc Solonem*] In quibus Ariſtoteles, ut poſt dicemus. *Vinetus.*

4. *Dixe*] Pro dixiſſe, uti paulo ante *ſcripſe* pro ſcripſiſſe. ſic Catull. carm. CXI.

Aut facere ingenuæ eſt, aut non promiſſe pudicæ,
Aufilena, fuit. Sed data corripere
Fraudando, eſt facinus, pluſquam meretricis avaræ,
Quæ ſeſe toto corpore proſtituit.

Ita enim illi verſus legendi ſunt. In vulgatis eſt, *fraudando efficitur.* Item Statius lib. II Thebaid.

Quippe animum ſubit illa dies, qua, ſorte benigna
Fratris, Echionia ſteterat privatus in aula
Reſpiciens diſceſſe Deos, trepidoque tumultu
Dilapſos comites, nudum latus omne, fugamque
Fortunæ.

Ita ſcriptus codex, pro *deſciſſe Deos* quod à Lutatio aliiſque probatum non inficetum eſt, ſed minus genuinum. Id enim ex *dilapſos*, *nudum*, & *fugam* liquet. Dein omnia illa exempla quæ Barthius attulit, lectionem hanc unice confirmant. Imprimis illud Maronis:

Exceſſere omnes adytis ariſque relictis
Dii, quibus imperium hoc ſteterat.

& hoc noſtri Papinii lib. 8.

--- per tentoria ſermo
Vnus abiſſe Deos, dilapſaque numina caſtris.

Vbi *abiſſe* & *dilapſa*, ſicut illic, *diſceſſe* & *dilapſos.* Idem verbum itidem mutatum eſt, utrum rectius haud liquido dixerim, in ſcriptore belli Alexandrini, cujus hæc ſunt verba: *Erat autem magna multitudo oppidanorum in parte Cæſaris; quam domiciliis ipſorum non moverat: quod ea ſe fidelem palam noſtris eſſe ſimulabat, & deſciviſſe à ſuis videbatur.* Pro quo ſcriptus bonæ fidei, *diſceſſiſſe.*

5. Γίγνωσκε καιρόν. &c.] Ita ex auctoritate optimi codicis lego. Et: *Bias Prieneus dixit, οἱ πλεῖστοι κακοί.* Scaliger.

6. Bias

Sed καιρὸς iſte, tempeſtivum tempus eſt.
[6] Bias Prieneus dixit, οἱ πλεῖστοι κακοί:
Quod eſt Latinum, Plures hominum ſunt mali:
Sed imperitos ſcito, quos dixit malos.
Μελέτη τὸ πᾶν, Periandri eſt Corinthii;
Eſſe Meditationem totum qui putat.
Ἄριστον μέτρον eſſe dixit [7] Lindius
Cleobulus. hoc eſt, Optimus cunctis modus.
[8] Thales, ἐγγύα, πάρεστι δ᾽ ἄτη protulit.

Spon-

6. *Bias Prieneus dixit*] Prieneus hoc eſt Prienenſis, à Priene Ionum in Aſia civitate, triſyllabum eſt Πριηνεύς, ſicut Orpheus diſſyllabum Ὀρφεύς. *Vinetus.*

7. *Lydius Cleobulus*] Legendum *Lindius*, Λίνδιος quippe Græcum ejus habet apopthegma, & ex *Lindo* fuiſſe illum, Strabo & Laërtius aſſerunt, quanquam Duris, ex Caria. *Mariang. Accurſius.*

8. *Thales*] Illud ex opinione: *Thalès, ἐγγύα, πάρεστι δ᾽ ἄτη protulit.* Neque aliter poteſt conſuli verſui, etiamſi omnem lapidem moveris. Oſtendam alibi, quomodo tempore Auſonii *Thales* ultimam corriperet. *Scaliger. Idem:* Habebant hoc peculiare Poëtæ Latini, præſertim ætate Auſonii, ut non ſolum Græcas declinationes in Græcis negligerent, & ad regulam Latinorum referrent: ſed & quantitatem ita everterent, ut accentu illam tantum metirentur. Idcirco ultimum in *Thales* corripit. Vt Sidonius:

Alcæo potior Lyriſtes ipſo.

Quaſi non *Thales*, & *Lyriſtes*, ſed *Thalis*, & *Lyriſtis* dicerent. Sic Q. Cicero dixit *Bootis*:

Conditur Oceani ripa cum luce Bootis.

Et ipſe Auſonius *Getis* pro *Getes*:

Quaque Getis ſociis Iſtrum aſſultabat Alanis.

Quanquam meminimus ſupra nos legere *Getes*. In iiſdem autem, ut jam diximus, Græcis nominibus non quantitatem, ſed accentum ſpectabant. Quia, ut etiam notat Servius in libello de accentibus, Latini eundem accentum, quem Græci habent, efferunt in Græcis nominibus. Verbi gratia, quia Græcis vox hæc εἴδωλα habet accentum in prima, Latini quoque eodem accentu extulere, *idola*. Quæ quidem vox ſemper eſt dactylus apud Prudentium. Græcis dicitur Εὐριπίδης. Eodem accentu Latini ſemper extulerunt. Propterea penultimam producit Sidonius, non quantitatem, ſed accentum Latinum ſecutus:

Orcheſtran quatit alter Euripidis.

Item Græci dicunt μαρσύας. Propterea ſecundam producit idem:

Marſyaque timet manum ac rudentem.

Iidem Græci pronuntiant Ἄρατος, nomen ejus, qui ſcripſit φαινόμενα. Sidonius contra veterum Latinorum morem, qui mediam ſemper produxerunt, corripit:

Non hic, ſi voluit, vacante cura,
Quis ſit ſideribus notare curſus,
Diverſas Arato vias cucurrit.

Denique inſpice totum Sidonium, totum Prudentium, & alios: invenies ſemper eos non ſyllabas Græcas, ſed accentum Græcorum eſſe ſecutos. Sic Auſonius in voce τρίγωνος facit, quia accentus non eſt in media, quæ longa eſt, propterea eam corripit:

Per

Spondere qui nos,[9] noxa quod præs eſt, vetat.

[10] Hoc

Per totidem partes trigonorum regula currit. Et:
Fulgur tetragono aſpectus vitale coruſcat.

Quis audebit dicere Auſonium ignoratione literarum Græcarum hoc commiſiſſe? Nemo ſanus quidem, ut puto. Sed iis temporibus ſtultum videbatur non ibi producere ſyllabam, ubi accentus eſſet, quia is eſt mos linguæ Latinæ. Adeo ut Plautus in hoc ſecutus ſit judicium vulgi: quia non cum doctis, ſed cum plebe ſibi rem eſſe videret. Nam ſemper apud illum Phædromus eſt dactylus, quia Græce Φαίδρομος. Item quia φίλιππος dicitur accentu in prima, eodem modo mediam corripit. Et nunquam aliter invenies apud Plautum, quin mediam in nomine *Philippus* corripuerit. Quod mirum eſt in poſitione. Sed quærenti cauſſam accentum ſemper prætexet. Talia multa ſunt apud Plautum, quæ ſtudioſos per ſe quam opera mea cognoſcere malim. Contra ætate Plauti, ut in quantitate ſyllabarum, ſic & in declinationibus Latiniſmos admittebant. Dicebant enim Neſtôrem, Hectôrem, quomodo Rectorem: Menſorem, & ſimilia.

8. *Thales*] Ἔγγυα. πάρα δ' ἄτα, protulit. Ita Græca hæc in Charmide Platonis, Laërtiique Chilone, & ſic in Iodoci Badii editione, quum in aliis fere ἄτη pro ἄτα. Eſt autem ἐγγύα imperativus, pro ἐγγύαε, ab ἐγγυάω, ſpondeo. Πάρα pro πάρεστι, adeſt. Ἄτη, ſive ἄτα Dorice, noxa, calamitas, damnum. Ceterum ſi verſum hunc ſic emiſit Anſonius, quia trochæum non admittit metrum Iambicum, in ἐγγύα penultimam ſyllabam produxerit, ſicut in ἐγγύην Græcus poëta fecit. Ac ita ſpondêus erit pro Iambo in ſecunda ſede, ut ſæpe invenitur poſuiſſe Auſonius: ob eandemque cauſam primam in πάρα, quæ paſſim corripi reperitur, productam eſſe voluerit. Quod & Homerum interdum feciſſe, Euſtathius Homeri & Dionyſii commentator oſtendit. Sed pro ἐγγύα, Lugdunenſe illud exemplar, ſcribebat *engya*: quod ſuſpiceris ἐγγύαε eſſe debere: & ſic Auſonium ſcripſiſſe non ἐγγύα, ſed ἐγγύαε, ſine contractione, ut metri ſecundus pes ſit dactylus vel ſpondêus pro Iambo; & tertius Iambus: verum idem vetus codex *Engia* etiam pro Ἔγγυα ſcribebat in Thalete. *Engiaparadataeccodiscimus.* ubi nulla fuerit ſynalœpha. At vero quoniam ambigitur etiam de hujus ſententiæ auctore. Diogenes namque Chiloni attribuit, quam Auſonius & Octaſtichi Græci poëta Thaleti. Patriam autem habuit Laconiam Chilo. Laconia, quæ & Lacedæmonia, in Pelonneſo erat. Peloponnenſes Dorice loquebantur, ut ſcribit Strabo libro 8. & veteres Grammatici Græci, qui de Dialectis præcipiunt. Dores η in α mutabant. Contra, Iones α in η vertebant, nihilque contrahebant: & Ion erat Thales, ex Mileto Ioniæ civitate in Aſia. Auſonium itaque, qui Thaleti adſcripſit hanc ſententiam, veriſimile eſt ſcripſiſſe, Ἐγγύαε πάρα δ' ἄτη. Eos vero, qui Chilonis eſſe crediderunt, Ἔγγυα πάρα δ' ἄτα. Ceterum de hac ſententia, lege Eraſmum in extrema centuria ſexta primæ Chiliadis Adagiorum. *Vinetus.*

9. *Noxa quod præſeſt*] *Præſeſt*, hoc eſt, adeſt. Vt *intro* ab IN, ita etiam *Præſto* à PRÆS dictum. Feſtus: *Præs eſt is, qui populo ſe obligat. Interrogatuſque à magiſtratu, ſi præs ſit: ille reſpondet, præs ſi præs ſit, hoc eſt, ſi præſto eſt.* Quod vere à nobis olim in Varronem expoſitum eſt. *Scaliger.*

9. *Noxa quod præſto eſt, vetat*] Antiquus liber, *noxaquia præſeſt*. Vbi *præſeſt* pro *præſ'eſt*. Quales erant Synalœ-

[10] Hoc nos monere, feneratis non placet.
[11] Dixi. recedam. legifer venit Solon.

alœphæ multæ in illo, ut annotavimus in carmen viceſimum quintum de Profeſſoribus. *Vinetus.*

9. *Noxa quod præeſt*] Probat Ger. Voſſius in Etymologico, tanquam ab inuſitato verbo *præſum,* unde participium *præſens* etiam nunc in uſu eſt.

10. *Hæc nos monere, feneratis non placet*] Elias Vinetus explicat, *fenore obligatis.* Ego potius, *fenerantibus* vel *feneratoribus*, qui collocare ſolent fenori. Nam hi nollent homines terreri, ne ſpondeant: quia metuunt futurum, ut ſic minus certum ſit illis creditum. *Gronovius.*

11. *Dixi recedam*] Ineptiſſime illud vulgo editur: *Dixere quidam legifer venit Solon.* Et hanc quoque lectionem vetus liber retinet. Ego ſane lego. *Dixi. recedam.* nam ex vitioſa ſcribendi conſuetudine natum eſt hoc mendum, cum ſciberent: *Dixi. requedam.* Quod igitur recte à nobis hæc emendata ſint, habes exemplum infra in Cleobulo:

Dixi. recedam. ut ſit modus. venit Thales. Scaliger.

SOLON.

DE more Græco prodeo in ſcenam Solon,
Septem Sapientum fama cui palmam dedit.
Sed fama non eſt judicii ſeveritas.
[1] Neque me eſſe primum, veſtrum aut imum exiſtimo,
Æqualitas quod ordinem neſcit pati.

Recte

1. *Neque me eſſe primum*] Ita de induſtria emendavi, cum & hac parte vetus codex vitioſus eſſet. Sequens verſus confirmat conjecturam noſtram, ſed præſertim ille:

Ne primus eſſet, ne vel imus quiſpiam.

Scaliger.

1. *Neque me eſſe primum, veſtrum unum exiſtimo*] Sic verſus hic in omnibus noſtris exemplaribus. qui plenus reddetur, ſi pronomen verbo *eſſe* poſtponere auſis. ſed iſtud *veſtrum* mihi non placet. Quippe quod nec ad ſapientum cœtum, nec ad ſpectantium turbam quomodo referatur, video. Pro quo *verum* ſubſtituebat vetus codex. Sicque habere poteſt verſus non male:

Neque eſſe me primum, verum unum exiſtimo,

Vt nolit Thales ſibi vendicare primum locum inter ſeptem Sapientes, ſed ſe dicat unum duntaxat eſſe ex illis. *Vinetus.*

1. *Veſtrum aut imum*] Non alloquitur ſapientes, ſed ſpectatores. At *veſtrum* ad ſpectatores tantum referri poteſt, quum ſe ſapientum nec primum, nec imum eſſe velit dicere. corrige igitur:

Neque me eſſe primum eorum aut imum exiſtimo.

Niſi potius Lugdunenſis libri ſcriptura amplectenda eſt, in eo enim:

Neque me eſſe primum verum unum exiſtimo.

Vbi *eſſe me* tranſponit Vinetus. Melius, quod deinceps in mentem venit:

Neque me eſſe primum horum, nec imum exiſtimo.

Recte olim ineptum Delphicus [2] juſſit Deus
Quærentem, quiſnam primus ſapientum foret,
Vt in orbe tereti [3] nomina eorum incideret:
Ne primus eſſet, ne vel imus quiſpiam.
Eorum è medio prodeo gyro Solon:
Vt quod dixiſſe Crœſo regi exiſtimor,
Id omnis hominum ſecta ſibi dictum putet.
[4] Græce coactum: ὅρα τέλος μακροῦ βίου:
Quod longius ſit, ſi Latine ediſſeras:

[5] Spe-

2. *Luſit Deus*] Lego: *Recte olim ineptum Delphicus juſſit.* Melius enim, quam vulgatum, *luſit.* Sed ἀρχαϊσμὸς eſt, *juſſit illum ut incideret.* pro juſſit, ut ille incideret. De quo loquendi genere, quia plena ſunt eo Plauti, Terentii, Lucretii, Varronis, & aliorum, præſertim Græcorum monumenta, nihil præterea addam. *Scaliger.*

2. *Delphicus luſit Deus*] Apollo. Vetus liber, *ait*, pro *luſit.* *Vinetus.*

2. *Delphicus luſit Deus*] *Iuſſit*, Scaliger: & bene. Sic Plautus Aulular.

Pici divitiis, qui aureos montes colunt,
Ego ſolus ſupero.

Quam loquendi rationem non intelligunt, qui mutant. Cæſar l. 1. Bell. Gall. *Aut rem frumentariam, ut ſatis commode ſupportari poſſet, timere dicebant.* Ariſtophanes in Nubibus: Ἀνήρετ' ἄρτι Χαιρεφῶντα Σωκράτης, ψύλλαν ὁπόσους ἅλλοιτο τοὺς αὑτῆς πόδας; Terentius in Adelphis: *Illum ut vivat, optant.* Sunt & alia ſexcenta apud Virgilium, Petronium, Ciceronem, Plautum, exempla, quæ adſcribere piguit. Non debuit igitur Ianus Douza illum in Menæchmis Plauti locum ſollicitaſſe:

--- ſi me conſulas,
Nummum illum, quem mihi dudum pollicitus es dare,
Iubeas, ſi ſapias, porculum afferri tibi.

Vbi τὸ *nummum illum* in *nummo illo* commutatum ire voluit. ſed perperam. Eſt vero Plautinus ille locus huic noſtro perſimilis. Auſonius mox:

Vinctumque pedicis aureis ſecum jubet,
Reliquum quod eſſet vitæ, totum degeret.

Non diſſimulabo tamen in veteri libro legi *ait* pro *juſſit.* Sed ſic ſibi metrum non conſtat.

3. *Nomina eorum incideret*] Ex libro veteri luculenter illa emendantur: Hoc vult: ſciſcitante quodam, quis ſeptem Sapientum illorum primus eſſet, Apollinem juſſiſſe, ut in pila eorum nomina inciderentur. Ita nullus erit primus, nullus ultimus, quia in ſphæra neque πρῶτον, neque ἔσχατον eſt, inquit Plato. *Scaliger.*

3. *Vt in orbe tereti nomen inſertum incideret*] Corrigendum ſuſpicamur, *incertum*, non *inſertum.* Quæ facillima unius literæ in alteram tranſitio eſſe potuit. Vt *Conciſtorium*, & *Conſilium* plerumque pro *Concilio*, & apud Ovid. in primo Amorum, pueriliter: *Non me nupſiſti conſiliante ſeni.* pro *conciliante.* Mariang. Accurſius.

3. *Nomen inſertum*] Hoc puto erat in Lugdunenſi *nominum ſerum.* *Nomina eorum* legi debere arbitror. *Vinetus.*

3. *Vt in orbe tereti nomina eorum inſcriberet*] Exemplar optimum, *nominum ſeriem incideret.* Sed ut ita legamus metri ratio non patitur. *Incideret* tamen bonum. Sic in Epiſt. XXIII ad Paulinum:

Lacte incide notas. areſcens charta tenebit.

4. *Græce coactum*] Ita concinnius idem liber. *Scaliger.*

5. Spe-

[5] *Spectare vitæ jubeo cunctos terminum.*
[6] Proinde miſeros, aut beatos dicere
[7] Evita: quod ſunt ſemper ancipiti ſtatu.
Id adeo ſic eſt. ſi queam, paucis loquar.
[8] Rex, an tyrannus, Lydiæ Crœſus fuit
His in beatis, dives inſanum in modum,
[9] Lateribus aureis templa qui divis dabat,
Is me evocavit. Venio dicto obediens,
Meliore ut uti rege poſſint Lydii.
Rogat, beatum prodam, ſi quem noverim,
[10] Telana dico civem non ignobilem.

[11] Pro

5. *Spectare vitæ*] Ovidius de Cadmo, tertio Metamorphoſeon:

— *Sed ſcilicet ultima ſemper*
Exſpectanda dies homini. dicique beatus
Ante obitum nemo ſupremaque funera
debet. Vinetus.

6. *Proinde*] Lege ex veteri libro:
Proinde miſeros, aut beatos dicere
Evita: quod ſint ſemper ancipiti ſtatu.
Tantum in veteri *dicier* ſcriptum erat, non *dicere*. Quod excuſari, quanquam ſatis frigide, poſſet. At ut hodie editur, quis intelligat? *Scaliger.*

7. *Eventa quod ſunt*] Habebat *Eueta* pro *Evita* vetus liber: *Evita, quod ſunt ſemper.* Vinetus.

8. *Rex an Tyrannus*] Egregiam opem nobis præſtitit vetus liber, quanquam ne is quidem omni ex parte incolumis & integer. Crœſus, inquit, ſive eum tyrannum, ſive Regem Lydiæ mavis appellare, annumeratus fuit inter hos beatos, quos vulgus ante mortem μακαρίζει. In veteri libro erat, *His in beatus.* Scaliger.

8. *Rex an Tyrannus*] Id eſt, *ſive.* vid. Heinſ. ad Ovid. Faſtos p. 53. & Mercerum ad Dictyn Cretenſem lib. 1.

9. *Lateribus aureis*] Auſonius nimis obſcure & ambigue rem expreſſit. *Qui dabat templa lateribus aureis*, id eſt, qui lateres aureos donarium offerebat Diis, & in eorum templis conſecrabat. De hac ipſa hiſtoria Varro apud Nonium:

Ludon fluens ſub Sardibus flumen tulit
Aurum, later quod conquadravit regius.

Sed & ita hic verſus explicari poteſt: *Dabat templa lateribus aureis*, id eſt, faciebat, ut dii haberent inſtructa & ornata lateribus aureis templa, quæ antea Diis nulla erant tantis divitiis famigerabilia. Non hanc enim Auſonii fuiſſe mentem credibilè eſt, è lateribus aureis templa conſtructa. Ita quidem Gregorius Magnus in dialogis: *Ibi quadam mira potentia ædificabatur domus, quæ aureis videbatur laterculis conſtrui.*

10. *Telana*] In eodem ſcriptum eſt, *Tellana.* Alii tamen Τέλλον vocant. *Scaliger.*

10. *Telana dico civem*] Herodotus, Plutarchus, & Diogenes, non *Telana*, qui beatus pro ſalute patriæ decernens parta gloria interierit, ſed *Tellum* nominant hoc eſt Τέλλον. Neque ſecundas beatitudinis partes *Aglao*, ſed Cleobi & Bitoni tribuunt. Quanquam hos Lucianus in primis beatos facit, *Tellum* in ſecundis. Plinius vero *Phedium* eundem vocat. Porro, ipſum Aglaum Plinius, Valerius, & Solinus aſſerunt beatum quidem ab oraculo Apollinis (non

[11] Pro patria pugnans iſte vitam objecerat.
Deſpexit. alium quærit. [12] inveni Aglaum:
Fines qui agelli proprii [13] nunquam exceſſerat.
At ille ridens, Quo dein me ponis loco,
Beatus orbe toto qui ſolus vocor?
[14] Spectandum dico terminum vitæ prius:
Tum judicandum, ſi manet felicitas.
Dictum moleſte Crœſus [15] accepit. at ego

Relin-

autem à Solone) judicatum. Nec Crœſum ſed Gygem Lydiæ quoque Regem, ſciſcitatum veniſſe Pythium Apollinem. Plin. & Valer. Maxim. *Mariang. Accurſius.*

11. *Pro patria pugnans*] *Objicere caput periculis, telis*, nota ſunt. *Sed objicere vitam pro patria* nihil eſt, nec Latini ſic loquuntur. Scripſit Auſonius: *Vitam abjecerat*, hoc eſt, contempſerat, nihili fecerat ſervandæ patriæ cauſa. Pro quo Virgilius, *projicere animam* dixit VI Æn.

--- lucemque peroſi
Projecere animam.

Et Lucanus:

Projeci vitam, comites, tutuſque futura
Mortis agor ſtimulis.

Abjici & *projici* dicuntur, quæ contemnuntur, & vili habentur. Phœdrus: *Agros abjiciet mœcha.* Seneca, de benef. *Gratus eſſe adverſus quenquam poteſt, qui beneficium aut ſuperbe abjecit, aut iratus impegit.* Cicer. XVI ad fam. epiſt. 21. *Etiam reliquias tuas miſera projicias?* Sic Florum intelligo lib. II. cap. XVI. *Quid ſignorum, quid veſtium, quid tabularum raptum, incenſum atque projectum eſt* hoc eſt contemtum, vili venditum. *Gravius.*

12. *Inveni Aglaum*] Lucianus aliter in dialogo, qui inſcribitur Charon, ἢ ἐπισκοποῦντες, & Plutarchus in vita Solonis, Herodotus libro primo, & Ioannes Tzetzes primo capite. *Vinetus.*

12. *Inveni Aglaum*] Puto poëtæ ſcriptum fuiſſe, *Invenio Aglaum*. Vitur enim præſenti ferme ubique tempore. In veteri libro tamen paulo ſupra, *veni*, pro *venio dicto ob.* & mox, τὸ *qui* deeſt in ſeq. verſu. & poteſt me judice negligi.

13. *Nunquam exceſſerat*] Verba ſunt Valerii Maximi, libro ſeptimo, capite de felicitate. Meminit Solinus quoque felicitatis Aglai. Conſimilis & Claudiani ſenex Veronenſis. *Vinet.*

14. *Spectandum dico*] Plato in Epinomide: οὔ φημι εἶναι δυνατὸν ἀνθρώποις μακαρίοις τε καὶ εὐδαίμοσι γενέσθαι, πλὴν ὀλίγων· μέχρι περ ἂν ζῶμεν, τοῦτο διορίζομαι. Scriptor Eccleſiaſtici cap. XII. Μὴ μακαρίσῃς ἄνδρα πρὸ τελευτῆς αὐτοῦ. Sophocles OEdipo Tyranno:

Ὥστε θνητὸν ὄντ' ἐκείνην τὴν τελευταίαν ἰδεῖν
Ἡμέραν ἐπισκοποῦντα, μηδέν' ὀλβίζειν, πρὶν ἂν
Τέρμα τοῦ βίου περάσῃ, μηδὲν ἀλγεινὸν παθών.

Crœſus apud Lucianum in Charonte: Ἐγὼ δὲ, κάθαρμα, οὔ σοι δοκῶ εὐδαίμων εἶναι; Σο. οὐδέπω οἶδα, Κροῖσε, ἢν μὴ πρὸς τὸ τέλος ἀφίκῃ τοῦ βίου· ὁ γὰρ θάνατος ἀκριβὴς ἔλεγχος τῶν τοιούτων, καὶ τὸ ἄχρι πρὸς τὸ τέρμα εὐδαιμόνως διαβιῶναι. Reſpicit huc D. Auguſtinus lib. IX Civitat. Dei. c. XIV. *Quidam enim conditionem ſuam humilius inſpexerunt, negaveruntque hominem capacem eſſe beatitudinis poſſe, quamdiu mortaliter vivit.*

15. *Accepit*] Emendo: *Dictum moleſte Crœſus accipit. Exc.* & illa ἀσύνδετα

Relinquo regem. bellum ille in Perſas parat.
[16] Profectus. victus. vinctus. regi deditus.

* * *

[17] At ille captus, funeris ipſe inſtar ſui.

* * *

[18] Qua flamma totum ſe per ambitum dabat,
Volvens in altum fumidos æſtu globos.
[19] At penè ſero Crœſus ingenti ſono,
O vere vates; inquit: ô Solon, Solon.
Clamore magno ter Solonem nuncupat.
Qua voce Cyrus motus, extingui jubet
Gyrum per omnem, & deſtrui ardentem pyram.
Et commodum profuſus imber nubibus
Repreſſit ignem. Crœſus ad regem illico
[20] Deductus lectam per miniſtrorum manum

Inter-

δῆτα eleganter concepta in Exemplari:

Profectus, victus, vinctus, Regi deditus.

Vt ſe ſemper eluceſcat in eruditiſſimo poëta fœlix veterum Comicorum imitatio. *Scaliger.*

15. *Accepit. at ego*] *τὸ at*, non agnoſcit vetus liber. lege, *accepit. ego.* producitur ultima, uti ſolet, ob diſtinctionem.

16. *Profectus, victus, vinctus, regi deditus*] Ita fuit in membraneo codice. Inter hunc autem verſum, & ſequentem, *At ille captus*, qui nec ipſe ſine mendo eſt, deſunt verſus multi. *Vinet.*

17. *At ille captus*] Sed omnium mendorum monſtra ſuperat prodigioſus ille verſus, ita in veteri ſcriptura conceptus: *At ille captans funeru inſtar ſui.* Nam quo modo vulgo legitur, commentitium eſt. Quid igitur illo faciemus? confugiemus ad veterem ſcripturam, hoc eſt, ad ejus veſtigia odoranda. Putamus enim ita ſcripſiſſe:

At illico aptant funeis. inſtant arſui.
Quin flamma; &c. Hoc eſt, præparant illum, ut ardeat. Sic Virgilius dixit: *Inſtabant fulmen*, de Cyclopibus loquens. *Arſus* idem quod Varroni *arſura*. *Inſtabant arſui*, ut dicebant, *parare veſtes indutui, amictui.* Hæc ego cenſeo, ut multa alia, Auſonium imitatione priſcorum autorum ſcripſiſſe. Quid quod neceſſe eſt apparari rogum, ejuſque fieri mentionem? aliter enim interruptus eſt ſermo, neque ullum ex vulgata editione ſenſum eruere poſſis. *Scaliger.*

18. *Qua flamma*] Altera lectio: *Quin flamma.* Vinetus.

19. *At pane ſero Crœſus*] In veteri membranacco erat, *hac pane ſero.* Lego: *Ac pane ſero*, ut referatur *ad funeris inſtar ſui.* Niſi malis, *Hic pane ſero.*

20. *Deductus lectam*] Ita lego. *Scaliger.*

20. *Per miniſtrorum*] Ne ſit hic trochæus, Pulmannus legeret:

Per adminiſtrûm ducitur lectam manum.

Poſſet etiam legi:

Miniſtrorum per lectam ducitur manum. Vinetus.

 20. *De-*

Interrogatus, [21] quem Solonem diceret:
Et quam ciendi cauſam haberet nominis,
Seriem per omnem cuncta regi ediſſerit.
Miſeratur ille: [22] vimque fortunæ videns,
Laudat Solonem: [23] Crœſum in amicis habet.
Vinctumque pedicis aureis ſecum jubet
Reliquum quod eſſet vitæ, [24] totum degeret.
Ego duorum regum teſtimonio
Laudatus, & probatus ambobus fui.
[25] Quodque uni dictum eſt, quiſque ſibi dictum putet.
  Ego jam peregi, qua de cauſa huc prodii.
Venit ecce Chilon. Vos valete, & plaudite.

20. *Deductus miniſtr.*] Lege ſimpliciter: *Miniſtrorum perducitur lecta manu.*

21. *Quem Solonem diceret*] Ita de induſtria lego, non *qua in Solonem*, hoc eſt: interrogatus quem vocaret, & quare vocaret. *Scaliger.*

22. *Vimque fortunæ videns*] Ita & *Nemeſin* Capitolinus in Maximo appellavit: quam eandem eſſe cum Fortuna ex aliorum opinione Martianus Capella refert libr. I. de Nupt. Philologiæ. Et noſter in Protrep. conjunxit: *Abſiſtat Nemeſis, ferat & fortuna jocantem.* Hic igitur & pro Nemeſi accipi poteſt, quæ μεγαλοφρονῦντα Crœſum puniverat: quæ miniſtra ſcilicet Iovis eſt. Hic enim Κολαστὴς τῶν ὑπερκόμπων ἄγαν φρονημάτων ἔπεστι εὔθυνος βαρύς. Æſchylus in Perſis ✝. 772.

23. *Crœſum in amicis habet*] Forte, *& in amicis habet.* Pulmannus.

24. *Totum degeret*] *Degere*, vetus codex.

25. *Quodque uni dictum*] Supra:
Vt quod dixiſſe Crœſo regi exiſtimor,
Id omnis hominum ſecta ſibi dictum putet.
Menander: Ὑπὲρ γὰρ ἑνὸς ἀλέγων ἅπαντας νουθετεῖ. Terentius Adelph. *Hæc cum illi dico, Micio, tibi dico.*

CHILON.

[1] Lumbi ſedendo, oculique ſpectando dolent,
Manendo Solonem quoad ſeſe recipiat.
[2] Hui, quam pauca quam diu loquuntur Attici:

Vnam

1. *Lumbi ſedendo, oculique, &c.*] Conjunctivam particulam vetus lectio non habuit, qua rurſus excluſa, libentius etiam legerim, *aſpectando.* Imitatus eſt Plautum in Menæch. act. V. ſc. III.
Lumbi ſedendo, oculi adſpectando dolent,
Manendo Medicum, dum ſe ex opere recipiat. Mariang. Accurſius.

2. *Hui quam pauca*] Illud *Hui* non habet locum in verſu, ſed eſt παρεπιγραφὴ, ut φεῦ apud poëtas Tragicos. Verſus vero primus eſt ex Plauto in Manæchmis. *Scaliger.*

2. *Quam*

Vnam trecentis verſibus ſententiam
Tandem peregit; meque reſpectans abît.
Spartanus ego ſum Chilo, qui nunc prodeo.
[3] Brevitate nota, qua Lacones utimur,
Commendo noſtrum γνῶθι σεαυτὸν, *Noſce te*,
[4] Quod in columna jam tenetur Delphîca.
[5] Labor moleſtus iſte, [6] fructi eſt optimi,
[7] Quid ferre poſſis, quidve non, dignoſcere:
Noctu, diuque quæ geras, quæ geſſeris,

Aduſ-

2. *Quam pauca quam diu*] Sic omnia alia exemplaria. Lugdunenſe:

Huicquampaucadiuloquuntur Attici.

Vbi *hui* admirantis interjecto pro *huic* legi poteſt. *Vinetus.*

3. *Brevitate nota*] Ipſum vero præter cæteros Laconas breviloquum fuiſſe notant Laërtius & Suidas, & ab Ariſtagora Mileſio hanc verborum rationem *Chiloniam* fuiſſe appellatam.

4. *Quod in columna*] Cicero lib. v. de Fin. cap. 16. *Intrandum eſt igitur in rerum naturam, & penitus, quid ea poſtulet, pervidendum. Aliter enim noſmetipſos noſſe non poſſumus. Quod præceptum, quia majus erat, quam ut ab homine videretur, idcirco aſſignatum eſt Deo. Iubet igitur nos Pythius Apollo noſcere noſmetipſos. Cognitio autem hæc eſt una, ut vim noſtri corporis animique norimus, ſequamurque eam vitam, quæ rebus ipſis perfruatur.*

5. *Labor moleſtus*] Plautus Pſeudolo act. IV, ſc. 2.

S. Ecquam in angiporto hoc hominem tu noviſti, te rogo?
B. egomet me. S. pauci iſthuc faciunt homines, quod tu prædicas.
Nam in foro vix decimus quiſque eſt, qui ipſus ſe noverit.

Πάντων μέγιστον μαθημάτων vocat Clemens Al. lib. III, c. 1. Pædag.

6. *Fructi*] Vtilitatis. Idem genitivus apud Terentium, ut Cariſius monuit. *Vinetus.*

7. *Quid ferre poſſis*] Theocritus Eid. XV.

Οἱ ὡς Ἀηδονιδῆες, ἐφεζόμενοι ἐπὶ δένδρων,
Πεπτώνται, πτερύγων πειρώμενοι, ὄζον ἀπ' ὄζω.

Ante omnia, inquit Seneca, *neceſſe eſt ſeipſum æſtimare: quia fere plus nobis videmur poſſe, quam poſſumus*: De Tranquill. cap. IV. & cap. V. *Æſtimanda ſunt deinde ipſa, quæ aggredimur; & vires noſtræ cum rebus, quas tentaturi ſumus, comparandæ. Debet enim ſemper plus eſſe virium in vectore, quam in onere.* Ἐπεὶ, ut ait Plutarchus, τὸ τῆς παροιμίας ἐστὶ γελοῖον· ὁ δύναμαι τὴν αἶγα φέρειν, ἐπίθετέ μοι τὸν βοῦν. Cui conſimile Adagium Apulejus apud Nonium refert: *Qui celocem regere nequit, onerariam petit.* Martialis lib. XII, Epigr. 99.

Qui ſua metitur pondera, ferre poteſt.

Tam multa ſunt in hunc ſenſum apud veteres ſcriptores, Græcos pariter & Latinos, ut & ipſa tantum nomina citare tædioſum ſit. Sed pauca tamen notabo. videſis Horatium in Arte, Senecam de Ira lib. 3. cap. 7. Senec. Trag. Hercule Fur. ℣. 68. Ciceronem ad Cæcil. in Divinat. c. XII. Ovid. lib. 2 Artis. P. Syrum in Mimis, Senec. cap. IV de Providentia, Heſiodum lib. 2. Ἔργ. Quintilianum lib. 11 Inſtitut. in fine, Propertium lib. III. el. VII. Antholog. Græc. l. II. c. LII. Athenæum l. VIII. pag. 351.

 1. *Par-*

Aduſque puncti tenuis inſtar quærere.
Officia cuncta, pudor, honor, conſtantia,
In hoc: & illa ſpreta nobis gloria.
Dixi. Valete memores. Plauſum non moror.

CLEOBVLVS.

CLeobûlus ego ſum, [1] parvæ civis inſulæ,
Magnæ ſed auctor, [2] qua clueo, ſententiæ:
[3] Ἄριστον μέτρον quem dixiſſe exiſtimant.
Interpretare tu, [4] qui orcheſtræ proximus,
Gradi-

1. *Parva civis inſula*] Rhodi inſulæ parvæ urbs fuit Lindus Cleobuli patria. *Vinetus.*

2. *Qua cluo*] Legitur, &, *quam cluo*, &, *quam cleuo*. *Cluo* autem tertia inflexione, & *cluëo* ſecunda antiquiores Latini uſurparunt. Lucretius libro primo:

Detulit ex Helicone perenni fronde coronam.
Per gentes Italas, omnium quæ clara clueret.

Et libro tertio:

Vtilitas invenietur, & opportuna cluebit.

Sunt porro, qui Græcum verbum eſſe exiſtimant. *cluo*, id eſt, *κλύω*, quod audio valet: quamvis varia ſignificet, doceantque Grammatici agendi, patiendi, & neutra ſignificatione uſurpari. Nonius Marcellus *cluere* pro nominari, Lucilium, Pacuvium, Ennium, Varronem dixiſſe probat. Hermolaus Barbarus *cluere* duo ſignificare ſcripſit, *eſſe* & *pugnare*. Sed Baptiſta Pius, Plauti & Lucretii interpres, *cluere* pro *eſſe* accipiendum negat: de *cluere* pro pugnare Hermolao ſubſcribit: citatque Plinii duo loca: unum, illum, ubi de Clypei etymo Grammaticos reprehendit Plinius, qui à *cluendo* dictum tradebant: ſed quo *cluendi* ſignificatu non ſatis mihi exprimit Plinius. Alterum, hunc ex libro quinctodecimo: *Quippe ita traditur, Myrtea verbena Romanos Sabinoſque cum propter raptas virgines dimicare voluiſſent, depoſitis armis pacificatos in eo loco, qui nunc ſigna Veneris Cluacinæ habet. Cluere enim antiqui pugnare dicebant.* Sic legit etiam Lilius Ferrarienſis. ſed habet tamen codex meus *purgatos* pro *pacificatos*, & *purgare* pro *pugnare*. Illud vero Lucretii *clueret*, idem Pius *appareret*, & *fulgeret*, interpretatur: ſed quid ſi *clara clueret*, illic ſit, res præclare geſtas hominum laudaret, prædicaret, celebraret? Si itaque legas hic, *qua cluo*, id erit, qua ſententia, ſeu per quam ſententiam ego clarus ſum, & memoror, qua ſignificatione *cluet* accipiendum fuerit in verſu 21 Iambici epiſtolæ Auſonii ad probum: ſi vero *quam cluo*, ſignificabit, quam ſententiam effero & celebro. *Vinetus.*

3. Ἄριστον μέτρον] In Epigr. Græcis lib. I. cap. XLVIII.

Πᾶν τὸ περιττὸν ἄκαιρον, λόγος ἐστὶ παλαιός.
Ὡς καὶ τοῦ μέλιτος τὸ πλέον ἐστὶ χολή.

Plautus Pænulo Act. I. ſc. II.

Modus omnibus in rebus, ſoror, optimum eſt habitu.
Nimia omnia nimium exhibent negotium hominibus ex ſe.

4. *Qui orcheſtræ proximus*] Pars theatri

Gradibus propinquis in quatuordecim ſedes:
Ἄρισον μέτρον an ſit *optimus modus.*
Dic. annuiſti. gratiam habeo. [5] perſequar
Per ordinem. [6] poëta dixe iſthoc loco
[7] Afer videtur veſter, VT NE QVID NIMIS.
[8] Et noſter quidam, [9] μηδὲν ἄγαν. Huc pertinet
Vterque ſenſus, Italus, ſeu Dorius:
[10] Fandi, tacendi, ſomni, vigiliæ eſt modus,
Beneficiorum, gratiarum, injuriæ,
Studii, laborum. Vita in omni quicquid eſt,
Iſtum

theatri fuit, locus chori, & ſaltantium apud Græcos, auctore Polluce, dicta quaſi *ſaltatorium*, inquit Budæus in annotationibus. Ὀρχέομαι enim ſalto & geſticulor ſignificat, unde nomen habet. Apud Romanos vero in orcheſtra ſedes habebant Senatores, teſte Vitruvio libro quinto: Equites vero, qui ſecundus erat ordo à Senatoribus, in gradibus proximis ſpectabant quattuordecim numero. Pro *proximus* autem legitur & *maximus*: quod quicquid ſit, poteſt Auſonianus hic Cleobûlus, Equitibus iſtis Romanis illud μέτρον ἄρισον ideo occinuiſſe, quod ex eo ordinẽ eſſent publicani, genus avarum, & in exigendis vectigalibus plerumque immane. *Vinetus.*

5. *Perſequar*] In hiſce multum juvit me vetus ſcriptura, quanquam corrupta. Vide quantum ex hac emendatione vulgatam damnare poſſis. *Iſto loco,* hoc eſt, in theatro. *Scaliger.*

6. *Dixiſſe ex iſto loco*] Lugdunenſis codex:

Perordinemjamdixiſſeexiſtoloco. Vinetus.

6. *Poëta dixe*] D. Hieronymus ad Demetriadem de ſerv. virginitate: *Philoſophorum quoque ſententia eſt* μεσότητας ἀρετὰς, ὑπερβολὰς κακίας εἶναι. *Vnde & unus de ſeptem ſapientibus* μηδὲν ἄγαν, *id eſt*, nequid, *ait* nimis. *Quod tam celebre factum eſt, ut comico quoque verſu expreſſum ſit.*

7. *Afer poëta videtur*] Terentius in Andriæ principio:

--- *Nam id arbitror*
Apprime in vita eſſe utile, Vt nequid
nimis. Vinetus.

8. *Et noſter quidam*] Reperitur apud Euripidem, Theognidem, & alios veteres poëtas iſtud Μηδὲν ἄγαν, ut docebit Eraſmus in Adagiis: quod Soloni, Chiloni, Stratodemo cuidam Tegeatæ attributum ſcribit Clemens Stromatum primo. *Idem.*

9. Μηδὲν ἄγαν] Varro apud Nonium:

Quid aliud eſt, quod Delphica canat
columna literis
Suis, Ἄγαν μηδὲν, *quam nos facere*
id ad mortalem modum
Medioxume, ut quondam patres noſtri
loquebantur?

Euripides Hippol. ℣. 261.

Βιότου δ' ἀτρεκεῖς ἐπιτηδεύσεις
Φασὶ σφάλλειν πλέον ἢ τέρπειν.
Τῇ δ' ὑγιείᾳ μᾶλλον πολεμεῖν.
Οὕτω τὸ λίαν γ' ἧσσον ἐπαινῶ
Τοῦ Μηδὲν Ἄγαν.

10. *Fandi tacendique & cibi & ſomni modus*] Ita Badiana editio, & aliæ. ſed vetus liber,

Fanditacendiſomnivicinusmodus.

Nos, ni fallimur, depravatum locum priſtino nitori reſtituimus.

Iſtum requirit optimæ pauſæ modum.
Dixi. recedam. ut ſit modus. venit Thales.

THALES.

[1] Mileſius Thales ſum: [2] AQVAM qui principem
Rebus creandis dixi, [3] ut vates Pindarus.

* * * *

[4] Dedere piſcatores [5] extractum mari.
Namque hi jubente Delio me legerant:
[6] Quod ille munus hoc ſapienti miſerat.
Ego recuſans non recepi: at reddidi
Ferendum ad alios, quos priores crederem.
Dein per omnes ſeptem ſapientes viros
Miſſum, ac remiſſum rurſus [7] ad me referunt.
Ego receptum conſecravi Apollini.

Nam,

1. *Mileſius Thales ſum*] Optimum exemplar, *Mileſius ſum Thales*. Ita ut ultimam in *Thales* auctor videatur corripuiſſe. *Scaliger*.

2. *Aquam qui principem*] Cicero lib. I. de nat. Deor. cap. x. & lib. II, Acad cap. 37. Theodoretus ſerm. II. D. Auguſtinus lib. VIII, cap. II Civ. Dei. Schol. Homer. Il. ξ'. Clemens Alexandrin. p. 42. Servius ad v. 364. lib. IV Georg. Virgil. Laërtius in ejus vita. Sidon. Apollinaris c. XV.

3. *Vt vates Pindarus*] Qui incipit Olympia. Ἄριστον μὲν ὕδωρ. Plutarchus libro primo de placitis Philoſophorum, Cicero, Laërtius, Seneca, Auguſtinus, Lactantius. *Vinetus*.

4. *Dedere*] Ante verſiculum tertium, deeſt tale quid:

Cuique olim juſſu Apollinis tripodem aureum
Dedere piſcatores extractum mari.

Scaliger.

5. *Extractum mari*] Vide hanc Hiſtoriam apud Laërtium de Thalete, & Valerium Maximum libri quarti capite primo. *Vinetus*.

6. *Quod ille munus*] Hæc ita lego fere ex auctoritate veteris libri. *Scaliger*.

7. *Ad me deferunt*] *Referunt* vetus codex. Alii omnes *deferunt*. Sed præpoſitio *Re* inſeparabilis, quam naturaliter brevem eſſe putamus, Grammatici veteres in his verbis longam etiam obſervarunt, *Religio*, *Reliquia*, *Redeo*, *Recido*, *Reduco*, *Refero*, *Reficio*, *Refugio*, *Relatum*, *Repello*, *Reperio*, Cariſius, Eutyches, Donatus, Velius, Cæſellius, Servius, cum aliis quibuſdam: quare ibi conſonantem geminandam cenſuerunt, *Relligio*, *Relliquia*, &c. Alii ſunt quibus iſta geminatio videtur minus neceſſaria: quam & in antiquis libris obſervaſſe ſe negant: quum Lugdunenſis *Repperit* per duo *pp*. ſcriberet etiam quando nihil opus eſſet, correpta nimirum *Re* in IV verſu Epigrammatis viceſimi tertii: ſed qui in *recidit* quod eſt in quarto Parentalium, nihil geminarit, neque hic in *referunt*. Vinetus.

8. *Is*

Nam, ſi ſapientem deligi Phœbus jubet,
Non hominem quemquam, ſed deum credi decet.
[8] Is igitur ego ſum. cauſa ſed in ſcenam fuit
Mihi prodeundi, [9] quæ duobus ante me:
Aſſertor ut ſententiæ fierem meæ.
Ea diſplicebit; non tamen prudentibus,
Quos docuit uſus, & peritos reddidit.
[10] Nos ἐγγύα, πάρεστι δ' ἄτη, dicimus:
[11] Latinum eſt, *Sponde: noxia eſt præſto tibi.*
Per mille poſſum currere exempla, ut probem
Prædes vadeſque pœnitudinis reos.

Sed

8. *Is igitur ego ſum*] Lego ita ex eodem libro. *Scaliger.*

9. *Quæ duobus ante me*] *Tres* tamen ſunt ante illum. Sed placuit ita Auſonio dicere. Nam nihil vetat. *Scalig.*

9. *Quæ duobus ante me*] Atqui tres prodierunt, Solon, Chilon, Cleobulus. *tribus* itaque debere legi cunctandum non videtur, aut ante Cleobulum perſona ejus reponenda. Talia ferme aut oculos legentium, aut conjecturam fallunt. Niſi quis etiam *duobus* defendat, quoniam Chilon non prodierit, ut ſibi ſententiam aſſereret, ſed veluti Apollinis Delphici interpretaretur. atque hinc ſubdiderit, *plauſum non moror.* Mariang. Accurſ.

10. *Nos ἐγγύα*] Quia ſententia hæc aliis, non etiam ſoli Thaleti tribuitur, & effertur Dorice, ἐγγύα, πάρα δ' ἄτα, propterea ſemper Dorice hic poſita fuit. Atqui ſi ejus autor eſt Thales, nullo modo poteſt, quia Thales Ionice locutus eſt. Quare ſaltem ἄτη, non ἄτα dicendum fuit. Et ſuperius in Ludio velis nolis, ut conſtet verſus, ita efferenda fuit ea chria:

Thales, ἐγγύα, πάρεστι δ' ἄτη, protulit.

Quomodo Thales ultimam corripiat, alibi dicemus. *Scalig.*

10. Ἐγγύα πάρεστ' ἄτην *ecce dicimus. Latinum id eſt ſponte noxa præſto tibi eſt.*] Mendoſum æque Græcum apophthegma ac Latina ejus eſt interpretatio. Lego itaque, ἐγγύα πάρα δ' ἄτη. Vt cum ſuperius ab ludione quoque receſetur ἐγγύα πάρα δ' ἄτα. *Fidejuſſioni damnum adeſt.* Quæ ſequuntur nos pudore noſtro non corrigimus, ſed ita corrigendum videri (quouſque certiora ex vetuſtis fortaſſe codicibus dabunt alii) oſtendimus. Vt, *id*, particula (quo modo prius fuerat) amoveatur, legamuſque non *ſponte*, ſed *ſpondenti*. hoc modo: *Latinum eſt, ſpondenti noxa præſto tibi eſt.* Nec fortaſſe contemnendum illud, *Latinum id eſt: Sponde, noxa præſto tibi eſt.* Mariang. Accurſius.

10. Ἐγγύα πάρα δ' ἄτα] Mirum in illo Apophthegmate, non dico omnes recentiores interpretes, nam quid de his mirum? ſed Auſonium ἐγγύα pro verbo accepiſſe, & *ſponde* vertiſſe. Nomen eſt, non verbum, nec verbi imperandi modus. Quod ſi eſſet, ab agendi verbo ἐγγυᾶν veniret, quod hoc ſenſu Græcis non uſurpatur. Sed in patiendi forma ἐγγυᾶσθαι eſt *ſpondere*, non ἐγγυᾶν. ἐγγύα non eſt *ſponde*, ſed *ſponſio*: & ἐγγυῶ ſcribendum eſſet, ut eſſet *ſponde*, ab ἐγγυῶμαι. *Salmaſius.* Fallitur Vir maximus, ut vel ex Ariſtophanis Pluto liquet.

11. *Latinum eſt*] Ita legito. *Scaliger.*

12. *Maneat*

Sed nolo quemquam nominatim dicere.
Sibi quiſque veſtrum dicat, & ſecum putet,
Spondere quantis damno fuerit & malo.
Gratum hoc officium [12] maneat ambobus tamen.
Pars plaudite ergo: pars offenſi explaudite.

12. *Maneat ambobus*] v. c. *manet:* & paullo ante, *ſibi quiſque verum dicat.* Mox, *expludite*, & *excludite*, pro *explodite*; ut *defrudare* alibi, pro *defraudare.* Non capio tamen, ſi ut *hoc officium* monendi *ambobus gratum maneat* petit, (ſponſori nempe, & ſponſorem præbenti) quomodo inferre poſſit, *ergo pars plaudite*, & *pars explodite.* Puto *manet* reſcribendum, hoc ſenſu: quanquam id meum dictum quiſque veſtrum fateatur eſſe verum, tamen hoc ſpondendi officium tam ſponſori, quam cui ſpondetur gratum manet, & frequentatur, licet ſuo cum damno.

B I A S.

[1] Bias Prieneus dixi, οἱ πλεῖστοι κακοί.
Latine dictum ſuſpicor, [2] *Plures mali.*
[3] Dixiſſe nollem, [4] VERITAS ODIVM PARIT.
Malos ſed imperitos dixi, & barbaros:
Qui jus, & æquum, & ſacros mores negligunt.
Nam populus iſte, quo theatrum cingitur,
Totus bonorum eſt. hoſtium tellus habet,
Dixiſſe quos me creditis, Plures malos.
Sed nemo quiſquam tam malus judex fuat,
Qui non bonorum partibus ſe copulet.
Sive ille vere bonus eſt, ſeu dici ſtudet,
Iam fugit illud nomen inviſum mali.
Abeo. Valete, & plaudite. plures boni.

P I T-

1. *Bias Prieneus dixi*] puto legendum:
Bias Prieneus ſum. dixi, οἱ πλεῖστοι κακοί. Scaliger.

1. *Bias Prieneus dixi οἱ πλεῖστοι κακοί*] Ita noſtra omnia exemplaria: & *Prieneus* ſi triſyllabum eſt hoc loco, ſicut ante in Ludio, abſque ſynalœpha ſcandendus verſus erit. *Vinetus.*

2. *Plures mali*] Sic ferme Sophocles: Τὰ πλεῖστα φωρῶν αἰσχρὰ φωράσεις βροτῶν. Nonius de Doctorum Indagine: *Veterum memorabilis ſcientia* PAVCORVM *numerum pro bonis ponebat*; MVLTOS *contra malos appellabant. Plures culpari dignos*, dixit Horatius l. 1. ſat. IV.

3. *Dixiſſe nollem*] pro duobus hiſce unicus tantum erat in optimo libro, quique ſufficere poſſe videatur: *Dixi, ſed imperitos dixi & barbaros.*

4. *Veritas odium parit*] Terentius in principio Andriæ. *Vinetus.*

1. *Mi-*

PITTACVS.

[1] Mitylena oriundus Pittacus ſum Lesbius,
Γίγνωσκε καιρὸν, qui dixi ſententiam.
Sed iſte καιρὸς, [2] tempus ut noris, monet:
Et eſſe καιρὸν, tempeſtivum quod vocant.
[3] Romana ſic eſt vox, [4] *Venito in tempore*:
[5] Veſter quoque ille comicus Terentius,

Rerum

1. *Mitylena oriundus*] *Ortus* pro *oriundus* vetus liber. Μιτυλήνη urbs eſt inſulæ Lesbi, Pittaci ſolum natale. Pro *dixi* autem, *decus*, idem vetus. *Vinetus.*

2. *Tempus ut noris*] Tempus & occaſionem diſtinguit Cicero libro de Invent. c. XXVII: Occaſio *autem eſt* pars temporis, *habens in ſe alicujus rei idoneam faciendi aut non faciendi* opportunitatem. *quare cum* tempore *hoc differt. nam genere quidem utrumque idem eſſe intelligitur: verum in* tempore *ſpatiũ quodammodo declaratur, quod in annis, aut in anno, aut in aliqua anni parte ſpectatur: in* occaſione *ad ſpatium temporis faciendi quadam* opportunitas *intelligitur adjuncta. quare cum genere idem ſit, ſit aliud, quod parte quadam & ſpecie, ut diximus, differat.* Seneca Epiſt. XXII, Epicurus ait: *nihil eſſe tentandum, niſi cum apte poterit* tempeſtiveque *tentari: ſed cum illud* tempus *diu captatum venerit, exſiliendum ait.*

3. *Romana ſic eſt vox*] Sic Latini loquuntur. Terentius in quarto actu Andriæ:

In quibus ſic illudatis. Veni in tempore.

Ibique *in tempore*, *opportune*, exponunt vetuſti commentatores. Elidit autem *i* vocalem finalem verbi *Veni*, Terentianum metrum. ſed in Auſoniano nulla ſynalœpha, ubi nec *venit* pro *veni* ſcribendum: quoniam nec Pyrrhichius, nec Trochæus Iambico conveniunt. In ſecundo autem actu *ἑαυτὸν τιμωρούμενος* non ſervus Dromo, ſed Syrus ſic loquitur:

In tempore ad eam veni, quod rerum omnium eſt
Primum. Vinetus.

4. *Veni in tempore*] Lege, *venito* (vel *venite*) *in tempore.* Non venit ſcilicet in mentem Vineto, quod ſæpe antea ſibi animadverſum notaverat, in membranaceo vocalem ut plurimum negligi, quæ eliditur. in eo igitur cum ſit *Venit in tempore*, quam prodidi lectionem in contextum recipere non dubitavi. Sic inferius in Genethliaco: *Adnuito ut reducem*, &c. Vbi in veteri libro erat, *adnuit ut reducem.* Ea͂dem ſcribendi ratio etiam Valerio Maximo mendum attulit lib. I. c. VI de Pompejo: *Sed invicta leges neceſſitudinis pectus, alioqui procul ab amentia remotum, prodigia iſta juſta æſtimatione perpendere paſſa non ſunt. Itaque dum illa elevat,* (non *ille*) *auctoritatem pleniſſimam, & opes privato faſtigio excelſiores, omniaque ornamenta, quæ ab ineunte adoleſcentia ad invidiam uſque contraxerat, ſpatio unius diei confregit. pleniſſimam* pro *ampliſſimam* erat in MS. Ita vero uti diſtinxi locum fuiſſe diſtinguendum, cuivis facile probaverim. *Elevare* enim hic eſt, verbis deprimere, extenuare, minuere. Ipſe Valerius lib. I. c. VII. De Alex. M: *Adjecto verſu græco, qui fidem ſomniorum elevat.*

5. *Veſter quoque ille*] Terentii ex fabula Heautont. hæc ſunt:

In

Rerum omnium primum eſſe tempus autumat,
Ad Antiphilam quo venerat ſervus Dromo
Nullo impeditam, temporis ſervans vicem.
Reputate cuncti, quotiens offenſam incidat,
Spectata cui non fuerit opportunitas.
Tempus me abire, ne moleſtus. Plaudite.

In tempore ad eam veni, quod rerum omnium eſt primum.
Verum Syri verba ea ſunt, non Dromonis, qui ad Bacchidem venerat, non ad Antiphilam. *Mariang. Accurſius.*

[1] PERIANDER.

[2] Ephyra creatus huc Periander prodeo,
[3] Μελέτη τὸ πᾶν qui dixi: & qui dictum probo,
[4] *Meditationem id eſſe totum, quod geras.*
Is quippe ſolus rei gerendæ eſt efficax,
Meditatur omne qui prius negotium.
Adverſa rerum, vel ſecunda prædicat
Meditanda cunctis [5] comicus Terentius.
Locare ſedes, bellum gerere, aut ponere:
Magnas, modicaſque res etiam, parvas quoque
Agere volentem, ſemper meditari decet.
Nam ſegniores omnes in cœptis novis,

Medita-

1. *Periander*] ſubſtituunt alii in hujus locum *Anacharſin*, alii *Epimenidem* Cretenſem, alii *Myſonem*. Vide præter Laërtium in vita Thaletis, Excerpta Conſtantini ed. Valeſ. p. 235, & 513. Clementem Alex. p. 299. Theodoretum p. 80.

2. *Ephyra*] Corintho. Stephanus. *Vinetus.*

3. *Μελέτη τὸ πᾶν*] Μελέτα τὸ πᾶν apud Stobæum capite tertio, ſive verbum ſit μελέτα pro μελέτα, ſeu nomen pro μελέτη, Dorica dialecto. Alia vero ſententia Periandro aſſignatur in Carmine Græco. *Vinet.*

4. *Meditationem id eſſe totum*] Sic Mariang. Accurſius. Idque prorſus eſt μελέτη τὸ πᾶν. Gnoma Græca: Βουλὴ δὲ παντὸς πράγματος προλάμβανει. Pythagoras in aureo carmine:

Βουλεύου δὲ πρὸ ἔργου, ὅπως μὴ μωρὰ πέληται. P. Syrus:

Deliberandum eſt diu, quod ſtatuendum eſt ſemel.

Vide & quæ Iſocrates in epiſt. ad Iaſonem Tyrannum. in præc. verſu lubens legerim, *& qui dicto probo.*

5. *Comicus Terentius*] In principio ſecundi actus Phormionis. Atque ſic Auſoniani illi ſapientes Terentium jam ter citaverint, Græci Latinum hominem, & quadringentis annis, aut plus eo, natu minorem: quod

non

Meditatio ſi rei gerendæ defuit.
Nihil eſt, quod ampliorem curam poſtulet,
Quam cogitare, quid gerendum ſit. [6] dehinc
Incogitantes [7] fors, non conſilium regit.
Sed ego me [8] ad partes jam recipio. [9] Plaudite,
Meditati, ut veſtram rem curetis publicam.

non video quantum in re ficta, & ludicra ſit indecorum. *Vinetus.*

6. *Dehinc incogitantes*] Cicero in Oratore cap. XXIII. *Sed ingredientibus conſiderandum fuit, quid ageremus. nunc quidem jam, quocumque feremur, danda nimirum vela ſunt.* Alcæus:

Ἐκ γῆς χρὴ κατιδεῖν πλόον,
Εἴτις δύναιτο, καὶ παλάμην ἔχοι.
Ἐπεὶ δ' κἂν πόντῳ γένηται,
Τῷ παρεόντι τρέχειν ἀνάγκη.

7. *Fors*] fortuna, caſus. legitur &, *fors.* Vinetus.

8. *Ad partes me recipio*] In veteri libro fuit, *ad patres.*

9. *Plaudite meditati*] Vetus liber, *meditamini.*

EORVNDEM
[1] SEPTEM SAPIENTVM SENTENTIÆ,
Septenis verſibus ab eodem Auſonio explicatæ.

BIAS PRIENEVS.

QVænam ſumma boni? Mens, quæ ſibi conſcia recti.
[2] Pernicies homini quæ maxima? Solus homo alter.

Quis

1. *De iiſdem VII Sapient.*] Eſt & aliud de iiſdem Heptaſtichon apud Pſeudo-Hyginum in Mythol.

Optimus eſt, *Cleobulus ait*, modus, *incola Lindi.*
Ex Ephyra Periandre doces, cuncta *ut* meditanda.
Tempus noſce, *inquit*, *Mitylenis Pittacus ortus.*
Plures eſſe malos, *Bias autumat ille Prieneus.*
Mileſiuſque Thales ſponſori damna *minatur.*
Noſce, *inquit*, tete, *Chilon Lacedamone cretus.*
Cecropiuſque Solon, ne quid nimis, *induperabit.*

Nec non apud Apollinarem Sidonium, Carm. II.

Nec minus hac inter veteres audire Sophiſtas,

Mileto

Quis dives? [3] Qui nil cupiat. Quis pauper? Avarus.
Quæ dos [4] matronæ pulcherrima? Vita pudica.
[5] Quæ caſta eſt? de qua mentiri fama veretur.
Quod prudentis opus? Quum poſſit, nolle nocere.

[6] Quid

Mileto quod crete Thales vadimonia *culpas*;
Lindie quod Cleobule canis, modus optimus *eſto*:
Ex Ephyra totum meditaris *quod Periander*:
Attice quodve Solon finem *bene* reſpicis ævi;
Prienae Bia, quod plus *tibi* turba malorum eſt;
Noſcere *quod* tempus, *Lesbo ſate Pittace, ſuades*:
Quod ſe noſſe *omnes vis ex Lacedamone Chilon.*

Qui & Carm. XV. reſpiciendus.

2. *Pernicies hominum qua maxima? ſolus homo alter*] Legendum: *homini* non *hominum*. Quod oſtendit & particula, *alter*, & ſententia ipſa ex ſeptimo Nat. Hiſt. *At hercle homini plurima ex homine ſunt mala.* Et Cicero II de Officiis: *Vt magnas utilitates adipiſcimur conſpiratione hominum atque conſenſu: ſic nulla tam deteſtabilis peſtis eſt, qua non homini ab homine naſcatur.* Mariang. Accurſius.

2. *Pernicies homini*] Notum illud Plautinum, Aſinar. act. II, ſc. IV.

Lupus eſt homo homini; non homo, quum, qualis ſit, non novit.

Nec non adagiale illud, *Homo homini Deus*: quod dictum Boccalinus Satyrice perſtringens mutandum cenſet in, *Homo homini homo.* Sed, quod magis ad nos, Plinius una opera emendandus eſt, cujus lib. II. c. VII, hæc verba ſunt: *Deus eſt mortali juvare mortalem; & hac ad æternam gloriam via.* Scribe: *Deus eſt mortalis juvans mortalem.* quæ ferme Heracliti ſententia eſt, cujus hæc apud Clem. Alex. verba ſunt: Ἄνθρωποι θεοί. θεοὶ ἄνθρωποι. vide quæ Eraſmus in Adagiis è Ciceron. & Strab. citavit. Contra ea Auctor Diſtichorum de moribus:

Quum tibi proponas animalia cuncta timere:
Vnum præcipio tibi plus hominem eſſe timendum.

Lycurgus vetus Poëta:

Οἴει τι τῶν ἄλλων διαφέρειν θηρίων
Τὸν Ἄνθρωπον; οὐδὲ μικρόν· ἀλλὰ σχήματι,
Πλάγι' ἐστὶ τ' ἄλλα, τοῦτο δ' ὀρθὸν θηρίον.

3. *Qui nihil*] In Bibliotheca ſodalium Dominicalium Burdigalæ antiquum membraneum librum reperi, in quo erat bona pars ſcriptorum utriuſque Senecæ, ac inter alia ſententiæ illæ, ſeu proverbia, ut dicebantur, Annæi Senecæ. Mimi ſcilicet illi, quos Deſiderius Eraſmus eſt interpretatus: quibus adſcripta & hæc heptaſticha Auſonii erant, tacito auctoris nomine, adeo, ut ſiquis illa aliunde non noviſſet, Senecæ opus eſſe crediſſet. Ex eo itaque codice, loca aliquot hujus opuſculi reſtituimus. Quod idem Eraſmus & Brucherius quidam Trecenſis ſunt interpretati: ſiquid in eo tibi occurrerit minus perſpicuum. *Qui nihil cupiet.* *Cupiat*, vetus exemplar. *Vinetus.*

4. *Matronis*] *Matronæ*, rectius vetus codex: quia mox ſubditur, *Quæ caſta?* Vinet.

5. *Quæ caſta eſt*] Verſus primore quidem ſpecie planus, ſi intendas autem acrius, ſubobſcurus. Nos poëtam ſignificaſſe ſentimus, neminem omnino caſtam inveniri ex Ovidio: *Caſta eſt, quam nemo rogavit.* Mariang. Accurſius. Sed errat, ut liquet ex præcedente verſiculo. Huc referri poteſt illud Cæſaris reſponſum, *Vxorem Cæſaris etiam ab ſuſpicione liberam eſſe oportere.* Vide Sueton.

6. *Quid*

[6] Quid ſtulti proprium? Non poſſe, & velle nocere.

6. *Quid ſtulti prop.*] Vetus codex, *Quod*, ut ſubintelligas *opus eſt*: quod verbum eſt in præcedenti verſu. *Vinetus.*

PITTACVS MITYLENÆVS.

[1] LOqui ignorabit, qui tacere neſciet.
Bono probari malo, quam multis malis.
[2] Demens ſuperbis invidet felicibus.
[3] Demens dolorem ridet infelicium.
Pareto legi, [4] quiſque legem ſanxeris.
Plures amicos re ſecunda [5] compara.
Paucos amicos rebus adverſis proba.

1. *Loqui ignor.*] Ejuſdem eſt artis, recte tacere, & recte loqui. *Eraſmus.*

2. *Demens ſup.*] Stultitiæ eſt, cruciari felicitate malorum, quaſi in vulgaribus bonis ſita ſit felicitas. *Idem.*

3. *Demens dol.*] Æque ſtultum eſt gaudere calamitate malorum, quaſi non & ante fuerint infelices. *Id.*

4. *Quiſque legem ſanxeris*] Temporibus Auſonii & ſupra dicebatur *quiſque*, pro *quiſquis*: quod in Cypriano, Prudentio, Sidonio, & aliis notare potes. Sic in Epigrammate in Virgilium:

Longe erit, à primo quiſque ſecundus erit. Scaliger.

4. *Quiſquis legem*] Pariſinus, & vetus codex, *quiſque* ſcribunt, quod metro melius convenire videtur: & pro *quiſquis* ſeu *quicunque* multos auctores uſurpaſſe annotavimus in Sidonium. *Vinetus.*

5. *Compares*] Sic legit Eraſmus, & in ſequenti verſu *probes*. Nos vero ex vetuſto codice, *compara*, & *proba*. *Proba* etiam habet Pariſienſis. *Vinetus.*

CLEOBVLVS LINDIVS.

QVanto plus liceat, tam libeat minus.
Fortunæ invidiæ eſt immeritus miſer.
Felix criminibus nullus erit diu.
Ignoſcas aliis multa: nihil tibi.
[1] Parcit quiſque malis, perdere vult bonos.
[2] Majo-

1. *Parcit quiſque bonis, prodere vult bonos*] Alii corrigunt, *quique*. Nos potius ex MS.Cod. *quiſque*. ut in Pittaco: *Pareto legi quiſque legem ſanxeris.* ſenſus eſt. Quicunque parcit bonis, eis quidem ipſis captas imponere. Bonis enim dare veniam videtur, ut blanda, verum ſubdola, licentia abuſi, deteriores fiant. Vetus tamen ipſa lectio:

Parcit quiſque malis, perdere vult malos.

[2] Majorum meritis gloria non datur.
[3] Turpis ſæpe datur fama minoribus.

Et ſunt codices qui habeant: *Parcit quique malis prodere vult bonos.* Qua in re meminiſſe illud apud Criſpum ex Oratione C. Memmii oportet: *Ne ignoſcendo malis, bonos perditum eatis.* Mariang. Accurſius.

1. *Parcit quiſque*] Qui bonos viros tradit in manus bonorum, is ſervat, non perdit. Quanquam ſuſpicor legendum:

Parcit quiſque bonis, perdere vult malos.

Vt ſit ſenſus, qui malos, ac nocentes afficit ſupplicio, is miſeretur bonorum & innocentium, quos ab horum violentia liberat. Et *quiſque*, durius poſitum eſt, pro *quiſquis*. Eraſm.

1. *Parcit quiſque bonis*] Video, quid hic alii. Sed haud dubie ſcribendum: *Parcit quiſque malis, perdere vult bonos.* Nam *quiſque* poſitum pro *quiſquis*. Qui non punit malos ſcelerum convictos, plures facit, & in cauſa eſt, ut corrumpantur ac mali fiant nonnulli eorum, qui adhuc videbantur & credebantur boni; quia vident facinus patranti utile atque impunitum fuiſſe. Eodem quodammodo pertinet illud Terentianum: *Noſtrapte culpa facimus, ut malis expediat eſſe.* De quo egimus in obſervationibus, propter vicinum: *Ita fugias, ne præter caſam.* Gronovius.

1. *Parcit quiſque bonis*] *Parcit quiſque malis, perdere vult bonos.* Pulmannus. explicat Auſonii mentem P. Syrus: *Bonis nocet, quiſquis pepercerit malis.* Haud multum diverſum illud Gracchi apud Ciceronem: *Abeſſe non poteſt, quin ejuſdem hominis ſit probos improbare, qui improbos probet.*

2. *Majorum mer.*] Laus parentum non tribuitur poſteris. *Eraſmus.*

3. *Turpis ſæpe datur forma minoribus*] Vetus lectio, *fama*. Ex majorum, inquit, bene geſtis rebus non dari gloriam. Sed ex eorundem infamia ſæpe etiam minores infici nomenque obliterari. Nam *muneribus*, ex vetuſtis quibuſdam, quo minus probemus, ratio ſyllabæ in aſclepiadeo facit. *Mariang. Accurſius.*

PERIANDER CORINTHIVS.

NVnquam diſcrepat utile à decoro.
[1] Plus eſt ſollicitus magis beatus.
Mortem optare malum, timere pejus.
[2] Faxis ut libeat, quod eſt neceſſe.
Multis terribilis, caveto multos.
[3] Si fortuna juvat, caveto tolli.
Si fortuna tonat, caveto mergi.

SOLON

1. *Plus eſt*] Id eſt, quo quiſque ditior, hoc magis ſollicitus vivit. *Eraſmus.*

2. *Faxis ut*] Quod neceſſe eſt facere, fac ut libenter facias. *Idem.*

3. *Si fortuna*] Ne extollaris fortunæ proſperitate. In rebus adverſis ne frangaris animo. *Idem.*

SOLON ATHENIENSIS.

[1] DIco tunc beatam vitam, quum peracta fata ſint.
Par pari [2] jugator conjux. [3] quicquid impar, diſſidet.
Non erunt honores unquam fortuiti muneris.
Clam coarguas propinquum, [4] propalam laudaveris.
Pulchrius multo parari, quam creari nobilem.
[5] Certa ſi decreta ſors eſt, quid cavere proderit?
Sive ſint incerta cuncta, quid timere convenit?

1. *Dico tunc beatam*] Eraſmus & vetus exemplar legunt:
Dico tunc vitam beatam, fata cum peracta ſint. Vinetus.

1. *Dico tunc beatam*] Pulmanni liber: *Tunc beatam dico vitam, cum peracta fata ſint.* quod probo.

2. *Iugato*] Vetus codex addit r, *Iugator*, idque rectius. *Quicquid impar diſſ.* ſic vetus codex. Nam illud *quod impar eſt, diſsidet*, metri ratio ferre non poteſt. *Vinetus.*

3. *Quicquid impar*] *Diſsidet, quod impar eſt.* Eraſmus.

4. *Quem palam*] Eraſmus & vetus exemplar, *ſed palam.* Vinetus.

4. *Quem palam*] Melius Pulmanni liber: *propalam laudaveris.*

5. *Certa ſi*] Si fatum vitari non poteſt, quid prodeſt præſciſſe? ſin incertum, ſtultum eſt timere, quod an eventurum ſit, neſcias. *Eraſmus.*

CHILO LACEDÆMONIVS.

NOlo minor me timeat, deſpiciatque major.
[1] Vive memor mortis, [2] uti ſis memor & ſalutis.
Triſtia cuncta exſuperans aut animo, aut amico.
Tu bene ſi quid facias, non meminiſſe fas eſt.
[3] Quæ bene facta accipias, perpetuo memento.

Grata

1. *Vive memor*] Sic fuge turpia, quaſi hodie moriturus. Sic cura honeſta ſtudia, quaſi ſemper victurus. Quando hic verſus depravatus eſt, ſuſpicor ita legendum:
Vive memor mortis, ut ſies memor & ſalutis.
Aut ſic:
Vive memor mortis, ne ſis immemor & ſalutis. Eraſmus.

2. *Vti ſis memor & ſalutis*] Vetus codex hoc ſic habet: *Vive memor mortis, item vive memor ſalutis.* Vinet.

2. *Vti ſis memor*] Pulmanni liber: *item vive memor ſalutis.*

3. *Quæ benefacta*] Cum ſeptenis verſibus ſingulorum totidem apophthegmata explicentur, Chiloni & Thaleti ſingulis ſingula periere. Quæ tamen nos in quibuſdam exemplariorum fragmentis invenimus, in hunc modum:

Grata ſenectus homini, quæ parilis juventæ,
[4] Illa juventa eſt gravior, quæ ſimilis ſenectæ.

Quæ benefacta accipias, perpetuo memento.

Item Thaletis aliud:

Cum falſo laudas, tunc & amice noces.

Quorum alterum vix dignum anxia poetæ facundia recepimus. Alterum omnino indignum, ſed certe commode ex eadem ſententia deductum, cujus in Lælio meminit M. Tull. Demoſthenem, in Oratione illa egregia περὶ στεφάνου contra Æſchinem imitatus. *Beneficia*, inquit, *meminiſſe debetis, in quem collata ſunt, non commemorare qui contulit.* Vt ſi ſuppoſititii putandi ambo partus ſint, ac ſpurii, non diverſi tamen generis, atque ex colluvione diſſidentium prognati videantur. Neque illud tranſiliendum, in ſupradictis fragmentis comperiſſe nos, ſeptem ultima Apophthegmata non Thaleti adſcripta ſed Anacharſidi, Scythæ. Qui & ipſe inter Græciæ ſapientes eſt habitus. De quorum numero (ut Laertius colligit) ingens quæſtio, nec minor diſſenſio. *Mariang. Accurſius.*

4. *Illa juventa eſt gravior*] Hoc modo ex veteri codice malo legere, quam, *Illa juventus gravior.* Vinetus.

[1] THALES MILESIVS.

Turpe quid auſurus, te ſine teſte time.
Vita perit, mortis gloria non moritur.
Quod facturus eris, [2] dicere ſuſtuleris.
[3] Crux eſt, ſi metuas, vincere quod nequeas.
Quum vere objurgas, ſic inimice juvas.
Quum falſo laudas, [4] ſic & amice noces.
Nil nimium ſatis eſt. ne ſit & hoc nimium.

1. *Thales Mileſius*] Mariangeli, nec non Pulmanni codex: *Anacharſis Scytha.*

2. *Dicere ſuſtuleris*] In MS. *dicere diſtuleris.* Mariang. Accurſius.

2. *Dicere diſtuleris*] Sic vetus liber, alii *dicere ſuſtuleris. Inimice* autem hic, & *amice*, vocativus pro nominativo, ſicut in carmen viceſimum Parentalium monuimus. *Vinetus.* imo adverbia potius, ut alibi oſtendimus.

3. *Crux eſt*] Auget ſibi moleſtiam, qui timet, quod vitari non poteſt. *Eraſmus.*

4. *Tunc & amice noces*] Vetus Pulmanni: *ſic & amice noces.*

De iiſdem ſeptem Sapientibus, è Græco.

[1] Septenis patriam ſapientum, nomina, voces,
Verſibus expediam: ſua quemque monoſticha dicent:

Chilo

1. *Septenis patriam ſap.*] Latina hæc, quæ inter Virgiliana, Auſoniana, Sidonianaque carmina reperiuntur, cujuſcunque ſint auctoris, ex Græcis facta

Chilô, cui patria eſt Lacedæmon, Noſcere ſeipſum.
Periander, Trepidam moderare Corinthius iram.
Ex Mitylenæis, Nimium nil, Pittacus oris.
Menſuram optimum, ait [2] Cleobulus Lindius, in re.
Exſpectare Solon finem docet, ortus Athenis.
Plures eſſe Bias pravos, quem clara Priene.
Mileti, fugiſſe [3] Thales vadimonia, alumnus.

AUSO-

cta putantur, quæ leguntur libro primo Epigrammatum Græcorum hujuſmodi:

Ἑπτὰ σοφῶν ἐρέω κατ' ἔπος πόλιν, οὔνομα, φωνήν.
Μέτρον μὲν Κλεόβουλος ὁ Λίνδιος εἶπεν ἄριστον.
Χείλων δ' ἐν κοίλῃ Λακεδαίμονι, Γνῶθι σεαυτόν.
Ὃς δὲ Κόρινθον ἔναιε, Χόλου κρατέειν, Περίανδρος.
Πιττακὸς, Οὐδὲν ἄγαν, ὃς ἔην γένος ἐκ Μιτυλήνης.
Τέρμα δ' ὁρᾶν βιότοιο, Σόλων ἱεραῖς ἐν Ἀθήναις.
Τοὺς πλέονας κακίους δὲ, Βίας ἀπέφηνε Πριηνεύς.
Ἐγγύην φεύγειν δὲ, Θαλῆς Μιλήσιος ηὔδα.

De iiſdem exſtant & hæc: quæ in antiquis libris poſt Sidonii Apollinaris carmina reperimus, cujusvis veterum poëtarum ſint:

Te Solo præcipue laudavit Græcia, voſq;
Pittace, Chilo, Thales, Cleobule, Bia,
Periander.
Pittacus ex Leſbo ſatus, ex Lacedæmone Chilo.
Mileto natus Thales, & Lindo Cleobulus.
Prieneque Bian tulit, aſt Ephyre Periandrum.
Atticus Actalicum Solo ſeptimus eſt ſapientum.
Hic jubet attente meditarier ultima vitæ.
Ille nihil rerum fieri probat immeditatum.
Eſſe malos plures tandem deprehenderat alter.
Alter habere modum perhibet moderamina rerum,
Quinctus opes vitæ communes præcipit eſſe.
Sextus, ut ipſum ſe curet cognoſcere quiſque.
Primus temporibus dat res, & tempora rebus. Vinetus.

2. *Cleobulus Lindius*] In Epigrammate quo ſingulorum ſeptem ſapientum apophthegmata, nominaque, & patriæ ſingulis explicantur verſiculis, *Cleobulus Lindius* quarto loco ponitur, cum in Græco Epigrammate omnibus præponatur. Et cæteri mox non alio ordine, quam latinos eos (quicunque fuerit) interpres reddiderit. Quapropter eodem modo verſus in principio reponendus videtur. Alioqui tres ſuperiores verbum etiam, quo innitantur, non habent. *Mariang. Accurſius.*

3. *Thales vadimonia*] Vadimonium à *vade* dictum eſt, ut mercimonium à merce: & quanquam eo nomine proprie cenſetur obligatio ſiſtendi ſe judicio, tamen omnis ſponſio & promiſſio eo interdum vocabulo continetur, ut è dicto Thaletis cognoſci poteſt. *Turnebus.*

1. *Verſus*

AVSONII BVRDIGALENSIS EDYLLIA.

[1] VERSVS PASCHALES PROCODICTI. Edyllium I.

[2] SAncta ſalutiferi redeunt ſollemnia CHRISTI:
Et [3] devota pii celebrant jejunia myſtæ.
At nos æternum cohibentes pectore cultum,
Intemeratorum vim continuamus honorum.
Annua cura ſacris, jugis reverentia nobis.
Magne pater rerum, cui terra, & pontus, & aer,
Tartaraque & picti ſervit plaga lactea cœli:
Noxia quem ſcelerum plebes tremit, almaque rurſum
Concelebrat votis animarum turba piarum:

Tu

1. *Verſus Paſchales Proc.*] Legendum videtur *Proclo*, non *Proco*. Quia *Proclus* uſitatum nomen. *Procus* qui vocatus ſit apud veteres, non memini me legere. Ita igitur legimus: VERSVS PASCHALES PROCLO DICTI. *Scaliger.*

2. *Sancta ſalutiferi*] Carminis hujus titulus in Pariſienſi editione, & aliis quibuſdam, eſt, VERSVS IN DOMINICAM RESVRRECTIONEM. In Lugdunenſibus membranis, VERSVS PASCHALES PROCODICTI. Vbi quid verbi ſit PROCODICTI, non intelligo. Participium quidem DICTI videri poteſt, ut verſus Paſchales *dictos* accipiamus, ſed quid reliquum PROCO? An viri hoc proprium? De Proconſulatu Auſonii nihil comperimus, & hoc ante conſulatum ipſius fuiſſe ſcriptum liquet. Quod carmen, & quæ ſequuntur, *Amor cruci affixus*, *Moſellâ*, & aliquot alia, hæc non ante *Edyllia* fuiſſe inſcripta arbitror, quam Auſonii ſcripta, quæ veteres libri confunderant, typographi ſic nuper diſtinxiſſent, ut nunc edi ſolent, in Epigrammata, Edyllia, Epiſtolas, & alia. *Edyllia* auctor ipſe nuſquam vocavit, niſi forte *Edyllia* malis legere, quam *Epyllia* in litteris ad Symmachum de Gripho Ternarii numeri. Significat autem εἶδος, formam & ſpeciem, eamque ſpeciem, quæ generi ſubjicitur: ſed Pindarus poëta Lyricus, quum ſuorum certaminum victores celebrat, εἶδος etiam vocat, quod de unoquoque carmen canit. Hinc factum conſtat εἰδύλλιον, diminutivum vocabulum, parvum εἶδος ſignificans, breveque aliquod poëma, ut oſtendemus in præfationem Cupidinis cruci affixi. *Vinetus.*

3. *Devota jejunia*] Quadrageſimæ. *Vinet.*

4. Vt

Tu brevis hunc ævi curſum, celeremque caducæ
Finem animæ donas æternæ munere vitæ.
Tu mites legum monitus, ſacroſque prophetas
Humano impertis generi, ſervaſque nepotes,
Deceptum miſeratus Adam: quem capta venenis
Implicuit ſocium blandis erroribus Eva.
Tu verbum, pater alme, tuum, natumque, deumque,
Concedis terris totum, ſimilemque, paremque,
Ex vero verum, vivaque ab origine vivum.
Ille tuis doctus monitis hoc addidit unum:
[4] Vt ſuper æquoreas nabat qui Spiritus undas,
Pigra immortali vegetaret membra lavacro.
Trina fides, auctore uno; ſpes certa ſalutis
Hunc numerum junctis virtutibus [5] amplectenti.
[6] Tale & terrenis ſpecimen ſpectatur in oris
[7] Auguſtus genitor, [8] geminûm ſator Auguſtorum.
Qui fratrem, natumque, [9] pio complexus utrumque
Numine

4. *Vt ſuper æquoreas*] Alludit ad illud, quod ſcribitur in Principio Geneſeos: *Et ſpiritus Dei ferebatur ſuper aquas:* ſpiritumque illum intelligit Sanctum Dei Spiritum, non flatum, ventum, aerem, ut quidam. *Vinetus.*

5. *Amplecti*] *Amplectenti* rectius liber vetus. *Iunctis virtutibus*, hoc eſt, bona faciendo opera: ne fidem otioſam, ut appellant, intelligas, & vacantem charitate. *Vinet.*

6. *Tale & terrenis*] Huc maxime facere puto, quod Cedrenus Conſtantino Pogonato accidiſſe refert: Οἱ δὲ τοῦ θέματος, inquit, τῶν Ἀνατολικῶν ἦλθον ἐν Χρυσοπόλει, λέγοντες, ὅτι εἰς Τριάδα πιστεύομεν, τοὺς τρεῖς στέψωμεν. Ἐταράχθη δὲ Κωνσταντῖνος· μόνος γὰρ αὐτὸς ἦν ἐστεμμένος· οἱ δὲ ἀδελφοὶ αὐτοῦ Τιβέριος καὶ Ἡράκλειος οὐδεμίαν εἶχον ἀξίαν. Noſter tres Imperatores unanimes Trinitati comparat: illi quod in Trinitatem crederent, tres Imperatores deſiderabant.

7. *Auguſtus genitor*] Valentinianus Imperator. *Vinetus.*

8. *Geminum*] Id eſt duorum Auguſtorum ſator & procreator, Valentis fratris, Gratianique filii ſui. *Vinet.*

9. *Pio complexus*] Id eſt, benevolentia & affectu paterno, fraternoque. ita melius, quam *nomine*, quod in optimo codice. In harum literarum permutatione ſexcenties à librariis erratum eſt. Supra vidimus in *Numen* pro *nomen Hiberum.* Videmus & in Lucilii fragmento, quod apud Nonium in *Fretum*, quod me judice ita reſtituendum eſt: *Serena coili numina, & falſi fretus.* Qui perfectus eſt ſenarius. libri vulgati habent: *Serana cecili nomina & ſalis fretus.* Pro quo viri docti: *Lucil. Serrano: an ficuli nominent ſalis fretus.* Vtra ſit melior emendatio, lector dijudicet. *Fretus* enim quartæ declinationis eſſe, quum maſculino genere ſumitur, &

Numine, partitur regnum, neque dividit unum,
Omnia ſolus habens, atque omnia dilargitus.
Hos igitur nobis trina pietate vigentes,
Rectores terræ placidos, cœlique miniſtros,
Chriſte apud æternum placabilis aſſere patrem.

Cicerone cognoſcimus, cujus hæc in Verrinis: *Perangusto fretu diviſa ſervitutis ac libertatis jura cognoſceret.* Ita Gellius Ciceronem ſcripſiſſe vult lib. XIII noct. Att. cap. XIX. *Pio*, id eſt, favente, propitio. D. Auguſtinus lib. X Civ. Dei, cap. I. *More autem vulgi hoc nomen etiam in operibus miſericordiæ frequentatur: quod ideo arbitror eveniſſe, quia hæc fieri præcipue Deus mandat. Ex qua loquendi conſuetudine factum eſt, ut & Deus ipſe dicatur pius.* De ea ipſa re Marcellinus lib. XXVII. *In hoc tamen*, inquit, *negotio Valentinianus morem inſtitutum antiquitus ſupergreſſus non Cæſares, ſed Auguſtos germanum nuncupavit & filium; benivole ſatis.* id eſt, ut Auſonius ait, *pio numine.* Solinus in fragm. Ponticon:

Quare diva precor, quoniam tua munera parvo
Auſus calle ſequor, vitreo de gurgite vultus
Dextera prome pios: & lumine læta ſereno
Pierias age pande vias.

A V S O N I V S
LECTORI SVO S. D.

[1] *Poſt deum ſemper patrem colui: [2] ſecundamque reverentiam genitori meo debui. Sequitur ergo hanc ſummi Dei venerationem [3] Epicedion patris mei. Titulus à Græcis auctoribus, defunctorum honori dicatus, non ambitioſus, ſed religioſus: quem commendo lectori meo, ſive is filius eſt, ſeu pater, ſive utrumque.*

Neque

1. *Poſt Deum ſemper patrem*] Præfatio eſt in Epicedium. Cujus hic erat titulus in exemplari: INCIPIT EPICEDIVM IN PATREM PRÆFATIO IN PROSA. *Vinetus.*

1. *Poſt Deum ſemper patrem colui*] Parentes, inquit Æſchines in oratione contra Timarchum, ἐξ ἴσου δεῖ τιμᾶν τοῖς θεοῖς. Gnomæ Græcæ: Θεοὶ μέγιστοι τοῖς φρονοῦσιν οἱ γονεῖς.

2. *Secundamque reverentiam*] Plato, Cicero, & alii, parentibus præponunt patriam, communem omnium parentem. *Vinetus.*

3. *Epicedium patris*] Eſt ἐπικήδειον, nænia, & carmen, quod mortuo canitur ante, quam ſepeliatur. ἐπιτάφιον, quod poſt ſepulturam dicitur. Sic tradit Servius in duodecimum verſum Daphnidis. Eſt enim τὸ κῆδος, cura, exequiæ, funus. ὁ τάφος, ſepulchrum & tumulus, cum quibus præpoſitio ἐπὶ compoſita, ad, ſuper, in, & alia ſignificat. *Vinetus.*

4. *Oble-*

Neque ut laudet exigo, ſed ut amet poſtulo. Neque vero nunc patrem meum laudo, quod ille non eget: & ego functum [4] *oblectatione viventium onerare non debeo. Neque dico, niſi quod agnoſcunt, qui parti ætatis ejus interfuerunt. Falſum me autem, morte ejus obita, dicere, & verum tacere, ejuſdem piaculi exiſtimo. Imagini ipſius hi verſus ſubſcripti ſunt: neque minus in opuſculorum ſeriem relati. Alia omnia mea diſplicent mihi:* [5] *hos relegiſſe amo. Vale.*

4. *Oblectatione viventium*] Id eſt, laude: qua viventes, queis ulla honeſti cura eſt, plurimum capiuntur. In coronide Profeſſor. dixerat: *Viventum illecebra eſt laudatio.*

5. *Hos relegiſſe*] *Hoc* non *hos*, in exemplari. *Vinetus.*

5. *Hos relegiſſe amo*] Vetus Codex, *hoc*, ut referatur ad *opuſculorum*, cum ceteroquin τὸ *hos* ad *verſus* reſpiciat.

[1] EPICEDION in patrem ſuum Iulium Auſonium.

Edyllium II.

[2] NOmen ego Auſonius, non ultimus arte medendi:
Et mea ſi noſſes tempora, primus eram.
[3] Vici-

1. *Epicedion*] Lucilliano ſtilo, patris ſui, itemque prædioli Elogium ſcripſit. In quo mihi videtur omnium, quicunque idem tentaturi ſunt, conatus poſſe deterrere. De induſtria enim veterem illam ſimplicitatem affectat, & quantum poteſt, ad ejus characterem ſtilum ſuum componit. Paucula igitur analecta in epicedio patris, tanquam aliud agentes, everremus. *Scaliger.*

2. *Nomine ego Auſonius*] *Nomen* pro *nomine* veteres libri, & *infimus* pro *ultimus*, Tilianus. Eundem autem ſuum patrem Iulium Auſonium celebravit primum in Parentalibus Auſonius poëta, quod carmen cum hoc conferes. *Vinetus.*

2. *Nomine ego Auſonius*] Tuto repones: *Nomen ego Auſonius.* Sic quondam conjeceram: ſic in veteri quadam membrana ſcriptum in Gallia obiter vidi: ſic apud ſe Codices antiquos habuiſſe teſtatur Vinetus. Helleniſmus eſt elegans. *Ego nomen Auſonius.* id eſt, quo ad nomen, vel cui nomen Auſonius. Ælian. I ποικ. XV. ἱεροθύτου παρθένου Φθίας ὄνομα. Gronovius.

2. *Nomen ego Auſonius*] Ita vetus liber, pro quo alii, *Nomine ego Auſonius*: ſed perperam. Sic ſupra carm. XXIV Profeſſor.

Stemmate nobilium deductum nomen avorum
Glabrio, Aquilini Dardana progenies.

Vbi nominandi caſu ponitur, ut & in Moſella, *Auſonius nomen Latium.* Item Epiſtola IX, oſtrea *Burdigalenſia nomen.* Virgilius l. III Æneid.

Sum patria ex Ithaca, comes infelicis Vlyſſei,
Nomen Achamenides. Ita Fabricius è MSS. legit, pro *nomine.*

[3] Vicinas urbes colui patriaque domoque,
Vaſates patria, ſed lare Burdigalam.
[4] Curia me duplex, & uterque ſenatus habebat
[5] Muneris exſortem, nomine participem.
[6] Non opulens, nec egens, parcus ſine ſordibus egi.
Victum, habitum, mores [7] ſemper eadem habui.
[8] Sermone impromtus Latio: verum Attica lingua
Suffecit culti vocibus eloquii.
Obtuli opem cunctis poſcentibus artis inemptæ:
Officiumque meum cum pietate fuit.
[9] Iudicium de me ſtudui præſtare bonorum:
Ipſe mihi nunquam, judice me, placui.
Officia in multos diverſo debita cultu,
Perſonis, meritis, tempore diſtribui.
Litibus abſtinui: non auxi, non minui rem.
Indice me nullus, ſed neque teſte perît.
Invidi nunquam. cupere atque ambire refugi.

Iurare,

3. *Vicinas urbes*] Vaſatas & Burdigalam. Inter quas iter eſt unius tantum diei. Auſonio itaque medico patria fuit Vaſates, ubi natus fuerat: ſed patriæ Burdigalam prætulit urbem longe clariorem, celebrioremque: in quam commigravit. *Vinetus.*

4. *Curia me duplex*] Romana & Burdigalenſis. Qui enim præfectura Illyrici fuit honoratus, non eſt dubium, quin Imperatorum beneficio Civitate Romana etiam donatus, in curiam receptus, in Senatum allectus fuerit: quum iſti Cæſares, peregrinos quoſlibet, & ſemibarbaros, ut ait Suetonius, quamvis ob cauſam ſibi caros, hujuſmodi honoribus evehere non ceſſarent. *Vinetus.*

5. *Muneris exſortem*] Id eſt, ſolo & inani nomine Senator fui. Andreas Alciatus libri quarti capite tertio Diſpunctionum. *Vinet.*

6. *Non opulens*] Ita habet vetus liber, ut in ordine clararum urbium:

— *opulenſque moneta.* Scaliger.

7. *Semper eadem habui*] Hoc eſt, ταὐτῃ. ὁμοιοτρόπως. Vt apud Plautum, Lucretium, Varronem, alios. Illud vero non oſcitanter legendum:

Indice me nemo, ſed neque teſte perit.

Inepte enim *judice* legebatur. Nam judex de aliquo crimine captus qua conſcientia potuit ſcleroſum abſolvere? At illa ſæpius juncta legas: index & teſtis. ut:

— *quibus indiciis, quo teſte perivit?*

Scalig.

7. *Semper eoſdem habui*] Vetus liber: *eadem* pro *eoſdem*. Vinetus.

8. *Sermone impromtus*] Contra Titus Imper. apud Suetonium: *Latina Græcaque lingua promtus & facilis.* Hadrianus apud Spartianum: *Oratione & verſu promtiſſimus.*

9. *Iudicium de me præſtare*] Iudicio & opinioni bonorum virorum de me ſatisfacere & reſpondere. *Vinet.*

10. *Factio*

Iurare, aut falſum dicere, par habui.
[10] Factio me ſibi non, non conjuratio junxit.
Sincero colui fœdere amicitias.
[11] Felicem ſcivi, non qui, quod vellet, haberet:
Sed qui per fatum non data non cuperet.
[12] Non occurſator, non garrulus, obvia cernens,
Valvis & velo condita non adii.
[13] Famam, quæ poſſet vitam lacerare bonorum,
Non finxi: & [14] veram ſi ſcierim, tacui.
Ira procul: ſpes vana procul: procul anxia cura;
Inque bonis hominum gaudia falſa procul.
Vitati cœtus, [15] ejuratique tumultus,
Et ſemper fictæ principum amicitiæ.
[16] Deliquiſſe nihil nunquam laudem eſſe putavi,

Atque

10. *Factio me ſibi non*] Ita plane ex eodem libro legendum: Quæ ſane longe concinnior, & verior eſt ſententia. *Scaliger.*

11. *Felicem ſcivi*] Quas Græci vocant χρείας, eas Latini *ſcita*, & *oracula*: ut *Scitum illud Catonis*: *Oraculum illud Catonis.* Ergo hanc chrian ſuam fuiſſe dicit Iulius Auſonius: *Felix eſt, non qui habet, quæ vult: ſed qui non vult, quæ non habet.* Propterea uſus eſt verbo *Sciſcendi.* Quia videlicet ipſe ſcivit, & auctor fuit ejus gnomæ, ſeu chriæ. Nam chriæ, & oracula, cum citantur, ſemper referuntur ad auctores ſuos. *Scaliger.*

11. *Felicem ſcivi*] *Scivi* à *ſciſco*: unde *ſcita* Platonis in libro de Cæſaribus. Sic ego ſtatui, & decrevi. *Vinetus.*

11. *Felicem ſcivi*] Id eſt, beatum, divitem cenſui, ſtatui. Sic *fortunatum* pro divite dixit Cicero lib. II. de Oratore, cap. 86. & A. Gellius l. XVI. extremo. Seneca Epiſt. CXIX. *Nihil enim intereſt, mi Lucili, utrum non deſideres, an habeas.* Vide quæ Apulejus in Apologia. Horatius lib. IV, od. IX.

Non, poſſidentem multa, vocaveris
Recte beatum: rectius occupat
Nomen beati, qui deorum
Muneribus ſapienter uti,
Duramque callet pauperiem pati.

12. *Non occurſator*] Qui aliis occurrere ſalutandi gratia, ſciſcitandi, audiendique de rebus non ſolerem. *Vinetus.*

13. *Famam quæ poſſet*] Hæc omnia ita habet vetus liber. *Scaliger.*

14. *Vera & ſi qua fuit, tacui*] Vetus liber: *& veram ſi ſtierim, tacui.* Vinetus.

15. *Ejurati*] Odio habiti, & evitati. *Vinet.*

16. *Deliquiſſe nihil nunq.*] Non hic duplex negatio poſita eſt pro ſimplici, ut Vinetus exiſtimavit; verum vult Auſonius, nunquam ſe laudi duxiſſe, quod nihil peccaviſſet. Quoniam noſtrum omnium id officium eſt: neque meremur laudem, quum id facimus, quod præſtare tenemur. Horatius in Arte de Poëſi, quod noſter de vita:

--- *Vitavi denique culpam,*
Non laudem merui.

17. *Luſtra*

Atque bonos mores legibus antetuli.
Iraſci promtus, properavi condere motum:
Atque mihi pœnas pro levitate dedi.
Conjugium per [17] luſtra novem, ſine crimine, concors,
Vnum habui: [18] gnatos quattuor edidimus.
[19] Prima obiit lactans. [20] at qui fuit ultimus ævi,
Pubertate rudi non rudis interiit.
[21] Maximus ad ſummum culmen pervenit honorum,
[22] Præfectus Gallis, & Libyæ, & Latio,

Tran-

17. *Luſtra novem*] Annos quadraginta quinque. *Vinetus.*

18. *Gnatos quatuor edidimus*] Ita ex ejuſdem fide, & auctoritate reponimus. Quod confirmatur poſtea ex illa enumeratione liberorum ſuſceptorum. Prima Æmilia Melania in cunis deceſſit: Vltimus Avitianus vix pubertatem egreſſus obiit. Secundus eſt D. Auſonius poëta noſter. Tertia Iulia Dryadia nupſit, & liberos ſuſcepit. Vera igitur eſt ſcriptura illa. *Scaliger.*

18. *Natos tres numero genui*] Antiqua lectio: *natos quattuor edidimus*. Recte. vide tabulam de genere Auſonii in extremo in Parentalia commentario. *Vinetus.*

18. *Gnatos*] Id eſt, liberos. Sic Capitolinus in Gordiano primo: *Filios duos habuit, unum conſularem,*&c. *& filiam Metiam Fauſtinam.* & in Antonino Pio: *Filii, mares duo, duæ feminæ.*

19. *Prima obiit lactans*] Æmilia Melania. de hac eſt carmen undetriceſimum Parentalium. *Vinetus.*

20. *At qui fuit ultimus ævi*] Quartus, ultimus & minimus natu meorum liberorum Avitianus. De quo carmen tertiumdecimum Parental. *Vinet.*

21. *Maximus*] Auſonius poëta. *Id.*

22. *Præfectus Gallis*] Poſt tempora aut jam à temporibus Conſtantini, certiſſimum eſt quatuor Præfectos Prætorii fuiſſe. Cauſa eſt, quia jam tum imperium non diviſum quidem fuit, ut temporibus Caroli Magni: ſed ſocietatem admiſit. Itaque Orientale imperium fuit & Occidentale. Ita vides ab illis temporibus numquam fere Imperatores Romanos ſine ſocio adſcito fuiſſe; quare in Oriente Præfectos Prætorio habuerunt, & in Occidente. Secundo poſt Imperatorem gradu fuit Præfectus prætorio. Quare habebat eadem officia, quæ & Impp. hoc ex Notitia Imperii, item ex Conſtitutionibus, præſertim ex Codice Theodoſiano patet. in Oriente ſedes Imperii fuit Conſtantinopolis: in Occidente Roma. ita Conſtantinopoli, ubi erat Imperator. ibi & Præfectus Prætorio. & Romæ, ubi etiam ſocius Imperii, ibi & Vicarius Imperatoris, hoc eſt, Præfectus prætorio. Quia tamen neque Conſtantinopoli, neque Romæ unus ſufficiebat, alter in Occidente Prætor, alter in Oriente creatus eſt. Primus igitur in Oriente, Conſtantinopoli, ſecundus in Illyrico; in Occidente primus Romæ, alter in Galliis, in urbe Treveris. Ita invenimus in Oriente Præfectum prætorio Orientis, hoc eſt, Conſtantinopoli, qui ſub ſe habet Aſiam, Syriam, Pontum, &c. Præfectum Prætorio Illyrici, qui ſub ſe habebat Græciam, Myſiam, Daciam, & alia. In Occidente

Præfe-

Tranquillus, clemens, oculis, voce, ore ſerenus,
[23] In genitore ſuo mente animoque pater.
[24] Hujus ego & natum, & generum pro Conſule vidi.
[25] Conſul ut ipſe foret, ſpes mihi certa fuit.
[26] Matronale decus poſſedit filia. cujus

Egre-

Præfectum Prætorio Italiæ, hoc eſt, Romæ, qui ſub ſe habebat Italiam, Hiſtriam, Dalmatiam, Africam. Præfectum Prætorio Galliarum, qui ſub ſe habebat Gallias, Britannias, Hiſpanias, antequam Hiſpaniæ regerentur à Proconſule. Quod accidit temporibus Gratiani: auctor Severus Sulpitius. Auſonius poëta fuit Præfectus Prætorio Italiæ. At fuit Præfectus Prætorio Italiæ alius à Præfecto urbis. Auſonius nunquam fuit Præfectus urbis, ſed primum Præfectus prætorio Italiæ. Quem magiſtratum neſcio qua calamitate diutius gerere non potuit, ſed, ut inquit ipſe, quaſi fortunam pœnitere videretur, quod diuturnum illum honorem illi conſervare non potuiſſet, præfecturam Galliarum obtinuit. Itaque ait: *Præfectus Gallis, & Libya, & Latio.* Nam & Galliarum, & Italiæ Præfectus fuit. At Libyæ Præfectus idem cum Italiæ Præfecto. Quin etiam alibi profitetur ſe ſecundam præfecturam habuiſſe, cum ait, *præfecturarum titulo tenuere ſecundo.* *Secundum titulum præfecturæ* vocat Gallias. Ea enim erat Occidentis ſecunda præfectura, ut Italiæ, prima. Quare Alciatus immane quantum hallucinatus eſt in eo verſu interpretando in annotationibus in Cornel. Tacitum. Iuſtiniani temporibus duo tantum primum fuerunt Præfecti prætorio, illi videlicet, qui ante tum à Conſtantini temporibus erant: hoc eſt, Præfectus prætorio Illyrici, & Præfectus prætorio Orientis. Nam Occidentem Barbari occupaverant. Sed recepta Africa, ipſe novum addidit Præfectum Prætorio: cum antea eſſet ſub Præfecto prætorio Italiæ, & ibi præficeretur Vicarius ab ipſo Præfecto prætorio. Nam ita Africa erat ſub Præfecto prætorio Italiæ, ut Britannia & Hybernia ſub Præfecto Prætorio Galliarum. Formula Præfecti Prætorio exſtat apud Caſſiodorum libro VI. *Scaliger.*

22. *Præfectus Gallis, & Lybia, & Latio*] Ne tres tibi videantur præfecturæ, quum duas tantum ipſe computet in verſu nonageſimo ſecundo Protreptici ad nepotem, ſcito, temporibus Auſonii Africam ſub diſpoſitione Præfecti prætorio Italiæ fuiſſe, ut ex antiquis dignitatum adminiſtrationumque Imperii Romani commentariis didicimus: quam profligatis Vandalis, annis poſt conſulatum Auſonii centum fere & quinquaginta, Iuſtinianus Auguſtus propriam juſſit habere Præfecturam, quemadmodum ipſe ſcribit in ſuo codice, titulo de officio Præfecti prætorio Africæ. *Vinetus.*

23. *In genitore ſuo*] In me ſuum patrem. *In* habet ablativum pro accuſativo interdum hoc ſignificatu, ut apud Ciceronem in Somnio Scipionis: *Iuſtitiam cole & pietatem. Quæ quum ſit magna in parentibus & propinquis, tum in patria maxima eſt*; & Ovidium lib. 5. Triſtium, elegia ſecunda:

Sæpe ſuo victor lenis in hoſte fuit. Vinet.

24. *Cujus*] Auſonii poëtæ, filii mei. *Hujus*, exemplar vetus. *Vin.*

25. *Conſul ut ipſe foret*] Conſul fuit Auſonius poëta, Olibrio Hermogeniano collega, anno Chriſti trecenteſimo octogeſimo ſecundo, & ſic patre Auſonio jam mortuo. *Id.*

26. *Matronale decus poſſedit filia*] Quippe quæ matrona fuit, & in matrimo-

Egregia & nuptæ laus erat, & viduæ;
Quæ nati, generique & progeneri, [27] ſimul omnium
Multiplici illuſtres vidit honore domos.
Ipſe nec affectans, nec detrectator honorum,
[28] Præfectus magni nuncupor Illyrici.
[29] Hæc me fortunæ larga indulgentia ſuaſit,
Numine adorato, vitæ abitum petere.

Ne

trimonium cum viro convenit: ut Matronam definit Gellius libro octavodecimo noctium Atticarum. Eſt autem hæc Iulia Driadia: quam carmine duodecimo Parentalium deflevit Auſonius frater. *Vinetus.*

27. *Simul omnium*] Illorum nati, generi, progeneri. *Omnium* autem contrahi debet, ut fiat Spondêus, ſicut apud Lucret. l. 5. quidam legunt:

Imbecillorum eſſe æquum miſerier omnium.

Sic apud eundem Lucretium lib. 1. Baptiſta *omnum* pro *omnium* legiſſe ſe ſcribit:

Per gentes Italas omnum quæ clara clueret.

Sed de hoc nomine aliud monuimus in carmen VI de Profeſſorib. *Vinet.*

28. *Præfectus nuncupor.*] Solo nomine Præfectus, ut ſupra dixit, *Muneris exſortem ſe, nomine participem.* Hujuſmodi præfecturæ titulum & honorem ab Imperatoribus ſuis Auſonium filium Gratiani Cæſaris magiſtrum patri ſuo obtinuiſſe veriſimile. Niſi malis Auſonium ipſum patrem, propter artis ſuæ peritiam, impetraviſſe. *Idem.*

29. *Hæc me fortuna,* &c.] Qui poëtæ vitam, ex hoc maxime epicedio deceptus, perſtrinxit, verſus hos, & qui haud multo poſt ſequuntur ita eſt interpretatus. Vbi fortunæ bonis in duplici Curia, Gratiani ſcil. & Valentiniani Imperatorum affluxit, ab adorato numine commeatum petivit, ſpem, vota, timorem purpupuratis relinquens. In hunc modum ille. Sed enim *vitæ abitum*, hoc eſt, diſceſſum, migrationemque e vita, non autem commeatum, & *ſopitus placido fine*, ac pleraque alia, facile oſtendunt, ut *adorato numine*, quod ait, Imperatorem non intelligas, licet ſit ἄνθρωπος ἀνθρώποις ὁμοιούμενος. ſed Deum illum Opt. Max. quem mente coluit Auſonius filius, & laudibus eſt proſecutus. In hujuſmodi precationem lætus Chærea apud Terentium erumpere videtur, *pro Iupiter, nunc eſt tempus profecto, interfici cum perpeti me poſſum. Ne hoc gaudium contaminet vita ægritudine aliqua.* Eandemque ſediſſe animo C. Cæſari rationem crediderim, cur diutius vitam ducere, nec voluerit, nec curarit, ſatis diu ſe vel naturæ vel gloriæ vixiſſe teſtatus. Notus eſt & Polycratis tyranni annulus cum Sardonyche in mare merſus. Et Philippus Macedonum Rex, cum ei multa ex ſententia præclare geſta uno die nunciarentur: *O fortuna*, inquit, *parum aliquid mihi mali pro talibus, tantiſque bonis facito.* Etenim ea conſuevit eſſe valentiſſimæ fortunæ mutabilitas, ut à magnis bonis magno quoque malo ingruat, & quos interim ad Deos pene ipſos evexerit, lapſu denique vel infringat, vel commaculet. Quo fit ſapientes, ut dum illa arridet, vel mori cupiamus, vel particulam malorum inſeri atque interponi lætis rebus. Ne majori poſt impulſu proſpera penſentur, parique ruina, quo extulerit favore, proturbet. *Mariang. Accurſius.*

1. *Quum*

Ne fortunatæ ſpacium inviolabile vitæ
  Fatali admorſu ſtringeret ulla dies.
Obtinui : auditæque preces : ſpem, vota, timorem,
  Sopitus placido fine, relinquo aliis.
Inter mœrentes, ſed non ego mœſtus, amicos
  Diſpoſitis jacui funeris arbitriis.
Nonaginta annos baculo ſine, corpore toto
  Exegi, cunctis integer officiis.
Hæc quicunque leges, non aſpernabere fari :
  Talis vita tibi, qualia vota mihi.

[1] *Quum de palatio poſt multos annos honoratiſſimus, quippe jam conſul, rediſſet ad patriam, villulam quam pater reliquerat introgreſſus, his verſibus luſit,* [2] *Lucilliano ſtilo.*

1. *Quum de palatio*] Hoc ita fuit in Lugdunenſi codice, ſed præfixo hoc titulo. INCIPIT DE PRÆDIOLO PRÆFATIO IN PROSA. *Vinetus.*

2. *Luciano*] Legendum *Lucilliano ſtilo.* Idem error in Petronio Arbitro : *Luciano ſchedio*, pro *Lucilliano.* Eſt autem poëmatium illud in herediolum elegantiæ priſcæ, & venuſtatis pleniſſimum. De quo hoc poſſum ſerio affirmare : ſi ſine nomine, aut titulo in veteribus membranis repertum fuiſſet, idem illi potuiſſe contingere, quod multis aliis poëmatis Auſonianis, Roſis, Viro bono, Literæ Pythagoræ, & aliis. Nam ut illa ſine nomine auctoris in veteribus libris reperta, Virgilio diu attributa fuerunt : ita hoc delicatum elegidion non niſi veteri cuidam, ac etiam ultra ætatem Virgilii poëtæ adſcriptum fuiſſet. Sed non omnium eſt de his ſententiam ferre. *Scaliger.*

Auſonii VILLVLA. Edyll. III.

[1] SAlve herediolum majorum regna meorum,
  Quod proavus, quod avus, quod pater excoluit.
Quod mihi jam ſenior, properata morte, [2] relinquit,

Heheu

1. *Salve hærediolum*] *Hæredium*, ut *prædium* antiqui dixerunt, & inde *hærediolum*, ut *prædiolum* factum. *Hæredium* autem, niſi mendum ſit, Feſtus Pompejus, prædium parvulum definit. Varro lib. 1. de re ruſtica : *Ai*, inquit, *antiquus noſter ante bellum Punicum, pendebat bina jugera : quæ quod hæredem ſequerentur, hæredium appellarunt.* Columella lib. 1. de Quinctio Cincinnato : *Imperator ad eoſdem juvencos, & quattuor jugerum avitum hærediolum redierit.* Sed & *heres* & *heredium* ſine diphthongo in antiquis inſcriptionibus reperitur, & ita ſcribere præcipit Eutyches Orthographus apud Caſſiodorum. *Vinetus.*

2. *Relinquit*] forte, *reliquit.*

3. *Spargit*

Heheu nolueram tam cito poſſe frui.
Iuſta quidem ſeries patri ſuccedere: verum
Eſſe ſimul dominos, gratior ordo piis.
Nunc labor, & curæ mea ſunt. ſola ante voluptas
Partibus in noſtris. cætera patris erant.
Parvum herediolum, fateor. ſed nulla fuit res
Parva unquam æquanimis: adde etiam unanimis.
Ex animo rem ſtare æquum puto, non animum ex re.
Cuncta cupit Crœſus, Diogenes nihilum;
[3] Spargit Ariſtippus mediis in Syrtibus aurum;
[4] Aurea non ſatis eſt [5] Lydia tota Midæ.
Cui nullus finis cupiendi, eſt nullus habendi.
Ille opibus modus eſt, quem ſtatuas animo.
Verum ager iſte meus quantus ſit, noſce: etiam me
Noveris, & noris te quoque, ſi potis es:
Quamquam difficile eſt ſe noſcere. γνῶθι σεαυτὸν,
Quam propere legimus, tam cito negligimus.
Agri bis centum colo jugera. vinea centum
Iugeribus colitur, [6] prataque dimidium:

[7] Sylva

3. *Spargit Ariſtippus mediis in Syrtibus*] Ariſtippus Philoſophus Cyrenæus fuit. Cyrenæ urbs eſt Africæ. De quo Diogenes Laërtius hoc ex Bionis diatribis memoriæ prodidit. Quum ejus famulus in itinere pecuniam geſtans, onere gravaretur, juſſiſſe Ariſtippum ut abjiceret, quod nimium eſſet, & quantum poſſet, ferret. Idem Ariſtippus quum aliquando navigans eſſe ſe in piratica nave ſenſiſſet, aurum, quod habebat, depromſit, & numeravit; deinde in mare abjecit, & ingemuit tanquam ei imprudenti forte excidiſſet. Sunt vero, qui referant illum, inquit Diogenes, & hoc ſubjunxiſſe, ſatius eſſe illa per Ariſtippum perire, quam Ariſtippum per illa. Horatius in tertio ſermone libri ſecundi:

--- Quid ſimile iſti
Græcus Ariſtippus? qui ſervos projicere aurum
In media juſſit Lybia, quia tardius irent,
Propter onus ſegnes. ---

Videtur ergo Horatium imitatus Auſonius, & pro media Lybia, medias Syrtes dixiſſe. Quæ ſunt duo ſinus Africæ, de quibus lege Saluſtium in Iugurthino bello, & Melam. *Vinetus.*

4. *Aurea non ſatis*] Midas Phrygiæ rex, à Baccho petiit, ut quicquid tangeret, aurum fieret. apud Ovid. 11. Metamorph. *Vinet.*

5. *Lydia terra*] Efficax magis & ad rem appoſita veteris libri ſcriptura, quæ *Lydia tota* exhibet. Ita & Vinetus edidit, & ego reponendum cenſui, tametſi priorem illam poſſe defendi non ignorem.

6. *Prataque dimidium*] Scribam lubens, *dimidio*, ſcil. centum jugerum coluntur.

7. *Sylva*

[6] Sylva ſupra duplum quam prata, & vinea, & arvum.
  Cultor agri nobis nec ſupereſt, nec abeſt.
Fons propter,puteuſque brevis,tum purus & amnis.
  Naviger hic refluus me vehit, ac revehit.
Conduntur fructus geminum mihi ſemper in annum.
  Cui non longa penus, huic quoque prompta fames.
[7] Hæc mihi nec procul urbe ſita eſt, nec prorſus ad urbem:
  Ne patiar turbas, utque bonis potiar.
[8] Et quotiens mutare locum faſtidia cogunt,
  Tranſeo: & alternis rure, vel urbe fruor.

6. *Silva ſupra duplum*] Agri ſeu arvi ducenta jugera, vineæ centum jugera, prati quinquaginta jugera, fiunt trecenta & quinquaginta jugera. Cujus ſummæ duplum eſt ſilva ſeptingentorum jugerum. IVGERVM modus areæ fuit centum & viginti pedes in latitudinem patens: ducentos & quadraginta in longitudinem, apud Varronem, Columellam, & alios. *Vinetus.*

7. *Hæc mihi non procul*] Elegantius optimus Voſſianus, *Hæc mihi nec procul.*

8. *Et quotiens mutare locum faſt. cog.*]

Ex meo propinquo rure, hoc capio commodi:
Neque agri, neque urbis odium me unquam percipit.
Vbi ſatias cœpit fieri, commuto locum.

Sic ſecum ſenex ille Simo in extrema Terentii Eunucho. Hæc autem Auſonii villa ubi fuerit ſita, incompertum habeo. Patrem tamen & avum Auſonii quia Vaſatenſes fuiſſe conſtat, à quibus hoc filio hæredium obvenit, in Vaſatenſi fuiſſe veriſimile eſt, & juxta fluvium Garumnam. *Vinetus.*

AVSONIVS
HESPERIO FILIO.

[1] L*ibellum, quem* [2] *ad nepotulum, ſororis tuæ filium,* [3] *inſtar protreptici luſeram, venturus ipſe præmiſi legendum. Hoc enim malui, quam ipſe recitare: eſſet ut tibi cenſura liberior, quæ*

1. *Libellum, quem ad*] Fuit is mos veterum eruditorum, cum ex longinquis regionibus amicos viſerent, præmitterent nuncium cum verſibus, aut oratione, aut libro, nomine *ἀπαντασικῶ*: ut & viciſſim ipſi ſimile munuſculum reciperent. Et ita intellige locum ex Epiſtola ad Paulum:

Hoc tibi de noſtris ἀπαντασμὸν adfero libris.

Sidonius ad Lupum Aginnenſem: *Huic quodam tempore metatoriam paginam, quaſi cum muſa pravia miſi.* Et ut

ut dixi, viciſſim recipiebant aliud, vocabantque eam epiſtolam *adventoriam*: quale intelligendum eſt ἀπανταστικὸν ad Paulum, quod jam citavimus. Martialis: *Ne quid tamen & advenienti tibi ab urbe, & exigenti negārem, cui non refero gratiam, ſi tantum ea praſto, quæ poſſim, imperabo mihi, cui indulgere conſueveram. Et ſtatui, ut pauciſſimis diebus familiariſſimas mihi aures tuas exciperem adventoria. Adventores* enim, ut alibi explico, ſunt hoſpites. Et non inepte *metatoriam* vocat Sidonius, quæ præmitteretur: ut ſtratores, & munitores præmittebantur à duce exercitus ad metanda caſtra. Hoc confirmatur ex Auſonianorum temporum conſuetudine. Nam hoſpitium, quod advenienti hoſpiti paratur, apud Romanos dicebatur *Metatorium*, apud Græcos ἀπανταστικόν. Sane ex lib. XII Cod. *de Metatis, & Epidemeticis*, item Novella XXIX, patet *metatores* eſſe, qui advenientibus hoſpitibus locum parant. Vnde colligitur, quare *metatoria* epiſtola dicta ſit. Nam in hiſtoria Eccleſiaſtica hoſpitium epiſcopale, quo advenæ excipiebantur, vocatur à Græcis καταγώγιον ἐπισκοπικὸν; idem & ἀπανταστικὸς οἶκος, & *metatorium* dicebatur. Prioris appellationis teſtem laudo Theodoretum, qui in quincta hiſtoria, ubi meminit de præſenti Ambroſii Epiſcopi Mediolanenſis conſtantia, qua Theodoſium Imp. aditu templi prohibuit, ſubjicit mox hæc de ipſo Imperatore: ἐπειδὴ δὲ τοὺς ἱεροὺς περιβόλους κατέλαβεν, εἰς μὲν τὸν θεῖον οὐκ εἰσελήλυθε νεὼν, ἔξω δὲ τὸν ἀρχιερέα παραγενόμενος, ἐν δὲ τῷ ἀπανταστικῷ οἴκῳ οὗτος καθῆτο, ἐλιπάρει λυθῆναι τῶν δεσμῶν. Idem eſſe & *metatorium* manifeſto colligitur ex Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ excerptis Θεοδώρου ἀναγνώστου. Ibi enim de Epiſcopo Euphemio hæc excerpta ſunt: οἱ ἐπίβουλοι Εὐφημίῳ τινὶ ὑποθέμενοι, παρεσκεύασαν ἔμπροσθεν τοῦ μιτατωρίου ξίφος κατ' αὐτοῦ γυμνῶσαι. Hoſpites enim & ignotos in metatorio recipi nemo dubitat. Vnde ignotum hominem ad hoc facinus patrandum ſubornatum fuiſſe omnino neceſſe eſt. ἐπισκοπικὸν καταγώγιον vocant Græci alii, ut jam monui. Vt Sozomenus ſexta hiſtoria: αὐτίκα γε τοὺς ἄνδρας οἷάγε ἐξ ὁδοῦ κεκμηκότας εἰς τὸ ἐπισκοπικὸν καταγώγιον ὁδηγήσας, καὶ τράπεζαν παραθεῖναι, Idem in ſeptima: τεκμήριον δὲ μεγίστης ἔδωκεν ἀρετῆς, παρὰ πάντα τὸν χρόνον τὸ ἐπισκοπικὸν καταγώγιον ἀνεῳγμένον ἔχειν. Quod autem ἀπανταστικὸς οἶκος, & μιτατώριον ſit idem, quamvis iis, quæ ſuperius adduximus, ſatis confirmatum eſſe debet: tamen exemplum adferemus ex Cedreni Annalibus in Leonis IIII Hiſtoria. Quo loco Cedreni idem de Leone adfertur, quod apud Theodoretum de Theodoſio. Apud Theodoretum prohibetur Theodoſius templi aditu: & convenitur in ἀπανταστικῷ οἴκῳ. Apud Cedrenum ita Leoni interdicitur ingreſſu templi, & cogitur ire in Metatorium. Sed verba Cedreni producamus: εὐλογήθη δὲ μετὰ Ζωῆς ὁ Λέων ὑπὸ Θωμᾶ πρεσβυτέρου, ὅστις καθῃρέθη, καὶ Αὐγοῦσταν αὐτὴν ἀνηγόρευσεν. Διὰ ταύτην οὖν τὴν αἰτίαν ὁ πατριάρχης εἰς τὴν ἐκκλησίαν εἰσιέναι ἐκώλυε τὸν βασιλέα· ὅθεν διὰ τοῦ δεξιοῦ μέρους διήρχετο εἰς τὸ μιτατώριον. Metatorium enim junctum templo fuiſſe apparet & ex his, & ex ea ipſa Theodoſii hiſtoria. Quo convenire ſolitos puto omnes, antequam ἡ ἁγία σύναξις celebraretur. Quare non dubium, quin eadem fuerint, ἀπανταστικὸς οἶκος & μιτατώριον. Apud eundem Cedrenum in Theodoſio legimus milites Theſſalonicæ turbaſſe διὰ μιτάτα, hoc eſt propter hoſpitia. Quod aut hoſpitia illis metata non paterent, aut quod omnino metata non fuiſſent. Quòd ita eſſe cognoſcimus ex eodem Titulo Codicis, *de metatis*. Idem eſt quod ab eodem Græculo ſcribitur: Adrianum condidiſſe urbem Ἀδριανοῦ θήρας ἐν μιτάτοις. Scaliger.

2. *Ad*

quæ duabus cauſis impediri ſolet, quod aures noſtras audita velocius, quam lecta prætereunt, & quod ſinceritas judicandi præſentia recitantis oneratur. Nunc tibi utrumque integrum eſt.[4] *Quia & legenti libera mora eſt: & judicaturo non obſtat noſtri verecundia. Sed heus tu, fili dulciſſime, habeo quod admoneam. Si qua tibi in his verſiculis videbuntur (nam vereor, ut multa ſint) fucatius concinnata, quam verius; & plus coloris quam ſucci habere: ipſe ſciens fluere permiſi,*[5] *venuſtula ut eſſent magis, quam forticula; inſtar virginum,* -- -- quas

2. *Ad nepotulum meum*] *Auſonium* nomine, ut & in ipſo Protreptico, & in extremo Genethliaco, avus ipſe appellavit. In Lugdunenſi autem membraneo codice titulus hujus edyllii fuit. INCIPIT LIBER PROTREPTICUS AD NEPOTEM. *Vinetus.*

3. *Inſtar protreptici*] Προτρεπτικὸν, *quod hortatur*, impellit, inſtruit: προτρεπτικὴ ςάσις, *exhortativus ſtatus* Quinctiliano lib. 3. Trebellius Pollio in Salonino Gallieno: *Nec ignota eſſe arbitror, quæ dixit Marcus Tullius in Hortenſio: quem ad exemplum protreptici ſcripſit.* Vinetus.

3. *Inſtar Protreptici*] Poëmation compoſuit lepidiſſimus poëta Auſonius ad Nepotulum, quod προτρεπτικὸν inſcripſit, elegans ſane & doctrinæ multijugæ. At cur ita, ſe multi neſcire fatentur; quod tamen non admodum difficile eſt doctis. Namque προτρέπω *exhortor* ſignificat, & προτρεπτικὸς *adhortativus* & *inſtructivus.* Admonet quippe illum, ut paternos mores imitetur, & ſtudiis operam navet, ac ſe literariis curis implicet. *Gyraldus.*

4. *Quia & legenti tibi lib.*] Dele cum Veterrimo codice τὸ *tibi*, quod ab aliena manu eſt.

5. *Venuſtula ut eſſet magis, quam forticula; inſtar virginum, quas matres ſtudent demiſſis humeris eſſe, junceo pectore eſſe. Dicas quod moraris judicationem meam*] Nutantia cum forent hæc, in hunc modum alii ſubſtituere, *demiſſis humeris, juncto pectore eſſe, ut graciles ſint. Noſti cætera. Supereſt ut dicas, quid moraris judicationem meam.* Codex vero noſter MS. ita habet, *demiſſis humeris eſſe, juncto pectore, dicas, quid moraris adjudicationem meam.* Cæterum, neque *juncto*, neque *junceo*, ſed ex Terentio, *vincto* potius legendum. Id eſt caſtigato ac tenui & veluti vincto. Ut interpretatur Donatus. Aut certe pectorali faſcia ligato. Martialis:

Faſcia creſcentes Dominæ compeſce papillas,
Ut ſit, quod capiat noſtra tegatque manus.

Ea enim ſolet matribus præſertim eſſe cura, ut & virginum ligent pectus, & ſubſtringant veſtibus ac zona. Quod expreſſiſſe Claudianum intelligimus in epith. Honorii & Mariæ:

Ipſa caput diſtinguit acu, ſubſtringit amictus.
Flammea virgineis accommodat ipſa capillis.

Et in VI Conſulatu Hon.

Ac velut officiis trepidantibus ora puellæ,
Spe propiore tori, mater ſolertior ornat
Adventante proco, veſteſque & cingula comit
Sæpe manu, viridique anguſtat iaſpide pectus,
Subſtringitque comam gemmis, & colla monili
Circuit, & baccis onerat candentibus aures.

Græci quoque puellarum elegantiam

— — quas matres ſtudent
Demiſſis humeris eſſe, vincto pectore, ut graciles ſient.

noſti cetera. Supereſt igitur, ut dicas, Quid moraris judicationem meam de eo, quod ipſe pronuncias eſſe mendoſum? dicam ſcilicet me hujuſmodi verſibus foris erubeſcere, ſed intra nos minus verecundari. namque ego hæc annis illius magis, quam meis ſcripſi: aut fortaſſe & meis. [6] δὶς παῖδες οἱ γέροντες. *Ad ſummam, valeat auctoritas tua. mihi cum infante ratio eſt: Vale, fili dulciſſime.*

Ad

... formæ decus indicari ſatis credunt, τὰς εὐζώνους, id eſt, bene cinctas, ipſas appellando. Eſt quippe cum totius corporis apta in virguncula gracilitas, tum in pectore præſertim. ne vel laxæ, tanquam in puerpera, mamillæ pendeant: vel ultra modum protuberent, ac tumeſcant; ſed prominulæ intra manum condi poſſint, & duriuſculæ veluti verbera contactu regerant. Terentii ex Eunucho fabula verba hæc ſunt. *Haud ſimilis virgo eſt virginum noſtrarum, quas matres ſtudent demiſſis humeris eſſe, vincto pectore, ut graciles ſint. Siqua eſt habitior paulo, pugilem eſſe ajunt. Deducunt cibum, tametſi bona eſt natura, reddunt curatura junceas.* Illud manifeſtum (niſi maculata fuerint ſuperiora) non *venuſtula ut eſſet*, ſed *ut eſſent* legi oportere. Et *Adjudicationem*, dictum cultius ac ſignificantius, quam *judicationem* videri poſſe. *Mariang. Accurſius.*

6. Δὶς παῖδες οἱ γέροντες] Integrum quidem id inviolatumque in codicibus impreſſionis primæ. Factumque eſt (ut Diogenianus ait) ἐπὶ τῶν ἀπὸ τοῦ γήρως ἀνοηταινόντων. Id autem quod latini dicimus repueraſcere, non tam hic in univerſum exprimi putandum eſt, quam illud etiam inſinuari, quod plerique filiorum nimio affectu, vel nepotum nova cura, ea facere non verentur, quæ ſibi dulcia ſolatia ſint, aliis vero ad inſaniam accedere videantur, probroque notentur. Oſtendit autem hoc vel Symmachus, qui ait, *Dum filius meus græcis litteris initiatur, ego me denuo ſtudiis ejus, velut æqualis, adjunxi. Repueraſcere enim nos pietas jubet, ut literarum dulcedine liberis noſtris labor participatus inſinuet.* Hinc & in arundinibus obequitantes cum filiis Philoſophos legimus. *Mariang. Accurſius.*

6. Δὶς παῖδες οἱ γέροντες] Bis pueri ſenes. Extrema ſenectute repueraſcunt homines, & deſipiſcunt, ut pueri. Proverbium explicat Eraſmus. *Vinetus.*

6. Δὶς παῖδες] Plautus Mercatore act. II, ſc. II.

Senex cum extemplo eſt, jam nec ſentit, nec ſapit.
Ajunt ſolere eum rurſum repueraſcere.

Ad nepotem Auſonium PROTREPTICON de ſtudio puerili. Edyll. IV.

SVnt etiam Muſis ſua ludicra. miſta Camœnis
Ocia ſunt, mellite nepos; nec ſemper acerbi
Exercet pueros vox imperioſa magiſtri.
Sed requie ſtudiique vices rata tempora ſervant.
Et ſatis eſt puero memori legiſſe libenter.
Et ceſſare licet. Grajo Schola nomine dicta eſt,
Iuſta laboriferis tribuantur ut ocia Muſis.
Quo magis alternum certus ſuccedere ludum,
Diſce libens. longum delenitura laborem

Inter-

1. *Sunt etiam muſis*] Hoc carmen Auſonii divinum poëtæ ingenium indicat vel ſolum, ea ætate tam ſuaviter, tam pie, tam ex re ipſa, tam denique docte ſcriptum, ut longe abeſſe omnes illius ævi vates à tam abſolutæ divinitatis numeris exiſtimem, ſint licet & illic, quæ temporis nævos redoleant, quos ſane nemo per omnia evaſit. *Barthius.*

2. *Sed requies, ſtudiique vices*] Lege: *ſed requie ſtudiique vices. Requie* antique pro *requiei.* Sic *die* & *diu* ſæpiſſime apud noſtrum. Vide quæ de eo genitivo A. Gellius, Servius ad Virgilium, & Grammatici cæteri, quorum aliquis Cæſarem in Commentariis genitivos quintæ declinat. ſemper in *e* extuliſſe teſtatur. Sic & in vetuſto codice Sereni Sammonici, *Prurigini, papulis, ac ſcabie arcendis.* Vulgati, *ſcabiei* habent, imo & apud eundum fere ubique. Sæpe autem hoc accidit, ut ſequentis dictionis prior litera præcedenti adhæreſcat. Sic in Panegyrico Piſoni dicto:

Rara domus tenuem non aſpernatur amicum,
Raraque non humilem calcat faſtoſa clientem:
Illi caſta licet mens, & ſine crimine conſtet
Vita, tamen probitas cum paupertate jacebit.

Ita corrige, cum in vulgatis ſit, *illis caſta licet.* Contra apud Ælian. lib. I. ποιϰ. II. Καὶ τὸ μὲν ἔπιον, ὅ τι ποτέ ἐστι τὸ ἔμπιον, ἤδη ἴχθ δαῖται. Vbi ſyllaba abſorpta eſt, & legendum, ϰαὶ τὸ μὲν ἀνέπιον. Item apud Ciceronem lib. II de leg. cap. IV. *A parvis enim dicimus, ſi in jus vocat, atque ejuſmodi alias leges nominare.* Scribe: *didicimus.* Et apud Lucanum lib. VII.

— Fortiſſimus ille eſt,
Qui promptus metuenda pati, ſi cum minus inſtant,
Et differre poteſt.

Vbi reponendum: *ſic, cum minus inſtant.* Item apud Vellejum lib. II. cap. LXXII. *Hunc exitum M. Bruti partium, ſeptimum & trigeſimum annum agentis, fortuna eſſe voluit: corrupto animo ejus in diem, qua illi omnes virtutes unius temeritate facti abſtulit.* Ita peſſime optimæ editiones. quum clare conſtet, legendum eſſe, *incorrupto animo ejus*, id eſt, à virtutis via nullatenus deflectente. Nec aliter apud Dictyn lib. I. p. XIV. *Dein Paantis Philoctetæ, qui comes Herculis poſt diſceſſum ejus, à Diis ſagittas divinas induſtria præmium conſecutus eſt.* Scribe: *poſt exceſſum ejus ad Deos.*

Intervalla damus. Studium puerile [3] fatiſcit,
Læta niſi auſteris varientur feſta profeſtis.
Diſce libens, tetrici nec præceptoris habenas
Deteſtare nepos. nunquam horrida forma magiſtri.
Ille licet triſtis ſenio, nec voce ſerenus,
Aſpera contractæ minitetur jurgia frontis,
[4] Nunquam immanis erit placita aſſuetudine vultus,
Qui ſemel imbuerit. rugas nutricis amabit,
Qui refugit matrem. pappos, aviaſque [5] trementes
Anteferunt patribus [6] ſeri nova cura nepotes.
[7] Sic neque [8] Peliden terrebat Achillea Chiron
Theſſalico [9] permixtus equo: [10] nec pinifer Atlas
[11] Amphi-

3. *Fatiſcit*] *Fatiſcere* eſt aperiri: rurſum deficere, inquit Nonius. Qui & *profeſtos dies* eſſe ſcribit, qui ſint à feſtivitate vacui. *Vinetus.*

3. *Studium puerile fatiſcit*] Statius lib. IV Sylvar. IV.

--- Vires inſtigat alitque
Tempeſtiva quies. major poſt otia virtus.

Vide quæ in eum ſenſum de puerorum luſu Quintilianus lib. I. Inſtitut. cap. III. & Seneca de Tranq. an. cap. XXV. Plutarchus in libello περὶ παίδων ἀγωγῆς.

4. *Nunquam immanis erit*] In una ex ſchedis Pulmannianis fuit:

Nunquam immanis erit placita ſuetudine vultus.

Vnde manifeſtum eſt, interpolatum aliquid in hoc verſu. Sane legendum non affirmo, ſed ſuſpicor:

Nunquam inſuavis erit placida aſſuetudine vultus.

Aſſuetudo omnia illa in pueris facit, de quibus loquitur. Interea ut *vultus* ille *horridus*, qualem perpulchre deſcripſit, ſemel ubi adſueverit nunquam inſuavis ſit intuitu. *Barthius.* recte ille *placita aſſuetudine*, uti ſuo more *placitaſſuetudine* ſcriptum in veterrimo libro. Sed cur *immanis* in *inſuavis* mutet, non video; quum illud τῷ *truculento* magis reſpondeat.

5. *Trementes*] Membris, & toto corpore, ſenio. *Vinetus.*

6. *Seri nepotes*] Virgilius ſecundi Georgicôn verſu quinquageſimo octavo. *Vinet.*

7. *Sic neque*] Lego etiam ex veſtigiis ejuſdem libri:

Sic neque Peliden Chiron terrebat Achillem. Scaliger.

8. *Peliden*] Erat *Peliaden* in Lugdunenſi libro. *Terrebat Achillea Chiron*, hoc in antiquo illo fuit, *terrebat Chiron Achillem.* Vinetus

9. *Permiſtus equo*] Id eſt Hippocentaurus. Saturnus cum Phillyra, in equum verſus, concubuit: unde fertur natus hic *Chiron*, monſtrum, cujus corporis ſuperior ab umbilico pars, virum: inferior reliqua equum referret. Centaurorum tamen aliam originem Servius in librum tertium Georgicôn Virgilii affert. *Vinet.*

10. *Nec pinifer Atlas*] Fuit Atlas Aſtrologus peritiſſimus, ut pluribus oſtendit Diodorus Siculus libro quarto, & Plinius aliquot locis. *Pinifer* vero dicitur, id eſt pinos ferens, quod vir ille in ſui nominis montem altiſſimum in Mauritania, mutatus fertur. Fabula quarto Metamorphoſeon Ovidii, & apud Hyginum. *Vinet.*

11. *Amphi-*

[11] Amphitryoniadem puerum: [12] ſed blandus uterque
Mitibus alloquiis teneros mulcebat alumnos.
Tu quoque ne metuas: quamvis ſchola verbere multo
Increpet, [13] & truculenta ſenex gerat ora magiſter,
[14] Degeneres animos timor arguit: at tibi conſta
Intrepidus. nec te clamor, plagæque ſonantes,
Nec matutinis agitet formido ſub horis:
[15] Quod ſceptrum vibrat ferulæ, [16] quod multa ſupellex
Virgea,

11. *Amphitryoniadem puerum*] Herculem Iovis & Alcmenæ uxoris Amphitryonis filium. Illum enim Aſtrologiam Atlas docuit, ut ex libro quarto Diodori Siculi cognoſces. *Vinetus.*

12. *Sed blandus*] *Sed balbus*, quidam libri. *Vinet.*

12. *Sed blandus uterque*] Arridens eſt autem, magiſque feſtiva MS. exemplaris lectio, & quam rectam credimus & legitimam, adoptivam vero primam & ſubdititiam. *Balbus*, enim habet: quid autem ſenum peculiarius? Horat. in 1 epiſt.

— Pueros elementa docentem
Occupat extremis in vicis balba ſenectus.

Blandus alioqui de Chirone dici uſitati moris eſt. Stat. in Glauciam Melioris:

— Tenero ſic blandus Achilli
Semifer Æmonium vincebat Pelea Chiron.

Balbus in primo Argonaut.

Diſcat eques placide conſcendere terga magiſtri.

Verum *mitibus* (quod ait) *alloquiis*, illud expreſſiſſe ſatis videbatur. *Mariang. Accurſius.*

13. *Si truculenta ſenex gerat*] Alter Voſſianus habebat, *& truculenta ferox ferat ora magiſter.* Virgil.

Sic oculos, ſic ille manus, ſic ora ferebat.

14. *Degeneres animos timor arguit*] Ex libro quarto Æneidos hoc hemiſtichium. *Vinet.*

15. *Quod ſceptrum*] Martialis in epigrammate ad ludimagiſtrum libro decimo:

Scuticaque loris horridis Scytha pellis,
Qua vapulavit Marſyas Celænæus,
Ferulaque triſtes, ſceptra pædagogorum.

Domitius Marſus apud Suetonium de Orbilio Grammatico Horatii poëtæ magiſtro:

Si quos Orbilius ferula ſcuticaque cecidit.

Ex ferula itaque arbore fiebant olim Præceptorum virgæ, ſicut ex Betula, Magiſtratuum, auctore Plinio: unde *ferula triſtes* dictæ Martiali, & *minaces* Columellæ. *Scutica* vero, quam è Græco σκύτος, quod corium ſignificat, appellatam volunt Grammatici, quale flagellum fuerit, parum comperi, niſi forte cujuſmodi meminimus in Hiſpania vidiſſe. Fuſtis eſt ſexquipedali longitudine, pollice aliquando craſſior, præſertim qua parte perforatus, lora admittit. Alteri parti, quæ exilior eſt, additur orbiculus, digitum unum craſſius, & diametro palmum unum fere longa: quo quia puerorum palmas barbari cædunt, *Palmatoriam* id genus appellaverunt. Lora terna eſſe ſolent, quibus ad nates, utuntur, ex corio paullo craſſiore facta, eaque digito auriculari non exiliora niſi ſi qui paullo humaniores, molli aluta (ut ait Auſonius ad nepotulum) tenellis parcant. Sed neque ALVTAM, ſatis compertum habemus, quam proprie antiqui dixerint. Ex qua tamen non dubitamus, quin noſtra

Virgea, [17] quod fallax ſcuticam prætexit aluta:
Quod fervent trepido ſubſellia veſtra tumultu.
Pompa loci, & vani fugiatur ſcena timoris.
Hæc olim genitorque tuus, genetrixque ſecuti
Securam placido mihi permulſere ſenectam.
Tu ſenium, quodcunque ſuper labentibus annis
Fata dabunt, qui nomen avi geris indole prima,
Primę nepos, vel re vel ſpe mihi porge fruendum.
Nunc ego te puerum, mox in juvenalibus annis,
Iamque virum cernam, [18] ſi fors ita juſſerit; aut ſi
Invidia eſt, ſperabo tamen, nec vota fatiſcent,
Vt patris, utque mei non immemor, ardua ſemper
Præmia Muſarum [19] cupias: facundus & olim
Hac gradiare via, qua nos præceſſimus: & cui
[20] Proconſul genitor, præfectus avunculus inſtant.
[21] Per-

luda facta ſit. *Ludam* autem nos appellamus, id eſt, alutam, molliores pelles & albas, ut ex quibus chirothecæ vulgo fiunt. Iuvenalis tamen alutam *nigram* dixit libro tertio:

Appoſitam nigra lunam ſubtexit aluta. Vinetus.

16. *Quod multa ſupellex Virgea*] Ex Virgilio, verſu centeſimo & ſexageſimo quincto primi Georgicorum. *Vinet.*

17. *Quod fallax ſcuticam*] Morem hunc diſcipulos in ſcholis pro commerita noxia concaſtigandi perveruſtum eleganter deſcriptum reperias apud Libanium orat. XII ad Theodoſium: Ἔδοξε γὰρ, inquit, ἡ πόλις, μεμψαμένη τι τῶν ἀπ᾽ αὐτοῦ, χαλκῆν εἰκόνα αὐτοῦ (Conſtantii) καθελόντες, εἶτα ἄρχοντες πληγὴν κατὰ τὸν ἐπὶ τοὺς παῖδας ἐν τοῖς διδασκαλείοις νόμον ἔτυπτον ἱμᾶσι ταύτην τοῖς νώτοις, καὶ τὰ μετὰ τοῦτον.

18. *Si fors ita juſſerit: aut ſi Invidia eſt*] Voſſianus alter: *ſi forſan vixeris.* Sed pro *invidia eſt* malim legere, *invidia eſt*, id eſt, invidetur.

19. *Capias facundus*] Vetus codex, *cupias*, ſenſus uterque congruus. Sed hic ſignatior ac venuſtior, ex Gellio, qui ait, Humanitatem id eſſe propemodum, quod Græci παιδείαν vocant, nos eruditionem, inſtitutionemque in bonas artes. Quas qui ſinceriter cupiunt appetuntque, hi vel maxime humaniſſimi ſunt. Habet porro litterarum amor atque inſtitutio id vel maximum, liberoque cuique rebus omnibus anteferendum, ut his artibus vel candidati, vel imbuti, ſapientes, boni, viventeſque vocentur. Cum contra, iiſdem expertes, ſtulti, mali, profani, mortuique cenſeantur. *Mariang.*

19. *Ardua ſemper Præmia Muſarum cupias: facundus*] τὸ *ſemper* ad *ardua* referendum eſt. Libri porro quidam legunt *capias* pro *cupias*: quæ literæ in ſcriptis facile confunduntur. Ita & in Catulli carmine Nuptial. in Manilium: *— quoniam palam, quod cupis, capis, & bonum non abſcondis amorem.* Scribe: *quod cupis, cupis*, id eſt cupere te non diſſimulas, ſed profiteris. ἀναικκίζεις.

20. *Proconſul genitor*] Nempe genitor

[21] Perlege quodcunque eſt memorabile. [22] priva monebo.
[23] Conditor Iliados, & amabilis [24] orſa Menandri
Evolvenda tibi. tu flexu & acumine vocis
[25] Innumeros numeros doctis accentibus effer.
[26] Affe-

tor ejus Thalaſſius gener Auſonii, fuit Proconſul Africæ Valente VI, & Valentiniano II. Augg. Coſſ. Heſperius Aquilius autem fuit Præfectus prætorio Galliarum, ipſo Auſonio patre ejus, & Olybrio Coſſ. *Scaliger.*

20. *Proconſul genitor, Præfectus avunculus inſtant*] Tilianus codex: *Præfectus genitor, Proconſul avunculus.* Vinetus.

21. *Perlege quodcunque eſt*] Verſum hunc exemplar vetus non habet, & ſane velut ſpurius atque inelegans videri poteſt ita importune adſcitus ad centenum ejus opuſculi numerum, nec inertem, ut arbitror, neque conniventer terminatum. Ejus enim numeri etiam ſono pueris oblectari ingenium eſt, nec majorem ullum, aut pleniorem eſſe arbitratur. adamavit vero & in cæteris Auſon. nonnunquam, ut carmen ſtatuto quodam numero terminaretur, veluti quod & admonuit in Gripo:

Hic quoque ne ludus numero tranſcurrat inerti,
Terdecies ternos habeat, deciesque novenos.

Quo loco ſignanter admodum ac breviter, numeros & ad collectionem computationemque ſummæ, & ad carmen ipſum retulit, Vt Virgil. in Georg.

Ferte ſimul Faunique pedem Dryadeſque puellæ. Mariang. Accurſ.

22. *Priva monebo*] Hæc lectio indubitanter vera eſt. Et non eſt quod Mariangelo credamus: qui ait ſuppoſititium eſſe: quia non invenit in ſuo exemplari. Ego ajo legitimum partum Auſonii eſſe, quia in longe meliori codice extat. Imo potius quam vere ſuppoſititium dixeris commentum Hieronymi Avantii:

Perlege quodcunque eſt memorabile, & ut tibi proſit.

Quod Auſonius promiſit ſe *priva ſcripta*, hoc eſt unumquodque ſcriptorum moniturum, id facit: ut ex ſequentibus apparet. *Socci*, & *aulæa regum*, Comœdia, & Tragœdia. *Scaliger.*

23. *Conditor Iliados*] Homerus ita appellatus Iuvenali libro quarto. *Vinetus.*

24. *Orſa*] Opera, ſcripta, Comœdiæ Menandri poëtæ Græci. Nondum enim tum interciderant. Cur autem amabilis, cognoſce ex Quinctiliano, & Plutarcho. *Vinet.*

25. *Innumeros numeros*] Ita legendum ut poſui, non diſtincte, *Innumeros, numeros.* Neque eſt quod quiſquam motus auctoritate eruditiſſimi Adr. Turnebi, per *numeros* intelligat ἔμμετρον λόγον, contra per *innumeros*, πεζὸν λόγον. Nam id multum abeſt à ſententia Auſonii. Intelligit enim ſolutos comœdiæ verſus. Qui ſunt quidem numeri: nam ſuis pedibus incedunt. ſed non veri numeri: quia legibus ſoluti. Ita Horatius cum ſcribit:

-- *numeriſque fertur Lege ſolutis.*

Intelligit haud dubie *innumeros numeros* Pindari. Ejuſmodi autem eſt, imo liberior, Comica poëſis. Quare & in Epitaphio Plauti per *innumeros numeros* Comœdia intelligitur. Nam quid aliud ſcripſit Plautus præter Comœdiam? Sed memineris in eo Epitaphio ſine diſtinctione legendum, ut & hic: *Innumeri numeri.* Quod eſt, ſcriptio Comica, aut ſce-

[26] Affectuſque impone legens. diſtinctio ſenſum
Auget, & ignavis dant intervalla vigorem.
Ecquando iſta meæ contingent dona ſenectæ?
[27] Quando oblita mihi tot carmina, totque per ævum
[28] Connexa hiſtoriæ, [29] ſoccos [30] aulæaque regum,
[31] Et melicos, lyricoſque modos [32] præfando, novabis,
Obdu-

nica. Quid autem dubitemus: cum Auſonius ipſe hic adhortetur nepotem ad lectionem Dramatum Menandri? Ea enim Dramata *innumeros numeros* vocat, quod dictum eſt Græcanice: Vt, νύμφη ἄνυμφος, γάμος ἄγαμος. Scaliger.

25. *Innumeros numeros*] Ex his verſibus vel ſolis apparet, quantum artificium in pronuntiatione veteres poſuerint, quæ noſtro tempore nullibi jam nota eſt, ut apud eos eruditionis immane præjudicium habebatur, non recte modulos, præcipue carminum, & ab his orationum ſervare, ut ex Cicerone, Quinctiliano, Plinio Cæcilio, A. Gellio, & aliis docere poſſemus, ſi hoc loci id ageretur. Apud Auſonium vero τὸ *innumeros* velut in duas voces disjunctum audiendum ſuſpicor, ut dicat prudentiſſimus ſenex, effer numeros doctis accentibus & acumine vocis in numeros, hoc eſt, velut ad Muſicæ imperium & modos à præſenti Lyriſta commendatos. Poteſt tamen & acumen in eo quæſitum eſſe, ut numeri ſint ſimul, & ſint ſimul innumeri, pronuntiatione tam artificioſa, qualem requirit ſolida ad eorum temporum normam eruditio. Hoc eſt, nec plane canas, nec prorſus loquare, ſed intermedio quodam ſono numeros Poeticos ſerves in pronuntiando. Et hoc pacto recitata ab antiquis carmina multi nos ſcriptorum veterum loci docent. Atque ab hac affinitate Muſices Poëtæ inſtrumentalibus Muſicis ubique comparantur, quod cum recitarent, ſoni ipſorum inſtrumentis nullo negotio exprimi poſſent, ſic de Horatio Ovidius, luculentiſſimo teſtimonio:

> *Detinuit noſtras numeroſus Horatius aures*
> *Dum ferit Auſonia carmina culta lyra.*

Cui eidem *Chelyn Auſoniam* adſcribit auctor Panegyrici, (minime quidem ita inſcribendi carminis, ſed cujus titulus jam obtinuit, ut alibi docemus) de Mæcenate:

> *Auſoniamque Chelyn gracilis patefecit Horati.*

Nec de Lyricis, qui Muſicæ propiores, tantum ita loquebantur, ſed & de Hexametrorum conditoribus, ut vides in præſente Auſonii carmine, quanquam & iſti *tubam*, nec alia tamen ratione, adſcribant. Et pariter *modulamen* eidem adſcribit in Gratiano ſuo idem in Epig. 1. *Barthius.*

26. *Affectuſque impone*] De his Quinctilianus libro tertio ac undecimo, de orationis diſtinctione, in capite de pronuntiatione. *Vinetus.*

27. *Quando oblita*] *Nunc oblita mihi tot carmina*, in Nono Virgilii Bucolico. *Vinet.*

28. *Connexa hiſtoria*] Hiſtorias. *Idem.*

29. *Soccos*] Comœdias. *Id.*

30. *Aulaaque regum*] Tragœdias. *Idem.*

31. *Et melicos*] Hæc non intelliges, niſi ita plane diſtinxeris:

> *Et melicos, lyricoſque modos præfando, novabis,*
> *Obductoſque ſeni facies pueraſcere ſenſus,*
> *Te praeunte, nepos, modulata poëmata Flacci?*

Te

Obductoſque ſeni facies pueraſcere ſenſus?
Te præeunte, nepos, modulata poëmata Flacci,
Altiſonumque iterum fas eſt didiciſſe Maronem.
[33] Tu quoque, qui Latium lecto ſermone Terenti
[34] Comis, [35] & adſtricto [36] percurris pulpita ſocco,
[37] Ad nova vix memorem diverbia coge ſenectam.

Iam

Te præeunte carmina Horatii renovabis ſenſus meos ſeniles, & facies pueraſcere. Ex iis, quæ ſequuntur, cognoſcimus, unde ordiebatur hiſtoriam ſuam Salluſtius: nempe a Lepido, & Catulo. *Scaliger.*

31. *Et melicos lyricoſque*] Melicus & lyricus poeta, idem, qualis Horatius, ut vult Beroaldus in annotationibus in Aulum Gellium. Adrianus Turnebus libri primi capite quatto Adverſariorum. *Vinetus.*

32. *Præfando*] Legendo, recitando mihi. Nam litterarum ſtudioſi, quibus labor, & ſenium, oculorum obtudit aciem, lectoris fere pueri opera utuntur. *Vinet.*

33. *Tu quoque qui Latium*] Emendant alii *læto ſermone*: nos *lecto* intelligimus proprio, elegantique. Servius enim ait, eum proprietate ſermonis omnibus præponi comicis, ſed in rebus cæteris eſſe inferiorem. Ideoque dictum etiam videtur, *aſtricto ſocco* ex Horat. qui contrarium de Dorſeno æſtimans ita ſcribit II Epiſt.

— *Dorſenus edacibus in paraſitis*
Quam non aſtricto percurrat pulpita ſocco.

C. quoque Cæſar, factis de Terentio verſibus, puri eum ſermonis amatorem appellat. Quoque res ſit minus dubia, ſuccurrit, verſum eſſe hunc Ciceronis, una tantum dictione, ab Auſonio mutatum. Donatus enim ex Tranquillo hoſce Ciceronis in Limone verſus citat:

Tu quoque, qui ſolus lecto ſermone Terenti
Converſum expreſſumque Latina voce Menandrum,
In medio populi, ſedatis vocibus effers
Quidquid come loquens, atque omnia dulcia dicens. Mariang. Accurſ.

34. *Comis*] Ornas, ut primo in epigrammate. *Vinetus.*

35. *Et aſtricto ſocco*] Oratione vincta, non ſoluta, nec libera. Cicero libro primo de oratore: *Eſt finitimus oratori poëta numeris aſtrictior paullo.* Et tertio: *Iſocrates inſtituiſſe fertur, ut inconditam antiquorum dicendi conſuetudinem, numeris aſtringeret.* SOCCUS autem, genus calceamenti, quo utebantur comœdi, pro comœdis ipſis, comœdiiſque uſurpari ſolet. *Vinet.*

36. *Percurris pulpita*] Theatrum quid ſit, in ludum Sapientum diximus. In eo inter cetera, erant hæc, *Scena, Pulpitum, Orcheſtra. Scena,* erat frons theatri alta, & tecta. Ante Scenam, quem locum προσκήνιον Græci dicunt, *Pulpitum.* Ante Pulpitum, in medio theatro, loco infimo, *Orcheſtra.* In Orcheſtra ſedebant ſpectaturi ſenatores. In Pulpito agebantur fabulæ. In Scenam ſe actores recipiebant. Hæc Pulpito altior erat: Pulpitum Orcheſtra. *In Orcheſtra,* inquit Vitruvius libro quinto, *ſenatorum ſunt ſedibus loca deſignata: & ejus Pulpiti altitudo ſit ne plus pedum quinque: uti qui in Orcheſtra ſederint, ſpectare poſſint omnium agentium geſtus.* Id.

37. *Ad nova diverbia*] Ad comœdias, quæ oblivioſo ſeni novæ videbuntur. *Membra comœdiarum tria ſunt,* inquit Diomedes Grammaticus libro tertio: *Diverbium, Canticum, Chorus. Diverbia ſunt partes Comœdiarum, in quibus diverſorum perſonæ verſantur. Perſonæ autem Diverbiorum, aut duæ,*

aut

Iam facinus, Catilina, tuum, Lepidique tumultum,
[38] Ab Lepido & Catulo jam res & tempora Romæ
Orſus, bis ſenos ſeriem connecto per annos.
Iam lego civili miſtum mavorte duellum,
Movit quod ſocio Sertorius exul Ibero.
Nec rudis hæc avus admoneo, ſed mille docendo
Ingenia expertus. Multos [39] lactantibus annis
Ipſe alui: gremioque fovens, & murmura ſolvens,
Eripui tenerum blandis nutricibus ævum.
Mox pueros molli monitu, & formidine leni
Pellexi, ut mites peterent per acerba profectus,
[40] Carpturi dulcem fructum radicis amaræ.
Idem [41] veſticipes [42] motu jam puberis ævi,
Ad mores, arteſque bonas, fandique vigorem
Produxi: [43] quanquam imperium cervice negarent
Ferre, nec inſertis præberent ora [44] lupatis.
Ardua temperies, dura experientia, rarus
Eventus, longo rerum ſpectatus ab uſu,

Vt

aut tres: raro autem quattuor eſſe debent. Vltra augere numerum non licet. In canticis autem una tantum debet eſſe perſona: aut ſi duæ fuerint, & reliq. *Latina vero Comœdia Chorum non habent: ſed duobus tantum membris conſtant, Diverbio & Cantico.* Vinet.

38. *Ab Lepido*, &c.] Submovebat hoſce duos verſus poſt quartum, *Movit quod ſocio*, &c. vetus liber.

39. *Lactentibus*] *Lactantibus* à verbo primæ conjugationis omnia exemplaria. *Vinetus.*

40. *Carpturi dulcem fructum radicis amaræ*] Iſocratis ſententia eſt in progymnaſmatibus Aphthonii: Ἰσοκράτης, τῆς παιδείας τὴν ῥίζαν πικρὰν ἔφη, γλυκεῖς δὲ τοὺς καρπούς. Id eſt, vertit Priſcianus in præexercitamentis, *Iſocrates dicebat ſtirpem quidem doctrinæ eſſe amaram, fructum vero dulcem.* Hieronymus in principio commentariorum in Ieremiam: *Vetus illa ſententia eſt, Litterarum radices amaræ, fructus dulces.* Idem ad Ruſticum monachum de vita inſtituenda: *Et gratias ago Domino, quod de amaro ſemine litterarum dulces fructus carpo.* Diomedes Grammaticus libro primo: *Marcus Porcius Cato dixit, Litterarum radices amaras eſſe, fructus jucundiores*, qui ſic elatam apud Catonem Iſocratis ſententiam fortaſſe vidiſſet. *Vinet.*

41. *Veſticipes*] Iuvenes, quorum genæ jam pilis veſtiri incipiunt. *Idem.*

42. *Motu jam puberis ævi*] Sic inſequenti Genethliaco:

At modo, quum motu vigeas jam puberis ævi.

43. *Quanquam imperium*] Seneca de Clem. lib. I, cap. XXIV. *Natura contumax eſt humanus animus, & in contrarium atque arduum nitens: ſequiturque facilius, quam ducitur.*

44. *Lupatis*] Frænis aſperrimis.

Servius

Vt regat indocilem mitis cenſura juventam.
Quæ tolerata mihi, donec jam ærumna juvaret,
Leniretque uſu bona conſuetudo [45] laborem.
Donec ad Auguſtæ pia munera diſciplinæ
Accirer, varioque accingerer auctus honore:
[46] Aurea quum parere mihi palatia juſſum.
Abſiſtat Nemeſis: ferat & fortuna jocantem.
Præſedi imperio, dum prætextatus in oſtro,
Et ſceptro, & ſolio, [47] ſibi præfert jura magiſtri,
Majoreſque putat noſtros Auguſtus honores.
Quos mox ſublimi maturus protulit auctu:
[48] Quæſtor ut Auguſtis, [49] patri, natoque crearer:
[50] Vt præfecturam duplicem, ſellamque curulem,

Vt

Servius ita interpretatur in tertium Georgicôn. *Vinetus.*

45. *Vſum laborum*] Optimus liber, *laborem* pro *laborum*. Lege:

Leniretque uſu bona conſuetudo laborem.

Auctor Panegyrici Maximiano & Conſtantino dicti: *Magnum laborem conſuetudo non ſentit.* Seneca de Tranquill. animi cap. x. *Nullo melius nomine de nobis natura meruit, quam quod cum ſciret, quibus ærumnis naſceremur, calamitatum mollimentum conſuetudinem invenit, cito in familiaritatem graviſſima adducens.* Ovid. l. II. de Arte Am.

Quod male fers, aſſueſce; feres bene. Multa vetuſtas Lenit.

46. *Aurea quum parere*] Fuit Præfectus prætorio Auſonius primum, mox quæſtor, poſtremo conſul: ſed inanes hi fere honores ſub Cæſaribus. *Vinetus.*

47. *Sibi præfert jura magiſtri*] Vide quæ Themiſtius ea de re orat. XI.

48. *Quæſtor ut Auguſtus*] Scribo: *Auguſtis*, caſu dandi. patri ſc. Valentiniano, natoque Gratiano auguſtis. Scribit Ammianus Marcellinus libro rerum geſtarum XXVII, Valentinianum, morem inſtitutum antiquis ſupergreſſum, non Cæſares, ſed Auguſtos germanum filiumque nuncupaſſe. *benevole ſatis. Nec enim quiſquam antehac adſcivit ſibi pari poteſtate collegam, præter Principem Marcum. qui Verum adoptivum fratrem abſque diminutione aliqua Majeſtatis auguſtæ, ſocium fecit.* Hujus porro quæſturæ ſuæ ita & in Actione gratiarum meminit Auſonius: *Ex tuo merito te ac patre Principibus quæſtura communis.* Mariang. Accurſius.

48. *Quæſtor*] Cujus ſuæ Quæſturæ meminit in extrema Gratiarum actione, & in Epiſtola ad Vrſulum. *Vinetus.*

49. *Patri natoque*] Valentiniano & Gratiano. *Vinet.*

50. *Vt præfecturam*] Quod ait ſe præfectura duplici functum: hoc ita intelligendum: cum bis præfectum prætorio fuiſſe. Sic de ſe ipſo loquens in Moſella ſcribit, numero tamen plurali:

Aut Italum populos, Aquilonigenaſque Britannos
Præfecturarum titulo tenuere ſecundo.

Nam primam præfecturam Italiæ adeptus eſt: ut poſtea dicit: ſed quam non diu tenuerit. Sic enim ait:

Quique

Vt trabeam, pictamque togam, mea præmia, conſul
Induerer: [51] faſtiſque meis prælatus haberer.
His ego quæſivi meritum quamgrande nepoti
Conſul avus: lumenque tuæ præluceo vitæ.
Quamvis & patrio jamdudum nomine clarus,
[52] Poſſes ornatus, poſſes honoratus haberi:

Acceſſit

Quique caput rerum Romam, populumque, patreſque
Tantumnon primo rexit ſub nomine: quamvis
Par fuerit primis.

Nam illud *Tantumnon*, hoc eſt μονονουχὶ, oſtendit non diu eam tenuiſſe, & tamen ſe parem primis fuiſſe: hoc eſt, tam illi imputari hanc præfecturam, quam ſi ea plene perfunctus eſſet. Nam primi præfecti, ſunt præfecti prætorio Italiæ. Nam eam non diu tenuiſſe ipſe poſt declarat, cum eam præfecturam vocet, libata præmia, *libataque supplens Præmia.* Eamque præfecturam rexit Valentiniani & Valentis conſulatu primo, ut ego ex veteribus Principum Conſtitutionibus odoratus ſum. At ſecunda præfectura cumulate data eſt, & plene eam rexit. Nempe præfectura prætorii Galliarum, à qua ad Conſulatum pervenit. Vtramque præfecturam etiam in Epicedio patris complexus eſt:

Præfectus Gallis, & Libyæ, & Latio.

Nam Latium, & Libya ſub una præfectura Italiæ comprehenduntur, ut Galliæ & Britanniæ ſub una præfectura Galliarum. Itaque ſuperius intellexit præfecturam Galliarum per Aquilonigenas Britannos. Iam, ut diximus, ſtatim à præfectura Galliarum, Conſul à Gratiano deſignatus, declaratus, & prior nuncupatus eſt. Vt dubium non ſit, quin in Codice Theod. mendum ſit, cum Impp. Valens, Gratianus, & Valentinianus ſcribunt ad *Antonium Præfectum prætorio Galliarum*, anno ante Conſulatum Auſonii. Cum nemo fuerit Præfectus prætorio, anno qui præceſſit Conſulatum Auſonii, præter Auſonium ipſum. Ergo non *Antonio*, ſed *Auſonio* ſcribendum eſt, ut l. VII. de fide teſt. Item l. XII. de pœnis. Qui eſt annus ante Conſulatum Auſonii, & biennio ante, idem nomen corruptum, Valente V, & Valentiniano Aug. Coſſ. l. XI. de medicis. l. II de quæſtionibus. quæ Conſtitutiones omnes datæ ſunt Treveris. Et in omnibus, meo judicio, legendum *Auſonio*, non *Antonio*. Depravant enim nomen clariſſimi poëtæ, quaſi non & ſcriptis ſuis, non tantum conſulatu, aut præfecturis nobilis eſſet. Nam & in *Anxonium*, & *Auxonium*, & *Axonium* depravarunt. Invenio & vicarium Africæ fuiſſe, l. LXIX, C. Th. de Decurion. Item poſt Conſulatum Proconſulem Aſiæ, Eucherio, & Syagrio Coſſ. Imperantibus Gratiano, Valentiniano, & Theodoſio Augg. l. III. de fide Cathol. Sed & Q. Symmachus Præfectus Vrbi, in quadam Epiſtola teſtatur: *Auſonius*, inquit, *vir Conſularis, admirator tuus, ſcripto ex Aſia nuper allato, mutilari agros ſuos, qui tibi junguntur, accepit.* Scaliger.

50. *Vt præfecturam duplicem*] Filium dixit in epicedio Auſonius medicus, Præfectum Gallis, & Libyæ, & Latio fuiſſe. In extrema gratiarum actione idem filius ſe Præfectum prætorio Gratiani Auguſti prædicat. *Vinetus.*

51. *Faſtiſque meis prælatus*] De hoc in Gratiarum actione pro conſulatu. *Vinet.*

52. *Poſſes ornatus, poſſes oneratus*]

Ludit

Acceſſit tamen ex nobis honor inclytus. hunc tu
Effice, ne ſit onus: per te ut connixus in altum
Conſcendas: [13] ſpereſque tuos, te conſule, faſces.

GENE-

Ludit paronomaſia *ornatus* & *oneratus*, *honor* & *onus*. Sicut Deïanira ad Herculem, apud Ovidium:

Non honor eſt, ſed onus, ſpecies læſura ferentem.

Quibus locis pulchrius fortaſſe aſpiraretur *honus*, & inde *honeratus*, quemadmodum veteres feciſſe Gellius memoriæ prodidit libro ſecundo. Servius tamen in librum primum Æneidos *onus* & *onerare*, ſine ſpiritu ſcribi ait, ſed *honuſtus* cum ſpiritu, tanquam ab eo ſit, quod eſt *honos*. Eadem figura *faſtorum*, & *faſtidiorum* in Gratiarum actione, ac in Andria Terentii *amentium, amantium*. Vinet.

52. *Poſſes ornatus*] Nihil ſane ad correctorum lubidinem hoc loco mutandum res ipſa docet, non enim propter ſententiam hanc neceſſariam quicquam poteſt aliud hic legi quam *honoratus*. Cui peſſime cum metro convenit tamen, nec exemplum toto Poëta aliud tam immanis licentiæ. Quid igitur adferemus novi? nihil aliud, quam quod ſuſpicamur ut *honorare*, ſic & *honerare* veteres dixiſſe, aut certe unius, ejuſdemque verbi vocalem *o*, quo loco ſecundum ponitur, tam produxiſſe, quam corripuiſſe. Et ut in illud potius inclinem faciunt ſcripti libri, ex quibus, ut & rationibus minime ineptis Iuſtino, Virgilio, & Propertio; item Pacuvio, τὸ *honerare* primis ſyllabis anapæſtum facientibus, reſtituerunt Valens Acidalius & Ianus Palmerius conjectores uti calidi, ſic & felices non raro, quod fateamur neceſſe eſt vel præcipue in priori. Deinde ſuccurrit mihi exemplum in carmine pariter Hexametro apud Poetam ſuo ævo longe Eloquentiſſimum Guilielmum Britonem, cui ſi demas ea, quæ ſæculi vitio aliter proferre non potuit, admirabilem Poetam videas, ejus verba ſunt lib. 11. Philippidos:

Addit ſe ſocium [illegible] *cum milite multo.*
In medio ponens fretos virtute minori,
Cum plauſtris & equis, Honoratis rebus & Eſcis.

Cujus ſane auctoritas ut nulla omnino ſit, ita tamen aliquando uſurpatum demonſtrat. Eodem facit quod *honorati* nomen eo loco corripit etiam Ennodius Epigramm. 11. *Barthius*. Exemplum Guilielmi Britonis, quod Barthius protulit, errore quoque manifeſto obſcuratur. nam & illic legendum, *oneratis*. Equi nempe & currus onerati erant omnibus rebus & eſcis. ubi *res* pro utenſilibus, veſtibus, &c. ponitur. Eſt quidem apud Sedulium lib. 11. *Quo manet indignus, qui non honoraverit unum,* in veteri codice, pro *numeraverit*. Sed malim retinere vulgatum, præſertim quum *numerare* pro venerari veteres dixerint, Cicero lib. 1. de nat. deor. Tertullian. in Apologet.

52. *Poſſes ornatus, poſſes honeratus*] Ita Scaliger edidit. Alii, & inter illos, antequam ſententiam mutaret, Barthius, *oneratus haberi*. Orta variantia ab addita aſpiratione. quum enim *honeratus*, *honus*, *honero* paſſim ſcriberetur, evenit, ut alterum ſæpe pro altero poneretur. Sic apud Nonium Pacuvii locus corruptus in Periboea: *Poſtquam eſt honeratus frugum & floris Liberi*. Lege, cum Gothofredo, *oneratus*. Vt apud Virgil.

Implentur veteris Bacchi, pinguiſque farinæ.

53. *Spereſque tuos te*] Legit in Parergis Colerus, *ſupereſque*. Id eſt, conſequaris.

1. Car-

GENETHLIACON ad eundem Auſonium nepotem. Edyll. v.

[1] CArmina prima tibi quum jam puerilibus annis
Traderet aſſidui permulcens cura magiſtri,
Imbueretque novas aureis, ſenſuſque ſequaces,
Vt reſpondendas docili quoque murmure voces
Emendata rudi proferret lingua palato,
Addidimus nil triſte ſenes: ne cura monendi
Læderet, aut dulceis guſtus vitiaret amaris.
At modo, quum motu vigeas jam puberis ævi,
Fortiaque à teneris poſſis ſecernere; & ipſe
Admonitor morumque tibi, fandique videri:
[2] Accipe non præcepta quidem, ſed vota precantis
[3] Et gratantis avi, feſtum ad ſollemne nepotis.
* * * *
Adnuito, ut reducem fatorum à fine ſenectam
Soſpes agam: feſtumque diem, dubitataque cernam
Sidera, depoſito prope conclamatus in ævo.
Hoc, mellite nepos, duplicato fenere partum
Natali accedente tuo: munuſque ſalutis
Plenius hoc noſtræ, quod jam tibi puberis ævi
Creſcit honos, juvenemq; ſenex jam cerno nepotem.
Sexta tibi hæc primo remeat trieteris ab anno,
Septembres notis referens natalibus idus,

Idus

1. *Carmina prima*] Carminis hujus titulus fuit in codice vetuſto, AVSONIVS AVVS AVSONIO NEPOTI. *Vinetus.*

2. *Accipe non*] Mendoſiſſimi verſus nullo negotio emendabuntur ita:

Accipe non præcepta quidem, ſed vota precantis,
Quin gratantis avi feſtum ad ſolenne nepotis.

Annuito, ut reducem fatorum à fine ſenectam
Soſpes agam! Jam nihil, quod dubitemus, reliquum eſt. Porro id carmen in veteri libro titulum hunc præfert: *Auſonius avus Auſonio nepoti.* Item delicatam coronidem in fine: VALE NEPOS DVLCISSIME. *Scaliger.*

3. *Et gratantis avi*] Alii, *Qui gratantis.* Vinetus.

4. *Geniis*

Idus alma dies, [4] geniis quoque culta deorum.
[5] Sextiles Hecate Latonia vendicat idus;
Mercurius Majas ſuperorum adjunctus honori.
Octobres olim genitus Maro dedicat idus.
Idus ſæpe colas biſſenis menſibus omnes,
Auſonii quicunque mei celebraveris Idus.

Vale, nepos dulciſſime.

4. *Geniis quoque culta deorum*] *Idibus alba Iovi grandior agna cadit.* Ovidius primo Faſtorum, & Macrobius libro primo Saturnaliorum. *Vinetus.*

5. *Sextiles Hecate, &c.*] Recte *vendicat*. Eſt Martialis æmulatio, qui Virgilii natalem celebrans, totidem verſiculis, ſed Phalæciis ita ſcribit:

Maja Mercurium creaſtis Idus.
Auguſtis redit Idibus Diana.
Octobres Maro conſecravit Idus.
Idus ſæpe colas & has, & illas,
Qui magni celebras Maronis Idus.

Mariang. Accurſius. De Hecate noſter infra in Tetraſtichis de menſibus:

Æterno regni ſignatus nomine menſis,
Latona genitam quo perhibent Hecaten.

AVSONIVS
GREGORIO FILIO S.

EN unquam vidiſti [1] nebulam pictam in pariete? vidiſti utique, & meminiſti. [2] Treviris quippe in triclinio [3] Æoli fucata eſt pictura hac: Cupidinem cruci affigunt mulieres

1. *Nebulam pictam*] Studioſus imitator Plauti ubique Auſonius. Nam & hoc quoque ex Menæchmis Plauti imitatum:

-- Nunquid tu vidiſti tabulam pictam in pariete,
Vbi Aquila Catamitum raperet, aut ubi Venus Adoneum? Scaliger.

1. *An unquam vidiſti nebulam*] MSS. Codices: *En unquam.* Qui modus percontandi vel Terentio eſt proprius. Imitationem alioqui de Terentio, Plautoque in præfatiunculæ ipſius argumentum ſibi ſumpſit, quorum ſane Poëtarum, ut & Flacci, & Maronis, ſtudioſus, oppidoque imitator dignoſcitur. Plautus itaque in Menæchmis ait: *Nunquid vidiſti unquam tabulam pictam in pariete, ubi Aquila Catamitum raperet, aut ubi Venus Adoneum?* Terent. autem in Eunucho: *Virgo in conclavi ſedet, ſuſpectans tabulam quandam pictam, ubi inerat pictura hac, Iovem quo pacto Danae miſiſſe ajunt quondam in gremium imbrem aureum, &c.* Quibus admoneri poſſe videbamur, *Tabulam* non *nebulam* & in Auſ. ſcribendum. Cæterum cum & in Epiſtola ad Symmachum dixerit: *Hoc me velut aërius bractea fucus, aut picta nebula, non longius quam dum videtur oblectat.* Cumque aliquid *tanquam per nebulam* videri, atque accipi, tum *nebula inanius* ac *molliꝰ* dicatur,

tur, putandum ſic fortaſſe, arbitratu ſuo *Tabulam* in *Nebulam* Auſonium mutaſſe. Quando & in MSS. exemplaribus ne ſpeciem quidem alterius lectionis hactenus invenimus. *Mariang. Accurſius.*

1. *An unquam vidiſti nebulam pictam in pariete?*] Idem Auſonius ad Symmachum quarta epiſtola: *Me velut aërius bractea fucus, aut picta nebula, non longius quam dum videtur oblectat.* Illic an recte *nebula* ſcribatur, non ſatis mihi liquet, ſed hic pro *nebulam* non dubito, quin *tabulam* legiſſet Eraſmus, ſi eorum in mentem veniſſet, quæ ex Plauti Menæchmis adducit Mariangelus. Sic è proverbiorum albo eradendum illud, *Nebulam in pariete*, niſi alibi legerit Eraſmus, quo rem nihili & ſomnio ſimillimam ſignificari exiſtimavit. *Vinetus.*

1. *An unquam vidiſti nebulam*, &c.] Repone quod in MSS. codic. reperit Mariangelus Accurſius: *En unquam vidiſti n.* &c. Qui modus percontandi vel Terentio per eſt familiaris: ne Maronem, cujus ſtudioſiſſimus vir Conſularis, alioſque in teſtimonium citem. Hallucinantur autem mirifice, qui hic *tabulam pictam* malunt ex Plauti Menæchmis. Actu I. ſc. II. & Terent. Eunucho act. III. ſc. V. Cujus lectionis ne minimum quidem veſtigium in membranis, quibus uſus Mariangelus. Quid, quod reclamet ipſe Auſonius, qui pictæ nebulæ alio item loco meminerit? Epiſtola ad Symmachum. Denique hic *Aëris campos* depictos ait, & marcentes *nebuloſo lumine* flores, aliaque ejuſmodi. *Scriverius.*

2. *Treviri*] *Treviris* Tilianus codex. *Vinetus.*

3. *Æoli*] Pariſienſis liber, *Zoili*, & vetus Tilii codex. *Vinet.*

3. *Treviris in triclinio Æoli*, &c.] Tilianus codex & Pariſienſis liber Iodoci Badii apud Vinetum, *in triclinio Zoili.* Melius & probabilius; cum *Æolus* infrequentius nomen ſit, quam *Zoilus*. Quare ex veterum codicum fide ſcripturam hanc non gravate admiſerim. Dominus illarum ædium Treviris, in quibus triclinium illud, quod exhibebat eam picturam, fuerit non Æolus aliquis, à ventorum rege denominatus, ſed Zoilus. *Zoili* nomen proprium bis terve occurrit in antiquis inſcriptionibus. Appianus olim exhibuit hanc repertam Comi: D. M. C. MESSENI ZOILI COLLEG. DENDROPH. COMENSIVM. Anno undeſexcenteſimo & milleſimo Tibure effoſſum marmor, cui inſcriptus Crocodilus, & hæc Epigraphe: DIS. MAN. AEL. ZOILVS. HIC. SITVS. EST. VIXIT AN. LII. A Gutenſtenio Gruterus pag. IↃ CCCC. 9. apud quem etiam illa ſuperior Inſcriptio pag. CCCC XXXVIII. 2. & pag. CCCII. 2. ex veteris tabulæ fragmento: ANTISTIVS ZOILLVS. Id eſt, *Zoilus*: nam *L* ſuperflue geminatur, in *Querella* pag. CCCCLXXX. 5. *vellit.* pag. DC LXXII. I. *ollim* pag. DC XC. 5. pro. *Querela*, *velit*, *olim*. Sic etiam ubi in veteri Romano Martyrologio, Adone, & Vſuardo XXIV Maji legitur: *In Iſtria natalis SS. Zoelis*, &c. Margini Vſuardi adſcriptum eſt *Zoili*. Alius item Zoilus inter Sanctos. Ado in Martyrologio XXVII Iunii. *Corduba in Hiſpania natalis SS. Zoili & aliorum.* Eadem eodem die Vſuardus. Martyrologium Romanum non celebrat Cordubenſem Martyrem; ſed alium XXIV Novembris: *Romæ*, inquit, *Chryſogoni Martyris*, *& Zoili.* Vſuardus Zoilum præterit. Ado pluribus agit de Chryſogono, & Zoilum Chryſogoni *abſciſſum caput corpori ejus compaginaſſe* (verba Adonis ſunt) memoriæ prodit. Quin etiam Zoilus Grammaticus, unus ex Dipnoſophiſtis apud Athenæum. Vt nihil hic dicam de nobiliſſimo Zoilo, qui Ὁμηρομάστιξ cognomen meruit. Cujus audax quidem, ſed parum felix, mordacitas proverbio locum fecit,

cit, ut vulgo *Zoili* vocentur nobilium auctorum obtrectatores & caſtigatores: vel Plinio teſte in operis ardui præfatione. Ad quem quoque alludit meus Hiſpanus in Epigramm. (lib. IV. 77.)

Pendentem volo Zoilum videre.

Hic Zoilus Amphipolites fuit. Scripſit varia: & inter ea, Grammatica quædam contra Homerum. Vide Suidam, & Ælianum variar. Hiſt. lib. XI. cap. X. Ex Zoili cujuſdam ſcriptis multa Plinius in librum duodecimum Naturalis Hiſtor. tranſtulit: & apud eundem l. XIII Zoili Macedonis ſcripta citantur. Hic iſte Amphipolitanus creditur: Amphipolis enim urbs Macedoniæ. *Zoilus de Figuris* citatur à Philammone Sophiſta de Figuris, referente Bibliotheca Geſneriana Figuris aucta. Alios atque alios poſſem recitare, ex Vitruvio & Clemente Alexandrino, & aliis. Et pluria ſunt Martialis in Zoilum Epigrammata. Sed de Zoilis plus ſatis: ne & ipſe Zoilos irritem. Abunde liquet ſcribendum eſſe apud Auſonium *Zoili* pro *Æoli*. Niſi quis malit: *Treveris in triclinio Solii*. Vt Palatii triclinium intelligat: quamquam improprie & minus uſitate *Solium* pro *Palatio* dici poſſit. Ipſe Auſonius tamen alio loco ſic accepiſſe videtur:

Armipotens dudum celebrari Gallia geſtit,
Trevericaque urbis Solium, quæ proxima Rheno
Pacis ut in media gremio ſecura quieſcit.

De claris urbibus III. D. Ambroſius lib. V. ep. XXVII. *Cum perveniſſem, Treveros, poſtridie proceſſ. ad Palatium.* Treverorum urbem Pomponius Mela & Ptolemæus *Auguſtam* nominant. Data Treveris pluria Auguſtorum Reſcripta; Conſtantini, Iuliani, Valentiniani, Valentis, Gratiani, Valentiniani Iunioris, Theodoſii, Arcadii. Et Ammian. Marcellinus lib. XV. *Treveros domicilium Principum clarum* ait. Vide eundem lib. XXVII, XXIX, & XXX. Vidi etiam, qui *in triclinii tholo* legendum conjecerat: quam conjecturam vix ægre ferant, qui balnearum quidem tholos meminerint, non tricliniorum, ut quæ alio modo fuerint camerata. Ammianus lib. XXVIII. *Tholos introierint balnearum.* Atqui apud Martial. hoc Epigrammate L. II. 59.

Mica vocor. quid ſim, cernis. Cœnatio parva.
Ex me Cæſareum proſpicis, ecce, tholum;
Frange toros: pete vina: roſas cape: tingere nardo.
Ipſe jubet mortis te meminiſſe Deus.

accipiunt eruditiſſimi viri non Auguſti Mauſoleum, non Capitolium, non Flaviæ gentis templum, vel ædes Cæſaris, cum vulgo interpretum; ſed tholum interiorem ipſius Micæ, à quo pendebat cranium, quod convivas mortis admoneret, ut eo largius indulgentiuſque viverent. Vetus Gloſſarium: θόλος *teſtudo.* Suidas: Θόλος οἶκος περιφερής. καὶ τῷ ἐν πρυτάνεις ἑστιῶντο, &c. Philander ad quartum Vitruvii hæc annotavit: *Tholus eſt ædificii camera, quæ altius creſcens rotunda forma in faſtigiatum cacumen deſinit, à quo* Πάνθεον θολοειδὲς *ſcripſit Dion* lib. LIII. *Re enim vera Pantheum eſt hamiſphario tectum, hoc eſt, circulata camerâ, in quo medio hamiſphario lumen ad circinum factum. Alias eſt teſtudinis umbilicus, id eſt veluti ſcutum in medio tecto, quo trabes omnes conveniunt, ubi dona ſuſpendebantur, auctore Servio IX Æneidos.* Quanquam poſſit nimis laxum videri & vagum, de magna urbe loquentem referre in Triclinii tholo hoc aut illud pictum haberi. De villa aliqua tolerabilius ſit. Sine dubio itaque indicare voluit Auſonius Palatium Treverenſe; aut alicujus ædes in quibus illud triclinium. Eum *Zoilum* appellant veteres codices non *Æolum*. Atque ita repone. *Scriverius.*

3. *Æol. fucata*] Id eſt, picta. Nam *Fucare* pingere illi ævo. Paullinus VII Natali:

res amatrices, non iſtæ de noſtro ſæculo, quæ ſponte peccant: ſed illæ Heroicæ, quæ ſibi ignoſcunt, & plectunt deum. quarum partem [4] in Lugentibus campis Maro noſter enumerat. Hanc ego imaginem ſpecie & argumento miratus ſum. [5] deinde mirandi ſtuporem transtuli ad ineptiam poetandi. Mihi præter [6] lemma, nihil placet. Sed [7] commendo tibi errorem meum. Nævos noſtros & cicatrices amamus: nec ſoli noſtro vitio peccaſſe contenti, affectamus, ut amentur. Verum quid ego [8] huic eclogæ ſtudioſe patrocinor? certus ſum, quodcunque meum ſcieris, amabis. [9] quod magis ſpecto, quam ut laudes. [10] Vale.

CVPI-

Nunc volo picturas fucatis agmine longo
Porticibus videas. Idem:
Si forte attonitas has per ſpectacula mentes,
Agreſtum caperet fucata coloribus umbra. Barthius.

4. *In lugentibus campis*] Virgilius ſexto Æneidos:

Nec procul hinc partem fuſi monſtrantur in omnem
Lugentes campi. Sic illos nomine dicunt.
Hic quos durus amor crudeli tabe peredit,
Secreti celant calles, & myrtea circum
Silva tegit. curæ non ipſa in morte relinquunt. Vinetus.

5. *Denique mirandi*] *Deinde mirandi,* codex Tilianus. *Vinet.*

5. *Deinde mirandi*] Ita codex Tilii. Vulgo: *denique mirandi.* Scriverius.

6. *Lemma*] Argumentum. *Vinetus.*

7. *Commendo tibi errorem meum,* &c.] Legas: *nec ſoli peccaſſe contenti. noſtro vitio* neſcio, an non *vitium* additum ſit. Nec tamen hæc affirmo. Sed, quæſo te, quid opus, *noſtro vitio* cum omnia ad nævos & cicatrices referantur? *Barthius.*

7. *Commendo tibi errorem meum*] Seneca epiſt. CXVI: *Vitia noſtra, quia amamus defendimus: & malumus excuſare illa, quam excutere.*

8. *Huic eclogæ patrocinor*] Quæ poëmata Theocriti εἰδύλλια, βουκολικά que vulgo inſcribuntur, ac Virgilii Bucolica, hæc antiqui Grammatici *Eclogas* vocant, veluti Servius in tertium, ſeptimum, nonum, eorum Virgilii carminum. *Eclogas* etiam Acron & Porphyrio veteres Horatii commentatores, Horatii nuncupant epiſtolas & Satyras, ac Auſonius *odas* in præfatione Griphi. Hinc *Eclogarum* in titulo dodecaſtichi de diebus ſeptimanæ. *Vinetus.*

9. *Quod magis ſpero, quam ut laudes*] Scripſit ædepol Auſonius: *quod magis ſpecto, quam ut laudes.* Barthius. Probo: cujus enim rei certi ſumus, illam non ſperamus. Spes quippe rerum dubiarum eſt.

10. *Vale*] Addunt quidam libri: *ac dilige parentem.* Vinetus.

10. *Vale*] De nihilo non eſt quod addunt quidam libri: *vale, ac dilige parentem.* Scriverius.

CVPIDO CRVCI AFFIXVS.

Edyll. VI.

AEris in campis, memorat quos Muſa Maronis,
[1] Myrteus amentes ubi lucus opacat amantes,
Orgia ducebant Heroïdes, & ſua quæque,
Vt quondam occiderant, leti argumenta gerebant,
Errantes ſylva in magna, & ſub luce maligna
Inter arundineaſque comas, gravidumque papaver,
Et tacitos ſine labe lacus, ſine murmure rivos:
Quorum per ripas nebuloſo lumine marcent
Fleti olim regum & puerorum nomina flores,
Mirator Narciſſus, & [2] Oebalides Hyacinthus,
Et Crocus auricomans, & murice pictus Adonis,
Et [3] tragico ſcriptus gemitu Salaminius Æas.
[4] Omnia quæ lacrymis & amoribus anxia mœſtis

Exer-

1. *Myrteus lucus*] *Silva myrtea* in iis, quæ modo adſcripſimus ex Virgilii ſexto Æneidos. Eſt *Myrtus* arbor ſacra Veneri. Virgilius in Meliboeo:

Populus Alcidæ gratiſſima, vitis Iaccho,
Formoſa myrtus Veneri, ſua laurea
Phœbo. Vinetus.

2. *Oebalides Hyacinthus*] Oebali filius, Regis Laconiæ, mutatus in florem libro decimo Metamorphoſeôn Ovidii, & Crocus quarto. Adonidis vero cruor eodem decimo, & Ajacis tertiodecimo. *Vinet.*

3. *Tragico gemitu*] αἲ αἶ. Quales voces in quibuſvis Tragœdiis frequentes. Qui autem Latinis *Ajax*, Græcis Αἴας, τοῦ Αἴαντος, unde hic *Aeas*: quod nomen ex tragica illa voce αἲ αἲ geminata factum videtur: quam Hyacintho flori inſcripſit Apollo, dicente Ovidio:

Non ſatis hoc Phœbo eſt. is enim fuit auctor honoris.
Ipſe ſuos gemitus foliis inſcripſit: &
αἲ αἲ
Flos habet inſcriptum: funeſtaque littera ducta eſt. Id.

3. *Tragico gemitu*] Id eſt luctuoſo, funeſto, Tragœdiis conveniente. Ovid x Metamorph.

Ipſe ſuos foliis gemitus inſcribit, &
Ai, Ai
Flos habet inſcriptum, funeſtaque littera *ducta eſt.*

Plinius lib. XXI, cap. XI. *Hyacinthum comitatur fabula duplex*, luctum præferens *ejus, quem Apollo dilexerat: aut ex Ajacis cruore editi, ita diſcurrentibus venis, ut Græcarum literarum figura Ai legatur inſcripta.* Γραπτὰ ὑάκινθος dicitur Theocrito Eid. x. ubi fabulam Scholiaſtes pluribus enarrat.

4. *Omnia quæ lacrymis & amoribus*]
Omnia, quæ lacrimis & amoribus anxia mœſtis,
Exercent memores, obita jam morte, dolores,

Rurſus

Exercent memores obita jam morte doloris:
Rurſus in amiſſum revocant Heroïdas ævum.
[5] Fulmineos Semele decepta puerpera partus
Deflet, & ambuſtas [6] lacerans per inania cunas
Ventilat

Rurſus in amiſſum revocant Heroidas ævum.

Ita emendavi. Aliter atque aliter hæc vulgo interpunguntur. Quid ſi legamus?

Exercent memores: obita jam morte dolores
Rurſus in hoc miſſas revocant Heroidas ævum.

Niſi per *amiſſum ævum* intelligendum ſit, elapſum, præteritum, & vetus. Atque ita nihil temere mutandum. *Scriverius.*

4. *Omn. quæ lacr. — Exercent memores*] Hic latere vitium vix perſuadebo: ita bene ſonant hæc verba, ipſa ſi conſideres: ſin jungas verſui ſequenti, apparet hiatus indecens, neque aſyndeti ſpecie excuſandus. Tentabam autem:

Omnia quæ lacrymis & amoribus anxia mœſtis
Experti memores, obita jam morte, doloris
Rurſus in antiquum revocant heroïdas ævum.

Heroïdas enim dicit, quamvis obita jam morte, memores in vita experti doloris. *Gronovius.*

4. *Omnia quæ lacrymis*] Scilicet, *argumenta leti.* Vti *doloris* pro *dolores* lubens admiſerim, ita τὸ *exercent* cum Viro Incomparabili in *experti* mutare vix auſim. In fine namque hujus Eidyllii Poëta:

Talibus nocturnis olim ſimulacra figuris
Exercent trepidam caſſa formidine mentem.

Arbitror ita diſtinguendum:

Omnia, quæ lacrymis & amoribus anxia mœſtis
Exercent memores obita jam morte doloris,
Rurſus in amiſſum revocant heroidas ævum.

5. *Fulmineos Semele*] Filia Cadmi & Harmoniæ, auctore Heſiodo in Theogonia. Fabulam Ovidius narrat tertio metamorphoſeôn. *Vinetus.*

6. *Latera hac per inania cunas*] Hæc ſane nullam bonam ſententiam efficiunt. Quare puto legendum:

— & ambuſtas lacerans per inania cunas.

Cunæ ſunt faſciæ infantum, quibus eos conſtringunt mulieres. *Per inania,* hoc eſt, *Aëris in campis.* Scaliger.

6. *Lacerans* &c. *ſimulati fulguris*] Legendum: *fulminis.* Mariang. Accurſius.

6. *Latera per inania*] Vereor, ut ne hic *latera* pro alio aliquo verbo ſit ſuppoſitum. *Vinetus.*

6. *Deflet & ambuſtas*, &c.] Τὸ *latera* licet in omnibus libris repertum, Vinetus merito ſuſpectum habuit. Scaliger, *lacerans* repoſuit: Nolui ego. Non enim aliæ cunæ *Semeles* fuiſſe dici poſſunt depictæ, quam latus ipſius, quod amburens Iupiter extraxit Bacchum. *Cunæ ambuſtæ* ſunt ipſum corpus Semeles; unde non aliter quam *laterum* Auſonio relictum puto: *laterum per inania*, phraſi eo ævo uſitatiſſima; & per latera ipſa ſpoliata pondere ſuo. *Barthius.*

6. *Deflet*, &c.] Legendum omnino:

Deflet, & ambuſtis laterum per inania cunis
Ventilat ignavum ſimulati fulminis ignem.

Τὸ *fulminis* Mariangelus Accurſius obſervavit in MS. Cod. cum legeretur antea *fulguris.* Quod temere fortaſſis non irrepſit, ſed genuinum ipſius Poëtæ eſt. Non enim nocentiſſimum fulmen Semelæ immiſſum, ſed mitius quoddam, & ſecundum: refe-

Ventilat ignavum ſimulati fulminis ignem.
Irrita dona querens, ſexu gaviſa virili,
[7] Mœret in antiquam Cænis revocata figuram.

[8] Vul-

referente Ovidio in hac fabula, Metamorph. lib. III.

Eſt aliud levius fulmen, cui dextra Cyclopum
Sævitia flammaque minus, minus addidit iræ;
Tela ſecunda vocant ſuperi. capit illa, domumque
Intrat Agenoream.

Vinetus inter alia ad hunc locum, *Vereor*, inquit, *ut ne hic* latera *pro alio aliquo verbo ſit ſuppoſitum*. Editiones quædam interjecerunt *hac: latera hac per inania.* Quæ nullam ſane bonam ſententiam efficere monuerunt viri docti, leguntque:

Ambuſtas lacerans per inania cunas.

Per inania interpretantur, *Aëris in campis*. Ad quæ Cl. Salmaſius in ſua Epiſtola ad me: lacerare potius quam redintegrare locum mihi videntur, qui *lacerans* legunt. Neſcio etiam, quid ſit *ventilare fulminis ignem.* An fulmen ut ignis vulgaris poteſt ventilari? Sed nec *ventilare* heic accipiendum pro ventulum facere, & flabello ignem excitare. *Ventilare* eſt in altum jactare, ut faciunt, qui *ventilare arma* dicuntur Quintiliano: & *ventilare æſtivum aurum digitis ſudantibus*, Iuvenali. Nunc te judicem appello, an non melius ſic reſtitui poſſit:

Deflet, & ambuſtas late per inania cunas
Ventilat ignavo ſimulati fulminis igne.

Ventilat late per inania cunas ambuſtas ſimulati fulminis ignavo igne. Hæc ille. Feſtiva admodum videtur acerrimi Boxhornii noſtra conjectura, ſub manu nata:

Deflet, & ambuſtas iterum per inania cunas
Ventilat ignavo ſimulati fulminis igne.

Iterum, nempe in pictura. *Scriverius.*

6. *Laterum per inania cunas*] In hac lectionum varietate illa mihi maxime placet, quam Scriverius primam poſuit: cui nec Salmaſiii, nec Boxhornii conjecturæ æquipollent. *Ventilat*, id eſt, jactat Semele fictum & ſine viribus ignem fulminis, id eſt ſimulatum fulmen, ut apud Propertium *ventilare facem* Venus dicitur, lib. IV. el. III.

Hanc Venus ut vivat, ventilat ipſa facem.

ambuſtis laterum cunis pro utero poſuit Auſonius. *Per inania*, id eſt, per auras. Virgilius addidit ſubſtantivum, ſive potius adjectivum ſubſtantive poſitum, libr. IV Georg. verſ. 196. *His ſeſe per inania nubila librant.* Noſter in initio Moſellæ: *Nec placidi prohibent oculos per inania venti*; ubi pro *liquida* (ſcil. fluenta) accipiendum; ſicut & aër liquidus eſt. In ſingulari *per inane* trecenties apud Poëtas quoſvis reperias, ut in veteri Epigrammate de Funambulo:

Brachia diſtendens greſſum per inane gubernat.

Ovidius II Faſtor.

Vectam frænatis per inane draconibus.

7. *Mœret in antiquam Caneus revocata figuram*] Solœciſmus videtur eſſe, *Caneus revocata.* Exemplaria vero MSS. *Canis.* Femina enim prius fuerat, Cænis nomine. Ovid.

Clara decore fuit proles Elateia Cænis.

Idem: *Tu mihi Cænis eris.* Vel itaque legendum *Cænis.* vel (ut impreſſi habent quidam) *Caneis.* Ei namque feminæ & *Cænis* nomen inditum, & *Caneis* fuiſſe conſtat. Gellius libro IX. *Notiſſima illa de Caneide & Caneo cantilena.* Sed neque illud tranſiliero, quod ſi vel *Caneus* cuſtodiatur, videri poſſit ex Catulliana mimeſi, de Aty, quem genere virili, antequam eviretur, appellat, dein

in

[8] Vulnera ſiccat adhuc Procris: Cephalique cruentam
Diligit & percuſſa manum. [9] Fert fumida teſta
Lumina Seſtiaca præceps de turre puella.
[10] Et de nimboſo ſaltum Leucate minatur

[11] Maſcu-

lin etiam muliebri. Hæc poſtea ab Neptuno compreſſa, ſexus mutationem impertavit, ac *Caneus* appellatus eſt. Qui tandem pro Lapithis adverſus Centauros decernens, cum invulnerabilis ſtupri penſatione factus foret, arboreis oppreſſus trabibus in avem commutatus dicitur. ſcribit Ovid. XII Metamorph. Sunt qui eum dicant poſt mortem priſtinæ formæ redditum. ut Virgilius in VI (quem ſequutus hic noſter eſt:)

– Et juvenis quondam, nunc femina Caneus,
Rurſus & in veterem fato revoluta figuram. Mariang. Accurſius.

8. *Vulnera ſiccat adhuc Procris*] Hanc in frutetis latentem pro fera Cephalus maritus interfecit. Fabulam narrant Ovidius, Hyginus, Servius in ſextum Æneidos. *Vinet.*

9. *Fert fumida teſta*] Sunt qui legerint *teſtem*, hoc eſt conſciam Herûs & Leandri furtorum lucernam. Quod ſane Poëta Muſæus ait:

Κρυφίων ἐπιμάρτυρα λύχνον ἐρώτων.

Verum *teſta* figulinam etiam lucernam ſignificat. Quo genere innumeræ in Antiquorum monumentis etiam nunc manent. Et Virgil. in Georg. ait:

Nec nocturna quidem carpentes penſa puella,
Neſcivere hyemem, teſta cum ardente viderent
Scintillare oleum. Mariang. Accurſ.

9. *Fert fumida teſta*] Puella Ero, cui patria fuit Seſtos urbs Helleſponti in Europa, & quæ ſe in mare præcipitavit ex ſumma turri, poſtquam vidit Leandrum ſuum ex Abydo adverſi litoris oppido ſummerſum, hæc manu geſtat ſimulacrum fumantis facis, & ignium illorum, quos noctu ad ſe natanti Leandro, curſus dirigendi gratia, ſolebat ex ſua turri oſtendere. *Vinetus.*

9. *Fert fumida teſta*] *Lumina Seſtiaca*, &c. Notat Mariangelus quoſdam legiſſe, *fert fumida teſtem L.* hoc eſt, conſciam Herûs ac Leandri amorum lucernam. *Λύχνον* appellat Muſæus. Ignoſcat amicus mihi Belga alti vir ingenii, ſi ferre non poſſum, *fumida teda lumina*. *Teſta* figulinam lucernam ſignificat. Virgilius in Georg. Avienus in Prognoſticis Aratæis:

Et ſi nocturnis ardentibus undique teſtis
Concreſcant fumi, ſi flammeus emicet ignis
Effluus. Arato λύχνα. Prudentius Cathemerinon V. Hymno, Ad incenſum cerei Paſchalis, ſive, Ad incenſum lucernæ:

— ſeu cava teſtula
Succum linteolo ſuggerit ebrio:
Seu pinus piceam fert alimoniam.

Lampades & teſtæ ejuſmodi figulinæ extant innumeræ apud Antiquarios: quotidieque effodiuntur. Poſſum ego aliquot oſtendere: longe plures in ſuppellectile Romana Neomagi, in Batavia, & alibi erutas accuratiſſimus Ioannes Smetius. & non ita pridem *de Lucernis Veterum* doctiſſimum Commentarium edidit Clariſſimus Fortunius Licetus. Suſtine itaque emendandi pruriginem. *Scriverius.*

10. *Et de nimboſo ſaltum Leucate*] Menander de eadem:

— τὴν ὑπέρκομπον
Θηρῶσαν Φάων᾽ οἰστρῶντι πόθῳ
Ῥίψαι πέτρας ἀπὸ τηλεφανοῦς,
Ἀλλὰ κατ᾽ εὐχὴν σὴν δέσποτ᾽ ἄναξ.

Ita

Ita enim legendum apud Strabonem, & diſtinguendum. *Maſculam* vocat, quia, cum femina eſſet, præcipitem ſe dedit ex illo ſaltu, ex quo tantum ſolebant viri ſeſe impatientia amoris jaculari. Nam propterea dicebatur locus ille, ἅλμα τῶν ἐρώντων, non ἅλμα τῶν ἐρωτῶν. Vnde *ſaltus viriles* vocat Statius; & Horatius, & Auſonius noſter vocant eam *maſculam.* Nam ſane doctiſſimus Turnebus id non videtur ſatis aſſecutus eſſe. Primus omnium, ut ait Strabo, Cephalus ex ea petra ſeſe præcipitavit, cum Ptaolan impatienter amaret. Sed concedant mihi lectores, paulum ex Auſonianis caſtigationibus reſpirem, & quædam de *Leucate petra*, & de ſaltu illo dicam, nunquam antehac audita, ex auctore nondum in vulgus edito, Ptolemæo filio Hephæſtionis ἐν τῷ εἰς πολυμαθίαν καινῆς ἱστορίας. Apud illum igitur quæritur, cur apud Bacchyliden Silenus dixerit, Leucada à Leuco Vlyſſi filio cognominatam fuiſſe: qui Zacyntho erat, & ab Antipho interfectus fuit. Eum igitur Leucatæ Apollinis templum condidiſſe. Ibi petram eſſe vicinam Leucadem, à qua qui ſaltu ſe mitterent, amoris inſania liberari. Cauſſam hanc ex media hiſtoria aſſignat: Venerem ſcil. poſt mortem Adonidis ſedulo eum ubique terrarum perquiſiviſſe: tandem eum Argis Cypri in æde Apollinis Erithii inveniſſe. Et cum impotentiam amoris ſui Apollini pateſeciſſet, ab ipſo ad Leucadem petram deductam juſſu Apollinis ſeſe è ſpecula deorſum miſiſſe. Quo facto, morbo amoris defunctam fuiſſe. Cum cauſſam rei quæreret: Apollinem reſpondiſſe: ſeſe crebro obſervaſſe, Iovem, quoties Iunonem impotenter deperiret, ibi ſolitum ſedere, & vi mali levari. Sed & Artemiſiam illam, poſt viri Mauſoli mortem, contemptam à Dardano Abydeno, quem non patienter ardebat, dormienti adoleſcenti oculos effodiſſe. Cum tamen ne hac quidem injuria morbus remitteret, remedium à petra quæſiviſſe. Sed fruſtra fuit. Nam ex eo ſaltu periit: ibique ſepulta fuit. Similiter & Hippomedontem Epidamnium propter amorem pueri neſcio cujus ſeſe ex eadem petra jeciſſe. Sed nihilominus ipſum periiſſe. Refert & de Nicoſtrato Comico, eo ſaltu levatum amore Tettigideæ Myrinenſis. Addit Maceten Buthrotium Λευκοπέτραν vulgo cognominatum fuiſſe, quod quater eum ſaltum expertus eſſet: & quater hoc remedio amore caruiſſet. Innumeros præterea idem expertos. In his ſenem Bulagoran Phanagoriten, cum amaſſet Diodorum tibicinem. Rhodopen etiam Emiſſenam, quæ geminos fratres ex ſatellitio Antiochi Regis amabat, cum viciſſim ejus ab illis nulla ratio haberetur, animi impotem ſeſe jeciſſe, & animam edidiſſe. Adoleſcentibus nomina erant Antiphonti, & Cyro. Charinus vero Iamborum poëta amavit Erotem Regis Eupatoris à poculis. Et cum fabulæ de ſaltu Leucadis fidem haberet, ſeſe præcipitem miſit: & crure fracto doloris cruciatibus periit. Ac inter efflandum animam hos lepidiſſimos ac elegantiſſimos Iambos in medium jecit:

> Ἔρρεις πλανῆτι, καὶ κενὰ πέτρα
> Λευκάς.
> Χαρεῖνον αἶ αἶ τὴν ἰαμβικὴν μοῦσαν
> Κατηφιλώσας ἐλπίδος κενοῖς μύθοις.
> Τοιαῦτ' Ἔρωτος Εὐπάτωρ ἐρασθείη.

Quin & Nereum quendam Cotinenſem ex amore Atticæ nomine mulieris Athenis natæ ſeſe præcipitaſſe, & non ſolum amore ſolutum fuiſſe: ſed etiam vivum incidiſſe in rete jaculum, in quo ſimul cum riſco auri pleno in terram extractus fuit. Cum eo nomine piſcatori, qui ſe extraxerat, litem intenderet, aurum illud ad ſe pertinere: caſu enim ſibi obveniſſe:

[11] Maſcula [12] Lesbiacis Sappho peritura ſagittis
[13] Harmoniæ cultus Eriphyle mœſta recuſat,
Infelix

veniſſe: noctu ab Apolline admonitum incœpto deſtitiſſe: An non ſatis haberet, quod citra vitæ periculum à morbo amoris liber eſſet? quare, ſi ſaperet, de alieno auro litem non moveret. Hæc ego, quia jucunda ſunt, ut ſpero, neque tamen in vulgi notitiam pervenerunt, præterea neque ab hoc loco aliena erant, quaſi corollarium adjicere volui, ut nihil, quod ad poëtam noſtrum illuſtrandum faceret, intentatum relinqueremus. *Scaliger.*

10. *Et de nimboſo ſaltu*] Adde ad ea, quæ Scaliger, locum Ampelii in libro memoriali c. VIII. *Leucade*, inquit, *mons, unde ſe Sappho dejecit propter virum: in ſummo monte fanum eſt Apollinis, ubi ſacra fiunt: & cum homo inde deſiluit, ſtatim excipitur lintribus.* Item Ovidii in Epiſtol. Sapphûs:

Phœbus ab excelſo quantum patet, adſpicit æquor.
Actiacum populi, Leucadiumq; vocant.
Hinc ſe Deucalion Pyrrha ſuccenſus amore
Miſit, & illæſo corpore preſſit aquas.
Nec mora: verſus amor tetigit lentiſſima Pyrrha
Pectora. Deucalion igne levatus erat.
Hanc legem locus ille tenet. pete protinus altam
Leucada, nec ſaxo deſiluiſſe time, &c.

Servius ad III Æneid. ℣ſ. 274. *Leucate eſt mons altiſſimus, prope peninſula, in promontorio Epiri, juxta Ambraciam ſinum & civitatem. De hoc Leucate amatores ſe in mare ad excludendum amorem præcipitare dicebantur.* & ad ℣ſ. 279, de Phaone: *Feminas in ſui amorem trahebat: in quis fuit una, quæ de monte Leucate, quum potiri ejus nequiret, abjeciſſe ſe dicitur: unde nunc auctarare ſe quotannis ſolent, qui de eo monte jaciunt in pelagus.* Quæ poſtrema mendoſa ſunt. Athenæus lib. XIV. Deipnoſ. Στησιχόρου δ' ἦν ποίημα, ἐν ᾧ Καλύκη τις ὄνομα, ἐρῶσα Εὐάθλου νεανίσκου σωφρόνως εὔχεται τῇ Ἀφροδίτῃ γαμηθῆναι αὐτῷ· ἐπεὶ δὲ ὑπερεῖδεν ὁ νεανίσκος, κατεκρήμνισεν ἑαυτήν. ἐγένετο δὲ τὸ πάθος περὶ Λευκάδα. Quæ Scaliger ex Ptolemæo attulit, ea omnia apud Photium Græca quoque invenias ex eodem Ptolemæo Hephæſtione excerpta. Verba Servii forte ita reſtituenda ſunt, *unde nunc auctorare ſe quotannis ſolent, qui ſe de eo monte jaciant in pelagus.* Vt nempe homines mercede quotannis hunc ſaltum ſuſceperint, non ſecus ac perditi nepotes olim operam locare ſoliti fuerunt ad harenam. Idem ad Pharmaceutr. ℣ſ. 59. Præceps aërii ſpecula. De montibus iſſem: *Quidam hoc ideo dictum putant, quod apud Leucaten ſoliti erant ſe præcipitare, qui aut ſuos parentes invenire cupiebant, aut amari ab his deſiderabant, quos amabant.*

11. *Maſcula*] Ita appellata Horatio in libri primi epiſtola penultima. Non enim ſolum viros illa, ſed etiam ut mas quiſpiam, feminas femina exarſit. Alias affert rationes ex Strabone & Horatii interpretibus Gregorius Ferrarienſis de poëtis. *Vinetus.*

12. *Lesbiacis ſagittis*] Amore Phaonis. *Vinetus.*

13. *Harmoniæ cultus Eriphyle mæſta recuſat*] Ita legendum, pro:

Hermione cultus Eriphyles mæſta recuſat.

Sic apud Heſiodum in Theogonia, Diodorum Siculum libro quarto, & alios Græcos, *Harmonia* hæc, & *Harmonie*, Martis & Veneris filia ex adulterio: quam Latina exemplaria in *Hermionem* fere corruperunt. Vide Statium poëtam ſecundo Thebaïdos, Athenæum ſexto, Rhodiginum libri

Infelix nato, nec fortunata marito.
Tota quoque aëriæ [14] Minoïa fabula Cretæ,
[15] Picturatum inſtar tenui ſub imagine vibrat.
[16] Paſiphae nivei ſequitur veſtigia tauri.
Licia fert glomerata manu deſerta Ariadne.
Reſpicit [17] abjectas [18] deſperans Phædra tabellas.
[19] Hæc laqueum gerit: [20] hæc vanæ ſimulacra coronæ:
Dædaliæ [21] pudet hanc latebras ſubiiſſe juvencæ.
Præreptas queritur per inania gaudia noctes
[22] Laodamîa [23] duas, vivi functique mariti.
Parte truces alia ſtrictis mucronibus omnes
Et [24] Thisbe, & [25] Canace, & Sidonis horret Eliſſa.
Con-

libri duodecimi capite tertiodecimo. *Eriphyle mæſta. Mæſtamque Eriphylen*, dixerat Virgilius VI Æneid. illud στυγερήν τ' Ἐριφύλην, Homeri Odyſſeæ undecimi interpretans. *recuſat.* Sed jam ſero: quia eo fato & ipſa perierat. Fabula ſic habet. Amphiaraus vates ſciebat, ſi ad bellum Thebanum proficiſceretur, ſe illic periturum. Occultavit itaque ſe conſcia Eriphyle uxore. Adraſtus autem rex Argivorum, quum generum Polynicen in eo negotio adjuvare vellet, acceptum ab eo monile illud, ſorori Eriphyle obtulit, ut indicaret maritum, quod lubens illa accepit, &, ait Sulpicius Lupercus in Elegia de avaritia, *latebras viri patefecit ſui.* Proficiſcens ergo ille ad id bellum, filio ſuo Alcmæoni mandavit, ut poſt ſuam mortem ſupplicium de matre ſumeret: quod fecit ille ſedulo. *Vinet.*

14. *Minoia fabula*] Quæ ad Minoëm regem Cretæ pertinet: ut quæ ſit de Paſiphaë uxore, & filiabus Ariadne & Phædra. *Vinetus.*

15. *Picturarum inſtar*] Legendum: *picturatum inſtar. Inſtar* eſt imago, aſſimilatio. *Picturatum inſtar*, imago variis coloribus expreſſa. *Barthius.*

16. *Paſiphaë nivei*] Ex Sileno Virgilii. *Vinetus.*

17. *Abjectas tabellas*] Litteras, ni fallor, non quas ipſa, ſed quas ejus nomine ſcripſerat Ovidius. *Vinet.*

18. *Deſperans*] Potiri amore Hippolyti privigni ſui. *Vin.*

19. *Hæc laqueum*] Phædra. *Idem.*

20. *Hæc vana*] Ariadne, quam à Theſeo in Dia relictam Liber duxit uxorem: eique hanc dedit coronam, quæ poſtea inter ſidera collocata eſt. Hyginus ſecundo Aſtronomicôn de Corona, & Philoſtrati εἰκόνες. *Id.*

21. *Pudet hanc*] Paſiphaën. *Idem.*

22. *Laodamia*] Acaſti Theſſaliæ regis filia. *Id.*

23. *Duas noctes*] Scilicet unam vivi mariti Proteſilai, quando cum aliis ille Græcis in Phrygiam navigavit, ubi omnium primus eſt interfectus, & alteram functi mortuique viri, quando Laodamia quum audiviſſet ipſum periiſſe, petiit à diis, ut diem unum (ſic ſcribit Lucianus in dialogis mortuorum) vel tres horas (ita Hyginus & Minutius Felix) reviviſceret, quo videre, & colloqui ſibi liceret. Quod impetravit. Reliqua, & quo pacto ipſa ſe combuſſerit, ex Hygino cognoſces. *Idem.*

24. *Thisbe*] Fabula eſt quarto Metamorphoſeon. *Id.*

25. *Cana-*

Conjugis hæc, hæc patris, & [26] hæc gerit hoſpitis enſem.
Errat & ipſa olim, qualis per [27] Latmia ſaxa
[28] Endymioneos ſolita affectare ſopores,
Cum face, & aſtrigero diademate Luna bicornis.
Centum aliæ veterum recolentes vulnera amorum,
Dulcibus & mœſtis refovent tormenta querelis.
Quas inter medias furvæ caliginis umbram
Diſpulit inconſultus Amor ſtridentibus alis.
Agnovere omnes puerum: memorique recurſu
Communem ſenſere reum, quanquam humida circum
Nubila [29] & auratis fulgentia cingula bullis,
Et pharetram, & rutilæ fuſcarent lampados ignem:

Agno-

25. *Canace*] Epigramma octogeſimum tertium. *Vinetus.*

26. *Hæc hoſpitis*] Dido, Æneæ, ex quarto Æneidos. *Vinet.*

27. *Latmia ſaxa*] *Latmus*, mons Cariæ Ciceroni in Tuſculana prima, Endymionis à Luna, ut ferunt, quondam adamati fabula nobilis. Nam Endymionem illic à Luna conſopitum putant, ut dormientem oſcularetur. Meminit Lucianus fabulæ cum alibi, tum in dialogo quodam Veneris & Lunæ, Eraſmus in proverbio *Endymionis ſomnus*, Hyginus, Fulgentius, Scholia vetuſta in quartum Argonauticôn Apollonii, & Auſonius ipſe rurſus in Ephemeride. *Id.*

28. *Endymioneos ſolita, &c.*] *Adſectare*, hic verbum eſt Veneris; & ſignificat ad concubitum conciliare velle; Veneris res alicui propinare. Commentator vetus Horatii lib. I. Sat. II. *permolere: violare, polluere, affectare, appetere*, &c. In eam ſententiam iſto loco Auſonius; in eandem Tertullianus libro de præſcript. adverſus Hæreticos, cap. VIII. *Fuerat Athenis, & illam ſapientiam humanam, affectatricem & interpolatricem veritatis de congreſſibus noverat.* Idem ſcriptor ſæpius pro libidine *affectationem* dixit. *Barthius.*

28. *Endymioneos*] Plinius originem fabulæ tradit lib. II, cap. IX. *Quæ, ſingula*, inquit, *in ea deprehendit hominum primus Endymion, & ob id amore ejus capta luna traditur*: ita hic legendum. Vulgati, *captus ſumma traditur.* Tzetzes, vel ut alii ſcribunt, Zezes, Chiliad. 2. ℣. 875. de Lunaris defectus prædictione:

Οἱ δὲ τῷ Ἐνδυμίωνι προσοικειῶσιν ἐκεῖνα
Ὅθεν Σελήνην τοῦ ἀνδρὸς ἔφασαν ἐρασθῆναι.

29. *Et auratas fulgentia cingula bullas*] Meo animo, inepte ſic vulgo. Scriptum oportuit, *auratis bullis.* Scriverius.

29. *Auratis fulgentia cing. bullis*] Virgilius lib. IX Æn. ℣. 359, *Aurea bullis cingula* dixit. Sidonius carm. II.

--- Rutilantes perque lacertos
Pendula gemmifera mordebant ſuppara bulla.

Prudentius Pſychom. v. 476:

Adſpexit ſi forte, patris fulgentia bullis
Cingula, & exuvias gaudet rapuiſſe cruentas.

Poteſt vulgata lectio defendi *auratas fulg. cingula bullas*, ut ſit ellipſis Græcæ præpoſitionis κατὰ. vel latinæ vocis *habentia.* Ita fere Virgil. Eclog. II.

Tantum inter denſas umbroſa cacumina fagos

Aſſi-

Agnoſcunt tamen : & [30] vanum vibrare vigorem
Occipiunt : hoſtemque unum loca non ſua nactum ,
Quum pigros ageret denſa ſub nocte volatus ,
Facta nube premunt. trepidantem & caſſa parantem
Suffugia, in cœtum mediæ traxere catervæ.
Eligitur mœſto myrtus notiſſima luco ,
Invidioſa deum pœnis. [31] cruciaverat illic
Spreta olim memorem Veneris Proſerpina Adonin.
Hujus in excelſo ſuſpenſum ſtipite Amorem ,
Devinctum poſt terga manus, ſubſtrictaque plantis
Vincu-

Aſſidue veniebat.
Nec non Statius lib. 1 Sylvar. in Equo Maximo :

-- Continuus ſeptem per culmina montes
It fragor. In quis appoſitio locum obtinere vix poteſt. Melius in iſtis Prudentii Hamartigen. ℣. 241.

Parte alia violentus aquis torrentibus amnis.
Tranſilit objectas præſcripta repagula ripas. Ita namque vetuſtiſſimi libri Thuani, Puteani, Rhynii, ac editio nupera à Nobiliſſ. Nic. Heinſio adornata : qui in notis ad hunc auctorem hujus epexegeſios complura exempla collegit. Et hinc forte quis cenſeat ſupra ℣. 17. verſus illos duos, qui tam diverſimode leguntur, ita eſſe reſtituendos :

Deflet, & ambuſtas laterum per inania cunas
Ventilat ignavum ſimulati fulminis ignem.

30. *Vanum vibrare vigorem*] *Rigorem*, legendum. *Rigor* enim ſumma eſt crudelitas. Claudianus :

Triſte rigor nimius, Torquati deſpue mores,

Hic autem *Heroinæ vanum vibrare rigorem Occipiunt.* Barthius.

30. *Vanum vibrare vigorem occipiunt*] Lego : *manuum vibrare vigorem*, vel *librare*. Scriverius. haud δίχως. Supra enim noſter quoque *vanum ſimulati fulminis ignem* dixit. omnia hic ſine pondere, ſine viribus. Ideo mox, *ſine fluctibus æquor, ſine viribus ignes*, &c. vana omnia, & revera, ut inter umbras, umbræ.

31. *Cruciaverat illic Spreta olim*] Vide quæ de hac fabula attigimus in Epigramma trigeſimum. *Vinetus.*

31. *Cruciaverat illic*] Duplex genus *Crucium* ſtatuo, *Simplex* & *Compactum*. Illud voco, *cum in uno ſimplicique ligno fit affixio, aut infixio.* Quæ Crux, meo judicio, prima fuit, & in aliam ſpeciem à rudi hac ventum. Nam alias ad arborem ſive ſtipitem alligabant figebantve hominem : ut in *Cupidine crucifixo* Auſonii, quem arboris ſtipite appenſum, non manibus expanſis, ſed à tergo devinctis; pedibuſque non clavis, ſed funibus ſubſtrictis deſcribit. *Lipſius.*

31. *Cruciaverat illic Spreta olim memorem*, &c.] Auſonius fabellam aſpicit, quæ eſt iſta. Venus jam olim puerum hunc deamaverat, & ut ſola frueretur, clam depoſuerat apud Proſerpinam. Sed hæc mox in eadem flamma : ac repetenti Veneri negat dare. Lis eſt, itur ad Iovem. Ille rem ſic componit, ut Adonis, quod ad uſum, in tres anni partes ſecaretur. Prima, ut Adonis Adonidis eſſet : Secunda, ut Veneris : tertia Proſerpinæ. Acquieverunt. Sed enim Adonis pronior in Venerem, ſuum quoque trientem illi tribuit. Hæc Apollodorus

Vincula mœrentem, [32] nullo moderamine Pœnæ
Affigunt. reus eſt ſine crimine, judice nullo
Accuſatus Amor. [33] ſe quiſque abſolvere geſtit,
Transferat ut proprias aliena in crimina culpas.

Cunctæ

lodorus lib. III. Bibliothecæ. Ergo illud eſt, quod Proſerpina nunc cruce vindicat. Theocritus & ipſe huc aſpexit Eid. xv. *Lipſius.*

32. *Nullo moderamine pœna afficiunt*] Legendum: *adfigunt.* Affixum Amorem ingerit ipſe Poëta præfatione: *Cupidinem cruci adfigunt mulieres amatrices.* Crux ſane eſt arbor illa talibus, ut jam dixit, pœnis uſitata. *Barthius.*

32. *Nullo moderamine pœna afficiunt*] Imo *affigunt*, ut conveniat lemmati ſuo Poëta, quod eſt *Cupido cruci Affixus.* Scriverius.

33. — *Se quisque abſolvere geſtit*
Transferat ut proprias aliena in crimina
culpas.] Quod emendatum jam eſt, *transfert*, à veri ſpecie non abhorret. Vetuſti tamen exemplaris noſtri lectio ſincerior. *Transferat ut proprias a. i. c. c.* Porro particula *quiſque* commutanda non videtur, licet ad *Heroidas* hoc genere referri poſſe non appareat. Cum enim & in Monoſyllabis (Technopægnii ✝. 112.) particulam *quis* genere dixerit neutro:

Quis fluitat pelago, quod non natat in fluvio? pix.

Affirmaverim potius, talia eo modo poſuiſſe eum, ut à vetuſtioribus poni conſuevit. Ennius: *quis tu es mulier?* Terentius in Eunucho: *Illarum neque quiſquam te novit.* Et Donatus ait, *quiſquam*, multis probari exemplis etiam feminino genere veteres protuliſſe. Ita ut in numeris & generibus hæc prænomina infinita ſint. Priſcianus quoque ac Nonius ajunt: *Quis* & *quiſquam* communis eſſe generis, authoritate veterum, ut apud Græcos. Ex Iuriſconſultorum etiam ſententia, de verborum ſignificatione verbum hoc, *ſi quis* tam maſculos quam feminas complectitur. Hæc indidimus, vel ne cuilibet temere immutandi facultas relinquatur in Monoſyllabo, *quid*; hic, *quæque.* Vel ſi forte ita potius, ut ſequutis temporibus dici cœptum, inter doctos emendandum convenerit, ne id quidem latuiſſe nos, appareat. *Mariang. Accurſius.*

33. *Transferat ut proprias*] Legitur &, *Transfert & proprias.* Vinetus.

33. *Se quiſque abſolvere geſtit:*
Transferat ut proprias aliena in crimina culpas.] Hæc eſt vetuſti exemplaris ſcriptura, teſte Mariangelo. Mihi ſincerior videtur altera lectio:

— *ſe quiſque abſolvere geſtit,*
Tranſfert & proprias aliena in crimina culpas

Porro particula *quiſque* commutanda non eſt in *quæque:* tametſi ad Heroidas referri hoc genere vix poſſit. Eſt enim gnome Auſoniana, ad quoſvis ſpectans, non Heroidas tantum. In epiſtola præliminari ſimiliter: *Nævos noſtros & cicatrices amamus: nec ſoli noſtro vitio peccaſſe contenti, affectamus ut amentur.* Scriverius.

33. *Se quiſque abſolvere geſtit*] Errat Scriverius, quod ad Heroidas vix referri poſſe τὸ *quiſque* exiſtimat. Sæpiſſime apud Plautum *quis* fœminino genere reperias: nec alia ratio in *quiſque.* Eadem fere ſententia apud Saluſt. cap. 1. bel. Jug. *ſuam quippe culpam auctores ad negotia transferunt.* Vbi cum *quique* pro *quippe* ſcriptus meus habeat, lubenter reponam, *ſuam quiſque culpam.*

34. Vt

Cunctæ exprobrantes tolerati inſignia leti
Expediunt. hæc arma putant, hæc ultio dulcis,
[34] Vt quo quæque perît, ſtudeat punire dolore.
Hæc laqueum tenet, hæc ſpeciem mucronis inanem
Ingerit: illa [35] cavos amnes, rupemque fragoſam,
Inſanique metum pelagi, & ſine fluctibus æquor.
[36] Nonnullæ flammas quatiunt, trepidoque minantur
Stridentes nullo igne faces. [37] reſcindit adultum
Myr-

34. *Vt quo quæque perit*, &c.] Lege: *dolore*. Quo dolore quæque periit, hoc hoſtem punire ſtudet. Non enim punit dolorem, ſed petulantiam potius & crudelitatem dolore ipſo. *Barthius.*

35. *Cavos amnes*] *Cavi amnes* vani ſunt; qui congruunt ſcilicet *aëreis campis*. Paulinus Iambo ad Cytherinium:

Hi nunc obeſi ſpiritu ſuperbia
Et opibus inflati cavis,
Humi manebunt compediti —

Mammertus noſter lib. II de Statu animæ *cavum vanitatis* dixit; ut quidem à Iureto ex V.C. ſuppletus eſt. *Barth.*

36. *Nonnullæ flammas quatiunt*] Legendum ſuſpicor *lamnas*. *Lamna* notiſſimum genus tormenti vel ex ſolo Prudentio; *lamina* vulgo, ſed Poëtæ *lamna*. Horat. —*inimice lamnæ Criſpe Saluſti.* Idem.

37. *Reſc. adult. Myrrha*] Mater Adonidis, decimo Metamorphoſeon in ſui nominis arborem mutata: quæ humorem ſuccumve exſudat, ut pinus. Vide Dioſcoridem, Plinium, Ruellium. *Vinetus.*

38. *Reſcindit adultum Myrrha*, &c.] Scribendum ſine controverſia:

— *Reſcindit adultum*
Myrrha uterum flammis lugentibus, inque paventem.
Gemmea fletiferi jaculatur ſuccina trunci. Barthius.

37. *Reſcindit adultum Myrrha uterum lacrymis lugentibus*] Iamdudum eſt; quod reſcripſeram, *lacrymis lucentibus*; ad *Myrrham* ipſam & gemmea ſuccina reſpiciens. Et nunc animadverto in hunc Auſonii locum, verba iſthæc annotaſſe Mariangelum in Diatribis ſuis. Sunt, inquit, codices qui ſervant, *lacrimis vigentibus*, contra ſyllabæ rationem; ſed ſcribendum fortaſſe, *lacrimis lucentibus*. Ecce, conſpirantem habeo eruditiſſimum virum. Nuper vero tentabam ex veſtigiis ſcriptæ lectionis, *lacrymis urgentibus*. Myrrha arbor abundantia & copia Myrrhæ & lacrymarum adultum & diſtentum uterum rumpit, ſudatque Myrrham. Ovidius Metamorph. lib. x. fab. IX.

Cum tandem terra requievit feſſa Sabæa,
Vixque uteri portabat onus,

Et poſt aliquot verſus:

Iamque gravem creſcens uterum præcinxerat arbor,
Pectoraque obruerat, collumque operire parabat.
Non tulit illa moram, venientique obvia ligno
Subſedit, merſitque ſuos in cortice vultus.
Quæ quanquam amiſit veteres cum corpore ſenſus,
Flet tamen, & tepidæ manant ex arbore guttæ.
Eſt honor & lacrymis, ſtillataque cortice myrrha
Nomen herile tenet, nulloque tacebitur ævo, &c.
Dat gemitus arbor lacrymiſque cadentibus humet.

Legit

Myrrha uterum lacrymis lugentibus; inque paventem
38 Gemmea fletiferi jaculatur ſuccina trunci.
Quædam ignoſcentum ſpecie ludibria tantum
Sola volunt: ſtilus ut tenuis ſub acumine puncti
Eliciat tenerum, de quo Roſa nata, cruorem.
Aut pubi admoveant petulantia lumina lychni.
Ipſa etiam ſimili genetrix obnoxia culpæ
Alma Venus tantos penetrat ſecura tumultus.
Nec circumvento properans ſuffragia nato
Terrorem ingeminat, ſtimuliſque accendit amaris
39 Ancipites furias: natique in crimina confert
Dedecus ipſa ſuum: quod vincula cæca mariti
Deprenſo Mavorte tulit: quod pube pudenda
40 Helleſpontiaci ridetur forma Priapi.

Quod

Legit autem Clariſſ. Salmaſius, *lacrimis ingentibus*. Et in epiſtola ſua ad me hoc eruditum ſcholion attexit: Filius medici non potuit ignorare duo eſſe myrrhæ genera. Vnum ἀδρύβωλον, alterum μικρόβωλον. Illud glebis ingentibus, hoc minoribus, cujus meminit Dioſcorides. At Myrrha hæc, quæ lacrymas ſuas in lapidem congelatas, quæ *ſuccina gemmea* hic vocat Auſonius, in Cupidinem erat jaculatura, grandioribus guttis præoptavit ſudare, ut plus mali nempe facerent Cupidini, quam ſi parvas & μικροβώλους jaculata eſſet. Ideo certe uterum laxavit grandioribus lacrymis, τοῖς ἀδροβώλοις, quia his vice ſaxorum impetere parabat Cupidinem. *Scriverius.*

38. *Gemmea fletiferi*] Scribe: *gummea*, id eſt, gummæ inſtar defluentia. *Vlitius* ad Gratium. Poteſt defendi vulgata, & explicari, *gemmea*, inſtar gemmæ lucentia. Sic in vett. Poëtt. Catalectis de laudibus hortuli:

Flores miteſcunt diſcolore gramine,
Pinguntque terras gemmeis honoribus.

Et de IV anni temp.

Ver agrum gemmis nitidum ſtellantibus ornat.

Vetus Poëta de menſibus:

Cunctas veris opes, & picta roſaria gemmis
Liniger in calathis, adſpice, Majus habet.

39. *Ancipites furias*] Non hic dubitantes Heroides ſunt, ut Vinetus putavit, ſed ipſæ *furiæ*, quas antea *Pœnas* vocavit. His epitheton *ancipites* dedit, id eſt, ſævas, ſeu ſævientes. Eadem ſignificatione apud Trebellium quoque Pollionem hæc dictio mihi lecta eſt in vita Æmiliani, ſi modo locus integer. *Collecta multitudo ad domum Æmiliani ducis* anceps *venit, atque eum omni ſeditionum inſtrumento & furore perſequuta eſt. Ictus eſt lapidibus, petitus eſt ferro: nec defuit ullum ſeditionis telum.* Ita melius ἐμφαντικῇ, quam quod in vulgatis, *nec deſit ullum ſed. telum.* Auſonius Epigr. XCV. *Ancipites patitur Najadas Eumenidas.*

40 *Helleſpontiaci*] *Priapus fuit de Lampſaco civitate Helleſponti*, inquit Servius in Georgica, *de qua pulſus propter virilis* membri magnitudinem,

Quod crudelis [42] Eryx; [43] quod ſemivir Hermaphroditus.
Nec ſatis in verbis. röſeo Venus aurëa ſertò
Mœrentem pulſat puerum, & graviora paventem.
Olli purpureum [44] mulcato corpore rorem
[45] Sutilis expreſſit crebro roſa verbere: quæ, jam
Tincta prius, traxit rutilum magis ignea fucum.
Inde truces cecidere minæ: vindictaque major
Crimine viſa ſuo, [46] Venerem factura nocentem.
Ipſæ intercedunt Heroïdes, & ſua quæque
Funera crudeli malunt adſcribere fato.
Tum grates pia mater agit ceſſiſſe dolentes,
[47] Et condonatas puero dimittere culpas.
 Talia nocturnis olim ſimulacra figuris
Exercent trepidam caſſo terrore quietem.
Quæ poſtquam multa perpeſſus nocte Cupido
Effugit, pulſa tandem caligine ſomni

Evolat

nem, poſt in numerum deorum receptus, *meruit numen eſſe hortorum.* Alii hunc Mercurii, alii Liberi, & Veneris filium faciunt. *Vinetus.*

42. *Eryx.*] Veneris & Butæ filius. Hyginus, Servius, Diodorus. *Vinet.*

43. *Quod ſemivir*] Epigramma ſexageſimum nonum. *Idem.*

44. *Multato corpore*] Scribe favente Barthio, & ſuadente ſecundo Voſſiano, *mulcato*, uti & apud Vellejum lib. II. cap. LXX, *male mulcatum*: itidem apud Ciceronem Milon. c. XIV. *ita eſt mulcatus*, pro *multatus.* Gloſſæ Iſidori: *mulcat, percutit.* Et onomaſticon, è quo nobis aliqua Turnebus dedit excerpta: *mulcare, pugnis vel calcibus cadere.* Apulejus lib. VIII Mileſ. *Arrepto denique flagro, quod ſemiviris illis proprium geſtamen eſt, contortis tæniis lanoſi velleris prolixe fimbriatum, & multijugis talis ovium teſſellatum, indidem ſeſe multimodis commulcat ictibus.* Phædrus lib. I. fab. III.

--- Male mulcatus Graculus
Redire mœrens cœpit ad proprium genus,
A quo repulſa triſtem ſuſtinuit notam.

Ita pro vulgato *repulſus* legendum eſſe, ex ultimo verſu patet:

Nec hanc repulſam tua ſentiret calamitas.

Accius apud Nonium in Senium: *An mala ætate mavis mulcari exemplis omnibus?* Salluſtius lib. IV Hiſt. *Aut adflicti undarum vi, mulcato fœde corpore, interiere tamen.*

45. *Sutilis roſa*] Serto ex roſis facto, conſuto, intexto, *Vinetus.*

46. *Venerem factura nocentem*] Scribendum: *Venerem facit ira nocentem.* Sævit enim uſque ad ſanguinem delicati illius puſionis, ut ipſa jam nocens ſit. *Barthius.* Minime; videbatur vindicta factura Venerem nocentem, quæ jam erat major ſuo crimine.

47. *Et condonatas*] Cenſeo fuiſſe: *Et condonatis puerum dimittere culpis.* Gronovius.

48. *Por-*

Evolat ad ſuperos. [48] portaque evadit eburna.

48. *Portaque evadit eburna*] Hemiſtichium Virgilianum, ex fine ſexti Æneidos. Virgilii enim imitatione, omnia, quæ hic retulit, ficta & falſa eſſe intelligi vult. *Vinetus.*

[1] AVSONIVS
PAVLO [2] SVO S. P. D.

[3] *PErvincis tandem: & operta muſarum mearum, quæ initiorum velabat obſcuritas, quanquam non prophanus, irrumpis, Paule cariſſime. Quamvis enim te non ejus vulgi exiſtimem, quod* [4] *Horatius arcet ingreſſu: tamen ſua cuique ſacra:* [5] *nec idem Cereri quod Libero, etiam ſub iiſdem cultoribus.* [6] *Poëmatia, quæ in alumnam meam luſeram, rudia, & inchoata ad domeſticæ ſolatium cantilenæ,* [7] *quum ſine metu arcana ſecuritate fruerentur,* [8] *proferri ad lucem, caligantia coëgiſti. Verecundiæ meæ ſcilicet ſpolium concupiſti: aut, quantum tibi in me juris eſſet, ab invito indicari. Næ tu Alexandri Macedonis pervicaciam ſupergreſſus: qui* [9] *fatalis jugi* [10] *lora*

1. *Auſonius Paulo*] Idem Paulus eſſe poteſt, ad quem mittit Auſonius hoc & proximum edyllium, epiſtolamque octavam & ſex inſequentes, Axius Paulus in eadem orator & poëta, rhetorices profeſſor, ludi magiſter, in eadem: patria Begerritanus, ut ſignificare videtur Auſonius in hendecaſyllabis epiſtolæ XL. *Vinetus.*

2. *Suo*] Nota formula. Martialis lib. XIV.

Seu leviter noto, ſeu caro miſſa ſodali,
Omnes iſta ſolet charta vocare ſuos.

3. *Pervincis tandem*] Vera lectio. *Mariang. Accurſius.*

4. *Horatius*] Ode prima libri tertii Carminum. *Vinetus.*

5. *Nec idem Cereri*] Vt, Cereri mactabatur porca, Baccho hircus. Sed de his plura Lilius Gregorius in Syntagmate de ſacrificiis. *Vinet.*

6. *Poëmata quæ in alumnam*] Vetus Codex, *Poëmatia.* Quæ quandoque Græca voce dixit *εἰδύλλια.* Manifeſtius id, quam ut pluribus confirmandum ſit, tum ex his, quæ hic ſequuntur, tum etiam, quod alibi *Tenuem inconditi carminis libellum*, hæc ipſa vocat, *Schedium*, ac *luſus.* Mariang. Accurſius.

7. *Quum ſine metu arcana*] Tò *ſine metu* vereor, ut ne gloſſema ſit, quæ enim cum metu ſecuritas?

8. *Proferre ad lucem*] Rectius, *proferri*, ex MSS. aliquot. *Mariang. Accurſius.*

9. *Fatalis jugi*] Curtius libro tertio, & Plutarchus in Alexandro. Illud erat Gordii in Iovis templo. Affirmabant autem incolæ, totius Aſiæ imperium illi fatis portendi, qui & inexplicabile vinculum ſolviſſet. *Vinetus.*

10. *Lora*

[10] *lora quum ſolvere non poſſet, abſcidit :* [11] *& Pythiæ ſpecum,* [12] *quo die nefas erat patere, penetravit. Vtere igitur ut tuis, pari jure, ſed fiducia diſpari : quippe tua poſſunt populum non timere ; meis etiam intra me erubeſco.*

Vt voluiſti, Paule, cunctos Biſſulæ verſus habes :
Luſimus quos in Suëvæ gratiam virgunculæ,.

Ocium

10. *Lora*] Ex corni arboris libro erant, auctore Plutarcho. *Vinet.*

11. *Et Pythiæ ſpecum*] Plutarchus rem ita narrat in Alexandri vita. Quum vellet Alexander deum conſulere de Aſiana expeditione, Delphos venit : quod forte in eos incidit dies, quibus Apollinem excitare nefas putaretur. Primum itaque Alexander, vatem rogavit, ut iret : ſed quum illa obſtinate recuſaret, legemque proferret, virille tandem uſus, templum aſcendit invitamque eo traxit vatem: quæ ut eo Alexandri ſtudio & pertinacia victa, *ἀνίκητος εἶς*, inquit, *ὦ παῖ.* id eſt, Invictus es, ô fili. *Idem.*

12. *Quod nefas erat patere*] Immutarunt alii, *quod nefas erat*, pro, *quo die fas erat.* Plutarchus vero ſcribit, expeditionem pro Græcis contra Perſas ſuſcepturum Alexandrum, ut Apollinem conſuleret, Delphos veniſſe, quo tempore, cum in nefaſtos dies incidiſſet, oraculi ſilentio datos, ideoque negantem, legemque tuentem Phœbadem exorare non poſſet, invitam trahens ipſe templum aſcendit, ea autem, velut ſtudio victa *ἀνίκητος εἶ ὦ παῖ*, quod cum Alexander accepiſſet, aſſecutum ſe, quod ab ea cuperet vaticinium, neque alio ſibi opus eſſe, affirmavit. Legendum itaque arbitramur : *Quo die nefas erat*, aut certe : *quo die fas non erat* (uti in ſcripto uno eſt) *ἐν αἷς ὐ νενομισμένον χρηματίζειν.* Quod autem Auſonius *Pythia ſpecum penetraſſe* ait, Plutarchus, *templum aſcendiſſe*, nihil impedit. *Specus* enim in templo fuit, ad quam rapta Pythias oracula redderet. Seneca in Tragœd. Oed. *Incipit Phœbea vates ſpargere horrentes comas & pati commota Phœbum, Contigit nondum ſpecum, emicat vaſto fragore major humano ſonus.* Scribit M. Tullius in 1 de Divinat. & Plin. lib. II. ejus terræ vim fuiſſe, credi, quæ mentem Pythiæ Delphis divino concitaret afflatu. Porro, quod dictum quoque eſt, *fatalis jugi lora ſolvere cum non poſſet, abſcidit*, Gordianum nodum innuit, qui in Gordio Midæ regia olim fuit, ex corni libro ſc. innexum plauſtrum. Cujus certa Barbarorum opinio ferebatur, qui nexum ſolviſſet, eum toto orbe, vel quod ſcribit Iuſtinus, tota Aſia regnaturum. Alexander itaque cum capita loramentorum, intra nodos abſcondita, obliquiſque inter ſe ſpinis obvoluta, nequiſſet ſolvere, nodum ferro cecidit. Hinc factum arbitror, ut cum rem arduam, quæ conſilio tractari non permittitur, vi exſuperaturos nos aſſerimus, incidendam quidem illam uſurpemus. Plinius quadam ad Caninium Epiſtola : *Nunquam ne hos artiſſimos laqueos, ſi ſolvere negatur, abrumpam ?* Ariſtobulus autem facile eum ſolviſſe ſcribit, demto clavo, quo temoni jugum annectitur, mox jugum ſubduxiſſe. Quam hiſtoriam & Auſonius quoque ad Paulinum non ignoravit :

Ocius illa jugi fatalis ſolvere lora
Pellæus potuiſſe ducem reor, abdita opertis
Principiis, & utroque caput celantia nodo. Mariang. Accurſius.

Ocium magis foventes, quam ſtudentes gloriæ.
Tu moleſtus flagitator lege moleſta carmina.
[13] Tibi, quod intriſti, exedendum eſt; ſic vetus verbum jubet;
[14] Compedes, quas ipſe fecit, ipſus ut geſtet faber.

13. *Tibi quod intriſti*] Ex Terentianæ Phormionis actu ſecundo. Proverbium apud Eraſmum. *Vinetus.*

14. *Compedes, quas*] Et hoc proverbium octogeſimum ſextum centuriæ 1. apud Eraſmum. *Id.*

Ad lectorem hujus libelli.

[1] Carminis incomti tenuem lecture libellum,
Pone ſupercilium.
Seria contractis expende poemata rugis.
Nos [2] Thymelen ſequimur.
Biſſula in hoc ſchedio cantabitur, aut [3] Eraſinus.
Admoneo, ante bibas.
Iejunis nil ſcribo. meum poſt pocula ſi quis
Legerit, hic ſapiet.

Sed

1. *Carminis incomti*] Videri quidem poterat Auſonius, cum id ex Priapejorum præfatione in ſuam converteret, inter æmulandum, *inculti* quam *incomti* maluiſſe. Verum in vetuſtis ejus exemplaribus præterquam *incomti* nondum legimus. *Mariang. Accurſius.*

2. *Thymelen ſequimur*] Saltatrix mimaque fuit quædam Θυμέλη, & theatri pars. De qua Budæus, Rhodiginuſque libri octavi octavo capite. Vnde *thymelici* dicti tibicines, citharœdi, & ſimiles. *Vinet.*

3. *Eraſinus*] Videtur fuiſſe γελωτοποιὸς, aut mimus temporibus Auſonii: quales apud Sidonium *Caramallus*, & *Phabaton.* Qualis & fuit *Paris* temporibus Domitiani. Qualis & *Sergius Polenſis* paraſitus hiſtrio: γελωτοποιοὶ enim illi dicebantur *Paraſiti Apollinis.* Martialis in Epitaphio Paridis hiſtrionis:

Vos me laurigeri paraſitum dicite Phœbi.

In veteri inſcriptione: M. AVR. AVG. LIB. AGILIO SEPTENTRIONI, PANTOMIMO SVI TEMPORIS PRIMO: SACERDOTI SYNODI: APOLLINIS PARASITO. Item in alia: L. ACILIO L. F. POM. CVTICLE NOBILI ARCHIMIMO, COMMVNI MVNERE ADLECTO, DIVRNO PARASITO APOLLINIS, TRAGICO, COMICO. Ita dicti, quia & paraſiti *ridiculi* dicebantur, ut cognoſcimus ex Plauto, & ipſi quoque ridiculi ſunt. Propterea Auſonius nihil niſi ridere hic pollicetur, nihil, quod alienum ſit ab arte *Eraſini.* Scaliger.

3. *Aut Eraſinus*] Forte: *haud Eraſinus.* Pulmannus.

1. *Matre*

Sed magis hic ſapiet, ſi dormiet : & putet iſta
Somnia miſſa ſibi.

Auſonii BISSVLA. Edyll. VII.

Vbi nata ſit Biſſula, & quomodo in manus domini venerit.

Biſſula trans gelidum ſtirpe & lare proſata Rhenum,
Conſcia naſcentis Biſſula Danubii,
Capta manu, ſed miſſa manu, dominatur in ejus
Deliciis, cujus bellica præda fuit.
[1] Matre carens, nutricis egens, neſcivit herai
Imperium.
Fortunæ ac patriæ quæ nulla opprobria ſenſit,
Illico inexperto libera ſervitio.
Sic Latiis mutata bonis, Germana maneret
Vt facies, [2] oculos cœrula, flava comas.

1. *Matre carens*] Mutilum eſt hoc diſtichon in editionibus Aldinis : Nam quod hodie circumfertur, ſuppletum eſt de ægrorum ſomniis : hoc eſt de Correctorum ſterquilinio. Ego intelligo quid voluerint Correctores : ſed ſi ad Latinitatem revocentur, non intelligo. Quare merito expungenda ſunt. Alioqui, ſi aliquid comminiſcendum eſſet, ego libentius ita legerem :

Matre carens, nutricis egens, neſcivit herile
Imperium, dominis libera facta manu.

Vt dicat ſimul ac in poteſtatem heri veniſſe, non ſenſiſſe imperium herile, quippe quam ſtatim dominus manumiſerit. Nam quod hoc voluerit Auſonius ex ultimo commatio Hexametri citra controverſiam colligitur. *Scaliger.*

2. *Oculos cærula, flava comas*] Cornelius Tacitus de moribus Germanorum : *Omnibus*, inquit, *truces & cærulei oculi, rutila coma, magna corpora.* Horatius, Strabo, Plinius, Iuvenalis, tales illos depingunt. *Vinetus.*

2. *Oculos cærula*] De cærulis Germanorum, Thracum, omniumque ferme ſeptentrionalium gentium, oculis, & flavis capillis quamvis ſint nota pleraque ; illuſtrandus tamen locus eſt Theodoreti, quem male vertit interpres. refert ille ſerm. III. de Græcar. Affect. Cur. è Xenophane Colophonio, Thraces deos ſuos finxiſſe γλαυκούς τε καὶ ἐρυθρούς. Nimirum quia ipſi tales erant. Vertit ille, *glaucos ac rubore ſuffuſos.* Minus recte. debuerat enim reddidiſſe, *cæruleos & flavos. Cæruleos*, reſpectu oculorum, & *flavos*, quod ad comam, ſeu capillos. Ita Manilius lib. IV.

Flava per ingentes ſurgit Germania partus.

& Sidonius Apollinaris Carm. V.

--- Scythiciſque choreis
Nubebat flavo ſimilis nova nupta marito.

Clemens Alexandrinus eleganter :

Ambiguam modo lingua facit, modo forma puellam,
Hæc Rheno genitam prædicat, hæc Latio.

ἔχει τι φοβερὸν, inquit, τὸ εὔτριχον τοῦ βαρβάρου, καὶ τὸ ξανθὸν αὐτοῦ πολεμικὸν ἀπειλεῖ. συγγενὲς τι τὸ χρῶμα τῷ αἵματι. Inde & Arimaſpi gens hyperborea ξανθοὶ Callimacho dicti. Par error Interpretis Homerici, χλωρὸν μέλι *dulce mel* vertentis, quod *flavum* dicendum fuerat. Heſychius: χλωρὸς, ὠχρός. quod aliis *viride* ſignificat. Theocritus, ὄις γόνυ χλωρόν: Horatius vertit, *dumque virent genua*. Contra Virgilius: *flavaque caput nectentur oliva*, id eſt, ut notat Servius, viridi. Confunduntur autem plerumque hæ colorum affinium appellationes, ita ut *flava* pro pallentibus, *pallentia* pro flavis, *viridia* pro pallentibus vel flavis, &c. tam Græci quam Latini ponant. Sic Virgilius Eclog. xv. *Pallentes ruminat herbas*, id eſt, virides. Martialis l. xII. Epigr. xv. *Miratur Scythicas virentis auri Flammas Iuppiter*. Exempla aliquot congeſſit Huetus in notis ſuis ad Origenem. Adi porro Gellium lib. II. noct. Att. c. xxvI.

De eadem Biſſula.

DElicium, blanditiæ, ludus, amor, voluptas,
Barbara, ſed quæ Latias vincis alumna pupas,
Biſſula nomen teneræ ruſticulum puellæ,
Horridulum non ſolitis, ſed domino venuſtum.

Ad pictorem, de Biſſulæ imagine.

BIſſula nec ceris, nec fuco imitabilis ullo,
Naturale decus fictæ non commodat arti.
Sandyx, & ceruſſa, alias ſimulate puellas,
Temperiem hanc vultus neſcit manus. ergo age pictor,
' Puniceas confunde roſas & lilia miſce.
Quique erit ex illis color aëris, ipſe ſit oris.

1. *Puniceas confunde roſas*] Anacreon: Γράφε ῥῖνα καὶ παρειὰς, Ῥόδα τῷ γάλακτι μίξας.

Ad eundem.

PIngere ſi noſtram pictor meditaris alumnam,
' Æmula Cecropias ars imitetur apes.

'PRE-

1. *Æmula*] Videntur nonnulla, imo maxima pars carminis, deſiderari. Quis enim hæcce paucula libellum nominet? quis præfatione duplici credat fuiſſe munienda? non ego, nec quiſquam alius, cui naſus ſit.

ſit. Inter cætera præcipue, quæ de blanditiis ſuæ Biſſulæ, grataque loquacitate ſcripſerat, periiſſe putem. Aſſentior enim iis, qui pro *Sulpicilla*, *Biſſula* legunt apud Fulgentium lib. 1. Mythol. Verba ejus ſunt, ut emendavit Demſterus: *Hac etenim alludente, & Plautini Saurea dominatus obdormit, & Biſſula Auſoniana loquacitas deperit, Salluſtianaque Sempronia, quamvis præſens ſit, cantilena rauceſcit.* Vltimum lemma, *Ad Pictorem de Biſſula pingenda*, mutavi in *Ad Eundem*. Non enim ab auctore, ſed à Librariis erat: qua de cauſſa commodius aliud ſupponere non fuit religio.

PRECATIO Auſonii [1] conſulis deſignati, pridie Kalendas Ianuarii faſcibus ſumtis.

Edyllium VIII.

IAne, veni: [2] novus anne, veni: renovate veni Sol,
Conſulis Auſonii Latiam viſure curulem.
[3] Etquid ab Auguſta nunc majeſtate ſecundum,
Quod mireris, habes? Roma illa, domuſque Quirini,
Et toga purpurei rutilans prætexta ſenati,
Hoc capite [4] æternis ſignat ſua tempora Faſtis.
Anne, bonis cœpte auſpiciis, da vere ſalubri
Apricas ventorum animas, da roſcida Cancro
Solſti-

1. *Conſulis*] Auſonius poëta Conſul fuit, collega Hermogeniano Olybrio, anno ab Vrbe condita milleſimo centeſimo & triceſimo ſecundo, ut alibi diximus, à Chriſto nato trecenteſimo & octogeſimo ſecundo, quemadmodum quidam putant. Titulus fuit, in vetuſto ſuo Lugdunenſi codice: PRECATIO CONSVLIS DESIGNATI PRIDIE KAL. IANVAR. FASCIBVS SVMTIS. In quo non ſatis video, quid ſit, quod dicatur, Auſonium pridie Calendas Ianuarias Faſces ſumpſiſſe. Fortaſſe Conſul, qui pridie Calendas Ianuarias magiſtratu abibat, eo ipſo die ſub noctem faſces mittebat illi, qui Calendis ipſis ſucceſſurus erat, deſignatus, creatus, & ut vulgo loquimur, electus Conſul, menſibus aliquot ante eum diem. Probat enim Gruchius noſter in libro de Comitiis, temporibus Ciceronis, Conſules & alios magiſtratus menſe Iulio creari ſolitos eſſe, qui Calendis Ianuariis magiſtratum poſt inirent. Quod tamen ſub Cæſaribus neſcio, an obſervatum ſit, qui creabant ipſi, & non populus, quos vellent Conſules, ut in Gratiarum actione ipſe meminit Auſonius, non in totum annum, ut annuus erat Conſul magiſtratus initio, ſed in paucos tantum menſes & dies interdum. *Vinetus.*

2. *Novus anne*] Nominativum pro vocativo ſæpe poni oſtendimus in carmen viceſimum Parentalium. *Vinetus.*

3. *Etquid ab Auguſta*] V.C. *etquid.* Quod prætuli. conſulendus eſt de ea particula Gifanius in indice Lucretiano.

4. *Æternis*] Perpetuis faſtis. *Vinet.*

5. Et

Solſtitia, [5] & gelidum Boream Septembribus horis.
Mordeat Autumnas frigus ſubtile pruinas ;
Et tenuata modis ceſſet mediocribus Æſtas.
Sementem notus humificet. ſit Bruma nivalis ,
[6] Dum pater antiqui renovatur Martius anni.
Spiret odorato florum nova gratia Majo ,
Iulius & ſegetes coquat, & mare temperet Euris.
[7] Sirius ardentem non augeat igne Leonem.
Diſcolor arboreos variet Pomona ſapores.
Mitiget autumnus, quod maturaverit æſtas ,
Et genialis hyems parta ſibi dote fruatur.
Pacem mundus agat : nec turbida ſidera regnent.
Nulla tuos Gradive offendat ſtella penates ,
Quæ non æqua tibi. non Cynthia ; [8] non celer Arcas
Finitimus terris : non tu Saturne [9] ſupremo
Vltime

5. *Et gelidum boream*] Malim abſque copula legere :

--- Da roſcida cancro
Solſtitia ; egelidum boream ſeptembribus horis.
Attenuata modis ceſſet mediocribus æſtas.

Nam & cætera ἀσυνδέτως efferuntur.

6. *Dum pater*] Annum Romani à Martio menſe incipiebant, quum denûm menſium erat eorum annus. *Vinetus.*

7. *Sirius*] Canis ſidus, abs quo dies caniculares. *Vinet.*

8. *Non celer arcus*] Non concoquo, quod interpretantur *celerem arcum* lunæ orbem eſſe. Præterea bis idem diceretur. Scribe : *Non Cynthia , non celer Arcas Finitimi terris.* Non conjungatur, inquit, cum Marte Luna, nec Mercurius, qui duo planetæ terris proximi. *Celer Arcas*, deorum nuntius. Epiſt. XXI: *Petaſoque ditu Arcados vectus vola.* Gronovius. Certiſſima eſt hæc emendatio. Ita Statius lib. II Sylvar. extremo :

Vocalis citharæ repertor Arcas.

Boethius lib. IV. Conſolat. Phil.

Sed licet variis malis
Numen Arcadis alitis ,
Obſitum miſerans ducem ,
Peſte ſolverit hoſpitis.

Sidonius Apollinaris Carm. IX, X, XV. Apulejus lib. VI. Mileſior. *Frater Arcas , ſcis nempe ſororem tuam Venerem ſine Mercurii præſentia nihil umquam feciſſe. Arcadum colonum* vocat Varro apud Nonium : niſi forte illic legendum : *Vt Mercurium Arcades colunt.* *Celer* vero dictus eſt, teſte Fulgentio, *quia tanto celerior omnibus planetis currit , ut ſeptima die ſuos permeet circulos. Vnde etiam Lucanus ait ,* Motuque celer Cyllenius hæret. *Celerem* quoque Mercurium Horatius, *Pernicem* Mercurii ſtellam Apulejus in Floridis dixit. Servius in lib. IV. Æneid. ṽ. 239. *Mercurius ideo dicitur habere pennas, quia citius ab omnibus planetis in orbem ſuum recurrit ; unde & velox & errans inducitur.* ubi τὸ *ab* ante *omnibus planetis* expungendum, aut *aliis omnibus planetis* legendum eſt.

9. *Supremo Vltime circuitu*] Septem plane-

Vltime circuitu. procul [10] à Pyroente remotus
Tranquillum properabis iter. Vos cominus ite
[11] Stella ſalutigeri Iovis, & Cythereïe Veſper.
[12] Nonnunquam hoſpitibus facilis Cyllenius adſit.
[13] Iane, veni: novus anne, veni: renovate veni Sol.
Hoſtibus edomitis qua Francia mixta Suëvis
Certat ad obſequium, Latiis ut militet armis:
Qua vaga Sauromates ſibi junxerat agmina [14] Chuni,
Quaque Getes ſociis Hiſtrum adſultabat Alanis.
Hoc mihi præpetibus victoria nuntiat alis.
Iam venit Auguſtus, noſtros ut comat honores,
Officio exornans, [15] quos participare cupiſſet.
Iane, veni: novus anne, veni: renovate veni Sol.
Aurea venturo Sol porrige gaudia Iano:
Faſcibus Auſonii ſuccedet Cæſar in annum,
[16] Quintam Romulei prætextam habiturus honoris.
Ecce ubi ſe cumulat mea purpura (mitibus audi
Auribus hoc [17] Nemeſis) poſt me dignatur oriri
Auguſtus conſul. plus quam conferre videtur

Me

planetarum eſt ſummus & altiſſimus Saturnus. *Vinetus.*

10. *A Pyroënte*] A Marte, qui ſphæram quinctam occupat. *Vinet.*

11. *Stella ſalutiferi Iovis*] Quem proſperum & ſalutarem Scipio dixit. *Et Cythereïe Veſper.* ſtella Veneris, quæ Κυθήρη dicitur. *Hos autem duos errones* Chaldæi ἀγαθοποιοὺς, id eſt beneficos: Saturnum & Martem κακοποιοὺς, hoc eſt maleficos, appellant. *Vin.*

12. *Nonnunquam*] Sic Lugdunenſes: ſed in exemplari erat *non unquam.* Mercurium autem volunt iidem Chaldæi, bonum eſſe, ſi cum bonis planetis ſit junctus: ſin cum malis, malum. *Idem.*

13. *Iane veni*] Servius in octavam eclogam Virgilii, *Intercalares* ſcribit appellari verſus, qui ſic frequenter poſt aliquot verſus interponuntur. *Id.*

14. *Chuni*] V. C. *Cunis.* Convenientius igitur veritati legas:

Qua vaga Sauromata ſibi junxerat agmina Chunus.

Proprium namque Sauromatarum eſt *vagari:* & verſus ipſe neſcio quo pacto multis partibus melius ſonat. Seneca Herc. fur.

Intravit Scythiæ multivagas domos,
Et gentes patriis ſedibus hoſpitas.

15. *Quos participare cupiſſet*] Auſonii in Conſulatu collega fuit Olybrius: ſed cur non fuiſſet Gratianus, ſi voluiſſet? *Vinetus.*

16. *Quinctam prætextam*] Auſonio præceptori ſuo quinctum Conſul ſucceſſit Gratianus Imperator, Proſpero, Marcellino Comite, & Caſſiodoro auctoribus. *Vinet.*

17. *Nemeſis*] De qua dea in epigramma XXI. *Idem.*

 18. Cogo

Me ſibi : qui juſſit noſtros præcedere faſces.
Iane, veni, novus anne veni : renovate veni Sol ;
[18] Coge ſecuturos bis ſena per oſtia menſes.
[19] Tu tropicum ſoli da cedere ; rurſus & illum
Terga dare, [20] ut duplex tropicus varietur ab aſtro,
[21] Et quater à ternis properet mutatio ſignis.
Æſtivos impelle dies, brumamque morantem
Noctibus adceleret promiſſus Cæſaris annus.
Illum ego ſi cernam, tum [22] terque quaterque beatus,
Tunc ero bis conſul, [23] tunc tangam vertice cœlum.

18. *Coge*] Vrge, fac properent menſes per duodecim ſua ſigna. *Vinetus.*

19. *Tu tropicum*] Verſus iſti peſſime accepti erant à correctore Lugdunenſi. Quare ex veſtigiis priſcæ lectionis reſtituimus. *Scaliger.*

19. *Tu tropicum Soli da cedere, rurſus & illum*] Erat in exemplari :

Vt tropicum ſolido da cedere ruris & illum.

Sed Lugdunenſes *Tu* fecerunt ex *Vt*, & *Solis* ex *ſolido*, quum *Soli* ſatis eſſet, ut iſtud unum *ſolido* ex duobus, *Soli* & *da* conflatum fuerat. Et *ruris* corruptum vocabulum in *rurſus* mutarunt. *Vinetus.*

20. *Vt duplex tropico varietur ab aſtro*] Sidera tropica Cancer & Capricornus ſunt, uti diximus in Edyllium de ratione dierum anni vertentis. Eſto igitur ſenſus hujus loci & ordo, ô Iane, ô anne nove, da & facito, ut Sol tropicum circulum facile ſuperet : & rurſus idem Sol illum, alterum ſcilicet tropicum celeriter pertranſeat : quo duplex ab aſtro tropico varietur, hoc eſt, in duobus tropicis ſignis, alius atque alius nobis ſentiatur : & ſic properando fiant in Zodiaco mutationes. *Vinet.*

21. *Et quater ac ternis properet vindemia ſignis*] In exemplari erat *hac* pro *ac*, & *mutatia* pro iſta *vindemia* : unde *mutatio* potius fieri debuit. Sunt autem in anno quattuor mutationes, & quattuor diverſa tempora, Ver, Æſtas, Autumnus, Hiems : quæ ternis ſignis & menſibus conficiuntur. *Vin.*

22. *Terque quaterque beatus*] Plene, & nimium felix. Hemiſtichium Virgilianum, de quo Macrobius priore commentario in ſomnium Scipionis. *Idem.*

23. *Tunc tangam vertice cœlum*] *Sublimi feriam ſidera vertice*, Horatius Ode prima. *Id.*

Item PRECATIO calendis Ianuariis. Edyllium IX.

ANne, bonis cœpte auſpiciis, felicia cernis
Conſulis Auſonii primordia. prome coruſcum
Sol æterne caput : ſolitoque illuſtrior, almo
Lumine purpureum jubar exſere lucis eoæ.

Anne ;

Anne, pater rerum, quas Iani menſe bifrontis
Volvis in hybernum glaciali fine Decembrem,
Anne, veni, [1] & feſtum veteris novus adſpice Iani.
Solemnes pervade vias, biſſenaque mundo
Curricula æquatis varians per tempora ſignis,
Præcipitem æterna perfer vertigine curſum;
[2] Sic prono raptate polo, contraria Phœbus
Vt momenta ferat ſervata parte dierum,
Et novus hyberno reparet ſua lumina pulſu.
[3] Menſtrua terdecies redeunt dum cornua Lunæ,
Exortus, obituſque manu volvente rotabis,
Legitimum Phœbi cohibens per ſigna meatum.

1. *Et feſtum veteris novus adſ. Iani*] Membranaceus:

Et feſtum veteri novus adice Ianum.

2. *Sic prono raptate polo, contr. Phœb. Vt momenta ferat —*] Diſertim vetus codex habebat, *raptate*. Qui præfectus fuit editioni Lugdunenſi, cum primum hujus poëtæ reliqua, quæ diu delituerant, poëmata divulgata ſunt, parum fideliter in ea provincia tuenda verſatus fuit. Quicquid enim non intelligebat, mutaverat. *Scaliger.*

2. *Raptare*] Fertor. fuit in exemplari *raptare*, non *raptere*, & *rotabis* penultimo verſu, non *notabis*. Vinet.

3. *Menſtrua terdecies*] Sol & Luna cum ceteris planetis per Zodiacum circulum, cælum circumeunt: orbemque iſtum peragunt, Luna viginti ſeptem fere diebus civilibus, Sol trecentis ſexaginta quinque. Annum appellant Latini, & Vertentem annum, tempus illud, quo Sol Zodiacum peragit: Menſem vero tempus, quo eundem circulum Luna conficit. Hoc enim proprie eſt menſis, Lunæ ſcilicet annus, ſed multo certe minor, quam Solis annus. Sunt namque in hoc, id eſt, in trecentis ſexaginta quinque diebus, menſes, & Lunares anni tredecim, hoc eſt terdecies viceni ſeptem dies, & quatuordecim inſuper dies. *Vinet.*

[1] MOSELLA. Edyll. x.

[2] TRanſieram celerem [3] nebuloſo lumine [4] Navam,
[5] Addita miratus veteri nova mœnia vico:

Æqua-

1. *Moſella*] AVSONIANÆ Moſellæ principium, quaſi in ipſo limine impetum lectoris remoratur, quod obſcurum ſit, & multa recondita habeat, quæ à non vulgari hiſtoria haurienda ſunt. Ea nos, niſi fallor, ita illuſtranda eſſe, ut ſequitur, putamus. Auſonius vivente adhuc Valentiniano patre præfectus prætorio Galliarum, Argentorato Treveros proficiſcens, multum ac diu Argentoratum ipſum contemplatus eſt, admiratus *nova mœnia*, quibus ille *vicus* nuper circundatus fuerat: cum paucis aliquot ante annis, & illum vicum à barbaris vaſtatum, & cruentam

tam cladem ibidem barbaris acceptam meminiſſet. Nam à Cl. Iuliano nobiliſſ. Cæſare ſub Conſtantio in campis Argentoratenſibus cæſæ fuerant infinitæ hoſtium copiæ. Itaque inde recedens, ut jam dixi, Treveros cogitabat. Neceſſe autem ei, qui à campis Argentoratenſibus Treveros proficiſcitur, *Navam* fluvium trajicere. Nam ille fluvius inter illos fines, & Moſellam interjectus eſt. Quare non obſcure jam intelligis, & unde proficiſcitur Auſonius, & quare flumen Navam ſe tranſiviſſe dicat. Retinet autem ille amnis hodie ſatis certa priſcæ appellationis veſtigia. Hodie enim ab ipſis accolis *Nah* vocatur. Cave confundas cum eo, qui *Nab* dicitur. Nam is in Danubium influit, cum Nava in Rhenum exoneretur infra Moguntiacum oppidum. In cujus confluentibus oppidum Bingium eſt. ac in eo præſidium Romanorum erat eo loco, quo fluvius ipſe ponte jungebatur. Tacitus annali XX. *Tutor Treveris comitantibus, vitato Moguntiaco Bingium conceſſit, fidens loco, quia pontem Navæ fluminis abruperat.* Oritur autem in ſilva *Eberſſwald:* & aliquot oppidulis ignobilib. prætexitur. Tranſivit autem fluvium Auſonius non ad Bingium, quod hodie vocatur *Bingen;* (nam longinquum eſt) ſed non longe à ſilva, quæ hodie vocatur *Vnderwald.* quod ab illa ſilva directum iter ac compendioſum ſit ad oppidum *Nivomagum*, cujus poſtea meminit. Quin cum ait ſe feciſſe iter per nemoroſa avia, nihil aliud innuit, quam ſilvam illam, quæ & ipſa hodie itinerum anfractibus, & opaco umbrarum horrore formidoloſa eſt. Præterea cum dicat ſe ibi nulla humani cultus veſtigia vidiſſe: eorum verborum fidem fecerit natura ejus regionis, quæ vix ullo cultu ne hodie quidem miteſcere poteſt. Quare quicquid inter Navam, Rhenum, & Moſellam interjacet, joculari nomine à Germanis, *Hundsruck* vocatur. id eſt, quaſi dicas *Dorſum canis*: propter ingenium loci tum montoſum, tum aſperum. ut etiam aliquot oppida, & vici, nomen à ſaxis ſortita ſint, ut *Herſtein*, *Eberſtein*, & ſi qua ſunt alia ejuſmodi. Non ergo mirum, quare doctiſſimus poëta ſe per inculta loca, ac ab omni humanitate vaſta iter feciſſe dicat. Poſtea ut Nivomagum veniret, ſe *Dumniſſum*, ac *Tabernas*, quæcunque illa loca ſint (nam adhuc mihi ignota ſunt) veniſſe. ac Nivomagus quidem hodie ex priſca appellatione facile agnoſcitur. Vocatur enim *Neumagen:* Neque multum Auguſta Treverorum diſtat. *Tabernas* vero vocabant Romani, ubi munimenta contra Barbarorum inſultus ſtatuebantur, quales fuerunt *Taberna montana* prope Weiſſenburgum: *Taberna Renenſes: Tres Taberna.* Quod ſane videtur & ipſe Auſonius indicare, cum dicit, Sauromatis arva ibi aſſignata fuiſſe. Nam multis Barbarorum ignoverunt Valentinianus, & Gratianus, eoſque in loca Galliarum traduxerunt, ut ſub ſignis Romanis militarent: inter quos & Sauromatæ, & Alemanni fuerunt, quod Auſonius ipſe in Panegyrico ad Gratianum teſtatur. *Voca*, inquit, *Germanicum deditione gentilium: Alemannicum, traductione captorum: vincendo, & ignoſcendo, Sarmaticum.* Quare quibus ignovit, eos huc traduxiſſe, eiſque agros aſſignaſſe omnino neceſſe eſt. Ergo, ut omnia à nobis jam dicta paucis comprehendamus, Argentoratus eſt vicus ille, cui miratur nova mœnia addita, &, *ubi Gallia æquarit Cannenſem cladem.* Marcellinus, *Argentoratus*, inquit, *barbaricis cladibus nota.* Nam in Gallia *Campos Argentoratenſes* collocat, quod ſint citra *Ellum* fluvium, quo terminatur Gallia Sequanica. Et Sex. Aurel. in Gallia eos ponit. Ita enim loquens de Iuliano Cæſare ſcribit: *Iſte in campis Argentoratenſibus apud Gallias cum paucis militibus infinitas hoſtium copias delevit.* Neq; immerito illam cladem vocatam eſſe Cannenſem mirabitur, qui ea, quæ ſequuntur apud eundem Aurelium legerit. *Stabant*, inquit, *acervi montium*

tium ſimiles. fluebat cruor fluminum modo. captus rex nobilis Chonodomarius. fuſi omnes optimates. redditus limes Romanæ poſſeſſionis. Poſſet autem aliquis ſuſpicari Auſonium potius agere de Argentuarenſi clade, qua cæſa ſunt à Gratiano Barbarorum xxx millia. Sed non poteſt. nam mortuo patre Valentiniano id accidit. cum Valentinianus viveret quo tempore hæc ſcribebat Auſonius, ut ipſe in epilogo hujus luculenti poematis declarat. Præterea recens fuiſſet illa clades. At Auſonius tanquam veteris meminit, cum dicit *quondam*:

Aequavit Latias ubi quondam Gallia Cannas.

Non eſt igitur de Argentuarenſi clade intelligendum, ſed de Argentoratenſi. Porro illud prætermittendum non eſt, Auſonium ſcripſiſſe *nebuloſo lumine*, non *flumine*, in primo verſu. Ait enim à campis Argentoratenſibus ad Nivomagum ſe uſum fuiſſe nebuloſa tempeſtate, propter ejus cæli intemperiem, quod ex ſequentibus apparet, quum ait:

Purior hic campis aër, Phœbuſque ſereno
Lumine purpureum reſerat jam ſudus olympum.

Opponit enim cœlum Nivomagi ſudum & ſerenum, cœlo tractus Navæ nebuloſo & intempeſto. Id enim per *lumen nebuloſum* intelligit. Ita Horatius loquitur:

Poſitas ut glaciet nives
Puro lumine Iuppiter. Scaliger.

1. *Moſella*] Nuſquam nominat *Obrincum*; quod nomen Auſonium doctiſſimum & regionis ſcientiſſimum virum non fugiſſet; & ſi ſciviſſet, hanc etiam laudem, eſſe binominem, ut *Iſtrum*, qui & *Danubius*, *Ararem*, qui & *Saucona*, non omiſiſſet. De hoc infrà plura ad verſum 436:

Accedit tanto geminum tibi nomen ab amni. Marq. Freherus.

1. *Moſella*] Ingenio eruditionéque eximia fuiſſe Auſonium vel hoc ſolum carmen probare poteſt. De quo Symmachus quid ſenſerit, ex quartis ad eum ipſum ſcriptis litteris cognoſces. Pervenit autem id ad nos non levius depravatum ab veteribus librariis, quam alia ejuſdem auctoris, aliorumque antiquorum ſcripta. Vetuſtioribus egebat codicibus, unde reſtitueretur: ſed ego Aldinis, Aſcenſianiſque antiquiores nanciſci hauddum potui. Eſt autem de laudibus MOSELLÆ ex aquæ limpitudine, ex navigandi facilitate, ex piſcibus, ex villis & atriis, quibus utraque ripa decoratur: ex aliis in ipſum decurrentibus fluminibus, ex pratis, & aliis, quæcunque in flumine ullo non tam invenias, quam comminiſcatur ingenioſus poëta. Qui Galliæ fluvius ex monte *Vogeſo* ortus, non longe ab *Araris* fontibus (*Moſellam* namque & *Ararim* facta inter utrumque foſſa conuectere, Imperatore Domitio Nerone, Lucius Vetus eſt aggreſſus: ut copiæ ex Italia per mare, dein Rhodano & Arare ſubvectæ per eam foſſam, mox fluvio Moſella in Renum, exin in Oceanum decurrerent: ſublatiſque itinerum difficultatibus, navigabilia inter ſe Occidentis Septentrioniſque litora fierent, ut ſcribit Cornelius Tacitus libro tertio decimo) per *Mediomatrices*, *Theodonis villam*, *Treveros*, & *Confluentiam*, in Renum, Gallos à Germanis diſterminantem, defluit. *Obrmcam* vocat Ptolemæus, undecunque Græci veteres id ſint vocabulum epiſcati: ſed Latini, quorum antiquiſſimus, quod ſciam, Cornelius Tacitus, *Moſellam*, quomodo hodieque nos, cuncti appellaverunt, niſi forte Clementianus Fortunatus *Muſellam*, *u*, pro *o*, annis poſt Auſonium centum circiter & quinquaginta, vocavit, ſicut in ejus carminibus aliquando obſervavimus. *Vinetus.*

2. *Tranſieram*] Veniens ab expeditione Principis mei Gratiani in Germanos & Suevos, ad *Lupodunum* profligatos, ſedibuſque ſuis exactos. Qua de victoria ipſe homo elegans & delicatus nulla magis præda

da quàm *Biſſula* illa ſua lætatus eſt, dilaudata tenerrimis verſibus. *Freher.*

2. *Tranſieram celerem*, &c.] Egregia ſunt, quæ ſuper hoc loco Scaliger protulit. Cujus etiam emendationem probamus --- *Nebuloſo lumine.* Licet MSS. libri vulgatæ lectioni patrocinentur. Diem enim nebuloſum indicat poeta, id quod ex ℣. XII ſequenti apparet. & eadem phraſi in Cupidine crucifixo uſus eſt:

Quorum per ripas nebuloſo lumine marcent
Fleti olim regum & puerorum nomina flores. Barthius.

3. *Nebuloſo lumine*] Ambiguo mane, diluculo obſcuro & nubilo. Ita infra in Cupidine crucifixo, de Stygiis rivis loquens:

Quorum per ripas nebuloſo lumine marcent.

Alii legunt FLVMINE. Ita, *Nebuloſum mare Britannicum*, Panegyr. *Freherus.*

4. *Navam*] Vbi potius quàm ad Bingium oppidum? ubi pons flumini impoſitus, cujus Tacitus meminit, neſcio an idem cum hodierno. *Freher.*

5. *Addita miratus veteri nova mœnia vico*] *Veteri vico* non convenit Argentorato, CIVITATI jam tum claræ & inſigni. Sed & aliud iter & ſtationes Argentorato Treverim præſcribit Itinerarium Antonini, & Tabula illa Peutingeriana, quod *Navam* fluvium non attingat: nimirum *Argentorato*, *Tabernis*, *Ponte-Saravi*, *Decempagos*, *Duodecimum*, *Divodurum*, *Treviros. vico.* Alii, *muro*: cùm vicus ſine mœnibus ſit; Sic VICO-IVLIO. *Addita miratus nova mœnia vico.* Neque hoc Argentorato convenit: ſed Bingio, cui mœnia non ita pridem per Iulianum Cæſ. inſtaurata. Quod totum nobis optimè exponet, & mirationis cauſam reddet Ammianus Marcellinus lib. XVIII. *Ipſe* (de Iuliano Cæſar. loquitur) *omni tempore oportuno, ad expeditionem undique milite convocato præfectus, id inter potiſſima mature duxit implendum, ut ante præliorum fervorem civitates multo ante exciſas* (at à quo niſi à Francis, ibi ſitis?) *introiret, receptaſque communiret: horrea quin etiam exſtrueret pro incenſis, ubi condi poſſet annona à Britannis ſueta transferri. Et utrumque perfectum eſt ſpe omnium citius: nam & horrea veloci opere ſurrexerunt, alimentorumque in iiſdem ſatis condita; & civitates occupatæ ſunt ſeptem, Caſtra Herculis, Quadriburgium, Triceſima, Nivejio, Bonna, Antunnacum, & Bingio. Vbi læto quodam eventu etiam Florentius præfectus apparuit ſubitò, partem militum ducens, & commeatuum perferens copiam ſufficientem uſibus longis. Poſt hæc impetrata, reſtabat neceſſitatum adigente articulo, receptarum urbium mœnia reparari, nullo etiam tum interturbante: idque claris indiciis apparet, ea tempeſtate utilitati publicæ metu Barbaros obediſſe, non rectoris amore. Romanis Reges, ex pacto ſuperioris anni, ædificiis habilia multa ſuis miſêre carpentis; & auxiliarii milites ſemper munia ſpernentes hujuſmodi, ad obſequendi ſedulitatem Iuliani blanditiis deflexi, quinquagenarias longioreſque materias vexere cervicibus ingravati, & fabricandi miniſteriis operam maximam contulerunt.* Habuit ergo Auſonius, quæ miraretur; Bingium uſque urbes receptas; ipſum mœnibus de novo munitum; illiſque tam brevi temporis ſpacio excitatis, patientibus non modo Germanis, ſed materiem ſuppeditantibus, & auxiliariis tam voluntariis ad operas. *miratus.* Iam ſi eo rediret, miraretur magis, in alteram ripam tranſpoſitum. Porro Bingium eo ævo ab altera Navæ ripa ſtetiſſe, in vita S. Ruperti exprimitur. *Id.*

5. *Addita miratus*] De hoc *vico*, muris, Auſonii temporibus, circumdato, nil plane habeo, quod doceam: niſi forte ſit agri Argentoratenſis urbs *Saverna*, quas *Tres Tabernas* Romani conditores primum appellaverunt. Hoc enim munimentum, ut appellat Ammianus Marcellinus libro ſexto decimo, ab Alemannis ſubverſum, Iulianus Cæſar reparavit. *Vinetus.*

• Æquavit Latias ubi quondam Gallia Cannas:

Infle-

6. *Æquavit Gallia Cannas*] *Æquavit.* ita ferè Nero, cæſo Aſdrubale, *Cannas penſavimus*, inquit apud Silium Italic. lib. xv. *Æquavit Gallia Cannas.* Cannæ vicus in Apulia, ſola Romana clade *pugnaque ſiniſtra* (ut Propertius de eo loquitur) nobilis; ut & *Cremera*, *Allia*, *Bedriacum*. *Argentoratus Barbaricis cladibus nota*, ait Marcellinus, illa præſertim à Iuliano Cæſ. edita, de qua ita Sext. Victor: *In campis Argentoratenſibus apud Gallias, cum paucis militibus infinitas hoſtium (Alamannorum) copias delevit. Stabant acervi montium ſimiles: fluebat cruor fluminum modo: captus Rex nobilis Chonodomarius: fuſi omnes optimates: redditus limes Romanæ poſſeſſionis.* Adeo ut non dubitaverit hanc Zoſimus æquare Alexandri M. de Dario victoriæ: ὥστε εἴ τις ἐθέλοι τῇ πρὸς Δαρεῖον Ἀλεξάνδρου μάχῃ ταύτην παραβαλεῖν τὴν νίκην, οὐκ ἂν εὕροι ταύτην ἐκείνης ἐλάττονα. Sed neque clades iſta Galliæ potius quam Germaniæ objicienda, neque ab Auſonii ævo ita remota erat, ut *Quondam* diceret: neque denique ad ſolum Argentoratum vario & cruento Marte debellatum. Clades autem iſta Galliæ Cannenſi æquiparanda (ſi modo non hic quoque, ut pleraque hujus Edyllii parte, hyperbolen non indecoram interpretamur) non eſt alia ab illa, quam poſt Vitellii cædem, imperio Veſpaſiani nondum bene conſtituto, rerum novarum auctoribus, Claſſico, Sabino, & Tutore, palam deficiens pleraque Gallia Celtica & Belgica, conjunctis ſibi Germanis eorumque duce Civili, Romanis legionibus aliquot cæſis aut ad ſe traductis, occupatiſque præſidiis, cum in ſummo diſcrimine res Romana poſita eſſet, ſuperveniente Sextilio Felice eo ipſo loco, quo Navam Auſonius noſter tranſivit, paſſa, & mox diſſipata rebellione in ordinem coacta eſt. De qua Tacit. IV, Hiſtoriar. ita ſcribit: *Tutor, Treverorum copias recenti Vangionum, Caracatium, Tribocorum delectu auctas, veterano pedite atque equite firmavit, corruptis ſpe aut metu ſubactis legionariis. Qui primò cohortem præmiſſam à Sextilio Felice interficiunt: mox ubi duces exercituſque Romani propinquabant, honeſto transfugio rediere, ſecutis Tribocis, Vangionibuſque, & Caracatibus. Tutor, Treveris comitantibus, vitato Magontiaco Bingium conceſſit, fidens loco, quia pontem Navæ fluminis abruperat: ſed incurſu cohortium, quas Sextilius ducebat, & reperto vado, proditus fuſuſque. Ea clade perculſi Treviri: & plebes omiſſis armis per agros palatur. Quidam principum, ut primi poſuiſſe bellum viderentur, in civitates, quæ ſocietatem Romanam non exuerant, perfugerunt. Legiones à Noveſio Bonnaque in Treveros traducta, ſe ipſæ in verba Veſpaſiani adigunt. At Civilis & Claſſicus, ubi pulſum Tutorem, cæſos Treveros, cuncta hoſtibus proſpera accepere; trepidi ac properantes, dum diſperſas ſuorum copias conducunt, crebris interim nunciis Valentinum monuere, ne ſummæ rei periculum faceret.* Quo ex loco non tantum cladis illius magnitudo, ſed illud etiam colligi poteſt, quare hujus potiſſimum Auſonius, qui Treviris degebat (ubi ejus cladis memoriam nondum abolitam fuiſſe credibile eſt) mentionem fecerit. Præſertim cum non longè inde mox & Treverorum Dux, ſummuſque belli hujus inſtinctor, Tullius Valentinus oppreſſus captuſque finem rebellionis fecerit. *Eo rapidius*, ſubjungit Tacitus, *Cerialis miſſis in Mediomatricos, qui breviore itinere legiones in hoſtem verterent, contracto quod erat militum Magontiaci, quantumque ſecum tranſvexerat, tertiis caſtris Rigodulum venit: quem locum magna Treverorum manu Valentinus obſederat, montibus aut Moſella amne ſeptum, & addiderat foſſas obiceſque ſaxorum.*

Infletæque jacent inopes ſuper arva [7] catervæ.
Vnde [8] iter ingrediens nemoroſa per avia ſolum,
Et [9] nulla humani ſpectans veſtigia cultus,

Præ-

rum. Et mox: *Vt ventum ad manus, deturbati ruina modo præcipitantur. Et pars equitum æquioribus jugis circumvecta, nobiliſſimos Belgarum, in quis Valentinum ducem cepit. Cerealis poſtero die coloniam Treverorum ingreſſus eſt, avido milite eruendæ civitatis.* Tangit hoc idem bellum Frontinus, & Galliæ hunc motum tribuit lib. VI. *Auſpiciis Imperatoris Cæſ. Domitiani Germanico bello, quod Iulius Civilis in Gallia moverat, Lingonum opulentiſſima civitas, quæ ad Civilem deſciverat, cum advenientem ab exercitu Cæſaris populationem timeret, quod præter ſpem inviolata nihil ex rebus ſuis amiſerat, ad obſequium redacta, ſeptuaginta millia armatorum ei tradidit.* Freherus.

7. *Catervæ*] Id eſt oſſa. Sidonius: *Campos ſepultos oſſibus inſepultis.* p. 52. & pag. 285. *Cæde ſepulturus.* Freher.

7. *Inopes ſuper arva catervæ*] Notiſſima ſuperſtitio Veterum, ultimam opem defunctis eſſe ſepulturam. Quam in ſapientiſſimo etiam Philoſopho Archyta tanti fecit Horatius, ut injecto ſaltem ter pulvere velut medicinam manibus fieri dicat. MSS. duo Codices habent: *jacent ſinopes ſuper a. c.* An ut *inops* ita *ſinops*, ſine ope, auxilio deſtitutus, veteribus dictus? *Barthius.*

8. *Iter ingrediens*] Via nimirum militari (quam ſane in hac regione ſtratam eo ævo fuiſſe infra dicemus: & veſtigia aggeris Romani ſuperſunt) utpote in provincia Romana, quam Itinerarium publicum præſcribit: quod genus non deſcripta tantum, ſed etiam picta Romani duces habebant, ut Vegetius ſcribit l. III. cap. VI. Ex utroque genere aliquid nobis à poſtrema antiquitate ſupereſt: illo, quod Antonini nomine inſcriptum, ſed à Conſtantini ævo interpolatum jamdudum habemus: hoc, quod in Peutingeriana Bibliotheca prope ſepultum, auſpiciis incomparabilis viri Marci Velſeri nuper in lucem rediit. Ex illo leve indicium eruimus, cui vix Auſonius Bingio Treverim tendens inſtiterit, dum ſub Titulo, *A Lugduno capite Germaniarum Argentoratum*, iſta legimus: *Confluentibus*, M. P. VIIII. *Vinco* (f. *hodie Winneberg*) M. P. XXVI. *Noviomago*, M. P. XXXIV. *Triveros*, M. P. XIII. *Diviodurum*, M. P. XXXIIII. In iſto autem, conferendo hos ejus verſiculos, omnia fere ejus veſtigia relegimus, manſioneſque recognoſcimus: dum ita pictum linea ducta notatumque videmus: *Megontiaco*, *Bingium*, XIII. *Dumno*, XVI. *Belginum*, VIII. *Noviomago*, X. *Aug. Treſvirorum*, VIII.

Atque ea ſint oculis commiſſa fidelibus, & quæ
Ipſe ſibi tradat ſpectator:

Sed ita, ut cum Abrah. Ortelii ultima tabula antiquæ Galliæ, quæ hinc ſuppleri poterit, & Belgii conferantur. Atque iſta exteris non illiteratis ignoſcenda, non mihi. Mihi liquet, qui partem illam ditionis Palatinæ diverſis legationibus peragravi, & curribus manniſque trivi. Rectum iter eſt tale: BINGEN, *Stromburg*, *Durrebach*, *Argendal*, *Rysuveyler*, *Alvueyler*, *Kirchperg*, --*Dill*, *Hoheſchütt*, *Stumpe-Turn*, *Hoheſtein*, *Fels*, *Hoinſtein*, *Numagen*, TRIER.

Prætereo { *Dumniſſum.* / *Tabernas.* }

Hohe ſtraſz olim *geplaſtert*, adhuc *erhaben* & multis locis *geplaſtert.*

Wildfang Tr--- *Freherus.*

9. *Nulla humani cultus*] Niſi quæ Romani paulatim perdomuerunt, &

ab

[9] Prætereo arentem ſitientibus undique terris
[10] Dumniſſum, riguaſque [11] perenni fonte [12] Tabernas,
Arva-

ab his immiſſi (de quib. mox dicetur) coloni Sarmatæ. Ab his poſtea erecta fortiſſima & editiſſima caſtella, *Stromburg*, *Wildenburg* (à quo nomen *Wildgraviis*) *Kirburg*, *Coppenſtein*, *Simmern*. Meræ ibi ſilvæ, *Saenwald*, *Iderwald*, *Eberwald*, &c. Poſſis de eo dicere tractu, quod Marcellinus lib. XX de lacu Brigantino: *horrore ſylvarum ſqualentium inaceſſum, niſi qua vetus illa Romana virtus & ſobria iter compoſuit latum, Barbaris & naturâ locorum, & cœli inclementia refragante*. Neque ſolum infra Treverim circa Navam fluvium in Germania ea nemorum opacitas & vaſtitas, ſed & ſupra, & ad *Suram* fluvium. Ita enim loci cujuſdam *Andethanna* nomine (Cœnobium *Echternach* hodie eſſe rentur) meminit Sulpit. Severus Dial. III, cap. XV, de Martino: *Poſtero die ſe inde* (à Treveris) *proripiens, cum revertens in via mœſtus ingemiſceret, haud longe à vico, cui nomen eſt Andethanna, qua vaſtas ſolitudines ſylvarum* (inde Dynaſtæ loci *Sylveſtres Comites, die Wildgraffen*) *ſecreta patiuntur, progreſſis paululum comitibus ille ſubſedit*. Sed quaſi non ſint & ſaltus Vaſconiæ, & *picei Boji*. In Stromburg & Wildenburg turres ſunt rotundæ. Et regio illa, in qua *Apſla* fluvius & *Simmern*, inter Bingium & Confluentes, ditio eſt patris illius S. Ruperti, & Bertoldi Comitis fundatoris *Ravengerespurgi*. Porro tractum illum, quatenus Navæ fluvio adjacet, Germania in pagos ſuos tributa, poſtea circa Karolinum ævum *Pagum Nachgouve* vocavit. Nota etiam, quod pleræque omnes villæ ſive pagi Hunnorum, muris ſuis, aut ſaltem foſſis profundis cinctæ, ab illo (ut credibile eſt) ævo vetere. *Freh.*

9. *Prætereo arentem ſitientibus undique terris*] *Prætereo.* ſcilicet quod itineris ratio non cogebat inire, & tranſire, in altiſſimis montibus poſita. Et hîc notandum, medio itinere inter *Tabernas*, & *Dumniſſum* ingreſſum; hoc ad lævam, illo ad dextram relicto. *ſitientibus terris.* An propter defectum vini, ἀνάμεσπλ@? Non in *valle Simera* & ad Navam: quorum confluentes uno inde lapide ad caſtellum *Martinſtein*: ubi adhuc conſpicitur *Dunum*. Columella: *ſitientibus oris*. Et dici poteſt de *Dauno* illo, quod Horatius:

Et qui pauper aqua Daunus agreſtium
Regnator populorum. *arentem.* Non enim in eo fons, non puteus, niſi ciſterna in rupe exciſa. *Freher.*

10. *Dumniſſum*] vel *Dumniſſam*. Tabula Itineraria, quam ad vicinum ævum Theodoſii majoris ejuſque filiorum, digniſſimus tanto monumento editor refert, habet DUMNO: unde niſi à DUNO, vel forte *Dominando*? Et *Dumnotonum* aliud in Aquitania prope Medulos *Theonis Poſſonam* nominat idem Auſonius in Epiſtolis, quod *Domniſſam* hodieque vocari Vinetus annotat. Mihi liquet, ſuffragante & itineris ratione, & nominis vetuſti veſtigio; ut *Dumno* illud forte non alibi requirendum, quam in perveteri & ſplendido, munitoque illo caſtello, jugo montis impoſito, non longe ab ipſa regia via, quæ Bingio Nivomagum recta deducit, cui *Dhanne* nomen etiamnum manet; ita *Domniſſam*, *Dunneſum*, *Tomeſſe*, hodie *Denſſen* infra *Kirchbergum*, eſſe hanc ipſam Auſonii *Dumniſſum*. quod etiam Origg. Palatin. Parte ſecunda Cap. XI, extra dubium eſſe docui. Vt autem BINGIUM, quod tabula Itineraria conſequenter nobis exhibet, ſtatuo eſſe oppidum & caſtrum *Baldenaw* hodie dictum (hoc enim malo quam *Vel-*

dentz. quis autem ad liquidum iſta in his tenebris expediat?) ita magis hæreo in *Tabernis* illis Auſonio præteritis: quas ut à *Belgino* illo ſtatione ordinaria non longe abeſſe, & eundem uſum præbere poſſe exiſtimo, ita ad liquidum, nec fontis illius laudati indicio conſtituere certo hactenus potui: quod nullus locus in tota illa regione ſit, cui nomen *Zabern* manſerit, ut Tabernis illis Alſaticis, & Rhenanis, & Montanis. nam nec oppido *Sobernheim* alias non ignobili convenit. Marcellinus quidem, ubi de illis primis loquitur lib. XVI: *Converſus hinc ad reparandas Tres-Tabernas, munimentum ita cognominatum, haud ita dudum obſtinatione ſubverſum hoſtili, quo ædificato conſtabat ad intima Galliarum (ut conſueverant) adire Germanos arceri,* non obſcure ſignificare videtur, id nominis nonniſi munitis & inſtructis ad reprimendos Barbarorum inſultus locis indi conſueviſſe. Quod ſi eſt, utut alia non contemnenda loca in ea regione occurrant, Simmeren, Kirchberg, Ravengirspurg, nulli potius nomen convenire videbitur, quam vel oppido Caſtello (quod *Bern-Caſtel* vocatur) vel *Caſtellauno*, quod Caſtellum Hunnorum (fruſtra eſt Tritthemius, qui *VrſoCaſtrum* indigetat in Vita Nicolai Cuſani) interpretantur. Præſertim cum de hiſce ipſis Sauromatum colonis mox ſubjiciat Auſonius:

Arvaque Sauromatum nuper metata colonis.

Inclino tamen fere de Caſtello Tabernarum interpretari. Nam & à Dumnio vel ad illum locum, vel ad proximum Belginum, juſtum iter ad interjungendum & manſionem quærendam; & *Caſtelli* vox munimentum ibi eximium fuiſſe arguit: ut e regione Moguntiæ vicus, ubi munimentum à Trajano poſitum olim fuit, *Caſtell* nomen hodieque retinet: & *Caſtellum* oppidum ad Moſam apud Marcellin. & B. Rhen. ita et *Tabernarum* nomen ablato capite in hoc remanſiſſe videatur: *taBERN-CASTEL*, ceu *foRVM-GALLORUM*, *inTERAMNVM*, *caeSAR-AGOSSA*. Accedit, quod Munſterus annotavit l. III Coſmograph. c. 181, & ego vidi, inveniri in ea regione viam ab antiquo conſtratam & elevatam ultra planiciem terræ, quæ incipiens ab oppido *Baccharach* tranſeat per aſperam illam terram rectiſſimo tramite uſque ad *Berncaſtel*, & inde ad Treverim, & ad regionem Lutzelburgenſem. Strata autem illa à Moguntiaco & Bingen uſque Treverim in alto, *&c.* & in Lotharingiam, vulgo dicitur *vff der Caſeyen*, quemadmodum via Æmylia *Emmelwege*, via Livia *Lievenwege*. Freherus.

11. *Perenni fonte*] Nam & hujus metatoribus in locandis ſtationibus non levis cura. Veget. l. III, c. VIII: *Cavendum quoque, ne per æſtatem aut morboſa in proximo, aut ſalubris aqua ſit longius.* D. Ambroſius Sermone V, in Pſalm. CXVIII: *Eliguntur civitates, in quibus triduum, quatriduum, & plures interponantur dies; ſi aquis abundant, commerciis frequentantur.* Talem fontem perennem *Vxilloduni* deſcribit Iul. Cæſar lib. VIII. Et inſignem fontem Burdegalæ civitatis alibi miris laudibus extollit Auſonius. ὕδατος ἀφθονίαν Themiſtius vocat. Et Dicæarchus in deſcriptione Græciæ urbium non omittit, quæ urbs ſit ἔνυδρος vel κάθυδρος, aut contra: ut de Thebanorum urbe, κάθυδρος πᾶσα: contra vero de urbe Athenienſium, ἡ δὲ πόλις ξηρὰ πᾶσα, οὐκ ἔνυδρος. Et Caſtellum ipſum Tabernarum (vulgo *Bern-caſtel*) his non deſtituitur. Et *Birckenfeldum* etiam acidos habet late circum celebres. Quid quod & rivus Simeram prælabitur, quem *Guldenbach* vocant, Tagum ſcilicet, Pactolumque æmulans? *Freher.*

12. *Tabernas*] Non quas modo memoravimus Tres Tabernas Argentoratenſes ſed alias inter Navam & Moſellam poſitas, mihi non ſatis cognitas. De quibus lege Beatum Rena-

Arvaque [13] Sauromatum nuper metata colonis:

[14] Et

num in libro tertio rerum Germanicarum. *Vinet.*

12. *Tabernas*] In plurali: Sic *Tres-Taberna.* Freherus.

13. *Sauromatum nuper metata colonis*] *Nuper.* ergo illa Hunnorum opera (de quibus infra) olim Romanis incognita, quod & terminationes, *Berg, Burg, Stem,* arguunt. *metata.* Non intellexit hunc verſiculum Alciatus 2. Diſpunct. cap. 22. vide Turneb. XIV, cap. I. Imitatur Paulinus:

Arvaque vicinis circum metata colonis Sauromatum. cum gentibus illis feris, Thraciam aliaſque Romanas provincias infeſtantibus, bella geſſiſſe Gratianum hunc Imp. Sextus Aurel. Victor, Oroſius, & Zoſimus teſtis eſt: devictos captoſque traduxiſſe, & arva eis illa in provincia aſſignaſſe, ipſe Auſonius hoc loco: & in Panegyrico: *Voca Germanicum deditione gentilium, Alemanicum traductione captorum, vincendo & ignoſcendo Sarmaticum.* Hos poſtea Romanis militaſſe contra Germanos aliaſque gentes, nihil dubii habet, & lex ipſa datorum agrorum exigebat. Vopiſcus in Probo: *Omnes jam Barbari vobis arant, vobis jam ſerunt, & contra interiores gentes militant.* Marcellinus lib. XXVIII. *Alemanos metu Burgundionum diſperſos aggreſſus per Rhatias Theodoſius, pluribus caſis, quoſcunque cepit, ad Italiam juſſu Principis miſit, ubi fertilibus agris acceptis jam tributarii circumcolunt Padum.* Et lib. XXXI. *Gothi miſſis oratoribus ad Valentem, ſuſcipi ſe humili prece poſcebant, & quiete victuros ſe pollicentes, & daturos, ſi flagitaſſet, auxilia.* Et hos quidem, *Sarmatas,* in Galliam partim traductos ibique coalitos, illos eſſe exiſtimo, qui inter alios vicinos populos in exercitu Aëtii Patricii contra Attilam in campos Catalaunicos ducti leguntur. De quibus Iornandes De rebus Getic. cap. XXXVI: *A parte vero Romanorum tanta Aëtii patricii providentia fuit, cui tunc innitebatur reſpublica Heſperia plaga, ut undique bellatoribus congregatis, adverſus ferocem & infinitam multitudinem non impar occurreret. His enim adfuere auxiliares Franci, Sarmata, Armoritiani, Litiani, Burgundiones, Saxones, Ripurioli, Ibriones, quondam milites Romani, tunc vero jam in numero auxiliariorum exquiſiti: aliaque nonnulla Celtica, vel Germanica nationes. Sauromatum colonis.* id eſt, colonis e Sarmatia ductis. Qui illi? Hunni, gens ferociſſima, atque *omni pernicie atrociores,* ut Sext. Victor loquitur. Paulinus lib. VI de vita Martini:

Cum ſubito paveſacta metu graviore—
Auxiliatores pateretur Gallia Chunos;
(Nam ſocium vix ferre queas, qui durior hoſte
Exſtet, & adnexum fœdus feritate repellat)
Horum unus ſtimulis furioſi Dæmonis actus,
Irrupit ſacram Domini prædo improbus ædem.

Quos Ptolemæus, & Dionyſius Geographus, & Zoſimus, Οὖννυς, nos hodie *Hunnos,* veteres Latini *Chunos* ſcribebant, quomodo in veteribus codicibus Auſonii noſtri & Sidonii legitur exaratum, *Chunos,* & *Cunos* quoque, atque adeo *Conos.* Nec Poëtæ aliter in verſu uſurpabant. Sed & poſterioribus ſæculis aliæ gentes ita pronunciabant. Helmoldus l. 1. c. 1. *Ruſſia vocatur à Danis* OSTROGARD, *eo quod in Oriente poſita omnibus abundet bonis. Hæc etiam* CHUNIGARD *dicitur, eo quod ibi ſedes Hunorum fuerit. Hujus metropolis civitas eſt Chue.* Hi Sauromatis, vagis ſedibus aſſueti, ut ſe miſcebant, ita ſubinde apud noſtrum auctorem junguntur ut eorum propago. Auſonius in precatione Conſulari:

Qua vaga Sauromates ſibi junxerat agmina Chuni,

 Qua-

[14] Et tandem primis Belgarum conſpicor oris
[15] Nivomagum, [16] divi caſtra inclyta Conſtantini.

[17] Purior

Quaque GETES *ſociis* HISTRVM *adſultabat Alanis.*

Hoc eſt illud Virgilii:

— & conjurato deſcendens Dacus ab Iſtro.

Idem Auſonius Epigramm. I:

Arma inter, Chunoſque truces, furtoque nocentes

Sauromatas. Sidonius Narbone:

Pacem te medio darent feroces

Chunnus, Sauromates, Getes, Gelonus.

Et *Gothunnorum* Claudianus meminit. His igitur in propriis ſedibus devictis, partem illam Germaniæ, quæ Rhenum, Moſellam & Navam interjacet, à Romanis jure colonario adſcriptam & metatam hic docet Auſonius, illam tunc perambulans: quæ hodieque ab illis nomen retinuit, quod jam ſub Francorum imperio habebat, *Pagus Hunesruch*, vulgo *Hundruck*. Quod qui Hunnorum præſidium interpretantur, rectius faciunt, quàm qui joculari nomine *Dorſum-Canis*, propter ingenium loci montoſum & aſperum dictum putant: quo ſenſu *Cynonotos* à ſe nove reperto vocabulo Trithemius indigitare ſolebat. Neque forſan errabit, qui ejus regionis præcipuos regulos, Comites Sylveſtres, & Reingravios, *Wildgrafen* (item *Rawgrafen*) *zu Dawn und Kirpurg*, *Reingrafen zum Stein*, poſſidentes non exigua in ea ora caſtra & villas, *Thaun*, *Kirn*, *Oberkirn*, *Kirburg*, *Reingrafenſtein*, *Wildperg*, à Regionis qualitate nomina ſortitos putabit. Hunnorum quoque inobliterata memoria ſupereſt in arce Hunoltſtein, vulgo *Hunſtein*, à qua familia equeſtris ejus oræ fere nobiliſſima: & in oppido caſtroque *Caſtelhun*, quod Hunnorum Caſtellum interpretantur. Et proximus pagus eſt *Huntheim*. Quinimo & prope oppidum Simeram fonti nomen ſupereſt *Hunenborn*. Aſpera quidem montibus, horrida ſilvis regio, ἀστάφυλος, & plane illis colonis digna, de qualib. Varro De re Ruſt. pag. 63. ſed cui tamen in triquetram prope formam adjacentia flumina omnium rerum copiam & magnas commoditates afferant: inter quæ depreſſis alveis profundum fluentia, illa ceu dorſum quoddam editius ſe extollit & eminet. Quod dudum in Germaniæ fluviis notavit Tacitus. *Freher.*

14. *Et tandem primis Belgarum*] Renus fluvius Galliam à Germania dividit. Cæterum Germani quum aliquando Renum transgreſſi, *Galliæ Belgicæ* (ita appellatur Galliæ pars, quam alluit) partem ſibi proximam occupaſſent, ea Gallia etiam *Germania* fuit cognominata. Quam & in duo, Moſella fluvio, diviſerunt, in *Superiorem*, in qua Ptolemæo, & Ammiano Marcellino, recenſentur Mogontiacus, Vangiones, Nemetes, Argentoratus: *Inferiorem*, in qua Colonia Agrippina, Bonna, Tungri, & aliæ claræ civitates. Ita diminuta fuit *Belgica*, & à Reno ſemota: ejuſque pars reliqua, quæ *Belgicæ* nomen retinuit, bipertito quoque ſecta, in *Primam* & *Secundam Belgicam*. Sic enim ex vetere provinciarum nomenclatore, & eodem Marcellino didicimus: qui in *prima Belgica* ponunt Treveros, Mediomatricos, Leucos, Veredonenſes: in *ſecunda*, Remos, Sueſſiones, Catalaunos, Veromanduos, Atrebates, Camaracenſes, Tornacenſes, Silvanectenſes, Bellovacos, Ambianos, Morinos, Bononienſes. Ex iiſdemque locum hunc Auſonii intelligo, qui à Germania ſuperiore initium *Belgicæ* Moſellam facit. *Vinetus.*

14. *Et tandem primis Belgarum conſpicor oris Nivomagum*] *Primis.* eſt enim Belgicæ primæ. *Noticia. Catalogus Provinciarum. Belgarum oris.* his enim Treveri accenſebantur. Pomponius Mela

lib.

lib. III, cap. II: *Aquitanorum clariſſimi ſunt Auſci, Celtarum Hedui, Belgarum Treveri.* Idem Iulius Cæſar, & Tacitus ſubinde. Marcellinus lib. xv: *Poſt has Belgica prima Mediomatricos prætendit, & Treviros, domicilium Principum clarum.* Vitruvius lib. vi, cap. i: *In Belgica Rhenum* &c. In tabula Itineraria ſupra laudata, grandioribus litteris ſcriptum B E L G I C A per medios uſque Treveros. Vibius ſequeſter de fluminibus: *Moſella Belgica, defluit in Rhenum.* Idem poſtea: *Rhenus Germaniæ, Belgas à Germanis ſegregans. tandem conſpicor.* Tertio pedato, tertia manſione: ut Tacitus dixerat, *Cerealem tertiis caſtris Mogontiaco Rigodulum veniſſe.* Quod in eadem Moſellæ ripa paullo propius à Colonia Treverorum aberat, nominis veſtigio etiam hodie manente, *Reol*, & *Rigelburg*, (ut & *Regiodola*, in diplom. Dagoberti apud Bruſchium) ut eſt accurate ab Ortelio, Geographorum Rege, obſervatum & annotatum, Itinerario Belg. pag. 65, & Theſauro. A quo dictorum nihil repetam: ſed locum tantum Marcellini, qui turbabat, in tranquillum reponam, ope Codicis manuſcripti, in quo clare ita ſcriptum legi: *Apud Confluentes, locum ita cognominatum, ubi amnis Moſella confunditur Rheno, Rigomagum oppidum eſt* (exuſtum in bello Philippi & Ottonis Regum A. 1198.) *& una prope ipſam Coloniam turris.* Id vero oppidum in tabula etiam illa Itineraria apparet, poſterioribus (Godefrid. S. Pantal. in Annal. 1172. & 1206.) corrupte *Regiomagum* dictum, *Romage* Cæſario Heiſterbacenſi lib. v Memorabil. cap. 37. hodie vulgo *Rymagen.* Ejus etiam Marcellinus meminit. Vidi locum, ſitum in colle modico, & fontem in eo plenum, ac rudera; ubi nummi veteres reperiuntur, aurei, argentei, ænei. Ibi etiam *die Landskron*, quod Longolius *Chroſtephanon* vocat. *Freherus.*

15. *Noviomagum*] Compoſitum eſt vocabulum, ut Rotomagus, Breucomagus, Borbetomagus, Iuliomagus, Cæſaromagus, Vindomagus: cujus poſteriorem partem *Magum*, domum, priſcorum Gallorum lingua, ſignificaſſe putat Beatus Renanus tertio rerum Germanicarum: ceterum de priore nihil habeo, quod afferam, niſi quod varie corruptam offendi. *Novomagum* enim, & *Nivomagum*, & *Nuiomagum* hic ſcribunt noſtra exemplaria. Eſt ad *Vahalem*, qui Hollandiam inſulam à meridie præterfluit, ejuſdem nominis urbs *Nimegen.* Quam & tribus illis modis, & præterea *Noviomagum* appellabant, quas aliquando emendare ſum aggreſſus, Pipini, Caroli Magni, & Ludovici Pii hiſtorias. Fuit etiam alia in Aquitania civitas ejuſdem nominis, de qua meminimus in carmen de Burdigala, ſed hanc ſolus celebravit Ptolemæus: in cujus Græcis, quorum unicum exemplar habemus, eſt Νοιόμαγος ſolum, id eſt *Noviomagus*: quum Lexobiorum, Vadicaſſiorum, Nemetum, Tricaſtenorum illic ſint non *Noviomagi*, ſed Νοιόμαγοι, id eſt *Nœomagi.* *Nevomagi* autem *Conſtantinianorum caſtrorum*, neminem habeo inter veteres, qui mentionem fecerit præter Auſonium: quod eſſe ſuſpicor oppidum *Numagen*, ad Moſellam ſitum inter Treveros & Renum, ſed non procul Treveris. *Vinetus.*

15. *Nivomagum*] Plura hoc nomine oppida eo ævo: & falſus longe Hieronymus Surita pag. 418, ad 80. Ea enim eſt Spira Nemetum in tab. Peuting. & Itinerario *Nemidona*, quam cave putes eſſe Auguſtam Nemetum apud Æthic. Ea eſt in Arvernis Galliæ, Ἀυγουστονεμέτων Ptolom. & in tab. Peuting. Nec eſt *Newburg* ad Rhenum, ubi amnis mire errat. Aliud rurſus *Neomagum* inferius eſt, quod Reginoni *Neomagus in Badua*, Anno 806. hodie *Nymagen.* Et plura *Neomaga* in tab. Peutingeriana reperias. At hoc *Noviomagum* eſt illud apud Antoninum in Treveris pag. 82. & in Tab. Peuting. In utroque autem Itinerario, ſcripto & picto, ſcribitur,

bitur, *Noviomago:* quod in verſus gratiam (ſi non potius catalecticus eſt) ita reddiderit Auſonius. *Neomagen* ſuperior ætas ſcripſit, ac vulgo *Nymagen* hodieque dicitur. *Numago* legitur in hiſtoriola Tyrſi Ducis, & Palmatii Conſulis, cum ſociis, apud Treverim per Rictionarium cæſis, tabella in D. Paulini æde ſuſpenſa: *Ex his innumeris tanta multitudo ad littus Moſellæ juxta Capitolium martyrizata eſt, ut ſanguinis rivuli defluentes in Moſellam aqua permixti eam in ſuum converterent colorem, uſque ad caſtrum quod Numago dicitur; ut à naturali claritate remota, peregrino magis quam proprio colore ruberet.* Ad III milliaria diſtat *Auguſta*, in dextra Moſellæ ripa, pagus cum caſtro, ipſo aſpectu vetuſtatem ſuam referens. Caſtellum ipſum, Ducis prætorium, loco edito & opportuno ſitum, hinc Moſellæ alveum, inde jugi dorſa circumquaque circumſpiciens, foſſa cinctum. In eo turris rotunda, ipſiſſimum Romanorum opus, ingentibus quadris extructa, in fundo ſolida, rupi impoſita: quam murus cum pinnis ambit, quadratas turres circum habens, opere firmiſſimo, nec humana vi facile ſolvendo: etſi humanarum rerum vices paſſum appareat, diruptis & hinc inde diſperſis, vel parietibus inſertis, antiquis ſculpturis, inſcriptionibus, ſtatuis, ſarcophagis: quarum pars etiam ibi viſitur, pars alio (Lutzelburgum in hortos Com. Mansfeld.) tranſlata dicitur. Duo inſigniora hic repræſentare viſum. Inſcriptionem primum: D. M. VARVSIO. ATTONI. FILIO. DEFVNCTO. ACCEPTIVS. VARVSIVS. ET. TOTIA. LALLA. PATRES. ET. SIBI. VIVI. FECERVNT. Sculpturam deinde è marmore inſignem, in qua miles peltatus intra caſtra, juxta turrim illam rotundam, excubias (ut videtur) agens. Extra caſtrum, & circa, caſæ humiliores antiqui & ipſæ ædificii, veteres militum ſtationes & tuguria, præſidium Ducis vallantes: hodie popularium domus. Inde via ſtrata ſilice & glarea, *Kirchbergam* ducens; *Via Caligula* à quibuſdam vocatur. *Freherus.*



16. *Divi caſtra inclyta Conſtantini*] *Caſtra. Conſtantini* etiam domus fuit, & Helenæ, è qua & Maximini abbatia facta. Bruſch. Hunc Iulianus *ſanguinarium* vocat, & Hieronymus. Diſplicet ejus crudelitas in victos, & Reges

Reges Francorum, Goropio. Eo nomine non minus crudelis quàm parricidio Criſpi & Fauſtæ, Sex. Aur. Victor. Atque ea ſævitia Romanorum Imperio exitiabilis fuit. *inclyta.* Iam ab antiquo. Legitur enim in Itinerario Antonini: *& ſtatua veteres ibi reperta, monumenta Paganica, eaque à Conſtantino exculta.* Hinc illa ejus: MARTI. PROPVGNATORI. CONSERVATORI. P. TR. *Divi caſtra inclyta Conſtantini.* Itaque nulla apud antiquiores hujus mentio. Atque ita Itinerarium Antonini, & tabula Peutingeriana, quæ *Noviomagum* illo loco ponunt, *Conſtantino* poſteriores. Si tamen *Conſtantinus* id primus à fundamentis fundavit: & non auxit potius, quod apud priores exſtiterat. quod videtur argumento ſtatuarum & monumentorum, quæ ibi exſtitere. Sane Rictionarii geſta ſub Maximiano Imp. *Numago* meminerunt. *Conſtantinus* igitur, quando Gallias regens, cum Francis & Alemannis belligerabat, prolaturus (ut Panegyriſtes aſſentabundus ait) imperium a Thuſco *Albula* ad Germanicum *Albim*, caſtra & ſtativa ſua hoc loco habuit. Quo tempore alia etiam opera memorabilia illis partibus ſtruxit. Nam & non longe inde pontem inſignem Rheno apud Coloniam Agrippinenſem impoſuit, & caſtello munivit, quod *Divitenſe munimentum* dictum. Pontis idem Panegyriſtes meminit Oratione apud ipſam Treverim habita: *Pulchrum tibi videtur, & revera pulcherrimum eſt, ut Rhenus ille non ſolum ſuperioribus locis, ubi aut latitudine vadoſus, aut vicinia fontis exiguus, ſed & ubi novo ponte calcatur, ubi totus eſt, ubi jam plurimos hauſit amnes, quos hic noſter ingens fluvius* (Moſellam dicit) *& barbarus Nicer, & Mœnus invexit, ibi jam immani meatu ferox, & alvei unius impatiens, in ſua cornua geſtit excedere.* Quem pontem aliquot poſt ſæculis Bruno Archiepiſcopus, Ottonis Imp. frater, reſciſſum una cum munimento Divitenſi, in Baſilicam D. Pantaleonis abſumſit. Et munimenti Divitenſis memoria vetus viſa Ruperto Abbati ejus loci. *Rhenan. pag.* 35. Atque oppidum etiam *Engers*, in Germanica Rheni ripa, Antunnaco ferè oppoſitum, hunc conditorem jactat, *Conſtantin-Engers* ſcribi gaudens: à quo oppido, ceu capite, pagus *Angerisgouwe*, hodie *Engersgou*, nomen ſumpſit, in quo præter alia arx *Wieda*, & Comitatus Widanus ſitus. Mirari poſſis, quod non *caſtris* à ſe nomen *Conſtantinus* fecerit; cum *Caſtra-Conſtantia* alibi legamus. Marcellinus lib. XV. deſcribens Galliam: *Matrona & Sequana*, inquit, *amnes magnitudinis geminæ: qui fluentes per Lugdunenſem, poſt circumclauſum ambitu inſulari Pariſiorum caſtellum, conſociatim meantes, profluunt, prope Caſtra Conſtantia funduntur in mare.* Neque deinceps obſcurum manſiſſe locum credibile eſt, duobus templis inſignem: quorum alterius in valvis ſaxo inciſa hæc inſcriptio viſitur, quam paucis legibilem a nobis fide deſcriptam hic apponemus:

ANNO AB INCARNATIONE DOMINI MCXC, INDICTIONE VIII, CONCVRRENTE VII EPACTA, XIII KAL. NOVEMBRIS, DEDICATVM EST HOC TEMPLVM ET ALTARE A VENERABILI TREVER. ARCHIEPISCOPO IOHANNE, PRIMO ANNO PONTIFICATVS EIVS, REGENTE ECCLESIAM DEI PAPA CLEMENTE, IMPERANTE VERO FRIDERICO, ET FILIO EJVS HENRICO REGNANTE, IN HONOREM SANCTE INDIVIDVE TRINITATIS, ET SANCTE CRVCIS, ET SANCTE VIRGINIS MARIE, ET EORVM QVORVM RELIQVIE HIC CONTINENTVR; IOHANNIS BAPST. S. PETRI APOSTOLI; APOSTOLORVM PHILIPPI, IACOBI; ET SANCTOR. MARTYRVM, STEPHANI PROTHOMARTYRIS, LAVRENTII,

[17] Purior hic campis aër : Phœbuſque ſereno
Lumine purpureum reſerat jam ſudus Olympum.
Nec jam [18] conſertis per mutua vincula ramis
Quæritur [19] excluſum viridi caligine cœlum :
Sed liquidum jubar, & rutilam viſentibus æthram
Libera perſpicui non invidet aura diei.
[20] In ſpeciem quum me patriæ, [21] cultumque nitentis
[22] Burdigalæ, blando pepulerunt omnia viſu,

Cul-

VINCENCII, PANCRACII, FABIANI, SEBASTIANI, TIBVRCII, VALERII, YPOLITI, VRBANI, PREIECTI, EVSTACHII, VICTORIS, CRISANTI, MAVRICII, ET SOCIORVM EIVS, FELICIS, ET IVSTI; ET SANCTORVM MARTINI, NICHOLAI, AGRICII, FELICIS, VEDASTI, POLICARPI, QVIRIACI, MODOWALDI, CELSI, CIRILLI ARCHIEPISCOPI; ET SANCTARVM VIRGINVM, GERTRVDIS, SEVORE, SCHOLASTICE, SVSANNE, ET XI. MILLIVM VIRGINVM. Poſtea Comitatus aut Baroniæ titulo inſignem fuiſſe invenio : Legoque (apud Kyriand. fol. 124.) in diplomatis ſub Anno Dom. MCLII Mansfridum & Eberhardum de Numagen, & MCXCIII Wiricum de Numagen, & filios ejus Thomam & Alexandrum : demum Anno MDIV Salentinum Dominum in Iſſenberg & Numagen. Hodie vero in ditione eſt illuſtris Domini Georgii Comitis de Seyna, & Witgenſten, feudi titulo ab Archiepiſcopo Treverenſi recognita. *Freherus.*

17. *Purior hic aër*] Dicas eum ſubito in Elyſios campos evaſiſſe, de quibus ita Virgil. VI Æneid. verbis, quæ noſter imitatus videtur :

Purior hic campis aër, & lumine veſtit
Purpureo, Solemque ſuum ſua ſidera norunt.

Mira & iniqua perſuaſio Italorum & Gallorum, & faſtidium aëris Germanici. Tacitus in Germania : *Quis Aſia, aut Africa, aut Italia relicta Germaniam peteret, informem terris, aſperam cœlo, triſtem cultu aſpectuque, niſi ſi patria ſit?* Idem II Annal. *Quanto violentior cætero mari Oceanus, & truculentia cœli præſtat Germania.* Regionem enim illam, etiam qua juris Romani, Germaniam primam vocabant. Ita & infra Auſonius :

Vel qua Germanis ſub portubus oſtia ſolvis. Freher.

18. *Connexis*] Imitatur Lucanum. Alii legunt, *conſertis.* Freh.

19. *Excluſum*] Hoc Coripp. imitatur. *Id.*

20. *In ſpeciem*] in agro Burdigalenſi patria mea eſſe tum mihi viſus ſum. Ita omnia erant ſimilia, villæ, vineta, fluvius, &c. *Vinetus.*

21. *Cultumque nitentis*] Suſpicor Auſonius ſcripſiſſe, *vultumque nitentis*: traductione a facie hominis, quam in alio recognoſcere ex intervallo videmur. *Vultum* de regione dici fruſtra fefellit librarios. Sic *maris vultus* apud Virgilium :

Mene ſalis placidi vultumque, fluctuſque quietos
Ignorare putas? Barthius.

22. *Burdigalæ*] Idem in Clar. Vrbb.

--- Clementia cœli
Mitis ubi, & rigua larga indulgentia terræ.

Vide etiam Iuretum. *Freherus.*

23. *Edi-*

Culmina villarum, pendentibus [23] edita ripis,
Et virides Baccho colles, & amœna fluenta
Subterlabentis [24] tacito rumore Moſellæ.
Salve amnis laudate agris, laudate colonis,
[25] Dignata imperio debent cui mœnia Belgæ:

Amnis

23. Edita ripis] *Saxis* pro *ripis* in vetuſto libro ſcriptum inveniſſe adnotavit Theodorus Pulmannus. *Vinet.*

24. *Tacito rumore Moſellæ*, &c.] Carpitur hæc *Rumoris* uſurpatio, velut impropria. Cum vero *rumor* proprie ſit ſtrepitus, quo res occulta prius in aures velut tacite venit, neſcio an non nimis proprie uſus ſit hac voce doctiſſimus poëta. Suſpicatus ſum aliquando à *rumine* deſcendere, quod ruminantes eà parte pecudes obſcurum ciant ſonitum. Quod ſi verum eſt, remoto abuſu propriè uſurparit Auſonius. Quicquid ſit non ſinè veterum imitatione ſcripſit; quorum cum ſcripta ad nos non venerint, cur quod non capimus, carpamus? ingenioſè verò hìc verſus aquæ ſonum obſcurum refert. Quali artificio rivum inſerpentem arenæ Claudianus noſter:

Et raucum bibulis inſerpere murmur arenis.

Et naturalis artifex Ovidius:

--- invitat ſomnos crepitantibus unda capillis.

Vltimo ævo ſonum avis volantis expreſſit eo modo Henricus Altiſſiodorenſis lib. VI. de rebus B. Germani:

Et ſævas pandunt blandis applauſibus alas. Barthius.

25. *Dignata imperio*] Hoc de Nivomago, & ejus muris ab Imperatore Conſtantino conditis acciperem potius quam de Treverorum Auguſta. *Vinetus.*

25. *Dignata imperio mœnia*] *Imperio.* Propter reſidentiam, ut C. Cæſari *Antium*, apud Sueton. *Dignata imperio mœnia.* Conſtantinus, Conſtantius, Iulianus, Valentinianus, Gratianus, Valens, Impp. multum Treveris habitabant, palatium habebant, inde bella in Germanos movebant, reſcripta (quorum bona pars in Cod. Theod. adhuc ſupereſt) Senatui, Præſidibus, provincialibus dabant, non ſecus ac ex ipſa Roma. Inde *Domicilium Principum clarum* Marcellin. vocat lib. XV. Inde Gelaſius Papa Acatio reſpondet apud Nicol. Cuſanum I Concord. Cathol. cap. XVI. Inde AVGVSTA Treverorum dicta. Et *Sedem Regni* noſter Auſonius nominat in Claris Vrbibus:

Armipotens dudum celebrari Gallia geſtit,
Trevericaque urbis SOLIVM.

Addit: *Quæ proxima Rheno,*
Pacis ut in mediæ gremio ſecura quieſcit.

Ita ut Claudianus I. de Stilicone:

Tuta quod imbellem miratur Gallia Rhenum.

Iterumque Auſonius infra ♅ſ. 380.

Imperii Sedem, Romaq; tuere parentes.

Ita in Gratiarum actione pro Conſulatu: *Celebrant quidem ſolemnes iſtos dies omnes ubique urbes, quæ ſub legibus agunt; & Roma, de more; & Conſtantinopolis, de imitatione; Antiochia, pro luxu; & Carthago diſcincta; & domus fulminis Alexandria: ſed Treviri, Principis beneficio.* Dixerat olim Iul. Cæſar: *Treverorum civitas, propter Germaniæ vicinitatem, quotidianis exercita bellis, cultu & feritate non multum à Germanis differebat, neque unquam imperata, niſi exercitu coacta, faciebat.* Et lib. VIII. *Ab hoc Concilio Remi, Treviri, Lingones abſuerunt: illi, quod amicitiam Romanam ſequebantur: Treviri, quod aberant longius, & à Germanis premebantur: quæ fuit cauſa, quare toto ab-*

Amnis odorifero juga vitea conſite Baccho,
Conſite gramineas amnis viridiſſime ripas:
Naviger, ut pelagus; [26] devexas [27] pronus in undas,
Vt fluvius; [28] vitreoque lacus imitate profundo;

[29] Et

eſſent bello, & neutris auxilia mitterent. At ubi ſedem iſtuc ſuam Principes Romani, imo & ſedem belli in oppoſitam Germaniam, tranſtulerunt, ipſa licet Rheno & Germaniæ proxima & vicina, tamen ſecura & undique munita, velut in alta pace quieſcebat. Addit:

Imperii vires quod alit, quod veſtit, & armat.

Alit, annonæ & vini copia, in horreis condita, & per commercia. *Veſtit*, lanificio & pannificio: cujus adhuc in ea urbe ſumma opportunitas, textorum (à quibus ipſe rivus *die Weberbach* nomen habet) & fullonum collegio frequentiſſimo. *Armat*, quod ibi fabrica ſcutaria & balliſtaria eſſet; magis vero, quod monetaria. Meminit enim Noticia Imperii, *Theſaurorum Triberorum*, & *Procuratoris Monetæ Trevirorum.* Et Trebellius Pollio in Victoria: *Cuſi ſunt ejus nummi ærei, aurei, & argentei; quorum hodieque forma exſtat apud Treveros.* Et notulæ ipſorum nummorum ejus ævi fidem abunde faciunt: T. TR. P TR. PTRE. TR. TRS. STR. STRE. TRPS. quæ *Pecuniam Treveris ſignatam* volunt. Denique quod excelleret omnibus, quæ ad claram urbem, adeoque Principum ſedem, requirerentur: ut Sidonii Apollinaris verbis utar, Narbone:

Muris, civibus, ambitu, tabernis,
Portis, porticibus, foro, theatro,
Thermis, arcubus, horreis, macellis,
Pratis, fontibus, inſulis, ſalinis,
Stagnis, flumine, merce, ponte, Ponto,

Item *Circo arena*, apud Aimonium, & quæ ante hæc omnia, *Schola*: de qua L. XI. C. Th. de medicis & profeſſor. fol. 418. data ad ipſum Auſonium. Tulit & Rhetores, qualis ille Panegyriſtes, Vrſulus Grammaticus. Plura Iuretus. Zoſimus lib. 3. Τρέβιρον πόλις μεγίστη τῶν ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις ἐθνῶν. Fuit & poſtea ſedes non ingrata Regum Francorum: & nominatim Theodorici, Theodeberti, Clotharii, Sigeberti, ut apud Gregor. Turon. in Nicetio Epiſcopo Treverenſi legimus, & Fortunato. Et *palatium* regale nobile, à quo PALATINOS quidam deducunt. *Freherus.*

25. *Dignata imperio*] Auguſta Trevirorum caput tum ejus oræ Belgicæ, ut nunc quoque, quamvis Belgicæ non adſcribatur jam. Moſellæ ergo debent ſuum caput Belgæ. Sic in claris urbibus *Solium Trevericum* velut *regia urbis* dixit:

Armipotens dudum celebrari Gallia geſtit
Trevericæque urbis ſolium, &c.

Idem clarius exponit ſe eam urbem hic intellectam velle, cum *imperii vires alere* Auguſtam Trevirorum eodem epigrammate ait. Vt Imperium etiam Romanum deſignari poſſit. Cave cum Vineto aliam ſine cauſsâ urbem imagineris. Gallorum excellentiſſimam & opulentiſſimam urbem vocat Salvianus lib. VI, c. XXIX. Plura adderem, niſi ex Tacito, Mela, Ammiano, Salviano, Auſonio notaſſet jam doctiſſimus Brouwerus ad Venantii librum X. *Barthius.*

26. *Devexas*] Declives & deorſum fluentes. *Vinetus.*

27. *Prono amne*] Secundo lapſu fluvii. Luc. *Freherus.*

28. *Vitreo lacus profundo*] Id eſt ita clarus, ut calculi appareant. Ita de Arethuſa fonte Lucianus: Διαυγής δ' ἐστι, καὶ διὰ καθαροῦ ἀναβλύζει, καὶ τὸ ὕδωρ ἐπιπρέπει ταῖς ψηφῖσιν,

ὅλον

[29] Et rivos trepido potis æquiperare meatu,
Et liquido [30] gelidos fontes [31] præcellere potu,
[32] Omnia ſolus habes, quæ fons, quæ rivus, & amnis,
Et lacus, & [33] bivio refluus manamine pontus.

Tu

ὕαλον ὑπὲρ αὐτῶν φαινόμενον ἀργυροειδὲς. Freher.

28. *Vitreoque lacus*] Apulejus lib. I. Mileſ. *Haud ita longe radices platani lenis fluvius in ſpeciem placidæ paludis ignavus ibat, argento vel vitro æmulus in colorem.* Horat. lib. III, od. XIII:

O fons Blanduſiæ ſplendidior vitro.

Mox Auſonius:

Spectaris vitreo per levia terga profundo.

Virgil. IV Georg.

Vitreiſque ſedilibus omnes Obſtupuere.

Statius:

Expavit vitreo ſub gurgite remos.

29. *Et rivos trepido potes*] Verbum *potes* hic importunum eſt. *Naviger, pronus, imitate*, ſimile adjectivum requirunt; quod fuit olim *potis*: *rivos trepido potis æquiperare.* Gronovius.

30. *Gelidos*] *Non rigidos* Columella. Idem Auſon. *egelidam* vocat, Epiſt. II.

Iam ſuper egelidæ ſtagnantia terga Moſellæ

Protulerat te, nate, rates. Inde Symmachus *frigidiorem Scythico Tanai.* Lucan. *Rheni gelidis quod fugit ab undis.* Freherus.

31. *Præcellere potu*] Vetus humani generis mos potare flumina. Hinc Heſiodus Oceani Thetidiſque natas, fontes varios enumerat, qui mortales nutriant. *Potor Moſellæ*, Sidonio. *Commune Poculum.* L. C. Lex Aquaria apud Frontinum: *Ne quis aquam eletato: ſi quis eletarit*, HS. *decem millium multa eſto.* Sidon. in Paneg. *& flavis in pocula fracte Sicambris Rhene tumens.* Ovid. II. de Ponto:

Eſt in aqua dulci non invidioſa voluptas.

Virgilius Eclog.

Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim.

Sulpitia: *& puræ procumbere lymphæ.*
Petronius:

Flumine vicino ſtultus ſubit & riget —

Peſcennius Niger: *Nilum habetis, & vinum quæritis.* Spart. Oct. Auguſtus Sueton. pag. 575. *Id.*

32. *Omnia ſolus habes*] Laudes fluviorum, quas Heſiodus ſingulis attribuit, in unum Moſellam hic omnes congerit, καλλιρέεθρον, ἀργυροδίνην, θεῖον, ἐϋῤῥείτην, μέγαν faciens. Ovid.

— & rivos flumina magna facis.

Ita & Panegyriſtes ſupra: *Quos hic noſter ingens fluvius*, &c. Symmachus Epiſt. 14. lib. I. reprimit: *Novi ego iſtum fluvium, parem multis, imparem maximis. Hunc tu mihi improviſo, Ægyptio Nilo majorem, (adde & dulciorem*, Spartian. Caſaub. pag. 277.) *frigidiorem Scythico Tanai, clarioremque hoc noſtro populari Tiberi reddidiſti. Nequaquam tibi crederem de Moſella ortu ac meatu magna narranti, ni certò ſcirem, quod nec in poemate mentiaris.* Et ſane ut dotes ille ſuas habet, quibus multos vincit, ita inter ipſos qui in Rheno nomen communi lege deponunt, *Moſam* habet adeo non minorem, ut hic potius deminutivum (quod Grammatici vocant) nomen ab illo accepiſſe videatur. *Freherus.*

33. *Bivio munimine*] Quod hic dicatur maris munimentum, non ſatis video. Sed *bivium* dici puto propter geminum maris motum, quando accedit & recedit. *Vinetus.*

33. *Et bivio refluus munimine*] Lego: *& bivio refl. manamine pontus.* Id eſt, mare: quod non una ſolum via commeat ſine reditu, ut flumina, ſed quod acceſſum habet & receſſum. Delectatur ea forma vocabulorum, ut hoc ipſo carmine: *Gaudet ſimulamine*

mine

Tu placidis [34] prolapſus aquis, nec murmura venti
Vlla, nec [35] occulti pateris luctamina ſaxi.
[36] Non ſuperante vado rapidos reparare meatus
Coge-

mine nautica pubes. Et: *celſas fluvii decrcamina villas.* &: *tenui libamine muſa.* Gronovius.

34. *Prælapſus*] Sic vetuſtiſſima noſtrorum exemplarium. alia *prolapſus.* Vinetus.

34. *Placidis prælapſus*] Rectius quam *Prolapſus.* Ita idem Auſonius in Treveri:

Tranquillus placido prælabitur amne Moſella: nullis cataractis formidabilis, & impervius, ut Rhenus: nullis vorticoſis barathris, ut Eridanus, quem Heſiodus βαθυδίνην vocat; ut Danubius: Eandem laudem dat *Mincio* Silius Italicus. *Freherus.*

35. *Occulti ſaxi*] Vt Rhenus paſſim: præſertim prope Bingium; item ad Cubas; ad S. Goarem, de quo vide in ejus miraculis cap. 21; ad Angariam. Cum autem Auſonius hic neget, Moſellam *ſaxis occultis* periculum habere, quid dicemus ad hiſtoriolam illam Gregorii Turonenſis? lib. IV de Mirac. S. Martini cap. XXIX. quæ ita habet: *Quidam dum Metis ſalem negotiaſſet, & ad pontem Metis appliquiſſet, dixit: Domine Martine, Me & puerulos meos, & naviculam tibi commendo. Inter hæc recubantes in navi condormivimus. Mane excitans me cum puerulis quos mecum habebam, invenimus nos ante portam Trevericam, neſcientes quomodo veniſſemus, qui nos adhuc Metis credebamus conſiſtere: nec fluvium ſenſiſſemus, & Moſellæ tunc ſævientis undas naufragas evitaſſemus: & (quod ſatis eſt mirabile) quomodo inter ſaxa nocturno tempore præteriſſemus incolumes, non nauta vigilante, non vento flante, non remo ducente.* Sed nimirum forte Auſonius de alveo Moſellæ infra Treverim, in qua hæc ſcripſit, locutus. His ſaxis comparat ſimulationem ex invidia natam Zeno pag. 407. *Freherus.*

36. *Non ſuperante vado*] *Superans vadum* hoc loco eſt, emergens, exſurgens, aſcendens in ſummam aquam. Quæ autem ſic brevi ſunt vado flumina, ea magis ſunt rapida & innavigabilia. *Vinetus.*

36. *Non ſuperante vado*, &c.] Vitio hæc non carere docent ſcripti libri, in quibus:

Non ſperante vado rapidos reparare meatus
Cogeris ——

Reparare viam ſit, eamdem, quam ante habuit, redire cogi molibus aut machinis. *Vadum* vero poëtis quodvis flumen, licet minimè *vadum.* Sic *vadum* in puteo apud Phædrum fab. LXVI. Vt ad Claudian. notavimus. Illud vero certum, *interſeptus* ex iiſdem libris reducendum; major enim res eſt intercipi fluvium, quam quæ hic innuitur; ubi tantum de obſtaculis objectis ſermo eſt; ut mox inſulam dividere flumen autumat. *Barthius.*

36. *Non ſuperante vado*] MS. *ſperante* & *præparare* habuit, ut notavit Barthius in Adverſariis. *vadum* eſt locus brevibus *vadis.* Scripſit vero Auſonius:

Non ſperante vado rapidos ſuperare meatus
Cogeris.

Hoc eſt, non in actum agit te *vadum* ſperans emicare, emergereque, & inhibere liberos rapidoſque meatus fluminis, quia prope abeſt ab ejus ſuperficie. *Gronovius.* Ego vero, quum ſenſus ejus ſit perfacilis & expeditus, vulgatam non ſollicitaverim. Hoc enim innuit Poëta: Non neceſſe habes rapidos meatus, & deproperantes fluenti tui curſus partiri, atque hoc quaſi pacto reparare, alveo priore accumulatis arenis ita vadoſo, ut non poſſit vim omnem aquarum tuarum, atque copiam recipere

Cogeris, [37] exſtantes medio non æquore terras
[38] Interceptus habes: [39] juſti ne demat honorem
Nominis, [40] excluſum ſi dividat inſula flumen.
[41] Tu duplices ſortite vias; & quum amne ſecundo
Defluis, ut celeres feriant vada concita remi:
Et quum per ripas nuſquam ceſſante [42] remulco
[43] Intendunt collo malorum vincula nautæ.
Ipſe tuos quotiens miraris in amne [44] recurſus,
[45] Le-

cipere, ſed illarum partem in alium ac novum alveum cogatur transfundere, qui duo alvei ambitu ſuo inſulam efficiant. Quatuor enim hi verſus nihil aliud volunt, quam nullam eſſe in Moſella inſulam. *τὸ ſperante* venit à librariis non advertentibus literam *v*, quæ per compendium *ſolet ſuperſcribi*.

37. *Extantes æquore terras*] Ut Rhenus. Marcellinus lib. XVI. *Alii occupatis inſulis, ſparſis crebro per flumen Rhenum, ululantes lugubre, conviciis Romanos inceſſebant*. Sunt tamen in hoc quoque inſulæ paſſim quædam, ſed minores, nec eo nomine dignæ. *Freherus.*

38. *Interceptus*] Diviſus. *Vinetus.*

38. *Interceptus habes*] *Interſeptus* Pulmann. ad oram ſuæ edit. Quod non diſplicet. & ita quoque Frontinus emendandus eſt l. I, c. V, ex. XI: *Tota caſtra confodit; & interſepto hoſtium aditu,* &c. ita MS. pro, *intercepto*.

39. *Juſti nè demat*] Non ſatis, ô Moſella, dignus eſſes nomine & honore fluvii, ſiqua tuum amnem inſula divideret, minueretque. *Vinetus.*

40. *Excluſum*] Rejectum, prohibitum, ne juſta ſua defluat amplitudine. *Vinet.*

41. *Tu duplices ſortite vias*] Cujus navigandi ratio eſt duplex, ſecundo, & adverſo fluvio, id eſt cum aqua, & contra aquam, ut exponit Servius in verſum quadringenteſimum & nonageſimum quinctum ſeptimi Æneidos. *Id.*

42. *Remulco*] Quod Latini *remulco trahere* dixerunt, id uno verbo, ſed eo compoſito, *ῥυμουλκεῖν*, Græci ante dixerant: ut docuit Polybii Megalopolitani auctoritate Baifius in libro de re navali. Sed mirum vocalem ȣ *v*, quomodo Latini in *e*, mutarunt. Eſt autem *ῥυμουλκεῖν*, id eſt *remulco trahere* ſive *remulcare*, ſiquidem apud Feſtum & Nonium legi debet hoc verbum, navem fune trahere: ut quando in mari, aliquove fluvio, navis ſit, quæ nec vela habeat, nec remos, quibus agatur: & ad eam unus pluresve funes ex aliqua alia nave alligentur. In fluminibus namque quando velo remove non eſt locus, ſi forte per ripas iri poſſit, in eas deſcendunt nautæ: & fune ad ſummum malum alligato, navigium ii ipſi trahunt: aut jumenta adhibent, quæ pro illis hoc faciant: ut mulam ſcribit Horatius ſermone quincto libri prioris. *Vinetus.*

42. *Non ceſſante remulco*] Id eſt *deyen, ſchalten*. Idem Epiſt. 2,

— *Celeriſque remulci*
Culpabam properos adverſo flumine curſus. Freherus.

43. *Intendunt collo*] *Helciarii* dicti, adverſo alveo etiam remis adhibiti. Durus labor & cantu ſolandus. Ovid. pag. 268. *Freherus.*

44. *Recurſus*] *Recurſum* Moſellæ intelligit, non qui ipſe in ſuum fontem redeat, ſed qui navigia adverſo flumine, *remulco* tracta, ſurſum verſus vehat, & non lentius vehat, quam ſi ſe-

[45] Legitimoſque putas [46] prope ſegnius ire meatus?
Tu neque limigenis [47] ripam prætexeris ulvis,
Nec piger immundo perfundis littora cœno,
Sicca ſed in prima aſpergis veſtigia lympha.
[48] I nunc, [49] & Phrygiis ſola levia conſere cruſtis,
Tendens

ſi ſecundo flumine ferrentur. *Vinetus.*

44. *Miraris in amne recurſus*] Cum aliis locis, tum præcipue apud *Burgum Mariæ* (*Marieburg*) quod ubi tranſieris, duaſque & amplius horas impigre remigio lembum ſubegeris, mox quaſi ignotum denuo prætervehêris. Idque tabulæ Geographorum non omittunt. Ita Mæander, apud Ovid. M. 228. *Freherus.*

45. *Legitimos*] Naturales, deorſum verſus. *Viner.*

46. *Prope ſegnius*]. Aliter ſegnis Verg. pag. 208. Diceres te ſecundo flumine deſcendentem tam tarde progredi, ut adverſa nitens remulco pene citius conficeres. *Freherus.*

47. *Ripam prætexeris*] Ripam habes prætextam, obſitam, munitamque herbis paluſtribus & plane vilibus. Dixerat autem Virgilius ſeptima Ecloga:

Hic viridis tenera prætexit arundine ripas

, Mincius. Et idem *prætexendi* verbum, eadem ſignificatione in Gratiarum actione. *Vinetus.*

47. *Ripam prætexeris ulvis*] Et arundinibus, ut Rhenus. Ovid. III. de Ponto:

Squallidus immittat fracta ſub arundine crines
Rhenus, & infectas ſanguine portet aquas.

Et IV Triſt. pag. 273. Claudianus Panegyr. III, in Stiliconem:

--- & ſi quis defenſus arundine Rheni
Vaſtus aper nimio dentes curvaverat ævo.

Sed in fundo fluminis ad ripas algas habet, gratiſſimum armentis pabulum, quæ iſtuc paſcendi ſimul & refrigerandi gratia deſcendere cum voluptate cernere eſt. Eandem algam extractam accolæ ſiccant, & pecudibus præbent. Similis deſcriptio Claudiani p. 140. & Caſſiodori pag. 282. *Freher.*

47. *Limigeris ulvis*] Rectius, quod in duobus codicibus fuiſſe Pulmannus notavit, *limigenis.* Vgolettus edidit *Lagais.* an *lagaas ulvas* pro papyro, papyrum pro juncis poſuit Auſonius? Papyrus quidem in paluſtribus Ægypti naſcitur, aut quieſcentibus Nili aquis; verum *ulva* paluſtris herba eſt, papyrus autem frutex.

48. *I nunc*] Hoc frequens eſt apud poëtas, & abſque adverbio. Virgilius ſeptimo Æneidos:

I nunc, ingratis offer te irriſe periclis.
Tyrrhenas, i, ſterne acies. ---
I, ſequere Italiam ventis. ----

Ironiam habet concedentis aliquid, quod prohibitum velit & denegatum. *Vinetus.*

48. *I nunc & Phrygiis*] Vide ſi operæ pretium videbitur, Heinſium ad Amores Ovidii p. 270. ubi & ſimilem è Catalectis Vett. Poët. locum egregie reſtituit, quomodo & nos olim Celeberrimo Grævio illum ipſum emendandum videri ſcripſeramus. Sed quoniam & aliud adhuc mendum inſidet, perpurgatum adſcribemus. Invenies autem in Scal. editione pag. 193.

I nunc, & vitæ fugientis tempora vende
Divitibus cœnis. me qui manet exitus, idem
Hic precor inveniat, conſumtaque tempora poſcat.

49. *Et Phrygiis*] Phrygii marmoris. In *Phrygia* eſt urbs Synada, unde.

Tendens marmoreum [50] laqueata per atria campum.
[51] Aſt ego deſpectis, quæ cenſus opeſque dederunt,
Naturæ mirabor opus, [52] non, cura nepotum;
Lætaque jacturis ubi luxuriatur egeſtas.
Hic ſolidæ ſternunt humentia littora harenæ,
Nec retinent memores veſtigia preſſa figuras.
Spectaris vitreo per levia terga profundo,
[53] Secreti nihil amnis habens. utque almus aperto
Panditur intuitu liquidis obtutibus aër,
Nec placidi prohibent oculos per inania venti:
Sic demerſa procul durante per intima viſu
Cernimus, arcanique patet penetrale fluenti:
Quum vada lene meant, liquidarum & lapſus aquarum
Prodit

de *Synadicon* marmor apud Plinium. *Vinetus.*

49. *Phrygiis cruſtis*] P[illegible]onius:
Hinc Numida cruſtas, illinc nova vellera Seres.

Velſerus in pavimento Auguſtano. Apul. pag. 72. Caſſiodor. p. 15. De *cruſtis* Iuret. in Symmachum, p. 12. in pr. pag. 192. *Freherus.*

50. *Laqueata per atria*] *Atrium*, genus ædificii dicebatur, ingredienti domum primum occurrens, ut quo loco ſunt, quas *Cortes* appellamus in noſtris ædibus, continens mediam aream, inquit Feſtus, in quam collecta ex omni tecto pluvia deſcendat. *Atria* erant tecta, & in iis ſummis quæ *lacus*, *lacunar*, *lacunarium*, *laquear* ſive *laqueare*, & *laquearium* dicebantur. Apulejus in principio libri quincti: *Iam ſcies ab introitu primo, dei cujuſpiam luculentum & amœnum videre te diverſorium. Nam ſumma laquearia citro, & ebore curioſe cavata, ſubeunt aurea columna. Parietes omnes argenteo cælamine conteguntur, beſtiis & id genus pecudibus occurrentibus ob os introeuntium.* & reliqua. Ita erant *Atria*, & in iis laquearia: quæ quum in principum ædibus, citro, ebore, auro, aliave pretioſa materia erant curioſe cavata, ut ait Apulejus, & exornata, LAQVEATA *atria* dicebantur. Sed alia etiam laqueata ædificia. Cicero de Prætura urbana: *Conſiderat templum. Videt undique tectum pulcherrime laqueatum.* Vinetus.

50. *Laqueata per atria*] Vide apud Lipſium lib. Admirandorum p. 193. *Freherus.*

51. *Aſt ego deſpectis*] Atticus apud Ciceronem in principio ſecundi de legibus quum Inſulæ fluminis *Fibreni* meminiſſet, dixiſſetque ſe Marcus illo loco libentiſſime uti ſolere, ſive quid ipſe ſecum cogitaret, ſive aliquid ſcriberet, aut legeret: *Equidem qui nunc potiſſimum*, inquit, *huc venerim, ſatiari non queo, Magnificaſque villas & pavimenta marmorea, & illa laqueata tecta contemno.* Vinet.

52. *Non cura nepotum*] Opus naturæ, & quod natura Moſellæ ingenuit, mirabor, prædicaboque, non autem id, ubi, & in quod Nepotes, & luxu perditi homines quicquid habeant pecuniæ, inſumunt, & ſe lubentes pauperant. *Id.*

53. *Secreti nihil amnis habens*] Poëtice, & ſupra fidem eleganter. *Freherus.*

54. *Quod*

Prodit cœrulea diſperſas luce figuras :
[54] Quod ſulcata levi criſpatur harena meatu :
Inclinata tremunt viridi quod gramina fundo.
[55] Vtque ſub ingenuis agitatæ fontibus herbæ
Vibrantes patiuntur aquas : lucetque, latetque
Calculus : & viridem diſtinguit glarea muſcum.
Nota [56] Caledoniis talis pictura Britannis ;

Quum

54. *Quod ſulcata*] Noſter hic manifeſte *quod* pro *ut* bis poſuit.

55. *Vſque ſub ingenuis*] *Vtque* malim, quam *uſque*, hoc ſenſu. Et quemadmodum in fontibus nitidis, & perennibus, herbas ſub ipſis ſcaturientibus aquis videas exagitari, ibique lucere latentes lapillos, ubi & muſcus a glarea facile internoſcitur, haud aliter ſub aqua perſpicua Moſellæ, &c. GLAREA autem minuti lapides calculique, & cum iis harenæ aliquid, quibus ſolum conſternitur. *Vinetus.*

55. *Vtque ſub ingenuis*] Scite *ingenui fontes*, eo loco quo naſcuntur, non adſciti opere aut machinis aliunde. *Barthius.* Duo Pulmanniani, *Ita* legunt, pro *utque.*

56. *Caledoniis talis pictura Britannis*] In *mari Britannico* ſimilia cernuntur. Herculis temporibus fuit *Britannus* quidam nomine, auctore Parthenio, unus ex Galliæ regibus, à quo Britannos eſſe dictos volunt. Gallica enim gens Britanni : eoſque Plinius enumerat inter Galliæ Belgicæ gentes, quæ ad occaſum habitant, cum Ambianis, Bellovacis, & Morinis. Ex Gallia vero tranſvecti in adverſam inſulam putantur. Sic enim fere Cornelius Tacitus in vita Agricolæ. Quæ cum *Albion* antea diceretur, *Britannia* ab illis tranſnominata ſit : & vicinæ etiam huic, inſulæ Britannicæ cognominatæ, quas iidem Britanni poſſederint. Manſit autem illi hoc nomen uſque ad Annum circiter à Chriſto nato 400 & 50. Circa quod tempus Scoti, & Angli Britannos ſibi ſubegerunt, eorumque inſulam inde adhuc tenuerunt, quæ nunc ab iis appellatur, pars *Scotia*, pars *Anglia*, pro Albione & Britannia. Quæ autem in Gallia Celtica ad ipſum Oceanum & Ligerim Britannia nunc appellatur, qua parte Namnetes, Redones, Venetos, Diablintes, Oſiſmios, & alios quoſdam populos ponunt Cæſar, Plinius, Ptolemæus, ea & ab iiſdem Albionis inſulæ Britannis nomen invenit: Maximus enim, quem Britannum latronem Auſonius appellavit in carmine de Aquileja, quum in Albione tyrannidem arripuiſſet, in Galliam cum exercitu tranſiiſſet, extinxiſſet Lugduni Gratianum Imperatorem Auſonii diſcipulum, Britannis hanc Galliæ partem dedit, quorum favore & auxilio tantum facinus auſus fuerat. Hoc ſcribit Sigebertus factum anno Chriſti 386. Ex eo itaque tempore hanc Galliæ Celticæ oram Britanni tenuerunt : in eamque multo major Britannorum vis cum ſuis Epiſcopis commigravit, quo tempore Angli Albionis jam magnam partem tenentes, reliquum nullo non immanitatis genere oppugnarent. Sic duæ Britanniæ ex una factæ quum eſſent, illam *Britanniam majorem* & *Britanniam inſulam* nominavimus : Celticam vero, *Britanniam minorem*, & *Ciſmarinam Britanniam* : in qua Britanni ſermonem ſuum adhuc retinuerunt, ſoli ex ceteris illi Albionis parti cognitum,

quæ

Quum virides algas, & rubra corallia nudat
Æſtus, & albentes [57] concharum germina baccas,
[58] Deliciaſque hominum locupletes, quæque ſub undis
Aſſimulant noſtros imitata monilia cultus.

[59] Haud

quæ *Wallia*, id eſt Gallia, nominatur. Hæc enim gens eodem ſermone utitur cum Britannis Celticis, quos *Bretones* vulgo appellamus. Quæ linguæ communitas, gentium cognationem ſine dubio arguit. Reliquæ vero Albionis gentes, Scoti, qui ex Hibernia inſula in Albionem venerunt, Hibernice loquuntur: & Angli Germanice, qui Saxones ſint genere, ut *Saxones* pro Anglis eos ſua lingua Scoti & Britanni vulgo appellant. Gallorum vero, qui Britannos in Gallia Celtica ambiunt, ſermo Romanus eſt, ab illis Barbaricis longe diverſus. *Caledonios.* Dio Nicæenſis in rebus Severi Auguſti, duo facit maxima Britannorum genera, *Καληδονίους* & *Μαιάτας*: ponuntque ſuper *Caledonios* Plinius & Ptolemæus, *ſilvam Caledoniam*, qua parte nunc Scotia eſt. Vnde quidam tradiderunt eam Britanniæ partem, primam, deinde totam inſulam, cognominatam fuiſſe *Caledoniam.* Vinetus.

56. *Pictura Britannis*] Virgil. Iornandes pag. 6. bis, credo ex Tacito. Cambdenus, 51. *Stigmata Britannorum.* Tertull. fol. 320, pag. 82. — *nec uno nomine pictos*, Claudian. B. Rhenan. *Freherus.*

56. *Tota Caledoniis*, &c.] Locum vitiatum non ſanat diſtinctio, quam nonnullos adhibere ait Vinetus. una litera dabit veram lectionem. ſcribe:

Nota Caledoniis talis pictura Britannis.

Variationem nativorum colorum in algâ, coralliis, baccis, conchis, aliis talibus in fundo maris æſtu defluxi, comparat cum eis, quæ per aquam in Moſella videri dicit. Nihil verius hac repoſitione. *Barthius.* Probo, *Nota.* Facile, ut alibi notaſſe memini, primæ verſus literæ depravari potuere. Sic apud Statium lib. II Achilleidos:

Ille quoque obliquos dilecta ad mœnia vultus
Declinat, viduamque domum, gemituſque relicta
Cogitat: occultus ſub corde renaſcitur ardor,
Datque locum virtus. Senſit Laërtius heros
Mœrentem, & placidis aggreſſus flectere dictis.

ubi longe melius *Hærentem*, id eſt, dubitantem, & cogitantem, utrum ardori amoris an virtuti obſequeretur, ſcripti libri præferunt.

57. *Concharum germina baccas*] Pomponius libro tertio de Britannia inſula: *Fert nemora, ſaltus, ac prægrandia flumina, alternis motibus modo in pelagus, modo retro fluentia, & quædam gemmas margaritaſque generantia.* Et Plinius l. IX. de unionibus: *In Britannia parvos atque decolores naſci certum. Quoniam Divus Iulius thoracem, quem Veneri Genitrici in templo ejus dicavit, ex Britannicis margaritis factum voluerit intelligi.* Ammianus quoque meminit in extremo libro viceſimo tertio, & Suetonius in Iulio Cæſare. *Vinetus.* Origen. Commentar. in Matthæum, p. 210: οἵτινές εἰσι καὶ ἄριστοι ἐν τῇ Ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ γινόμενοι. δευτερεύουσι δ᾽ ὡς ἐν μαργαρίταις οἱ ἐκ τῶν κατὰ Βρεττανίαν ὠκεανῷ λαμβανόμενοι.

58. *Delicias hominum locupletibuſque ſub undis*] Sane ita membranæ duæ, mendoſum eſſe ipſa ratio pedum. & ſententia fracta coarguunt. Quomodo autem juvandum, vix quiſquam niſi exactis oculis perſpexerit. Poteſt abeſſe integer verſus, qui gloſſam ſane non uno colore ſpirat. Fortaſſis:

Delicias hominum; locupletibus aqua ſub undis

Aſſi-

[59] Haud aliter placidæ ſubter vada læta Moſellæ,
Detegit admixtos non concolor herba lapillos.
Intentos tamen uſque oculos errore fatigant
[60] Interludentes examina lubrica piſces.
[61] Sed neque tot ſpecies, obliquatoſque natatus,
Quæque per adverſum [62] ſuccedunt agmina flumen,
Nominaque, & cunctos numeroſæ ſtirpis alumnos,
Edere fas. haud ille ſinit, cui [63] cura ſecundæ
Sortis, & æquorei ceſſit tutela tridentis.
Tu mihi [64] flumineis habitatrix [65] Naïs in oris,

Squa-

Aſſimulant noſtros imitata monilia cultus.

Hoc eſt paria, paris coloris & variationis. *Barthius.* Malim: *Delicias hominum locupletum: quaque ſub undis*, &c.

59. *Haud aliter placida*, &c.] MSS. duo, *ammixtos*: ego vero *immiſtos*, hoc eſt, non permiſtos temere, ſed ordine quodam naturali, aut ingenuo, legendum duco. *Barthius.*

60. *Interludentes*] Voluptuoſi piſces. Caſſiodor. pag. 28. *Freherus.*

61. *Sed neque tot ſpecies*] *Species.* hoc ſenſu Paulinus Epiſtola v.

Nam tibi quid dignum referam pro piſcibus illis,
Quos tibi vicinum locupleti gurgite ligeus
Suppeditat, miros ſpecie, formaque diremptos?

Sed neque tot ſpecies Ovidius:

--- quot piſcibus unda natetur.

Symmachus Auſonio: *Vnde illa amnicorum piſcium examina reperiſti, quam nominibus varia, tam coloribus: ut magnitudine diſtantia, ſic ſapore? Qua tu pigmentis iſtius carminis ſupra Natura dona fucaſti. Atqui in tuis menſis ſape verſatus, cum pleraque alia, qua tunc in precio erant, eſui objecta mirarer, nunquam hoc genus piſcium deprehendi. Quando iſti piſces tibi nati ſunt in libro, qui in ferculis non fuerint?* Nos quoque piſcibus iſtis examinandis & condiendis non multum immorabimur, & ad Gul. Rondeletium, Pet. Bellonum, Fr. Bouſſetum, Fr. Maſſarium, & præcipue Hippolytum Salvianum Tiphernatem, Geſnerum, Dubravium, Paul. Iovium, Georg. Agricolam, à quibus in iſta captura præventi, Lectorem curioſum remittamus. *Freher.*

62. *Succedunt*] Exprimit illud Lucretii lib. 1. pag. 12.

Cedere ſquamigeris latices nitentibus ajunt,
Et liquidas aperire vias: quia poſt loca piſces
Linquant, quo poſſint cedentes confluere unda. Freh.

63. *Cura ſecunda ſortis*] Neptuno aquarum, qui inferior Iove. Ovidius in Triſtibus:

Cumque minor Iove ſit, timidis qui regnat in undis.

Idem de Plutone: *per tertia numina.* Pluto apud Claudianum: *Tertia ſuprema patior diſpendia ſortis.* Idem paſſim *tertius heres Saturni.* De Neptuno autem Lucanus IV. p. 113. *ſorte ſecunda.* p. 167. *regno ſecundo.* vetus poëta:

Iuppiter aſtra, fretum Neptunus, tartara Pluto,
Regna paterna tenent, tres tria, quiſque ſuum. Idem.

64. *Flumineis habitatrix*] Scaliger notat, *i* novies poni in hoc verſu. *Id.*

65. *Nais*] Prudentius: -- *vel cyaneas cava flumina nymphas.* p. 291. *Id.*

66. *Squa-*

Squamigeri gregis ede choros, liquidoque ſub alveo
Diſſere cœruleo fluitantes amne catervas.
[66] Squameus herboſas Capito inter lucet harenas,
[67] Vi-

66. *Squameus capito*] Non alienum erit huic loco & piſcium agmina illa explicare, & ad noſtras appellationes ea revocare. Sed quis neſcit *Capitonem*, *Vmbram*, *Barbum*, *Salmonem*, *Percam*, *Mullum*, *Lucium*, *Tincam*, *Alburnos*, notiſſimos eodem nomine in Aquitania, præſertim in Vibiſcis? item *Alauſas*, *Gobiones*? nam *Salarem*, & *Sarionem*, ſeu *Farionem*, referendum eſſe ad genera *Truttarum* non dubito, cum eos pene *Salmones* faciat. *Salaris* autem Sidonius meminit Epiſt. 11. l. 11. *Vt nocturnis per lacum excurſibus rapaciſſimi Salares in conſanguineas agantur inſidias.* De iiſdem videtur poſtea loqui: *Qui repulſi*, inquit, *in gurgitem pigriorem carnes rubras albis abdominibus extendunt.* Vt ſine ulla controverſia deſcribat Truttas, quas propter rubras carnes nos vulgo *Salmonatas* vocamus. Quæ in *Arva* fluvio Genevenſi cum ſint rubræ, Rhodano, in lacum Lemanum elapſæ albeſcunt, neque ſolum rubedinem illam, ſed & ſaporis gratiam amittunt. Hoc ergo idem Sidonius voluit, cum illa, quæ ſuperius produximus, ſcriberet. *Fario* autem eſt excuſum in Aldina, & antiquioribus editionibus. Recte. Nam Trutta eſt, ut diximus, & ita hodie à Moſellæ accolis & Germanis vocatur *Forhe*. *Troctarum* nomen apud unum Ambroſium vidi: & vetus Gloſſarium, τρώκτης, *Trutta*. *Muſtella* vero, quin ſit *Lampetra* noſtra, ne id quidem dubitare fas erit: cum nihil ejus deſcriptionis faciat cum Muſtella marina, aut Muſtella Araris: omnia cum Lampetra noſtra conveniant. De *Rhedone* nihil poſſum dicere. De *Siluro*, hoc poſſum vere affirmare: quemadmodum graviter errare puto, qui Silurum Plinii cum *Sturione* noſtro eundem faciunt: ita qui Silurum Auſonii Sturionem noſtrum non putant. Audi quid dicit Plinius de Siluris ejus tractus: *Silurus*, inquit, *graſſatur*, *ubicunque eſt: omne animal appetens: equos natantes ſæpe demergens, præcipue in Mœno Germaniæ amne.* Plinius, ut vides, & ut nos certo ſcimus ex relatione parentis noſtri, qui in Danubio olim in Hungaria hoc obſervavit, cum eſſet in comitatu gentilis noſtri Matthiæ Corvini Regis, nocentiſſimum animal eſt, Silurus. At innocentiſſimum hunc Silurum facit Auſonius, his verbis:

Hic tamen hic noſtra mitis Balæna Moſella
Exitio procul eſt.

Et credibile eſt, Auſonium in animo non habuiſſe, ut vellet fluvium, quem laudandum ſuſceperat, eo nomine commendatum eſſe, quod genus piſcis malefici produceret. Quomodo igitur Silurus Auſonii eſſe poteſt Silurus Plinii? Non igitur eſt. Dices Auſonium Poëtice id attribuiſſe piſci præter naturam ejus. Ego non puto tam vacui capitis fuiſſe Auſonium, ut putaret ſe poſteritati perſuadere poſſe, propter verſus ſuos Silurum piſcem fuiſſe oblitum ingenii ſui. Nugæ. Non alius poteſt eſſe Silurus Auſonii, quam Sturio noſter. Ne quæ[illegible] alia. Quid cavillaris? convenit tota deſcriptio. Sed addam, quod negare non potes: temporibus Auſonii, Siluri nomine Sturionem vocatum fuiſſe. Id probabo ex verſibus Fortunati Epiſcopi Pictavienſis, qui propius ab ea ætate abfuit. Is loquens de *Ægircio* noſtrate fluvio ita ſcribit:

Obtinet expulſus ſtabulum campeſtre Silurus.

[67] Viſcere præ tenero fartim congeſtus [68] ariſtis,
Nec duraturus poſt [69] bina trihoria menſis.
[70] Purpureiſque Salar ſtellatus tergora guttis,

[71] Et

Plus capitur terris, quam modo piſcis aquis.

Quis unquam vidit Silurum è Garumna? at infinitos Sturiones, immanes, opimos etiam ultra confluentes Ægircii capi ſcimus. At, inquies, non ſequitur propterea, ut ſi non eſt Silurus, ut ſit Sturio. Da mihi piſcem alium, cui magis Auſoniana deſcriptio conveniat, quam Sturioni, & verum putabo. Quid? cur non alius poteſt eſſe Silurus Auſonii à Siluro veterum, & Plinii? non alia *echeneis* Ariſtotelis, alia Oppiani? alia Muſtella noſtri Auſonii, alia veterum? alia *Clupea* Plinii, qui piſciculum nominat, alia Calliſthenis Sybaritæ, qui ingentem piſcem? Verba Calliſthenis ipſius, quanquam ad inſtitutum non faciunt, quia non omnibus obvia ſunt, & pertinent ad noſtram Galliam, huc tanquam ſymbolam conferam ex ιγ. τῶν Γαλατικῶν. Ἄραρ, inquit, ποταμός ἐστι τῆς Κελτικῆς, παρὰ τὸ Ῥοδανῷ μεμῖχθαι τὴν προσηγορίαν εἰληφώς. καταφέρεται γὰρ εἰς τοῦτον κατὰ τὴν χώραν τῶν Ἀλλοβρόγων. γεννᾶται δὲ ἐν αὐτῷ μέγας ἰχθὺς Κλουπαία καλούμενος ἀπὸ τῶν ἐγχωρίων. Οὗτος αὐξομένης τῆς σελήνης λευκός ἐστι, μειουμένης δὲ μέλας γίνεται παντελῶς, ὑπεραυξήσας δὲ ὑπὸ τῶν ἰδίων ἀκανθῶν ἀναιρεῖται. εὑρίσκεται δὲ ἐν τῇ κεφαλῇ αὐτοῦ λίθος χόνδρῳ παρόμοιος ἁλὸς, ὃς κάλλιστα ποιεῖ πρὸς τεταρταίας νόσους, τοῖς ἀριστεροῖς μέρεσι τοῦ σώματος προσδεσμούμενος, τῆς σελήνης μειουμένης. Sed an vera dicat Calliſthenes, quæramus. Ego antiquitatis ſtudio hæc in medium protuli. *Scaliger.*

66. *Capito*] Nimis grande *caput* pro reliquo corpore huic piſci nomen dedit, ſicut ſuum *Cephalum* marinum piſcem, Græci ἀπὸ τῆς κεφαλῆς, id eſt, à capite, vocaverunt. De *capitone* autem fluviatili piſce, ut & de ceteris Auſonio hic celebratis, eos conſule, qui noſtra ætate multi de piſcibus ſcripſerunt, in primiſque Petrum Belonem, & Guilielmum Rondeletum. *Vinetus.*

66. *Capito*] Mugilis genus eſſe cenſet Salvianus cap. XII non aſpernandum, quia *viſcere prætenero* (ita legiſſe eum apparet) dicat Auſonius: Et recens captum comedendum, quia minime duret, ſed ſtatim corrumpatur & putriſcat: quod etiam Galenus teſtatur: vel certe ſale condiendum, quomodo non tantum conſervari aliquandiu poſſit, ſed etiam ſtomacho non adverſetur, M. Catone auctore cap. 166, De re Ruſt. ex eodem jus ad dejiciendam alvum idoneum conficitur. Rond. c. XV. de fluv. piſc. *Freherus.*

67. *Viſcere prætenero*] Cujus viſcera multis *ariſtis* ſæpiuntur. *Vinet.*

68. *Ariſtis*] Ἀντὶ τῶν ἀκανθῶν uſurpatum, & hodie in vulgari ſermone Gallico *Areſtes* remanſiſſe, Scaliger obſervavit. *Freher.*

69. *Bina trihoria*] Sex horas. Quod corrumpatur ſtatim & putreſcat. Sic de *Corvo* piſce idem Auſonius in verſu ſexageſimo ſecundo epiſtolæ quinctæ. *Vinetus.*

69. *Trihoria*] Idem Auſon. Epiſt. IV.

Nec duraturi poſt bina trihoria corvi.

Freherus.

70. *Purpureiſque Salar*] Neſcio, an *ſalaris* veterum Latinorum quiſpiam meminerit alius præter Auſonium hoc loco, & Apollinarem Sidonium in epiſtola ſecunda libri ſecundi. *Vinetus.*

70. *Salar ſtellatus*] Genus eſt *farionum* ſive *truttarum* exiguum, purpureis maculis, ejuſdem cum illis ſaporis

[71] Et nullo ſpinæ nocturus acumine Redo,
[72] Effugienſque oculos celeri levis Vmbra natatu.
Tuque per [73] obliqui fauces [74] vexate Saravi,
[75] Qua bis terna fremunt ſcopuloſis oſtia pilis,
Quum defluxiſti [76] famæ majoris in amnem,

Libe-

poris & nominis: quos adultos in truttas evadere accolæ exiſtimant: & Auſonius ipſe mox innuit, de Farione loquens:

Qui necdum Salmo, nec jam Salar, ambiguuſque
Amborum, medio Fario intercepte ſub ævo.

Horum meminit Sidonius Epiſt. 11. lib. 11. *Hinc jam ſpectabis, ut promoveat alvum piſcator in pelagus: ut ſtataria retia ſuberinis corticibus extendat: ut ſignis per certa intervalla diſpoſitis tractus funium librentur, hamati ſcilicet: ut nocturnis per lacum excurſibus rapaciſſimi ſalares in conſanguineas agantur inſidias. Quid enim hic congruentius dixerim, cum piſcis piſce decipitur.?* Totum hunc locum de *Salare*, eleganter & diffuſe explicat Salvian. cap. 24. *Freherus.*

71. *Et nullo ſpina --- Redo*] Dixerat Ovidius in Halieutico de Gobio marino:

Lubricus, & ſpina nocuus non Gobius ulla.

Piſcis autem iſte *Redo*, *Rhado*, *Thedo*, *Todo* (ſic variant hoc nomen multi libri) mihi plane eſt incognitus: niſi quod Robertus Cenalis nuper auſus eſt contendere, eſſe quam *Locham* appellamus, parvum piſciculum, rivulos amantem, ſpinis pæne nullis, & quæ ſine noxa cum toto corpore mandantur. Ceterum de *Locha* plura noſter Belonius. *Vinetus.*

71. *Redo*] Ignotus & Scaligero. *Freherus.*

72. *Effugienſque ---Vmbra*] *Vmbram* piſcem memorant, Varro, Columella, & alii, qui apud Athenæum σκίαινα, σκιαδὶς, σκιαδεὺς, appellatur, ἀπὸ τ῀ σκιᾶς, id eſt ab *umbra*, quam colore refert, ut volunt, qui hunc piſcem noſſe ſe putant. *Vinetus.*

72. *Vmbra*] Græcis σκίαινα, & σκιαδεὺς, σκιαδὶς, & Galeno auctore etiam σκιαινίδης appellatur: apud Latinos veteres Ennium, Columellam, Ovidium, Iſidorum *Vmbra*, hodie Italis *Ombrina*, Pariſinis *Maigre.* Et ut M. Varro & Iſidorus teſtantur, *piſcis iſte à colore* VMBRA dicitur, quod Ovidio auctore *liventis ſit corporis:* vel etiam, quia perniciſſimo ſuo natatu oculos effugiens, umbra verius intuentibus quam piſcis appareat. quod innuere videtur hic:

Effugiens oculos celeri levis Vmbra natatu.

Ita ad hunc locum Salvian. cap. 31. Rond. cap. 5. de fl. piſc. *Freherus.*

73. *Obliqui fauces Saravi*] Alias *Sarra* fluvius: cui pons impoſitus ſenis pilis, antiquo & memorando opere, haud longe Auguſta Treverorum ad vicum Cuntzium, unde & ipſi nomen *Cuntzerbruck.* De quo Ortelius in Itinerario. Et Scaliger Auſon. Lect. lib. 1. cap. 2. *Freher.*

74. *Vexate*] Vi & rapiditate aquæ huc illuc raptæ. Vide de hoc verbo Gellium, lib. 2. cap. 6. *Vinetus.*

75. *Bis terna*] Sex ora, & oſtia. Saravo in Moſellam exituro occurrunt in medio alveo pilæ & ſcopuli, qui unum in ſex dividunt: ibique fremitus ingens & fragor aquæ in illos impingentis. *Vinet.*

76. *Fama majoris in amnem*] Videri poteſt hemiſtichium quadringenteſimi verſus Pharſaliæ Lucani. *Vin.*

76. *Fama majoris*] E Lucano lib. 1. pag. 34. *Freher.*

77. *Barba*

bitur, *Noviomago:* quod in verſus gratiam (ſi non potius catalecticus eſt) ita reddiderit Auſonius. *Neomagen* ſuperior ætas ſcripſit, ac vulgo *Nymagen* hodieque dicitur. *Numago* legitur in hiſtoriola Tyrſi Ducis, & Palmatii Conſulis, cum ſociis, apud Treverim per Rictionarium cæſis, tabella in D. Paulini æde ſuſpenſa: *Ex his innumeris tanta multitudo ad littus Moſella juxta Capitolium martyrizata eſt, ut ſanguinis rivuli defluentes in Moſellam aqua permixti eam in ſuum converterent colorem, uſque ad caſtrum quod Numago dicitur; ut à naturali claritate remota, peregrino magis quam proprio colore ruberet.* Ad III milliaria diſtat *Auguſta*, in dextra Moſellæ ripa, pagus cum caſtro, ipſo aſpectu vetuſtatem ſuam referens. Caſtellum ipſum, Ducis prætorium, loco edito & opportuno ſitum, hinc Moſellæ alveum, inde jugi dorſa circumquaque circumſpiciens, foſſa cinctum. In eo turris rotunda, ipſiſſimum Romanorum opus, ingentibus quadris exſtructa, in fundo ſolida, rupi impoſita: quam murus cum pinnis ambit, quadratas turres circum habens, opere firmiſſimo, nec humana vi facile ſolvendo: etſi humanarum rerum vices paſſum appareat, diruptis & hinc inde diſperſis, vel parietibus inſertis, antiquis ſculpturis, inſcriptionibus, ſtatuis, ſarcophagis: quarum pars etiam ibi viſitur, pars alio (Lutzelburgum in hortos Com. Mansfeld.) tranſlata dicitur. Duo inſigniora hic repræſentare viſum. Inſcriptionem primum: D. M. VARVSIO. ATTONIS. FILIO. DEFVNCTO. ACCEPTIVS. VARVSIVS. ET. TOTIA. LALLA. PATRES. ET. SIBI. VIVI. FECERVNT. Sculpturam deinde è marmore inſignem, in qua miles peltatus intra caſtra, juxta turrim illam rotundam, excubias (ut videtur) agens. Extra caſtrum, & circa, caſæ humiliores antiqui & ipſæ ædificii, veteres militum ſtationes & tuguria, præſidium Ducis vallantes: hodie popularium domus. Inde via ſtrata ſilice & glarea, *Kirchbergam* ducens, *Via Caligula* à quibuſdam vocatur. *Freherus.*



16. *Divi caſtra inclyta Conſtantini*] *Caſtra. Conſtantini* etiam domus fuit, & Helenæ, è qua & Maximini abbatia facta. Bruſch. Hunc Iulianus *ſanguinarium* vocat, & Hieronymus. Diſplicet ejus crudelitas in victos, & Reges

Reges Francorum, Goropio. Eo nomine non minus crudelis quàm parricidio Criſpi & Fauſtæ, Sex. Aur. Victor. Atque ea ſævitia Romanorum Imperio exitiabilis fuit. *inclyta*. Iam ab antiquo. Legitur enim in Itinerario Antonini: *& ſtatuæ veteres ibi repertæ, monumenta Paganica, eaque à Conſtantino exculta.* Hinc illa ejus: MARTI. PROPUGNATORI. CONSERVATORI. P. TR. *Divi caſtra inclyta Conſtantini.* Itaque nulla apud antiquiores hujus mentio. Atque ita Itinerarium Antonini, & tabula Peutingeriana, quæ *Noviomagum* illo loco ponunt, *Conſtantino* poſteriores. Si tamen *Conſtantinus* id primus à fundamentis fundavit: & non auxit potius, quod apud priores exſtiterat. quod videtur argumento ſtatuarum & monumentorum, quæ ibi exſtitere. Sane Rictionarii geſta ſub Maximiano Imp. *Numago* meminerunt. *Conſtantinus* igitur, quando Gallias regens, cum Francis & Alemannis belligerabat, prolaturus (ut Panegyriſtes aſſentabundus ait) imperium a Thuſco *Albula* ad Germanicum *Albim*, caſtra & ſtativa ſua hoc loco habuit. Quo tempore alia etiam opera memorabilia illis partibus ſtruxit. Nam & non longe inde pontem inſignem Rheno apud Coloniam Agrippinenſem impoſuit, & caſtello munivit, quod *Divitenſe munimentum* dictum. Pontis idem Panegyriſtes meminit Oratione apud ipſam Treverim habita: *Pulchrum tibi videtur, & revera pulcherrimum eſt, ut Rhenus ille non ſolum ſuperioribus locis, ubi aut latitudine vadoſus, aut vicinia fontis exiguus, ſed & ubi novo ponte calcatur, ubi totus eſt, ubi jam plurimos hauſit amnes, quos hic noſter ingens fluvius* (Moſellam dicit) *& barbarus Nicer, & Mœnus invexit, ibi jam immani meatu ferox, & alvei unius impatiens, in ſua cornua geſtit excedere.* Quem pontem aliquot poſt ſæculis Bruno Archiepiſcopus, Ottonis Imp. frater, reſciſſum una cum munimento Divitenſi, in Baſilicam D. Pantaleonis abſumſit. Et munimenti Divitenſis memoria vetus viſa Ruperto Abbati ejus loci. *Rhenan. pag.* 35. Atque oppidum etiam *Engers*, in Germanica Rheni ripa, Antunnaco ferè oppoſitum, hunc conditorem jactat, *Conſtantin-Engers* ſcribi gaudens: à quo oppido, ceu capite, pagus *Angerisgouwe*, hodie *Engersgou*, nomen ſumpſit, in quo præter alia arx *Wieda*, & Comitatus Widanus ſitus. Mirari poſſis, quod non *caſtris* à ſe nomen *Conſtantinus* fecerit; cum *Caſtra-Conſtantia* alibi legamus. Marcellinus lib. XV, deſcribens Galliam: *Matrona & Sequana*, inquit, *amnes magnitudinis geminæ: qui fluentes per Lugdunenſem, poſt circumclauſum ambitu inſulari Pariſiorum caſtellum, conſociatim meantes, prot[illegible]nus, prope Caſtra Conſtantia funduntur in mare.* Neque deinceps obſcurum manſiſſe locum credibile eſt, duobus templis inſignem: quorum alterius in valvis ſaxo inciſa hæc inſcriptio viſitur, quam paucis legibilem a nobis fide deſcriptam hic apponemus: ANNO AB INCARNATIONE DOMINI MCXC, INDICTIONE VIII, CONCURRENTE VII EPACTA, XIII KAL. NOVEMBRIS, DEDICATUM EST HOC TEMPLUM ET ALTARE A VENERABILI TREVER. ARCHIEPISCOPO IOHANNE, PRIMO ANNO PONTIFICATUS EIUS, REGENTE ECCLESIAM DEI PAPA CLEMENTE, IMPERANTE VERO FRIDERICO, ET FILIO EJUS HENRICO REGNANTE, IN HONOREM SANCTE INDIVIDUE TRINITATIS, ET SANCTE CRUCIS, ET SANCTE VIRGINIS MARIE, ET EORUM QUORUM RELIQUIE HIC CONTINENTUR; IOHANNIS BAPST. S. PETRI APOSTOLI; APOSTOLORUM PHILIPPI, IACOBI; ET SANCTOR. MARTYRUM, STEPHANI PROTHOMARTYRIS, LAURENTII,

[17] Purior hic campis aër : Phœbuſque ſereno
Lumine purpureum reſcrat jam ſudus Olympum.
Nec jam [18] conſertis per mutua vincula ramis
Quæritur [19] excluſum viridi caligine cœlum :
Sed liquidum jubar, & rutilam viſentibus æthram
Libera perſpicui non invidet aura diei.
[20] In ſpeciem quum me patriæ, [21] cultumque nitentis
[22] Burdigalæ, blando pepulerunt omnia viſu,

Cul-

VINCENCII, PANCRACII, FABIANI, SEBASTIANI, TIBVRCII, VALERII, YPOLITI, VRBANI, PREIECTI; EVSTACHII, VICTORIS, CRISANTI, MAVRICII, ET SOCIORVM EIVS, FELICIS, ET IVSTI; ET SANCTORVM MARTINI, NICHOLAI, AGRICII, FELICIS, VEDASTI, POLICARPI, QVIRIACI, MODOWALDI, CELSI, CIRILLI ARCHIEPISCOPI; ET SANCTARVM VIRGINVM, GERTRVDIS, SEVORE, SCHOLASTICE, SVSANNE, ET XI. MILLIVM VIRGINVM. Poſtea Comitatus aut Baroniæ titulo inſignem fuiſſe invenio : Legoque (apud Kyriand. fol. 124.) in diplomatis ſub Anno Dom. MCLII Mansfridum & Eberhardum de Numagen, & MCXCIII Wiricum de Numagen, & filios ejus Thomam & Alexandrum : demum Anno MEIV Salentinum Dominum in Iſſenberg & Numagen. Hodie vero in ditione eſt illuſtris Domini Georgii Comitis de Seyna, & Witgenſten, feudi titulo ab Archiepiſcopo Treverenſi recognita. *Freherus.*

17. *Purior hic aër*] Dicas eum ſubito in Elyſios campos evaſiſſe, de quibus ita Virgil. VI Æneid. verbis, quæ noſter imitatus videtur :

Purior hic campus aër, & lumine veſtit
Purpureo, Solemque ſuum ſua ſidera norunt.

Mira & iniqua perſuaſio Italorum & Gallorum, & faſtidium aëris Germanici. Tacitus in Germania : *Quis Aſia, aut Africa, aut Italia relicta Germaniam peteret, informem terris, aſperam cœlo, triſtem cultu aſpectuque, niſi ſi patria ſit ?* Idem II Annal. *Quanto violentior cætero mari Oceanus, & truculentia cœli præſtat Germania.* Regionem enim illam, etiam qua juris Romani, Germaniam primam vocabant. Ita & infra Auſonius :

Vel qua Germanis ſub portubus oſtia ſolvis. Freher.

18. *Connexis*] Imitatur Lucanum. Alii legunt, *conſertis.* Freh.

19. *Excluſum*] Hoc Coripp. imitatur. *Id.*

20. *In ſpeciem*] in agro Burdigalenſi patria mea eſſe tum mihi viſus ſum. Ita omnia erant ſimilia, villæ, vineta, fluvius, &c. *Vinetus.*

21. *Cultumque nitentis*] Suſpicor Auſonius ſcripſiſſe, *vultumque nitentis* : traductione a facie hominis, quam in alio recognoſcere ex intervallo videmur. *Vultum* de regione dici fruſtra fefellit librarios. Sic *maris vultus* apud Virgilium :

Mene ſalis placidi vultumque, fluctuſque quietos
Ignorare putas ? Barthius.

22. *Burdigala*] Idem in Clar. Vrbb.

--- Clementia cœli
Mitis ubi, & riguæ larga indulgentia terræ.

Vide etiam Iuretum. *Freherus.*

23. *Edi-*

Culmina villarum, pendentibus [23] edita ripis,
Et virides Baccho colles, & amœna fluenta
Subterlabentis [24] tacito rumore Moſellæ.
Salve amnis laudate agris, laudate colonis,
[25] Dignata imperio debent cui mœnia Belgæ:

Amnis

23. *Edita ripis*] *Saxis* pro *ripis* in vetuſto libro ſcriptum inveniſſe adnotavit Theodorus Pulmannus. *Vinet.*

24. *Tacito rumore Moſella*, &c.] Carpitur hæc *Rumoris* uſurpatio, velut impropria. Cum vero *rumor* proprie ſit ſtrepitus, quo res occulta prius in aures velut tacite venit, neſcio an non nimis proprie uſus ſit hac voce doctiſſimus poëta. Suſpicatus ſum aliquando à *rumine* deſcendere, quod ruminantes eà parte pecudes obſcurum ciant ſonitum. Quod ſi verum eſt, remoto abuſu propriè uſurparit Auſonius. Quicquid ſit non ſinè veterum imitatione ſcripſit; quorum cum ſcripta ad nos non venerint, cur quod non capimus, carpamus? ingenioſè verò hic verſus aquæ ſonum obſcurum refert. Quali artificio rivum inſerpentem arenæ Claudianus noſter:

Et raucum bibulis inſerpere murmur arenis.

Et naturalis artifex Ovidius:

--- invitat ſomnos crepitantibus unda capillis.

Vltimo ævo ſonum avis volantis expreſſit eo modo Henricus Altiſſiodorenſis lib. VI. de rebus B. Germani:

Et ſævis pandunt blandis applauſibus alas. Barthius.

25. *Dignata imperio*] Hoc de Nivomago, & ejus muris ab Imperatore Conſtantino conditis acciperem potius quam de Treverorum Auguſta. *Vinetus.*

25. *Dignata imperio mœnia*] *Imperio.* Propter reſidentiam, ut C. Cæſari *Antium*, apud Sueton. *Dignata imperio mœnia.* Conſtantinus, Conſtantius, Iulianus, Valentinianus, Gratianus, Valens, Impp. multum Treveris habitabant, palatium habebant, inde bella in Germanos movebant, reſcripta (quorum bona pars in Cod. Theod. adhuc ſupereſt) Senatui, Præſidibus, provincialibus dabant, non ſecus ac ex ipſa Roma. Inde *Domicilium Principum clarum* Marcellin. vocat lib. XV. Inde Gelaſius Papa Acatio reſpondet apud Nicol. Cuſanum I Concord. Cathol. cap. XVI. Inde AVGVSTA Treverorum dicta. Et *Sedem Regni* noſter Auſonius nominat in Claris Vrbibus:

Armipotens dudum celebrari Gallia geſtit,
Trevericaque urbis SOLIVM.

Addit: *Quæ proxima Rheno,*
Pacis ut in mediæ gremio ſecura quieſcit.

Ita ut Claudianus I. de Stilicone:

Tuta quod imbellem miratur Gallia Rhenum.

Iterumque Auſonius infra vſ. 380.

Imperii Sedem, Romaq; tuere parentes.

Ita in Gratiarum actione pro Conſulatu: *Celebrant quidem ſolemnes iſtos dies omnes ubique urbes, quæ ſub legibus agunt; & Roma, de more; & Conſtantinopolis, de imitatione; Antiochia, pro luxu; & Carthago diſcincta; & domus fulminis Alexandria: ſed Treviri, Principis beneficio.* Dixerat olim Iul. Cæſar: *Treverorum civitas, propter Germanię vicinitatem, quotidianis exercita bellis, cultu & feritate non multum à Germanis differebat, neque unquam imperata, niſi exercitu coacta, faciebat.* Et lib. VIII. *Ab hoc Concilio Remi, Treviri, Lingones abſuerunt: illi, quod amicitiam Romanam ſequebantur: Treviri, quod aberant longiùs, & à Germanis premebantur: quæ fuit cauſa, quare toto ab-*

Amnis odorifero juga vitea conſite Baccho,
Conſite gramineas amnis viridiſſime ripas:
Naviger, ut pelagus; [26] devexas [27] pronus in undas,
Vt fluvius; [28] vitreoque lacus imitate profundo;

[29] Et

eſſent bello, & neutris auxilia mitterent. At ubi ſedem iſtuc ſuam Principes Romani, imo & ſedem belli in oppoſitam Germaniam, tranſtulerunt, ipſa licet Rheno & Germaniæ proxima & vicina, tamen ſecura & undique munita, velut in alta pace quieſcebat. Addit:

Imperii vires quod alit, quod veſtit, & armat.

Alit, annonæ & vini copia, in horreis condita, & per commercia. *Veſtit*, lanificio & pannificio: cujus adhuc in ea urbe ſumma opportunitas, textorum (à quibus ipſe rivus *die Weberbach* nomen habet) & fullonum collegio frequentiſſimo. *Armat*, quod ibi fabrica ſcutaria & balliſtaria eſſet; magis vero, quod monetaria. Meminit enim Noticia Imperii, *Theſaurorum Triberorum*, & *Procuratoris Monetæ Trevirorum.* Et Trebellius Pollio in Victoria: *Cuſi ſunt ejus nummi ærei, aurei, & argentei; quorum hodieque forma exſtat apud Treveros.* Et notulæ ipſorum nummorum ejus ævi fidem abunde faciunt: T. TR. P TR. PTRE. TR. TRS. STR. STRE. TRPS. quæ *Pecuniam Treveris ſignatam* volunt. Denique quod excelleret omnibus, quæ ad claram urbem, adeoque Principum ſedem, requirerentur: ut Sidonii Apollinaris verbis utar, Narbone:

Muris, civibus, ambitu, tabernis,
Portis, porticibus, foro, theatro,
Thermis, arcubus, horreis, macellis,
Pratis, fontibus, inſulis, ſalinis,
Stagnis, flumine, merce, ponte, Ponto,

Item *Circo arena*, apud Aimonium, & quæ ante hæc omnia, *Schola:* de qua L. XI. C. Th. de medicis & profeſſor. fol. 418. data ad ipſum Auſonium. Tulit & Rhetores, qualis ille Panegyriſtes, Vrſulus Grammaticus. Plura Iuretus. Zoſimus lib. 3. Τρεβίρων πόλις μεγίστη τῶν ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις ἐθνῶν. Fuit & poſtea ſedes non ingrata Regum Francorum: & nominatim Theodorici, Theodeberti, Clotharii, Sigeberti, ut apud Gregor. Turon. in Nicetio Epiſcopo Treverenſi legimus, & Fortunato. Et *palatium* regale nobile, à quo PALATINOS quidam deducunt. *Freherus.*

25. *Dignata imperio*] Auguſta Trevirorum caput tum ejus oræ Belgicæ, ut nunc quoque, quamvis Belgicæ non adſcribatur jam. Moſellæ ergo debent ſuum caput Belgæ. Sic in claris urbibus *Solium Trevericum* velut *regia urbis* dixit:

Armipotens dudum celebrari Gallia geſtit
Trevericæque urbis ſolium, &c.

Idem clarius exponit ſe eam urbem hic intellectam velle, cum *imperii vires alere* Auguſtam Trevirorum eodem epigrammate ait. Vt Imperium etiam Romanum deſignari poſſit. Cave cum Vineto aliam ſine cauſſâ urbem imagineris. Gallorum excellentiſſimam & opulentiſſimam urbem vocat Salvianus lib. VI, c. XXIX. Plura adderem, niſi ex Tacito, Mela, Ammiano, Salviano, Auſonio notaſſet jam doctiſſimus Brouwerus ad Venantii librum X. *Barthius.*

26. *Devexas*] Declives & deorſum fluentes. *Vinetus.*

27. *Prono amne*] Secundo lapſu fluvii. Luc. *Freherus.*

28. *Vitreo lacus profundo*] Id eſt ita clarus, ut calculi appareant. Ita de Arethuſa fonte Lucianus: Διαυγής δ' ἐστι, καὶ διὰ καθαροῦ ἀναβλύζει, καὶ τὸ ὕδωρ ἐπιπρέπει ταῖς ψηφῖσιν,

ὅλον

[29] Et rivos trepido potis æquiperare meatu,
Et liquido [30] gelidos fontes [31] præcellere potu,
[32] Omnia ſolus habes, quæ fons, quæ rivus, & amnis,
Et lacus, & [33] bivio refluus manamine pontus.

Tu

ὅλον ὑπὲρ αὐτῶν φαινόμενον ἀργυροειδὴς. Freher.

28. *Vitreoque lacus*] Apulejus lib. I. Mileſ. *Haud ita longe radices platani lenis fluvius in ſpeciem placidæ paludis ignavus ibat, argento vel vitro æmulus in colorem.* Horat. lib. III, od. XIII:

O fons Blanduſiæ ſplendidior vitro.

Mox Auſonius:

Spectaris vitreo per levia terga profundo.

Virgil. IV Georg.

Vitreiſque ſedilibus omnes Obſtupuere.

Statius:

Expavit vitreo ſub gurgite remos.

29. *Et rivos trepido potes*] Verbum *potes* hic importunum eſt. *Naviger, pronus, imitate*, ſimile adjectivum requirunt; quod fuit olim *potis: rivos trepido potis æquiperare.* Gronovius.

30. *Gelidos*] *Non rigidos* Columella. Idem Auſon. *egelidam* vocat, Epiſt. II.

Iam ſuper egelida ſtagnantia terga Moſellæ

Protulerat te, nate, rates. Inde Symmachus *frigidiorem Scythico Tanai.* Lucan. *Rheni gelidis quod fugit ab undis.* Freherus.

31. *Præcellere potu*] Vetus humani generis mos potare flumina. Hinc Heſiodus Oceani Thetidiſque natas, fontes varios enumerat, qui mortales nutriant. *Potor Moſellæ*, Sidonio. *Commune Poculum.* L. C. Lex Aquaria apud Frontinum: *Ne quis aquam eletato: ſi quis eletarit*, HS. *decem millium multa eſto.* Sidon. in Paneg. *& flavis in pocula fractæ Sicambris Rhene tumens.* Ovid. II. de Ponto:

Eſt in aqua dulci non invidioſa voluptas.

Virgilius Eclog.

Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim.

Sulpitia: *& pura procumbere lympha.*

Petronius:

Flumine vicino ſtultus ſubit & riget —

Peſcennius Niger: *Nilum habetis, & vinum quæritis.* Spart. Oct. Auguſtus Sueton. pag. 575. *Id.*

32. *Omnia ſolus habes*] Laudes fluviorum, quas Heſiodus ſingulis attribuit, in unum Moſellam hic omnes congerit, καλλιρέεθρον, ἀργυροδίνην, θεῖον, ἐϋρρείτην, μέγαν faciens. Ovid.

— *& rivos flumina magna facis.*

Ita & Panegyriſtes ſupra: *Quos hic noſter ingens fluvius*, &c. Symmachus Epiſt. 14. lib. I. reprimit: *Novi ego iſtum fluvium, parem multis, imparem maximis. Hunc tu mihi improviſo, Ægyptio Nilo majorem*, (*adde & dulciorem*, Spartian. Caſaub. pag. 277.) *frigidiorem Scythico Tanai, clarioremque hoc noſtro populari Tiberi reddidiſti. Nequaquam tibi crederem de Moſella ortu ac meatu magna narranti, ni certò ſcirem, quod nec in poemate mentiaris.* Et ſane ut dotes ille ſuas habet, quibus multos vincit, ita inter ipſos qui in Rheno nomen communi lege deponunt, *Moſam* habet adeo non minorem, ut hic potius deminutivum (quod Grammatici vocant) nomen ab illo accepiſſe videatur. *Freherus.*

33. *Bivio munimine*] Quod hic dicatur maris munimentum, non ſatis video. Sed *bivium* dici puto propter geminum maris motum, quando accedit & recedit. *Vinetus.*

33. *Et bivio refluus munimine*] Lego: *& bivio refl. manamine pontus.* Id eſt, mare: quod non una ſolum via commeat ſine reditu, ut flumina, ſed quod acceſſum habet & receſſum. Delectatur ea forma vocabulorum, ut hoc ipſo carmine: *Gaudet ſimulamine*

Tu placidis [34] prolapſus aquis, nec murmura venti
Vlla, nec [35] occulti pateris luctamina ſaxi.
[36] Non ſuperante vado rapidos reparare meatus
Coge-

mine nautica pubes. Et: *celſas fluvii decercamina villas.* &: *tenui libamine muſa.* Gronovius.

34. *Pralapſus*] Sic vetuſtiſſima noſtrorum exemplarium. alia *prolapſus.* Vinetus.

34. *Placidis pralapſus*] Rectius quam *Prolapſus.* Ita idem Auſonius in Treveri:

Tranquillus placido pralabitur amne Moſella: nullis cataractis formidabilis, & impervius, ut Rhenus: nullis vorticoſis barathris, ut Eridanus, quem Heſiodus βαθυδίνην vocat; ut Danubius: Eandem laudem dat *Mincio* Silius Italicus. *Freherus.*

35. *Occulti ſaxi*] Vt Rhenus paſſim: præſertim prope Bingium; item ad Cubas; ad S. Goarem, de quo vide in ejus miraculis cap. 21; ad Angariam. Cum autem Auſonius hic neget, Moſellam *ſaxis occultis* periculum habere, quid dicemus ad hiſtoriolam illam Gregorii Turonenſis? lib. IV de Mirac. S. Martini cap. XXIX. quæ ita habet: *Quidam dum Metis ſalem negotiaſſet, & ad pontem Metis applicuiſſet, dixit: Domine Martine, Me & puerulos meos, & naviculam tibi commendo. Inter hac recubantes in navi condormivimus. Mane excitans me cum puerulis quos mecum habebam, invenimus nos ante portam Trevericam, neſcientes quomodo veniſſemus, qui nos adhuc Metis credebamus conſiſtere: nec fluvium ſenſiſſemus, & Moſella tunc ſavientis undas naufragas evitaſſemus: & (quod ſatis eſt mirabile) quomodo inter ſaxa nocturno tempore prateriſſemus incolumes, non nauta vigilante, non vento flante, non remo ducente.* Sed nimirum forte Auſonius de alveo Moſellæ infra Treverim, in qua hæc ſcripſit, locutus. His ſaxis comparat ſimulationem ex invidia natam Zeno pag. 407. *Freherus.*

36. *Non ſuperante vado*] *Superans vadum* hoc loco eſt, emergens, exſurgens, aſcendens in ſummam aquam. Quæ autem ſic brevi ſunt vado flumina, ea magis ſunt rapida & innavigabilia. *Vinetus.*

36. *Non ſuperante vado*, &c.] Vitio hæc non carere docent ſcripti libri, in quibus:

Non ſperante vado rapidos reparare meatus
Cogeris --- *Reparare viam* ſit, eamdem, quam ante habuit, redire cogi molibus aut machinis. *Vadum* verò poëtis quodvis flumen, licet minimè *vadum.* Sic *vadum* in puteo apud Phædrum fab. LXVI. Vt ad Claudian. notavimus. Illud vero certum, *interſeptus* ex iiſdem libris reducendum; major enim res eſt intercipi fluvium, quàm quæ hic innuitur; ubi tantum de obſtaculis objectis ſermo eſt; ut mox inſulam dividere flumen autumat. *Barthius.*

36. *Non ſuperante vado*] MS. *ſperante* & *praparare* habuit, ut notavit Barthius in Adverſariis. *vadum* eſt locus brevibus *vadis.* Scripſit vero Auſonius:

Non ſperante vado rapidos ſuperare meatus
Cogeris. Hoc eſt, non in actum agit te *vadum* ſperans emicare, emergereque, & inhibere liberos rapidoſque meatus fluminis, quia prope abeſt ab ejus ſuperficie. *Gronovius.* Ego vero, quum ſenſus ejus ſit perfacilis & expeditus, vulgatam non ſollicitaverim. Hoc enim innuit Poëta: Non neceſſe habes rapidos meatus, & deproperantes fluenti tui curſus partiri, atque hoc quaſi pacto reparare, alveo priore accumulatis arenis ita vadoſo, ut non poſſit vim omnem aquarum tuarum, atque copiam recipere

Cogeris, [37] exſtantes medio non æquore terras
[38] Interceptus habes: [39] juſti ne demat honorem
Nominis, [40] excluſum ſi dividat inſula flumen.
[41] Tu duplices ſortite vias; & quum amne ſecundo
Defluis, ut celeres feriant vada concita remi:
Et quum per ripas nuſquam ceſſante [42] remulco
[43] Intendunt collo malorum vincula nautæ.
Ipſe tuos quotiens miraris in amne [44] recurſus,
[45] Le-

cipere, ſed illarum partem in alium ac novum alveum cogatur transfundere, qui duo alvei ambitu ſuo inſulam efficiant. Quatuor enim hi verſus nihil aliud volunt, quam nullam eſſe in Moſella inſulam. τὸ *ſperante* venit à librariis non advertentibus literam *v*, quæ per compendium *ſolet ſuperſcribi*.

37. *Extantes æquore terras*] Ut Rhenus. Marcellinus lib. XVI. *Alii occupatis inſulis, ſparſis crebro per flumen Rhenum, ululantes lugubre, convitiis Romanos inceſſebant*. Sunt tamen in hoc quoque inſulæ paſſim quædam, ſed minores, nec eo nomine dignæ. *Freherus.*

38. *Interceptus*] Diviſus. *Vinetus.*

38. *Interceptus habes*] *Interſeptus* Pulmann. ad oram ſuæ edit. Quod non diſplicet. & ita quoque Frontinus emendandus eſt l. I, c. V, ex. XI: *Tota caſtra confodit; & interſepto hoſtium aditu*, &c. ita MS. pro, *intercepto*.

39. *Iuſti ne demat*] Non ſatis, ô Moſella, dignus eſſes nomine & honore fluvii, ſiqua tuum amnem inſula divideret, minueretque. *Vinetus.*

40. *Excluſum*] Rejectum, prohibitum, ne juſta ſua defluat amplitudine. *Vinet.*

41. *Tu duplices ſortite vias*] Cujus navigandi ratio eſt duplex, ſecundo, & adverſo fluvio, id eſt cum aqua, & contra aquam, ut exponit Servius in verſum quadringenteſimum & nonageſimum quinctum ſeptimi Æneidos. *Id.*

42. *Remulco*] Quod Latini *remulco trahere* dixerunt, id uno verbo, ſed eo compoſito, ῥυμουλκεῖν, Græci ante dixerant: ut docuit Polybii Megalopolitani auctoritate Baiſius in libro de re navali. Sed mirum vocalem *v*, quomodo Latini in *e*, mutarunt. Eſt autem ῥυμουλκεῖν, id eſt *remulco trahere* ſive *remulcare*, ſiquidem apud Feſtum & Nonium legi debet hoc verbum, navem fune trahere: ut quando in mari, aliquove fluvio, navis ſit, quæ nec vela habeat, nec remos, quibus agatur: & ad eam unus pluresve funes ex aliqua alia nave alligentur. In fluminibus namque quando velo remove non eſt locus, ſi forte per ripas iri poſſit, in eas deſcendunt nautæ: & fune ad ſummum malum alligato, navigium ii ipſi trahunt: aut jumenta adhibent, quæ pro illis hoc faciant: ut mulam ſcribit Horatius ſermone quincto libri prioris. *Vinetus.*

42. *Non ceſſante remulco*] Id eſt *deyen, ſchalten*. Idem Epiſt. 2,

— *Celeriſque remulci*
Culpabam properos adverſo flumine curſus. Freherus.

43. *Intendunt collo*] *Helciarii* dicti, adverſo alveo etiam remis adhibiti. Durus labor & cantu ſolandus. Ovid. pag. 268. *Freherus.*

44. *Recurſus*] *Recurſum* Moſellæ intelligit, non qui ipſe in ſuum fontem redeat, ſed qui navigia adverſo flumine, *remulco* tracta, ſurſum verſus vehat, & non lentius vehat, quam ſi ſe-

Tendens marmoreum [50] laqueata per atria campum.
[51] Aſt ego deſpectis, quæ cenſus opeſque dederunt,
Naturæ mirabor opus, [52] non, cura nepotum;
Lætaque jacturis ubi luxuriatur egeſtas.
Hic ſolidæ ſternunt humentia littora harenæ,
Nec retinent memores veſtigia preſſa figuras.
Spectaris vitreo per levia terga profundo,
[53] Secreti nihil amnis habens. utque almus aperto
Panditur intuitu liquidis obtutibus aër,
Nec placidi prohibent oculos per inania venti:
Sic demerſa procul durante per intima viſu
Cernimus, arcanique patet penetrale fluenti:
Quum vada lene meant, liquidarum & lapſus aquarum
Prodit

de *Synadicon* marmor apud Plinium. *Vinetus.*

49. *Phrygiis cruſtis*] P[illegible]onius:
Hinc Numida cruſtas, illinc nova vellera Seres.

Velſerus in pavimento Auguſtano. Apul. pag. 72. Caſſiodor. p. 15. De *cruſtis* Iuret. in Symmachum, p. 12. in pr. pag. 192. *Freherus.*

50. *Laqueata per atria*] *Atrium*, genus ædificii dicebatur, ingredienti domum primum occurrens, ut quo loco ſunt, quas *Cortes* appellamus in noſtris ædibus, continens mediam aream, inquit Feſtus, in quam collecta ex omni tecto pluvia deſcendat. *Atria* erant tecta, & in iis ſummis quæ *lacus, lacunar, lacunarium, laquear* ſive *laqueare*, & *laquearium* dicebantur. Apulejus in principio libri quincti: *Iam ſcies ab introitu primo, dei cujuſpiam luculentum & amœnum videre te diverſorium. Nam ſumma laquearia citro, & ebore curioſe cavata, ſubeunt aurea columnæ. Parietes omnes argenteo calamine conteguntur, beſtiis & id genus pecudibus occurrentibus ob os introeuntium.* & reliqua. Ita erant *Atria*, & in iis laquearia: quæ quum in principum ædibus, citro, ebore, auro, aliave pretioſa materia erant curioſe cavata, ut ait Apulejus, & exornata, LAQVEATA *atria* dicebantur. Sed alia etiam laqueata ædificia. Cicero de Prætura urbana: *Conſiderat templum. Videt undique tectum pulcherrime laqueatum.* Vinetus.

50. *Laqueata per atria*] Vide apud Lipſium lib. Admirandorum p. 193. *Freherus.*

51. *Aſt ego deſpectis*] Atticus apud Ciceronem in principio ſecundi de legibus quum Inſulæ fluminis *Fibreni* meminiſſet, dixiſſetque ſe Marcus illo loco libentiſſime uti ſolere, ſive quid ipſe ſecum cogitaret, ſive aliquid ſcriberet, aut legeret: *Equidem qui nunc potiſſimum*, inquit, *huc venerim, ſatiari non queo, Magnificaſque villas & pavimenta marmorea, & illa laqueata tecta contemno.* Vinet.

52. *Non cura nepotum*] Opus naturæ, & quod natura Moſellæ ingenuit, mirabor, prædicaboque, non autem id, ubi, & in quod Nepotes, & luxu perditi homines quicquid habeant pecuniæ, inſumunt, & ſe lubentes pauperant. *Id.*

53. *Secreti nihil amnis habens*] Poëtice, & ſupra fidem eleganter. *Freherus.*

54. *Quod*

Prodit cœrulea diſperſas luce figuras:
[54] Quod ſulcata levi criſpatur harena meatu:
Inclinata tremunt viridi quod gramina fundo.
[55] Vtque ſub ingenuis agitatæ fontibus herbæ
Vibrantes patiuntur aquas: lucetque, latetque
Calculus: & viridem diſtinguit glarea muſcum.
Nota [56] Caledoniis talis pictura Britannis;

Quum

54. *Quod ſulcata*] Noſter hic maniſeſtè *quod* pro *ut* bis poſuit.

55. *Vſque ſub ingenuis*] *Vtque* malim, quam *uſque*, hoc ſenſu. Et quemadmodum in fontibus nitidis, & perennibus, herbas ſub ipſis ſcaturientibus aquis videas exagitari, ibique lucere latentes lapillos, ubi & muſcus à glarea facile internoſcitur, haud aliter ſub aqua perſpicua Moſellæ, &c. GLAREA autem minuti lapides calculique, & cum iis harenæ aliquid, quibus ſolum conſternitur. *Vinetus.*

55. *Vtque ſub ingenuis*] Scite *ingenui fontes*, eo loco quo naſcuntur, non adſciti opere aut machinis aliunde. *Barthius.* Duo Pulmanniani, *Ita* legunt, pro *utque*.

56. *Caledoniis talis pictura Britannis*] In *mari Britannico* ſimilia cernuntur. Herculis temporibus fuit *Britannus* quidam nomine, auctore Parthenio, unus ex Galliæ regibus, à quo Britannos eſſe dictos volunt. Gallica enim gens Britanni: eoſque Plinius enumerat inter Galliæ Belgicæ gentes, quæ ad occaſum habitant, cum Ambianis, Bellovacis, & Morinis. Ex Gallia vero tranſvecti in adverſam inſulam putantur. Sic enim fere Cornelius Tacitus in vita Agricolæ. Quæ cum *Albion* antea diceretur, *Britannia* ab illis tranſnominata ſit: & vicinæ etiam huic, inſulæ Britannicæ cognominatæ, quas iidem Britanni poſſederint. Manſit autem illi hoc nomen uſque ad Annum circiter à Chriſto nato 400 & 50. Circa quod tempus Scoti, & Angli Britannos ſibi ſubegerunt, eorumque inſulam inde adhuc tenuerunt, quæ nunc ab iis appellatur, pars *Scotiæ*, pars *Anglia*, pro Albione & Britannia. Quæ autem in Gallia Celtica ad ipſum Oceanum & Ligerim Britannia nunc appellatur, qua parte Namnetes, Redones, Venetos, Diablintes, Oſiſmios, & alios quoſdam populos ponunt Cæſar, Plinius, Ptolemæus[illegible]ea & ab iiſdem Albionis inſulæ Britannis nomen invenit: Maximus enim, quem Britannum latronem Auſonius appellavit in carmine de Aquileja, quum in Albione tyrannidem arripuiſſet, in Galliam cum exercitu tranſiiſſet, extinxiſſet Lugduni Gratianum Imperatorem Auſonii diſcipulum, Britannis hanc Galliæ partem dedit, quorum favore & auxilio tantum facinus auſus fuerat. Hoc ſcribit Sigebertus factum anno Chriſti 386. Ex eo itaque tempore hanc Galliæ Celticæ oram Britanni tenuerunt: in eamque multo major Britannorum vis cum ſuis Epiſcopis commigravit, quo tempore Angli Albionis jam magnam partem tenentes, reliquum nullo non immanitatis genere oppugnarent. Sic duæ Britanniæ ex una factæ quum eſſent, illam *Britanniam majorem* & *Britanniam inſulam* nominavimus: Celticam vero, *Britanniam minorem*, & *Ciſmarinam Britanniam*: in qua Britanni ſermonem ſuum adhuc retinuerunt, ſoli ex ceteris illi Albionis parti cognitum,

quæ

Quum virides algas, & rubra corallia nudat
Æſtus, & albentes [57] concharum germina baccas,
[58] Deliciaſque hominum locupletes, quæque ſub undis
Aſſimulant noſtros imitata monilia cultus.

[59] Haud

quæ *Wallia*, id eſt Gallia, nominatur. Hæc enim gens eodem ſermone utitur cum Britannis Celticis, quos *Bretones* vulgo appellamus. Quæ linguæ communitas, gentium cognationem ſine dubio arguit. Reliquæ vero Albionis gentes, Scoti, qui ex Hibernia inſula in Albionem venerunt, Hibernice loquuntur: & Angli Germanice, qui Saxones ſint genere, ut *Saxones* pro Anglis eos ſua lingua Scoti & Britanni vulgo appellant. Gallorum vero, qui Britannos in Gallia Celtica ambiunt, ſermo Romanus eſt, ab illis Barbaricis longe diverſus. *Caledonios.* Dio Nicæenſis in rebus Severi Auguſti, duo facit maxima Britannorum genera, *Καληδονίους* & *Μαιάτας*: ponuntque ſuper *Caledonios* Plinius & Ptolemæus, *ſilvam Caledoniam*, qua parte nunc Scotia eſt. Vnde quidam tradiderunt eam Britanniæ partem, primam, deinde totam inſulam, cognominatam fuiſſe *Caledoniam.* Vinetus.

56. *Pictura Britannis*] Virgil. Iornandes pag. 6. bis, credo ex Tacito. Cambdenus, 51. *Stigmata Britannorum.* Tertull. fol. 320, pag. 82. -- *nec uno nomine pictos*, Claudian. B. Rhenan. *Freherus.*

56. *Tota Caledoniis*, &c.] Locum vitiatum non ſanat diſtinctio, quam nonnullos adhibere ait Vinetus. una litera dabit veram lectionem. ſcribe:

Nota Caledoniis talis pictura Britannis.

Variationem nativorum colorum in algâ, coralliis, baccis, conchis, aliis talibus in fundo maris æſtu defluxi, comparat cum eis, quæ per aquam in Moſella videri dicit. Nihil verius hac repoſitione. *Barthius.* Probo, *Nota.* Facile, ut alibi notaſſe memini, primæ verſus literæ depravari potuere.

Sic apud Statium lib. II Achilleidos:

Ille quoque obliquos dilecta ad mœnia vultus
Declinat, viduamque domum, gemituſque relicta
Cogitat: occultus ſub corde renaſcitur ardor,
Datque locum virtus. Senſit Laërtius heros
Mærentem, & placidis aggreſſus flectere dictis.

ubi longe melius *Hærentem*, id eſt, dubitantem, & cogitantem, utrum ardori amoris an virtuti obſequeretur, ſcripti libri præferunt.

57. *Concharum germina baccas*] Pomponius libro tertio de Britannia inſula: *Fert nemora, ſaltus, ac prægrandia flumina, alternis motibus modo in pelagus, modo retro fluentia, & quædam gemmas margaritaſque generantia.* Et Plinius l. IX. de unionibus: *In Britannia parvos atque decolores naſci certum. Quoniam Divus Iulius thoracem, quem Veneri Genitrici in templo ejus dicavit, ex Britannicis margaritis factum voluerit intelligi.* Ammianus quoque meminit in extremo libro viceſimo tertio, & Suetonius in Iulio Cæſare. *Vinetus.* Origen. Commentar. in Matthæum, p. 210: *οἵτινές εἰσι καὶ ἄλλοι ἐν τῇ Ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ γινόμενοι. διυπερέχουσι δ' οἱ ἐν μαργαρίταις οἱ ἐν τῷ κατὰ Βρεττανίαν ὠκεανῷ λαμβανόμενοι.*

58. *Delicias hominum locupletibuſque ſub undis*] Sane ita membranæ duæ, mendoſum eſſe ipſa ratio pedum. & ſententia fracta coarguunt. Quomodo autem juvandum, vix quiſquam niſi exactis oculis perſpexerit. Poteſt abeſſe integer verſus, qui gloſſam ſane non uno odore ſpirat. Fortaſſis:

Delicias hominum; locupletibus aqua ſub undis

A a Aſſi-

[59] Haud aliter placidæ ſubter vada læta Moſellæ,
Detegit admixtos non concolor herba lapillos.
Intentos tamen uſque oculos errore fatigant
[60] Interludentes examina lubrica piſces.
[61] Sed neque tot ſpecies, obliquatoſque natatus,
Quæque per adverſum [62] ſuccedunt agmina flumen,
Nominaque, & cunctos numeroſæ ſtirpis alumnos,
Edere fas. haud ille ſinit, cui [63] cura ſecundæ
Sortis, & æquorei ceſſit tutela tridentis.
Tu mihi [64] flumineis habitatrix [65] Naïs in oris,
Squa-

Aſſimulant noſtros imitata monilia cultus.

Hoc eſt paria, paris coloris & variationis. *Barthius.* Malim: *Delicias hominum locupletum: quæque ſub undis*, &c.

59. *Haud aliter placidæ*, &c.] MSS. duo, *ammixtos*: ego vero *immiſtos*, hoc eſt, non permiſtos temeré, ſed ordine quodam naturali, aut ingenuo, legendum duco. *Barthius.*

60. *Interludentes*] Voluptuoſi piſces. Caſſiodor. pag. 28. *Freherus.*

61. *Sed neque tot ſpecies*] *Species.* hoc ſenſu Paulinus Epiſtola v.

Nam tibi quid dignum referam pro piſcibus illis,
Quos tibi vicinum locupleti gurgite littus
Suppeditat, miros ſpecie, formaque diremptos?

Sed neque tot ſpecies Ovidius:

--- quot piſcibus unda natetur.

Symmachus Auſonio: *Vnde illa amnicorum piſcium examina reperiſti, quam nominibus varia, tam coloribus: ut magnitudine diſtantia, ſic ſapore? Quæ tu pigmentis iſtius carminis ſupra Naturæ dona fucaſti. Atqui in tuis menſis ſæpe verſatus, cum pleraque alia, quæ tunc in precio erant, eſui objecta mirarer, nunquam hoc genus piſcium deprehendi. Quando iſti piſces tibi nati ſunt in libro, qui in ferculis non fuerint?* Nos quoque piſcibus iſtis examinandis & condiendis non multum immorabimur, & ad Gul. Rondeletium, Pet. Bellonum, Fr. Bouſſetum, Fr. Maſſarium, & præcipue Hippolytum Salvianum Tiphernatem, Geſnerum, Dubravium, Paul. Iovium, Georg. Agricolam, à quibus in iſta captura præventi, Lectorem curioſum remittamus. *Freher.*

62. *Succedunt*] Exprimit illud Lucretii lib. I. pag. 12.

Cedere ſquamigeris latices nitentibus ajunt,
Et liquidas aperire vias: quia poſt loca piſces
Linquant, quo poſſint cedentes confluere unda. Freh.

63. *Cura ſecundæ ſortis*] Neptuno aquarum, qui inferior Iove. Ovidius in Triſtibus:

Cumque minor Iove ſit, timidis qui regnat in undis.

Idem de Plutone: *per tertia numina.* Pluto apud Claudianum: *Tertia ſupremæ paſſor diſpendia ſortis.* Idem paſſim *tertius heres Saturni.* De Neptuno autem Lucanus IV. p. 113. *ſorte ſecunda.* p. 167. *regno ſecundo.* vetus poëta:

Iuppiter aſtra, fretum Neptunus, tartara Pluto,
Regna paterna tenent, tres tria, quiſque ſuum. Idem.

64. *Flumineis habitatrix*] Scaliger notat, *i* novies poni in hoc verſu. *Id.*

65. *Nais*] Prudentius: — *vel cyaneas cava flumina nymphas.* p. 291. *Id.*

66. *Squa-*

Squamigeri gregis ede choros, liquidoque ſub alveo
Diſſere cœruleo fluitantes amne catervas.
[66] Squameus herboſas Capito inter lucet harenas,
[67] Vi-

66. *Squameus capito*] Non alienum erit huic loco & piſcium agmina illa explicare, & ad noſtras appellationes ea revocare. Sed quis neſcit *Capitonem*, *Vmbram*, *Barbum*, *Salmonem*, *Percam*, *Mullum*, *Lucium*, *Tincam*, *Alburnos*, notiſſimos eodem nomine in Aquitania, præſertim in Vibiſcis? item *Alauſas*, *Gobiones*? nam *Salarem*, & *Sarionem*, ſeu *Farionem*, referendum eſſe ad genera *Truttarum* non dubito, cum eos pene *Salmones* faciat. *Salaris* autem Sidonius meminit Epiſt. 11. l. 11. *Vt nocturnis per lacum excurſibus rapaciſſimi Salares in conſanguineas agantur inſidias.* De iiſdem videtur poſtea loqui: *Qui repulſi*, inquit, *in gurgitem pigriorem carnes rubras albis abdominibus extendunt.* Vt ſine ulla controverſia deſcribat Truttas, quas propter rubras carnes nos vulgo *Salmonatas* vocamus. Quæ in *Arva* fluvio Genevenſi cum ſint rubræ, Rhodano, in lacum Lemanum elapſæ albeſcunt, neque ſolum rubedinem illam, ſed & ſaporis gratiam amittunt. Hoc ergo idem Sidonius voluit, cum illa, quæ ſuperius produximus, ſcriberet. *Fario* autem eſt excuſum in Aldina, & antiquioribus editionibus. Recte. Nam Trutta eſt, ut diximus, & ita hodie à Moſellæ accolis & Germanis vocatur *Forhe*. *Tructarum* nomen apud unum Ambroſium vidi: & vetus Gloſſarium, *πλώκτης, Trutta*. *Muſtella* vero, quin ſit *Lampetra* noſtra, ne id quidem dubitare fas erit: cum nihil ejus deſcriptionis faciat cum Muſtella marina, aut Muſtella Araris: omnia cum Lampetra noſtra conveniant. De *Rhedone* nihil poſſum dicere. De *Siluro*, hoc poſſum vere affirmare: quemadmodum graviter errare puto, qui Silurum Plinii cum *Sturione* noſtro eundem faciunt: ita qui Silurum Auſonii Sturionem noſtrum non putant. Audi quid dicit Plinius de Siluris ejus tractus: *Silurus*, inquit, *graſſatur, ubicunque eſt: omne animal appetens: equos natantes ſæpe demergens, præcipue in Mœno Germaniæ amne.* Plinius, ut vides, & ut nos certo ſcimus ex relatione parentis noſtri, qui in Danubio olim in Hungaria hoc obſervavit, cum eſſet in comitatu gentilis noſtri Matthiæ Corvini Regis, nocentiſſimum animal eſt, Silurus. At innocentiſſimum hunc Silurum facit Auſonius, his verbis:

Hic tamen hic noſtra mitis Balæna Moſellæ
Exitio procul eſt.

Et credibile eſt, Auſonium in animo non habuiſſe, ut vellet fluvium, quem laudandum ſuſceperat, eo nomine commendatum eſſe, quod genus piſcis malefici produceret. Quomodo igitur Silurus Auſonii eſſe poteſt Silurus Plinii? Non igitur eſt. Dices Auſonium Poëtice id attribuiſſe piſci præter naturam ejus. Ego non puto tam vacui capitis fuiſſe Auſonium, ut putaret ſe poſteritati perſuadere poſſe, propter verſus ſuos Silurum piſcem fuiſſe oblitum ingenii ſui. Nugæ. Non alius poteſt eſſe Silurus Auſonii, quam Sturio noſter. Ne quære talia. Quid cavillaris? convenit tota deſcriptio. Sed addam, quod negare non potes: temporibus Auſonii, Siluri nomine Sturionem vocatum fuiſſe. Id probabo ex verſibus Fortunati Epiſcopi Pictavienſis, qui propius ab ea ætate abfuit. Is loquens de *Ægircio* noſtrate fluvio ita ſcribit:

Obtinet expulſus ſtabulum campeſtre Silurus.

[67] Viſcere præ tenero fartim congeſtus [68] ariſtis,
Nec duraturus poſt [69] bina trihoria menſis.
[70] Purpureiſque Salar ſtellatus tergora guttis,

[71] Et

Plus capitur terris, quam modo piſcis aquis.

Quis unquam vidit Silurum è Garumna? at infinitos Sturiones, immanes, opimos etiam ultra confluentes Ægircii capi ſcimus. At, inquies, non ſequitur propterea, ut ſi non eſt Silurus, ut ſit Sturio. Da mihi piſcem alium, cui magis Auſoniana deſcriptio conveniat, quam Sturioni, & verum putabo. Quid? cur non alius poteſt eſſe Silurus Auſonii à Siluro veterum, & Plinii? non alia *echeneis* Ariſtotelis, alia Oppiani? alia Muſtella noſtri Auſonii, alia veterum? alia *Clupea* Plinii, qui piſciculum nominat, alia Calliſthenis Sybaritæ, qui ingentem piſcem? Verba Calliſthenis ipſius, quanquam ad inſtitutum non faciunt, quia non omnibus obvia ſunt, & pertinent ad noſtram Galliam, huc tanquam ſymbolam conferam ex ιγ. τῶν Γαλατικῶν. Ἄραρ, inquit, ποταμός ἐστι τῆς Κελτικῆς, παρὰ τὸ Ῥοδανῷ ἡρμόσθαι τὴν προσηγορίαν εἰληφώς. καταφέρεται γὰρ εἰς τοῦτον κατὰ τὴν χώραν τῶν Ἀλλοβρόγων. γεννᾶται δὲ ἐν αὐτῷ μέγας ἰχθὺς Κλυπαία καλούμενος ἀπὸ τῶν ἐγχωρίων. Οὗτος αὐξομένης τῆς σελήνης λευκός ἐστι, μειουμένης δὲ μέλας γίνεται παντελῶς, ὑπεραυξήσας δὲ ὑπὸ τῶν ἰδίων ἀκανθῶν ἀναιρεῖται. εὑρίσκεται δὲ ἐν τῇ κεφαλῇ αὐτοῦ λίθος χόνδρῳ παρόμοιος ἁλὸς, ὃς κάλλιστα ποιεῖ πρὸς τεταρταίας νόσους, τοῖς ἀριστεροῖς μέρεσι τοῦ σώματος προσδεσμευόμενος, τῆς σελήνης μειουμένης. Sed an vera dicat Calliſthenes, quæramus. Ego antiquitatis ſtudio hæc in medium protuli. *Scaliger.*

66. *Capito*] Nimis grande *caput* pro reliquo corpore huic piſci nomen dedit, ſicut ſuum *Cephalum* marinum piſcem, Græci ἀπὸ τῆς κεφαλῆς, id eſt, à capite, vocaverunt. De *capitone* autem fluviatili piſce, ut & de ceteris Auſonio hic celebratis, eos conſule, qui noſtra ætate multi de piſcibus ſcripſerunt, in primiſque Petrum Belonem, & Guilielmum Rondeletum. *Vinetus.*

66. *Capito*] Mugilis genus eſſe cenſet Salvianus cap. XII non aſpernandum, quia *viſcere prætenero* (ita legiſſe eum apparet) dicat Auſonius: Et recens captum comedendum, quia minime duret, ſed ſtatim corrumpatur & putriſcat: quod etiam Galenus teſtatur: vel certe ſale condiendum, quomodo non tantum conſervari aliquandiu poſſit, ſed etiam ſtomacho non adverſetur, M. Catone auctore cap. 166, De re Ruſt. ex eodem jus ad dejiciendam alvum idoneum conficitur. Rond. c. XV. de fluv. piſc. *Freherus.*

67. *Viſcere præ tenero*] Cujus viſcera multis *ariſtis* ſæpiuntur. *Vinet.*

68. *Ariſtis*] Ἀντὶ τῶν ἀκανθῶν uſurpatum, & hodie in vulgari ſermone Gallico *Areſtas* remanſiſſe, Scaliger obſervavit. *Freher.*

69. *Bina trihoria*] Sex horas. Quod corrumpatur ſtatim & putreſcat. Sic de *Corvo* piſce idem Auſonius in verſu ſexageſimo ſecundo epiſtolæ quinctæ. *Vinetus.*

69. *Trihoria*] Idem Auſon. Epiſt. IV.
Nec duraturi poſt bina trihoria corvi.
Freherus.

70. *Purpureiſque Salar*] Neſcio, an *ſalaris* veterum Latinorum quiſpiam meminerit alius præter Auſonium hoc loco, & Apollinarem Sidonium in epiſtola ſecunda libri ſecundi. *Vinetus.*

70. *Salar ſtellatus*] Genus eſt *fariorum* ſive *truttarum* exiguum, purpureis maculis, ejuſdem cum illis ſa-

poris

[71] Et nullo ſpinæ nocturus acumine Redo,
[72] Effugienſque oculos celeri levis Vmbra natatu.
Tuque per [73] obliqui fauces [74] vexate Saravi,
[75] Qua bis terna fremunt ſcopuloſis oſtia pilis,
Quum defluxiſti [76] famæ majoris in amnem,

Libe-

poris & nominis: quos adultos in truttas evadere accolæ exiſtimant: & Auſonius ipſe mox innuit, de Fario-ne loquens:

Qui necdum Salmo, nec jam Salar, ambiguuſque
Amborum, medio Fario intercepte ſub ævo.

Horum meminit Sidonius Epiſt. 11. lib. 11. *Hinc jam ſpectabis, ut promoveat alvum piſcator in pelagus: ut ſtataria retia ſuberinis corticibus extendat: ut ſignis per certa intervalla diſpoſitis tractus funium librentur, hamati ſcilicet: ut nocturnis per lacum excurſibus rapaciſſimi ſalares in conſanguineas agantur inſidias. Quid enim hic congruentius dixerim, cum piſcis piſce decipitur?* Totum hunc locum de *Salare* eleganter & diffuſe explicat Salvian. cap. 24. *Freherus.*

71. *Et nullo ſpina --- Redo*] Dixerat Ovidius in Halieutico de Gobio marino:

Lubricus, & ſpina nocuus non Gobius ulla.

Piſcis autem iſte *Redo*, *Rhado*, *Thedo*, *Tedo* (ſic variant hoc nomen multi libri) mihi plane eſt incognitus: niſi quod Robertus Cenalis nuper auſus eſt contendere, eſſe quam *Locham* appellamus, parvum piſciculum, rivulos amantem, ſpinis pæne nullis, & quæ ſine noxa cum toto corpore mandantur. Ceterum de *Locha* plura noſter Belonius. *Vinetus.*

71. *Redo*] Ignotus & Scaligero. *Freherus.*

72. *Effugienſque ---Vmbra*] *Vmbram* piſcem memorant, Varro, Columella, & alii, qui apud Athenæum σκίαινα, σκιαδὶς, σκιαδεὺς, appellatur, ἀπὸ τῆς σκιᾶς, id eſt ab *umbra*, quam colore refert, ut volunt, qui hunc piſcem noſſe ſe putant. *Vinetus.*

72. *Vmbra*] Græcis σκίαινα, & σκιαδεὺς, σκιαδὶς, & Galeno auctore etiam σκιαινίδης appellatur: apud Latinos veteres Ennium, Columellam, Ovidium, Iſidorum *Vmbra*, hodie Italis *Ombrina*, Pariſinis *Maigre*. Et ut M. Varro & Iſidorus teſtantur, *piſcis iſte à colore* VMBRA dicitur, quod Ovidio auctore *liventis ſit corporis*: vel etiam, quia perniciſſimo ſuo natatu oculos effugiens, umbra verius intuentibus quam piſcis appareat. quod innuere videtur hic:

Effugiens oculos celeri levis Vmbra natatu.

Ita ad hunc locum Salvian. cap. 31. Rond. cap. 5. de fl. piſc. *Freherus.*

73. *Obliqui fauces Saravi*] Alias *Sarra* fluvius: cui pons impoſitus ſenis pilis, antiquo & memorando opere, haud longe Auguſta Treverorum ad vicum Cuntzium, unde & ipſi nomen *Cuntzerbruck*. De quo Ortelius in Itinerario. Et Scaliger Auſon. Lect. lib. 1. cap. 2. *Freher.*

74. *Vexate*] Vi & rapiditate aquæ huc illuc rapte. Vide de hoc verbo Gellium, lib. 2. cap. 6. *Vinetus.*

75. *Bis terna*] Sex ora, & oſtia. Saravo in Moſellam exituro occurrunt in medio alveo pilæ & ſcopuli, qui unum in ſex dividunt: ibique fremitus ingens & fragor aquæ in illos impingentis. *Vinet.*

76. *Fama majoris in amnem*] Videri poteſt hemiſtichium quadringenteſimi verſus Pharſaliæ Lucani. *Vin.*

76. *Fama majoris*] E Lucano lib. 1. pag. 34. *Freher.*

Liberior laxos exerces [77] Barbe natatus.
Tu melior [78] pejore ævo; tibi contigit omni
Spirantum ex numero non inlaudata ſenectus.
Nec te puniceo rutilantem viſcere Salmo
Tranſierim, latæ cujus vaga verbera caudæ
Gurgite de medio ſummas referuntur in undas,
Occultus placido cum proditur æquore pulſus.
Tu loricato ſquamoſus pectore, frontem
Lubricus, & [79] dubiæ facturus fercula cœnæ,
Tempora longarum [80] fers incorrupte morarum,
Præſignis maculis capitis: cui prodiga nutat
Alvus, opimatoque fluens abdomine venter.
Quæque per Illyricum, per ſtagna [81] binominis Iſtri,
[82] Spumarum indiciis caperis Muſtella natantum,

[83] In

77. *Barbe*] Vide Rondel. cap. XIX. de fluviatilibus piſcibus. *Freherus.*

78. *Pejore ævo*] In ſenio. *Vinetus.*

78. *Pejore ævo*] Senectute. Ovid. *Deteriore ævo* pag. 285, & 330. Vt *Sequior ſexus*, fœmineus: melior, virilis. Papinius 1. Thebaid. *Sexus melioris inops.* Auſon. Parent. XII. de ſorore:

Virtutes multas habuit, quas ſexus habere
Fortior optaret.

Hoc notavit Turn. Adverſ. Et addit hoc loco Salvianus: *Si in ſaxoſis ac puris fluminibus capiantur, ut probe ſapiunt, ſic teneriores & concoctu faciliores eſſe, ac probiorem ſanguinem gignere: Ineunte etiam vere ſapidiores quam reliquis anni temporibus credi.* Grandiores natu præferre Auſonium ſoleo non mirari, cum è Rheno quidem & Nicro bipedales & amplius, frugalis noſtra menſula exhibuerit. *Freher.*

78. *Pejore ævo*] Adde ad ea, quæ alii, Nonium in ſenio: *ætatem malam veteres ſenectutem dixerunt.* Apud quem plura exempla: ubi & *bonam ætatem* adoleſcentiam dici probat.

79. *Dubia cœna*] Lautæ, opiparæ. Adagium apud Eraſmum. *Vinetus.*

79. *Dubia fercula cœnæ*] *Dubia.* Affectat ex Terentio. Vide etiam de *Salmone*, Battaſſ. pag. 395. S. Girald. in Topograph. Hiberniæ fol. 731. *fercula cœnæ.* Vere enim Salmo, quod ad dotem ſaporis, rex piſcium, Rheno potiſſimum familiaris. De quo plura Origg. noſtrarum Palat. Parte II, cap. XVIII. Fortunatus ad Gogonem:

Dicite, quis vegetet carus mihi Gogo, ſalutem:
Quid placidis rebus mente ſerenus agit?
Si prope fluctivagi remoratur littora Rheni,
Vt Salmonis adeps rete trahatur aquis.
Aut ſuper uviferi Muſellæ obambulat amnem,
Quod levis ardentem temperat aura diem.

Freherus.

80. *Fers incorrupte morarum*] Phraſis Auſonio frequens, ut notat Ioſ. Scaliger lib. I cap. XII Lection. *Freherus.*

81. *Binominis Hiſtri*] *Danubius* primum, deinde *Hiſter* appellatur. *Vinetus.*

82. *Spumarum indiciis cap. Muſtella*] Non minus errant, qui Auſonii Muſtellam

ſtellam noſtram Lampetram eſſe negant, quam qui vel veteribus ignotam, vel ſaltem ab illis ſilentio prateritam volunt. Vtrumque enim aliter ſe habere vero vincam. Sed illud prius non poſſum non mirari, adeo nobilem piſcem proprium nomen non habuiſſe, ſed mutuatitium. Nam & Auſonio, ut videmus, *Muſtella* vocatur, cum alia tamen ſit Muſtella, & diverſa: & ex vetuſtiſſimis Græcis Archeſtrato quidem ἔγχελυς ἀπύρηνος, Dorioni autem ποταμία μύραινα dicitur. Archeſtratus ideo vocat ἀπύρηνον, hoc eſt, *exoſſem*, quia donec adhuc eſt in mari, poſt brumam ad æquinoctium uſque vernum, eſt ἀνάκανθος. Dorioni autem dicitur ποταμία μύραινα, quod poſt id tempus, cum adverſis fluminibus è mari excipitur, habeat μίαν ἄκανθαν μόνην ὁμοίαν τῇ ὀνίσκου τῇ καλουμένῃ γαλλαρίᾳ. Quam quidem ἄκανθαν omnes Galli vocant *Chordam*, quia incipit tunc callum facere, & ſemper ab eo tempore adverſis fluminibus obnititur, ut multæ etiam non ſolum ad capita magnorum fluviorum, ſed etiam in rivulis, qui in magnos fluvios exonerantur, inventæ ſint, neque unquam priſtinas ſedes repetant. Verba Dorionis ita citat Athenæus: Δορίων δ' ἐν τῷ περὶ ἰχθύων, τὴν ποταμίαν φησὶ μύραιναν ἔχειν μίαν ἄκανθαν μόνην ὁμοίαν τῷ ὀνίσκῳ τῷ καλουμένῳ γαλλαρίᾳ. Archeſtrati autem verba ſunt hæc, quæ omnibus naturæ ſtudioſis diligenter perpendenda cenſeo. Loquitur autem de anguillis:

> Οὐ μὴν ἀλλὰ κλέος γ' ἀρετῆς μέγα κάρτα φέρουσι
> Κωπαΐαι, καὶ Στρυμόνιαι, μεγάλαι τε γάρ εἰσι,
> Καὶ τὸ πάχος θαυμασταὶ ὅμως δ', οἶμαι, βασιλεύει
> Πάντων τῶν περὶ δαῖτα, καὶ ἡδονῇ ἡγεμονεύει
> Ἔγχελυς, ἡ φύσει ἐστὶν ἀπύρηνος μόνος ἰχθύς.

Vides poſtquam laudavit *anguillas*, poſtea inferre: quamvis præſtantiſſimæ ſint anguillæ Copææ, & Strymoniæ, omnibus tamen præſtare eos piſces, qui dicuntur ἐγχέλεις ἀπύρηνοι, hoc eſt, *anguillæ exoſſes*. πυρὴν enim *os prunorum* aut *ceraſorum*. At anguilla vulgaris ἄκανθαν etiam præduram habet, ut ἀπύρηνος vocari non poſſit. Hanc ipſe Auſonius in magno precio ſuis temporibus fuiſſe teſtatur, cum ait:

> *-- ne lata Moſella*
> *Flumina tam celebri defraudarentur alumno.*

Secundum ætatem Auſonii invenio piſcem hunc Exormiſton vocatum fuiſſe à Græcis illis, qui ultimam oram magnæ Græciæ in Italia accolebant, præſertim à fretenſibus, ubi ejus piſcis etiam hodie frequens captura eſt. Caſſiodorus deſcribens ora litoris Rhegini, inter alias eo tractu naturæ dotes, & hæc addit: *Exormiſton quoque inter piſces regium genus, compar murenis corpore, colore diſtans, naribus ſetoſis, coloſtrea delicatudine praditum, oleoſo ac ſuavi liquore coagulatum, appetibilis grataque pinguedo, cum ſpumis fluctuantibus inter aeris confinia ceperit enatare, neſcit ad cubilia redire, quæ deſerit: credo, aut immemor reverſionis, aut teneritudine ſumma mollitus nequit undis elevantibus contraria obluctatione demergere. Fertur corpus exanime nullis niſibus, periculum nulla arte devitans: & hinc viribus deſtitutus redire non creditur, quia nec fugere poſſe ſentitur. Hic plane tanta dulcedinis eſſe dignoſcitur, ut ei nemo piſcium comparetur.* Communica hæc igitur, quiſquis es, cum piſcatore Vbiſco, aut Aremorico, ni Lampetram ſtatim eſſe quovis pignore contendet. Compara & cum Auſonianis, ni Auſonii Muſtella ſit, vel ex uno ſpumarum indicio. Præterea quam recte convenit nomen ἐξορμιστὸν, quia fundum maris deſerunt, ut in ſummum enatent, quod dicitur proprie de navi, ſublatis anchoris: & contra, cum eſt fundata anchoris, dicitur ὁρμίσθηναι. Hoc & Auſonius videtur indicare, cum dixit:

[83] In noſtrum ſubvecta fretum, ne lata Moſellæ
Flumina tam celebri defraudarentur alumno.
[84] Quis te naturæ pinxit color? atra ſuperne
Puncta notant tergum; qua lutea [85] circuit Iris,
Lubrica cœruleus perducit tergora fucus.
Corporis ad medium fartim pingueſcis: at illinc
Vſque

In noſtrum ſubvecta fretum. — Nam eſt piſcis, qui ſemper migret, & multum à natalibus aberret. Propterea ut dixi, vocatum eſt genus id piſcis, ἐξορμιστὴν, quod cum in neutro genere efferatur, videbatur potius univerſum genus complecti. Alibi locus ex eodem libro Caſſiodori, hoc eſt, ex XII, corrigendus eſt in epiſtola ad Canonicarium Venetiarum. Hodie enim legitur: *Deſtinet Carpam Danubius, à Reno veniat Ancorago exormis. Tonſicula quibuslibet laboribus offeratur*, &c. Cum ſine dubio legendum ſit: *A Reno veniat Ancorago: Exormiſton Sicula quibuslibet laboribus offeratur*, &c. Vbi notabis, *Exormiſton* feminino genere enunciari. *Setoſas nares* vocare videtur propter molle illud, quo prætextus eſt margo oris Lampetræ. Atque hæc ſunt, quæ de Lampetra poſt multos ætatis noſtræ doctiſſimos viros notamus, ut eorum de Muſtella Auſonii aut pertundat δυσπιστίαν, aut confirmet aſſenſum. Notabis autem, paulo poſt ab Auſonio *ariſtas* ἀντὶ τῶν ἀκανθῶν uſurpari. Quod hodie remanſit in vulgari ſermone Gallico. *Areſtas* enim vocamus. Verba Auſonii:

Segmentis coëunt, ſed diſſociantur ariſtis. Alibi:

Viſcere præ tenero fartim congeſtus ariſtis. Scaliger.

83. *In noſtrum fretum*] Moſellam. *Lampetræ* Veris initio è mari in fluvios exeunt, ut ibi pariant ova: poſteaque ſe in mare recipiunt. *Vinetus.*

83. *Noſtrum ſubvecta fretum*] Proprie & ſignanter loquitur. Piſcatorum indicio cognovimus, Muſtellam illam (quam Lampetram hodie vocamus) & ipſam ab Oceano dulcibus fluminibus adrepere, neſcio quo tenaci oris glutino, quo tactis quibuſque rebus firmiſſime adhæreſcit, Salmoni ſe applicantem, ut ab eo vel invito noſtris amnibus invehatur. Totum autem hunc Auſonii locum de Muſtella, collatis variis authorum locis, & ad ipſam picturam, accurate expendit & illuſtrat Hippolytus Salvianus Tifernas Hiſtor. 3. & Rondel. de Piſc. lib. 14. cap. 3. *Freherus.*

84. *Quis te natura*] Has λαμπυρίδας Græci videntur vocaſſe, διὰ τὸ τὰς χρόας λαμπυρίζειν. Inde factum vocabulum *Lamprida*, *Lampreda*, & corruptius *Lampreta*, & *Lampetra*. Errat autem Scaliger, qui *Exormiſtonem* Caſſiodori eundem facit piſcem cum *Auſonii Muſtella*, & *Lampetra noſtra*. *Exormiſton* quippe Caſſiodori eadem quæ *Muræna fluta*, de qua videndus Macrobius. *Salmaſius.*

85. *Circuit iris*] Eodem ſenſu ad Heſperium Epiſt. III.

Anates maritas junximus, &c.
Iricolor vario pinxit quas pluma colore,
Collum columbis æmulas. Freherus.

85. *Quia lutea circuit Iris*] Lege & diſtingue: — — *Atra ſuperne*

Puncta notant tergum; qua lutea circuit Iris.

Nempe atra puncta. Sed Vgolettus, aliique ediderunt:

Puncta notant tergum; quà lutea circuit iris,
Lubrica cærulens, &c. quam lectionem vulgatæ, ceu corruptæ, prætulerim.

86. *Per-*

Vſque ſub extremam ſquallet cutis arida caudam.
Nec te delicias menſarum [86] Perca ſilebo,
[87] Amnigenos inter piſces [88] dignande marinis,
Solus puniceis facilis contendere mullis:
Nam neque guſtus iners; ſolidoque in corpore partes
Segmentis coëunt, ſed diſſociantur ariſtis.
Hic etiam [89] Latio riſus prænomine, [90] cultor
Stagnorum, querulis vis infeſtiſſima ranis,
Lu-

86. *Perca*] Plinius lib. 32, cap. 11, amni & mari communem *Percam* facit. Salvian cap. 14, cum Galeno, qui fluviatilibus piſcibus marinos ſemper præfert, quod ſalubritatem ſpectat, fluviatilem Percam marina inferiorem judicat: ſed neque hanc inſalubrem: nam etſi friabilis non ſit, cum tamen tenera ſit, neque difficilis eſſe concoctionis, neque mali ſucci: præſertim quæ in ſaxoſis & puris fluminibus capiantur, quibus citra noxam veſci poſſint etiam valetudinarii: ſaporis vero ſuavitate marinæ longe & multum antecellere fluviatilem. Inſubribus *Peſce Perſico*, Gallis *Perche*, Anglis *Perc* dicitur, Græcis *πέρκη ποταμία*. Rond. cap. 22. de fluviat. piſcibus. *Freherus.*

87. *Amnigenos*] Fluviatiles. Legitur &, *amnigenas*. Vinetus.

88. *Dignande marinis*] Alias enim marini præferuntur fluviatilibus. Quos marinos Iuvenalis XV CORRVLEOS nominat:

Illic cæruleos, hic piſcem fluminis. Freherus.

89. *Latio riſus prænomine*] *Lucius*, forte L. Titius. Eſt enim vere prænomen Latium, & quidem ex illis antiquis, LVCIVS. Sigon. p. 669 & ſeq. Iam vero nulla alia cauſa riſus (forte ab ineptis) piſcis, quam quod habeat prænomen Latio frequens. Multus enim in ore hominum *Lucius*. Tertullianus Apolog. fol. 31. *Lucium ſapientem virum*, &c. *Qui juvenis? Lucius. quis amaſius?* &c. Vide & Henr. Stephanum de Latinitate ſuſpecta p. 104. Aliter Claudii, qui LVCII nomen ejuraverant. Sueton. in Tiberio cap. 1. Et ſic infra de ſe, *Auſonius nomen Latium.* Aurati, Murænæ, Lucii. Bodin. de Moneta. pag. 774. Gloſſa Anglicana: *Lucius*, *haced*, id eſt, *hacht*. *Lupus* Columellæ p. 377. LVCIVS ille in aſinum Luciani, Apul. ridebat libenter in prænominibus. ita ut Plautus, de ſuo *canino nomine* &c. Iuvenal. IV.

Nam quod turpe bonis Titio Sejoque. Freherus.

90. *Cultor Stagnorum*] Regnat enim *Lucius* in ſtagnis & vivariis, depaſcens quicquid eſt minutiorum, cum ſit miræ ingluviei, adeo ut Alberto M. auctore lib. 24. de animalibus ne ſui quidem generis piſcibus parcat. Et aliquando paullo ſe ipſis breviorem glutiunt piſcem: & tunc capite interius verſo, & aliquanta parte extra os dependente, paulatim digerunt, & attrahunt partes piſcis ſecundum longitudinem, donec totum digeſſerint. Et addit: *Ego vidi, & conſideravi, quod cum piſcem capiunt, primo in ore per transverſum dentibus perforatum diu portant, & tunc mortuum glutiunt.* Ita etiam gutturi continuatum habet ventriculum, ut aliquando eum, præ nimia aviditate glutiendi piſcem, ejiciat. Salvian. cap. 21. Rondel. c. 14. de fl. piſc. Caſſiod. 392. *Freher.*

Lucius, obſcuras ulva, cœnoque lacunas
Obſidet. [91] hic nullos menſarum lectus ad uſus,
Fervet [92] fumoſis olido nidore popinis.
Quis non & virides volgi ſolatia [93] Tincas
Norit, & [94] Alburnos [95] prædam puerilibus hamis,
Stridenteſque focis opſonia plebis [96] Alauſas?
Teque inter ſpecies geminas, neutrumque, & utrumque,
Qui necdum Salmo, nec jam Salar, ambiguuſque
Am-

91. *Hic nullos menſarum*] *Eadem aquatilium genera alibi atque alibi meliora*, inquit Plinius libro nono. *Lucius* ex multis fluviis & ſtagnis Aquitaniæ noſtræ, in pretio eſt. *Vinet.*

92. *Fumoſis popinis*] Ita in Ephemeride de Inſomniis:

Et mox fumoſis conviva accumbo popinis.

Huc Savaro pag. 508. *Freherus.*

93. *Tincas*] Hujus ſolus Auſonius meminit: niſi quod facetum quendam Oratorem Placentinum, cognomine *Tincam*, Cicero laudat in lib. de Claris Oratorib. & Quintilianus. Cauſam putat Salvianus, quod vilis ſit piſciculus, vulgi ſolatium: veteres autem auctores pretioſos potius, quam viles, ſcriptis ſuis annotare conſueverint: & ut Columella ait, lib. VIII, cap. XVII: *viles ne captare quidem, nedum alere conducit.* Ab Italis *Tencas* à Gallis *Tenche*, à Germanis *Schleyen* vocari notat. *Vulgares Tincas*, Walefridus Strabo p. 647. *Freher.*

94. *Alburnos*] Vilem piſciculum. *Squalum* M. Varronis putat Salvianus cap. XVI. quem Inſubres *Cavedano*, Pariſini *Teſtard*, Lugdunenſes *Muſnier*, alii *Vilain* & *Chouen*, Angli *Chieuen* & *Polards*, Teutones *Schupfiſch* vocant (f. noſter *Weiſzfiſch*): Non *Album* illum Galeni λευκίσκον, piſcem lectiorem, quod putavit P. Gyllius lib. de nominibus piſc. cap. 69. Cujus opinionem ille refellit c. XVIII. Gallis *Able*, *Ablette*, Anglis *Bleis*, Germ. *Weiſzfiſch*. R. Forte *Plateſſa* Auſonio Epiſt. IV. genus planorum & jacentium piſcium: uti Scaliger ad Epiſt. IV Auſonii. *Freh.*

95. *Prædam hamis*] Vorax eſt valde, ideo hamo facile capitur. Rondel. cap. 33. de fl. piſc. *Idem.*

96. *Alauſas*] Et nomen Gallicum, *Alauſam* eſſe crediderim, quod apud ſolum Auſonium inveniatur. Garumnæ accolis, *Coulac*, reliquis fere Gallis *Aloſa*. Portogallis *Saauel*. Vinetus.

96. *Alauſas*] Horum quoque nomen nobis manſiſſe, Rheni inquam & Moſellæ accolis, miror. *Elſſen* & *Elſon* enim nobis dicuntur, Francogallis *Aloſes*. Majo fere menſe noſtris amnibus noti, æſtatem non attingunt. Has ob vilitatem, *plebis obſonia* vocat, ſupra *ſolatia vulgi*, nos *Schneiderfiſch*: ut Martialis & Columella; *fabrorum prandia*, *betas*. Licet Romæ nobilem haberi Salvianus ſcribat. Nam neque palatis omnibus neque locis ſingulis eadem æque ac ſemper ſapiunt. Et cum in alio nullo veterum ſcriptorum *Aloſa* legatur; vulgare piſcis nomen antiquitus fuiſſe, Auſoniumque vulgi nomenclaturam ſequutum potius, quam vulgus Auſonium ceu Latine loquentem imitatum, *Aloſe* vocaſſe dubio procul eſt. Hunc *Lacciam* Inſubris, θρίσσαν Græcorum eſſe, docet Salvia. c. XXVI. Rond. VII, c. XV. *Freherus.*

97. Fa-

Amborum medio [97] Fario intercepte ſub ævo?
Tu quoque flumineas inter memorande cohortes
[98] Gobio, non major [99] geminis ſine pollice palmis,
Præpinguis, teres, ovipara congeſtior alvo:
Propexique jubas imitatus Gobio Barbi.
Nunc [100] pecus æquoreum celebrabere magne [101] Silure:

Quem

97. *Fario*] Ita exemplaria omnia noſtra, præter Pariſienſe, quod *Sario* ſcribebat, *S* pro *F. Salar*, quem monuimus etiam Sidonio memorari, putatur eſſe, quæ *Trota*, & *Trotta*, *Truta*, & *Truita*, ac *Trucha* etiam Galloromanis appellatur. Piſcis & fluviatilis, optimus, & quem nec ferat omnis fluvius: quare ubique gentium pretioſus. *Fario* autem *F* prima littera magis placet. Quod non dubitem, quin id Gallicum, ſeu Germanicum, piſcis nomen ſit: quippe quod apud ſolum Auſonium inveniatur, fluminis Gallicani Germanicanique piſces commemorantem: & quod *Truta*, *Forhin* Germanice atque item *Forel* vocitetur. *Vinetus.*

97. *Fario*] *Forhe* nobis. *Truttam* Franci vocant, vocabulo olim communiori huic ob æſtimium tributo. Iſidorus VARIOS dictos putavit à varietate & maculis, quos vulgo *Tructas* vocant, inquit Papias. Gloſſis antiquis, τρώκτης, *trutta.* Eucheria Poëtria pag. 188:

Limacem pariter nunc ſibi tructa petat.

Plinius de re medica lib. v, c. XLIII, *tructam* vocat. Savaro pag. 115. D. Ambroſius in Hexaëmero l. v, c. III: *Innumera genera piſcium. Alii ova generant, ut ii quos tructas vocant, & aquis fovenda committunt. Alii vivos fœtus edunt de ſuo corpore, ut muſtela, & canicula, & cete ingentia, delphines, & foca, aliaque cætera ejuſmodi.* De *Truttis* Rond. cap. xv. de piſc. terreſtribus. Hunc totum locum accurate expendit & inſigniter illuſtrat Paulus Iovius in libro De Rom. piſc. toto cap. 4. Contra quem Rond. lib. XIV, cap. ult. & cap. IX. de fl. piſc. ubi diviſum piſcem pingit. *Freherus.*

98. *Gobio*] Κωβιὸς Græcis dicitur, *Gobio*, apud Plinium, Iuvenalem & Priſcianum: & *Gobius* in Martialis Xeniis, & Ovidii Halieutico: ſed huic etiam *Govius*, pro *Gobius*. Vinetus.

98. *Gobio*] Rond. cap. xv. de fluv. piſcib. Fluviatilem Gobionem Galli *Govion*, Lugdunenſes *Goiſon*, Germ. *Gob* appellant: Itali vero, quod in eorum fluminibus inſolens fere ſit piſcis, innominatum reliquere. De eo Salvianus cap. 73. Rond. XI. c. 16. & cap. 31. de fluviat. piſcibus. Sunt enim & *Gobii* marini. Ovidius:

Lubricus & ſpina nocuus non Govius ulla.

Venetis *Go.* Itidem non ex nobiliſſimis eſſe, innuere videtur Iuv. Sat. XI.

Nec mullum cupias, cum ſit tibi Gobio tantum
In loculis -- quem locum cum lego, toties (ut hoc obiter addam) in mente eſt illud D. Bernardi pag. 739. Martialis lib. I. Epigr. 88.

Principium cœnæ Gobius eſſe ſolet. Freherus.

99. *Geminis ſine pollice palmis*] Id eſt, octo digitis. *Vinetus.*

100. *Pecus æquoreum*] Ita idem Epiſtola XXV.

Et pecus æquoreum tenui vice vocis anhelat. Freherus.

101. *Silure*] De hoc Ariſtoteles, Plinius, & ejus interpres Maſſarius

plura

Quem velut [102] Actæo perductum tergora olivo
Amnicolam Delphina reor. ſic per freta magnum
Laberis, & longi vix corporis agmina ſolvis,
Aut brevibus defenſa vadis, aut fluminis ulvis.
[103] At quum tranquillos moliris in amne meatus,
Te virides ripæ, te cœrula turba natantum,
Te liquidæ mirantur aquæ. diffunditur alveo
Æſtus, & extremi procurrunt margine fluctus.
Talis Atlantiaco quondam balæna profundo,
Quum vento motuve ſuo [104] telluris ad oras
Pellitur, excluſum fundit mare: [105] magnaque ſurgunt
Æquora, vicinique timent decreſcere montes.
Hic tamen, hic noſtræ [106] mitis Ballæna Moſellæ,
Exitio procul eſt, magnoque honor additus amni.
Iam liquidas ſpectaſſe vias, & [107] lubrica piſces
Agmi-

plura tradunt, quam poſſis credere. Meminit Iuvenalis libro quincto, in eoque agnoſcendo multum laborat Rondeletus in libro de piſcibus fluviatilibus. *Vinetus.*

101. *Magne Silure*] Omnino aſſentior, *Sturionem*, fluviatilium piſcium maximum, notari. quod genus in Rheno non inſolens, aliquando etiam illabentes ei fluvios, Moſellam, Mœnum, Nicrum penetrat. Plinius lib. IX, cap. XV. Pauſanias lib. IV. Par ſimileque huic genus Danubio natura conceſſit, quos *Huſones* dicunt, *Hauſen.* Hic fortaſſis eſt ille piſcis principali convivio expetitus, quem *Ancoragmem* vocat Caſſiodorus lib. XII, Epiſt. IV. de quo non pauca ſcitu digna annotavimus Origg. Palat. parte ſecunda, c. XVIII. *Freherus.*

102. *Actao olivo*] Id eſt Attico. Multi tamen libri habent, *Actaa Oliva.* Vinetus.

102. *Perductum olivo*] E Virgil. IV Georg. pag. 70:

Quo totum nati corpus perduxit —

Deduxit eodem ſignificatu Paulinus pag. 398. *Freherus.*

103. *Aut cum tranquillos*] Rectius duo ſcripti: *At cum tranquillos.* Pulmannus.

104. *Telluris ad oras*] Ovidius Metamorph. pag. 340. Ita Petronius de ſerpentibus illis, p. 38. Vide & Virg. Huc & Scaliger in Poët. *Freher.*

105. *Magnaque ſurgunt Æquora*] Ita Virgilius lib. III Æneid.

Continuo venti volvunt mare, magnaque ſurgunt
Æquora.

106. *Mitis Ballana*] Alias *Sturio* voraciſſimus, hic forte cum domicilio & alimento feritatem exuit. Poëticum & iſtud, ut recte obſervavit divinus Scaliger. *Freherus.*

107. *Lubrica piſces Agmina*] Sed quem illum fuiſſe piſcem dicemus in Hiſtoriola B. Arnulfi, Metenſis Epiſcopi; quam ita conſignavit Paulus Forojulienſis Diaconus, in Hiſtor. Epiſcopp. Metenſſ. *Hic cum pœnitentiam pro aliquibus exceſſibus ageret, contigit ut per Moſella fluminis pontem tranſiret.*

Agmina, multipliceſque [108] ſatis numeraſſe catervas.
Inducant aliam [109] ſpectacula vitea pompam:
Sol-

tranſiret. Cumque ſubterfluentium aquarum profundos nec viſu penetrabiles gurgites cerneret, non dubia ſpei fiduciam mente gerens, extractum digito annulum in illam aquarum profunditatem projecit; Tunc, inquiens, me putabo culparum nexibus abſolutum, quando iſtum, quem projicio, recepero annulum. Poſt aliquot vero annos, cum ad Epiſcopatus aſcendiſſet officium, ei die quadam piſcator quidam piſcem attulit; quem ille ſibi, quia carnibus abſtinebat, ad refectionem veſpertinam juſſit præparari. Cumque eum miniſter ejus officii more ſolito exenteraſſet, eundem annulum intra ipſius piſcis inteſtinum repperit. Ille factum admiratus, ſed rem neſciens, B. Arnulfo detulit. Quem ille ut vidit, ſtatim recognovit, ac Deo omnipotenti, jam de remiſſione delictorum fidus, gratias retulit; ac deinceps non remiſſius vitam duxit, ſed majori ſe potius abſtinentia coarctavit. Hæc ego non à qualibet mediocri perſona didici, ſed ipſo totius veritatis aſſertore, præcelſo Rege Karolo referente, cognovi: qui ejuſdem B. Arnulfi deſcendens proſapia, ei in generationis linea trinepos exſtabat. Freherus.

108. *Satis numeraſſe*] Nos pro explicationis hujus de piſcibus clauſula unicum adhuc eumque inſignem Apuleji locum ex Apologia, editionis à Gentile correctæ, addemus ita habentem: *Q. Ennius in Edeſphagiticis, quæ verſibus ſcripſit, innumerabilia piſcium genera enumerat, quæ ſcilicet curioſe cognoverat. Paucos verſus memini: eos dicam:*

Omnibus ut Clypea præſtat, Muſtela marina.
Mures, ſunt Æni. aſt aſpra oſtrea plurima, Abydi.
Mitylenæ, eſt Pecten. Caproſque, apud Ambracienſes.
Brundiſii, Sargus bonus eſt: Hunc, magnus erit ſi,
Sume. Apriclum piſcem ſcito primum eſſe, Tarenti;
Surrenti, Phagem; Glaucum, Cumas apud. At quid?
Scarum præterii, cerebrum Iovis pene ſupremi;
Neſtoris ad patriam hic capitur magnuſque bonuſque;
Melaurum, Turdum, Merulamque, Vmbramque marinam.
Polypus, Corcyræ; Calvaria pinguia, Aternæ.
Purpura, Muriculi, Murex, dulces quoque Echini.

Alios etiam multis verſibus decoravit, & ubi gentium quiſque eorum inveniatur, oſtendit: qualiter aſſus aut juſſulentus optime ſapiat. Hæc Apulejus. *Freherus.*

109. *Spectacula vitea*] Spectatoris cum ſtupore mirati verba audiamus ad locum hunc illuſtrandum pertinentia: Fortunatus de navigatione ſua Moſellana:

Vndique perſpicimus minitantes vertice montes,
Nubila quo penetrans ſurgit acuta ſilex.
Qua celſos ſcopulos prærupta cacumina tendunt,
Hiſpidus & tumidis creſcit ad aſtra lapis:
Nec vacat hic rigidis ſine fructibus eſſe lapillis:
Deniquè parturiunt ſaxaque, vina fluunt.
Palmite veſtitos hic reſpicis undique colles,
Et vaga pampineas ventilat aura comas.
Cautibus inſerta denſantur in ordine vites,
Atque ſupercilium regula picta petit.
Culta nitent inter horrentia ſaxa colonis,
In pallore petræ vitis amœna rubet.
Aſpera mellitos pariunt ubi ſaxa racemos,
Et cote in ſterili fertilis uva placet.
Quo

Sollicitentque vagos baccheïa munera viſus:
Qua [110] ſublimis apex longo ſuper ardua tractu
Et rupes, & [111] aprica jugi, flexuſque, ſinuſque,
Vitibus aſſurgunt, [112] naturalique theatro.
[113] Gauranum ſic alma jugum vindemia veſtit,
Et [114] Rhodopen: proprioque nitent [115] Pangæa Lyæo.
Sic viret Iſmarius ſuper æquora Thracia collis.
Sic mea flaventem pingunt vineta Garumnam.
Summis quippe jugis tendentis in ultima clivi,
Conſeritur viridi fluvialis margo Lyæo.
[116] Læta operum plebes, féſtinanteſque coloni

Vertice

Quo vineta jugo calvo ſub monte comantur,
Et tegit umbroſus ſicca metalla viror.
Inde coloratas decerpſit vinitor uvas:
Rupibus appenſis pendet & ipſe legens.
Delicias oculis habui, dapibuſque cibatus,
Hac jocunda tenens navita regna ſequens.

Suavis vero Trithemius Abbas, Moſellæ alumnus, in Originibus Francicis ſcribens, Meroveum Clodii F. tractu Moſellano potitum, duodecim millia Moſellanorum in Franciam Orientalem, & tantundem inde Francorum ad ripam Moſellæ tranſtuliſſe: & ex illo, inquit, tempore vini uſus, quod nuncupatur Francorum (vulgo *Frömiſche* vel *Frenckiſche trauben*) apud Moſellanos primum haberi cœpit: dum Franci, vini cultores, ad Moſellam tranſlati, id genus vitium ſecum de Orientali Francia primum attulerunt. *Freherus.*

110. *Sublimis apex*] *Bacchus amat colles.* Elegans locus Symm. p. 300. ubi Iuretus. *Freher.*

111. *Aprica jugi*] Virgilius lib. II. Georgicorum: *— & altè*
Mitis in apricis coquitur vindemia ſaxis.

Ipſe Auſon. Moſella:
— gelidusque per imas
Quærit iter valles. Verg. VII. pag. 189. *Freh.*

112. *Naturalique theatro*] Vere: nam & ad hunc uſum fuit, cum montes ſervirent ad naumachiam lacus Fucini, à Nerone adornatam. Tacitus Annal. XII. *Ripas & colles, ac montium edita, in modum theatri multitudo innumera complevit proximis è municipiis, & alii urbe ex ipſa, viſendi cupidine, aut officio in Principem.* Ita & de portu maritimo apud Centumcellas Rutilius lib. I. Itiner.

Molibus æquoreum concluditur Amphitheatrum,
Anguſtoſque aditus inſula facta tegit.

Calphurnius theatrum ejuſmodi loco naturali comparat, Eclog. VII. pag. 212. *Idem.*

113. *Gauranum*] *Gauranos* montes inter vitiferos enumerat Plinius libro tertio: *Gauranumque* vinum, celebrat Athenæus lib. I. Eſt autem in Campania Italiæ *Gaurus* mons. *Vinetus.*

114. *Rodopen*] Montem Thraciæ. De cujus vitibus aliud non legi. *Vinet.*

115. *Pangæa*] Idem mons. Vnus mons eſt, & multi montes, quando in multos ramos & juga dividitur. *Idem.*

116. *Læta operum plebes*] *Lætus laborum, lætus opum,* dixerunt Virgilius, Statius,

Vertice nunc ſummo properant, nunc [117] dejuge dorſo,
Certantes ſtolidis clamoribus. inde viator
[118] Riparum ſubjecta terens, hinc [119] navita labens,
[120] Probra canunt ſeris cultoribus. adſtrepit ollis

Et

Statius, & alii. *Plebes* autem pro *plebs*, ut & in Ephemeride. *Vinetus*.

116. *Lata operum plebes*] Sic apud Virgil. lib. XI Æneid. *Lata laborum Dido*. Plures jam ante me elegantem hanc loquutionem illuſtrarunt. Non potui tamen non adſcribere Velleji locum, quem leviter depravatum emendabo. Is igitur lib. II, cap. LXIII: *Aſinius autem Pollio*, inquit, *firmus propoſito, & Iulianis partibus fidus*. Lege: *firmus propoſiti*.

117. *Dejuge*] Declivi, ablativo caſu, pro *Dejugi*. Hoc autem nomen alibi non legi. *Vinet*.

118. *Riparum ſubjecta terens*] Iter faciens per ripas iſtis jugis & clivis ſubjectas. *Id*.

119. *Navita labens*] Secundo alveo. Suetonius *Defluere* vocat, Nerone Capite 27. *Quoties Hoſtiam Tiberi* DEFLUERET, *aut Bajanum ſinum pernavigaret*, &c. Freherus.

120. --- --- *Inde viator*
Riparum ſubjecta terens, hinc navita labens
Probra ferunt . . . . . . cultoribus] Deſideratur in his particula. Quam, ut alias pluſculas, librarii interjecto ſpatio reſtituendam diligentioribus reliquere. De quarum pleriſque quoſdam hactenus benemeritos, nemo hercule non laudaverit. Nos hanc unam cunctanter antea cum admonituri eſſemus, cunctatiores fere redditi jam ſumus, aliis ita locum ſarcientibus: *probra canunt ſeris cultoribus*. Afferemus nihilo ſecius & nos opinionem, qualemcunque noſtram, liberum cuique deligendi ſtudium relinquentes. Contentionem igitur vindemiatorum cultorumque cum viatoribus tangere videtur Auſonius. Quorum mos olim & nunc quoque eſt, Neapolitanis præſertim ruſticis, convitia, probraque verborum amaritudine, ridiculiſque clamoribus & ſtolidulis, petulantibus jurgiis, alterum in alterius effundere contumeliam, cucullos inutiles, & id genus plurima, ſeſe invicem compellantes. Hinc illud Theocriti in Ergatinis:

Σφίγγετ' ἀμαλλόδεται τὰ δράγματα, μὴ παρέων τις,
Εἴποι, σύκινοι ἄνδρες, ἀπώλετο χ' οὗτος ὁ μισθός.

Quam obloquendi vindemiatores licentiam (uſque adeo conſuetudo ſibi voluit licere) & in Dominos, in Principes, mulieresque ingerunt, nullam neque Virginum, neque matronarum honeſtarum rationem habentes, in eas omneis, velut in proſtituti aliquas pudoris, turpia quantum libet evomendi, adeo ut totus ſæpe locus perſonet. Scribit Lampridius, putare multos, ab Heliogabalo Imperatorum ſpurciſſimo primum repertum, ut in vindemiarum feſtivo multa in Dominos jocularia, etiam audientibus Dominis, dicerentur. Quorum utique opinio mihi non ſit veriſimilis. Quando conſuetudinem ipſam Horatius in Satyra prior retulit:

Expreſſa arbuſto regerit convitia durus
Vindemiator, & invictus cui ſæpe viator
Ceſſiſſet, magna compellans voce cucullum.

Et Auſonius hos æmulatur. Ob id ego, *durus*, reponendum crediderim, ac, *probra ferunt duris cultoribus*, Auſonio ita accipi, ut, *Regerit convitia durus vindemiator*, Horatio: qui & in Epod. *Dura meſſorum vocat ilia*. Et Columella, *Durum incolam*, quippe agri-

Et rupes, & ſylva tremens, & concavus amnis.
Nec ſolos hominum delectat ſcena locorum.
Hic ego & agreſtes Satyros, & glauca tuentes
Naïdas, extremis credam concurrere ripis,
Capripedes agitat cum læta protervia Panas,
Inſultantque vadis, trepidaſque ſub amne ſorores
Terrent, indocili pulſantes verbere fluctum.
[121] Sæpe etiam mediis furata è collibus uvas
Inter Oreïadas Panope fluvialis amicas,
Fugit laſcivos [122] paganica numina Faunos.
Dicitur & medio quum ſol ſtetit igneus orbe,

[123] Ad

agricolam, hortique cultorem. *Mariang. Accurſius.*

120. *Probra canunt*] Nautæ & viatores prætereuntes convitia dicunt ſeris & tardis cultoribus. Qui apud priſcos illos homines, putationem ſerius diſtulerant. & poſt Æquinoctium putantes inveniebantur, iis ſua inertia exprobrabatur per imitationem cantus alitis temporarii, quem *Cuculum* vocant. Vide apud Eraſmum adagium, *Cuculus.* Vinetus.

120. *Probra ſeris cultoribus*] Horatius lib. 1. Sat. VII.

Expreſſa arbuſto, &c.

Vbi Acron: *Solent vindemiatores cum viatoribus ſalſa fatigatione* (id eſt, vexatione: ita ipſe Auſonius in Gratiarum Actione pro Conſulatu, *fatigantes*, ut hoc obiter) *contendere.* Plinius lib. XVIII, cap. 26. *In hoc temporis intervallo quindecim diebus primis agricolæ capienda ſunt ea, quibus peragendis ante Æquinoctium non ſuffecerit: dum ſciat, inde natam exprobrationem fœdam putantium vites, per imitationem cantus alitis temporarii quem cucullum vocant. Dedecus enim habetur opprobriumque meritum, falcem ab illo volucre in vite deprehendi, ut ob id petulantiæ ſales etiam cum primo vere ludantur: auſpicio tamen deteſtabiles videntur.* Freherus.

121. *Sæpe etiam*] Adumbrata hæc ſunt ex iſtis Papinii, in Surrentino Pollii:

Sæpe per autumnum, jam pubeſcente Lyæo,
Conſcendit ſcopulos, noctiſque occulta ſub umbra
Palmite maturo rorantia lumina terſit
Nereis, & dulces rapuit de collibus uvas.
Sæpe & vicino ſparſa eſt vindemia fluctu.
Et Satyri cecidere vadis: nudamque per undas
Dorida montani cupierunt prendere Panes.

Iuvat hæc & alia pluſcula conferre, ut quam dexter Auſonius in exprimendis antiquiorum Poëtarum floſculis ſit, appareat. Cum vult, cum annititur, ſuperat illos ipſos, quos imitatur. Vtinam ne in aliis opuſculis minus fuiſſet diligens, aut laborioſus! In hoc carmine, quo vix abſolutius aut elegantius aliud eſt, quid potuerit, oſtendit.

122. *Paganica numina Faunos*] Virgil. lib. 1. Georg.

Et vos agreſtum præſentia numina Fauni. Freherus.

122. *Paganica numina*] Vide, quæ nos ad Carmen de *Emerita* in claris Vrbibus.

123. Vt

[123] Ad commune fretum, Satyros, vitreaſque ſorores,
Conſortes celebrare choros: quum præbuit horas
Secretas hominum cœtu flagrantior æſtus.
Tunc inſultantes ſua per freta ludere Nymphas,
[124] Et Satyros merſare vadis, rudibuſque natandi
Per medias exire manus; dum lubrica falſi
Membra petunt, liquidoſque fovent pro corpore fluctus.
Sed non hæc ſpectata ulli, nec cognita viſu,
Fas mihi ſit pro parte loqui: ſecreta tegatur,
Et commiſſa ſuis lateat [125] reverentia rivis.
Illa fruenda palam ſpecies, quum glaucus opaco
Reſpondet colli fluvius. frondere videntur
Fluminei latices, & palmite conſitus amnis.
[126] Quis color ille vadis, ſeras quum protulit umbras
Heſperus, [127] & viridi perfundit monte Moſellam?

Tota

123. *Vt commune*] Lego: *Ad commune fretum.* In ripa quaſi communis aquæ. *Gronovius.*

123 *Ad commune fretum*] ad imitationem Homeri, hymno in Pana:

Σὺν δέ σφιν τότε Νύμφαι ὀρεστιάδες λιγύμολποι
Φοιτῶσαι πυκνὰ ποσσὶν ἐπὶ κρήνῃ μελανύδρῳ
Μέλπονται, κορυφὴν δὲ περιστένει οὔρεος Ἠχώ·
Δαίμων δ' ἔνθα καὶ ἔνθα χορῶν τότε ἐς μέσον ἕρπων,
Πυκνὰ ποσὶν διέπει.

124. *Et Satyros merſare vadis*] Vt Thraſymenum Agy. Silius Italicus. Nemeſian. p. 184. Columell. p. 410. *Freherus.*

125. *Reverentia rivis*] Tacitus in Germania: *Sanctius ac reverentius viſum de actis Deorum credere quàm ſcire.* Freher.

126. *Quis color ille vadis*] Hæc iterum ex Statio, ut multa alia. Ille namque in Surrentino Pollii:

Cum jam feſſa dies, & in æquora montis opaci
Vmbra cadit, vitreoque natant prætoria ponto.

Et in Tiburtino Manlii:

Ingenium quam mite ſolo! quæ forma beatis
Arte manus conceſſa locis! non largius uſquam
Indulſit natura ſibi: nemora alta citatis
Incubuere vadis: fallax reſponſat imago
Frondibus, & longas eadem ſugit umbra per undas.

127. *Et viridi profundit*] Rectius, *perfundit.* Nam *profundo* vix eſt, ut arbitror, invenire, quin primam corripiat. Lucretius:

Omnia veridico qui quondam ex ore profudit.

Accedit Gellii authoritas in ſecundo Noctium Att. tum & Probi ratio. *Mariangelus Accurſius.*

127. *Et viridi perfundit*] Malim, *perfudit*: præceſſit namque *protulit*, quod melius τῷ *propulit*, quod in ſuo libro Pulmannus invenerat. *Protollere* enim, ſeu *proferre*, eſt extendere & ampliare.

Tota natant criſpis juga motibus, & tremit abſens
Pampinus, & vitreis vindemia turget in undis :
Adnumerat virides deriſus navita vites,
Navita [128] caudiceo fluitans ſuper æquora lembo,
Per medium, qua ſeſe amni confundit imago
Collis, & umbrarum confinia conſerit amnis.
  Hæc quoque quam dulces celebrant ſpectacula pompas,
[129] Remipedes medio certant quum flumine lembi,
Et varios ineunt flexus, virideſque per oras.
Stringunt attonſis pubentia germina pratis?
Puppibus, & proris alacreis geſtire magiſtros,
[130] Impubemque manum [131] ſuper amnica terga vagantem
[132] Dum ſpectat tranſire, dein [133] ſua ſeria ludo
Poſt-

128. *Caudiceo*] Ex caudice librove arboris facto navigiolo. *Vinetus.*

129. *Remipedes lembi*] Navigia, quibus *remi* ſunt pro *pedibus*, & iis ambulant. Idem verbum in epiſtola Auſonii tertia. *Vinetus.*

129. *Remipedes certant lembi*] Hoc quoque ſpectaculo ipſe fruebar, cum ab Auguſta ſecundo alveo labens, inter Tritenheim (villam eruditi ſuo ſæculo, & polygraphi illius Abbatis origine nobilem) & Nivomagum, viginti ſex & amplius lembos piſcatorios, operi ſuo intentos, & diſcurrentes, mox coëuntes, ſumma cum voluptate offenderem. *Freherus.*

130. *Impubemque manum*] Pueros. adoleſcentulos. Virgilius VII Æneid. v. 382. *Vinet.*

131. *Super amnica terga*] Prudentius II:

Siſtitque & docet ingredi
Tergum pertumidum freti.

Sidonius II, Epiſtola XII, pag. 46. S. Zeno Veron. pag. 191. *Liquidi aequoris terga.* Haud plane abſimili loquendi modo, quo amnium ripæ celſique montes *Supercilia*, radices imæ ad ripam *Pedes montis*, quæ à ſummo cacumine montium continuatur planities *Dorſum jugi*, ut Græcis ῥαχὶς & αὐχὴν, vocantur. *Dorſum aggeris via*, Marcell. *Dorſa camporum*, *Lacunarum dorſa*, Caſſiodorus, Oroſius: ut & *Montana Dalmatiæ brachia* Ovidius, *Lilybaea brachia* Claudianus dixit. *Freherus.*

132. *Dum ſpectat tranſire, dein*] Ita legendum. *Scaliger.*

132. *Dum ſpectat*] Quis ille? videtur ſcripſiſſe: *Qui ſpectat tranſire.* Gronovius.

132. *Dum ſpectat tranſire diem*] Quum locum corruptum animadverterem, animi gratia ita ſupplebam, non quod ita emendandū cenſerem:

Dum ſpectat, dum porro cupit ſpectare viator,
Non ſentit tranſire diem, ſua ſeria ludo
Poſthabet, &c.

Virgilius Eclog. VII:

Poſthabui tamen illorum mea ſeria ludo.

Quod τὸ *diem* in *dein* Scaliger mutaverit, neſcio an recte. Si perſona ſpectantis liqueret, ſcriberem: *dum ſpectat, tranſire dies; ſua ſeria ludo Poſthabet.*

Poſthabet : excludit veteres nova gratia curas.
Tales [134] Cumano deſpectat in æquore ludos
Liber, [135] ſulphurei quum per juga conſita Gauri,
Perque vaporiferi graditur vineta Veſevi :
Quum Venus, [136] Actiacis Auguſti læta triumphis,
[137] Ludere laſcivos fera prœlia juſſit Amores,
[138] Qualia Niliacæ claſſes, Latiæque triremes
Subter [139] Apollineæ geſſerunt Leucados arces :
Aut Pompejani [140] Mylaſena pericula belli
[141] Euboicæ referunt per Averna ſonantia cymbæ,
Inno-

bet. ſcil. ille, qui ſpectat. *tranſire dies*, pro tranſibat.

133. *Sua ſeria ludo poſthabet*] Iſtos ludos & ſpectacula ſuis ſeriis rebus anteponit. Virgilius ecl. VII. *Vinetus.*

134. *Cumano*] Ante Cumas urbem Campaniæ. *Vinet.*

135. *Sulfurei*] Tale eſt fere litus hoc & Siculum ex adverſo, ubi Ætna, ſicut in hoc Veſuvius. *Vinetus.*

136. *Actiacis*] Octavianus Cæſar Marcum Antonium navali prælio, apud *Actium* Epiri oppidum, vicit, ut cognoſces ex Plutarchi Antonio, & Suetonii Octaviano, ex Lucio Seneca, Eutropio, & aliis. *Vinetus.*

137. *Ludere fera prœlia*] Prudent.
--- *homicidia ludat in armis.*
Inde, *Luſoriæ naves.* Suetonius Nerone, cap. 35 : --- *quia ferebatur* DUCATUS & IMPERIA *ludere*, &c. *Freher.*

138. *Qualia Niliacæ claſſes*] Malim: *Niliacæ claſſis Latiæque triremes.* Gronovius.

139. *Apollineæ Leucados*] Ubi colebatur Apollo. *Vinetus.*

140. *Mylaſena pericula belli*] Uſus eſt nomine *periculi* proprie. Nam *periculum*, eſt ludicrus ἀγὼν, ut ſunt ex naumachiæ, de quibus meminit. Item ſcholaſticæ exercitationes, & ſimilia. Cicero de legib. I, ex veteri ſcriptura : *Faciunt imperite, qui in iſto periculo, non ut à poëta, ſed ut à teſte veritatem exigant.* Intelligit enim Cicero poëma ſuum de Mario, quod edidit periclitandi ingenii gratia. Porro ejuſmodi ludicræ naumachiæ plurimum veteribus in ſtudio fuere : quas etiam ſolebant tumultuariis euriporum emiſſariis edere. Sic Sidonius in lacu villæ ſuæ Drepanitanum agonem Trojanæ ſuperſtitionis à majoribus ſuis edi ſolitum fuiſſe ſcribit, intelligens parentalem agonem, quem Æneas ad Siciliam inferias patri celebravit: ut notum ex Virgilio. *Scaliger.*

140. *Mylaſena pericula*] Imitationes, tyrocinia, repræſentationes ludicræ : ut acute notavit Scaliger. Inde *Periculorum* libros inſcripſit Gruterus noſter. *Freherus.*

140. *Aut Pompejani Mylaſena*] Apud *Mylas* ſuperatus Sextus Pompejus, non apud *Mylaſa*, quæ hinc longe. Scribendum : *Mylaa pericula.* Stephanus quidem diſtinguit Μυλὰς Siciliæ, ac Theſſaliæ, & illius τὸ ἐθνικὸν ſcribit eſſe Μυλαίτης, hujus Μυλαῖος. Sed nulla analogia prohibet, quin & inde Μυλαῖος formetur. *Gronovius.*

140. *Mylaſena pericula*] Adi Suetonium in Octav. cap. XVI, Appianum, Dionem, &c.

141. *Euboica*] Cumanæ ſeu Campanæ. Virgil. in ſexto Æneid.
Et tandem Euboicis Cumarum allabitur oris. Vinetus.

Innocuos ratium pulſus, pugnaſque jocantes
[142] Naumachiæ, Siculo quales ſpectante Peloro
Cœruleus viridi reparat ſub imagine pontus.
Non aliam ſpeciem petulantibus addit ephebis
[143] Pubertaſque, amniſque, & picti roſtra phaſelli.
Hos [144] Hyperionio quum ſol perfuderit æſtu,
Reddit

142. *Naumachia Siculo quales*] *Aut Pompejani Miſſena pericula belli* *Euboica referunt per Averna ſonantia cymba.* *Innocuos ratium pulſus, pugnaſque jocantes* *Naumachia, Siculo quales ſpectante Peloro*, &c. Scribendum, *qualis*, ut ad *naumachiam* referatur. In primo autem carmine ſcribo *Meſſana*. Sextus enim Pompejus Magni filius navali prælio victus fugatuſque ab Auguſto eſt ad Meſſanam oppidum Peloritani ſinus. Hiſtoriam cognoſcere ſatis licet (ut cæteros prætercam) ex Tranquillo in Octavio cap. XVI, nec non Strabone libro ſexto. Hæc ipſa ſane Siciliæ civitas, quæ à Latinis *Meſſana* vocari obtinuit, Græcis tam Μεσσήνη dicitur, quam Peloponneſi alia in regione, quæ noſtris *Meſſenia* eſt, ipſis vero Μεσσηνία & Μεσσήνη, cum ſua videl. urbe cognominis. Vnde & patrium & gentile nomen Μεσσήνιος. Quæ noſtris interpretari *Meſſinos* video, utique Peloritanos: Peloponneſiacos autem, *Meſſenios*, ut à Græcis. Ptolemæus Μεσσηνίους ipſos vocat populos. Stephanus & urbem & regionem Μεσήνην per ſimplex σ. Iam quidem in Sicula vulgus Græcæ ſonum literæ cuſtodiunt, ac *Meſſinam* nominant. *Mariang. Accurſius.*

142. *Pugnaſque jocantes Naumachia*] Pugnas Naumachiæ jocoſæ. Savaro p. 130. Claudian. in Conſul. Manlii:

Laſcivi ſubito confligunt æquore lembi,
Stagnaque remigibus ſpumant inverſa canoris. Freherus.

142. *Naumachia Siculo*] Diſtinguo, & ſcribo:

Aut Pompejani Mylæa pericula belli
Euboicæ referunt per Averna ſonantia cymba,
Innocuos ratium pulſus pugnaſque jocantes
Naumachia Siculo qualis, ſpectante Peloro,
Cæruleus viridi reparat ſub imagine Pontus.

Qualis, inquit, naumachiæ pulſus innocuos, & pugnas jocantes reparat pontus, &c. Gronovius.

143. *Pubertaſque amnis* &c.] Neceſſario ſcribendum:

Pubertaſque, amniſque, & picti roſtra phaſeli.

Trium enim horum in hoc ludo partes requiruntur, ut id fiat, quod vult optimus vates. In altero minime ſana eſt & inuſitata vox *nautales*. Credo ſcripſiſſe Poëtam: *non tales*. Inverſas nimirum de proximo ludentium ephebarum formas reddit ſol, medium cælum tenens. Quo ſenſu ſequitur:

Et redigit pandas inverſi corporis umbras.

Quo loco minime mutandum τὸ *redigit*, quod vertere velit in *reddit* Pulmannus. *Agunt* enim *pueri, redigit ſol.* Quod elegantiſſime in *umbrarum* expreſſionem dictum eſt. Hæc utcunque placeant: at quæ ſequuntur, facile ſuadent argutius aliquid huic corruptæ voci illitere. An ſimpliciter ſcripſit *navales?* *Navales* nautæ, & navigantes in mari, apud Romani oris ſcriptorem Iulium Obſeq. Prodig. cap. XXVI. *Barthius.*

144. *Hyperionio*] *Hyperion* ſol dici-

tur

Reddit [145] nautales vitreo ſub gurgite formas,
[146] Et redigit pandas inverſi corporis umbras.
Vtque agiles motus dextra, lævaque frequentant,
Et commutatis alternant pondera remis,
[147] Vnda refert alios ſimulacra humentia nautas.
Ipſa ſuo gaudet [148] ſimulamine nautica pubes,
Fallaces fluvio mirata redire figuras.
Sic ubi compoſitos oſtentatura capillos,
Candentem late ſpeculi explorantis honorem,
Quum primum caræ nutrix admovit alumnæ,

Læta

tur ὑπὲρ ἡμᾶς ἰών, id eſt ſupra nos gradiens, ait Euſtathius, & Suidas. *Vinetus.*

145. *Nautales*] Nihil mutandum. Nam nec *nautarum*, nec *nauticas*, nec *navales* poſſit vim novi hujus vocabuli exprimere.

146. *Et rediit pandas*] Lego: *redigit*, vel potius *reddit*. Virgil.

Redditur effigies liquida cernentis in unda Item:

Fontis aqua reddunt ſimulacra imitantia verum.

Repræſentat, inquit, & imaginat inverſas & latas umbras. Omnes enim ſimulatrix illa umbra formas refert, æmulaturque majores in aquis. Hinc dictum ſupra paulo:

--- *vitreis vindemia turget in undis.*

Et quæ ipſis jam demerſa fontibus ſunt, deſpectantium obtutibus auctiora emicant & apparent. Quod & teſtatur Sen. in primo Natur. Quæſt. & Lucian. in Dialog. περὶ τοῦ ἠλέκτρου ἢ τῶν κύκνων. Rationemque tranſeunter explicat. *Mariang. Accurſius.*

146. *Pandas inverſi*] Lucret. p. 120, ſeq. lib. *Freherus.*

146. *Et redigit pandas*] Id eſt, coarctat & cogit. Ideo enim *pandas* addidit, quoniam *umbra* inverſa reddentes in aquis corporum ſimulacra in latitudinem ſe extendunt, quum ſol altior in longitudinem eas minuit. Simili fere modo Hilaſius de ortu ſolis;

Nox abit aſtrifero velamine cincta micanti,
Et redigit ſtellas; exoriturque dies.

147. *Vnda refert*] Sic legendum. Virgil.

Formam pura refert oculis ſpectantibus unda?

Exprimit (inquit) unda, & rejectat ſimplices imagines, veriſque proximas, in diverſa moventium nautarum atque colludentium, quod ipſum non niſi quietis undis fieri contingit. Hinc & apud Lucian. Doris Galateam ſe in undis contemplandam admonet ex caute aliqua, εἴ ποτε γαλήνη εἴη.

Vnda quieta refert alto de gurgite formas,

inquit Maro; ſed & idem in Bucol. ludicro dixit ..... *Nuper me in littore vidi.* Ego vero moroſam plerumque Grammaticorum curam faſtidire ſatis non poſſum, à Poëta tanquam Hiſtorico aut Philoſopho veri fidem exigentium. Nam quod à Theocrito, idyllio ſexto dictum eſt:

Ἦ γὰρ πρᾶν ἐς πόντον ἐσέβλεπον,
ἦς δὲ γαλάνα.

Num vel in flumine, vel in alio quam ipſius elementi æquore, inuſitatæ magnitudinis formam contemplaretur Polyphemus, qui ſe corpore majorem Iove facere non dubitarit? *Mariang. Accurſius.*

148. *Simulamine*] Simulacro, imagino

Læta ignorato fruitur virguncula ludo,
Germanæque putat formam ſpectare puellæ:
Oſcula fulgenti dat non referenda metallo:
Aut fixas [149] prætentat acus; aut frontis ad oram
Vibratis cœptat digitis extendere crines:
Talis ad umbrarum ludibria nautica pubes
Ambiguis fruitur veri falſique figuris.
[150] Iam vero acceſſus facileis qua ripa miniſtrat,
Scrutatur toto populatrix turba profundo
[151] Heu male defenſos penetrali flumine piſceis!
Hic medio procul amne trahens [152] humentia lina,
Nodoſis decepta plagis examina verrit;
Aſt hic tranquillo [153] qua labitur agmine flumen,
Ducit [154] corticeis fluitantia retia ſignis.

Ille

gine. Ovidius hoc verbo uſus. *Vinetus.*

149. *Prætentat*] *Prætendit* quidam libri habent: & quod ſequitur, *Vibratis cœptat digitis*, eſt, *Vibratos captat digitis*, in aliis. *Vinetus.*

150. *Iam vero acceſſus*] Corrigendum fortaſſe quis putet, *vere.* Tempus certe vernum, quam ſit his, qui piſcandi ſtudio tenentur, aptum, nemo non novit. Plinius lib. IX ſcribit: *Quotocuique hominum noſci uberrimam eſſe capturam ſole tranſeunte piſcium ſignum.* Mariang. Accurſius.

151. *Heu male defenſus*] In recentioribus voluminibus imprimi curatum eſt, *defenſos*, non *defenſus*. Quid autem, ſi eorum ſecutus opinionem hoc dixerit, qui omnes *piſces* feminas eſſe opinantur, exceptis cartilagineis: putantes eos, qui mares habiti ſunt, differre à ſuis feminis modo plantarum, in quibus altera fructificet, altera non, ut olea & oleaſter, ficus & caprificus. Quorum tamen, licet etiam Naturæ interpretum, opinionem improbat Ariſtoteles Lib. III de generat. animalium. *Mariang. Accurſius.*

151. *Heu male defenſos piſces*] Ita ut diſtinxi, & emendavi, legendum eſſe nemo niſi ἀμυσώπτηϛ negaverit. *Piſcis* in *piſceis* mutavi, ne iterum errori præberet anſam, quamvis veteres ita ſcripſiſſe Grammatici notent.

152. *Humentia lina*] *Pelagoque alius trahit humida lina*, Virgilius primo Georgicôn. *Vinetus.*

153. *Qua labitur agmine flumen*] Voce quidem *augmine* Lucret. ſæpe utitur. Illam lectionem tamen immutandam non arbitror, quod non augmentum hic aquarum, ſed juſtus ipſe curſus, impetuſque exprimatur, quodque in Moſella fluvio, quem omnium celebratiſſimum poëtico præconio efficere contendit, vatum omnium eminentiſſimum ſequutus videatur, qui de præſtantis famæ flumine dixit:

-- -- *leni fluit agmine Tibris.*

Ennium imitatus à quo dictum prius:

Quod per amœnam urbem leni fluit agmine flumen.

pro actu & ductu quodam, non ineleganter, ut Macrobius exiſtimat. *Mariang. Accurſius.*

154. *Corticeis ſignis*] Quæ *ſigna* ex *ſuberis cortice* fieri ſolent. *Vinetus.*

154. *Cor-*

Ille autem [155] ſcopulis ſubjectas pronus in undas,
Inclinat lentæ convexa cacumina virgæ,
Indutos eſcis jaciens letalibus hamos.
Quos ignara doli poſtquam vaga turba natantum
Rictibus invaſit, patulæque per intima fauces
Sera occultati ſenſerunt vulnera ferri,
Dum trepidant, ſubit indicium: criſpoque tremori
Vibrantis ſetæ nutans conſentit harundo.
Nec mora: & excuſſam ſtridenti verbere prædam
Dextera in obliquum raptat puer. excipit ictum
Spiritus, ut fractis quondam per inane flagellis
Aura crepat, mótoque adſibilat aëre ventus.
Exſultant [156] udæ ſuper arida ſaxa rapinæ,
Luciferique pavent letalia tela diei.
Quique ſub amne ſuo manſit vigor, aëre noſtro
Segnis anhelatis vitam conſumit in auris.
Iam piger invalido [157] vibratur corpore plauſus;
Torpida ſupremos patitur jam cauda tremores,
Nec coëunt rictus: hauſtas ſed hiatibus auras
Reddit mortiferos exſpirans branchia flatus.
Sic ubi fabriles exercet ſpiritus ignes,
Accipit alterno cohibetque foramine ventos
[158] Lanea fagineis alludens parma cavernis.

Vidi

154. *Corticeis ſignis*] Id eſt, ſuberinis. Savaro in Sidon. p. 115. *Freherus*

155. *Scopulis pronus*] Petron. p. 3. ubi Pith. Vel etiam è navi, flumine tranquillo. Idem Petronius eleganter pag. 63, in principio. Talis puer Romæ in ſtatuis. Ovidius Metamorphoſ. 253. *Freherus.*

156. *Vda rapina*] Humentes prædæ, piſces. *Vinetus.*

157. *Vibratur corpore plauſus*] Eleganter veteres verbo *plaudere*, & ejus derivatis, in motu aliquo vehementiore, qui ſonum excitaret, uſi ſunt. Sic Statius lib. 1 Sylv. 111.

Aut ingens in ſtagna cadit, vitreaſque natatu
Plaudit aquas. Qui tamen lib. 1. Achill. ſub finem ejus verbi nomine male privatus eſſe videtur, prout vulgata ſe habet editio, quum in libris ſcriptis ſit:

Conſedere chori, paulumque exercita plauſu
Æra tacent. pro *pulſu.* quod ab interprete.

158. *Lanea fagineis*] Follis ſuperior, inferiorque pars lignea, *faginea* hìc dicitur: quod ex *fago* fere fiat. In inferiore foramen eſt, quo introit ſive aura, quomodo Virgilio dicitur octavo Æneidos, ſive ventus, ut Palladio de Organicis fiſtulis.

Vidi egomet quoſdam leti ſub fine trementes
Collegiſſe animas : mox in ſublime citatos,
Cernua ſubjectum præceps dare corpora in amnem,
Deſperatarum potientes rurſus aquarum.
Quos impos damni puer inconſultus ab alto
Impetit, & ſtolido captat prenſare natatu.
[159] Sic Anthedonius Bœotia per freta [160] Glaucus
[161] Gramina guſtatu poſtquam [162] exitialia Circes
Exper-

Huic foramini incumbit tabella, eo fere fungens officio, quo quæ Græce dicitur ἐπιγλωττὶς in gutturibus humanis. Quando ventus eſt intromittendus, cedit illa confeſtim, ut pateat foramen: ſed is cum conatur hac exire, continuo ipſa occurrit, & foramen præcludit ſuum, ut ille per os follis totus erumpat. Hanc itaque epiglottidem vocat Auſonius *Parmam*, a ſimilitudine, quomodo reor, parmæ: quæ brevis leviſque clipei genus fuit. Sed *Laneam*, quod, ut mollius ad portam ſuam accidat, & melius obturet, aliquid villoſum, ut leporina pellis, ligneæ aſſui, ſubjicique ſoleat. *Vinetus.*

159. *Sic Anthedonius Bœotia*, &c.] Anthedonium Glaucum ab *Anthedone Bœotiorum* urbe intelligimus, ubi in balænam, aut etiam in maris numen transformatus is traditur. Nota res ex Ovidio XIII Metam. & per tranſitum etiam lib. VII. ſed & Strabone lib. IX. Quem tamen imprudenter percurriſſe videtur, qui in Ægarum ſcopulis hoc contigiſſe tradidit. Neque illud minus, licet majori quadam venia, quod Anthedonis filium fuiſſe *Glaucum*, retulit. Latinus enim Strabo ita habet: *Hæc in loco facta dicuntur, quæ de Anthedonis filio Glauco fabula vulgaverunt. Quem in balænam transformatum ajunt.* Græca ſane exemplaria non Anthedonis filium, ſed Anthedonium, retinent. Ab hac videlicet Bœotiorum urbe, ut apud Stephanum quoque legitur. Nam ab altera ejuſdem nominis haud procul à Gaza, non Ἀνθηδόνιος fieri idem tradit, ſed Ἀνθηδονίτης. Strabonis hæc ſunt: Ἐνταῦθα δὲ καὶ τὰ περὶ τὸν Γλαῦκον μυθεύεται τὸν Ἀνθηδόνιον, ὅν φασιν εἰς κῆτος μεταβαλεῖν. Mariang. Accurſius.

159. *Sic Anthedonius*] Eſt Bœotiæ oppidum, Ἀνθηδὼν, patria Glauci: unde, *Anthedonius* dictus: aut ab *Anthedone* patre, ut vult Fulgentius primo Mythologicôn, & quidam apud Athenæum libro ſeptimo. Eſt autem *Glaucus*, numen, vir, piſcis, coloris genus. *Vinetus.*

159. *Sic Anthedonius*] Statius lib. III Sylvar.

--- Et ſubitis qui perdidit inguina monſtris
Glaucus adhuc, quotiens patriis allabitur oris,
Littoream blanda feriens Anthedona cauda.

vide quæ Palæphatus de Incredibilibus, & Schol. Lycophronis p. 121.

160. *Glaucus*] Ovidius lib. XIII Metamorph. pag. 389. *Freherus.*

161. *Gramina guſtatu poſtq.*] *Circe Glaucum* amabat. Ille pro Circe *Scyllam.* Hoc *Circe* ægre ferens, fontem veneno infecit, in quo una lavari ſolebant. Letalem vim veneni cum ſenſiſſet *Glaucus*, comeſa herba quadam ſe in mari præcipitavit, ubi Deus eſt habitus. Piſcator enim hic, quum aliquando captos piſces ſuper herbam abjeciſſet; & eos recepiſſe, quam amiſerant, vitam, & reſiliiſſe in mare vidiſ-

Expertus, [163] carptas moribundis piſcibus herbas
Sumſit, Carpathium ſubiit novus accola pontum.
Ille hamis & [164] rete potens, ſcrutator operti
Nereos, æquoream [165] ſolitus converrere Tethyn,
Inter captivas fluitavit prædo catervas.

Talia

vidiſſet, ejus ille herbæ vires obſervaverat, notaveratque diligenter. Vide Pauſaniam in Bœoticis, Servium in Virgilium, Athenæum lib. 7 Deipnoſophiſt. & Eraſmum in proverbiis. *Vinetus.*

162. *Exitialia Circes*] Quod in recentioribus codicibus ſcriptum eſt *Dirces* pro *Circes*, non eſt ut diligentius rimati probemus. *Exitialia* nos quidem hæc, & *Circes gramina* intelligimus, quod his ipſis ſæpe veneficia mulier horrenda pararit, multoſque ex hominum facie in ferarum ora induerit. Et tum maxime, cum fugitivæ *Glaucum*que male urentis *Scyllæ* inguina monſtris inquinavit. *Gramen* enim fuiſſe id, & in *Anthedone* concerptum, Naſo indicat VII Metamorph.

Carpſit & Euboica vivax Anthedone gramen,
Nondum vulgatum mutato corpore Glauci.

Et in XIV, cum accingentem ſe Circen inducit, ut gurgitem inficeret, quo ſe ab æſtu referre Scylla conſueverat:

Protinus horrendis infamia gramina ſuccis
Conterit, & tritis Hecateia carmina miſcet.

Tametſi, in pervulgatis codicibus (minus proprie attentatum vel expreſſum) *pabula*, non, *gramina* legitur. Librariorum errore. Qui innumera in opere divino & corruperunt hactenus, & auſu temerario addiderunt. Nos, vetuſtiorum fide exemplarium corrigimus, *gramina*. *Circeas* vocat & Claudianus *herbas*, quibus priſtinæ revocatus vitæ *Hippolytus* fuerit:

Et juvenem, ſpreta laniatum fraude noverca
Non ſine Circeis Latonia reddidit herbis. Mariang. Accurſius.

163. *Carptas moribundis*] An legendum ſit non *captas*, ſed *tactas* addubito. Ipſe enim Ovid. ait:

Gramine contacto cœpit mea præda moveri.

Nam *carptas*, quod noviſſime excuſum eſt, omnino diſplicet. Quando *herbarum* guſtus non tam morientibus, ſed ne vivis quidem piſcibus eſſe poſſit; par ferme quod ſequitur: ideoque in medium utrumque relinquendum. In illo enim *ſubiit novus accola pontum*, ſuſpicari quis poſſit, ſcriptum potius *Incola*, quam *Accola*, ſignificantius, atque ex Ovidio, qui ait: --- *Alti novus incola ponti.* Niſi mutare, quam mutuare maluiſſe eum, arbitrandum ſit. Quo videlicet manifeſta minus, cautiorque foret imitatio. *Mariang. Accurſius.*

164. *Rete potens*] *Rete* ablativus eſt, de quo Priſcianus libro ſeptimo. *Vinetus.*

165. *Solitus converrere Tethyn*] Ita ſcribendum *Tethyn*, ratione ſyllabæ, quæ in *Tethide* corripitur, in *Tethye* producitur. Sic & *converrere* magis placet, ut univerſos maris piſces trahere ſolitum, hæc hyperbole ſignificet. Supra quoque:

Nodoſis decepta plagis examina verrit.

Quanquam *convertere* defendi poſſit, pro fallere ac decipere, ex Marcello. *Mariang. Accurſius.*

165. *Converrere Tethyn*] Inde *Everriculum* dictum. Inde *Averſio* Iureconſultis, *Per Averſionem emere.* Freherus. Apulejus in Apologia: *ut ſuber*

Talia deſpectant longo per cœrula tractu
Pendentes ſaxis inſtanti culmine villæ.
[166] Quas medius dirimit ſinuoſis flexibus errans
Amnis: & alternas comunt [167] prætoria ripas.
[168] Quis modo Seſtiacum pelagus, [169] Nepheleïdos Helles
Æquor; Abydeni freta [170] quis miretur ephebi?
Quis [171] Chalcedonio conſtratum ab littore pontum,
[172] Regis opus Magni, mediis euripus ubi undis
Europæque Aſiæque [173] vetat concurrere terras?

Non

ber mihi piſcem everreret. Corn. Severus in Ætna:

Scrutamur rimas, everrimus omne profundum.

166. *Quas medius dirimit*] Ita Ovidius de Iſtro. Et videtur imitatus illud Petronii, pag. 94:

Has inter ludebat aquis errantibus amnis
Spumeus, & querulo vexabat rore lapillos. Freherus.

167. *Prætoria*] Magna & ſumptuoſa ædificia. *Vinetus.*

167. *Alternas comunt prætoria ripas*] *Alternas.* imitatur Statii illud 1 Sylvarum de Aniene:

— *alternas ſervant prætoria ripas.*

Comunt prætoria ripas. ita quidem frequentia & vicina, ut una ab altera, perpetuo fere ordine, aut ſaltem inde ſurgens fumus, conſpici queat. Hæ villæ & prætoria ſequentibus temporibus, & gliſcentibus inter Francos & Romanos bellis, in arces, ſpeculas, munimenta evaſere. *Freherus.*

167. *Et alternas*] Statius in Tiburtino Manlii:

--- *Nec te mitiſſimus amnis*
Dividit, alternas ſervant prætoria ripas.

168. *Quis modo Seſtiacum*] Statius in Tiburtino Manlii:

Seſtiacos nunc fama ſinus, pelaguſque natatum
Iactet, & audaci junctos delphinas Ephebo.
Hic æterna quies: nullis hic jura procellis:
Nuſquam fervor aquis: datur his transmittere viſus,
Et voces, & pæne manus.

169. *Nepheleïdos Helles Æquor*] Id eſt, Helleſpontum: quod mare Seſton & Abydon interfluit, nomen habens ab ea *Helle*, quæ in illud decidit, ut docebit Hyginus. *Nepheleïs* autem dicitur à matre, cui *Nephele* nomen. *Vinetus.*

170. *Quis miratur epheb.*] Rectius, *miretur.* Mariang. Accurſius.

170. *Abydeni ephebi*] Leandri. *Vinetus.*

171. *Chalcedonio*] Eſt Chalcedon oppidum Bithyniæ in ipſis Boſphori Thracii faucibus, qui Europam ab Aſia diſterminat quinque ſtadiis, auctore Pomponio Mela libro primo. *Vinet.*

172. *Regis opus magnum*] Non placet: legendum enim, *Magni.* Quis neſcit Perſarum Regem vocatum τὸν μέγαν βασιλέα. Scaliger.

172. *Regis opus Magni*] Perſarum Regis, qui MAGNVS vocari ſolitus. *Freherus.*

172. *Regis opus*] Ex Horatio, de Arte Poët. ℣ſ. 65: — *ſive receptus*
Terra Neptunus claſſes aquilonibus arcet,
Regis opus.

173. *Vetat concurrere*] Hic aliquando

Non hic dira freti rabies, non ſæva furentum
Prælia Caurorum. licet hîc [174] commercia linguæ
Iungere, & alterno ſermonem texere pulſu.
Blanda [175] ſalutiferas permiſcent littora voces,
[176] Et voces, & penè manus. reſonantia utrinque
Verba refert, mediis [177] concurrit fluctibus Echo.
Qui potis, innumeros cultuſque habituſque retexens,
Pandere [178] tectonicas per ſingula prædia formas!

Non

do fuit connexa Europæ Aſia. Sic enim Plinius libro ſecundo: *Perrupit mare Leucada, Antirrhium, Helleſpontum, Boſporos duos.* Vinetus.

174. *Commercia linguæ*] *Commercia.* Claudian. pag. 37. Rittershuſius in Ligurin. pag. 92. Lucan. pag, 258. *Latia commercia lingua,* Plinius. Ita Ovidius de Triſtibus p. 307, 312. *Commercia linguæ.* Cum Auſonius hæc ſcribebat, *Romana.* Vtraque enim ripa Latiali ditione tenebatur. Poſtea cum Francorum legibus linguam etiam mutavit. D. Hieronymus auctor eſt, Galatas, ad quos ſcripſit D. Paulus, eadem locutos ſuo tempore lingua, qua Treveri Gallorum populi utebantur. Vide Gorop. Saxon. 627. in Gall. pag. 5. Sidonius ad Ervagaſtorem Epiſtola XVII, lib. IV: *Quirinalis impletus fonte facundia, potor Moſellæ, Tiberim ructas: ſic Barbarorum* (ita Barbariem in Treveris ad Moſellam ponit etiam Gregorius Turonenſis pag. 123) *familiaris, quod tamen neſcius Barbariſmorum. Quocirca ſermonis pompa Romani, ſiqua adhuc uſpiam eſt, Belgicis olim ſive Rhenanis abolita terris, in te reſedit: quo vel incolumi, vel perorante, & ſi apud ipſum limitem Latina jura ceciderunt, verba non titubant.* De hac linguæ mutatione ſcripſi alibi fuſius. *Freherus.*

175. *Salutiferas voces*] Non ita in ripa Rheni. E ripis enim ſuis Germani & Latini altercari & contumeliis certare ſolebant. Tacitus de Arminio. Martialis, *Barbara contumelioſi rota bubulci.* Freher.

176. *Et voces & pene manus*] Ex Statii Tibure, lib. I. ſilvarum. *Vinetus.*

177. *Concurrit fluctibus Echo*] Eadem magis ſubſervitura ſymphoniæ. Quam voluptatem quæſiviſſe in flumine Reges, narrat qui tum in eorum comitatu erat, Fortunatus:

Ne tamen ulla mihi dulcedo deeſſet eunti,
Paſcebar Muſis aure bibente melos.
Vocibus excuſſis pulſabant organa montes,
Reddebantque ſuos pendula ſaxa tonos.
Laxabat placidos mox area tela ſuſurros,
Reſpondet cannis rurſus ab alpe frutex.
Nunc tremulo fremitu, modo pleno Muſica cantu:
Talis rupe ſonat, qualis ab ære meat.
Carmina diviſas jungunt dulcedine ripas,
Collibus & fluviis vox erat una tropi.
Quo recreet populum, hoc exquirit gratia Regum;
Invenit & ſemper, quod ſua cura jubet.

Freherus.

177. *Concurrit fluctibus Echo*] Malim: *— Reſonantia utrimque*
Verba refert mediis concurrens fluctibus Echo.

178. *Tectonicas formas*] Vtitur verbo architectonum. Sic ſæpe Vitruvius architectonica opera vocat *formas ædificiorum.* Et in ordine clararum urbium Auſonius ipſe:

— magnis operum velut æmula formis.

Scaliger.

178. *Tectonicas formas*] Ædificiorum. Vitruvius, *Architectonica opera. Forma Aquaductuum* L. Columella. Caſſiodorus ſæpe, 218. Anaſtas. pag. 165. Privilegium Ottonis apud

Nihem.

Non hoc ſpernat opus [179] Gortynius aliger, [180] ædis
Conditor Euboïcæ, caſus quem fingere in auro
Conantem Icarios, [181] patrii pepulere dolores.
Non [182] Philo Cecropius : non [183] qui laudatus ab hoſte
Clara Syracoſii traxit certamina belli.
Forſan & inſignes hominumque operumque labores
Hic habuit decimo celebrata [184] volumine Marci
[185] Heb-

Nihem. Iuret. pag. 316. Ita Auſ. in Mediolano :

Omnia quam magnis operum velut æmula formis.

Spartianus. Vbi Caſaubon. pag. 269. *Freherus.*

179. *Gortynius aliger*] Dædalus Cretenſis, qui volaſſe fingitur. *Gortys* enim, vel *Gortyn*, eſt Cretæ oppidum. *Vinetus.*

179. *Gortynius aliger*] Dædalus. De hoc & aliis architecturæ laude claris, hic quidem recenſitis, vide Vitruvii Procemium lib. VII. *Freherus.*

180. *Ædis Conditor Euboicæ*] Id eſt, templi Apollinis Cumani conditor Dædalus. Servius in ſextum Æneidos. *Vinet.*

181. *Patrii pepulere dolores*] Virgil. lib. VI Æneid.

--- Tu quoque magnam
Partem opere in tanto (ſineret dolor) Icare haberes.
Bis conatus erat caſus effingere in auro :
Bis patriæ cecidere manus.

182. *Philo Cecropius*] *Athenienſis Philo.* Hic Architectus inſignis, laudatur armamentario, quod Athenis fecit capax mille navium. Memorat Cicero libro primo de oratore, & Plinius in hiſtoria Naturali, & Vitruvius libro ſeptimo. *Vinetus.*

183. *Non qui laudatus ab hoſte*] *Grande & Archimedi Geometricæ ac machinalis ſcientiæ teſtimonium Marci Marcelli contigit interdicto, quum Syracuſæ caperentur, ne violaretur unus, niſi feſelliſſet imperium militaris imprudentia.* Plinius libro ſeptimo. Vide Titum Livium, & caput triceſimum quinctum hiſtoriarum Tzetzæ. *Vinetus.*

183. *Qui laudatus ab hoſte*] Archimedes. *Freherus.*

184. *Volumine Margei*] *Margeum*, qui putant in *Marcum* mutandum eſſe, minus prudenter facere puto. Nam ſolo prænomine non potuit deſignare unum Varronem. Quot enim alii Marci præter Varronem intelligi poſſent ? Denique quæ hæc confidentia eſt, mutare quod non intelligas ? An Μαργεὺς Græcum purum putum tibi non videtur ? ſed nimirum hæc eos impulit cauſa, ut Varronem intelligi putarent : quia Auſonius dicat *Margeum celebraſſe Hebdomada* : Varronem vero certum erat libros de *Hebdomadibus* ſcripſiſſe. Sed toto cœlo errare puto. Nam Auſonius vult dicere, decimo libro operis ſui celebraſſe hebdomadem operum mirabilium : hoc eſt, ut vulgo loquebantur, ſeptem miracula mundi. Vt & Vitruvius : qui decimo operis ſui volumine inſtrumentorum, & machinarum rationes docet. *Scaliger.*

184. *Margei*] Vitruvio, & aliis veteribus, quorum ſcripta proſtant, ignoti. *Freherus.*

184. *Margei*] Lege : *Marci*, pro quo codices ſcripti vitioſe *Margi* vel *Marges* præferunt, ex quo neſcio quem Μαργέα ſibi hariolatus eſt Scaliger. Quot enim, inquit, alii Marci præter Varronem ? ſane. Sed cele-

[185] Hebdomas. [186] hîc clari viguere [187] Menecratis artes,
[188] Atque Epheſi ſpectata manus: vel in arce Minervæ
[189] Ictinus; magico cui noctua perlita fuco
Allicit

celeberrimi *Hebdomadum* libri à Varrone ſcripti faciunt ut de alio *Marco* non poſſit intelligi. *Salmaſius.*

184. *Marci*] *Varronis Hebdomadas* hic deſignari contra Scaligerum tuetur Reineſius lib. 2 Var. lect. c. 2.

185. *Hebdomas*] Septem mundi miracula. Ita Scaliger.

186. *Hic clari*] Ita diſtinguo. Intelligit enim *Menecratem Epheſinum*, cujus meminit Varro libris de re Ruſtica. Is multa & præclara volumina de hiſtoria animalium, item de aliis reliquerat. *Scaliger.*

186. *Hic clari viguere*] Statius in Tiburtino:

Vidi artes, veterumque manus, variiſque metalla
Viva modis. ---

187. *Menecratis artes*] Habuiſſe Moſellam & Belgium ſuos quondam artifices eximios, nihilo pene Græcis inferiores (ne nimis hyperbolice Auſonius hic luxuriari putetur) vel unum illud antiquitatis nobile monumentum; quo nec cis Alpes præſtantius aliud eruditi ſpectatores, Ortelius & Vivianus (in Itinerar. Belg. pag. 53) exiſtimarunt, quodque ipſis Italis oſtentari poſſit; indicio eſt, in pago *Egel* ad ſiniſtram ripam uno ſupra Auguſtam lapide, è regione *Reinich* caſtri. Politiſſimis ſaxis moles turrita ſurgit, quæ *in conum ſublime procedens* (ut verbis utar Sulpit. Severi p. 316) editoque loco poſita, longe conſpicua; ſatiſque adhuc per tot temporum vices illæſa (niſi quatenus cœli injuria, ad Occidentem potiſſimum arroſum ſummitates ſcalpturæ amiſit) copia & varietate argumenti, & artificii admiratione, intelligentem ſpectatorem aliquandiu detinere poteſt: me quidem ad bihorium detinuit. Poſt Appianum (pag. 485) Ortelius copioſe deſcripſit, pinxit etiam: ita tamen, ut multis in locis oculi manuſque hallucinati videantur. Itinerar. Belg. pag. 53. Mercator. Id vero tam ambitioſum & ſumtuoſum Mauſolæum cum à privatis hominibus, *Securis* & *Secundinis*; cætera obſcuris, & (ut dextri lateris figuræ arguunt) mercatoribus, ſtatutum fuerit (nam qui ad Conſtantium & Helenam referunt, largiter ineptiunt) quid à proceribus, magiſtratibus, veteranis, nobilibus fieri potuerit, non difficile eſt exiſtimare. Lipſ. III Admirand. cap. XIV. *Freherus.*

188. *Atque Epheſi ſpect. manus*] Id eſt Menecratis Epheſini, cujus Varro de re Ruſtica meminit. *Freherus.*

188. *Epheſi ſpectata manus*] Eſt Cheſiphron, quem ideo non appellavit ſuo nomine, ſicut cæteros ibidem memoratos, quia verſus id nomen reſpueret. Straboni *Cherſiphron* appellatur. *Salmaſius.*

189. *Ictinus*] De noctua *Ictini* τῦ μηχανοποιῦ, quod hic adfertur, nihil quod equidem meminerim, extare in veterum monimentis puto, & videtur ſimile opus fuiſſe, ac columbam Archytæ Tarentini. *Scaliger.*

189. *Ictinus*] Sic legendum puto. Vitruvius lib. VII: *De æde Minervæ Dorica, quæ eſt Athenis in arce, Ictinus & Carpion edidit volumen.* Meminit & paulo poſt de *Ictino*, quod Eleuſiniæ Cereris & Proſerpinæ cellam immani magnitudine, Dorico more, ſine exterioribus columnis, ad laxamentum uſus ſacrificiorum pertexerit. Eſt & ejus mentio apud Plutarch. in Pericle. & apud Strabon. lib. IX. *Mariang. Accurſius.*

190. Di-

Allicit omne genus volucres, perimitque tuendo.
Conditor hic forſan fuerit Ptolemaïdos aulæ
[190] Dinochares: [191] quadro cui in faſtigia cono
[192] Sur-

190. *Dinochares*] Quod de *Dinochare*, ſeu, ut alii malunt, *Dinocrate* ſcribit, non conſentit cum Plinio. Auſonius enim dicit:

Arſinoen medii ſuſpendit in aëre templi.

Plinius autem negat *ſuſpendiſſe*, ſed interventu mortis Ptolemæi opus inchoatum reliquiſſe. *Scaliger.*

190. *Conditor hic forſan fuerit Ptolemaidos aula*

Dinochares --] Apud Plinium, Vitruvium, & Solinum, *Dinocrates* legitur. Quo certe modo an ſit & in Auſonio ſcribendum, æquo animo ampliaverim. Nam & Strabo Χειροκράτης, licet habeant nonnulli codices Χειρομοκράτης. Leo Bapt. Polycrates. Ni ſit (quod equidem ſuſpicor) in codicibus emendatiſſimi ætatis noſtræ ſcriptoris vitium. Vt videri poſſit & hic quoque tradentium varietas. Alioqui cum Epheſiæ Dianæ templi architectus Plinio non ſemel *Cteſiphon* vocetur, Straboni tamen *Cheſiphron*, Vitruvius item *Cteſiphonta* vocat eum, libro ſeptimo: *Primum*, inquit, *ædes Epheſi Dianæ Ionico genere ab Cteſiphonte Gnoſio, & filio ejus Metagene eſt inſtituta.* Idem: *de æde Ionica Epheſi, quæ eſt Dianæ, Cteſiphon & Metagenes edidit volumen.* Auſonius periphraſtikῶς exprimere magis voluit, inquiens:

Atque Epheſi ſpectata manus, vel in arce Minervæ.

Cherſiphrona hunc (ut videtur) & Pythium intelligens. Qui Prienæ ædem Minervæ nobiliter architectatus traditur. Niſi ſit potius illud hemiſtichium, *vel in arce Minervæ*, cum ſequentibus jungendum, quæ de *Ictino* dicuntur. Quod eſt vero ſimilius. *Mariang. Accurſius.*

190. *Dinochares*] *Dinocratem* ab aliis ſcribi, qui Plinio teſte, interventu mortis Ptolemæi, reliquerit opus inchoatum, nec (quod Auſonius hic refert) *ſuſpenderit*, item Scaliger obſervat. *Freherus.*

190. *Dinochares*] Is eſt ſcil. quem Alexandriam metatum eſſe auctores ſcribunt. Hic aliis dicitur *Dinocrates*, ſed Plinius tribus locis *Dinocharem* nominavit, ut quidem apud eum ſcribunt veteres libri. Atqui hic idem eſt *Dinochares*, ſive *Dinocrates*, qui templum Dianæ Epheſiæ ultimo architectatus eſt, quod concremarat Heroſtratus. Verſus autem ſubſequentes explicat Plinius lib. 34. cap. 14. his verbis de Magnete: *Eodem lapide Dinochares Architectus Alexandriæ Arſinoes templum concamerare inchoaverat, ut in eo ſimulacrum ejus è ferro pendere in aëre videretur. Interceſſit mors & ipſius, & Ptolemai, qui id ſorori ſuæ juſſerat fieri.* Editi legunt *Dinocrates*. Sed in ſcriptis habetur *Timochares*, forte pro *Dinochares*. Cæterum pro perfecto accipit Auſonius, quod inchoatum duntaxat fuit. Mirari vero non ſatis poſſum, qui fieri potuerit, ut idem *Dinochares*, qui Alexandriæ metationi præfuit, *templum* illud *Arſinoes* inchoaverit, magnete concamerandum. *Ptolemaus* enim ille Philadelphus fuit, qui obiit Olympiade centeſima & duodecima. Sic ab Alexandriæ conditu ad id tempus, quo ædificari cœptum eſt Arſinoes templum juſſu Philadelphi, anni ſunt circiter octoginta octo. Atqui idem *Dinocrates*, aliquot annis antequam Alexandriam metaretur, templi Dianæ Epheſiæ ædificationi præfuerat. Non poteſt igitur idem eſſe architectus, qui Alexandriam metatus eſt, & templum Arſinoës ſub exitum vitæ Philadelphi regis inchoavit. Vicinitas fortaſſe nominum in cauſſa fuit, ut

192 Surgit, & ipſa ſuas conſumit Pyramis umbras,

193 Iuſ-

ut confunderentur. Architectus Alexandriæ vocabatur *Dinocrates*, ut Strabo, Valerius, Vitruvius, alii appellant. Ille alter *Dinochares* fuit, qui Ptolemæi Philadelphi temporibus fuit. Ex hac nominum ſimilitudine Plinius, vel ille, unde ſumpſit, & hi qui eum ſequuti ſunt, alterum pro altero poſuerunt, & *Dinocharem* etiam vocarunt, qui Alexandriam metatus eſt, quum *Dinocrates* diceretur. *Salmaſius.*

191. *Quadro cui in faſtigia cono*] Hæc ſine ſynalœpha ſi pronuncies, poterit metrum conſiſtere: ſed locum ſenſit eſſe depravatum, & monuit Mariangelus. Quod autem ad *Coni* ſignificationem attinet, Columella libro ſexto, *Cupreſſinos Conos* vocat nuces Cupreſſi: & vetus Virgilii commentator in hunc verſum tertii Æneidos:

Aëria quercus, aut coniferæ Cypariſſi, ſcribit *Conum* eſſe fructum Cupreſſi, ac ipſam arborem eſſe Κωνοειδῆ, id eſt *Cono* ſimilem figura. Dioſcorides vero libro primo, nucem pini & piceæ appellat *Conum*. Hanc arbitror primam eſſe & propriam ſignificationem *Coni*: unde aliarum rerum per ſimilitudinem manarunt. Dicitur enim galeæ quoque *Conus*, ut tertio Æneidos:

Et conum inſignis galea; criſtaſque comantes: quem ſcribit Servius curvaturam eſſe, quæ in galea prominet: ſuper quam criſtæ ſunt. Eſt & formæ genus apud Geometras *Conus*, quam ſic definiunt: *Conus orthogonii trianguli circumactus, & ad idem reditio, immobili manente uno ex lateribus, quæ apud rectum ſunt angulum.* *Conos* denique recte appellaveris ſeu *Conellos*, quibus novenis in formam quadratam erectis ludimus, globo immiſſo dejicientes, quas nos vulgo *Quillas*. Hoc quum proprie *Conos* ſit, *Conum* in pyramide nullo modo invenias, niſi improprie, per ſimilitudinem quandam figuræ, à baſi in cacumen ſenſim gracileſcentis. *Vinetus.*

191.* *Quadro cui in faſtigia cono*] *Cuvi* pro *cui* ſcribendum eſt, ut verſus ruina hoc tanquam tibicine, hacque deſtina fulciatur. *Turneb.* ego *cuji* præferam. Antiquos enim *quis, quuius*, & *quoius, quuji* & *quoji* declinaſſe certum eſt, quæ deinde in *quoi* & *cui* contracta ſunt. At Salmaſius *cubi* citat in Exercitat. Plinianis ad Solinum. Sed *cui* probum, ſic ut ſit ſpondæus. Ita enim & alii ejus ævi poëtæ. Paullinus ad Cytherium,

Munitor Appius cui nomen dedit.

Prudentius autem *Cuique* dactylum facit aliquot locis. vide, ſi lubet, Eruditiſſ. Heinſium in ſuis ad iſtum poëtam notis.

192. *Surgit & ipſa ſuas*, &c.] Carmen hoc perperam huc rejectum arbitramur, quando & unde pendeat non habet, & quæ hic de *Dinocrate* architecto, & ferreo *Arſinoës ſimulacro* dicuntur, confundit & intercipit. *Proprias* vero *umbras* an *conſumat Pyramis*, ambiguum eſt. & quo modo conſumat, non omnibus intellectum. Hieronymus certe, Laërtio referente, & Plinius lib. XXXVI, memoriæ prodiderunt, Thaletem Mileſium *Pyramidum* altitudinem menſum, *umbram* aſſervando, qua hora par eſſe corpori ſolet. Contra Marcellinus, lib. XXII, Ægypti tractus percenſens ita ſcribit: *Pyramides ultra omnem omnino altitudinem, quæ manu confici poteſt, erectæ, ſunt turres ab imo latiſſimæ, in ſummitates acutiſſimas deſinentes. Quæ figura apud Geometras ideo ſic appellatur, quod ad ignis ſpeciem (τοῦ πυρὸς ut nos dicimus) extenuatur in conum. Quarum magnitudo, quoniam in celſitudinem nimiam ſcandens graciteſcit paulatim, umbras quoque mechanica ratione conſumit.* Solinus quoque rem eandem ita perſtringit: *Pyramides turres ſunt faſtigatæ*

ultra

ultra excelſitatem omnem, qua fieri manu poſſit. Itaque menſuram umbrarum egreſſa, nullas habent umbras. Hinc & in Toxaride Lucianus: *Audierat*, inquit, *Ægyptias Pyramides, cum ſublimes forent, umbram non jacere, qua diverſitas in ipſis quoque orbis terrarum miraculis permira eſt.* Denique Caſſiodorus Auſonii partibus accedit, rationemque ad latitudinem referre videtur ita ſcribens lib. VII Epiſtol. ad Præfectum urbis Romæ: *Pyramides in Ægypto, quarum in ſuo ſtatu ſe umbra conſumens, ultra conſtructionis ſpatia nulla parte conſpicitur.* Mariang. Accurſ.

192. *Et ipſa ſuas conſumit Pyramis umbras*] *Pyramidem* definiunt iidem Geometræ: *figuram ſolidam planitiis comprehenſam, ab una planitie ad unum punctum exſurgentem.* Obeliſci vero, Pyramides erant ex unico lapide factæ, quum quæ propriæ dictæ ſunt Pyramides, ex multis lapidibus quadratis compactæ eſſent.



Obeliſcus. *Pyramis quadrangula.*

Quam autem Auſonius *Pyramidem* hic ſignificet *umbras ſuas conſumentem*, compertum non habeo. Meminit Plinius libro triceſimo ſexto obeliſci octo & quadraginta cubitorum, à Ptolemæo Philadelpho in conjugis ſuæ, ejuſdemque ſororis *Arſinoës* gratiam Alexandriæ ſtatuti, ſed nullam umbræ ejus mentionem facit. Illud ergo jamdudum quærimus, quod genus hoc Pyramidis fuerit, quod umbram ſuam conſumeret, & umbram non haberet. Lapides enim, ex quibus hæ Pyramides factæ adhuc viſuntur, non ſunt ejuſmodi, ut expoſiti radianti ſoli, umbram non jactent. Quin idem Plinius & Diogenes Laërtius auctores ſunt, Pyramides illas & umbras habuiſſe, & menſuram altitudinis Pyramidum deprehendere inveniſſe Thaletem Mileſium, umbram metiendo, qua hora par eſſe corpori ſolet. At non ſolus tamen Auſonius Pyramidum umbras ſuas conſumentium meminit. Sic enim de iis Lucianus in Dialogo, cui titulus: Τόξαρις. Ἤκουε γὰρ ταύτας ὑψηλὰς οὔσας, μὴ παρέχειν σκιάν. Et Solinus: *Pyramides turres ſunt in Ægypto faſtigatæ ultra excelſitatem omnem, qua fieri manu poſſit. Itaque menſuram umbrarum egreſſa, nullas habent umbras.* Ita Solinus, ſed qui mihi videatur comminiſci neſcio quid portentoſum etiam magis, quam ipſæ ſint Pyramides.

Quis

Quis enim hoc illi credat, molem ſaxeam terræ inhærentem, adeo exſurgere, ut umbram ob id non habeat? Ammianus itaque aliquanto peritius, & Caſſiodorus. Sic enim ille ſcribit libro viceſimo ſecundo: *Pyramides ad Miracula ſeptem provectæ. Quarum diuturnas ſurgendi difficultates ſcriptor Herodotus docet, ultra omnem omnino altitudinem, qua humanis confici poteſt, erectæ ſunt, turres* (Solini videntur eſſe hæc) *ab imo latiſſimæ, in ſummitates acutiſſimas deſinentes: quæ figura apud Geometras ideo ſic appellatur, quod ad ignis ſpeciem τῦ πυρὸς, ut nos dicimus, extenuatur in conum. Quarum magnitudo quoniam in celſitudinem nimiam ſcandens, gracileſcit paulatim, umbras quoque mechanica ratione conſumit.* Caſſiodorus vero formula quinctadecima libri ſeptimi variarum: *Pyramidis in Ægypto*, inquit, *quarum in ſuo ſtatu ſe umbra conſumens, ultra conſtructionis ſpatia nulla parte conſpicitur.* Ad hunc ſane modum explicant Ammianus, & Caſſiodorus, quod dubium eſſe poteſt, an intellexerit Solinus de conſumente ſe umbra. *Vinetus.*

192. *Conſumit Pyramis umbras*] Sole altiſſimo. (Ovid. pag. 392.) Quod & hominibus ibi evenit, Sole de medio cœli reſpiciente. Warnefrid. p.9. Quis enim dubitat umbras jacere, cum ſe properat Oceano condere, Solem? Virgil.


Majoreſque cadunt altis de montibus umbræ.

Huc Douſa in laude Vmbræ. pag. 38. *Vmbras nuſquam flectens hyeme.* Lucan. pag. 71. *Victa umbra.* Catalect. 242. Lucan. pag. 300. *Freherus.* Cum vero inter diverſas opiniones rem hanc ab Interpretibus non ſatis explicatam deprehenderem, neque Vinetus qui eam enodare aggreſſus, voto meo ſatisfaceret, illam, ut ſcitu dignam & curioſis ingeniis gratam, τῷ μαθηματικωτάτῳ Ioanni Blaeu propoſui, qui eam majori luce indigere judicavit; ſed quoniam is aliis gravioribus negotiis occupatus, moram nimiam prævenire volui, dilucidatione C. I. Longomontano Iuniori commiſſa, a quo etiam ſenſus hujus loci ita expoſitus eſt ut jam nihil deſiderem, ejuſque commentationem ac diagraphen hic apponere libet:

192. *Conſumit Pyramis umbras*] Videndum de quo genere *Pyramidum* hic loquatur Auſonius, neque enim huic negotio omnes æque aptæ ſunt, cum earum nonnullæ, quæ majorem habent angulum verticis *umbras* citius conſumant, aliæ vero quæ minorem tardius ut Obeliſci. Vinetus Pyramides Ægyptias quadratam putat habuiſſe baſin, ex quibus una præ omnibus accipienda: quæ ſi ſecundum ejus aſſertionem umbras conſumere debeat, oportet ut ſit confecta ex quatuor Triangulis, quorum latera æqualia, & ſinguli Anguli 60 gradus contineant. Si igitur intelligatur corpus hocce ſectum in duas partes æquales, per verticem B & diametrum KH in baſi quadrata pyramidis G K H I, erit figura orthographica, ad cujus ſitum diſpoſitæ ſunt omnes ſuperficies dictæ Pyramidis, Triangulum rectangulum A B C, habens angulum Rectum ad B, & duos ſemirectos ad A & C. erunt etiam latera GK, GH in quadrato GKHI æqualia lateribus AB & AC Trianguli ABC, item ejuſdem Trianguli baſis AC æqualis diagonali quadrati K H. Sole jam exiſtente in puncto altitudinis P, dico Pyramidem projicere quidem per umbram imaginem verticis ſui B in punctum E, ſuper planum adjacens; at cum ille occupaverit in alio verticali punctum M, id eſt 45 gradus, apicis hujus umbra, ut in aliis corporibus, ſuper planum projici non poteſt, ſed dimidium totum in tali Pyramide obſcuratur, dimidium vero radiis Solaribus illuſtratur: quia igitur, ſecundum illud receptum ab omnibus Mathematicis & Opticis, Sol 45 gradum occupans umbras æquales corporum faſtigiis efficit, tum vertex B neceſſario cadere debet in C, neque ulterius in planum aliquod

193 Iuſſus ob inceſti qui quondam fœdus amoris

Arſi-



quod procedere poteſt, cum B D altitudo Pyramidis,& D C dimidium Baſeos æquales ſint. Sole autem à puncto M ad Meridianum progrediente, & in G lucente, *umbra* brevior multò minus in planum aliquod projici poteſt: igitur ad dictum Auſonii tum maxime *conſumpta* eſt, donec, Sole Meridianum relinquente, in oppoſita Triangula creſcendo tranſierit, illaque occupat tum cum Sol ad 45 gradum verſus Occidentem venerit, inde poſtea eodem magis depreſſo umbram verticis tandem projicit, ut prius. Igitur non mirum ſi Alexandriæ & in aliis Ægypti ditionibus, magna ex parte circa Solſtitium æſtivum in Pyramide tali umbra conſumatur: nam in orientalioribus ejuſdem Regni locis, ut Sienæ (quam hodie Turcæ *Aſna* nomine Indigetant, & Strabo rectè *Indicem ſolſtitii aſtrui* vocat) Sole punctum H vel verticis occupante, tum hujus, tum omnium opacorum umbra penitus evaneſcit.

193. *Iuſſus ob inceſti*] Perſis & Aſſyriis ſorores ſuas fas erat uxores ducere, ut refert Lucianus in ſermone de Sacrificiis. Et non ſolus hic *Philadelphus*, Ptolemæorum Ægypti regum ſecundus, ſororem ſuam *Arſinoën* in matrimonio habuit, verum etiam ejus filius Ptolemæorum tertius, ſuam Beronicen: cujus comam Conon Mathematicus, & Callimachus poëta, inter ſidera collocarunt. *Vinetus*.

193. *Ire*

Arſinoen Pharii [194] ſuſpendit in aere templi.

[195] Spi-

193. *Inceſti qui quondam fœdus amoris*] Lucanus lib. VIII:

--- Iacuere ſorores
In regum thalamis, ſacrataque pignora matres.
Damnat apud gentes ſceleris non ſponte peracti
Oedipodionias infelix fabula tædas.

Ita enim rectius membranæ, quam vulgatæ edd. in queis eſt *Thebas*. *tædas* enim pro nuptiis poni quis neſcit? *infelix fabula* eſt Tragœdia.

194. *Suſpendit in aëre*] Auſonius opus perficit, quod inchoatum fuiſſe relictum ſcribit Plinius libro triceſimo quarto, quum de lapide *Magnete* diſſerit. *Eodem*, inquit, *lapide Dinocrates architectus, Alexandriæ Arſinoës templum concamerare inchoaverat, ut in eo ſimulacrum ejus è ferro pendere in aëre videretur. Interceſſit mors & ipſius & Ptolemai, qui id ſorori ſuæ juſſerat fieri.* Hæc ille. Habuit vero eadem *Alexandria*, Serapidis numinis Ægyptiaci templum: in quo medio, Solis ſignum eodem artificio ſuſtinebatur, uti refert Rufinus libro undecimo Eccleſiaſticæ hiſtoriæ. De quo vult Ludovicus Vives Auguſtinum dixiſſe hæc potius, quam de ſimulacro Arſinoës: *Quamobrem ſi tot, & tanta, tamque mirifica, quæ μηχανήματα appellant, dei creatura utentibus, humanis artibus fiunt, ut ea qui neſciunt, opinentur eſſe divina, unde factum eſt, ut in quodam templo, lapidibus Magnetibus in ſolo & in camera, proportione magnitudinis, poſitis, ſimulacrum ferreum, aëris illius medio, inter utrumque lapidem, ignorantibus, quid ſurſum eſſet ac deorſum, quaſi numinis poteſtate penderet*, & reliqua, libro viceſimo primo, De civitate Dei. *Vinetus.*

194. *Suſpendit in aëre templi*] Per μηχάνισμα. Ita Cupido in templo Dianæ, Caſſiodor. p.45. Claudian. in Magnete, pag. 335. Credemusne vero tale quoddam portentoſæ artis opus apud Treveros fuiſſe? Annales quidem illorum & fama conſtans jactant, qui rem ita aſſeverant, ut nihil ad faciendam fidem ultra requiri videatur. Sic enim, poſtquam de templo Idolorum fecit mentionem, quiſquis annalium eorum auctor fuit: *Hujus in veſtibulo*, inquit, *ex lapide quadro inſignis arcus exſurgens, habet ferream Mercurii imaginem (dictu mirabile) in aëre pendentem: ſeorſum autem Iovem marmoreum, ſcutellam auream manibus tenentem, qui tus immiſſum redolebat in naribus circumſtantium, tanquam ſi igni immitteretur, nec tamen urebatur. Quod ne forte noſtris dictum verbis, tanquam à nobis confictum, credere quis detrectet, non nos, ſed potius audias Galbam Viatorem Licinio Sophiſta hoc ipſum inter cætera rerum ſtupendarum, quas viderat & audierat, his verbis conteſtantem. Sic enim ait:* Audi præterea quod mireris. TREVERIS eſt civitas Galliæ nobilis, ubi Senecio quidam, cujus hoſpitio uſus ſum per duodecim dies, in ſuburbio civitatis, *ferream* effigiem Mercurii volantis, magni ponderis, oſtendit in aëre pendentem. Erat autem *magnes*, ut hoſpes idem mihi oſtendit, ſupra in fornice, itemque in pavimento, quorum naturalis vis è regione ſibi ferrum adſcivit, ſicque ferrum ingens, quaſi dubitans, in aëre remanſit. Vidi etiam in eadem urbe ingentem è pretioſo marmore Iovem, ſcutellam auream duorum pedum latitudinis tenentem, ubi hoc inerat ſcriptum: IOVI. VINDICI TREBERORVM. EX. CENSV. QVINQVE. CIVITATVM RHENI. PER. TRIA. DECENNIA. DENEGATO. SED. FVLMINE. ET. COELESTI. TERRORE. EXTORTO. FACTVM ARTE. MECHANICA. Nam tus quaſi prunis impoſitum redolet, ſi immiſeris, nec tamen deficit: quod ita probávi eſſe. Hæc ille. Adde Bruſchium fol. 124, b. *Freherus.*

Spirat enim tecti teſtudine vera Magnetis,

Affi-

194. *Suſpendit in aëre templi*] Similis quædam fabella circumfertur de loculo Mahometis, quem Meccæ in aëre pendere nullis fultum ſubminiculis vulgus putat. Sed an de hac *Arſinoës*, an vero de alia loquatur ſtatua Cedrenus, haud liquido dixerim. Ille namque *Alexandriæ* in templo Serapidis ſuſpenſum ſimulacrum haud ita magnum refert, cujus capiti *ferrum* infixerant, & è regione ſupra in tecti laquearibus *magnetem*: itaque factum, ut ſtatua in aëre videretur ſuſpenſa, neque terram tangens, neque tectum. Eadem ratione ferreus Cupido in Dianæ templo ſine aliqua alligatione pendebat, narrante Caſſiodoro lib. 1 Var. Epiſt. 45. nec non Victoria ferrea inter columnas IV Magneſiæ ad Sipylum pendens ſine aliquo vinculo, de qua L. Ampelius in libello Memor. cap. VIII.

195. *Spirat enim tecti teſtudine Corus Achates*] Vereor ne *Corum* pro Zephyro dixerit, propter vicinitatem. Nam Corus inter Zephyrum & Septentrionem ſpirat. *Arſinoë* vero, quia in templo Veneris Zephyritidos ſepulta fuit, propterea *Zephyritis* dicta. Vnde & *Chloris* vocatur à Callimacho. Nam Chloris amaſia Zephyri. Suſpicor igitur *Dinocratem*, cum templum ex *Magnete* lapide concameraſſet, ventum Zephyrum in tholo ex eodem lapide feciſſe, à quo æneum Arſinoës ſimulacrum raperetur. Vt ita fingatur rapta à Zephyro Arſinoë, quomodo à Borea Orithyia. *Achates* autem videtur quidam fuiſſe, quem in delitiis habuerit Arſinoë. Et ut Arſinoe Venus & Chloris cognominata: ita Achates Corus vel Zephyrus. Quod verum ſit de vento Coro, fidem fecerit unum verbum *Spirat*, quo utitur Auſonius. Item cum dicit *Afflatam*. Ait enim:

Afflatamque rapit ferrato crine puellam.

Ita enim reponendum ex priſca ſcriptura. *Scaliger.*

195. *Corus Achates, Afflatamque*] Ita hic *Afflatam* in libris duobus antiquis repeřiſſe ſe ſcriptum, monuit Pulmannus, quum noſtri novi *Afflictam*, & *Affictam* haberent. In duobus autem prioribus verbis ſi nihil eſt vitii, *achatem* Auſonius pro *magnete* poſuit, ſpeciem videlicet pro ſpecie. *Achates* enim quod in modum *magnetis* ad ſe *ferrum* attrahat, nuſquam legi. Et Plinius *Magnetem* appellat, non *achatem*, quo lapide templum illud concamerarunt. Ceterum quis hac in re *coro* locus fuerit, neſcio. Venti namque non meminit Plinius in hac hiſtoria, ſed ſolus Auſonius: niſi forte de illo aliquid conjicere poſſimus ex coma Berenices Catulli. Ibi enim ejuſdem *Arſinoës* fit mentio, eaque *Chloris* cognominatur:

Obtulit Arſinoës Chloridos ales equus.

Chloris autem & *Flora*, eadem nympha apud Ovid. 5 Faſtor.

Χλῶρις *eram, quæ Flora vocor. corrupta Latino*

Nominis eſt noſtri littera Græca ſono,

quam amavit *Zephyrus*, rapuit, compreſſit, pro conjuge habuit. Eſt autem *Zephyrus*, unde *Zephyritis* in eodem Carmine Catulli ipſa *Arſinoë*, auctore etiam Stephano, ventus ab occaſu ſpirans æquinoctiali: *Corus* vero, quem & *caurum*, & *chorum*, & *chaurum* in Virgilianis exemplaribus ſcriptum reperit Pierius, ab occaſu ſolſtitiali. Poteſt ergo architectus in eo templo ventum finxiſſe ſpirantem, afflantemque illud Arſinoës ſimulacrum, & flatu ſuo, quaſi Cæciam alium ventum nubes, id ad ſe attrahentem. Qui ventus, quia ex lapide eſſet factus *achate*, hoc eſt *magnete*, *Corus achates* ſit Auſonio dictus. Verum

Affictamque trahit ferrato crine puellam.
Hos ergo aut horum ſimiles eſt credere dignum
Belgarum in terris ſcenas poſuiſſe domorum,
Molitos celſas fluvii decoramina villas.
Hæc eſt nativi ſublimis in aggere ſaxi.
Hæc procurrentis fundata crepidine ripæ.
Hæc refugit, captumque [196] ſinu ſibi vendicat amnem.
Illa tenens collem, qui plurimus imminet amni,
Vſurpat faciles per culta, per aſpera, viſus:
Vtque ſuis fruitur dives ſpeculatio terris.
[197] Quinetiam riguis humili pede condita pratis
Compenſat celſi bona naturalia montis,
Sublimique minans irrumpit in æthera tecto,
[198] Oſtentans altam, Pharos ut Memphitica, turrim.

Huic

rum quam incertæ periculoſæque ſunt conjecturæ. Pulmanno potius viſum eſt, hæc ſic diſtinguere:

Spirat enim tecti teſtudine Corus, Achates.
Afflatamque trahit ferrato crine puellam. Vinetus.

195. *Corus Achates*] Verior Scaligeri lectio, quam *totus Achates. Afflatamque trahit.* Ita idem Scaliger ex priſca ſcriptura reponit, pro *Affictamque rapit.* Freherus.

195. *Spirat enim tecti teſtudine vera Magnetis, Affictamque*] Ita puto olim ſcriptum fuiſſe, cum antea *Corus Achates* legeretur. Ὁ Μάγνης & ὁ μαγνήτης, & ἡ μαγνῆτις dicunt Græci. In Epiſtolis Græcorum: τὴν μαγνῆτιν λίθον ἐρᾷν τοῦ σιδήρου φασί. Eſt autem duplex hoc nomine lapis: *verus* ille qui *ferrum* trahit & hoc nomine notior, quem Ἡρακλείαν λίθον vocant, & alius quidem facie argentea. qua de re vide incomparabilem virum ad Solinum pag. 1102, & ſeqq. ad diſtinctionem igitur horum dixit Auſonius: *vera magnetis.* ut, *veræ iaſpides, vera ſmaragdi, veri ſardonyches, vera Salamis.* Inque re præſenti eadem voce uſus Plinius lib. XXXIV, c. XIV: *lapis hic & in Cantabria naſcitur, non ille magnes verus caute continua; ſed ſparſa bubbatione (ita appellant) neſcio an vitro fundendo utilis.* Corripuitque primam propter mutam cum liquida. *Affictam* malo ex Vineti libris, quam *afflatam* ex Pulmannianis. Videntur enim hoc ſuppoſuiſſe, tum ut reſponderet τῷ *ſpirare*, tum quod illud eſſet inſolentius. Lucretius: *ficta pedum pone veſtigia.* Diomedes citat ex Scauro: *ſagitta confictus.* Vnde & I. C. Calliſtrato: *inficta navis.* Varro lib. III de re Ruſtica: *ſepta affictâ villa quæ ſunt.* Gronovius.

196. *Sinu ſibi vindicat*] Lege: *vendicat.* Mariang. Accurſius.

197. *Quin etiam riguis humili pede*] *Planus pes* eſt area, *humilis pes* eſt locus, cujus area humilis eſt. *Turnebus.*

198. *Oſtentans altam turrim*] Eamque rotundam. Tales pleræque & ad Rhenum & ad Moſellam in ſuperciliis montium apparent, firmiſſimi operis, utique à Romano illo ævo: quibus poſterior ætas plura ædificia & propugnacula circumdedit. Eas obſervare licet in Moſellæ tractu in

Huic proprium eſt clauſos [199] conſepto gurgite piſces
Apricas ſcopulorum inter captare novales.
Hæc ſummis innixa jugis labentia ſubter
Flumina deſpectu jam caligante tuetur.
Atria quid memorem viridantibus aſſita pratis?
Innumeriſque ſuper [200] nutantia tecta columnis?
[201] Quid quæ ſulphurea ſubſtructa crepidine fumant
[202] Bal-

caſtris plurimis, & ad Rhenum, in ripa Germanica, in caſtris *Stein*, *Rudesheim*, *Ernfels*, *Cub*, *Catzenelnbogen*, *Lanſtein*, *Helffeſtein*, *Engers*, *Lintz*, *Dutz*, *Keyſerswerd*. Sed & in Hunnorum tergo, caſtro *Stromburg*: in *Hoheneck*, *Sayn*, Sylva Ottonica, in caſtro *Erpach*, *Lindenfels*, *Otzberg*. Hoc genus etiam in Gallica Francia vetuſtiſſima caſtella habent: quod quia ipſius Domini refugium & receptaculum eſſet, *Donjon*, quaſi *Dominicum*, vocare ſolebant. *Freherus*.

199. *Conſepto gurgite piſces*] Talis captura Salmonum eximia eſt apud Nivomagum, ad oſtia Drahonæ fluvioli: & alibi. Lapſus autem hic, apud Gregorium Turonenſem. *Freher*.

199. *Concepto gurgite*] Lege cum Vgoletto, *conſepto gurgite*. Nota illa piſcandi ratio, qua obſtructis anguſtiarum aditibus, inter ſcopulos vel vada prominentia piſces concluſi capiuntur.

200. *Nutantia*] Legitur & *nitentia*. Vinetus.

201. *Quid quæ ſulphurea*] Thermarum & balnearum ſudationes ſic veteres ædificabant, ut per tectoria earum tubi eſſent cavi undique, per quos ex hypocauſto erraret flamma, & omnia latera calefaceret. *Turnebus*.

201. *Sulphurea crepidine*] Sub rupe & ſaxo abrupto altoque, ut Servius exponit in ſexcenteſimum & quinquageſimum tertium decimi Æneidos, ex cujus venis ſulfureis aqua exit calida. Vide Plinium de Aquis calidis, & balneis, lib. triceſimo primo, & Vitruvium quincto. *Vinetus*.

201. *Subſtructa crepidine fumant*] Solebant veteres balnea & thermas in ſumma crepidine arcium collocare, atque etiam in exterioribus partibus, periculo (ut credere licet) ignis vitando. Sidonius in *Burgo* Leontii:

— Domus de flumine ſurgunt,
Pendenteſque ſedent per propugnacula thermæ.
Hic cum vexatur piceis Aquilonibus æſtus,
Scrupeus aſprata latrare crepidine pumex
Incipit, ac fractis ſaliens è cautibus altum
Excutitur torrens.

Ita in veteri Epigrammate thermarum Gargilianarum Carthagine:

Rupibus excelſis ubi nunc faſtigia ſurgunt,
Æquanturque polo totis præcelſa lavacra.
Sedibus hic magnis exardent marmora ſignis:
Ardua ſublimes prævincunt culmina thermæ.
Non hic flamma nocet — Freherus.

201. *Quid quæ ſulphurea*] Proxime ad verum editio Vgoletti, quæ *fulminea* pro *ſulphurea* exhibuit. Lego: *fluminea*. *Gramineam* dixerat Statius in Tiburtino, unde Auſonius hæc excerpſit:

An quæ graminea ſuſcepta crepidine fumant
Balnea, & impoſitum ripis algentibus ignem?

Qua-

[202] Balnea, ferventi cum [203] Mulciber hauſtus [204] operto,
Volvit [205] anhelatas tectoria per cava flammas,
Incluſum glomerans æſtu [206] exſpirante vaporem ?
Vidi ego defeſſos multo ſudore lavacri
Faſtidiſſe lacus, [207] & frigora piſcinarum ,
[208] Vt

Quaque vaporiferis junctus fornacibus amnis
Ridet anhelantes vicino flumine Nymphas.

Pro *ſubſtructa* illa eadem Vgoletti editio *ſubducta* habet, Statius *ſuſcepta*.

202. *Balneæ*] Miror, quod nihil de fontibus acidis, magno ejus regionis & præcipuo commodo, Auſonius tetigerit: qui & apud Confluentes, & Auguſtam ipſam Treverorum, magno & palati & ſtomachi bono bibuntur: & paſſim etiam in media via. Ad primum ab urbe lapidem in dextra ripa pagus eſt, vetuſtum *Longovici* nomen referens, *Long-Wick* hodie: ubi fontem ejuſmodi deguſtans ad ipſum Moſellæ exſcenſum, & perendie iterum illum celeberrimum in villa *Langen-Swalbach*, intelligere demum cœpi locum Plinii lib. XXXI, de Tungrorum fonte laudatiſſimo (ſunt illi Spadani, Lipſio potore nobiles) ſcribentis: *Tungri, civitas Galliæ, fontem habet inſignem, plurimis bullis ſtillantem, ferruginei ſaporis, quod ipſum non niſi in fine potus intelligitur. Purgat hic corpora, tertianas febres diſcutit, calculorumque vitia. Eadem aqua igni admota, turbida fit, ad poſtremum rubeſcit.* Quid enim ſit illud? *Plurimis bullis ſtillantem.* Freherus.

203. *Mulciber*] Vulcanus, ignis, calor. *Vinetus.*

204. *Operto*] Subſtantive, meatu tecto. *Vinet.*

205. *Anhelatas tectoria per cava flammas*] *Anhelatas flammas.* D. Ambroſius lib. VI Hexaem. cap. VIII: *De hyeme forſitan quereris, quia nulla tibi hypocauſta anhelantibus ignibus vaporentur. Sed habes Solis calorem, qui tibi orbem terrarum temperet, & hiberno te defendat à frigore.* Tectoria per cava. *Sudationes illas ſic veteres ædificabant, ut per* tectoria *earum tubi eſſent* cavi *undique, per quos ex hypocauſto erraret flamma & omnia latera percalfaceret :* ait ad hunc locum Turneb. XXII Adverſariorum, cap. XXI. Sed de tota re caminorum & fornacum, videſis plene tractantem Lipſium Epiſt. LXXV, Centur. III, ad Belgas. De balneis, Gulielmum du Choul. *Freherus.*

206. *Exſpirante vaporem*] Statius in Balneo Etruſci :

--- *Vbi languidus ignis inerrat*
Ædibus, & tenuem volvunt hypocauſta vaporem.

Excaldationes, Spartiano. *Caldaria* p. 990, a: ubi oppoſ. *Piſcina.* Petron. pag. 19. *Intravimus balneum, & ſudore calefacti, momento temporis ad frigidam exivimus.* Freher.

207. *Et frigora piſcinarum*] Lavacra frigida, Baptiſteria, Sidon. II, 2. Caſſiodor. pag. 74, in princ. ubi de thermis. & pag. 173. De luxu in piſcinis, Macrob. III, cap. 15. Symmach. Epiſt. Exeuntes thermis recreabant ſe lacubus & piſcinis gelidis, ſolidandæ cuti. Sidonius tetraſticho illo eleganti ſuper Piſcinam :

Intrate algentes poſt balnea torrida fluctus,
Vt ſolidet calidam frigore lympha cutem.

Vbi plura ad hanc rem doctiſſimus Scholiaſtes Ioh. Savaro p. 145. Huc pertinet & illud Statii ibidem :

Extra autem niveo quod margine cæruleus amnis
Vivit, & in fundum ſummo patet omnis ab imo,

[208] Vt vivis fruerentur aquis; mox amne refotos
[209] Plaudenti gelidum [210] flumen pepuliſſe natatu.
[211] Quod ſi Cumanis huc afforet hoſpes ab oris,
Crederet Euboïcas [212] ſimulacra exilia Bajas
His donaſſe locis: tantus cultuſque nitorque
Allicit, & nullum parit [213] oblectatio luxum.
Sed mihi qui tandem finis tua glauca fluenta
Dicere? dignandamque mari memorare Moſellam?
[214] Innumeri quod te diverſa per oſtia late
[215] Incurrunt amnes? quanquam differre meatus
Poſ-

Cui non ire lacu, pigroſque exſolvere amictus
Suadeat? Freherus.

208. *Vt vivis fruer. aquis*] Sidonius: *aut fluviali copia ſolidabantur.* p. 41. Ruſticus apud Quintilianum, Declam. 298: *Compara, ſi videbitur, veſtris nivibus* (ita lege) *meos fontes: compara incluſis intra parietes aquis perennes fluviorum lapſus.* Idem.

209. *Plaudenti gelidum*] Statius in Tiburtino: *Vitreaſque natatu Plaudit aquas.*

210. *Flumen pepuliſſe*] Tibullus:
Hic placidam niveo pectore pellit aquam. Freher.

211. *Quod ſi Cumanis*] Sic leg. ſi quiſquam, inquit, ad Moſellam accederet, putaret ſimulacra, quæ in Puteolanis balneis eſſe memorantur, reperiri & conſpici in hoc fluvio. Papinius in balneo Etruſci:
Nec ſi Bajanis veniat novus hoſpes ab oris,
Talia deſpiciat. Mariang. Accurſius.

212. *Simulacra exilia Bajas*] Sidonius de Balneis villæ ſuæ:
Æmula Bajano tolluntur culmina cono,
Parq; cothurnato vertice fulget apex.
Et in fine:
Quiſquis ades, Bajas tu facis hic animo.
Bajas pro apice deliciarum habebant, Iuret. pag. 195. *Nullus in orbe ſinus.* Caſſiodorus p. 300 appoſite ad hunc locum: *Et tamen ſunt & alibi Bajæ.* Idem p. 417. Nec minus eleganter Symmachus pag. 360 de Bajis, &c.
Vbi corniger Lyæus
Operit ſuperna vite:
Vulcanus æſtuoſis
Media coquit cavernis:
Tenet ima piſce multo
Thetis, & Bajæ ſorores.
Calet unda, friget æthra.
Simul innatat choreis,
Amathuſium renidens,
Salis arbitra & vaporis,
Flos ſiderum Dione. Freherus.

213. *Oblectatio luxum*] Qualem hac in re apud veteres nimium, taxat Seneca Epiſt. LXXXVI, & ſeq. *Freher.*

214. *Innumeri*] Hyperbole, toto opuſculo perpetua. *Idem.*

215. *Incurrunt amnes*] Ita nimirum Ovidius:
Flumina collectis multiplicantur aquis.
Atque hi fluvii patres. Vide elegantem locum Claudiani. III Proſerp. pag. 199. Ea certe fluviorum gloria vel maxima, multos minores recipere. De Tiberi Tacitus refert, cum de eo coërcendo agitaretur, Reatinos dixiſſe: *Optimè rebus mortalium conſuluiſſe naturam, quæ ſua ora fluminibus, ſuos curſus, utque originem, ita fines dederit. Spectandas etiam religiones ſociorum, qui ſacra, & lucos, & aras, patriis amnibus dicaverint. Quin ipſum Tiberim nolle prorſus accolis fluviis orbatum, minore gloria fluere.* Caſſiod. 337.
De

Poſſent : ſed celerant in te conſumere nomen.
[216] Namque & Pronææ Nemeſæque adjuta meatu
Sura tuas properat non degener ire ſub undas,
[217] Sura interceptis tibi gratificata fluentis :
Nobilius permixta tuo ſub nomine, quam ſi
Ignoranda patri confunderet oſtia ponto :

[218] Te

De Pado XXX amnes capiente Plinius III, cap. XVI. Iuret. pag. 244. De Rheno Panegyriſtes: *Vbi totus eſt, ubi jam plurimos hauſit amnes, quos hic noſter ingens fluvius* (Moſellam dicit) *& barbarus Nicer, & Mœnus invexit: ubi jam immani meatu ferox, & alvei unius impatiens, in ſua cornua geſtit excedere.* De Danubio Auſonius :

Et qua dives aquis Scythico ſolvo oſtia ponto,
Omnia ſub veſtrum flumina mitto jugum.

Et eleganter Iornandes in Geticis, cap. XII: *Hic in Alemanicis arvis exordiens, ſexaginta habet à fonte ſuo flumina uſque ad oſtia in Pontum vergentia* (ea enumerat Cuſpinianus in Auſtria fol. 652.) *per mille ducentorum paſſuum millia hinc inde ſuſcipiens flumina in modum ſpinæ, quæ coſtas ut cratem intexunt.* De utroque Claudian. de Bello Getico :

Sublimis in Arcton
Prominet Hercinia confinis Rhetia ſilva:
Quæ ſe Danubii jactat Rhenique parentem,
Vtraque Romuleo prætendens flumina regno,
Primo fonte breves, alto mox gurgite regnant,
Et fluvios cogunt, unda coeunte, minores
In nomen tranſire ſuum. Te Cimbrica Thetys
Diviſum biſido conſumit Rhene meatu :
Thracia quinque vadis Iſtrum vocat Amphitrite :
Ambo habiles remis, ambo glacialia ſecti
Terga rotis, ambo Boreæ Martique ſodales.

Contraria laus Gangis, fluvii Indiæ, quod ab uno fonte profectus, in centum flumina & oſtia ſe dividit. Apulejus, pag. 220. *Freherus.*

216. *Namque & Pronea --- Sura*] Minorum gentium fluviorum, qui in Moſellam conveniunt, Ru, Sellæ, Iari, Sieri non meminit; ſed ejus, qui ordine ſtatim ſequitur, nempe *Sura*, cum ſit navigiorum patiens. Nam *Sura* nulla controverſia eſt ille, qui hodie dicitur ab accolis Moſellæ, *Saur*, & Moſella excipitur ad vicum *Billich*. De *Pronea*, & *Nemeſa*, quia eos faſtidit Auſonius, neque Moſellæ, ſed *Suræ* immiſcentur, non magnopere curavi inveſtigare. *Scaliger.*

216. *Namque --- adducta*] Pariſienſis codex *adjuta*. Vſurpat Auſon. multa fluviorum nomina genere feminino, ut ſub finem hujus Eclogæ admonebimus. *Vinetus.*

216.* *Pronææ Nemeſæque*] *Pronea.* Hodie *die Pruim.* Omnia enim iſta fluviorum nomina, abrogata alias toto iſto tractu Latina lingua, integra apud Germanos manſerunt, non minus quam flumina illa Aquitanica, in fine Operis. Adeo nec alveos nec nomina facile fluvii mutant. *Nemeſæque.* Hodie *die Nymß.* Vterque autem fluvius *Suræ* miſcetur apud vicum *Eerel*, non longe cœnobio *Echternach.* Freherus.

217. *Sura interceptis*] Fortunatus de Navigio ſuo, pag. 231:

Inter villarum fumantia culmina ripis
Pervenio, quà ſe volvere Sura valet.

Idem ---- Br. pag. 176. *Freher.*

[218] Te rapidus Gelbis, te marmore clarus [219] Erubrus
Feſtinant famulis quam primũ adlambere lymphis.
Nobilibus Celbis celebratus piſcibus : ille
Præcipiti torquens [220] cerealia ſaxa rotatu,
[221] Stridenteſque trahens per levia marmora ſerras
Audit perpetuos ripa ex utraque tumultus.
[222] Prætereo exilem Leſuram, tenuemque Drahonum,
Nec faſtiditos [223] Salmonæ uſurpo fluores.

Navi-

218. *Te rapidus Celbis*] *Celbis* hodie cauda nominis ſui truncatus eſt. Dicitur enim *Kelb*. Is non longe ab oppido Eringio fluit in Moſellam. Quare non ſolum in Auſonio *Celbis* legendum eſſe hinc apparet, non *Bellis*, ut inepte alii libri habent: ſed etiam in ſequenti verſu non *Celſis* ſed *Celbis* reſtituendum. legendum enim:

Nobilibus Celbis celebratus piſcibus : ille
Præcipiti, &c. Qui verſus antea nullam bonam ſententiam efficiebant. *Scaliger*.

218. *Gelbis*] Hodie *die Kyl*, à quo nomen habet *Kylburg*, prope vicum *Erang* Moſellæ infunditur. *Freherus*.

219. *Erubris*] Is eſt plane, qui hodie *Rover*. & ad cognominem ſui vicum Moſellæ immiſcetur. *Scaliger*.

219. *Erubrus*] Hodie *die Rouver*, apud vicum cognominem Moſellæ illabitur. Hunc à molendinis commendat & Fortunatus:

Ducitur irriguis ſinuoſa canalibus unda,
Ex qua fert populis hic mola rapta cibum.

Rubera, in diplom. Dagoberti. Bruſchius fol. 125, b. *Freherus*.

220. *Cerealia ſaxa*] *Molas*, quibus frumenta franguntur, deæ *Cereris* inventum. Significat autem Auſonius in eo Belgicæ Galliæ & Superioris Germaniæ fluvio eſſe, quas *molas aquarias* Palladius in extremo libro primo, nos vulgo *Molendina*, ſed *Molitrinas* ex Nonio Budæus. *Vinetus*.

221. *Stridenteſque trahens*] Vitruvius libro ſecundo: *In Campania ruber & niger toſus. In Vmbria, & Piceno, & Venetia, albus. Qui etiam ſerra dentata uti lignum ſecatur.* Plinius libro triceſimo ſexto Naturalis hiſtoriæ: *In Belgica provincia candidum lapidem ſerra, qua lignum, faciliuſque etiam, ſecant, ad tegularum & imbricum vicem: vel ſi libeat, ad qua vocant Pavonacea tegendi genera.* Vinet.

222. *Prætereo exilem Leſuram ten. Drah.*] *Leſura* manifeſto eſt, qui hodie dicitur, *Die Leſer*, & ſimiliter vico nomen ſuum communicat ad confluentes ſuos & Moſellæ. *Drachonus*, quod vulgo editum eſt, vitioſum eſt. Nam melior, & verior antiqua ſcriptura, quæ habet *Drahonus*, ſine *c*, non *Drachonus*. Integrum enim nomen retinet, *Die Drœan*, vel *Dron*. Is paulo ſecundum Nivomagum, cujus principio meminit Auſonius aquas ſuas Moſellæ confundit. *Scaliger*.

222. *Leſuram*] hodie *die Leſer*. Et *Drahonum*, non *Drachonum*: integrum enim nomen retinet, *die Draon* vel *Dron*. Freherus.

223. *Salmonæ uſurpo fluores*] Ne *Salmona* quidem nomen ſuum interpolavit. Integrum enim hodieque in ore vulgi verſatur: cum dicatur ab ipſis accolis *Die Salm*. Moſella eum excipit duobus milliaribus Germanicis infra vicum *Kluſtat*. Scalig.

224. *Sara-*

Naviger undiſona dudum me mole [224] Saravus
[225] Tota veſte vocat: longum qui diſtulit amnem,
Feſſa [226] ſub Auguſtis ut volveret oſtia muris.

Nec

224. *Saravus*] Supereſt omnium eorum fluviorum rex *Saravus*, quem ideo præter alios magnificat Auſonius. Nam & navigiorum patiens, & aliorum amnium hoſpitio, quos in ſe recipit, clarus: &, quod caput omnium eſſe dicit Auſonius, ſub mœnia Auguſtæ Treverorum Moſellam convenit, non longe à *Kontherbruk*. Hodieque vocatur *die Sahr*. Etiam veteribus *Sarra* dictus. Vt patet ex inſcriptione, quæ Treveros tranſlata eſt ex oppido ad eum fluvium ſito, quod hodie vocatur *Sarpruk*, hoc eſt, *Sarræ pons*. ea ita habet: CÆS. RO. EXER. IMP. P. P. S. C. AV. TREVI. INGRESSVM H. CASTRA SARRÆ. FLV. PRO MIL. CVSTODIA. BIENN. POTITVS EST. Vt apparet *Sarpruk* nihil aliud, quam Caſtra Rom. exercitus fuiſſe. Quare diligenter videndum, ne *Sahr* cum *Saur* confundamus. Nam ut dixi *Sahr*, eſt *Saravus*, vel *Sarra*. *Saur* autem eſt *Sura*. Quod ait *Torta veſte vocat*, alluſum ad picturam veterum fluviorum, qui carbaſo induti finguntur, ita ut ipſe carbaſinus amictus nodo tortus ex humeris pendeat. Porro ipſa Moſella in Leucis oritur, ſupra Tullum, quod oppidum eſt Epiſcopale: primum tenuiſſimo filo, quanquam multorum fontium convenatum auxilio auctus defertur ad *Caſtellum* quod vulgo vocant, adeo anguſtus, ut ponticulo ex ſingulari trabe junctus tranſiri ſoleat. Inde auxiliaribus rivulis mox paulatim incrementa capiens, ad ipſum oppidum Tullum, deinde ad aliud oppidum, quod vulgo *pontem Amaſſonum* vocant, defertur, ut jam primum incipiat navigia pati, & ita ad Confluentes, notiſſimum oppidum, Rhenum ingreditur, exceptis intra ſe præter eos fluvios, quorum meminit Auſonius, *Ru*, *Moſa* (alius eſt à *Moſa* illo magno fluvio) *Sella*, *Iaro*, *Siero*, *Biſero*, & *Kutenbacho*. Scaliger.

224. *Mole Saravus*] Annotavit Pulmannus, Comitem Nuenarium, locum hunc ſic emendaſſe, quum omnia exemplaria haberent, *mollis Aravus*. Eſt autem hic *Saravus*, qui & verſu nonageſimo primo memoratus fuit, fluvius, ut putatur, Germaniæ Superioris in Belgica, *Sarra* vulgo dictus. *Vinetus*.

224. *Saravus*] Idem & *Sara*, *die Sahr*. Fortunatus de Navig. Br. p. 174:

Inde per exſtantes colles, & concava vallis,
Ad Saram pronis labimur amnis aquis.

Et SARRA, in veteri Inſcriptione. Ad eum olim Caſtra *Sarra*, hodie *Sarburg*: & Pons *Sarra*, aut Pons *Saravi*, ut eſt in Tabula; aut Pons *Sarnix*; ut corrupte in Itinerario Antonini, hodie *Sarpruggen*. In illis repertus lapis inſcriptus, ut Scaliger hîc annotat, *Freherus*.

225. *Tota veſte vocat*] Verbum *tota*, quod in quibuſdam codicibus etiam *Torta* fuit & *Tetra*, totum Virgilii eſt. In cujus extremo octavo Æneidos ſunt hæc de Cleopatra fugiente cum Antonio in Ægyptum ex prœlio Actiaco:

Contra autem, magno mærentem corpore Nilum
Pandentemque ſinus, & tota veſte vocantem
Cæruleum in gremium, latebroſaque flumina, victos. Vinetus.

225. *Torta veſte*] Ita Virgilius. & Ovid. Metam. pag. 178. Alii legunt: *Tota*. Freher.

226. *Sub Auguſtis muris*] Ad vicum

Cunt-

Nec minor hoc, tacitum qui per ſola pinguia labens
Stringit frugiferas felix [227] Aliſontia ripas,
[228] Mille alii, prout quemque ſuus magis impetus urget,

[229] Eſſe

Guntzium, à quo pons ille Sarræ antiqui operis, nomen habet *Guntzerbrucke*. Ortel. Supra:

Quà bis terna fremunt ſcopuloſis oſtia pilis.

Nihil propius abfuit, quam ut de eo loco acciperem *Contruam* in verbis Fortunati:

Hinc quoque ducor aquis, qua ſe rate Contrua complet,
Quo fuit antiquum nobilitate caput.

Suadebat, quod *navigerum* hic Auſonius vocat, & Saravus hic ſolus ex omnibus, quos Auſonius hic recenſet, navigiorum patiens. Sed ordo navigationis ibi reclamat. Ergo cum Br. pag. 233. *Muris.* Idem in Treveri:

Lata per exſtantes excurrunt mœnia colles. Freherus.

227. *Aliſontia ripas*] *Aliſontiam* non dubito eſſe eum, quem *Alf* vocant. Et fortaſſe non male legeretur, *Aliſentia*. Alii vocant *die Alb*. In vico cognomine communicat aquas ſuas ipſi Moſellæ. *Scaliger.*

227. *Aliſontia*] Hic fluvius putatur eſſe, qui Lucemburgenſibus, *Elz* dicitur, per quos in Moſellam delabitur. *Vinetus.*

227. *Aliſontia*] Hodie contractius *Eltz*, ut ipſe vicus *Eltz* olim *Eliſatia* ſcriptus. Cæſar. Heiſterbac. pag. 318. Neque enim eſt fluvius *Albe*: neque etiam qui Lutzelburgum prælabitur, *Alſitz*: is enim Suram, non Moſellam influit: ſed *Eltz* fluvius, apud vicum cognominem Moſellæ exceptus. Olim forte explicatius vocabulum habuit, *Elſentz*: quo nomine in hac Palatina ditione fluvius, à quo pagus *Elſentzgevve*, & alius *Alſentz*, à quo pagus *Alſentzgevve*, nomenclaturam habuit. Alius *Aliſo* fluvius Tacito & Dioni, infra Coloniam, hodie *Aldeyſel*, Romanis bellis nobilis. *Freherus.*

228. *Mille alii*] Vt prope Metin Orna. Fortunatus in Elegia de Navigio: Br. 237:

Gurgite ſuſcipior ſubter quoque fluminis Orna,
Quo duplicata fluens unda ſecundat iter.
Inde per excluſas cauta rate pergimus undas,
Ne veluti piſcem me quoque naſſa levet.

Supra Metin Sallia, hodie *Sella*. De qua idem ad Villicum, Epiſcopum Metenſem, lib. III, cap. VII. Br. pag. 84:

Gurgite cæruleo pelagus Moſella relaxat,
Et movet ingentes molliter amnis aquas:
Lambit odoriferas vernanti gramine ripas,
Et levat herbarum leniter unda comas.
Hinc dextra de parte fluit, qui Sallia fertur:
Flumine ſed fluctus pauperiore trahit.
Hic ubi perſpicuis Muſellam curſibus intrat,
Alterius vices implet, & ipſe perit.
Hoc Mettis fundata loco ſpecioſa, coruſcans,
Piſcibus obſeſſum gaudet utrumque latus. Et ad Gogonem:
An tenet herboſis qua frangitur Axona ripis,
Cujus aluntur aquis paſcua, prata, ſeges;
Eſera, an Oſcarus, Scaldis, Satis, Omena, Sura;
Seu qui Mettin adit, de ſale nomen habens?

Adde vero iis quæ de Moſellæ ortu & in Rhenum ingreſſu Scaliger, Mollerum pag. 157. *Freher.*

229. *Eſſe*

[229] Eſſe tui cupiunt. tantus properantibus undis
Ambitus, aut moles. Quod ſi tibi dia Moſella
Smyrna ſuum vatem, vel Mantua clara dediſſet:
Cederet Iliacis Simoïs memoratus in oris,
Nec præferre ſuos auderet [230] Tibris honores.
Da veniam mihi, Roma potens. [231] pulſa, oro, faceſſat
Invidia: & [232] Latiæ Nemeſis non cognita linguæ,
[233] Imperii ſedem, Romæque tuere parentes.

Salve

229. *Eſſe tui cupiunt*] Supra de Satavo dixerat:

Quum defluxiſti fama majoris in amnem.

Hoc omnes amnes faciunt, & nomina aquaſque ſimul illis donant: excepto Titareſo, qui ſuperne Peneum prælabitur. Lucan. pag. 190. *Freherus.*

230. *Tibris honores*] *Cui promiſſa rerum potentia, Tibris.* Huc Iuretus in Epiſtolam VIII, lib. I, pag. 14. Sed quid poſtea? Sidonius:

Defenſet tenuem Garumna Tibrim.

Freher.

231. *Pulſa ore faceſſat*] Præfiſcine dictum vult, quod Moſellam Tiberi comparaverat: & Nemeſis animadverſionem deprecatur. Ejus enim Divæ hæc obſervatio, & improborum votorum cohercitio. Ammian. Marcellinus lib. XIV: *Eadem neceſſitatis inſolubili retinaculo mortales vinciens, faſtus tumentes incaſſum, & incrementorum detrimentorumque momenta verſans, ut novit, nunc erectas mentium cervices opprimit & enervat, nunc bonos ab imo ſuſcitans ad bene vivendum extollit.* Claudianus de bello Getico:

Sed Dea, qua nimiis obſtat Ramnuſia votis,
Ingemuit, flexitque rotam.

Auſonius Epiſt. XXIV ad Paulinum:

Grande aliquod verbum nimirum diximus, ut ſe
Inferret nimiis vindex Rhamnuſia votis, &c.

Ovidius III Metamorph.

Dixerat: aſſenſit precibus Rhamnuſia juſtis.

Lucanus V:

Et tumidis infeſta colit quæ numina Rhamnus.

Nemeſis enim eſt ὑπερφιάλοις ἀντίπαλος, in Epigramm. Lucanus Panegyr. p. 357. --- *& Deus ultor abeſt.* Auſonius in Protreptico:

Abſiſtat Nemeſis, ferat & fortuna jocantem.

Idem in precatione Conſulari: *mitibus audi Auribus hoc Nemeſis.* De ſpe & Nemeſi vide apud Alciatum. Marullus pag. 40, b. *Freh.*

232, *Latia Nemeſis non cognita lingua*] De hoc monuimus in epigramma XXI. Cujus Deæ, *Roma ſimulacrum in capitolio eſt* (Plinii verba de Nemeſi libro viceſimo octavo) *quamvis Latinum nomen non ſit.* Vinetus.

232. *Non cognita*] Hinc illud modo allegata ad Paulin. Epiſt. XXIV:

Non decet inſidiis peregrina cedere Diva. Freherus.

233. *Imperii ſedem Roma tenuere parentes*] Verſus hic (ni deſint aliqui) hujus ſane loci non videtur. Poſſit autem eſſe ſpurius. *Mariang. Accurſ.*

233. *Imperii ſedem, Romaque tuere parentes*] *Imperii ſedem.* Treverorum Auguſtam, in qua iſta ſcripſit Auſonius. Ita ſupra: *dignata Imperio mœnia.* Treveris enim agebat Gratianus, unde innumera ejus Reſcripta exſtant. Ibidem tributum ab illo conſulatum Auſonius iniit: & omnino pro alte-

ra

Salve magne parens frugumque virumque Moſella.
Te clari proceres, te bello exercita pubes,
234 Æmula te Latiæ decorat 235 facundia linguæ.

Quin-

ta Roma habuit: Inde & *Moſella Domina numen* intra dicit. *Romaque tuere. Roma tenuere*, aliorum non inepta lectio eſt. *Roma parentes.* Cæſares, Valentinianum & Gratianum. Hi enim *Patres Patria*, & *Patres Publici* dicebantur. *Roma* autem *parentes* vocat Principes Auſonius valde ἐμφατικῶς, quod hi *Romam* faciant, ex veteri dicto: VBI PRINCEPS, IBI ROMA. Et poſt hos Maximus Tyrannus, occupatis Galliis, cæſoque Gratiano, apud Treverim ſedem imperii poſuit: ubi etiam filium Victorem imperii conſortem fecit, ibique reliquit, ipſe Rhætiam & Italiam petens fatalem ſibi. Et Anitus quoque apud Treveros purpuram induit. Pro hac igitur urbe Auſonius pio voto *Adraſtia* hîc ſupplicavit (non magis Paulinus, interceſſionem Felicis expetens) non litavit. Non multis enim poſt annis, Barbarorum irruptionibus, Francorum inprimis armis, juſto in Romanos DEI judicio, Galliæ occupatæ fuerunt (ſ. *Nemeſi* cæſi Priſcilliani & ſociæ Euchrotiæ) & in his Treviris primum prodita, Beda, Aimonio, Thoromacho, aliiſque auctoribus. Deinde & ſæpius everſa, ſpoliata, incenſa. Et ſecundæ irruptionis teſtis Renatus apud Gregor. Turonenſ. pag. 63. Vltimam cladem graviſſime deplorat teſtis oculatus Salvianus Maſſilienſis libro VI De Providentia Dei: *Denique expugnata eſt quater urbs Gallorum Trever opulentiſſima. Sufficere utique debuerat emendationi prima captivitas, ut inſtauratio peccatorum non inſtauraſſet excidium. Sed quid plura? Aſſiduitas illic calamitatum, argumentum criminum fuit. Vidi ego ipſe Treveros domi nobiles, dignitate ſublimes, licet jam ſpoliatos atque vaſtatos, minus tamen everſos rebus fuiſſe quam moribus.* Et poſtea: *Exciſa ter continuatis everſionibus ſumma urbe Gallorum, cum omnis civitas buſtum eſſet, malis & poſt excidia creſcentibus. Nam quos hoſtis in excidio non occiderat, poſt excidium calamitas obruebat.* Et poſt hæc: *Quis æſtimare hoc amentia genus poſſit? Pauci nobiles, qui excidio ſuperfuerant, quaſi pro ſummo deleta urbis remedio Circenſes ab Imperatoribus poſtulabant. Circenſes ergo Treveri deſideratis? & hoc vaſtati, hoc expugnati, poſt cladem, poſt ſanguinem, poſt ſupplicia, poſt captivitatem, poſt tot everſa urbis excidia? Theatra igitur quaritis? Circum à Principibus poſtulatis? Quaſo cui ſtatui, cui populo, cui civitati? Vrbi exuſta ac perdita: plebi captiva & interemta: qua aut perit, aut luget. Ludicra ergo publica Trever petis? ubi quaſo exercenda? an ſuper buſta & cineres, ſuper oſſa & ſanguinem peremtorum? Qua enim urbis pars his malis omnibus vacat? Vbi non cruor fuſus, ubi non ſtrata corpora, ubi non conciſorum membra lacerata? Vbique facies capta urbis, ubique terror captivitatis, ubique imago mortis. Nigra eſt incendio civitas, & tu vultum feſtivitatis uſurpas. Lugent cuncta, tu latus es. Inſuper illecebris flagitioſiſſimis Deum provocas, & ſuperſtitionibus peſſimis iram ejus irritas. Non miror tibi eveniſſe mala qua conſecuta ſunt: nam quia te tria excidia non correxerunt, quarto perire meruiſti.* Freherus.

234. *Æmula te Latiæ*] De Gallorum & Belgarum ſummo eloquentiæ ſtudio, nihilo Romanis inferiore, fuſe & accurate diſſerit P. Pithœus in præfatione Declamationum Quintiliani & Calpurnii: ubi hunc quoque locum Auſonii opportune affert & illuſtrat. Iuretus p. 180. *Æmula.* Supra: *Peter Moſella Tiberim rullas.* Freher.

235. *Fa-*

Quinetiam mores, & lætum fronte ſevera
Ingenium, natura tuis conceſſit alumnis.
[236] Nec ſola antiquos oſtentat Roma Catones:
Aut unus tantum juſti ſpectator & æqui
Pollet [237] Ariſtides, [238] vetereſque illuſtrat Athenas.
Verum ego quid laxis nimium ſpatiatus habenis
Victus amore tui [239] præconia detero? conde
Muſa chelyn, pulſis extremo carmine nervis.
[240] Tempus erit, quum me ſtudiis ignobilis otii

Mul-

235. *Facundia lingua*] Scilicet Provincialis. Ita B.Rhenanus accipit hæc verba. Panegyriſtes rhetor Treverenſis. *Freher.*

236. *Nec ſola Roma Catones*] *Nec ſola mater eloquentiæ*, Caſſiodor. p.39. & 259, 317, 333. Vetus alias eſt Floridi, poëtæ Romani, dictum:

Sperne mores transmarinos: mille habent offucias.
Cive Romano per orbem nemo vivit rectius.
Quippe malim unum Catonem, quam trecentos Socratas.

Sed nimirum habuerunt etiam Provinciæ ſua lumina: *Auſteraque nomina*, ait Auſon. in princ. ad Syagrium. *Freh.*

237. *Ariſtides*] Ita Parentali XXII.

Nec ſolus ſemper cenſor Cato, nec ſibi ſolus
Iuſtus Ariſtides, his placeant titulis. Idem.

238. *Veteres qui illuſtrat Ath.*] Multo præſtantius, quod in duobus Pulmannianis, *vetereſque illuſtrat Athenas.* Quapropter ita edere non dubitavi.

239. *Præconia detero*] Horatianum imitatur: *Culpa deterere ingeni.* Ita Auſon. Epigramm. XLIII:

Ærea mugitum poterat dare vacca Myronis:
Sed timet artificis deterere ingenium.
Fingere nam ſimilem viva, quam vivere, plus eſt;
Nec ſunt facta Dei mira, ſed artificis.

Obterere uſurpat Curt. pag. 227. *Freherus.*

240. *Tempus erit cum me ſtudiis ignobilis ora, &c.*] Legend. *ignobilis oci*, ut in Epigrammate ad libellum ſuum:

Huic ego quod nobis ſupereſt ignobilis oci
Deputo. Ex Virgilio, qui ait:
Illo Virgilium me tempore dulcis alebat
Parthenope, ſtudiis florentem ignobilis oci.

Neque enim probo, quod non nulli, *odi*, emendavere. Supra quoque de Archimede:

--- *Non qui laudatus ab hoſte*
Clara Syracuſii traxit certamina belli.

Scribendum, proferendumque, *Syracuſi.* Eodemque modo in cæteris hujuſmodi ſtatuendum. Quidam ſane, hæc ipſa ubique aliter ſcribenda, aliter enuncianda cenſentes, neque Veterum incorrupti uſus, neque ſincerioris ſcripturæ rationem habuiſſe videntur. Nos antiqua Romæ monumenta, quæcunque exſtant, non inerti cura rimati, nunquam fere aliter, invenimus, quam per ſimplex *i.* *Tarquini, Turci, Pompili, Oci, Negoci* & innumera prorſus alia, tam carmine, quam ſoluta pedibus oratione; In cujus ſignificationem celſior ejus litteræ figura, atque aliquando cæteris in eadem dictione longior incidebatur. Quanquam rudibus plerumque ſculptoribus, & depravato mox uſu, opportunis locis, ut etiam productis ſyl-

Mulcentem curas, ſeniique aprica foventem,
[241] Materiæ commendet honos: quum facta [242] viritim
Belgarum, [243] patrioſque canam decora inclyta mores.
[244] Mollia ſubtili nebunt mihi carmina filo
Pieri-

ſyllabis, dempta, & iiſdem impropriis, brevibuſque ſyllabis importune, temereque indita, vetuſti quoque ipſi Romæ lapides oſtentent. Indignum eſt itaque, tantum cuique licere in his, quæ emendatiſſimo examine ſummi olim judices, perpenderint; ut cum temporis jactura bonos libros adulterent, quantumque in ipſis eſt, fidem lapidum oblite- rent. Quorum teſtimonia, vetuſtatis honore, quadam reverentia conſulimus. Quique ſoli jam, velut vades ſæculi, in priſtinum olim nitorem redeuntis, ſuperfuere. Iotaciſmi nominis etiam infamia notabantur olim, qui *I* literam plus æquo, ſupraque juſtum decorem in dictionibus oſtenderent. Neque enim detractione aliqua literarum commoneri ſcriptione ipſa poterant. Cur ergo ubi poſſet *I* alterum removeri, non ante oculos ponerent, quæ voce ipſa eſſent lenituri? Sed ſi fortaſſe & *I* duplici ſcriptum olim, dictumque, ſed à vetuſtiſſimis, nec dum cultis. Placitumque poſtea brevitatis cauſa (cujus ſtudium cum eloquentiæ facultate Latinis invaluit) ut *I* alterum removeretur. Quod in verbis conjugationis tertiæ productæ factitatum, Diomedes author eſt, ut *adii*, *ſancii*. Mariang. Accurſius.

240. *Ignobilis oti*] Virgil. Georg. Ita ipſe Epigramm. XXXIII:

Huic ego, quod nobis ſupereſt ignobilis oti,
Deputo, ſive legat, quæ dabo, ſive tegat.

Id enim tempus Muſis, in ſenio Ovid. Triſt. pag. 285. Certe Paulinus otium ei objicit Epiſt. III:

Cumque Marojalicis tua prodigis otia thermis, Freherus.

241. *Materia*] Ita Præfat. in Parentalibus: *Sed quoſdam ſolet commendare materia*, &c. *Freher.*

242. *Viritim*] Alii, & forte rectius, *Virorum.* Freh.

243. *Patrioſque mores*] Cæterorum præter Belgas Gallorum, Celtarum; & Aquitanorum meorum, qui in Vrbe & Republica Romana honores geſſerunt. Et hoc fecit in Profeſſoribus & Parentalibus. *Idem.*

244. *Mollia ſubtili nebunt*, &c.] Signatius dictum videatur, ſi *cœptas* ſcribere maluerimus. Ea ſiquidem metaphora rem nobis quamque incœptam notare ſolemus. Plautus in Bacchid. *exorſa hæc tela eſt, non omnino male mihi.* Futurum quidem dicit Poëta, ut cum vitæ quies, ſtudiiſque otium detur, materiam quam incœpit, uberius proſequatur, accuratiuſque peragat. Huc pertinet, & quæ paulo poſt infert:

--- --- At modo cœptum
Detexatur opus, dilata laude virorum.

Hoc autem fuit ea quoque ratione commonendum, quod hæ in verſibus his dictiones *ſubtilis* videlicet ac *tenuis*, *deductum*, quod vocatur *carmen*, ſubnotare videntur. Illud enim in Maronis Bucol.

Paſcere oportet oves, deductum dicere carmen.

Macrob. VI Saturn. ita eſt interpretatus, *Deductum*, inquit, *pro tenui ac ſubtili eleganter poſitum.* Sic autem & Afranius in Virgine verbis pauculis reſpondit: *Triſti voce deducta, malleque ſe non quieſſe.* Dixit item apud Cornificium: *Deducta mihi voce garrienti.*

Sed

Pierides, tenuique aptas ſubtegmine telas
Percurrent: dabitur noſtris quoque [245] purpura fuſis.
[246] Quis mihi tum non dictus erit? memorabo [247] quietos
Agri-

Sed hæc ab illo fluxerunt, quod Pomponius in Atellana, quæ Calendæ Martiæ inſcribitur, ait, *vocem deducas oportet, ut mulieris videantur verba. Iube modo afferatur unus, ego vocem reddam tenuem & tremulam.* Et infra: *Etiam nunc vocem deducam.* Sed & Nonius: *Deductum* molle ac ſuave, dici ait. Idemque Virgilianum adducit. Non enim ſublimis & tanquam Heroica, ſed ſimplex eademque tenuis bucolica conditio eſſe conſuevit. Cum autem, quæ ſubtilia, quæve tenuia ſunt, laudem etiam operoſioris induſtriæ mereantur, non negaverim etiam, *deducta carmina* ſignificari grandia, culta, & majori quodam œſtro condita. Qualia ſe poſtea, velut in legitimo cantu, facturum pollicetur Auſonius. Ejuſdemque ſignificationis intellectum, latenti, ſed acri judicio, ſubeſſe in doctis operum tantorum orſis apud Ovidium, Papiniumque crediderim. Cum alter ait:

Ad mea perpetuum deducite tempora carmen. Alter etiam:

Sed tota juvenem deducere Troja.

Nec aliam quoque rationem fuiſſe arbitrandum eſt Manilio, Germanicoque, Mundi ſiderumque opus aggredientibus. *Mariang. Accurſius.*

244. *Subtili filo*] Iuret. in Symmach. pag. 8. *Freherus.*

245. *Purpura fuſis*] Ita Edyll. XI:

Ter nova Neſtoreos implevit purpura fuſos.

Fuſis. Alii, *Faſtis.* De Faſtis autem LXXXV ab ipſo digeſtis exſtant quatuor ejus Epigrammata, reliquis ad calcem ſeorſim annexa. *Freherus.*

246. *Quis mihi tum non dictus erit*] De omni genere præſtantium Belgarum & Gallorum ſe dicturum profitetur; de agricolis, (id eſt, nullam reip. partem capeſſentibus) de patronis & Iuriſconſultis, & Rhetoribus, deque ipſis Provinciarum præſidibus. Quam fuerit vanæ, ac inanis gloriæ affectator Auſonius, cum aliunde, tum hinc præſertim perſpici poteſt. Tota namque hac, quam longa eſt, circumlocutione nonniſi trium, ſi quid recte video, virorum laudes complectitur: quas, ſi modeſtior paulo fuiſſet, nec attigiſſet quidem, aut ita certe attigiſſet, ut non ſe ipſe tam effuſe laudaret. *Memorabo*, inquit, *quietos agricolas.* Non eſt, quod alium ſubintelligi putemus, quam Iulium Auſonium patrem, qui vir minime ambitioſus, quietiſque percupidus ſenectam ruri tranſegit. De eo carmen eſt in Parentalibus primum, & inter Eidyllia ſecundum, quæ mores hominis depingunt. Tum & agriculturæ ſtudium ex Eidyllio tertio, & Epiſtola ſecunda innoteſcet. *Legumque catos, fandique potentes* cum ait, Arborium avunculum deſignat, de quo carmen tertium Parentalium, & XVI Profeſſor. Iam vero *quique ſuas rexere urbes*, & quæ ſequuntur, ad alium quemquam, quam ad ipſum Poëtam, referri commodius nonpoſſunt. De *Præfecturarum titulo ſecundo*, id eſt *duplici præfectura*, ut ait in Protreptico, multa egregia, ut ſolet, Scaliger, quem reſpice.

247. *Quietos*] Qualem deſcribit Virgilius II Georgic. in fine: & Auſonius Atilium Glabrionem Grammaticum in Profeſſoribus, hoc diſticho:

Inque foro tutela reis, & cultor in agris,
Digne, diu partis qui fruerere bonis.

Freherus.

Agricolas: [248] legumque catos, fandique potentes,
Præſidium ſublime reis; [249] quos curia ſummos
Municipum vidit proceres, [250] propriumque ſenatum:
Quos [251] prætextati celebris facundia ludi
Contulit [252] ad veteris præconia Quintiliani.
Quique ſuas rexere urbes, purumque [253] tribunal
San-

248. *Legumque catos*] Gentil. Parerg. pag. 216. *Fandique potentes.* Epigrammate 1, de Auguſto:

Bellandi fandique potens, &c. *Eloquentia nutricula cauſidicorum.* Iuvenal. Querolus. *Freherus.*

249. *Quos curia ſummos*] ut eo melius intelligeretur, quos præcedentibus duobus verſiculis deſignaret, explicuit ſeſe, Auſonius, & obſcuritatem à figura Rhetorica, ſublimitatis ergo pluralem pro ſingulari numero collocante ſubortam, additis inſignibus, queis dignoſcerentur, illuſtravit. Pater enim Iulius Auſonius, & agricola fuit, & ſenator. Vide quæ citavi ſuperius, ubi eidyllia. Arborius avunculus tam eloquens rhetor, ut ad Quintilianum quam proxime accederet. Senties mecum, lector, ubi ſingula diligenter perpenderis.

250. *Propriumque ſenatum*] Nam & in municipiis coloniiſque quidam velut *Senatus*, Decurionum ordo: Conſules, Duumviri: & cætera ad urbis Romæ ideam & ſpecimen compoſita. Ita in Burdigala: *Procerumque Senatu.* Sidonius pag. 329 imitans, *Vernamque Senatum.* Simili modo ad Attuſium Lucan. Auſon. in Parental.

Qui proceres, veteremque volet celebrare Senatum.

Et Edyllio ſecundo, de patre:

Curia me duplex, & uterque Senatus habebat,
Muneris exſortem, nomine participem. Freher.

251. *Prætextati ludi*] Ita in Profeſſoribus de Marcello, Grammatico Narbonenſi:

Mox ſchola, & auditor multus, prætextaque pubes,
Grammatici nomen divitiaſque dedit. Idem.

252. *Ad veteris præconia Quinctiliani*] Fuit *M. F. Quinctilianus*, homo Hiſpanus, Calagorritanus, Auſonio, Hieronymo, & Caſſiodoro auctoribus, qui oratoriarum inſtitutionum libros, qui exſtant, duodecim conſcripſit, & Conſulatum ſub Domitiano geſſiſſe idem ſcribit Auſonius in Gratiarum actione. Fuit & ante hunc alius Quinctilianus, pater, niſi fallor, cujus meminit filius libro nono iſtarum inſtitutionum, in capite de figuris; & his verbis Seneca libro decimo declamationum: *Quomodo Lucius Aſprenas, aut Quinctilianus ſenex declamaverit, transeo*, & reliqua. Hujus putantur eſſe, quæ exſtant Quinctiliani declamationes, quas Trebellius Pollio memorat in Poſtumio Iuniore, his verbis: *Ita in declamationibus diſertus, ut ejus controverſia Quinctiliano dicantur inſerta: quem declamatorem Romani generis acutiſſimum unius capitis lectio, prima ſtatim fronte demonſtrat.* Vinetus.

252. *Quintiliani*] De Tiberio Victore Minervio, Oratore, idem in Profeſſoribus:

Primus Burdigalæ columen dicere, Minervi,
Alter Rhetoricæ Quintiliane togæ.

Freherus.

253. *Tribunal*] Ita idem de Exuperio, Rhetore Toloſæ:

Cæſareum qui mox indepti nomen, honorem

Præſi-

Sanguine, & [254] innocuas illuſtravere ſecures;
Aut Italum populos, aquilonigenaſque Britannos
[255] Præfecturarum titulo tenuere ſecundo.
Quique caput rerum Romam, populumque, patreſque
[256] Tantum non primo rexit ſub nomine: quamvis
[257] Præ-

Præſidis, Hiſpanumque tibi tribuere tribunal. Freherus.

254. *Innocuas ſecures*] Iuvenalis Satyra:

Quod ſi præcipitem rapit ambitio atque libido:
Si frangis virgas ſociorum in ſanguine, ſi te
Delectant hebetes laſſo lictore ſecures.

Freher.

255. *Præfecturarum titulo ſecundo*] Scaligeri de his ſententiam vide in Protrept. Huc Savaro in Auſon. pag. 84. Opil. Macrinus vocat *ſe ſecundum Imperii*, quia *præfectus Prætorio* fuiſſet. Lamprid. 952, a. ubi Caſaub. p. 314. Sidon. Huc Iuret. in Symmach. Epiſtol. XII, pag. 16, & Epiſtola X. *Præfectus Prætorio & urbis parens Aug.* Iuret. p. 319. *Freh.*

255. *Præfecturarum titulo tenuere ſecundo*] Hoc eſt felici, non falſis judiciis eligentium. Vt apud Sueton. in Iulio: *reliqua militia ſecundiore fama fuit.* In Octavio: *Quintum fratrem, eodem tempore parum ſecunda fama proconſulatum Aſia adminiſtrantem.* Gronovius.

256. *Tantum non primo*] Conſulatus nimirum titulo, qui adeo accedit ad ipſum Principis faſtigium, ut ſolo nomine differre videatur. Ita idem Auſon. in Cæſaribus, exordio:

Cæſareos proceres, in quorum regna ſecundis
Conſulibus dudum Romana potentia ceſſit.

Iuvenalis: *à facie toto orbe ſecunda.* Sed melius ad Probum:

Qui ſolus, exceptis tribus
Heris, herorum primus eſt,
Prætorioque maximus.
Dico hunc Senatus præſulem,
Præfectum eundem, & Conſulem
(Nam Conſul æternum cluet)
Collegam Auguſti Conſulis,
Culmen curulis Romula,
PRIMVM *in* SECVNDIS *faſcibus.*
Nam primus è cunctis erit
Conſul, ſecundus principi.

Et in princ. ad Syagrium. Optime in Precatione Conſulari itidem in princ.

Conſulis Auſonii Latiam viſure curulem,
Ecquid ab Auguſta nunc majeſtate ſecundum,
Quod mireris, habes? &c.

Nec longe à fine:

Faſcibus Auſonii ſuccedet Cæſar in annum,
Quintam Romulei prætextam habiturus honoris. quæque ſequuntur. Ita Themiſtius *συνάρχων*, p. 178. Epigramm. Græc. Item Sidonius Apollinar. I, Epiſt. IX, pag. 18. de Coſſ. *Facile P. P. P. Principes erant.* Ideo de Conſulatu ita loquitur Claudianus Panegyr. II:

--- *Titulumne levem parvique nitoris*
Credimus, Auguſti quo ſe decorare fatentur?
Sub juga quo gentes captivis Regibus egi? Et poſtea:
Ne pereat tam priſcus honos, qui portus honorum
Semper erat. Elogia Conſularis, Iuret. pag. 115. Ipſe Auſon. ad Paulinum præſcribit: Ῥωμαίων ὕπατος, Epiſtola XIII. huc Savaro pag. 68. Et tamen relicto Conſulatu & honoribus ſeculi ad monachatum & ſacerdotium tranſierunt Paulinus (forte & Au-

Præfuerit primis. feſtinat ſolvere tandem
Errorem fortuna ſuum: libataque ſupplens

Præ-

& Auſonius) Hilarius Arelatenſis, Eucharius ad Valeriam. De conſulatu Auſonii Scaliger, & de emendat. Tempp. fol.481. Ovid. ad Græcinum Conſulem, IV Libro de Ponto:

Qui quanquam eſt ingens, & nullum Martia ſummum
Altius imperium Conſule Roma videt. Idem alibi. *Freherus.*

256. *Tantum non primo*] Hoc eſt propemodum primo, nempe conſulatus. Auctor hic ſe ipſe deſcribit & circumloquitur. Scribendum autem: *quamvis præfuerit primis*, hoc eſt, quamvis Imperatoris præceptor & quodammodo Imperator fuerit. Quamvis ferulam ejus ſceptra olim verita ſint. *Gronovius.*

257. *Par fuerit primis*] Quia par utriuſque Conſulis poteſtas: Vterque nomen dat anno. *Freherus.*

258. *Errorem fortuna ſuum*] Quo hactenus putavit, indigenis tantum & nobilibus ſummos in Republica honores deberi. At nunc virtutem in quibuſvis ſuo precio æſtimare diſcens, Provinciales quoque, & novos homines, meritis præmiis afficit & mactat, qui exemplo nepotibus ſuis ad gloriam & nobilitatem præluceant, ut ii avorum meritis nobiles, ad eoſdem honorum gradus iiſdem paſſibus graſſari ſtudeant. Hoc eſt quod ait, *Nobilibus repetenda nepotibus.* Idque Romæ inſtitutum probat & laudat etiam Rutilius Numatianus, itidem Gallus homo, Præfectura Vrbis & Palatinis dignitatibus functus, alioſque ſuorum municipum eadem fortuna uſos enumerans:

Relligioſa patet peregrinæ Curia laudi:
Nec putat externos, quos decet eſſe ſuos.
Ordinis imperio collegarumque fruuntur;
Et partem Genii, quem venerantur, habent.

Huc facit oratio D. Claudii in tabulis æneis Lugduni fol. 24. Ita de Felice, origine Aremorico, Conſule facto, Theodericus Rex lib. II variar. epiſt. 1: *Agnoſcat Curia tranſalpini ſanguinis decus, quæ non ſemel coronam ſuam nobilitatis flore veſtivit.* pag.46, & pag. 97. Panegyr. pag. 229. Iuret. in Symmach. pag. 38, & 121. *libataque.* Quia tantum inferiores dignitates, in curia. Ita in Profeſſoribus ad Victorinum ſubdoctorem, ſive Proſcholum:

Libato tenuis nomine Grammatici.

Freher.

258. *Errorem fortuna ſuum*] Tollenda πλεία ὑποστιγμὴ eſt poſt *primis*: eſt enim uno ſpiritu continuatus ſenſus. Hinc incipit loqui de ſe ipſo Auſonius, & *errorem* appellat *ſuum*, quod non citius ſe contulerit ad Galliæ Belgicæ heroës prædicandos. Eumque emendaturum alias profitetur. Nunc quidem, inquit, deterere laudes tuas, ô Moſella, deſinam. Tempus erit, cum otium & commeatum nactus omnes in iis vires meas intendam, & aggrediar ſenectuti ſepoſitum opus: tunc & viritim perſequar præconia clarorum virorum, quoſcunque Gallia Belgica protulit: ſive illi agricolæ, ſive cauſidici, ſive Rhetores, ſive urbium ac provinciarum Rectores, & præfecti ſecunda fama fuerunt. Et ille, qui Romam, ſenatum & populum tantum non primo ſub nomine rexit, quamvis olim *præfuerit primis* dominus dominorum (hoc eſt, ipſe Auſonius) feſtinat luere ſuum, ô fortuna, errorem: quod nempe in tam ſerum diu debitam celeberrimæ & per hoſpitia junctæ genti pietatem diſtulerit: & libata nunc præmia

Præmia, jam veri faſtigia reddet honoris .
Nobilibus repetenda nepotibus. At modo cœptum
Detexatur opus : dilata & laude virorum ,
Dicamus læto per rura virentia tractu
Felicem fluvium, [259] Rhenique ſacremus in undis.
[260] Cœ-

mia virtutis eorum ſupplens , faſtigia veri honoris , præſtantibus nepotibus repetenda , illis apud poſteritatem reddet. *Agricolas* intelligo patresfamilias claros & nobiles, aut inter ingenii cultum , aut geſtis honoribus ruſticantes, & otium cum dignitate obtinentes. Sidonius de Avito :

Iam præfectura perfunctus culmine tandem
Se dederat ruri : nunquam tamen otia, nunquam
Deſidia in bellis : ſtudiumque & cura quieto
Armorum ſemper.

Vix enim admittere poſſum, ut ſolum illum *Agricolam*, ad quem præfectum Prætorio Galliarum exſtat conſtitutio Honorii & Theodoſii, hic appellarit. Fortunam teſtem appellat *errorem*, non malitiam, nec ſcelere, ſed imprudentia ab ſe peccatum. Stat. l. I Theb.

Deprendi fortuna Deos --- lib. XII:
--- *gratum eſt, fortuna, peracta eſt*
Spes longinqua via.

Si malis *tuum*, non valde repugnabo : ut *fortunæ errorem* appellet, quod ipſe forte, non conſilio, peccaverit. Nihil enim frequentius, quam hominum peccata fortunæ delegari. Tullia ferox ad L. Tarquinium apud Dionyſ. lib. IV: τί οὖν οὐκ ἐπανορθοῦμεν τὸ τῆς τύχης ἐλάττωμα ἡμεῖς, μεταθέμενοι τοὺς γάμους; Symmachus lib. VIII, Epiſtol. LXIV: *Offenderat bonos, quod immature ante diſceſſeras. Diluit fortuna peccatum ſuum, qua nobis te pari feſtinatione reſtituit.* Nihil Auſonio propius. *Libare* leviter eſt attingere. Sed perperam vulgo interpungitur poſt *præmia*, cui cohæret τὸ *jam*, hoc modo : *libataque ſupplens præmia jam , veri f. r. honoris.* Ego, inquit Auſonius, errorem fortunæ, quæ ad alia argumenta lyram meam detulit, corrigere feſtino, & illam mercedem virtutis, quam jam libavi, illas laudes, quas parce, & obiter & modice tribui, ſupplebo, abundanterque & pleno ore tribuam, & reddam cuique honorum ſuorum faſtigia : commemorabo, quos quiſque altos honorum gradus meruerit, ſic ut ad eoſdem nepotibus illorum adſpirare jus ſit. Hoc vult, cum canit :

Quique caput rerum Romam, populumque, patreſque,
Tantum non primo rexit ſub nomine, quamvis
Præfuerit primis, feſtinat ſolvere tandem
Errorem, fortuna, tuum, libataque ſupplens
Præmia jam, veri faſtigia reddet honoris,
Nobilibus repetenda nepotibus.

Gronovius.

259. *Rhenique ſacremus in undis*] Rheno enim numen quoddam tributum, præſertim apud Germanos. Tacitus V Hiſtoriarum : *Rhenum & Germaniæ Deos in aſpectu, quorum numine capeſſerent pugnam, conjugum, parentum, patriæ memores.* Vidi apud Coloniam Agrippinenſem Rheni ſigillum æneum, qualis in numis Tiberinus pater, & Danubius, Nilus, Euphrates exprimitur, cum litteris : DEVS RHENVS.

[260] Cœruleos nunc Rhene ſinus, [261] hyaloque virentem
Pande peplum, [262] ſpatiumque novi metare fluenti,
Fraternis cumulandus aquis.[263] nec præmia in undis
Sola, ſed [264] Auguſtæ veniens quod mœnibus urbis
Spe-



Ad quam picturam omnino pertinent verba illa Karòli M. Francorum Regis lib. III De Imaginib. c. XXIII: *Nonne divinis ſcripturis contraire noſcuntur pictores? Cum Abyſſum, figuram hominis fingunt habere, & lympharum inundationem affatim fundere? Cum Tellurem in figura humana modo aridam ſterilemve, modo fructibus adfluentem depingunt? Cum flumineos amnes in figuris hominum aut ſitulis aquas fundere, aut alios in alios confluere depingunt?* Tales fluviorum figuræ, ut oppidorum, montium, regionum captarum, Romæ in triumphis circumferri ſolebant. Virgil. VII Æneid.

Cælataque amnem fundens pater Inachus urna.

Neapoli Tiberis in templi Caſtorum reliquiis viſitur, dolio everſo aquam effundens. Claudianus pag. 129, 11, De raptu Proſerp.

Amnis & undantem declinat prodigus urnam. Freherus.

260. *Cæruleos*] Vere. adeo ut Horatius merito rideat ineptum poetam (Gallum putant interpretes) qui depingeret Rheni luteum caput, cujus quidem fontes limpidiſſimos eſſe neceſſe eſt. Nam color Rheno talis cum purius fluit, quem nec ſubito miſcet aut confundit accepto Mœno aut Moſella, ut navigantibus obſervare licet. Vt viciſſim illud compertum eſt, duriorem (ſi ita dicere licet) Mœni aquam eſſe, è quo in Rhenum tranſlatæ naves, ad palmæ & amplius menſuram magis ſubſidant: natura ingenium & variandi potentiam hac quoque parte oſtendente. Ita Addua fluvius Caſſiodor. p. 378. *Freher.*

261. *Hyaloque*] Ὕαλος, vitrum. *Hyali ſaturo fucata colore*, quum dixiſſet Virgilius verſu trecenteſimo triceſimo quincto quarti Georgicon, Servius vitreo, viridi, & nymphis apto expoſuit. *Vinetus.*

262. *Spatium metare*] Id quod facit, cùm à Bingio inter altiſſimos & continuos montes anguſtiori alveo lapſus, prope Confluentes amplius ſpatium ſibi ſumit, quaſi novo hoſpiti accipiendo. *Freherus.*

263. *Nec præmia in undis*] Non ſola acceſſio tua erit ab aquis, quibus cumulaberis; ſed magis etiam a viribus Imperii auctis, victoria, ſecuritate. *Freher.*

264. *Auguſtæ urbis*] Trevirorum. *Vinetus.*

264. *Veniens quod mœnibus*] Ita Danubius de ſe dixerat Epigramm. IV:

Nunctius

Spectavit junctos [265] Natique Patriſque triumphos,
[266] Hoſtibus exactis [267] Nicrum [268] ſuper, [269] & Lupodunum,

Et

Nuncius Euxino jam nunc volo currere Ponto.

Vere enim per fluvios fama ocyſſime defertur, ſecundo præſertim. Buſbeq. pag. 200. *Freherus.*

265. *Natique patriſque*] Gratiani, & ejus patris Valentiniani. *Vinetus.*

265. *Nati patriſque triumphos*] Valentiniani ſenioris Imperat. & Gratiani Cæſ. quorum Auſonius ſpectator & oculatus teſtis. Quibus triumphis monumenta etiam Romæ poſita viſuntur. Ad Baſilicam novam S. Petri: VICTORIIS. TRIVMPHISQ. MAGNIFICO. DN. VALENTINIANO. INCLYTO. PRINCIPI. SEMPER. AVG. RVFIVS. VOLVSIANVS. V.C. PRÆF. VRBI. ITERVM. IVDEX. SACRARVM. COGNITIONVM. CLEMENTIÆ. EJVS DICATVS. Et in hortis Carpenſibus: MAXIMO. PRINCIPI. INDVLGENTISSIMO. DOMINO. VALENTI. TRIVMPHATORI. SEMPER. AVG. Horum triumphorum apud Treverim ductorum monumentum ibi arcum illum extra portam, erectum fuiſſe putat Vivianus. Vide Inſcriptionem apud Caſtal. pag. 87. Valentinianus enim bellis apud Germanos clariſſimus factus, ut ſub eo Franci quieverint. *Freher.*

266. *Hoſtibus*] Germanis. Philo ad Cajum p. Hi enim, & Parthi, populi Romani hoſtes. Vlpianus C. hoſtes. D. de capt. & poſtlim. *Ab hoſtibus captus, ut puta à Germanis & Parthis, & ſervus eſt hoſtium, & poſtliminio ſtatum recuperat priſtinum.* Virgilius:

Hinc movet Euphrates, illinc Germania bellum.

Themiſt. pag. 113, καὶ Γερμανοί. Et plerumque hi duo populi, fatales potentiæ Romanæ termini, junguntur: & in nummis Victoria clypeo palmæ appenſo inſcribens cernitur, modo VIC. GAR. modo VIC. PAR. Sed quibus Germanis? non tantum cis Rhenum, qui Gallias invaſerant, Alemannis, de quibus Oroſius pag. 645, Caſſiodor. Ann. Sext. Victor. pag. 59, (unde monumenta circa *Laudun*, *Ludſtat*) ſed omnino victoria perſecuta ultra Rhenum habitantibus, Francis & Suevis. Ipſe Auſonius gratulatur diſerte in precatione Conſulari:

Hoſtibus edomitis, qua Francia miſta Suevis
Certat ad obſequium, Latiis ut militet armis:
Qua vaga Sauromates ſibi junxerat agmina Chunni:

Suevis; ad fontes Danubii, qui in Suevia. Auſonius Epigramm. IX, ſub perſona Danubii:

Qua gelidum fontem mediis effundo Suevis:

Et Epigramm. IV.

Cæde, fuga, flammis, ſtratos periiſſe Suevos.

Et in Tab. Peutingeriana à Borbetomago uſque Argentoraten, è regione eſt SVEVIA. Francis; ad *Nicrum* & *Lupodunum*. Ibi enim eos collocat etiam Sidonius Apollinaris Panegyrico Aviti Imp.

Bructerus, ulvoſa vel quem Nicer abluis unda,
Prorumpit Francus.

Ad Moguntiam, Vopiſc. in Aurel. Iac. Curio. D. Hier. in vita Hilarionis Monachi: *Inter* SAXONES & ALEMANOS (id eſt Oceanum & Rhætias) *gens eſt non tam lata quam valida: apud Hiſtoricos Germania, nunc vero Francia vocatur.* Et ſane adhuc

Et [270] fontem Latiis ignotum annalibus [271] Hiſtri.

Hæc

ita vicinæ ſibi ſunt hac in regione Francia & Suevia, ut ſolo Nicri alveo disterminentur: hinc *Odenwald* & *Bergſtraſſ*, quæ Franconico; inde *Creichgow*, quæ Suevico circulo continetur. Hinc *Suaben* & *Suabenwaldlin.* Auſonius Edyllio VII, de Biſſula ſua Sueva trans Rhenum:

Biſſula trans gelidum, ſtirpe & lare proſata, Rhenum,

Conſcia naſcentis Biſſula Danubii. Freherus.

267. *Nicrum*] Rara hujus apud Romanos ſcriptores mentio, nec niſi poſteriores, Vopiſcum, Marcellinum, Panegyriſtas, & hunc Auſonium: quorum demum temporibus Romani eo uſque Germaniæ penetraverant. Videſis quæ de hoc notavimus in Origg. Palatinis. *Freher.*

268. *Super*] Id eſt, apud. Iuvenalis Satyra XV:

Geſta ſuper calida referemus mœnia Copti.

Vel potius, ultra, ut Vopiſcus in Probo ait: ita ut illum amiſerint, petentes latebras in ſylvis illis ſuis. Paneg. Hinc illa Romanorum opera, *Erpach, Lindenfels.* Freh.

269. *Et Lupodunum*] *Lupodunum* & *Lupondum* apud Rhenanum. qui ſe id noſſe exiſtimat, *Lupff* appellat, arcem olim munitiſſimam, ſed ſolo æquatam, anno Chriſti milleſimo quadringenteſimo, & ſextodecimo, juſſu Sigiſmundi Cæſaris & Concilii Conſtantienſis. *Vinetus.*

269. *Lupodunum*] *Loboduna*, hodie *Ladenburg.* De qua etiam ſingularem Commentariolum conſcripſimus, ut verſum hunc Auſonii ab erronea Rhenani, Ortelii, & aliorum interpretatione ſimul vindicaremus; nec pauca in Origg. Palatinis annotavimus. *Freherus.*

270. *Fontem ignotum*] Danubii fontes diu veteribus ignoti fuerunt, ut Nili; quem Apollonius ab Hyperboreis naſci cecinit, manifeſto commento. Etſi poſteà eos ſcribat Tacitus præcipiti & excelſo montis Abnobæ jugo oriri, vicinos Rheni fontibus: itaque compertos tradant Plinius, Dionyſius, Ptolemæus, Strabo, Tacitus, alii; ipſe etiam Auſonius Epigramm. IV:

Qua gelidum fontem mediis effunde Suevis.

Non tamen ad eos armis penetraverant Romani; non magis quam ad Nili; vel etiam ad Rheni, de quo Lucanus lib. II:

Albis, & indomitum Rheni caput.

Primus Lucius Prætor ad Danubium acceſſit. Iordan. de temp. ſucceſſ. p. 81. Et Trajanus Danubium quidem pacaverat, ſed non ad fontem uſque. Id in ejus nummis denotare volunt Danubium, caput ſive carbaſo peplove tectum (ut accipit Anton. Auguſtinus Dial. 3 de Numiſm. n. 24.) ſive in ſpecu, antro, caverna reconditum habentem, ut in Columna ejuſdem Principis apparet, & Auſonius eo alludere videtur, Epigrammat. IX:

Danubius penitis caput occultatus in oris,

Totus ſub veſtra jam ditione fluo.

Vt Tibullus de Nilo:

Aut quibus in terris occuluiſſe caput.

Idem Auſonius Epigramm. IV:

Illyricis Regnator aquis, tibi Nile ſecundus

Danubius, lætum profero fonte caput.

Vbi quod Danubium, quem & Heſiodus καλλιρέεθρον vocat, & quod *permeat orbem Iſter* (Lucan. p. 64.) ſecundum facit, conſentit Iornandes in Geticis: *Hic amnis inter cætera flumina immanis, omnes ſuperat, præter Nilum.* Neque ſimpliciter Auſonius dicit, *Fontem ignotum*, ſed *Latiis ignotum*, id eſt, nullius antehac Romani Principis victoria cognitum, & in annales relatum; & omnium primo

iam

Hæc [272] profligati venit modo [273] laurea belli :
Mox alias aliaſque feret. vos pergite juncti,
Et mare [274] purpureum gemino propellite tractu.
Neu vereare [275] minor [276] pulcherrime Rhene videri,
Invidiæ nil hoſpes habet. potiere [277] perenni
Nomine. [278] tu fratrem, famæ ſecurus, adopta.
Dives aquis, dives nymphis, largitor utrique

Alveus

jam Valentiniano Aug. cum Gratiano Cæſ. tentatum : ſed & poſtea per Stiliconem, teſte Claudiano :

Omne quod Oceanum fontemque interjacet Iſtri,
Vnius incurſu tremuit.

Quod etiam de Nili fontibus, iiſdem per adulationem ominatur :

Auguſto dabitur ſed proxima palma Valenti :
Inveniet fontes hic quoq; Nile tuos.

Junguntur hi duo apud Horatium :

Te fontium qui celat origines,
Niluſque & Iſter, te rapidus Tigris.

Et Claudianus Honorio :

Ite per ardentem Libyam, ſuperate vapores
Solis, & arcanos Nili deprendite fontes.

Freherus.

271. *Iſtri*] *Conjuratum* vocat Virgil. ubi notab. Philargyr. p. 21. *Freher.*

272. *Profligati*] Affectatiſſime, ne neſcire videretur, quæ ſuper hoc verbo Gellius lib. xv, cap. v. Vtitur tamen & Tacitus, *Profligare prælia*. Vopiſcus pag. 1180, B. Capitolinus pag. 836, a. *Freh.*

273. *Laurea belli*] Litteræ laureatæ, id eſt, cum lauru. Ita Perſius Sat. vi, de Caligula :

— Miſſa eſt à Cæſare laurus
Inſignem ob cladem Germanæ pubis.

Tacitus, Agricola, Marcellinus. *Tabellæ laureatæ* Lampridio 1005, D. Victoriæ meminit etiam Symmachus epiſtola lxxxix, lib. 1. *Idem.*

274. *Purpureum*] Albericus Gentilis pag. 72. *Id.*

275. *Minor*] Rhenus Magnus. Eſt enim & parvus in Italia. *Id.*

275. *Neu vereare minor*] Nomen ſcilicet tuum amittendo recepto Moſella. non autem ad Bononienſem Rhenum reſpexiſſe noſtrum exiſtimem. mox enim ſeſe explicat.

276. *Pulcherrime Rhene*] Vere enim talis, & à ſe ipſo, & à cultura utriuſque ripæ. Qui profecto tractus omnium eſt celeberrimus, fuitque ſemper, quantamcunque vetuſtatem ferant ſingularum nationum hiſtoriæ. Martialis :

Nympharum pater amniumque Rhene.

Sed quid *frigora Rheni?* apud Virgil. *Freherus.*

277. *Perenni nomine*] In Oceanum uſque. Ita de Arno eleganter Rutilius Numatianus lib. 1 Itinerarii :

Alphææ veterem contemplor originis urbem,
Quam cingunt geminis Arnus & Æſar aquis.
Conum pyramidis coëuntia flumina ducunt :
Intratur modico frons patefacta ſolo.
Sed proprium retinet communi in gurgite nomen,
Et pontum ſolus ſcilicet Arnus adit.

Ovidius de Almone, Faſtis :

Eſt locus, in Tiberim quò lubricus influit Almon,
Et nomen magno perdit in amne minor. Freher.

278. *Tu fratrem, famæ ſecurus, adopta*] *Famæ ſecurus.* quia nomen retines. *fratrem adopta.* Eſt enim & adoptio in fratris nomen, non filii mo-

 do.

Alveus extendet geminis [279] divortia ripis,
Communeſque vias diverſa per oſtia fundet.
[280] Accedent vires, [281] quas Francia, quaſq; [282] Chamaves,
[283] Ger-

do. in *fratrem.* Quia fere æqualis, non multo minor, ut etiam Ligurinus ait pag. 13. Huttenus in Panegyric. Alberti Card. Tractus ejus non tantum longiſſimus, ſed & cultiſſimus oppidis, villis, etiam ſupra Nicrum & Mœnum, Albim, Viſurgim. In Notis Senecæ, Rhenus, Moſella, Garumna. *Freherus.*

279. *Divortia ripis*] Ad utramque ripam peculiare flumen, medium relinquentes ſolum, facietis. Romæ poſt aream templi Laterani in muro vetuſtiſſimo Epigramma fuit grandibus litteris inciſum, quod à ſe deſcriptum Meliſſus (heu quondam noſter!) mihi communicavit, omnino ad hunc locum pertinens:

--- --- AD. DIVORTIA RHENI.
PERVASI. HOSTILES DEPOPVLATVS. AGROS.
DVM. TIBI. BELLA. FORIS. ÆTERNAQ. SVDO. TROPEA.
HISTER. PACATIS. LENIOR. IBAT. AQVIS.

Dicas alicujus, qui huic expeditioni interfuerit, memoriam continere. Panegyriſtes: *Quamque divortio ſuo Rhenus complectitur.* Vtitur & Petronius appoſite de Rheno pag. 369. Huc Hadrian. Iun. in Bat. pag. 53, & 63. Exſtat & Epigramm. veter. lib. IV, pag. 149. Item apud Petrarcham, aut Boulenger, pag. 5, b. *Divortia Ponti.* Lucan. II, pag. 63, & pag. 70. *Freher.*

280. *Accedent vires*] *Accedent.* Magis vero parabat acceſſionem virium è Gallia atque adeo Oceano ipſo, cum foſſa ducta Ararim & Moſellam conjungere molirentur, fruſtra. Tacit. pag. 301. *Accedent vires.* A captis & dedititiis, à ſubjugatis populis, qui deinceps legiones noſtras delectu ſuo juvabunt & inſtruent, Francis, Chamavis, Chaucis, Chrepeſtinis. Auſonius in precatione Conſulari:

Qua Francia miſta Suevis
Certat ad obſequium, Latiis ut militet armis.

Vopiſcus in Probo: *Omnes jam Barbari vobis arant, vobis jam ſerunt, & contra interiores gentes militant.* Et profecto Germanos per Germanos debellare ſolebant Romani. Hinc & illud Publ. Optatiani in Panegyr. Conſtantini Magni:

Omnis ab Arctois plaga finibus, horrida Cauro,
Pacis amat cana & comperta perennia jura:
Et tibi fida, tuis ſemper bene militat armis,
Reſque gerit virtute tuas, populoſque feroces
Propellit caditq;, habens tibi debita rata,
Et tua victores Fors accipit. hinc tibi fortes
Teque duce invicta attollunt ſigna cohortes. Freh.

281. *Quas Francia*] *Franci* & *Chamaves*, qui & *Chamavi* apud Tacitum & Ammianum leguntur, quæ Germaniæ olim gentes fuerint, Beatus Rhenanus in Germanicis quæſiit. Et quod ad FRANCOS attinet, perſuaſit mihi Divus Hieronymus auctor graviſſimus, qui quum Germaniam Galliamque perluſtraverit, hanc gentem ſuis in ſedibus vidiſſe poteſt, *Francos* eſſe, quos Latinæ Græcæque hiſtoriæ, *Germanos* prius appellarunt. Ejus apponam verba de quodam Franco in vita Hilarionis monachi: *Inter Saxones quippe & Alemannos gens ejus non tam lata, quam valida, apud Hiſtoricos Germania, nunc vero Francia vocatur.* Vinetus.

281. *Quas*

[283] Germanique [284] tremant: tunc [285] verus habebere limes.

Acce-

281. *Quas Francia quaſque*] Vnice huc facit Inſpectio tabulæ illius Itinerariæ: in cujus expoſitione belliſſime hunc locum adducit, & illuſtrat D. Marc. Welſerus cap. III, cui *Barbarica* titulum fecit. Addo tamen: Diverſa ſunt, FRANCIA, & CHAMAVI, etiam in tabula illa: & hi inferiores, ut ibi apparet. Χαμάβοι, Euagrio, Zoſimo, gens ad oſtia Rheni, pag. 709. *Francia* pertinebat ad Suevos, de qua vide Gregor. Turonenſ. pag. 59, 63, & Hieronymum. Itemque de Arbogaſte Franco tempore Gratiani Imp. in vita Ambroſii per Paulinum. Et rurſus diverſi Germani. *Freherus.*

282. *Chamaves*] Chrepeſtini, Morini, Paulin. 277. *Freher.*

283. *Germanique*] Hos enim infeſtabat Gratianus, interiores *Germaniæ* illius magnæ alumnos, Saxones, Thuringos. Hinc Valentinianus, *Maximus Germanicus*, *Maximus Gothicus*, *Maximus Francicus*. Ita ſeparat eos Manlius Statianus apud Vopiſcum Probo: *Teſtes* FRANCI *inviis ſtrati paludibus*, *teſtes* GERMANI, *& Alemani longe à Rheni ſummoti littoribus*. Et differentiam diſtantiamque optime oculis exhibet Tabula vetuſta Itineraria Welſeri. Diverſam etiam *Germaniam* illam à Gallia Belgica, quæ Francis poſtea tota ceſſit, faciunt Ptolemæus & Martianus. *Freh.*

284. *Tremant*] Et tremebant adhuc ſub Maximo, qui Gratiano huic ſucceſſit. Teſtis Oroſius lib. VII, cap. 35, pag. 651. Sed non diu poſt. Nam ita quidem perpetuum victoriarum curſum ominatur Auſonius: ſed longe aliter evenit. Non multum enim poſt inverſa omnia, & Franci irrupere: ut locus Sulpitii Alexandri veteris Hiſtorici, apud Gregor. Turonenſ. clare docet, qui ita habet: *Eo tempore Genobaldo, Marcomere, & Sunnone ducibus Franci in Germaniam irrupere, ac pluribus mortalium limite irrupto caſis fertiles maxime pagos depopulati, Agrippinenſi etiam Coloniæ metum incuſſere. Quod ubi Treveros perlatum eſt, Nannius & Quintinus militiæ magiſtri, quibus infantiam filii & defenſionem Galliarum Maximus commiſerat, collecto exercitu apud Agrippinam convenere. Sed onuſti præda hoſtes, provinciarum opima depopulati, Rhenum tranſiere, pluribus ſuorum in Romano relictis ſolo, ad repetendam depopulationem paratis. Cum quibus congreſſus Romanis accommodus fuit, multis Francorum apud Carbonariam ferro peremptis. Cumque conſultaretur de ſucceſſu, an in Franciam tranſire deberent, Nannius abnuit, quia non imparatos & in locis ſuis indubie fortiores futuros ſciebat. Quod cum Quintino & reliquis viris militaribus diſplicuiſſet, Nannio Moguntiacum reverſo, Quintinus cum exercitu circa Noveſium caſtellum Rhenum transgreſſus, ſecundis à ſluvio caſtris, caſas habitatoribus vacuas atque ingentes vicos deſtitutos offendit. Franci enim ſimulato metu, ſe in remotiores ſaltus receperant, concidibus per extrema ſilvarum procuratis. Itaque univerſis domibus exuſtis, in quas ſæviræ ſtoliditas ignava victoria conſummationem reponebat, noctem ſollicitam limites ſub armorum onere duxerunt. Ac primo diluculo, Quintino prælii duce ingreſſi ſaltum, in medium fere diem, implicantes ſe erroribus viarum, totum pervagati ſunt: tandem cum ingentibus ſeptis omnia à ſolido clauſa offendiſſent, in paluſtres campos, qui ſilvis jungebantur, prorumpere molientibus hoſtium rari apparuere: qui conjunctis arborum truncis, vel concidibus ſuperſtantes, velut è faſtigiis turrium, ſagittas tormentorum ritu effudêre, illitas herbarum venenis, ut ſummæ cuti, neque letalibus inflicta locis vulnera, haud dubiæ mortes ſequerentur. Dehinc*

majori

majori multitudine hoſtium circumfuſus exercitus, in aperta camporum, quæ libera Franci reliquerant, avide effuſus eſt: ac primi equites voraginibus immerſi, permixtis hominum jumentorumque corporibus, ruina invicem ſuorum oppreſſi ſunt. Pedites etiam, quos nulla onera equorum calcaverant, implicati limo, ægre explicantes greſſum, rurſus ſe, quis paulo ante vix emerſerant, ſilvis trepidantes occulebant. Perturbatis ergo ordinibus cæſæ legiones, Heraclio Iovinianorum tribuno ac pene omnibus qui militibus præerant exſtinctis, paucis effugium tutum nox & latibula ſilvarum præſtitere. Idem paulo poſt Valentiniani Auguſti neceſſitates commemorans: *Dum diverſa in Oriente per Thraces geruntur, in Gallia ſtatus publicus perturbatur. Clauſo apud Viennam palatii ædibus Principe Valentiniano, & pene infra privati modum redacto, militaris rei cura Francis ſatellitibus tradita, civilia quoque officia tranſgreſſa in conjurationem Arbogaſtis: nulluſque ex omnibus ſacramentis militiæ obſtrictis reperiebatur, qui familiari principis ſermoni aut juſſis obſequi auderet.* Et vana omnino eſt jactatio Iuſtini Imp. ad Avares apud Corippum ſub lib. III finem: *Si Barbare neſcis,*

Quid virtus Romana poteſt: antiqua require,
Quæ proavi, patres, & avi potuere Latini:
Quid noſter ſenior potuit pater, inſcie diſce:
Sub quo Vandalici ceciderunt ſtrage tyranni,
Edomitique Getæ, pubes Alamannica, Franci,
Totque aliæ gentes, famoſaque regna per orbem,
Ardua ſub noſtris flectentia colla triumphis,
Suſcepere jugum, mentes animoſque dedere
Servitiis, nobiſque manent ex hoſte fideles.

Tum itaque paulatim Romani expulſi, limes ſublatus, Moſella pariter & Rhenus Francis paruit, Romanum nomen cum legibus & lingua eorum abolitum. Sidonius in Epiſtolis paſſim calamitatem gentis ſuæ deplorat, & in Ervagaſte ſuo miratur, his verbis: *Quod ſermonis pompa Romani, ſiqua adhuc uſpiam eſt, Belgicis olim ſive Rhenanis abolita terris, in te reſidet: quo vel incolumi vel perorante, etſi apud limitem ipſum Latina jura ceciderunt, verba non titubant.* Freherus.

285. *Verus habebere limes*] De Rheno limite non ſemel in Originibus noſtris Palatinis. Hactenus ſatis erat ripam ipſam tueri. Silius lib. III, pag. 77: *Compeſcet ripis Rhenum*, id eſt, excurſiones Germanorum prohibebit: De Veſpaſiano. Dixerat jam de Criſpo Publil. Optatianus in Panegyrico Conſtantini Magni Imp.

Sed Criſpi in fortia vires
Non dubia ripa Rhenum Rhodanumque tueri,
Vlteriora parant & Francis triſtia jura.

Et poſtea limitem Francis eripiendum ominatur:

En Auguſte tuis præſens, & tantus ubique,
Imperiis, ſecunde paras nunc omine Criſpi
Occaſus intactas oras, quibus eruta Franci
Dat regio procul ecce dium, cui devia latis
Tota patent campis ſubcæſo limite. Victor
Rite atavo ſummo melior, cui Claudius acer
Magnanimum ſidus dat clarum è numine divo
Imperium, Virtus quem felix optat alumnum.

Auſonius Panegyrico: *Aguntur gratiæ Imperatori fortiſſimo: teſtis eſt uno pacatus anno & Danubii limes & Rheni.* Quia nimirum veteri limite prorogato, alius interius in occupato Barbarico poſitus. Panegyriſtes ad Conſtantin. *Iam ne procul quidem Rhenum*, &c. B. Rhenan. p. 31. Auſonius Epigramm. IV:

Nec Rhenum Gallis limitis eſſe loco.

Idem Epiſtola XVI:

Apologos en miſit tibi
Ab uſque Rheni limite.

Hinc

Accedet [286] tanto geminum tibi nomen ab amni.

[287] Quum-

Hinc eſt, quod ad Nicri tractum, & in Sueviæ confinio & Franciæ, in Ducatu (inquam) Wirtenbergico, Palatinatu, Sylva Ottonica, tot Romanorum monimenta, aras, ſtatuas, ſarcophagos, inſcriptiones videmus, numos eruimus, ab Appiano, Heroldo, aliis edita. *Freherus.*

286. *Tanto geminum tibi nomen ab amne*] *Tanto ab amne.* Cum plures, non multum inferiores, Rhenum incurrant, Mœnus, Nicer, Moſa; huic ſoli tantum defert Auſonius, ut alterum mox Rheni cornu conſtituat. An quia hic noviſſimus in illum ſe exonerat? an quia hic ſolus Romanus, illi Barbari? Panegyriſtes de ponte Agrippinenſi loquens: *Vbi Rhenus totus eſt, ubi jam plurimos hauſit amnes, quos hic noſter ingens fluvius* (Moſellam vult) *& barbarus Nicer, & Mœnus invexit: ubi jam immani meatu ferox, & alvei unius impatiens, in ſua cornua geſtit excedere.* Noſter enim, id eſt, Romanus: ut apud Nemeſianum Cynegetico:

Atque canam NOSTRUM *geminis ſub finibus orbis*
Littus, & edomitas fraterno nomine gentes,
Quæ Rhenum Tigrimque colunt, Araríſque remotum
Principium, Niliqne bibunt ab origine fontem.

Claudianus in Eutropium, I:

Ante pedes humili Franco, triſtique Suevo
Perfruor, & NOSTRUM *video Germanice Rhenum.*

Geminum nomen. Cur non & Moſellæ alterum nomen dixiſſet, ſi quod eſſet, ſive Obrinci, ſive aliud? Ita enim toto opere appellat olor noſter, cui de rebus Moſellæ ſupra omnes fides habenda, Moſellam, nunquam aliter. *Obrinci* illius nulla hic mentio. quod ſi nomen fuiſſet eidem fluvio, non fugiſſet doctiſſimum illum utriuſque linguæ & omnis antiquitatis virum, & harum regionum peritiſſimum, qui ſolus omnium ſcriptorum *Dumniſſum*, *Tabernas*, *Lupodunum* nominat. abſque Scaligero; Danubio etiam feciſſet nomen *Addua*, ex Feſto. Et ſi ſciviſſet, non omiſiſſet, tantus captator rarioris eruditionis & auctorum notitiæ oſtentandæ: tam cupidus Moſellæ quaſvis laudes extollendi, hanc etiam addidiſſet, eſſe binominem, ut Iſtrum, Nilum (qui *Melo* Symmacho & Auſonio) Ararem. Marcellin. 1462. imo & ut Rhenum, cui geminum nomen eſſe ait, *Bicornis* intelligens. Boryſthenes accolis Danubius, Iorn. pag. 21. Padus, Eridanus. Pyris, Nigir, Vitruv. VIII, cap. I. Quo ſolo argumento abunde evincitur, Obrincum illum Ptolemæi, non eſſe Moſellam. Præter quod nec verba Ptolemæi conveniunt, qui hunc ſupra vel prope Moguntiam conſtituit: quia multo inferior eſt Moſella, medium adeo fluvium interjectum habens Navam, & ipſum Romanis non ignotum. Neque tam craſſus error tribui debet Ptolemæo tanto Geographo, præſertim in tractu Rheni Romanis per bella aſſidua commerciaque notiſſimo. At, inquiunt, cur non meminiſſet Ptolemæus in illo tractu, Moſellæ tam nobilis fluvii? Poſſem dicere: Cur non meminit Strabo, Plutarchus, non Iulius Cæſar in toto bello Gallico? Sed hoc malo: Si meminiſſe voluiſſet, cur non ſuo nomine feciſſet, quod ſatis notum Romanis, & jam à Tacito proditum, antiquiore? Alii (B. Pirckheim.) non paullo veriſimilius *Navam* acceperunt, fluvium Romanæ ripæ, flumen nobile, & jam cognitum Romanis armis, dictum Tacito, Auſonio. Nolunt enim de Germaniæ aliquo accipere, & Ptolemæum iſtuc trajicere. Quod ſi admitti

[287] Quumque unus de fonte fluas, [288] dicere bicornis.

[289] Hæc

ſmitti poſſet, de quo commodius acciperetur quam de Mœno? qui Moguntiam ad ipſum Rhenum influit, ſive *Mogus* ille ſit, a quo & *Moguntiam* nomen habere voluit Ligurinus. Certe ſi verbis Ptolemæi (Ἐκτροπῇ Rheni pag. 116) inſiſtendum eſt, ut puto, Navam non magis quàm Moſellam quadrare apparet, quia & hæc multis millibus infra Moguntiam. Moguntiam vero ſignanter eo loco poſuiſſe animadvertendum eſt, non tantum Ptolemæum, pag. 121, ſed etiam (qui ex eo ſumſiſſe videtur) Marcianum Heracleotem p. 82, ad diſcriminandam ſuperiorem & inferiorem Germaniam. Qua diviſione Romani ſemper uſi ſunt, ut apparet non tantum ex illis duobus, ſed & Notitia: Itinerario Antonini Aug. Catalogo Provinc. Marcellino lib. 15, pag. 1461. Neque Ptolemæo propoſitum, amnes pro dignitate recenſere & nobilitare; ſed Provincias diſtinguere, & in his Germaniam. In quo propoſito Moguntiaci ei mentio neceſſaria, quæ quaſi limitem præbet, ab omnibus ita dicta, ut habeatur ultima urbs Germaniæ ſuperioris vel primæ, etſi Ptolemæus primam ſecundæ ponere videtur. Et ſane à Moguntiaco Alemania Rheno opponitur. Marcellin. pag. 1521, & pag. 1798. & in Tab. Peuting. SVEVIA. Ligurin. pag. 13. Vide & Mogunt. pag. 52, & 264. *μητρόπολις τῆς ἄνω Γαλλίας*. Neque video, quid incommodi aut abſurdi ſit, fluvium Germaniæ hic accipere. Mœnus ille, inquiunt, eſt in Germania. Sed quam Romani jam oppugnabant, & in Provinciam redigere cupiebant, & jam ſpe devoraverant. Trajanus ex oppoſito Moguntiæ ad ipſos Confluentes (quos captare ſolebant Romani vel præcipue) caſtellum poſuerat. cujus nomen adhuc agnoſcitur *Caſtell*. Cæteri habuerunt præſidia ulterius, in ipſa Odonewald, ad Nicrum, *&c.* Denique ſit in Germania. Quid tum? An propoſitum Ptolemæo, ſola Romanorum arva & flumina Operi ſuo inſerere? qui caput integrum habet de Germania magna, ut & Marcianus ille. At quid, ajunt, Obrincus ad Mœnum? Quid ad alterutram illarum, ſive Moſellam ſive Navam? Et quidni? quia ibi Herold. *Ober-Rinckgauw*. Vltra Mog. eſt pagus ille Rhenenſis infra ſuperius *Ringow*. Pagi Germaniæ jam noti erant Cæſari, Tacito, aliis, vel exemplo uno τῶν Βαττάνων, &c. In his erat & ille *Rinckgowe* nomine. *Ober- und Vnder-Rhein* accolis dicitur, quaſi diverſum eſſet flumen. Et ſane ad Mogunt. *die Staffel*, *Ober-und Vnder-Zol*, &c. & Monetæ ratio per 24 albos. Quid quod & diverſæ naves ab inde in uſu? Nobis etiam nunc manet illa diviſio, *Ober-und Vnder-Rheinſtrom*, *Craiſz*. Freherus.

287. *Cumque uno de fonte fluas*] A qua re alii dicuntur Bicornes. *Freher.*

287. *Quumque uno de fonte*] Prætulerim, quod eſt in Pulmanni libris: *Quumque unus de fonte fluas.*

288. *Dicere bicornis*] Infra: *Taurina frontis.* Δίκερως, quaſi duobus cornibus fundens. Ovidius Metamorph. pag. 280. Valerius Flaccus VIII Argonauticorum libro, de Iſtro:

Fundere non uno tantum quem flumina cornu
Accipimus: ſeptem exit aquis ---

Apud Danz. p. 89. Non ut alii, *Tauriformes*. Proprium patris Rheni epitheton, vel potius nomen, ut hic ait, *Geminum nomen*. Ore enim vulgi olim dictum *Bicornium*, patet ex Æthico p. 18. Virgilius lib. VIII Æneidos:

Extremique hominum Morini, Rhenuſque bicornis.

Claudianus de bello Getico:

Te Cimbrica Thetys
Diviſum biſido conſumit Rhene meatu.

Eume-

[289] Hæc ego, VIVISCA ducens ab origine gentem,
Belgarum hoſpitiis nunc per nova fœdera notus,
Auſonius, [290] nomen Latium, patriaque, domoque
Gallorum extremos inter, celſamque Pyrenen,
Temperat ingenuos qua læta Aquitania mores,
Audax exigua fide concino. Fas mihi ſacrum
Perſtrinxiſſe amnem tenui libamine Muſæ.
Nec laudem affecto. veniam peto. ſunt tibi multi
Alme amnis, ſacros qui ſollicitare fluores
Aonidum, totamque ſolent haurire Aganippen.
[291] Aſt ego quanta mei dederit ſe vena liquoris,
Burdigalam [292] quum me in patriam, nidumque ſenectæ
[293] Auguſtus pater, & natus, mea maxima cura,
Faſci-

Eumenius Panegyrico ad Conſtantinum: *Arat illam terribilem aliquando ripam inermis agricola, & toto noſtri greges flumine bicorni merſantur.* Quod eſt à vetuſta Aſinii ſententia, quam Strabo refert lib. IV. Φησὶ τὸ μῆκος αὐτοῦ σταδίων ἑξακισχιλίων Ἀσίνιος. Et poſt: Φησὶ δὲ καὶ δίστομον εἶναι, μεμψάμενος τοὺς πλείω λέγοντας. Imo Ptolem. pag. 115. Imo hodie conſtat, Birckeim. p. 238. Ad hunc locum Hadrianus Iunius in Batavia. *Freherus.*

289. *Hæc ego Viviſca*] Ita legendum. Burdigala enim caput Biturigum *Viviſcorum.* & ita in inſcriptione Burdigalenſi legitur: AVGVSTO SACRVM ET GENIO CIVITATIS BIT. VIV. Alioqui *Vibiſci*, & *Bibiſci*, & *Biviſci* ſcriptum legitur. *Scaliger.*

289. *Viviſca*] Rectiſſime Scaliger pro mendoſo *Viviſica* repoſuit. Sed & *Vibiſcos* inquilinis Scaligeris nobilitatos in Iul. Cæſ. Scaligeri Epiſt. videre eſt. *Freherus.*

290. *Nomen Latium*] In Iambico epiſtolæ, ad Probum: *Auſonius nomen Italum.* Vinetus.

291. *Aſt ego*] Hanc materiam ſervat ſenectuti, ut Tacitus vitam Trajani, pag. 400. *Seniique aprica tenenti.* Huc Caſaub. in Perſ. pag. 460. *Freher.*

292. *Quum me in patriam*] Fuit ibi, ut ex Epiſt. XXIV conſtat:

Me juga Burdigala, trino me flumina cœtu
Secernunt turbis popularibus, &c.

Sed non feciſſe credo, quod hic ominatus. Nec ulla amplius apud eum Moſellæ mentio, adeo dulcedine patriæ obliterata. Vide etiam Edyllium ejus III. *Freh.*

293. *Auguſtus pater & natus*] Valentinianus & ejus filius Gratianus, diſcipulus meus. Scripſit ergo Auſonius carmen hoc ante mortem Valentiniani Auguſti, qui anno Chriſti trecenteſimo & ſeptuageſimo nono, Imperii vero ſui duodecimo deceſſit, Sexto Aurelio & Hieronymo auctoribus. Quare Ioann. Trittenhemius, qui Auſonium inter ſuos ſcriptores Eccleſiaſticos recenſuit, ſi locum hunc Auſoniani Moſellæ legiſſet, cujus nec ſatis meminerat Lilius Gregorius, quum de Auſonio ſcriberet, eum carmen hoc compoſuiſſe Maximo principe, concilii tempore, Treveris,

Faſcibus Auſoniis decoratum & honore curuli
Mittent, emeritæ [294] poſt tempora [295] diſciplinæ;
Latius [296] Arctoi præconia perſequar amnis.
[297] Addam urbes, tacito quas ſubterlaberis alveo:
[298] Mœ-

veris, nunquam dixiſſet. Maximus enim hic, Martinum illum Turonenſem & alios Epiſcopos Treveros non ante vocavit, quam annus Chriſti ageretur trecenteſimus & octogeſimus octavus, ſiquid hic certi habent Proſperi Aquitani rationes, qui ea vidit tempora, & ſcripſit. *Vinetus.*

294. *Poſt tempora*] In Pulmanniano fuit, *munera*. Vtra gloſſa ſit, non liquet. Memini ſaltem etiam alibi τὸ *tempore* geminum nomen exturbaſſe, ejuſque locum ſuum feciſſe; apud Euphorbum nempe, in Catalectis Scaligeri pag. 160.

Imperium ſævis hyberno tempore ventis.

pro quo ſcriptus codex, & reliquorum carmina, *hyberno frigore*: quod apud Hilaſium ibidem Aldina editio perperam item in *tempore* mutaverat.

295. *Diſciplinæ*] Ita Edyllio IV:

Donec ad Auguſtæ pia munera diſciplinæ

Accirer. Vide Themiſt. pag. 136. *Freherus.*

296. *Arctoi amnis*] Ita Ovid. II Metamorphoſ.

Sors eadem Iſmarios Hebrum cum Strymone ſiccat,
Heſperioſque amnes Rhenum, Rhodanumque, Padumque.

Virgilius VIII de Tiberi:

Corniger Heſperidum fluvius regnator aquarum.

Inde eſt, quod pro Heſperio plane *Iberum* fecit Rhenum homo Græcus, Nonnus Panopolitanus, duob. Dionyſiacῶν locis, lib. XXIII:

Ῥῆνος Ἴβηρ βρεφίεσσι κρεύοσι).

Lib. XLIII:

Χρυσὸν Ἴβηρ πόρε Ῥῆνος.

De quo plura in Originibus noſtris Palatinis, Parte I, cap III. & Parte II, cap. II. Sed omnium fere fluviorum capita à Septentrione, imo in Septentrionem feruntur. Ariſtotel. I Meteor. fol. 336. Vitruvius VI, c. I Vnde & *Arctoi* dicuntur hic & alibi. *Freher.*

297. *Addam urbes*] *Vrbes.* Locum fere hic habet illud Solini cap. XVI: *Creta conſtipata* C E N T V M *urbibus, ſicuti perhibent, qui prodige lingua largiti ſunt: ſed magnis & ambitioſis oppidis.* Vel quod Strabo lib. III, eleganter & copioſe admonet: Πολυβίου δ' εἰπόντος τετρακοσίας τῶν Κελτιβήρων καταλῦσαι πόλεις Τιβέριον Γράκχον, κωμῳδῶν φησιν τοῦτο τῷ Γράκχῳ χαρίσασθαι τὸν ἄνδρα, τοὺς πύργους καλοῦντα πόλεις, ὥσπερ ἐν ταῖς θριαμβικαῖς πομπαῖς. Καὶ ἴσως οὐκ ἄπιστον τοῦτο λέγει· Καὶ γὰρ οἱ στρατηγοὶ καὶ οἱ συγγραφεῖς ῥᾳδίως ἐπὶ τοῦτο φέρονται τὸ ψεῦσμα, καλλωπίζοντες τὰς πράξεις. ἐπεὶ καὶ οἱ φάσκοντες πλείους ἢ χιλίας τὰς τῶν Ἰβήρων ὑπάρξαι πόλεις, ἐπὶ τοῦτο φέρεσθαί μοι δοκοῦσι, τὰς μεγάλας κώμας, πόλεις ὀνομάζοντες. Οὔτε γὰρ ἡ τῆς χώρας φύσις, πόλεων ἐπιδεκτικὴ πολλῶν ἐστι διὰ τὴν λυπρότητα, ἢ διὰ τὸν ἐκτοπισμὸν, καὶ τὸ ἀνήμερον. Et Proverbium: *Ex cloaca arcem facere.* At quomodo nomina mutata? Quis recognoſcat, *Vinco*, *Taberna*, *Sericum* (hodie, *Sirck.*) Habet & alias Diploma Dagoberti apud Bruſchium pag. 512, b. *Addam urbes.* Harum duæ tantum ex illa vetuſtate nominibus ſuis nobis jam notæ ſunt: *Rigodulum* Tacito nominatum, & *Noviomagum* (imo & *Vinco*, quod inter Confluentes & Treverim ponit Itinerarium Antonini; forte hodie *Winneberg*, locus Baronia nobilis.) Auſonio, Itinerariiſque. Sed plures omnino originem Romanam habent:

[298] Mœniaque antiquis te proſpectantia muris:
Addam, præſidiis [299] dubiarum condita rerum,
Sed modo ſecuris [300] non caſtra, ſed horrea Belgis.

Addam

habent: atque adeo pleræque omnes illæ ad fluviorum oſtia, aliiſve tam circumſpecte opportunis locis poſitæ: quædam etiam architectatione inſignes, & primo adſpectu Latialem illam antiquitatem referentes: quarundam etiam nomina non vernacula, neque novitia videntur. Quo pertinent illa in Huberti Thomæ Leodii de Tungris & Eburonibus Commentario, Capitulo de Vrbis Leodii olim *Legia*, à Legione ibi cæſa & diu hybernante, dictæ: *Sunt non procul à Varnea vici complures Romanam originem nomine referentes. Viſitur inde Latinus pagus Volſci, Vercella, Paſcaſii Bercelii viri doctiſſimi patria. Item Antium, nimirum ab Antiatibus. Inque vico Legna fluviolus habet ortum, & Cotta fons limpidiſſimus, quo, dum in hybernis erat, Cotta oblectabatur, aut prope illum funda trajectus fuerat. Eſt & Ciceronis fons in urbe notiſſimus, & aquis maxime uber, quem Riceronis fontem male lecta littera nuncupant: ſcaturit è monte Petroſio retro ædes Fratrum, quos Minores appellant.* Et Capitulo, An Sycambri in Trojanos ſuam originem referre poſſint: *Vrbe Leodio egreſſis per viam Auruncule jam, & adverſo flumine Huyum ire volentibus, a dextra Publium ſtatim habent montem, qua parte ab radicibus ad ſummitatem uſque vitifer eſt, deinde ſylvoſus. In apice, ubi phanum Vulcani olim fuerat, cœnobium nunc eſt divo Ægidio ſacrum*, &c. *Vltra pergentibus apparet in excelſa rupe mons Iovis, arx ita nominata, & a Romanis nimirum conſtructa*, &c. *Poſt Iovis montem, Amantium occurrit: & ad oſtium Sabis fluminis Namurra, elegans ſane oppidum & marmore ſubcinericio nobile. Hoc quidem Namurcum vulgariter vocant* Namur, *id eſt, novus murus.* De quibus tamen pleriſque hodie poſt tot bella locum habet illud Rutilii:

Nunc villæ grandes, oppida parva prius.

In diviſione Regni facta inter glorioſos Reges Karolum & Hludowicum, Moſellæ tractum cum villis ſuis legimus (Edit. P. Pithœi p. 489. & Aimon. cap. 21.) *Civitatem Mettis cum Abbatia S. Petri, & S. Martini, & Comitatu* MOSLENSI, *cum omnibus* VILLIS *in eo conſiſtentibus, tam dominicatis, quam & vaſallorum.* Conradus Celtes Poëta, *Caſtra* vocat, lib. III Amor. Eleg. XV:

Vidimus hic Grajis epigrammata multa figuris,
Multa Moſellanis caſtraque celſa jugis. Freherus.

298. *Mœniaque antiquis*] Imitatur Virgilium III Georg.

Fluminaque antiquos ſubterlabentia muros. Freher.

299. *Dubiarum condita rerum*] C. x, pag. 255. Iuret. p. 230. Trib. Pall. pag. 1046, D, ſeq. *Caſtra contra famem.* Ita fere loquitur Caſſiodorus p. 424, in fine. Ita Panegyriſtes ad Conſtantinum M. *Cetera hinc per intervalla diſpoſita magis ornant limitem caſtella, quam protegunt*, &c. Freh.

300. *Non caſtra, ſed horrea*] Non jam ad caſtrenſem uſum, ſed urbanum; non belli, ſed pacis uſibus ſervientia. Annonæ & horreorum Romanis Ducibus non ultima cura ſemper fuit. Vopiſcus in Probo: *Vrbes Romanas & Caſtra in ſolo Barbarico poſuit, atque ibi milites collocavit. Agros, & horrea, & domos, & annonam trans Rhenanam omnibus fecit.* Et poſtea: *Frumento barbarico plena ſunt horrea.* Marcellinus lib. XVIII, de Iuliano Cæſare loquens, loco in his noſtris ad Moſellam Notis ſupra p. 350. citato. Vide Caſaubon. pag. 48. Sidonius Narbone:

Thermis, arcubus, HORREIS, *monetis.*

 Tegφῶν

Addam felices [301] ripa ex utraque colonos,
Teque inter medios [302] hominumque boumque labores,
[303] Stringentem ripas, & pinguia culta ſecantem.
[304] Non tibi ſe Liger anteferet, [305] non Axona præceps;
[306] Matrona non, Gallos, Belgaſque interſita fines;
[307] Santonico refluus non ipſe [308] Carantonus æſtu.
[309] Concedes gelido [310] Durani de monte volutus
Amnis:

Τροφῶν Θησαυροὶ Themiſtio p. 124. Ita fere & Rutilius Itinerar. I, p. 9:

Interea Latiu conſurgant horrea ſulcis,
Pinguiaque Heſperio nectare prala fluant.

Ideo plura in Orbe Romano fuere loca, quibus nomen *Ad Horrea*, ut in Itinerariis videmus: & apud Warnefridum p. 124. Huc facit etiam Epiſtola Caſſiodori XXIX, lib. III. Ex eo genere eximium & cumprimis memorabile fuit *Horreum* in Auguſta Trevirum, palatii inſtar: quod poſtea urbe à Francis ſubacta, Dagobertus Rex in Cœnobium Monialium convertit, filia ſua Irmina eis præfecta; nomine hodieque manente, *Die Oehre*. Chron. Tr. mſc. id etiam teſtante. *Freherus.*

301. *Ripa ex utraque*] Dux ripæ Rheni, Romana & Barbara, --- *Qua Barbarus exit.* Fortunatus: *Barbaries, Romania.* Annal. *Ripa Latina.* Freher.

302. *Hominumque boumque labores*] Hoc hemiſtichium, verſus centeſimus & duodeviceſimus libri primi Georgicôn Virgilii habet quidem, ſed proximus verſus eſt ejuſdem poëtæ totus, ſexageſimus tertius octavi Æneidos. *Vinetus.*

303. *Stringentem ripas*] Radentem. Verſus eſt totus Virgilii VIII Æneid. ad quem Pontan. pag. 595. Vide Caſſiodor. lib. IV, cap. 36, pag. 134. *Freherus.*

304. *Non tibi ſe Liger*] Cujus tamen tractus longior, urbes magnæ. Et vere in notis Senecæ, *Rhenus, Moſella, Garumna.* Freher.

305. *Non Saxona præceps*] *Saxonam*, qui ſit fluvius, nuſquam equidem comperi. Aut ſi inveniam, priorem lectionem non mutarim. Quæ fuit *Axona*. Eum ſiquidem amnem eſſe in Remorum finibus, Cæſar in II belli Gall. commentario, author eſt. *Mariang. Accurſius.*

305. *Axona*] Vulgo, *Aine*, Belgarum fluvius in extremis Remorum finibus, ut ex Cæſare agnoſces. *Axones*, hujus fluvii accolas dixiſſe Lucanum volunt libro primo, ſed longa penultima. *Vinetus.*

306. *Matrona non*] *Matrona* non anteferet ſe tibi, ô Moſella. Hodie *Marna*, quo flumine, & Sequana, Cæſar & Geographi omnes volunt, à Belgis diſterminari Celtas. *Vinetus.*

306. *Matrona non*] Limes, ut ait, Gallorum & Belgarum. *Freherus.*

307. *Santonico refluus*] Quædam exemplaria *profluus* ſcribunt pro *refluus*, & hoc uno exemplo probat Ioannes Deſpauterius *pro* præpoſitionem in *profluus* corripi, ſicut in *profugio, proficiſcor, profanus, profeſtus.* Vinetus.

308. *Carantonus*] Vulgo *Charente*, fontem habet in Lemovicibus: & per Enguliſmenſes & Santones in Oceanum exit Santonicum. Oppidorum, quæ præterfluit, clariſſima ſunt, Enguliſma, Coniacus, Santonum Mediolanum. *Canentelus* eſt apud Ptolemæum, ut quibuſdam videtur. *Vinet.*

309. *Concedet gelido Durani*] Ita vulgo perperam legitur. Nam vocandi caſu

caſu legendum. ut apud Sidonium:

Et tu, qui ſimili feſtinus in æquora lapſu
Exis, curvata Durani muſcoſe ſaburra.

Ingens fluvius eſt & amœnus, qui in Garumnam exoneratur ad oppidum Burgum, vulgo *Dordoniam* vocamus. Eſtque unus ex tribus nobiliſſimis fluviis, quibus Garumnam augeri ſcribit Strabo. Sunt enim hi: Tarnis, Oldus, quem Arvernates, & montani Cadurci vocant, *l'Old* & *l'Ould*; & *Duranius* ipſe. Poſtea meminit idem *Carantoni*. Qui ita melius dicitur, quam, ut eſt apud Ptolemæum, Κανέντελος. Sed & *Drunam* nominat. Is ex Alpibus deſcendens, tribus à Valentia oppido leucis, Rhodanum ingreditur, vulgo *Droma*. notiſſimus fluvius vel ipſa vicinorum agrorum ſtrage, quam ſolet dare, quotieſcunque aut imbribus, aut ſolutis nivibus intumuit: hoc moneo, ne quis fortaſſe putet eſſe fluviolum illum, qui hodie *Drona*, vel *Dorna* dicitur: qui fines Petrocoriorum & Engoliſmenſium interſecat ad Caſtrum Albaterram: cum Auſonius loquatur de *Druentia*, & *Druna* vicinis fluviis. uterque enim Rhodano excipitur. *Druna* porro Strabo meminit lib. IV. ſed verba ejus ſcriptoris ita dubia, aut potius manca mihi videntur, ut quid de iis ſtatuam neſciam. Verba hæc ſunt: Μεταξὺ δὲ τοῦ Δρουεντία καὶ τοῦ Ἴσαρος καὶ ἄλλοι ποταμοὶ ῥέουσιν ἀπὸ τῶν Ἄλπεων ἐπὶ τὸν Ῥοδανόν· δύο μὲν οἱ περιρρέοντες πόλιν Κυάρων, καὶ Οὐάρων, κοινῷ ῥείθρῳ συμβάλλοντες εἰς τὸν Ῥοδανόν. τρίτος δὲ Σύλγας, ὁ κατὰ Οὔνδαλον πόλιν μισγόμενος τῷ Ῥοδανῷ. ὅπου Γναῖος ὁ Αἰνόβαρβος μεγάλῃ μάχῃ πολλὰς ἐτρέψατο Κελτῶν μυριάδας. Mirum eſt, Strabonem ſuum nomen Sulgæ dediſſe. Duobus autem fluviis illis, ex quibus unus eſt *Druna*, non dediſſe. Sed quænam illa urbs eſt, quæ vocatur ab illo πόλις Κυάρων, καὶ Οὐάρων? quare omiſit nomen fluviorum, urbem autem, ſeu oppidum attribuit duobus populis Cavaribus, & Varis? Deinde qui ſunt iſti Vari? Profecto neque Vari ulli ſunt in ea provincia populi, neque Cavarum nomen ſatis opportune hic intruſum eſt. Sed quia de Cavaribus mentionem jam fecerat, nomen fluvii, quod proxime ad Cavares accedebat, in Cavares ipſos mutatum eſt. Quare ſine ullo dubio Κυάρων, & Οὐάρων ſunt nomina eorum fluviorum, ſed corrupta: nam non πόλιν, ſed πολλὴν legendum eſt. Duo enim illi fluvii *Druna*, & alter, cujus nomen nunc non teneo, immiſcentur communi alveo, & πολλὴν περιρρέουσι, multis ſcilicet anfractibus multum agri pererrant. Quod verum eſt, & nos ſcimus. Quare Κυάρων, & Οὐάρων, ſunto nomina illorum fluviorum, quanquam corrupta. Vt ita verba Strabonis legantur: δύο μὲν οἱ περιρρέοντες πολλὴν, Κυάρων καὶ Οὐάρων. Ex iſtis duobus alter eſt *Druna*; alter eſt fluvius ille, ſed minor ipſo *Drunâ*, qui *Drunæ* immiſcetur in montanis Cavarum infra vicum Caſtillonem. Et ita, ut ait Strabo, communi alveo in Rhodanum deferuntur. Neque putemus Strabonem tam negligentem fuiſſe, qui horum fluviorum nomina tacuerit. Nam hoc certiſſimum eſt, ab Iſara ad *Druentiam*, hos tantum fluvios in Rhodanum convenire: *Drunam* ſcilicet cum eo, qui ejus alveo excipitur. Et *Sulgam*, qui hodie dicitur *Sorga*, retinens certiſſimas priſcæ appellationis notas. Quem Florus vocat *Vindelicum fluvium*, quia alluebat oppidum Vindelium, Straboni Οὔνδαλον dictum, vel potius Οὐίνδαλον. Epitome etiam Liviana LXI, loquens de eadem re, vocat ipſum oppidum *Vindalium*: ut manifeſto appareat apud Strabonem, non Οὔνδαλον legendum eſſe, ſed Οὐίνδαλον. à quo Vindelicus fluvius *Sulga* dictus eſt. Id oppidum intercidit. ejuſque loco hodie eſt portus Tralliæ. *Tralliam* nautæ Rhodanici vocant tranſennam, quæ in utramque fluminis ripam extenditur,

 qua

Amnis: & auriferum poſtponet Gallia [311] Tarnem.

Inſa-

qua pontonibus trajicitur Rhodanus. eaque poſita eſt propter fluvii rapiditatem, ne ab ejus impetu pontones, vel potius traje&oria navigia abripiantur. Qui legerunt Petrarcham, quis ſit Sorga, dubitare non poſſunt. Apud Strabonem perperam legitur Γναῖος ὁ Βάρβαρος, pro Γναῖος ὁ Ἀινόβαρβος. Mirum eſt vero tantam veterum Romanorum fuiſſe ſolertiam, ut *Druentiam* navigiorum patientem reddiderint, qui hodie tamen vix pontones ipſos aliquando in trajectu patiatur. At olim ibi non ſolum nautarum negotiatio fuit, ſed & claſſis præſidii Romani. Ita enim legimus in Notitia imperii Romani: *Præfectus claſſis Barcariorum Ebroduni Sabaudiæ.* Et Nautæ *Druentici* memorantur hoc elegantiſſimo monumento, quod in agro Arelatenſi hodie reperitur: M. FRONTONI EVPOR. IIIIII VIR. AVG. COL. IVLIA. AVG. AQVIS. SEXTIS NAVICVLAR. MAR. AREL. CVRAT. EJVSD. CORP. PATRONO NAVTAR. DRVENTICORVM ET. VTRICLARIORVM. CORP. ERNAGINENSVM. IVLIA. NICE. VXOR. CONJVGI. KARISSIMO. Porro *Ernaginenſes*, qui hic vocantur, erant ex oppido Ernagino, quod Ptolemæo dicitur Ἐρναγινὸν, inter Aquas Sextias, & Arelate. *Scaliger.*

310. *Durani*] Sidonius in Burgo Leontii p. 328. Huc Savaro p. 172, V. Ingens & amœnus fluvius, *Dordonia* Gregorio Turonenſi & ſcriptoribus Carolinis. Aimon. I, cap. V, ſub finem: *Dordonia, qui ex monte qui* DOR *dicitur, eſt in finibus Arvernorum, duobus ſcaturiens fontibus, quorum uni nomen eſt Dor, alteri Donia, qui haud procul monte ipſo conjunguntur, in Garumnam influit, ad oppidum nimirum Bourg, Burgum Sidonio decantatum.* Vnum eſt ex præcipuis non ſolum Aquitaniæ, ſed totius Galliæ fluminibus, Garumnæ nec æſtus nec alvei magnitudine cedens. *Freherus.*

311. *Tarnim*] Nomen priſcum adhuc retinuit, *Tarn.* qui ex iiſdem Cebennis ortus, per Montalbanum in Garumnam defluit, ſupra Aginnum. *Vinetus.*

311. *Auriferum Tarnem*] *Auro turbidus Hermus*, Virgil. II Georg. *Aurum fluvii volvunt*, Panegyr. p. 133. Talis etiam (& quis credet!) hic noſter Rhenus. Nonnus, Dionyſiacῶν lib. XLIII:

Νηρεὺς μὲν τάδε δῶρα πολύτροπα, δῶρα καὶ ἡ κούρη
Περσικὸς Εὐφρήτης πολυδαίδαλον εἶδος Ἀράχνης.
Χρυσὸν Ἴβηρ πόρε Ῥῆνος. ἐχεκτεάνων δὲ μετάλλων
Ἤλυθεν ἴκελα δῶρα γέρων Πακτωλὸς ἀείρων.

Æneas Sylvius in Germania c. LVIII: *Rhenus aureas evolvit arenas: & in Bohemia fluvii ſunt, in quibus ad magnitudinem ciceris aurea grana Taboritæ reperiunt.* Sed ante omnes mihi vernaculus teſtis, Otfridus Monachus Wiſſenburgenſis, Euangelior. lib. I, c. I, (alibi etiam à me citatus) ubi Francorum regnum laudat:

Zi nuzze grebit man ouh thar
Er inti kuphar.
Ioh bih thia Meina
Iſine ſteina.
Ouh thara zua fuagi
Silabar ginuagi.
Ioh leſent thar in lante
Gold in iro ſante.

Vel loquitur enim, vel inaudivit de arenis auriferis, quas Rhenus volvit, è vorticibus & foveis ſuis in imo alveo per urinatores rei peritos extrahendis: qui hodieque *Goldgrunde*, & *Goldſande* dicuntur, & prope Hagenbach, Præfecturam Weiſſenburgo vicinam, per redemtores Palatinos hodieq; exercentur. Walafrid. p. 639.

Argzree

Inſanumque ruens per ſaxa rotantia late
In mare purpureum, [312] dominæ tamen ante Moſellæ
[313] Numine adorato, Tarbellicus ibit [314] Aturrus.
[315] Cor-

Argyreo albentes depromit Suevia montes.

De quibus & hæc & luculentiora vide in Appendice partis primæ Origg. noſtrarum Palatin. & parte ſecunda, cap. XVII. *Freherus.*

312. *Dominæ Moſellæ*] Dominorum domicilium Treverim alluentis, eoque nomine omnibus aliis prælatæ. Ita Martialis, ad Rhenum:

Trajanum populis ſuis & Vrbi,
Te Tibris DOMINVS *rogat, remittas.*

Sed jam, *verſo Tibrim regit ordine Rhenus.* Freher.

312. *Dominæ tamen ante Moſellæ*] Leg. *Domini.* Grævius.

313. *Numine adorato*] Hinc D. N M. Q. ejus. Ita Edyllio II, Epicedio in patrem Iulium Auſonium:

Hæc me fortunæ larga indulgentia ſuaſit,
Numine adorato, vitæ abitum petere.

Freherus.

314. *Aturrus*] Aliis vocatur *Atyr*, ut Vibio Sequeſtro. *Atyr*, inquit, *Tarbellæ civitatis Aquitaniæ.* & Lucan.

--- Et ripas Atyri, quem litore curvo
Molliter admiſſum claudit Tarbellicus ancon.

Ita enim omnino legendum in Lucano; non, ut hodie:

--- & ripas Satyri, qua littore curvo
Molliter amiſſum claudit Tarbellicus æquor.

nullo ſenſu. at quia *ancor* ſcribitur in veteribus libris, pro *ancon*, ut *architector*, pro *architectlon*, & ſimilia: propterea *ancor* in *æcuor*, & *æquor* mutatum. Elegantiſſime igitur ſinum illum litoris curvi *anconem* vocat. & ita Ovidium litus quodvis *curvum* & *inflexum*, vocare memini. Ariſtophanes νεὼς οἰκοσκευῆς. Scholium: ὃν ἀγκῶνα καλοῦσι. Vaſconibus integrum pene nomen ejus fluvii manet. Vocatur enim *Ador.* Et cum articulo, *L'Ador.* Non fruſtra dicit loquens de capite Moſellæ, cum *exſerere taurinæ frontis honorem.* Hoc enim certo ſcimus: à conventu plurium fontium, ſed præcipue duorum nobilium, Moſellam incipeſe. Vbi hodie ſunt molendinæ, quibus linamenta putria ſubiguntur, ad chartam conficiendam. *Scaliger.*

314. *Tarbellicus ibit Aturrus*] Fluvium hunc, qui *Tarbellos* ſecet populos, Ptolemæus *Aturium* vocat. Quanquam eſt in Græcis exemplaribus nunc Ἄτουρος, nunc Ἀψούριος. In Epiſtola præterea ad Paulinum *Tarbellica* dixit *arva*, non *Tarbellia.* Eodemque modo Lucan. in I Pharſal.

Molliter admiſſum claudit Tarbellicus æquor.

Licet ſint, & qui fluminis id putent nomen, & *Tarbellum* quoque urbem memorent. Sed authorem deſidero. Locus porro hic expoſcere videtur, antequam diſcedamus à notandis his, in quibus ſuper amne Moſella aberraverint opifices, ut commoneatur & illud, virum multæ diligentiæ ex his alterum, qui Poëtæ hujus vitam collegere, lapſum fide, nihil diſcernentem inter Moſam ac Moſellam. Cum diverſi certe amnes ſint, & hic Rheno confundatur, ubi locus Confluentes cognominatur, oppidumque Confluentia eſt. Moſa vero, non Oceanum, ſed Volam (*Vahalim*) influat, lævum ejus ab occaſu alveum. Tribus enim præcipue Rhenus defluit, non duobus. Quorum medius brevior nomen ſervet, dexter Iſula vocetur. Vt Virgilianum illud *Rhenuſque bicornis,* ex Auſonii potius, quam ex Grammaticorum ratione dictum videatur:

Cumque uno de fonte fluas dicere bicornis. Mariang. Accurſius.

 314. Tar-

[315] Corniger externas [316] celebranda Moſella per oras,
Nec ſolis celebranda locis, ubi [317] fonte ſupremo
Exſeris auratum [318] taurinæ frontis honorem:

Quaque

314. *Tarbellius ibit Aturrus*] *Tarbellicus*, pro *Tarbellius*, quidam codices. *Aturrus* oritur ex ſaltu Pyrenæo & per Aquas Auguſtas, & Bajonam in Oceanum exit. Accolis, A'δȣ nunc appellatur. Apud Sidonium Apollinarem libri octavi epiſtola duodecima, ſcribitur, ut hic, duobus *rr*. Apud Ptolemæum vero, & Vibium Sequeſtrum, unico *r*, Ἄτυρις, & *Atyr* dicitur. & apud Lucanum primo, *Atyrus*:

--- tunc rura Nemetis
Qui tenet, & ripas Atyri, &c.

Vinetus.

314. *Tarbellicus Aturrus*] Idem in Parentalibus IV:

--- in terris, per quas erumpit Aturrus,
Tarbellique furor perſtrepit Oceani.

Civitas ipſa olim *Atrenſium*, hodie *Airenſium*. Freherus.

315. *Corniger*] Ita Ovidius p. 411, 388. Quia plerumque plures fontes concurrunt. Atqui ſupra dixerat:

Cumque uno de fonte fluas. Freher.

316. *Celebrande Moſella*] Et hoc, & ſequente verſu, *celebranda* fuit in Vgoletti editione; quod ideo amplexus ſum, quia omnia fluviorum nomina in *a* exeuntia ab Auſonio ſequiore ſexu proferuntur. Sic paullo ante *Domina Moſella*: item *Matrona interſita*; mox *Druentia incerta*, &c.

317. *Fonte ſupremo*] Et ſic ſacro. Virgil. IV Georg. pag. 67:

--- Nymphæ genus amnibus undæ.

Freherus.

317. *Vbi fonte ſupremo*] Laudo hoc loco ſcriptam ſcripturam, *fonte ſupremo*, id eſt Αὐπιτεῖ, ut Homerus ait de Sperchio. *Barthius.*

318. *Taurinæ frontis honorem*] Cornua: quæ fronti animalis ſunt ornamento. Dixerat autem Virgil. quarto Georgicon:

Et gemina auratus taurino cornua vultu
Eridanus.

Cornua ergo per ſimilitudinem duobus modis in fluminibus conſiderantur, nempe vel quum majoribus aquis propinqua, quas ingrediantur, ſe in plures alveos ſcindunt: vel quum ab ipſa ſua origine amnes aliquot in unum confluentes, excipiunt: quod facit Moſella. Sed de fluviorum imaginibus caput eſt apud Ælianum libro ſecundo de Varia Hiſtor. *Vinetus.*

318. *Taurinæ frontis honorem*] Rutilius Itinerarii lib. I:

--- quà fronte bicorni
Dividuus Tiberis dexteriora ſecat.

Hinc veteres Græci flumina ſua alia bubulo capite, & (ut Horatius Aufidum vocat) tauriformia, alia viri cornuti figura, alia aliter exprimebant: ut Ælianus auctor eſt II Var. Hiſtor. cap. 33. Vide & Brod. in Antholog. fol. 80. *honorem frontis.* Ita Tacitus in Germania: *Ne armentis quidem ſuus honor, aut gloria frontis.* Ita Silius Italicus pag. 105, 107. *Caput fronde revinctus.* Freher.

318. *Taurinæ frontis honorem*] Phurnutus interprete Velareo: *Fluvios cornigeros & taurino eſſe vultu fingunt, quod violentiam & mugitum quendam eorum curſus habeat.* Idem dicit Lycophronis Scholiaſtes pag. 118 ed. Canteri. & Scholiaſt. Homeri ad Iliad. Φ. rationem non addit Ælianus lib. II Var. Hiſtor. cap. 33. Sueton. Tranquillus de Claris Rhet. in Otacilio Pilito: *Hic Epidius ortum ſe ab Epidio Nuncione prædicabat, quem ferunt olim præcipitatum in fontem fluminis Sarni, paulo poſt cum cornibus exiiſſe, ac ſtatim non comparuiſſe, in numeroque deorum habitum.* Sidon. carm. II de Tiberi:

--- Videt ipſe deam, ſummiſſus adorat,

Pectus

Quaque trahis placidos ſinuoſa per arva meatus:
Vel qua [319] Germanis ſub portubus [320] oſtia ſolvis:
Si

Pectus & exſertam tetigerunt cornua mammam. vide Savaronem.

319. *Germanis portubus*] Ad Caſtellum *Confluentes*, cujus mentio in Notit. Marcellino, Annal. Franc. An. 882. Oppidum ab hoc concurſu fluviorum dictum Fortunatus de navigio ſuo. Br. pag. 234. *Caſtrum* Turonenſ. pag. 415. Ligurin. p. 13. Oppidum quidem Romanum fuit: Caſtellum vero in ripa Germanica, nonniſi veteri illo nomine *Ehrenbrechſtein* quaſi Erenberci caſtrum, Erenberti petra, notum Ecberto de Catharis p. I, 6. Quanquam non dubitem à Romanis & conditum, & pro præſidio habitum fuiſſe, ut ſolebant illi confluentium opportunitates vel maxime captare. Ita ad *Manheim*, ad Moguntiam, ad Bingium: forte & ad *Lohnſtein*. Vicus Ambiaticus in Treveris ſupra Confluentes, ubi C. Caligula natus. Sueton. cap. 8. Paullo ſuperius Confluentes alius Germaniæ fluvius, poſt Mœnum, ſe Rheno jungit, *Loganus* vel *Logana*, apud Fortunat. VII, cap. 7. & not. Br. p. 181. vulgo *Lanus*. Cæſar Heſterbac. 2, pag. 13. A quo Pagus Loganenſis, *Loganehe*, *Lohngowe*, *Logenehe*, & *Logengowe*, nomen ſubiit. Cujus Pagi *Loganenſis* has villas reperio, quarum pars hodie nota adhuc:

Albach.
Adelholdeshuſen, in villa *Satriſſa*.
Aldendorph.
Allanach.
Banamaden.
Barcdorph, *Barctorph.*
Batenbach.
Beinsburg.
Blasbach.
Brachina.
Breitenbach.
Chouvich.
Cleheim.
Cleveres--marca.
Cruſtorph.
Erdeher--marca. [Eſt & Pagus *Erdehe*.]
Erilbach.
Ettisbach.
Flitvilar.
Garbenheim.
Gemmincheim.
Germitz.
Gruſtorph.
Gunnesheim, *Gunniſſen.*
Hahenſtat.
Heigrehe. [hodie, *Heige.*]
Holtzhuſen.
Honeſtat.

Lanecke. Caſtrum ad Lahnſtein in monte prominente poſitum, quod præterfluentem Loganam deſpectat. Chron. Trev. in Hillino LXXXIV Archiepiſcopo.

Lantdorph. Lontdorph. in Comitatu Heimonis.

Lare. Cæſarius Heiſterbac. lib. VII Miracul. cap. V: *Paſtor erat cujuſdam Eccleſiæ ſuper fluvium Logonam ſitæ, vocabulo* der Lar.

Leitcaſtre, *Leitkeſtre*, villa.
Linden.
Loginſtein, hodie *Lahnſtein*, ubi Loganus incurrit Rhenum.
Linden.
Louptorff.
Niuſaren, *Niuſeren.*
Niuvendorph.
Niuvenheim.
Niuvora.
Retenbach.
Saltriſſa, villa.
Selbach.
Sichilingen.
Sichlingelslinden.
Sulmiſſa fluvius. [hodie *Solms.*]
Sulmisheim.
Tidebaldeshuſen.
Torndorph.
Vchilheim.
Vmbach.
Vneshuſen.
Walangen.
Walehesheim.
Walehestorph.
Wanebach.
Wanenthrop.
Wertorph.
Wettiſſa.
Widegiſen.
Wilere.
Wilina.

Falluntur autem qui Loganum, *Adravam* Taciti eſſe putarunt: ut Ortel. in Tab. Gall. antiq. qui eſt fluvius in Cattis (ut recte obſervavit Hadr. Iunius p. 3 Bataviæ) alluens Friſlariam, & illabens Fuldæ, cui conjunctus Viſurgim efficit (*Wiſara.*, L. Friſ. p. 131. *Wiſuraha*) non ignobilem Germaniæ fluvium (qui *Aturgi* nomine C. Pedoni Albinovano dictus) hodie nomine vernaculo adhuc noſcendus, *die Eder*. Ejus mentionem etiam reperio in Carolinis

 An-

Si quis honos tenui volet adſpirare camœnæ,
[321] Perdere ſi quis in his dignabitur otia muſis,
Ibis in ora hominum, lætoque fovebere cantu.
[322] Te fontes, viviqne lacus, te cœrula noſcent
Flumina: te [323] veteres pagorum gloria luci;
Te [324] Druna, te ſparſis [325] incerta Druentia ripis,

[326] Al-

Annalibus Fr. pag. 10. Vita pag. 243. Poëta p. 17, b. *Adarva* tamen ibi dicitur. Vita Wigberti c. 15. Aimon. 4, cap. 72. *Freherus.*

320. *Oſtia ſolvis*] Ita de Danubio Epigramm. IV:

Scythico ſolvo oſtia Ponto. Freher.

321. *Perdere ſi quis in his*] Nos quidem

Fecimus, Auſoni, nec pœnitet otia veſtro
Perdita, neò querimur, quæcunque impenſa libello:
Tu verò ô noſtrum, vates divine, laborem
Quem pro te ſubii, non averſate probabis:

ut verbis Sulpitii ad Lucanicum utar. Sed & quàm ardentia vota Viſtulæ patri ex labore hoc, cum A. MDCIII apud Polonos legatione fungerer, interrupto, in regni Comitiis Cracoviæ menſe Martio luſerim, intellige:

Viſtula Sarmaticis dominans pulcerrime regnis,
Dives equis, armis, emporiiſque ferax;
Tuque urbs, Lechigena monumentum nobile Craci,
Italia in media ſi ſita, pulcra ſatis;
Quæ veluti captum retines dulcedine loti,
Muneribus cumulans, deliciiſque tuis:
Nunc ſaturum tandem Auſoniæ, roge, redde Moſellæ,
Quem medio è curſu te rapuiſſe dolet.
Sic quem vel ſuperas curſu longoque meatu,
Dii quoque te faciant cætera dona parem.

322. *Te fontes, lacus, flumina*] Quorum nomina innumera, & ſolis accolis cognita, ut pulcerrime cecinit Heſiodus in Theogonia. pag. 97.

Τρεῖς γὰρ χίλιαί εἰσι τανύσφυροι
Ὠκεανῖναι.

Vide etiam Panegyr. pag. 253. *Freherus.*

323. *Veteres pagorum gloria luci*] *Veteres luci*, Germanorum & Celtarum. Tacitus Germania: *In ſilvam auguriis patrum & priſca formidine* (qualis *Felisberg.*) *ſacram coëunt.* quem locum expreſſiſſe videtur Claudianus I in Stilicon. --- *Lucoſque vetuſta*

Religione truces, & robora numinis inſtar
Barbarici. ----

Pagorum gloria, Germaniæ & Galliæ. Vtraque in pagos ſuos tributa, jam ab illo ævo. Marcellinus. Huc unicè facit locus Prudentii contra Symmachum, p. 295. Porro in quo pago Treveris poſita fuerit, non facile dixero, cum ab ipſa potius Pagus nomen ſumſerit, quem ſub Francorum poſtea imperio legimus. Eſt & *Pagus Treverenſis*, ſignificatus in Martyrolog. in quo S. S. Goaris. Reperitur etiam *Dux Moſellanus*, & *Comes de Muſalla.* Idem.

324. *Druna*] Fluvius *Druentiæ* vicinus, ut monuit Scaliger. *Id.*

325. *Incerta Druentia*] Hodie *Durancia.* Galliæ Narbonenſis fluvius, Rodano ſe confundens infra Avenionem. *Vinetus.*

325. *Sparſis Druentia ripis*] De hoc T. Livius lib. XXXI, de Annibale loquens: *Ad Druentiam flumen pervenit. Is & ipſe Alpinus amnis, longe omnium Galliæ fluminum difficillimus tranſi-*

[326] Alpinique colent fluvii, [327] duplicemque per urbem

Qui

tranſitu eſt. Nam cum aqua vim vehat ingentem, non tamen navium patiens eſt: quia nullis cohercitus ripis, pluribus ſimul neque iiſdem alveis fluens, nova ſemper vada novoſque gurgites faciens (& ob eadem pediti quoque incerta via eſt) ad hac ſaxa glareoſa volvens, nihil ſtabilis nec tuti ingredienti præbet. Quod ita reddidit Silius Italicus lib. III:

Turbidus hic truncis ſaxiſque Druentia latum
Ductoris vaſtavit iter. namque Alpibus ortus
Avulſas ornos, & adeſi fragmina montis,
Cum ſonitu volvens, fertur latrantibus undis,
Ac vada tranſlato mutat fallacia curſu:
Non pediti fidus, patulis non puppibus aquus:
Et tunc imbre recens fuſo, correpta ſub armis
Corpora multa virûm ſpumanti vertice torquens,
Immerſit fundo laceris deformia membris.

Ammianus Marcellinus lib. XV: *Per Druentiam flumen gurgitibus vagis intortum, regiones occupavit Hetruſcas.* Meminit & Caſſiod. Epiſt. XLI, lib. III, caſtellorum ſuper *Druentiam* conſtitutorum. Ptolemæo Δρουέντιος, hodie *Durantia*, Galliæ Narbonenſis fluvius, Rhodano ſe confundens infra Avenionem. Petrarcha. *Freherus.*

326. *Alpinique fluvii*] Qui ex alpibus nive & aqua deſcendente originem & incrementa ſumunt, cum aliquando æſtate vado fere tranſiri poſſint; ut Addua, Atheſis, Ligurin. *Freher.*

327. *Duplicem permeat urbem*] *Arelate*, quæ eadem binominis, & Mamiliaria quoque dicta Scaligero. Sed melius Iſaac. Pontanus Itiner. pag. 66, & ſeq. in *Arelate.* Idem hic noſter Auſonius in Claris Vrbibus:

Pande duplex Arelate, tuos blanda hoſpita portus: &c.

Et Epiſtola XXIII:

Vtque duplex Arelas alpina tecta Vienna,
Narbonemque pari ſpacio ſibi conſerit.—

Ejus pontis meminit Caſſiodor. lib. VIII, Epiſt. X: *Arelate eſt civitas ſupra undas Rhodani conſtituta: qua in Orientis proſpectum, tabulatum pontem per nuncupati fluminis dorſa tranſmittit. Hunc & hoſtibus capere, & noſtris defendere neceſſarium fuit.* Arelatem poſtea à Gothis obſeſſam, meminit Sidonius Apollinaris Epiſt. XII, lib. VII. à quibus etiam altera ſui parte exciſam veriſimile eſt: ut *Duplicis* nomine illo amiſſo non jam amplius talis ſit, & longe alia quam olim facie; tota in ripa Rhodani ea, quæ Italiam reſpicit, poſita. Certe de reparatione murorum ejus & turrium vetuſtarum exſtant literæ Regis Theodorici, apud Caſſiodorum lib. III, Epiſt. XLIV. Quod autem *Gallula Roma* Auſonio vocatur Arelate, argumento eſt, in tota Gallia Aquitanica non fuiſſe illa auguſtiorem aliam, ut plane caput & veluti Roma ejus Galliæ videretur. Nam & celeberrimum opportuniſſimumque Emporium habebat, cujus ibidem meminit de ponte loquens:

Per quem Romani commercia ſuſcipis orbis, &c.

Quibus commoditatibus invitatus Fl. Conſtantius Tyrannus VII Provinciarum Conventus ibi conſtituit. Quæ provinciæ tandem *Arelatenſe Regnum* dictæ ſunt: quod etiam Reges proprios per aliquot ſecula habuit, Imperiumque recognovit, Boſone Rege Arelatenſi ab Ottone Imp ſubacto. Vnde titulus: *Archi-Cancellarii per Galliam & Regnum Arelatenſe*, Archiepiſcopo Treverenſi,

Ee 5 Prin-

Qui meat, & [328] Dextræ Rhodanus dat nomina ripæ.
Te ſtagnis ego cœruleis, magnumque ſonoris
Amnibus, [329] æquoreæ te commendabo Garumnæ.

A V-

Principi Electori, etiamnum manet. *Freherus.*

328. *Dextra Rhodanus dat nomina ripæ*] Scribendum *Dextra* majuſcula D. Primum *duplex urbs*, quam vocat eſt *Arelate.* ut in Ordine nobilium urbium:

Pande duplex Arelate tuos blanda hoſpita portus.

Quare *duplicem* vocet, poſtea ibidem explicat:

Præcipitis Rhodani ſic interciſa fluentis,
Vt facias mediam navali ponte plateam.

Hoc erat ad eum locum, ubi *Rhodanus* duo oſtia facit. Iccirco, & incolæ locum, & oppidum ad illud bifidum ſitum, vocant *Furcam.* ab eo oſtio Rhodani Maſſiliam uſque totus ille tractus dictus fuit *Dextra Ripa.* Hoc patet ex hac inſcriptione Narbonenſi: TIB. IVNI. EVDOXI NAVICVL: MAR. C. I. P. C. N. M. TI. IVN. FADIANVS. IIIIII VIR. AVG. IV. C. I. P. C. N. M. COND. FERRAR. RIPÆ. DEXTRÆ FRATRI PIISS. Φ. Vt hinc non leviter ſenſus ac mens Auſonii illuſtretur. *Scaliger.*

328. *Rhodanus*] Hodie *die Rohn*: ad quem ſitum caſtellum Nicatii Epiſcopi, à Fortunato celebratum lib. III, Poëm. X. hodie nomen *Biſchoffſtein* retinet. Vide Brouwer. pag. 79. *Freher.*

329. *Æquorea te commendabo Garumnæ*] *Garumnam* non ſolum Geographi omnes, ſed etiam poëtæ, & hiſtorici celebraverunt: in quibus duos nominabo antiquiſſimos Tibullum & Cæſarem. Quare autem appellet *Æquoream,* facile intelliges, ſi legeris, quæ de eo flumine ſcribit Mela libro tertio: quem in *Garumna* aliquando jactatum fuiſſe aſſeverare auſim, adeo ſcite ejus depingit ingenium. Claudiani hoc verum de illo adſcribam, ex poſteriore in Rufinum libro:

— retro pernicior unda Garumna,
Oceani pleno quotiens impellitur æſtu.

Galli autem, apud quos duo ſunt tantum genera, maſculinum & femininum, quod & ſermonis Punici proprium fuiſſe ſcribit Priſcianus libro quincto & ſexto, fluviorum nomina, partim maſculino efferunt genere, ut *le Rein, le Rone,* ὁ Ῥῆνος, ὁ Ῥοδανὸς: partim feminino, ut, *la Garonne, la Moſelle, la Durance,* id eſt, ἡ Garumna, ἡ Moſella, ἡ Druentia. Latini vero, qui neutro addito, tria habent genera, fluvios omni quidem genere extuliſſe leguntur: ſed maſculino tamen frequentius quam neutro, & feminino vix unquam, ſiquid Grammaticis credimus, niſi figurate. Ovidius enim quum dixit *Albula pota deo* libro quarto Faſtorum, *Albulam* volunt accipi non fluvium, ſed aquam ejus. Non placet ergo Grammatiſtæ cuidam, quod Auſonius dixit *Matronam interſitam, dominam Moſellam, incertam Druentiam, æquoream Garumnam,* pro interſito, domino, incerto, æquoreo, ſicut dixit Tibullus in Eleg. VII, lib. I:

Teſtis Arar, Rodanuſque celer, magnuſque Garumna.

In quibus ſi Auſonius patrium, & ejus etiam terminationis proprium genus ſecutus eſt, nihil ille miretur: ſed legat auctores diligentius, & inveniet antiquioribus Latinis eo quoque, id eſt feminino genere, non pauca fluviorum nomina fuiſſe prolata, ut Aliam, Sagram, Crataxidem. De Alia enim Lucani verſus eſt libro ſeptimo:

Et damnata diu Romanis Alia faſtis.

De

De Sagra, Strabonis hæc ſunt verba libro ſexto: *Μετὰ δὲ Λοκρὺς Σάγρος ὃν θηλυκῶς ὀνομάζουσι.* De Cratæidis genere nemo, puto, dubitare debet, poſtquam Plinius, & Solinus poſt Homerum, matrem Scyllæ id flumen fuiſſe fabulantur. *Vinetus.*

329. *Æquorea Garumna*] Gradatim pergens, hunc quaſi præcipuum, ut de urbe Burdigala ſervat in Claris Vrbibus, in fine collocat homo Gallus. Vt Fortunatus Epiſcopus Pictavienſis ad Leontium Burdigalenſem:

Quantum inter reliquas caput hæc ſuperextulit urbes,
Tantum Pontifices vincis honore gradus.
Inferiora velut ſunt flumina cuncta Garonnæ,
Non aliter vobis ſubjacet omnis apex.

Imo Tibull. *Teſtis Arar— magnuſque Garumna.* Vlterius non poterat, niſi ipſum Æquor vel Oceanum voluiſſet. & hoc fecit, vocando *Æquoreum amnem. Æquoreum* autem cur vocet, & heic, & in Burdigala:

Fervent æquoreos imitata fluenta meatus,   Et Epiſtola:
Æquoream liqui te propter amice Garumnam,

Et optime ad Paulum:

Æquoris undoſi quà multiplicata recurſu
Garumna pontum provocat;

Mela nobis explicat lib. III, cap. II, adeo graphice, ut in eo aliquando jactatus fuiſſe videatur: *Garumna ex Pyreneo monte delapſus, niſi cum hyberno imbre aut ſolutis nivibus intumuit, diu vadoſus, & vix navigabilis fertur. At ubi obvius Oceani exæſtuantis acceſſibus adauctus eſt, iiſdemque retrò remeantibus ſuas illiuſque aquas agit, aliquantum plenior, & quanto magis procedit, eo latior fit: ad poſtremum magni freti ſimilis, nec majora tantum navigia tolerat, verum etiam more pelagi ſævientis exſurgens jactat navigantes, atrociter utique, ſi alio ventus, alio unda præcipitat.* Eo reſpiciens Claudianus II in Ruffinum: ſed optime Sidon. Apollinaris Epiſt. XII, lib. VIII, p. 191, in Burgo:

Currit in adverſum hic pontus, multoque recurſu
Flumina quas volvunt, & ſpernit & expedit undas.
At cum ſummotus Lunaribus incrementis
Ipſe Garumna ſuos in dorſa recolligit æſtus,
Præcipiti fluxu raptim redit, atque videtur
In fontem jam non refluus, ſed defluus ire.
Tum recipit laticem, quamvis minor ille, minore
Stagnanti de fratre ſuum, turgeſcit & ipſe
Oceano, propriaſq; facit ſibi littora ripas.

Idem lib. VIII, Epiſt. XII: *Fluenta refluentia* Garumnæ tribuit. In veteri Itinerario à Burdigala Hieroſolymam, in principio ita ſcriptum eſt: *Civitas Burdigala, ubi eſt fluvius Garonna, per quem facit mare Oceanum acceſſa & receſſa, per leugas plus minus centum.* Guilielmus Brito in ſua Philippeide:

Quum poſt retrofluum pelago creſcente Garumnam.

Quum autem Γαρουνᾶς ſcribatur Straboni *τρισὶ ποταμοῖς αὐξηθεὶς*, tribus fluviis auctus, illi ſunt Tarnis, Oldus ſive Olda, quem inverſo nomine Lodam vocant, & Duranius. *Æquorei* igitur *amnes* dicuntur, quorum oſtia quod in Oceanum exonerantur, æſtum ejus patiuntur: quomodo & Anam fluvium, qui Emeritam Hiſpaniæ urbem alluit, hodie *Guadiana*, *æquoreum* idem noſter Auſonius vocat in Claris Vrbibus. Vnde Æſtuaria ejuſmodi eleganter compoſita voce *λιμνοθαλάττας* vocat Strabo. Quod autem hic *æquoreus* Auſonio, idem *cæruleus* eſt Tibullo, cum Ligerim ita vocat:

Carnuti & flavi cærula lympha Liger:

quod nimirum Oceanum intrat per ſe, & Æſtuaria efficit. Cœruleus enim (ut elegantiſſime ibi notavit Scaliger) eſt *æquoreus*, etiam illo Iuvenalis XV: *Illic cæruleos, hic piſcem fluminis.* Eodem ſenſu Proſper Præfatione De Providentia Dei:

Non

Non caſtella petris, non oppida montibus altis
Impoſita, aut urbes amnibus aquoreis,
Barbarici ſuperare dolos atque arma furoris
Evaluêre omnes. Vltima pertulimus.

Atque hic ſit finis hujus in Moſellam laboris, modo quædam de Treviris adjecero. Omnia habere TREVERIM, quæ in Narbone laudat Sidon. ſupra ad Auſonii verſ. XXIV diximus. E quibus ut nonnulla, præter marmora illa, cruſtas & muſivum, quæ Carolus M. teſte Chronico mſc. in Fortunato Archiepiſcopo LXIV, ad exornandam novam Romam in Aquis Grani abſtulit, ſigillatim perſtringamus: Capitolium Treverenſe, Iovi ſacrum; cujus meminerunt Eucharii Acta Brouwer. p. 22, ubique Simeonis Confeſſoris crypta; in colliculo, loco urbis editiſſimo (juxta doctrinam Vitruvii lib. I, c. VII.) proſpiciens in forum, opus non tantum Romanum, ſed plane Auguſtum, Franci verterunt in Baſilicam, attexentes Chorum, ut evidens eſt ex diverſitate ædificii. Portali egregio & antiquo, aſcenſus plus quàm 2 graduum, intus pavimento opere teſſellato, ingentibus quadris ſine cæmento; ut moles Hadriani Romæ, de qua Procopius; addiderunt poſtea turrim quadratam, quæ hodie eſt porta *Simeresportt*. Circus maximus, Baſilica, Forum, ſedes eſt Iuſtitiæ. Panegyr. pag. 266. Palatium magnum Treverenſe, D. Ambroſ. S. Martin. & cap. II, in fine non incognitum, è lateribus nomina alicubi inſcriptis ædificatum, hodie *der Pallaſt*, domus eſt Archiepiſcopalis, ſub Francorum olim Regibus, & diu poſtea, Palatinorum Comitum ſedes. De quo, ut & de oppidulo & caſtro ſuburbano paullo infra *Treverim*, Palatio minore, hodie Palatiolo *Pfaltzell* dicto, nec non de ditione integra Pallentiæ utriuſque in diœceſi Treverica, à nobis plura commemorata ſunt Origg. Palat. Parte I, cap. II, & XI. Itemque ad Chronicon Bavariæ. Geminum huic ædificium in parte Templi majoris poſteriore, quæ ad chorum tendit. Vide Cratepol. p. 242. Horreum, in quo columnæ marmoreæ, fuſiles, nigræ & variæ, ſub Romanis & Francis exſtructum, Virginibus in *Horreo* per Dagobertum Regem, conceſſum, notat Cratepolius. Turres duæ rotundæ lateritiæ, olim forte (propter rivuli & fontis vicinitatem) thermæ fuerunt. Hodie *Altrpfort*. Pons Moſellæ Tacito pag. 607, & Straboni fol. 134 nominatus, cujus etiam Gregorius Turonenſis in S. Nicatio Treverenſi Archiepiſcopo meminit, is eſt, de quo ab Arnulfo Epiſcopo annulum in flumen conjectum Chron. Epiſcop. Metenſium recenſet, narrationi de Mercurii ſtatua in aëre pendula non multum abſimili fide. E Mole etiam (verbis Ligurini pag. 148 deſcribenda) quam arcum triumphalem putat Ortelius, Franci fecerunt Baſilicam, ut apparet ex picturis. De quo *Molium* genere eleganter Scaliger ad Auſonii Epiſt. II. Atque ex hujus Molis parte vicinam turrem Franci excitarunt. Vicinum autem ibi ambitum rotundum, Theatrum fuiſſe conjicio. Arenam certe ſervaſſe Treveros ſub Gioro Rege Vandalorum, Idacius pag. 659 annotat. Ponticuli etiam duo, alter rivum civitati immittens, alter prope portam novam *die Neuwpfortt* dictam, antiqui eſſe videntur. *Zum Thorn*, Francicum opus: cujuſmodi plures in Civitate, & in *Cuntzerbrugg*, qui Ortelio & aliis pons Saravi. Turres autem illæ quadratæ à Francis exſtructæ ſunt, ſumta materia à Romanis operibus ſolutis. quod lapides ſectiles in laterum morem diſpoſiti ſtriatique, & lateres illi loquuntur. In meo hoſpitio turri mediæ inſertum marmor erat, ingens fragmen, inverſum, litteras ignotas habens. Capita ſtatua-

mutatum inſerta parietibus, ſegmenta columnarum ſtriatarum, capitella, præ ædibus fere ſingulis privatorum, olim partes ædificiorum publicorum, nunc partim in uſum ſedilium mutarunt. Cæterum ſitus ipſe ob Moſellam etiam præterlabentem plane dignus Auguſta. Totumque tractum hunc à Romanis fuiſſe frequentatum, agger Romanus, via Caligulæ, itemque caſtra & oppida, Vitelliacum *Wittlich*, (ut Tolbiacum *Zülch*) Conſtantin-Engers, Neroberg, & alia arguunt. Adeo ut etiam ob antiquitatem altera Roma dicta videatur, quemadmodum eandem etiam fortunam experta eſt. Cujus antiquitatis ampliſſimum teſtimonium etiam eſt in hoc SOLODVRI Epigrammate:

Non eſt in Galliis Soloduro antiquior, unis
Exceptis Treveris, quorum ego dicta ſoror.

Alt-Trier autem vicus hodie ignobilis ad III ab urbe lapidem. Sed & Comitum Moſellæ, Annales Pithœi pag. 488, & Kyriander meminerunt, quemadmodum alii Moſellaniæ Ducum. Imo Comitatus in urbe Treverorum (*die Graffſchafft*) olim Comitis Palatii vel Palatini, qui Advocatus urbis erat (unde & alibi *Grapſchaft* oppoſita *Mundat*) plane fuit proprius. Stylus denique Trevirenſis Ab Incarnatione Domini ut ſtylus Gall. Bitur. ſignum præ ſe fert antiquitatis Francicæ. A quo etiam ævo *Cendner* Centenarius, Treveris, qui Coloniæ *der Dwalttrichter*, etiamnum remanet. *Quibus omnibus*, Exemplum Tabellæ illius Membraneæ in collegiata Eccleſia S. Paulini prope Treverim, è veteri manuſcripto Palatino viſum hic eſt ſubjungere: IN HAC CRYPTA *jacent corpora ſanctorum, ſecundum ſæculi dignitatem nobiliſſimorum, ſecundum Dei autem voluntatem Martyrum precioſorum. Nam Rictiovarus, Maximiani Imp. præfectus legionem Thebeam juſſu ipſius circumquaque perſecutus, hanc etiam urbem propter ipſos eſt ingreſſus. Quorum innumeros cum hic occidiſſet; hos quoque hujus civitatis Principes, fidei Chriſtianæ Confeſſores, cum ipſis occidit, quorum corpora hic circum circa ſunt collocata. In medio vero ipſorum* S. PAVLINI *clariſſimi Trevirorum Archiepiſcopi corpus eſt, ferreis catenis ſuſpenſum: quod ibi* S. FELIX *hujus ſedis Epiſcopus à Frigea* [Friſia, Phrygia] *totius regni viribus tranſlatum*, III *Idus Maji honorifice ſuſpendit: qui & iſtud Monaſterium in honorem S. Dei genetricis, nec non eorundem Martyrum conſtruxit. Nam propter horum Principum corpora, innumerabilia ejuſdem multitudinis corpora in hoc Monaſterio ſunt comprehenſa, quorum nomina ſicut innumerabilis populi & peregrini non potuerunt reperiri, excepto uno Ducis vocabulo, qui* TIRSVS *vocabatur, quorum hic videri poſſunt ſarcophaga, aureis litteris in hujus Crypta pariete conſcripta fuerunt, quæ inde devoti, qui tunc erant, Chriſtiani huc tranſtulerunt, quando Nortmannos hanc urbem, ſicut cæteras undique urbes, depopulaturos eſſe præſciverunt. Is ergo qui in dextro* S. PAVLINI *latere eſt repoſitus*, PALMATIVS *vocabatur, qui Conſul & Patritius toti huic civitati principabatur. In ſiniſtro autem latere ipſius qui jacet*, TIRSVS *vocabatur, cujus nomen ſolius de tanta multitudine ideo eſt notatum, quia ipſe ejuſdem legionis gerebat ducatum. Ad caput autem hujus* S. PAVLINI *ſeptem jacent hujus urbis Senatores nobiliſſimi, Martyrio cum ipſis Thebeis coronati: quorum medius vocatur* MAXENTIVS. *Iuxta quem dextrorſum qui jacet proximus, nomen habet* CONSTANTIVS, *poſt quem eſt* CRESCENTIVS, *poſtea* IVSTINVS. *In latere autem ſiniſtro Maxentii qui jacent, tres erant fratres germani: quorum major natu proximus Maxentio* LEANDER, *juxta quem* ALEXANDER, *poſtea* SOTER. *Ad pedes vero* S. PAVLINI *altrinſecus poſiti ſunt quatuor viri genere & virtute clariſſimi, qui licet tempore pacis occulte Chriſtum colo-*

colebant, tempore tamen perſecutionis aperte adeo & conſtanter fidem Chriſtianorum defendebant, adeo ipſi Rictiovarò in faciem reſiſtebant, quod eos quaſi ad exemplum aliorum diverſis tormentorum generibus multum afflictos tandem in præſentia ſua fecit decollari. Alter ergo duorum verſus Auſtrum poſitorum, interior ſcilicet HORMISDA, *exterior autem* PAPINIVS *vocatur: Alter autem eorum, quorum latera Aquilonem reſpiciunt, interior item* CONSTANS, *exterior* IOVIANVS *vocabatur. Ingreſſus eſt autem Treverim Rictiovarus quarto Nonas Octobris, & eadem die occidit Tirſum cum ſociis; ſequenti autem die Palmatium, cum aliis principibus civitatis; tertia vero die eadem exercuit in plebem ſexus utriuſque.* Huc uſque Msc. RICTIOVARVS *enim diffuſis per totum campum millibus, omnes præcepit interfici, & corpora eorum feris avibuſque devoranda relinqui. Ex his innumeris tanta multitudo ad littus Moſellæ juxta Capitolium martyrizata, ut ſanguinis rivuli defluentes in Moſellam aquæ permixti eam in ſuum colorem converterent uſque ad caſtrum quod* NVMAGO *dicitur, ut à naturali charitate remoto* (leg. claritate remota) *peregrino magis quam proprio colore rubeſcet*, &c. De hodierna vero TREVERIS dignitate tametſi neque pauca, neque multa ſcribere noſtri jam ſit inſtituti; pro more tamen ſtudioque noſtro, poſterorum memoriæ monumenta aliqua ſcitu digna prodendi cupido, annectere adhuc lubet eam Imperatoriarum (CAROLI IV.) litterarum partem, qua Conductuum & Foreſtarum jura atque privilegia Archiepiſcopo & Eccleſiæ Treverenſi his verbis confirmantur: IN NOMINE *Sanctæ & Individuæ Trinitatis, feliciter, Amen.* CAROLVS QVARTVS *divina favente clementia Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus, & Bohemiæ Rex, ad perpetuam rei memoriam*, &c. *Item eidem Archiepiſcopo, ſuis ſucceſſoribus, & Eccleſiæ Trevirenſi, Conductum & Iurisdictionem ſuper fluvium Moſella, una cum Strata ſuper alveum ejuſdem Moſellæ utrobique, quæ dicitur vulgariter* Leinpfadt, *à ripa dicta* Dilmerbach *prope villam* Remich *deſcenſive, uſque ad fluvium Rheni; nec non Conductum ſuper fluvium & alveum Rheni, à rivulo dicto* Duderbach *inter Brey & Renſe uſque ad ripam Nette prope Adernacum; prout præfatus Archiepiſcopus, ſuique prædeceſſores, & eorum Eccleſia Treverenſis, etiam hujuſmodi Conductus & Stratas hactenus habuerunt: Inſuper Conductus & Foreſtas in* Spurckenburgk *prope Monthabuer in Lyſura, Kyle, & Sare fluviis; nec non à fluvio dicto* die Brintz *uſque ad rivulum dictum Trone, intra, ſupra, infra & circa eos ſeu eas, cum eorum ſeu earum juribus, attinentiis & pertinentiis univerſis & ſingulis; quia prædictis Archiepiſcopo, ejus ſucceſſoribus & Eccleſiæ, hujuſmodi Conductus & Foreſta hucuſque ab antiquo adjudicati ſeu adjudicata fuerunt: Nec non Stratam ſuper Saram utrobique, quæ vulgariter dicitur* Leinpfadt, *à dicto fluvio* Brintz *deſcenſive uſque ad Moſellam: Approbamus, & tenore præſentium ex certa noſtra ſcientia confirmamus, & hujuſmodi eorum Conductus & Foreſtas, nec non alios eorum Conductus & Foreſtas, per terram aut per aquas, & quoſlibet eorum Conductus, cum eorum pertinentiis & attinentiis univerſis & ſingulis*, &c. *Datum Baccharach* A. MCCCLXXVI, *Indict.* XIV, II *Calendar. Iunii, Regnorum noſtrorum Ann.* XXX, *Imp. vero* XXII. *&c.*

AVSONIVS SYMMACHO S.

Latebat inter nugas meas libellus ignobilis: utinamque latuiſſet; [1] neque indicio ſuo, tanquam ſorex periret. Hunc ego quum, [2] velut gallinaceus Euclionis, ſitu chartei pulveris eruiſſem, excuſſum relegi: atque ut avidus fenerator, improbum nummum malui occupare, quam condere. Dein [3] cogitans mecum, non illud Catullianum,

Cui dono lepidum novum libellum:

ſed ἀμυσότερον, & verius,

Cui dono illepidum, rudem libellum:

non

1. *Neque indicio ſuo*] Neque ſe ipſe indicaſſet, & prodidiſſet. *Sorex ſuo indicio periit*, adagium apud Terentium in actu quincto Eunuchi. *Vinetus.*

2. *Velut gallinaceus Euclionis*] Gallus *Gallinaceus* in Plauti Aulularia: qui locum, ubi *Euclio* ollam auri plenam defoderat, occœperat ſcalpurire ungulis circum circa. *Vinet.*

3. *Cogitans mecum non illud Catullianum — ſed ἀμυσότερον*] Qui *Amaracoteron* emendaſſe videri volunt, quid hic ſignificaverint, non video, cum commodius (ſi quid immutandum videbatur *amargoteron* ſcribi debuerit. Eſt quidem μάργος Græcis inſanus, ignavus. ἀμαργότερον itaque hoc loco non inſanius, non ſegnius interpretandum, hoc eſt ſanius & verius, pro ἀμαρκότερον. mutuo enim c & g, quadam inter ſe cognatione eliduntur. Vt vel Plutarchus in Problematis tradit, ideoque certare γ cum κ Lucianus retulit in libello, cui δίκη φωνηέντων facit titulum. Sic *corytus* dicimus Latini arcus thecam, cum ſit γωρυτός. Neque audiendus quidam eſt, qui *goryton* ob id ubique emendandum admonet. Sic etiam infinita alia, & *cygnus, technopægnion*, & *crotopægnion* Auſonio. Nec non *Cripus* ternarii numeri pro *Griphus*. ut ſint nonnihil improbandi, qui Auſonii *Griphum* adducunt. quando & ille *cripus* maluerit, non ea tantum leniendæ vocis ratione, verum ingerendi quoque cogitationis materiam, fallendique jam dudum à veſtigio, atque adeo ab inſcriptione ipſa libelli perobſcuri, & in manifeſtis quoque referendis ſtudio difficultatis obnoxii. γρῖφος autem *tam rete, quam etiam difficilem obſcurumque ſermonem ſignificat, & qui paſſionem in ſe haud apparentem contineat*, ut Suidas admonet. & Iulius Pollux lib. IX inter conviviorum luſus τοὺς γρίφους refert; ſed & Athenæus. Quos intellexit Auſonius haud dubie, cum præſertim dicat, *ſuper menſam meam facta eſt invitatio.* & cætera ex eadem præf. pluſcula. *Sed ἀμυσότερον & verius magis.* magis arridebat, *at verius*, ut in præf. Monoſyll. *Sed in tenui labor, at non tenuis gloria.* Mariang. Accurſius.

3. *Sed ἀμυσότερον*] Græci ἄμυσον, cujus eſt hoc comparativum etiam in

Sym-

non diu quæſivi. Tu enim occurriſti : [3] *quem ego, ſi mihi poteſtas ſit ex omnibus deligendi, unum ſemper elegerim. Miſi itaque ad te* [4] *frivola gerris Siculis vaniora : ut quum agis nihil, hæc legas : & ne nihil agas, defendas. Igitur iſte nugator libellus, jam diu ſecreta quidem, ſed vulgi lectione laceratus,* [5] *perveniet tandem in manus tuas. Quem tu aut* [6] *ut Æſculapius, redintegrabis ad vitam :* [7] *aut ut Plato, juvante Vulcano, liberabis infamia, ſi pervenire non debet ad famam. Fuit autem ineptiolæ hujus iſta materia. In expeditione, quod tempus, ut ſcis, licentiæ militaris eſt, ſuper menſam meam facta eſt invitatio, non illa* [8] *de Rubrii convivio, ut Græco more biberetur ; ſed illa* [9] *de Flacci ecloga, in qua propter mediam noctem, & novam lunam, & Murenæ auguratum, ternos ter cyathos attonitus petit vates. Hunc locum de ternario numero illico noſtra illa poëtica ſcabies cœpit exſcalpere : cujus morbi quoniam facile contagium eſt, utinam ad te quoque prurigo commigret :* [10] *& fuco tuæ emendatio-*

Symmachi quarta ad Auſonium epiſtola, dicunt, quod eſt indoctum, inelegans. à Muſis alienum, ut pluribus diſſerit Eraſmus in adagiorum opere. Contrarium eſt μουσικόν, in Auſonii epiſtolarum undecima. Vetus autem Lugdunenſis codex hic multa prætermittebat, ſic habens: *Sed ἀμουσότερον. diu quæſivi.* In aliis verbum Græcum varie corruptum. *Vinetus.*

4. *Frivola gerris Siculis vaniora*] hoc eſt vaniſſima. Adagium exponit Eraſmus. Idem autem vetus liber *hæc* addebat, *hæc frivola.* Vinet.

5. *Perveniet*] Vetus Cod. *pervenit.* Mariang. Accurſius.

6. *Vt Æſculapius*] Apollinis filius, qui Hippolytum ab equis diſcerptum, revocavit in vitam. unde pro Hippolyto *Virbius* fuit dictus: quemadmodum etiam in præfatione in Centonem meminit Auſonius. *Vinetus.*

7. *Aut ut Plato*] Hic enim in adoleſcentia ſcripſerat amatoria, & alia poëmata: qui quum tragœdia certaturus eſſet, ante Dionyſiacum theatrum, Socrate audito, combuſſit poëmata, dicens,

Ἥφαιςε, πρόμολ᾽ ὧδε. Πλάτων νύ τι σεῖο χατίζει.

Diògenes Laërtius in vita Platonis. *Vinet.*

8. *De Rubrii convivio*] Hic ille *Rubrius*, de quo hæc inter alia Ciceronis verba ſunt in oratione in Verrem, quæ de Prætura urbana inſcribitur: *Tum Rubrius iſtius comites invitat. eos omnes Verres certiores facit, quid opus eſſet. Mature veniunt. diſcumbitur. fit ſermo inter eos, & invitatio, ut Græco more biberetur. Hoſpes hortatur. poſcunt majoribus poculis. Celebratur omnium ſermone lætitiaque convivium.* Vide Aſconium. *Vin.*

9. *De Flacci ecloga*] Horatii ode nonadecima libri tertii. *Idem.*

10. *Et fuco tuæ emendationis*] Vetus codex, *condemnationis* habet, non *emendationis.* Et ſane ſpongia damnatis equi naribus inviſiſque illiſa, impactaque fuerat, ad corrumpendum, non ad emendandum opus. fortuna tamen factum eſt, ut quota illa pars, pigmentorum adſperſione expreſſa, arti

dationis adjecto, [12] *impingas ſpongiam, quæ imperfectum opus equi male ſpumantis abſolvat. Ac ne me neſcias glorioſum, cœptos inter prandendum verſiculos ante cœnæ tempus abſolvi: hoc eſt, dum bibo, & paulo ante quam biberem. Sit ergo examen pro materia & tempore. Sed tu quoque hoc ipſum paulo* [13] *hilarior & dilutior lege. namque injurium eſt de poëta male ſobrio lectorem abſtemium judicare. Neque me fallit fore aliquem, qui hunc jocum noſtrum acutis naribus, & caperata fronte condemnet: negetque me omnia, quæ ad ternarium & novenarium numeros pertinent, attigiſſe. quem ego verum dicere fatebor; juſte, negabo. Quippe ſi bonus eſt, quæ omiſi, non oblita mihi, ſed præterita exiſtimet. dehinc qualiſcunque eſt, cogitet ſecum, quam multa de his non reperiſſet, ſi ipſe quæſiſſet. ſciat etiam me nec omnibus erutis uſum, & quibuſdam oblatis abuſum. Quam multa enim de ternario ſciens neglexi! tempora, & perſonas, gènera, & gradus,* [14] *novem naturalia metra cum trimetris, totam Grammaticam,*

artifici ſatiſfecerit, reliquiſque picturæ partibus eximie congruerit. Sic Auſonius à Symmacho depoſcere videtur, ut parte aliqua opuſculi non probata univerſum opus abſolvat. Hinc & ad Drepanium Pacatum ſcribit:

Et correcta magis, quam condemnata vocabo
Apponet docti qua mihi lima viri.

Erudite porro atque acriter hac *equi* ſimilitudine materiam opuſculi deprimit, ac rem non omnino maximam videri ſignificat, quæ ſic aut emendari, aut perfici potuerit. Idque ex M. Tullio elici, cognoſcique poſſe videtur in l de Divinat. *Aſperſa temere pigmenta in tabula oris lineamenta effingere poſſunt. Num etiam Veneris Coa pulchritudinem effingi poſſe aſperſione fortuita putas?* Mariang. Accurſius.

12. *Impingas ſpongiam*] Alludit ad hiſtoriam de pictore, quam refert Valerius Maximus libri octavi capite undecimo, Plinius libro triceſimo quinto, & Plutarchus de Fortuna. *Vinetus.*

13. *Hilarior & dilutior lege*] Ex vet. Cod. non *dulcior*. licet autem *dilutum* vinum, aqua mixtum ſignificetur, dilutum tamen convivam nonniſi mero madefactum, atque humidum notari crediderim. Nam & *madidum, madentemve* & *udum*, dici quoque ebrium, ſatis conſtat. Hinc illud in Plauti Pſeud.

Non vides tu me, ut madidus adeam.

hinc & Horatiana illa hypallage:

--- --- tamen uda Lyæo
Tempora populea fertur vinxiſſe corona.

Mariang. Accurſius.

13. *Hilarior & dilutior*] Sidonius Apollinaris in fine carm. XXII: *Ecce quoties tibi libuerit pateris capacioribus hilarare convivium, miſi quod inter ſcyphos & amyſtidas tuas legas. Subveneris verecundia mea, ſi in ſobrias aures iſta non venerint: nec injuria hoc, ac ſecus atque æquum eſt, flagito: quandoquidem Baccho meo judicium decemvirale paſſura tempeſtivius, quam convenit, tribunal erigitur.*

14. *Novem naturalia*] Id eſt *principalia, originalia, & primiformia*, ut appellant.

ticam, & Muſicam, libroſque Medicinæ, [15] *ter maximum Hermen,* [16] *& amatorem primum Philoſophiæ,* [17] *Varroniſque numeros, & quicquid prophanum vulgus* [18] *non ignorat. Poſtremo, quod facile eſt, quum ipſe multa invenerit, comparet ſe atque me, occupatum cum ocioſo, pranſum cum abſtemio, jocum & ludum meum, diligentiam & calumniam ſuam. Alius enim alio plura invenire poteſt: nemo omnia. Quod ſi alicui & obſcurus videbor: apud eum me ſic tuebere. Primum ejuſmodi* [19] *epyllia niſi vel obſcura ſint, nihil futura; deinde numerorum naturam non eſſe ſcirpum, ut ſine nodo ſint. Poſtremo, ſi etiam tibi obſcurus fuero, cui nihil neque non lectum eſt, neque non intellectum: tum vero ego beatus, quod affectavi, aſſequar, me ut requiras,* [20] *me deſideres, de me cogites. Vale.*

[1] GRI-

pellant. Illa tamen alii plura faciunt, alii pauciora. de quibus lege Terentianum, Victorinum, Diomedem, Servium. *Vinetus.*

15. *Ter maximus*] Τρισμέγιστον Ἑρμῆν, *Trimaximum Hermen*, Lugdunenſis liber. *Hermes* Aegyptius ſapiens fuit ante Pharaonem, Τρισμέγιστος, inquit Suidas, id eſt, *Termaximus* cognominatus, quod de Trinitate locutus ſit, in ea unam eſſe deitatem aſſerens. Alii *Termaximum* dictum volunt, quod maximus ſapiens, & rex, & ſacerdos eſſet. Hunc Cicero, tertio de natura Deorum, quinctum inter Mercurios numerat, & Lactantius ex Cicerone primo Inſtitutionum: qui in libro de ira Dei, Platone, Pythagora, ſeptemque illis Sapientibus longe antiquiorem facit. Neſcio, an ejus ſint, quæ Mercurii Triſmegiſti nomine Philoſophica circumferuntur. *Vinetus.*

16. *Et amatorem primum Philoſophiæ*] Primum omnium *Philoſophum* ſe ipſe appellavit Pythagoras. alii ante illum ſe σοφοὺς, id eſt, ſapientes, & doctos, Græci nuncupabant. Diogenes & alii. *Vinet.*

17. *Varroniſque numeros*] Interciderunt, quæ de *numeris* ſcripſerat Marcus Terentius *Varro*. Meminerunt Macrobius & Aulus Gellius. *Id.*

18. *Non ignorat*] Diſſimulare non potui, in duobus ſcriptis, nec non antiqua Vgoletti editione τὸ *non* deſiderari. quamquam verò vulgatæ lectionis ſenſus evidens ſit, negatio tamen haud incommode abeſſe poteſt. Quæ namque præcedunt, *profano vulgo* minus nota ſunt, *Numeri Varronis*, & *Pythagora, Hermetis Philoſophica, Medicina*, &c.

19. *Edyllia*] Legendum ex priſca ſcriptura *Epyllia*, non *Edyllia*. deinde: *Cui nihil neque non lectum eſt, neque non intellectum.* Scaliger.

19. *Ejuſmodi edyllia*] *Epyllia* libri membranei. Ita & poſt Centonem ad Paulum *edyllia* & *epyllia*. Quid *edyllium*, jam diximus in primum edyllium. Ἐπύλλιον diminutivum & ipſum ab ἔπος, quod verſum & carmen ſignificat. *Vinet.*

20. *Me deſideres*] Verba Phædriæ ad Thaidem, in primo actu Terentianæ Eunuchi. *Idem.*

1. Gry-

[1] GRIPHVS Ternarii numeri. Edyll. XI.

[2] TEr bibe, vel totiens ternos; ſic myſtica lex eſt,
Vel tria potanti, vel ter tria multiplicanti,

[3] Im-

1. *Gryphus*] Poëma hoc, quod ſubito calore effudit Auſonius, crucem fixit melioribus ævi noſtri Grammaticis: quamquam conatus omnium eluſit recondita, & velo ænigmatum ſummota doctrina. Nam Sylvius Ambianus nihil niſi triviali moneta percuſſit. Bonus Vinetus etiam in iis,quæ plana ſunt, diffidit: & quamvis in commentario ſecundo, quod poſt ejus mortem recoctum eſt, multa de noſtris lectionibus Auſonianis in ſuas diatribas tranſcripſerit, nihil tamen, quo doctioribus Auſonius familiarior fieret, expromſit. *Scaliger.*

1. *Griphus*] Franciſcus Silvius Ambianas eruditam in Auſonii Griphum *enodationem*, ut appellavit, Lutetiæ edidit me admodum puerulo, quem paullo pleniorem commentarium is adire poterit, cui noſter brevior viſus fuerit. Eſt autem γρῖφος, ſagena,rete piſcatorium,quod & aſpirata littera in tenuem mutata γρῖπος, dicitur,id eſt,*Gripus* in antiquis duobus libris, quibus uſus ſum, ut γριπεὺς, retia conſuentem, & piſcatorem ſignificat. Γρῖφον,etiam per metaphoram appellarunt ænigma, obſcuram intellectu ſolutuque difficilem quæſtionem, inter compotandum propoſitam, Heſychio, Suida, & Euſtathio auctoribus. Veteres enim illi Græci in ſympoſiis ſuis ſic faciebant. Quærebat quiſpiam non vulgare aliquid, plena vino patera in medio poſita: quod qui ſolviſſet, pateram epotabat. Si vero non potuiſſet ſolvere, tum is, qui propoſuerat, exhauriebat poculum. Sic certe Euſtathius in viceſimum ſecundum Odyſſeæ. at Heſychius victo eam multam irrogari ſolitam, ut ſive merum, ſive aqua eſſet, quod in patera haberetur, id totum ipſe biberet. Hoc itaque eſt *Griphus*. Et quod Plutarchus appellat αἴνιγμα, à piſcatoribus Homero in Ienſi litore propoſitum:

Ὅσσ' ἕλομεν λιπόμεσθα. ὅσ' οὐχ
ἕλομεν, φερόμεσθα,

hoc de pediculis, non de piſcibus quum intelligerent, id vocat *Griphum* Archias in epigrammate, quod exſtat libro tertiō Anthologiæ, capite εἰς ὄρνις:

Εἰ δ' ἰάλλεις, συγγνωστόν. ἐπεὶ καὶ κοί-
ρανος ὕμνων
Μαιονίδας γρίφοις ἰχθυβόλων ἔ-
θανεν. Vinetus.

1. *Griphus*] Explicat Suidas: Γρῖφος τὸ δίκτυον. λέγεται δὲ καὶ ὁ δύσκολος, καὶ ὁ συμπεπλεγμένος λόγος, ἢ ὁ ἔχων πάθος ἐν ἑαυτῷ μὴ φαινόμενον. Latini *Sirpos* olim vocitavere teſte Gellio lib. XII, cap. VI, quo nobis griphus proponitur necdum, quod ſciam, à quoquam recte, & ut oportuit, enodatus. atque eccum:

Semel minuſne,an bis minus,non ſat ſcio:
An utrumque eorum; ut quondam
audivi dicier,
Iovi ipſi Regi noluit concedere.

Terminum deſignari norunt omnes: ſed ænigmatis argutiam non perceperunt commentatores. Quod deprehenderim, viro debeo integerrimo, uxoris meæ patruo, Guilielmo *van Heemerden*; qui mihi apud ſe convivanti aliud quoddam propoſuit ſolvendum, haud illepidum:

Ter tria ſunt ſeptem:ſeptem ſex: ſex tria
tantum;
Et bene ſi numeres bis duo ſex faciunt.

 Hinc

3 Imparibus novies ternis contexere cœbum.
Iuris idem tribus eſt, quod ter tribus. 4 omnia in iſtis :
Forma

Hinc oborta de Gelliano Gripho ſuſpicio fuit : in quo nihil mutandum. nam Barthii conjectura mera fallacia eſt. Ergo *ſemel minus* non eſt, neque *bis minus* : & ut dubitet, an *utrumque eorum* ſit, ænigmatis natura poſcit, quod niſi obſcuritate veletur, ænigma non eſt. *Vtrumque* igitur eſt; nempe *ſemel* & *bis* faciunt *ter* ; hinc ex *ſemel minus* & *bis minus* fit *terminus* deus. Sed ut ad rem : non viri tantum, ſed & mulieres hiſce jocis ſemet in conviviis delectarunt. Auctor Plutarchus lib. VIII ſympoſiac. probl. 1. Οὐ φαύλως ἂν καὶ παρ' ἡμῖν ἐν τοῖς Ἀγριωνίοις τὸν Διόνυσον αἱ Γυναῖκες ὡς ἀποδεδρακότα ζητοῦσιν. εἶτα παύονται, καὶ λέγουσιν, ὅτι πρὸς τὰς Μούσας καταπέφυγε, καὶ κέκρυπται παρ' ἐκείναις· μετ' ὀλίγον δὲ, τοῦ δείπνου τέλος ἔχοντες, αἰνίγματα καὶ γρίφους ἀλλήλοις προβάλλουσι.

2. *Ter bibe*] Noli dubitare, hoſce tres primores verſiculos uno ſpiritu tranſmittendos. Sed cave ſis lector, ne tibi imponatur. Græcum eſt, ἢ τρεῖς, ἢ τρεῖς τρία. Idem valebat, ἢ τρία πῖνε, ἢ μὴ τέτταρα. Nam aut τρία ſimpliciter, aut *ter tria*. Auſonius putavit *ter tria* eſſe *cubum*, quod in aliis poſtea agnoſces, non in hoc loco tantum. Cujus legis, ſeu cautionis Græculæ, ut vocat Plautus, meminit Petronius his verbis : *Excuſare cœpit moram : quod amica ſe non dimiſiſſet, tribus niſi potionibus è lege ſiccatis.* Scaliger.

2. *Ter bibe*] Horatius ode. XIX, lib. III:

Da lunæ propere novæ,
Da noctis mediæ : da, puer, auguris
Murenæ. tribus aut novem
Miſcentur cyathis pocula commodis.
Qui Muſas amat impares
Ternos ter cyathos attonitus petet
Vates. treis prohibet ſupra
Rixarum metuens tangere Gratia
Nudis juncta ſororibus.

Ad quem plura Lambinus : quem virum quod adeo acerbe tractaverint plurimi, quum fuerit inſigniter doctus, & de rep. literaria præter ceteros bene meritus, invidiæ adſigno, cauſſam non video. Sed hæc obiter.

3. *Imparibus ternis*] Videretur intelligi de *cubo*, id eſt, de ter novem. ſed non ita eſt, tum quia non *ter novies*, aut *ter tria ter*, ſed *ter tria* tantum potare lex magiſterii ſympoſiaci jubebat : tum etiam quia ipſe, quid velit, interpretatur : *Iuris idem tribus eſt, quod ter tribus.* Scalig.

3. *Imparibus novies*] Ita legendum. tres enim atque novem *impares* dicuntur numeri. *Cubus* autem viginti ac ſeptem, tam triade, quam ennade, hoc eſt, tam ternario, quam novenario numero contexitur ac conficitur. nam tres terni ter, ſeptem ac viginti numerum faciunt, *cubus*que dicitur. Ludens igitur poëta, tam ter bibere, quam novies licere ad modeſtiam affirmat. quando pari quoque jure tres ac novem cubum conſtruant. Cæterum antiquitatis ſtudio non cubum, quod jam paſſim immutarunt, ſed *Cœbum* ſcriptum ab Auſonio putandum eſt. ut *Mœrus* pro *Murus*, *punio*, *pœnio* ; & quod in vetuſtis operibus urbis Romæ adhuc exſtat, *faciundum cœravit*. Mariang. Accurſius.

4. *Omnia in iſtis*] Caſtigandum,

---- ---- *Omnis in iſtis*
Forma hominis cœpit, plenique exactio partus.

Nam plane vetus liber, quo uſus ſum habebat, *cœpit* : non ut vulgo *cœpti*. *Omnis* ἑλληνίζει. παντὸς pro ὅλου· ſic πᾶσα Κελτικὴ Straboni, id eſt, ὅλη. Cæſar initio : *Omnis Gallia diviſa eſt in tres partes*, id eſt, tota Gallia. Omnis vel totius hominis forma initium habet

Forma hominis cœpti, plenique exactio partus,
[5] Quique novem novies fati tenet ultima finis.
Tris Ope progeniti fratres, [6] tris ordine partæ
Veſta, Ceres, & Iuno, [7] ſecus muliebre ſorores.

[8] Inde

habet in his ad exactum uſque partum. *Novem* enim menſes uterum geſtat mulier. *Scaliger.*

4. *Omnia in iſtis*] Sequutus ſum optimi libri ſcripturam, quam alii non recte perſpexiſſe videntur. *Formam* tamen *cœpti hominis* ſeptimo die abſolvi tradidit Hippocrates περὶ αἰῶνος, ſeque id abortu meretricum conceptum perdentium didiciſſe. Τὸ γὰρ ἐκπίπτον, inquit, ὥσπερ σπέρμα ἐς ὕδωρ ἐμβαλὼν, σκεπτόμενος ἐν τῷ ὕδατι, διάρθρωσιν ἔχειν πάντα μέλεα, καὶ τῶν ὀφθαλμῶν τοὺς χώρους, καὶ τὰ ὦτα, καὶ τὰ γυῖα. & quæ ſequuntur. Plenior vero conformatio maſculi trigeſimo, femellæ quadrageſimo ſecundo fit, ut idem de Natura pueri docet; quem numerum ter denum, vel ter quaterdenum, ab noſtro denotari crediderim. Vide Galenum de format. fœt. c. 8, 9, 10. de *pleni* quoque *partus exactione* plura noſter in carmine de ratione puerperii. Quod *octogeſimum primum* annum attinet, qui quaſi terminus humanæ vitæ ab Auſonio ſtatuitur, juxta Platonicam ætatis graduum definitionem id ab illo dictum eſt, ſed veritati minime congruum. Verius Iſidorus: *ſexta ætas eſt ſenectus, quæ nullo annorum tempore finitur.* plura de his Cenſorinus lib. de die natali, c. XIV.

5. *Quique novem novies*] ita leges, non ut hodie ex correctione Fr. Silvii, *Quenque novem.* Omnia, inquit Auſonius, conſummationis, ac perfectionis ſuæ momenta cœpit in hoc numero tum forma βρέφους in ipſo utero ad ipſum uſque partum: tum etiam vitæ ipſius humanæ finis. Sane hic locus male acceptus erat ab illo interprete, cujus Commentarius, dum hæc ſcriberem, in manus meas incidit. *Scaliger.*

6. *Tres ordine parcæ*] Mendoſa hæc. lege:

---- *Tres ordine partæ*
Veſta, Ceres, & Iuno, ſecus mulriebre,
ſorores.

Tres, inquit, *progeniti fratres,* Iupiter, Neptunus, Dis pater. Totidem natæ ſorores ordine, &c. *ſecus* erat in noſtro libro. ita lege. *Parcæ* vitioſum: nam de iſtis poſtea. *Scalig.*

6. *Tres ordine parcæ*] Quanquam numerus in Parcis arrideat, antiqua tamen ſuaque lectio eſt *partæ.* refertur enim ad Veſtam, Cererem, & Iunonem, quas vocat *mulriebre decus,* id eſt, fœminei ſexus decus. *Parrhaſius.*

6. *Tres ordine parcæ*] Vetus liber, *partæ.* veriſſima Parrhaſii opinio eſt, *partæ* reſtituentis. quid enim magis ſibi congruit, quam *tres ope progeniti fratres, & tres ordine* Ope *partæ ſorores?* ſed parcant nobis infernales Deæ, quod cœleſtes ſibi anteferantur. utpote quæ mox recenſebuntur cum tribus Gratiis.

7. *Secus mulriebre ſorores*] Probo hanc lectionem. Nam *ſecus* eſt ſexus. Sic in Technopægnio legendum:

Nota Caledoniis nuribus mulriebre ſecus ſtrix. Scaliger.

7. *Secus*] Sic & MSS Codices habent; antea, vel *ſexus* legebatur, vel *decus.* Eſt id autem, ut Soſipater exiſtimat, neutri generis nomen. unde & Saluſtius *Virile ſecus* dixit, hoc eſt, *Virilis ſexus.* Quod per omnes caſus forma integra declinetur. Affectaſſe denique Auſon. hanc vocem, minus ſane omnibus intellectam, potius quam *Sexus,* argumento eſt imprimis, quod præfatus idem eſt, ejuſmodi edyllia niſi vel obſcura ſint, nihil futura. *Mariang. Accurſius.*

 8. *Inde*

[3] Imparibus novies ternis contexere cœbum.
Iuris idem tribus eſt, quod ter tribus. [4] omnia in iſtis:
Forma

Hinc oborta de Gelliano Gripho ſuſpicio fuit: in quo nihil mutandum. nam Barthii conjectura mera fallacia eſt. Ergo *ſemel minus* non eſt, neque *bis minus:* & ut dubitet, an *utrumque eorum* ſit, ænigmatis natura poſcit, quod niſi obſcuritate veletur, ænigma non eſt: *Vtrumque* igitur eſt; nempe *ſemel* & *bis* faciunt *ter*; hinc ex *ſemel minus* & *bis minus* fit *terminus* deus. Sed ut ad rem: non viri tantum, ſed & mulieres hiſce jocis ſemet in conviviis delectarunt. Auctor Plutarchus lib. VIII ſympoſiac. probl. 1. Οὐ φαύλως οὖν καὶ παρ' ἡμῖν ἐν τοῖς Ἀγριωνίοις τὸν Διόνυσον αἱ γυναῖκες ὡς ἀποδεδρακότα ζητοῦσιν. εἶτα παύονται, καὶ λέγουσιν, ὅτι πρὸς τὰς Μούσας καταπέφευγε, καὶ κέκρυπται παρ' ἐκείναις· μετ' ὀλίγον δὲ, τοῦ δείπνου τέλος ἔχοντος, αἰνίγματα καὶ γρίφους ἀλλήλοις προβάλλουσι.

2. *Ter bibe*] Noli dubitare, hoſce tres primores verſiculos uno ſpiritu tranſmittendos. Sed cave ſis lector, ne tibi imponatur. Græcum eſt, ἢ τρὶς, ἢ τρὶς τρία. Idem valebat, ἢ τρία πῖνε, ἢ μὴ τέτταρα. Nam aut τρία ſimpliciter, aut *ter tria*. Auſonius putavit *ter tria* eſſe *cubum*, quod in aliis poſtea agnoſces, non in hoc loco tantum. Cujus legis, ſeu cautionis Græculæ, ut vocat Plautus, meminit Petronius his verbis: *Excuſare cœpit moram: quod amica ſe non dimiſiſſet, tribus niſi potionibus è lege ſiccatis.* Scaliger.

2. *Ter bibe*] Horatius ode. XIX, lib. III:

Da lunæ propere novæ,
Da noctis mediæ: da, puer, auguris
Murenæ. tribus aut novem
Miſcentur cyathis pocula commodis.
Qui Muſas amat impares
Ternos ter cyathos attonitus petet
Vates. treis prohibet ſupra
Rixarum metuens tangere Gratia
Nudis juncta ſororibus.

Ad quem plura Lambinus: quem virum quod adeo acerbe tractaverint plurimi, quum fuerit inſigniter doctus, & de rep. literaria præter ceteros bene meritus, invidiæ adſigno, cauſſam non video. Sed hæc obiter.

3. *Imparibus ternis*] Videretur intelligi de *cubo*, id eſt, de ter novem. ſed non ita eſt, tum quia non *ter novies*, aut *ter tria ter*, ſed *ter tria* tantum potare lex magiſterii ſympoſiaci jubebat: tum etiam quia ipſe, quid velit, interpretatur: *Iuris idem tribus eſt, quod ter tribus.* Scalig.

3. *Imparibus novies*] Ita legendum. tres enim atque novem *impares* dicuntur numeri. *Cubus* autem viginti ac ſeptem, tam triade, quam ennade, hoc eſt, tam ternario, quam novenario numero contexitur ac conficitur. nam tres terni ter, ſeptem ac viginti numerum faciunt, *cubus*que dicitur. Ludens igitur poëta, tam ter bibere, quam novies licere ad modeſtiam affirmat. quando pari quoque jure tres ac novem cubum conſtruant. Cæterum antiquitatis ſtudio non cubum, quod jam paſſim immutarunt, ſed *Cœbum* ſcriptum ab Auſonio putandum eſt. ut *Mœrus* pro *Murus*, *punio*, *pœnio*; & quod in vetuſtis operibus urbis Romæ adhuc exſtat, *faciundum cœravit.* Mariang. Accurſius.

4. *Omnia in iſtis*] Caſtigandum,

—— ---- *Omnis in iſtis*
Forma hominis cœpit, plenique exactio partus.

Nam plane vetus liber, quo uſus ſum habebat, *cœpit*: non ut vulgo *cœpi*. *Omnis* ἑλληνιστὶ παντὸς pro ὅλου· ſic πᾶσα Κελτικὴ Straboni, id eſt, ὅλη. Cæſar initio: *Omnis Gallia diviſa eſt in tres partes*, id eſt, tota Gallia. Omnis vel totius hominis forma initium habet

Forma hominis cœpti, plenique exactio partus,
[5] Quique novem novies fati tenet ultima finis.
Tris Ope progeniti fratres, [6] tris ordine partæ
Veſta, Ceres, & Iuno, [7] ſecus muliebre ſorores.

[8] Inde

habet in his ad exactum uſque partum. *Novem* enim menſes uterum geſtat mulier. *Scaliger.*

4. *Omnia in iſtis*] Sequutus ſum optimi libri ſcripturam, quam alii non recte perſpexiſſe videntur. *Formam* tamen *cœpti hominis* ſeptimo die abſolvi tradidit Hippocrates περὶ αἰῶνος, ſeque id abortu meretricum conceptum perdentium didiciſſe. Τὸ γὰρ ἐκπεσὸν, inquit, ὥσπερ σπέρμα ἐς ὕδωρ ἐμβαλὼν, σκεπτόμενος ἐν τῷ ὕδατι, ἀκριβῶς εἶχεν πάντα μέλεα, καὶ τῶν ὀφθαλμῶν τὰς χώρας, καὶ τὰ οὔατα, καὶ τὰ γυῖα. & quæ ſequuntur. Plenior vero conformatio maſculi trigeſimo, femellæ quadrageſimo ſecundo fit, ut idem de Natura pueri docet; quem numerum ter denum, vel ter quaterdenum, ab noſtro denotari crediderim. Vide Galenum de format. fœt. c. 8, 9, 10. de *pleni* quoque *partus exactione* plura noſter in carmine de ratione puerperii. Quod *octogeſimum primum* annum attinet, qui quaſi terminus humanæ vitæ ab Auſonio ſtatuitur, juxta Platonicam ætatis graduum definitionem id ab illo dictum eſt, ſed veritati minime congruum. Verius Iſidorus: *ſexta ætas eſt ſenectus, quæ nullo annorum tempore finitur.* plura de his Cenſorinus lib. de die natali, c. XIV.

5. *Quique novem novies*] ita leges, non ut hodie ex correctione Fr. Silvii, *Quenque novem.* Omnia, inquit Auſonius, cònſummationis, ac perfectionis ſuæ momenta cœpit in hoc numero tum forma βρέφους in ipſo utero ad ipſum uſque partum: tum etiam vitæ ipſius humanæ finis. Sane hic locus male acceptus erat ab illo interprete, cujus Commentarius, dum hæc ſcriberem, in manus meas incidit. *Scaliger.*

6. *Tres ordine parcæ*] Mendoſa hæc. lege:

---- Tres ordine partæ
Veſta, Ceres, & Iuno, ſecus muliebre, ſorores.

Tres, inquit, *progeniti fratres*, Iupiter, Neptunus, Dis pater. Totidem natæ ſorores ordine, &c. *ſecus* erat in noſtro libro. ita lege. *Parcæ* vitioſum: nam de iſtis poſtea. *Scalig.*

6. *Tres ordine parcæ*] Quanquam numerus in Parcis arrideat, antiqua tamen ſuaque lectio eſt *partæ.* refertur enim ad Veſtam, Cererem, & Iunonem, quas vocat *muliebre decus*, id eſt, fœminei ſexus decus. *Parrhaſius.*

6. *Tres ordine parcæ*] Vetus liber, *partu.* veriſſima Parrhaſii opinio eſt, *partæ* reſtituentis. quid enim magis ſibi congruit, quam *tres ope progeniti fratres,* & *tres ordine* Ope *partæ ſorores?* ſed parcant nobis infernales Deæ, quod cœleſtes ſibi anteferantur. utpote quæ mox recenſebuntur cum tribus Gratiis.

7. *Secus muliebre ſorores*] Probo hanc lectionem. Nam *ſecus* eſt ſexus. Sic in Technopægnio legendum:

Nota Caledoniis nuribus muliebre ſecus ſtrix. Scaliger.

7. *Secus*] Sic & MSS Codices habent; antea, vel *ſexus* legebatur, vel *decus.* Eſt id autem, ut Soſipater exiſtimat, neutri generis nomen. unde & Saluſtius *Virile ſecus* dixit, hoc eſt, *Virilis ſexus.* Quod per omnes caſus forma integra declinetur. Affectaſſe denique Auſon. hanc vocem, minus ſane omnibus intellectam, potius quam *Sexus*, argumento eſt imprimis, quod præfatus idem eſt, ejuſmodi edyllia niſi vel obſcura ſint, nihil futura. *Mariang. Accurſius.*

8. *Inde*

[8] Inde triſulca Iovis ſunt fulmina. [9] Cerberus inde.
Inde Tridens: triplexque Helenes cum fratribus ovum.
Ter nova Neſtoreos implevit purpura fuſos.
Et toties terno cornix vivacior ævo.
[10] Quam novies terni glomerantem ſæcula tractus
[11] Vincunt æripedes ter terno Neſtore cervi,
Tris quorum ætates ſuperat Phœbeïus oſcen,
Quem novies ſenior Gangeticus anteit ales,
Ales cinnameo [12] radiatus tempora nido.

[13] Ter-

8. *Inde triſulca Iovis*] Servius ad illum Virgilii verſum: Numero Deus impare gaudet: *Aut quemcumque ſuperorum juxta Pythagoreos, qui ternarium numerum perfectum ſummo Deo aſſignant, à quo initium, & medium, & finis eſt; aut revera Hecaten dicit; cujus triplex poteſtas eſſe perhibetur.* *Vnde eſt*, tria Virginis ora Dianæ. *quamvis omnium prope deorum poteſtas triplici ſigno oſtendatur: ut Iovis trifidum fulmen, Neptuni tridens; Plutonis canis triceps. Apollo, idem Sol, idem Liber. vel quod omnia ternario numero continentur, ut Parcæ, Furiæ, Hercules etiam trinoctio conceptus, Muſæ terna.*

9. *Cerberus inde*] Cur ille triceps ſit, explicat Porphyrius apud Theodoretum ſerm. III, de Gr. affect. curatione: καὶ τούτων σύμβολόν ἐστι ὁ τρικάρηνος κύων, τουτέστιν, ὁ ἐν τοῖς τρισὶ στοιχείοις ὕδατι, γῇ, ἀέρι πονηρὸς δαίμων· ὃς καθυπαιτάξ ὁ θεὸς (Σάραπις) ἔχων ὑποχείριον· ἄρχει δὲ αὐτῶν καὶ Ἑκάτη, ὡς συνέχουσα κατὰ τὸ τρίστοιχον. Mox pro *Helenes*, legunt membranæ optimæ, *Helena*.

10. *Quam novies terni*] Hoc eſt, quam *cornicem*, ſi viveret triplo tantum quantum vivere ſolet, hoc eſt 27 ſecula, (vivit enim novem) ſuperaret tertia parte *cervus*. *Cornix* vivit novem ſecula: triplum ſunt XXVII: quibus ſi trientem adjeceris, id eſt IX ſecula, ſeu *terternum Neſtora*, ea fuerit *cervi* vita. vivit enim XXXVI ſecula. *Scaliger.* reſpice Eid. XVIII.

11. *Vincunt æripedes*] Quod Virgilius ait,

Fixerit æripedem cervam licet:

dixit ex Græcorum fabulis, qui eam *cervam* vocant χαλκόποδα, quia talem revera eam cervam fingunt fuiſſe Poëtæ. perperam igitur nonnullos Grammaticos etiam veteres interpretatos eſſe *æripedem*, ἀερσίποδα, aut ἀερίποδα. At vides hic Auſonium perpetuum epithetum id *cervis* attribuere, ut hic nullus ad fabulas Græcorum perfugio ſit locus, cum ait:

Vincunt æripedes ter terno Neſtore cervi.

Sed Grammatici noſtri temporis, qui hæc notarunt, non raro nugantur. omnes cervos poëtæ χαλκόποδας dicunt: neque tantum cervos, ſed omnia, quibus celeritas attribuitur. Quare recte Heſychius χαλκόποδας interpretatur ἰσχυρόποδας, & poëta Tragicus χαλκόπουν Ἐριννὺν vocavit. quod interpres exponit, στερεὰν καὶ ἀκοπίαστον ἐν τῷ ἐπιέναι κατὰ τῶν φονέων. Scalig.

12. *Radiatus tempora nido*] Quid eſt *radiatus nido?* Burdigalenſis ille, ſi reviviſcat non agnoſcat ſuum. Legendum *nimbo*. *Nimbum* vocabant, quam aliter ſparſionem croci theatralem. Collum & caput phœnicis rutilante fulgoris rubro veluti aſperſum indicat. *Idem.* Vulgatam lectionem

[13] Tergemina eſt Hecate, [14] tria virginis ora Dianæ.
Tris Charites. [15] tria Fata. [16] triplex vox.* [17] trina elementa.
[18] Tris in Trinacria Siredones; [19] omnia terna:
[20] Tris

nem tuetur Aleander in Tabulam Marmoream, nec non Salmaſius ad Solinum.

13. *Tergemina eſt Hecate*] Ex quarto Æneidos. Cælius Rhodiginus de hac multa. *Vinetus.*

14. *Tria virginis ora Dianæ*] Vnde τρίμορφος Græcis, & τρίγλη ipſi ſacra teſte Phurnuto, & Apollodoro apud Athenæum lib. VII. Ovid. lib. I Faſtorum:

Ora vides Hecates in tres vergentia partes.

adi porro Martian. Capellam lib. II. Servium ad Æn. IV. Theodoretum pag. 47 de Græc. Affect. curatione, Phurnutum, Porphyrium, Apulejum, Schol. Theocriti ad Eidyll. II, Minutium in Octavio. de Charitibus Seneca l. I, de Benef. c. III.

15. *Tria fata*] Tres Parcæ, *Fata* etiam appellantur Fulgentio in Mythologicis. *Vinetus.*

15. *Tria fata*] Apulejus de Mundo: *Sed tria Fata ſunt: numerus cum ratione temporis faciens, ſi poteſtatem earum ad ejuſdem ſimilitudinem temporis referas: Nam quod in fuſo perfectum eſt, præteriti temporis habet ſpeciem: & quod torquetur in digitis, momenti præſentis indicat ſpatia: & quod nondum ex colo tractum eſt, ſubactumque cura digitorum, id futuri & conſequentis ſæculi poſteriora videtur oſtendere*, &c. Adi Iſidorum lib. VIII, cap. ult. A. Gellium lib. III, cap. 16. Theodoretum de Cur. Græc. affect. ſermone VI, Plutarchum Sympoſ. lib. 9, qu. 14. Phurnutum de natura Deorum, & reliq.

16. *Triplex vox*] Acuta, gravis, media, ut *triplex accentus* apud Grammaticos. *Vinetus.*

17. *Trina elementa*] Alii libri, *terna idem.* Quæ autem *elementa* vulgo appellantur, hæc quatuor eſſe confirmat Ariſtoteles in libris de cælo, Terram, Aquam, Aërem, Ignem. Quidam tria tantum agnoſcunt. Ignem ſuſtulerunt. In quibus eſt Laurentius Valla primo de Dialectica. *Vinet.*

18. *Tres in Trinacria*] Memini in veteri libro me illum verſum ita legere:

Tres in Trinacria Siredones. omina trina.

Ergo quas alii Σειρῆνας, ipſe Σειρηδόνας vocat. Et vera eſt illa lectio. Alioqui enim inconcinna erat. Dictæ enim ſine dubio Σειρηδόνες quaſi σειρηδόνες. Amplector etiam, *Omina trina.* Ominandi ſcientia à veterum ſuperſtitione diligenter culta fuit, quam κληδονιστικὴν vocabant. Quod Auſonius ait ejus tres ſpecies eſſe, non dubito, quin hæ fuerint: πταρμὸς, παλμὸς & tinnitus auris. De ſternutatione multi, ut Propertius:

Aridus argutum ſternuit omen Amor.

Cujus ominationis ſollicitudinem quum deprecabantur Græci, dicebant Ζεῦ σῶσον: In epigrammate:

--- --- ἠδὲ λέγει, Ζεῦ
Σῶσον, ὅταν πταρῇ. ---

De palpitatione autem Theocritus: ἅλλεται ὀφθαλμός μευ ὁ δεξιός, ἦ ῥά γ' ἰδησῶ αὐτάν; Plautus: *ſupercilium mihi ſalit.* Vnde Saliſſatio παλμὸς dicitur à veteri Gloſſario. Suidas: Παλμικὸν οἰώνισμα, ὅπερ συνέγραψε Ποσειδώνιος, οἷον, ἐὰν πάλληται ὁ δεξιὸς ὀφθαλμὸς, τόδε σημαίνει. Rabanus: *Saliſſatores vocati ſunt, quia dum eis membrorum quæcumque ſalierint, aliquid ſibi exinde proſperum ſeu triſte ſignificari prædicunt.* De tinnitu auris Plinius, & Epigrammatum Græcanicorum liber ſeptimus meminerunt.

 Et

20 Tris volucres, tris ſemideæ, tris ſemipuellæ:

21 Ter

Et ΠΟΛΛΗΣ ſcripſit ἐνόδιον αἰνιγμα. ſed & elegans illud vetuſtiſſimi poëtæ Epigramma, quod nos primi publicavimus:

Garrula quid totis reſonas mihi noctibus Auris?
Neſcio quem dicis nunc meminiſſe mei.
Hic quis ſit, quæris? reſonant tibi noctibus aures,
Et reſonant totis Delia te loquitur.
Non dubie loquitur me Delia, mollior aura
Venit, & exili murmure dulce fremit.
Delia non aliter ſecreta ſilentia noctis,
Summiſſa, ac tenui rumpere voce ſolet.

Scaliger. Nunquam lego hoc lepidiſſimum carmen, quin alterum mihi diſtichon parum videatur emendatum. Veram namque lectionem ſemper arbitratus ſum:

Hic quis ſit, quæris? reſonat mihi noctibus auris
Et reſonat totis, Delia te loquitur.

Ipſe ſibi reſpondet poëta quum interrogaſſet aurem: & ita quidem, ut conjecturam ſuam minime fallacem eſſe videri velit.

18. *Tres in Trinacria Sirenes*] Parthenope, Ligia, Leucoſia, tres Sirenes in mari Siciliæ, quæ *Trinacria*. Ioannes Tzetzes hiſtoria quartadecima. *Vinetus.*

18. *Tres in Trinacria Siredones*] Omnino ſcribendum, *Sirenides*. Scopuli ſunt, ſive petræ, quas inhabitaverunt Sirenes. Sic appellatas fuiſſe has inſulas teſtantur cum alii, tum præcipue Servius, agens de Sirenibus: *Hu reſponſum erat, tamdiu eas victuras, quamdiu cantantes eas nemo eſſet prætervectus. Quibus fatalis fuit Vlyſſes. Aſtutia enim ſua cum prænavigaſſet ſcopulos, in quibus commorabantur, præcipitaverunt ſe in mare. A quibus locus Sirenides appellatur, qui eſt inter Siciliam & Italiam.* Iſ. Voſſius.

18. *Tres in Trinacria*] Vide Iſidor. lib. xi, cap. ult. D. Auguſtinum in Dialogis p. 76, Schol. Lycophron. p. 116, Sidonium Apollinarem carm. x. *Siredones* autem potius, quam *Sirenides*, ſalvo Viri Incomparabilis judicio, legendum exiſtimo. non tamen Σειρηδόνες, quaſi σειρῳδόντες dictas eſſe arbitror, uti Scalig. cenſet: verum potius ſicut à κλέος fit κληδὼν, ita quoque à σειρὸς σειρηδὼν formari, non ſecus ac Σειρήν. Sic derivatur ab ἄλγος, ἀλγηδὼν; ab ἄος, ἀηδὼν; (quod malo, quam ab ἀεὶ & ᾄδω. hinc enim ἀειδὼν ſcribendum eſſet) ab ἄνθος, ἀνθηδὼν, apis; à φάγος, φαγηδὼν, cujus femininum φαγήδαινα, morbus medicis cognitiſſimus.

19. *Et omnia trina*] Nam Sirenes ſunt *tres volucres*, quæ partem inferiorem Gallinaceam habebant, inquit Hyginus, & alas, ut vult Ovidius quincto Metamorphoſeon. Sunt etiam *tres Semideæ*, & *tres ſemipuellæ*, & in earum fabula ad ternarium numerum alia ſpectantia. Vetus tamen codex habebat, *omina terna*: & ita ſe Silvius in quibuſdam exemplaribus reperiſſe quoque monuit: ſed mendum eſſe putavit, quod ſic à præcedentibus ſequentia disjungerentur, quum totus hic verſus atque tres inſequentes de iiſdem ſint Sirenibus. Verum quid verbi eſt *Siredones*, quod pro *Sirenes* hoc modo habuit idem exemplar?

Tresintrinacriaſiredonesominaterna. Vinetus.

19. *Omnia terna*] Recte ſe habet vulgata lectio, neque immutanda eſt. *Omnia terna*, id eſt, nihil in *Sirenibus* eſt, quod non ſit *ternum*. mox enumerat. Sic ſupra, *omnia in iſtis:*

Forma hominis cœpti, plenique exactio partus, &c.

20. *Tres volucres*] Cogor hanc fabulam exponere, quia Fr. Silvius, qui in hanc Eclogam Commentarium

[21] Ter tribus ad palmam juſſæ certare Camœnis,
[22] Ore, manu, flatu: buxo, fide, voce canentes.
[23] Tris ſophiæ partes. tria Punica bella. trimeſtres
Annorum cœlique vices: noctiſque per umbram
[24] Tergemini vigiles. [25] ter clara inſtantis eoi
Signa

rium immanem, & verboſum reliquit, nihil, quod ad rem faciat, in hunc locum ſcripſit. ſed omnia ſunt ægrorum ſomnia, ac meræ nugæ. Auſonius intelligit de certamine *Sirenum* cum Muſis commiſſo ad Ἄπτερα oppidum Cretæ. Inter ipſum oppidum Ἄπτερα, & mare, locus fuit, cui nomen Μουσεῖον: quia in eo contenderunt Muſæ cum Sirenibus de cantu. Sirenes victæ, doloris impatientes, alas ab humeris ſuis removerunt, atque abjecerunt, & in mare ſeſe præcipites dederunt. Vnde à pennarum amiſſione oppido nomen ἄπτερα. Hinc vides *tres volucres* eſſe *Sirenes* ipſas. *Scaliger.*

21. *Ter tribus Camœnis*] Cum *novem Muſis* Sirenas dicunt à Iunone perſuaſas, cantu certaviſſe, Muſaſque, quum viciſſent, Sirenibus evulſiſſe alas, & ex eis ſibi coronas feciſſe. Auctor Pauſanias in Bœoticis, & Stephanus in verbo Ἄπτερα. *Vinetus.*

22. *Ore*] voce; *manu*, fide; *flatu*, buxo. Vide, quæ ſcripſimus in verſum ſeptuageſimum ſeptimum hujus Edyllii. *Vinet.*

23. *Tres Sophiæ partes*] *Philoſophia* dividitur in Moralem, & Naturalem, & Logicam, Diogeni Laërtio in præfatione, Senecæ in principio libri quartidecimi epiſtolarum ad Lucillium. & Plutarcho Probl. Symp. lib. 9, pr. 14. *Vin.*

24. *Tergemini vigiles*] Ita intelligendum puto: ut, cum ſint quatuor vigiliæ, in ſingulis terni vigiles ſint. ut unuſquiſque pro ſua hora excubet. tres enim horas habet una vigilia. Neque aliter ſententiam hujus loci ſibi conſtare poſſe putem. *Scaliger.*

25. *Ter clara inſtantis eoi ſigna*, &c.] Gallum Gallinaceum (qui *cantibus oris evocat auroram*, ut Ovidius ait) hoc involucro ſignari, ex Luciani præſertim Dialogo, cui titulus, ὄνειρος, ἢ ἀλεκτρυών, haud hercle indignum videtur. Cum vero neſciam, à quoquam traditum adhuc, eos *ter* matutino cantu ſolem adventantem nunciare. ſciam quoque nullum eſſe tempus (velut indicat in Divin. M. Tullius) quo illi non cantent, vel nocturnum, vel diurnum; ac præterea, Democritum cauſam quidem explicare, cur ante lucem cantent: eſt aliud, quod admoneam, ac fortaſſe etiam quanto minus omnibus manifeſtum, tanto griphi obſcuritate, poëtæque ingenio magis dignum. Corvum itaque ſignificari crediderim, quod Sidonius ad Domicium ita ſcribat, *Oſcines corvos voce triplicata puniceam ſurgentis auroræ facem conſalutantes.* Eſt quidem Corvus ales Soli dictus ſacer, ideoque ejus vocat hic ſatellitem poëta, aſtutiſſime præſagiens animo futurum, ut compluſculos deciperet, qui pro bello *Martem*, per metonymiam, potius acciperent, quam ſubſignatum ſcite Martis Veneriſque adulterium, ſuſpicaturi forent. Quod autem *ſerum* eum dixerit, qui ſit etiam aurora ipſa ſolertior, nequaquam impedit. Quin *ſerus* accipiendum non utique alias, ſed *deprenſo Marte.* Tanquam qui Apollini obſequuturus, tardius tum quidem cantarit, ne amantes Di, cantus ſigno excitati, deprehendi in furto non poſſent. Hæc enim contrarietas præcipue rem exornat, atque auget.

Signa canit ſerus [26] deprenſo Marte ſatelles.
Et qui conceptus triplicatæ veſpere noctis,
Iuſſa quater ternis [27] adfixit opima tropæis.
Et lyrici vates [28] numero ſunt Mnemonidarum,
[29] Tris ſolas quondam tenuit quas dextera Phœbi:
[30] Sed

ter videlicet illum *canere*, & priuſquam diluxerit, qui tunc aut ſilens fuerit, aut ſerus cecinerit. *Mariang. Accurſius.*

25. *Ter clara inſtantis eoi*] Nihil hic mutandum. Sic Theocritus Eid. XXIV:

> Ὄρνιθες τρίτον ἄρτι τὸν ἔσχατον ὄρθρον ἄειδον.

vid. Plin. l. X, c. XXI.

26. *Deprenſo Marte ſatelles*] Vetus liber *depenſo*. quod verum eſt. Primus Parrhaſius, eumque ſequutus nugator ille, qui commentarium in hoc opuſculum edidit, interpretantur de fabula Martis deprehenſi cum Venere: & gallum gallinaceum ſatellitem illum, de quo hic fit mentio, eſſe volunt. Ego ſane commentum laudo, tamen verum non puto. Pendet enim à præcedente verſus iſte. nihilque aliud innuit, quam quartam vigiliam, in qua tubicen inſtantis lucis ter ſignum tuba canit. Propertius:

> *Et jam quarta canit venturam buccina lucem.*

Venturam lucem dixit Propertius, ut hic, *inſtantem Eoum* hoc eſt imminentem. Ita igitur apud Romanos *vigiliæ* cornicine aut tubicine diſtinguebantur. Nam apud Græcos eadem quidem videtur diviſio noctis, puta in quadrantes. ut Theocrito:

> — τέτρατον λάχος ἵστατο νυκτός.

Sed tamen tuba tantum principium & finis noctis deſignabatur. Vnde, ut teſtantur Grammatici, Sophocles in Tragœdia λημνίαις vocavit ἀστέλπιγκτον ὥραν, tempus quod eſt inter crepuſculum & diluculum. ἑσπέρας γὰρ, inquiunt, καὶ ὄρθρυ ἀστέλπιζον. Mihi hæc verior interpretatio videtur. Nam in veteri codice, ut jam monui, non *deprenſo*, ſed *depenſo* legitur, hoc eſt examinato. *Martem* enim, hoc eſt caſtra Martia *depenſa* vocat, in quibus libratis & examinatis æqualiter quatuor partibus noctis vigiliæ conſtituebantur. *Depenſo* igitur, ad examen, & æqualiter partito. æqualibus enim & exacte tributis partibus conſtant vigiliæ. Sic etiam in epiſtola ad Theonem, *dependere*, non *deprendere* recte habet vetus liber:

> *Quas tamen explicitis nequeas dependere chartis.*

hoc eſt, quantumvis examines, ac dependas, non tamen poteris explicare. Non eſt igitur dubium, quin illa Parrhaſii ſententia, ut longe petita, explodenda ſit. *Scaliger.*

27. *Adfixit opima*] Varro apud Nonium: *Ideo fuga hoſtium Græca vocatur τροπή. Hinc ſpolia capta fixa in ſtipitibus appellantur tropæa.* Apulejus lib. I Mileſ. *Fruatur diutius tropæo fortuna, quod fixit ipſa.*

28. *Numero ſunt Mnemoſynarum*] Lege: *Mnemonidarum.* Heinſius.

29. *Tris ſolas quondam*] In vet. Cod. *ſolis*, ut Phœbi, Apollinis ſit epitheton, pro puro, impolluto, nec non vatidico. ut apud Virg.

> -- *Mihi Phœbus Apollo prædixit.*

Mariang. Accurſius.

29. *Tris ſolas quondam tenuit*] Servius ad illa Virgilii, *Nymphæ noſter amor Libethrides*, Eclog. IV: *Sane ſciendum*, inquit, *quod Varro tres tantum Muſas eſſe commemorat: Vnam, quæ ex aqua naſcitur motu: alteram, quam aëris icti efficit ſonus: tertiam, quæ in aërea tantum voce conſiſtit.* Vide porro de hiſce Phurnutum de natur. Deorum, Phu-

30 Sed Citheron totiens ternas ex ære ſacravit
Relligione patrum, 31 qui ſex ſpreviſſe timebant.
32 Trina

Plutarchum Sympoſ. lib. IX, qu. 14. Pauſaniam in Bœoticis, Auguſtinum lib. II Doctrin. Chriſtianæ, c. XVI, Conſtantinum in Excerptis è vita Nic. Damaſceni, *&c.*

30. *Sed Citheron*] Quaſi Græce Κιθέρων eſſet. quod ne quis falſum putet, eodem modo dixit, Clytemeſtra, Quaſi non Κλυταιμνήστρα, ſed κλυτεμνήστρα diceretur, ſic enim in Heroibus:

Vindicem adulterii cum Clytemeſtra necat. Quod hic vult Auſonius de *Muſis*, explicatur diſerte à Pauſania in Bœotiis. Inde pete. Deinde ſatis vulgatum eſt. *Toties ternas*, hoc eſt, ter ternas. Tres ſolæ primum fuerunt. Eum enim numerum primi omnium Aloidæ conſtituerunt. Eodemque numero primi omnium eiſdem rem divinam fecerunt Otus & Ephialtes. *Tres* igitur tantum eo tempore. Sed primus *ter ternas* conſtituit Pierus Macedon. longo poſt tempore. Quod Auſonius in Cithærone contigiſſe vult: Pauſanias autem Theſpiis. vicinitas loci diverſitatem judiciorum aut ſententiarum excuſaverit. Quod ait: *— tenuit quas dextera Phœbi*:
Videntur ſimulacra Apollinis ita fieri ſolita, ut dextra manu *novem Muſas* ſuſtineant. Sic in multis ſignis ſimulacra Victoriolarum manu dextra ſuſtinebantur. In veteri libro legitur: *— qui ſex prabuiſſe timebant.* mendoſe, ut apparet. Ego lego, *præmiſſe.* qui, inquit, metuebant præmittere, & in vulgus edere ſex Muſas. hoc ait Auſonius propter ternarii τελειότητα. nam aut tria, aut ter tria, perfectus numerus. Ita veteres aut tres, aut ter tres Muſas eſſe dixerunt: nam ſex dicere illis religio fuit. *Scaliger.* Qui poſtea margini ſui libri adſcripſerat:

— — Qui ſex ſpreviſſe timebant.

cui lectioni ut veriſſimæ, candidum calculum adjicio.

30. *Sed Citheron toties*, &c.] Sic Pariſienſe novum, & Lugdunenſe vetus exemplar. Sed *Citheron* ſic corripit ſecundam ſyllabam, quæ naturaliter longa eſt, ut apud Virgil. 3 Georg.

Rumpe moras. vocat ingenti clamore Cithæron.

Scribitur enim ſuis Græcis Κιθαιρών. Aldus Manutius, quod Silvius monuit, edidit:

Sacravit totiens ternas ex are Cithæron.

& Lilius Gyraldus in priore Syntagmate de Muſis caſtigabat:

Sed Sicyon totiens ternas ex are ſacravit:

Qui legerat apud Plutarchum nono Sympoſiacorum problematum, Sicyonios, quum *tres* tantum *Muſæ* eſſent, unam ex iis Polymathéam vocaſſe: verum poteſt Auſonius ex diphthongo vocalium alteram ſuſtuliſſe hoc loco, ſicut fecit in *ſolicismus* in Epigrammate centeſimo & triceſimo octavo, ſyllabæ corripiendæ gratia: & *Citheron*, quomodo liber antiquus habebat, pro *Citharon*, ſcripſiſſe. Eſt autem mons & ſaltus Bœotiæ *Citharon*: & in Bœotia multa ſunt loca *Muſis* & *Baccho* ſacra: quare *Cithæronem* fortaſſe poſuerit Auſonius pro aliqua Bœotiæ civitate. Scribit Pauſanias, in ea Græciæ provincia fuiſſe *ternas* trium inſignium artificum ſtatuas Muſarum. *Vinetus.*

31. *Qui ſex ſpreviſſe*] Quum Iodocus Badius pro *ſex ſpreviſſe*, *ſe ſpreviſſe* edidiſſet, Michaël Humelbergius *ſex periiſſe* emendandum putavit. Sed Lugdunenſis vetus codex *ſex prebuiſſe* habebat: quod ad illud, *ſex ſpreviſſe* propius accedit. Quod autem hic ſignificatur de *triplicato Muſarum numero*, id Auſonium legiſſe puto apud Marcum Varronem: ex cujus libris

[32] Trina Terentino celebrata trinoctia ludo:
Qualia bis genito Thebis [33] Trieterica Baccho.
[34] Tris primas Thracum pugnas [35] tribus ordine bellis,
[36] Iunia-

bris, qui interciderunt, ſic repetit Auguſtinus lib. 2 de doctrina Chriſtiana: *Non audiendi ſunt errores gentilium ſuperſtitionum, qui novem Muſas Iovis & Memoriæ filias eſſe finxerunt. Refellit Varro, quo, neſcio, utrum apud eos quiſquam talium rerum doctior vel curioſior eſſe poßit. Dicit enim civitatem neſcio quam (nec enim recolo nomen) locaſſe apud tres artifices terna ſimulacra Muſarum, quæ in templo Apollinis dono poneret: ut quiſque artificum pulcriora formaſſet, ab illo potiſſimum emeret. Itaque contigiſſe, ut opera ſua illi artifices æque pulchra explicarent: & placuiſſe civitati omnes novem: atque omnes emptas eſſe, ut in Apollinis templo dedicarentur: quibus poſtea dicit Heſiodum poëtam impoſuiſſe vocabula. Non ergo Iuppiter novem Muſas genuit, ſed fabri tres, ter ternas fecerunt. Tres autem propterea civitas illa locaverat, non quia in ſomnis ea viderat, aut tot ſe cujuſquam illorum oculis demonſtraverant, ſed quia facile erat animadvertere, omnem ſonum, qui materies cantilenarum eſt, triformem eſſe natura. Aut enim editur voce, ſicut eſt eorum, qui faucibus ſine inſtrumento canunt: aut flatu, ſicut tubarum, & tibiarum: aut pulſu, ſicut citharis & tympanis, & quibuſdam aliis, quæ percutiendo ſonora ſunt.* Hæc Auguſtinus. Locaverant igitur illi novem faciendas Muſas, ſed ex quibus tres ſolum, quas pulcherrimas judicaſſent, eligere dedicareque conſtituerant. Ceterum ter ternas illas tres illi artifices quum æque pulchras reddidiſſent, ex iis tres tantum dedicare, & ſex reliquas ſpernere, religio fuit. Conſecrarunt itaque illas omnes novem: atque inde origo novem muſarum pro tribus. *Vinetus.*

32. *Trina Terentino*] Sic veteres noſtri codices, & Zoſimus, auctor Græcus. alii libri fere *Terentino.* Ita locus ille, *Terentus* & *Tarentus*, ſive *Terentum* & *Tarentum* in Valerii, Cenſorini, Feſti, & aliorum exemplaribus variatur, unde dicti fuerunt ludi *Tarentini.* Idem ſunt *Sæculares* ludi, qui confecto ſæculo, id eſt, 100 quoque anno referebantur. Fiebant autem *ter* in anno, noctu, & tribus noctibus continuatis. De iis eſt caput 58 Miſcellaneorum Politiani, & liber nuper editus ab Onuphrio Veronenſi. *Vinetus.*

33. *Trieterica*] triennalia. Liberi enim ſacra *tertio* quoque *anno* innovabantur, quæ & noctu fiebant, unde Nyctelia ſunt dicta ἀπὸ τῆς νυκτὸς, & ipſe Bacchus Νυκτέλιος. *Vinet.*

34. *Tres primas Thrac.*] Mirum eſt, quod ego legi in veteri exemplari:
Tres primas Pheacum pugnas, &c.
Non enim poteſt dici commentitia lectio, aut ficta eſſe librario, neque fruſtra à vulgata diſcrepare. Quare enim *Thracas* vel gladiatores vocat Pheacas? Sciendum eſt, duo funerum genera apud veteres Romanos fuiſſe: alterum indictivum, alterum ſimpludearium. Indictivo funeri ludi adhibebantur. Simpludeario non adhibebantur. Vnde dictum videtur à ſimplo, quod ſimplex eſſet. Imo potius, ut verius loquar, indictivo funeri duo adhibebantur: ludi, & deſultores. Simpludeario ludi tantum. Vnde dictum, quaſi ſimpliludiarium. Quæ ſane ratio & huic rei apta, & vera eſt. Iam in iis ludis omnia exerceri ſolita Græcanico more non dubito, quæcunque apud Homerum Pheaces exercent, curſum, luctam, & hujuſmodi, quos propterea Pheacas vocat Auſonius. Eorum vero exercitia in munus gladiatorium

Iuniadæ patrio inferias miſere ſepulchro.
Illa etiam thalamos per trina ænigmata quærens,
Qui

rium primum à *Iuniadis* mutata fuiſſe nunc teſtatur. Quid ſi primum Phcacibus ad munus gladiatorium prius uſi ſunt, ut poſtea Thracibus? Sed quid nugamur? à Phæacibus tales ad hoc munus capi non potuerunt. qui quidem de ſe ita teſtentur apud Poëtam:

Οὐ γὰρ πυγμάχοι εἰμὲν ἀμύμονες,
οὐδὲ μαχηταί.

& quæ ſequuntur. Sed Auſonius vult ſpectacula mollia funerum, ſaltationem, & fidicines, quales Phæacum fuerunt, mollium, & remiſſioribus exercitamentis fractorum hominum, ad cruentum munus traducta fuiſſe: ut qui prius Phæaces, poſtea cruenti gladiatores fuerint. Certe ego tantum illi veteri exemplari tribuo, ut neque melius neque fidelius me nanciſci poſſe ſperem. Erat enim vetuſtiſſimis Longobardorum characteribus exaratum. Porro *Φέακες* dixit Auſonius non *Φαίακες*, ut alibi *κιθέρων*, *κλυτεμνήστρα*. Quod multi Poëtæ eo tempore in ejuſcemodi diphthongis committebant, adeo ut qui hoc facerent, irrideantur ſalſiſſimo hoc Epigrammate Græco:

Ὦ τλῆμον, Κυνήγειρε, καὶ ἐν ζωοῖς
καὶ ἀπελθών,
Ὡς αἰεὶ κόπτῃ ῥήμασι καὶ κοπίσι.
Πρόσθε μὲν ἐν πολέμοισι τεὴν τέτμε
μαρναμένην χεῖρ,
Νῦν δέ σ' ὁ γραμματικὸς καὶ πόδας
ἐστέρεσεν.

Vt enim pedem anapæſtum conficeret, abſtulit illi pedem jambum. nam Κυναίγειρος dicendum erat. Sed idem Auſonius *στλιχισμὸν* dixit, ut alibi notamus. Secundam quoque quare corripuerit, alibi cauſſas reddimus, quia quantitas hic accentum ſequitur: ut ibi fuſius à nobis diſputatur. Ergo Phæaces hic mollium ludorum exercitores, ut jam diximus, quorum pugnas tunc primum ſpectaverunt Romani, id eſt, traducti fuerunt ad cruentum gladiatorum munus. *Scaliger.*

34. *Tru primas Thracum*] Mendoſum puto, quod *Pheacum* pro *Thracum* ſcriberet vetus codex. *Vinetus.*

34. *Tres primas Thracum pugnas*] Ita præter Livium & Val. Maximum, etiam Servius, niſi quod pro filiis nepotem ſubſtituit ad 3 lib. Æneid. ỳſ. 67: *Apud veteres*, inquit, *etiam homines interficiebantur: ſed mortuo Iunio Bruto, quum multæ gentes ad ejus funus captivos miſiſſent, nepos illius eos, qui miſſi erant, inter ſe compoſuit, & ſic pugnaverunt: & quod muneri miſſi erant, inde munus appellatum.*

35. *Tribus ordine ſellis*] Idem exemplar *bellis*, pro *ſellis*. Vinetus.

35. *Tribus ordine bellis*] Ita corrige, pro *ſellis*. id eſt, trina editione ludorum commiſit ternas pugnas Thracum, vel gladiatorum.

36. *Iuniadæ patrio inferias miſere ſepulchro*] Idem liber. filii *Iunii* Bruti, non illius primi Conſulis, ſed alterius ad annum ab Vrbe condita quadringenteſimum & nonageſimum. Sic enim Valer. Maximus libro ſecundo de inſtitutis antiquis: *Gladiatorum munus primum Romæ datum eſt in foro Boario, Appio Claudio, Quincto Fulvio Conſulibus. dederant Marcus & Decimus filii Bruti, funebri memoria patris cineres honorando.* Hæc ille. Rem narraverat Titus Livius libro ſextodecimo, qui ſi exſtaret totus, non eſſet hic divinandum, quæ ſint *tres* illæ *pugnæ*, & ſellæ. Vide hunc Auſonii locum libri primi capite viceſimo ſecundo Παρέργων Alciati. *Vinetus.*

36. *Patrio miſere ſepulchro*] Ita duo ſcripti.

37. *Illa etiam*] Ita lege, non *ille*. Scaliger.

37. *Illa*

Qui bipes, & quadrupes foret, & tripes omnia ſolus,
Terruit [38] Aoniam volucris, leo, virgo, triformis
Sphinx, volucris pennis, pedibus fera, fronte puella.
[39] Trina in Tarpejo fulgent conſortia templo.
Humana efficiunt habitacula tergenus artes,
[40] Parietibus quæ ſaxa locat, quæ culmine tigna,
[41] Et quæ ſupremo comit tectoria cultu.
Hinc Bromii [42] quadrantal, & hinc Sicana medimna.
[43] Hoc tribus, [44] hæc geminis tribus explicat uſus agendi.
[45] In Phyſicis tria prima, Deus, mundus, data forma.
Tergenus omnigenum, genitor, genetrix, generatum.
[46] Per trinas ſpecies trigonorum regula currit,
Æqui-

37. *Illa etiam*] In hac fabula Suidas paullo aliter, quam Diodorus, Hyginus, Tzetzes in octavum verſum Caſſandræ Lycophronis. Mirantur autem novi Grammatici, cur Auſonius ſyllabam *pes* in *bipes* & *tripes* corripiat, quam Virgilius, & alii producunt. *Vinetus.*

38. *Aoniam*] Bœotiam, cujus metropolis Thebæ. *Vinet.*

39. *Trina in Tarpejo*] Tria in Capitolio numina cellas habebant, Iuppiter, Iuno, Minerva. media erat Iovis. Hi dii tutela urbis erant. *Turnebus.*

40. *Parietibus qui ſaxa*] Omnino legendum *quæ*, ars ſcilicet. Dixit enim: *tergenus artes.* Scaliger.

41. *Et qui fucat tectoria*] Ipſe *tector* dictus, quique tectorio albariove opere domum exornat. *Vinetus.*

42. *Quadrantal*] Genus eſt vaſis, à forma quadrata dictum, quod pedis eſſet quadrati, cubo ſeu teſſeræ ſimile. *Capitolinam amphoram* appellat Iulius Capitolinus: quam vini plenam bibiſſe ſæpe in die, & comediſſe libras carnis ſexaginta Maximinum illum ſcribit: &

--- *Quam, ne violare liceret,*
Sacravere Iovi Tarpejo in monte Quirites,

inquit poëta de ponderibus & menſuris. *Vinet.*

43. *Hoc tribus*] Quadrantal modiis. Voluſii Mæciani Iuriſconſulti verba ſunt de Romanorum menſuris: *Menſura liquoris, atque grani expeditior & forma, & appellatio eſt. Nam quadrantal, quod nunc plerique Amphoram vocant, habet urnas duas, modios tres, ſemodios ſex, congios octo.* Vinet.

44. *Hoc geminis tribus*] Si gemines modios tres, fient bis terni, ſex modii, quæ ſunt duo quadrantalia: quot capiebat non ſolum Atticus, verum etiam Romanus medimnus: ſed quem nominavit Sicanum medimnum Auſonius, is erat modiorum quinque tantum, ut probat Budæus libro quincto de aſſe. *Vinetus.*

44. *Hoc geminis tribus*] Lege: HÆC GEMINIS TRIBVS, ut eſt in optimis membranis. ſubintellige, *Sicana medimna*, quæ ſingula ſex modios capiunt.

45. *In Phyſicis*] Θεὸς, ὕλη, ἰδέα, apud Plutarchum primo de placitis Philoſophorum, & in problemate ſecundo libri octavi Sympoſiacon. *Vinetus.*

46. *Per trinas ſpecies trigonorum linea currit*] Membraneus liber, *regula* pro *linea*. Ceterum Auſonius tam hic, quam

Æquilatus, vel crure pari, vel in omnibus impar.
47 Tris coit in partes numerus perfectus: ut idem
48 Con-

quam in ecloga De ratione puerp. & Marcianus Capella, cur in *trigono tetragonoque* ſine neceſſitate ſyllabam natura longam corripuerint, miror. Non ſemel productam Manilio viderant, ut libro ſecundo:

Et quacunque tamen dicuntur ſigna trigona.

Sunt autem *τριγώνων*, id eſt, *triangulorum*, genera tria, quæ & in præfatione in Centonem, ex elementis Geometricis, appellantur *ἰσόπλευρον*, quod *æquilatus* vertit Auſonius, alii *æquilaterum*. *ἰσοσκελὲς*, *crure pari*, Auſonio dictum, aliis quibuſdam *æquicrurium*. & *σκαληνὸν*, quod trium eſt diſparium laterum. Qui deinceps ſequuntur novem verſus de numeris, tenebræ mihi ſunt plane *Cimmeria*. Vinet.

47. *Tris coit in partes*] Hoc verum eſt, primus *numerus perfectus*, hoc eſt, ſenarius, coit in numeros 1,2,3. quæ ſunt partes ipſius, ex quibus compoſitus eſt. *Componi numerus* dicitur ex illis partibus, in quas dividitur, aut ex quarum multiplicatione conflatur. Sed nullus numerus coit in eas partes, præter numeros perfectos, qui rariſſimi ſunt, quales 628. Hactenus Auſonius bene. Sed ſequentia produnt illum, quid eſſet numerus perfectus, neſciiſſe, cum illi attribuit, quæ novenarii propria ſunt. Non enim componitur ex *terno congrege*, neque in *ter tria* reſolvitur. Hoc enim eſt proprium novenarii. Bis igitur in eodem numero novenario peccavit, & cum *cubum* ſupra vocat, & cum *perfectum*. Quod ſero tandem agnovit bonus Vinetus. *Tris primus par impar habet.* *Tres*, id eſt, *ἡ τριὰς*, ut infra *Vnus*, id eſt, *μονάς*. *Ternarius*, inquit, primus omnium numerorum par, impar habet. Nam & ipſe totus eſt impar, & binarius, quem comprehendit, eſt par. Habet & medium, id eſt, *Vnitatem*. *Medium* Auſonius vocat exceſſum Arithmeticum, quod infra *ὀμφαλὸς* dicitur, quod *ὀμφαλὸς* medius in homine. Ternarius igitur, *primus* omnium *habet par* & *impar*, *& medium*, ſive *ὀμφαλόν*. Nam unitas diſtinguit eum binario. Sequentia abſque ope veteris membranæ non aſſecuti eſſemus:

--- --- Sed ipſe,
Vt tris, ſic quinque & ſeptem quoque dividit unus.

Sed *ipſe Vnus*, id eſt, ipſa unitas, quæ medium eſt, ſive *ὀμφαλὸς* ternarii, & binarii, eſt quoque medium quinarii, & ſeptenarii.

A *Et numero in toto poſitus.*
B C D Et ſi ex toto numero,
E F G H I nempe novenario fiat triangulum Iſopleuron. A B C D E F G H I, ita ut A unitas ſit in centro, id eſt, vertice trianguli, diſtinguet omnes ternarios in progreſſu Cubi. Legendum enim ex V.C. *Cubo pergente*. Sed *Cubum*, ut dixi, perperam vocat, qui eſt quadratus. Vnitas, inquam, dirimet omnes ternarios A B E, A D G, A D I. Dirimit, ut medium, *καὶ ὀμφαλὸς* ipſorum, cum unitas ſit, ut diximus, medium binarii & ternarii. Dividit enim in æquipares partes, hoc eſt, in binarios, & ſe ipſam. Ex impare enim ternario reſolvitur par numerus, nempe binarius, & unitas, hoc eſt, quod dicit, *dirimere æquiparem partem de* ſingulis ternariis. *Et paribus triplex ſpatium*, in verſu LIX, non ſolum, inquit, *triplex* eſt *ſpatium* ſive medium omnium digitorum imparium, ſed etiam omnium digitorum parium. Nam quemadmodum ex unitate terna dirimuntur intervalla in his imparibus III, V, VII, IX: ita etiam ex Binario totidem ſunt intervalla inter omnes pares digitos, nempe

pe hos, II, IIII, VI, VIII. Horum enim binarius eſt idem ὀμφαλὸς ſive *medium*, ut imparium unitas. Vides quam clara ſunt, quæ ante Sphinga implorabant. Et tamen puerilia ſunt, neque in his ſubactum habuit ingenium. In verſus conjecit, quæ non intelligebat. Nunc quia plana ſunt, & obvia, non dubito quin omnibus ludibrium debeant. Sed tamen erant intelligenda: in his omnibus, quæ Cimmeriæ tenebræ erant, nihil aliud vult, quam ternarium eſſe intervallum numerorum imparium, ternarium item intervallum parium, cum unum idemque ὀμφαλὸς ſive medium ſit, & horum, & illorum. *Scaliger.*

47. *Tris coit in partes*] Quanquam ſe intelligere dicat Scaliger, & hæc eſſe puerilia, non tamen omnibus plana ſunt, aut ita perſpicua, ut non cum antiquis judicibus pronunciare liceat, *Amplius, non liquet.* Neſciviſſe putat Auſonium, quid eſſet *cubus.* non credo. erraſſe itidem in eo, quod novenarium numerum perfectum dixerit. non dixit. Videamus igitur, utrum & nos aliquid huic obſcuriſſimo loco lucis conferre poſſimus. *Tris coit in partes*, inquit, *numerus perfectus.* Non ut putavit Scaliger, de ſenario hoc dicere cenſendus eſt poëta, verum de ternario, qui item ac ſenarius *perfectus numerus* habetur. Capella: *Trias vero princeps imparium numerus, perfectusque cenſendus. Nam prior initium, medium, finemque ſortitur: & centrum medietatis ad initium finemque interſtitiorum æqualitate componit.* Clarius Plutarch. Problem. Convival. III, l. IX. Καὶ μὴν ὁ πάντων ἀριθμῶν πρῶτος τέλειος, ἡ μὲν τριὰς, ὡς ἀρχὴν, καὶ μέσον ἔχουσα, καὶ τέλος, ἡ δὲ ἑξὰς, ὡς ἴση τοῖς αὐτοῦ μέρεσι γινομένη, δῆλον ἐστι. Coit autem in tris partes, ex quibus conſtituitur, & in quas iterum reſolvi poteſt. Hanc eſſe conſularis viri mentem ſequentia demonſtrant: *Tris primus par, impar habet, mediumque.* Hæ ſunt, ut dixi, partes ternarii, quem *numerum perfectum* appellavit. *Vt idem congrege ter trino per ter tria diſſolvatur*, id eſt, ut idem numerus ternarius (qui perfectus eſt) ſi ter multiplicetur, & novenarium conſtituat, rurſus per ter tria poſſit diſſolvi, unde confectus erat novenarius. Hinc non ſequitur, Auſonium novenarium *numerum perfectum* appellaſſe, ſed, ut jam dixi, ternarium. *Tris primus par, impar habet, mediumque*: Nihil hic ſalebrarum. *Sed ipſe ut tris, ſic quinque, & ſeptem quoque dividit unus.* Hæc ita capio: unitas dirimit ternarium à binario. Nam *unum* & *duo* faciunt *tria*: eadem unitas dividit quinque: nam *duo* & *tria* faciunt *quinque*: eadem diſtinguit ſeptem; quia ex ternario & quaternario combinatis reſultat ſeptenarius. Ex. gr.

IIᴵ.	IIIII.	IIIIIII.	IIIIIIIII.
3	5	7	9.

Et numero in toto poſitus ſub acumine centri, id eſt, unitas autem illa collocata in centro novenarii numeri inter duos quaternarios, *diſtinguit ſolidos*, ſive congreges *trientes*, *cubo pereunte*, non *pergente*: Nam octonarius eſt primus *cubus* ex binario bis bino, ſive in quadrangulum duplex multiplicato: qui cubus interibit, ſi unitas inſeratur binariis conjunctis, & efficiat novenarium numerum, qui cubus non eſt. *Acumen centri* hic eſt medium ſpatium inter duos quaternarios, quod verum centrum novenarii. *Æquipares dirimens partes ex impare terno*, id eſt, ter ſeu tribus vicibus dividens numerum parem, *triplex paribus medium: quum quatuor, & ſex, biſque quaternorum ſecernitur omphalos idem:* id eſt, quando medius tanquam umbilicus diſtinguit & disjungit *duo* & *duo*, quibus inſertus unitatis numerus conſtituit *quinarium*: *Tria* & *tria*, quis immiſſus conficit *ſeptenarium*: *quatuor* & *quatuor*; quæ conjuncta cum media unitate novenarium efficiunt. Pſellus in Compendio de Arithmet. *Primi numeri ſunt, quos ſola metitur unitas: id*

genus

48 Congrege ter trino per ter tria diſſolvatur.
Tris primus, par, impar habet, mediumque: ſed ipſe
49 Vt tris, ſic quinque, & ſeptem quoque dividit unus.

Et

genus ſunt tria, quinque, ſeptem, (ſola quippe unitate metiri eos poſſumus) eorumque aſſimiles. Quid igitur? blandiarne mihi, an animi falſus diutius pendebo? puto tamen me vidiſſe verum, & eruditum poëtam ab ignorantiæ macula vindicaſſe. Non negabo tamen, *cubo pergente poſſe defendi*; ita nempe, ut à perfecto cubo numeri binarii bis bini transeat ad imperfectum cubum novenarium. Nam ut quaternarius, qui conſtituit ſimplex quadrangulum, cubus, ſed improprie, ſolet appellari: ita & novenarius, ratione figuræ quadrangularis, *cubi* ſæpiſſime appellatione inſignitur: ſed ut dixi, improprie. Omnis enim cubus ſex ſuperficies habet, teſte Martiano Capella: vel ut Euclides ait, verus *cubus eſt, qui ſub tribus æqualibus numeris continetur:* ſive, qui æqualis eſt in latitudine, longitudine, altitudine. At quaternarius & novenarius ſuperficiem tantum ſpectant, quum in cubo tertium intervallum requiratur. Ergo duplex quaternarius, ſive binarius bis binus, perfectus cubus eſt: item ternarius ter ternus (inde noſter in initio hujus carminis:

Imparibus novies ternis contexere cubum.

& D. Auguſtinus lib. XVIII Civ. Dei, cap. 23: *Et ſunt verſus* XX *&* VII, *qui numerus & quadratum ternarium ſolidum reddit. Tria enim ter ducta fiunt novem: & ipſa novem ſi ter ducantur, ut ex lato in altum figura conſurgat, ad viginti ſeptem perveniunt.*) ut & quaternarius quater quaternus; quinarius quinquies quinus; & ſic porro reliqui multiplicati in infinitum. Vide, quæ de cubo Geometrico, ſeu corpore Mathematico, Macrobius l. II, c. II, in ſomn. Scip.

48. *Congrege*] Ita legendum eſt; non *Cum grege*. Sic in Epiſt. ad Paulum:

— *& congrege vulgo*
Anguſtas fervere vias.

Idem error hactenus in Horatio animadverſus non eſt, ne ab ipſis quidem ejus poëtæ anxiis interpretibus:

— *Dum Capitolio*
Regina dementes ruinas
Funus & imperio parabat.
Contaminato congrege turpium
Morbo virorum —

Male enim hactenus legitur, *cum grege*. Atqui intelligit morboſos, hoc eſt effeminatos & contaminatos viros. *Morbus virorum*, morboſi viri; ut *ſcelus viri*, ſceleſtus. Morboſis igitur ac contaminatis viris ex omni colluvie collectitiis, hoc eſt enim *congreges viri*, funus imperio parabat Cleopatra. Notum enim male audire hoc vocabulum, *Morboſus*. Catullus: *Morboſi pariter, gemelli utrique.* At vulgatam lectionem quis ſanus volet tueri? Quomodo inde bonum ſenſum efficiet? Miror ergo minutos iſtos, καὶ ἀκανθολόγους interpretes hoc non vidiſſe. *Scaliger.* mi homo, tua vineta cecidiſti.

48. *Cum grege ter trino*] Vetus liber: *Congeret & trino.* Lege: *Congrege ter terno.* ut in Epiſtolæ decimæ ad Paulum verſu viceſimo, *congrege vulgo.* Si ergo numerum perfectum, ut puto, hic appellet Auſonius, numerum ternarium, hujus loci ſenſus eſſe poterit, ex ter ternis fieri novem, & novem in ter terna reſolvi. *Vinetus.*

48. *Congrege*] Invenias eam quoque dictionem apud Tertullianum de Pœnit. c. XI, & in Pervigilio Veneris: *Congreges inter catervas ire per ſaltus tuos.* Auſonius item ultima periocha Odyſſ. *congregem denſitatem* dixit.

49. *Qui medius quinque & ſeptem*]

Et numero in toto poſitus ſub acumine centri,
Diſtinguit ſolidos [50] cœbo pergente trientes,
Æquipares dirimens partes ex impare terno,
Et paribus triplex medium: quum quattuor & ſex
Biſque quaternorum ſecernitur omphalos idem.
Ius triplex, [51] tabulæ quod ter ſanxere quaternæ,
Sacrum, privatum, [52] & populi commune quod uſquam eſt.
[53] Interdictorum trinum genus: [54] unde repulſus
Vi fuero, aut Vtrobi fuerit, Quorumve bonorum.
[55] Triplex libertas, [56] capitiſque minutio triplex.

[57] Tri-

Vetus exemplar: *Vt tris ſic quinque & ſeptem.* Vinetus.

50. *Cubo pereunte*] *Cœbo* & hic pro *cubo*, editio Aſcenſiana, & vetus liber: & præterea *pergente* pro *pereunte* idem vetus. *Vinet.*

51. *Tabulæ ter quaternæ*] Id eſt, duodecim. unde Leges duodecim tabularum dictæ. de quibus Titus Livius libro tertio, & Pomponius Iuriſconſultus in Iuſtiniani Pandectis. *Vinetus.*

52. *Et populi commune*] Publicum. Alii aliter jus dividunt, ut Vlpianus lib. 1 inſtitutionum, in duo membra, in jus publicum & privatum. *Publicum*, quod utilitatem reipublicæ ſpectat: & in ſacris, in ſacerdotibus, in magiſtratibus conſiſtit. *Privatum* vero, quod ad utilitatem ſingulorum pertinet. Quod & dicit tripartitum eſſe, nempe collectum ex naturalibus præceptis, aut gentium, aut civilibus. *Vinetus.*

53. *Interdictorum*] Præter Silvium, eſt hunc locum interpretatus Andreas Alciatus lib. 10, cap. 7 Parergôn. Sunt autem illa *Interdictorum* genera, Recuperandæ poſſeſſionis, Retinendæ, & Adipiſcendæ. *Vinet.*

54. *Vnde repulſus vi fuero*] Sic Vet. Cod. Nimis vero, quam inſcite atque inconſulte immutatum *furto* legitur pro *fuero*. Nimirum ut è trino in quaternum genus Interdicta diſcindantur: Iureconſultorum ſane Digeſtorum XLIII, atque Inſtit. IV, diligens eſt hujus rei Diſſertatio, quæ ut ſtrictim referatur, *Interdictorum* quædam adipiſcendæ poſſeſſionis cauſa comparata eſſe aſſerunt, quædam retinendæ, quædam etiam recuperandæ. *Adipiſcendæ* quidem poſſeſſionis cauſa interdictum accommodari bonorum poſſeſſori, quod appellatur *quorum bonorum*. *Retinendæ*, Vti poſſidetis, & *utrobi*, cum ab utraque parte de proprietate alicujus rei controverſia ſit. *Recuperandæ*, ſi quis ex poſſeſſione fundi vel ædium vi dejectus fuerit. Nam ei ponitur interdictum, *unde vi*. Ait igitur Poëta, unum eſſe genus, *unde repulſus vi fuero*, hoc eſt, unde dejectus aliquis vi fuerit. Harum vero diviſionum nomina, *unde vi*, *utrobi*, & *quorum bonorum* ex Prætoris verborum initiis ſumta ſunt. Ideoque interciſa in Ternario videbantur, ac referri manifeſtius nec poterant omnino, nec debuerant. *Mariang. Accurſius.*

55. *Triplex libertas*] Liberi fiunt aut Cenſu, aut Vindicta, aut Teſtamento, ut auctor eſt Marcus Tullius in Topicis. Alia eſt *libertatis* diviſio in cap. 5 lib. 1 Inſtitutionum Iuſtiniani. *Vinetus.*

56. *Capitiſque minutio*] Capitis diminutio eſt prioris ſtatus mutatio.

Ea

[57] Trinum dicendi genus eſt, ſublime, modeſtum,
Et tenui filo. [58] triplex quoque forma medendi,
[59] Quoi logos, aut methodos, cuique experientia nomen.
Et medicina triplex, ſervare, cavere, mederi.
Tris oratorum cultus, [60] regnata Coloſſo
Quem Rhodos, Actææ quem dilexiſtis Athenæ;
Et quem de ſcenis [61] tetrica ad ſubſellia traxit
Proſa Aſiæ, in cauſis [62] numeros imitata chororum.
[63] Orpheos hinc tripodes, quia ſunt tria, terra, aqua, flamma.

[64] Tri-

Ea triplex appellatur Maxlma, Minor, quam quidam mediam vocant, & Minima. Tria enim ſunt, quæ habemus, inquit Paulus libro 2 ad Sabinum, Libertatem, Civitatem, Familiam. Igitur cum hæc omnia amittimus, *Maxima*: quum vero amittimus civitatem, at libertatem retinemus, *Media*: quum autem & libertas & civitas retinetur, familia tantum mutatur; *Minima* eſt capitis diminutio. Inſtitutionum Iuſtiniani libri primi caput 16, & libri quarti Pandectarum titulus 5 eſt de capitis minutione. *Vinetus.*

57. *Trinum dicendi genus*] Quos χαρακτῆρας Græci vocant; *Vberem, Gracilem, Mediocrem*, Quinctilianus libro 12, & Aulus Gellius lib. 7. *Vinet.*

58. *Triplex quoque forma medendi*] Serenus Sammonicus:

Quod Logos, aut Methodus, ſimplexque Empirica pangit
Hoc liber iſte tenet, diverſo è dogmate ſumtum.

Divus Hieronym. ad Paulinum: *Taceo de medicis, quorum ſcientia mortalibus utiliſſima eſt, & in tres partes ſcinditur*, τὸ δόγμα, τὴν μέθοδον, τὴν ἐμπειρίαν. adi & Iſidorum lib. IV, cap. IV. Colerus.

59. *Qua logos*] Lego: *Quoi logos, aut* &c. *Scaliger.*

59. *Qua logos*] Fortaſſe rectius *Cui logos*, uti & Silvius etiam exiſtimat: Λόγος, ratio, μέθοδος, via brevis: ἐμπειρία, experientia: unde tria *medicorum* genera, *Logici* qui & Dogmatici, *Methodici*, & *Empirici*. De iis Galenus in libris de ſectis, & aliis multis in locis. *Vinetus.*

60. *Regnata Coloſſo*] Sol erat tutela *Rhodiorum*. teſtes nummi Rhodii, ex una parte Roſa, ex altera Sole inſigniti. Sol ergo eſt ἄναξ Rhodiorum, Dominus, & tutela. ut Homero Ἴδηθεν μεδέων. At *Coloſſus* ille ingens in foro Rhodio poſitus, erat Solis, non alius Dei; aut hominis, aut Herois. proinde *regnata Coloſſo*, id eſt, Soli. *Scaliger.*

61. *Tetrica ad ſubſellia*] Ad judicialia, forenſiaque *ſubſellia*, in fora & curias *Vinetus.*

62. *Numeros imitata chororum*] Rhythmum quendam, id eſt legem pedeſtris orationis intelligit: quales ſunt *numeri chororum*, ut Pindarici; qui propterea *lege ſoluti*, dicuntur Horatio. nam *lex* eorum eſt voluntas poëtæ. *Scaliger.*

63. *Orpheus in tripodes. quia ſunt tria, Terra, Aqua, Flamma*] Sic reperit ſcriptum Silvius: itaque habent omnia, quæ vidimus, nova exemplaria: ſed vetus Lugdunenſe, *hinc* pro *in*: *& flamma*, niſi fallor, pro *flamma*. Vix enim potuit legi hujus verbi finis. *Orpheus* autem ego in geniti-

64 Triplex ſideribus poſitus, diſtantia, forma.

Et

vum *Orpheos* mutarem; ut à *Tereus* eſt *Tereos* in Vita humana: ac ſic legerem:

Orpheos hunc tripodes, quia ſunt tria,
Terra, Aqua, Flamma.

*Tripodeſ*que pro τριπόδης accipe- rem: quemadmodum τριπόδης, ἑπταπόδης, ὀκταπόδης inveniuntur in Operibus & Diebus Heſiodi. pro τρίπους, ἑπτάπους, ὀκτάπους, ut *tria* hæc, *terra*, *aqua*, *ignis*, non plures ſunt *tripedes*; ſed tripus duntaxat unus. Τρίπους autem quum ſit idem, quod *tripes*: & tripus ille Apollinis apud Delphos, aliique tripodes, ſive menſa fuit, ſive vas, ſive aliquid aliud, quod tribus pedibus ſuſtineretur, non ſatis video, quem vocet Auſonius *Orphei* poëtæ vetuſtiſſimi *tripodem*, ideone tantum per metaphoram quandam illa rerum principia, Orpheo poſita numero tria, quot in tripode pedes fuerunt: an vero carmen aliquod Orphei de tribus illis principiis, vel etiam de ternario numero. Non enim primus fuit inter veteres Auſonius, qui de *ternario numero* luſerit: & miror, ſi τριασμὸς Iovis Chii & Philoſophi, multis ſæculis antiquioris, non legèrat, aut ſi legerat, quo modo non meminerit: quos fuerunt qui Orpheo illi Thraci attribuerent, ut ex Harpocratione, & aliis oſtendit Lilius Gregorius in Dialogis de poëtis. Interciderunt autem Orphei ſcripta, in quibus diſſerebatur de rerum principiis: ceterum quam memorat Auſonius *aquam* inter illa, hæc nulla eſt apud Suidam, ſed *Nox* quædam atque *Chaos*. Vinetus.

64. *Triplex ſideribus poſitus, diſt.*] *Diſtantia triplex*, longitudo à quodam puncto in Zodiaco, puta à prima ſtella Arietis, Latitudo ab Ecliptica, Declinatio ab Æquinoctiali, utrumque tam cis quam ultra Eclipticam, & Æquinoctialem. *Forma*, μορφώσεις. Sunt enim quædam in *formas* conjecta, id eſt, quæ formam quandam componunt, cujuſmodi ſeptem formant Vrſam minorem, viginti ſeptem Vrſam majorem. Vnde μορφωταὶ καὶ μορφῶτεις, καὶ ἀστερισμοὶ dicuntur. Reliquæ, quæ nullam formam conſtituunt, dicuntur ἀμόρφωτοι, cujuſmodi ſunt undecim circa Canem. *Modus* eſt menſura, ut *modus agri*, eſt menſura & perticatio agri. Menſura igitur ſtellæ eſt Diametrum ipſius. Quare ex magnitudine diametri ſex gradus magnitudinum in ſtellis conſiderati ſunt, ut dicerentur primæ, ſecundæ, tertiæ magnitudinis. *Scaliger.*

64. *Triplex ſideribus poſitus*] *Gripus* hic non minus mihi obſ[illegible]us, quam prior. *Poſitus*, *poſitio*, *poſ[illegible]ra*, *ſitus*, idem apud Lucretium, Ciceronem, Propertium, Ovidium, & alios Latinos: verum diſtantia ſtellarum ſiquid ad ſitum pertinet, quomodo forma & modus ad eundem? Adjectivum tamen *Triplex* ad *diſtantiam*, *formam*, & *modum* æque referendum putem, atque ad *poſitum*, ut quattuor illa, ſingula ſint triplicia. Primum enim ſidera ſic à POSITV dividunt, ut alia in Zodiaco ſita dicant, alia citra, alia ultra Zodiacum. Sic enim Proculus in extremo commentariolo de Sphæra. Deinde *diſtantiam* in illis faciunt *triplicem*, *Longitudinem*, à principio Arietis ſecundum circulum Eclipticum: *Latitudinem*, ab eodem Ecliptico: *Declinationem* ab Æquinoctiali circulo ultro citroque verſus polos. Ita Ptolemæus & alii. Quod autem ad *formam* attinet, Stoici ſtellas aſſerunt eſſe globoſas, ſicut Mundum, & Solem, & Lunam. Cleanthes, κωνοειδεῖς, hoc eſt, turbinales, ut Budæus hoc vertit. Anaximenes, clavorum in modum Cryſtallaceo quodam ſuffixas. Addit quidem Plutarchus ſecundo de Placitis Philoſophorum,

formam

Et modus, [65] & genetrix modulorum muſica triplex,
[66] Mixta libris, [67] ſecreta aſtris, [68] vulgata theatris.
Martia Roma triplex; equitatu, plebe, ſenatu.
[69] Hoc numero tribus, & [70] ſacro de monte Tribuni.
[71] Tris

formam quartam, quod exiſtimaverint quidam Stellas quaſi quaſdam eſſe bracteas ignitas, ſed iſtos clavos & bracteas pro eodem poteſt accepiſſe Auſonius. *Modi* denique, qui τρόποι τόνοιque Græcis nominantur, tametſi ſeptem pluresque numerantur in Caſſiodori, Severini, Ptolemæi, Plutarchi, Euclidis, Ariſtoxeni, Muſicis: tamen ſcribit Ptolemæus ſecundo Harmonicorum, *tres* in illis fuiſſe antiquiſſimos, primoſque omnium obſervatos, *Dorium*, *Phrygium*, *Lydium*. Alii ſunt ab his facti, *Hypodorius*, *Hypophrygius*, *Hypolydius*, *Mixolydius*, quos in ſua cæleſti muſica conſtituebat Pythagoras, ſicut ſcribit Plinius libro ſecundo. *Vinetus.*

64. *Triplex ſideribus* &c.] Quid bona pravaque diſtinctio poſſit, vel ex hoc loco cognoſcere eſt, qui doctiſſimis viris hactenus, aut non, aut male intellectus fuit. Sive enim *triplex* pro trinis, tribuſve ſumamus, ut ſit ſenſus, *Tria* accidunt ſideribus, *poſitus*, *diſtantia*, *forma*: ſive hæcce tria triplicia ſtatuamus, parum ad hujus ænigmatis enodationem referre arbitror, cum utroque modo recte poſſit explicari. Verum quid hoc loci *modus*? nam quod Scaliger menſuram interpretetur, in eo fruſtra fuit. Ponenda igitur τελεία ὑποστιγμὴ poſt *forma*. Eſt enim ſenſus abſolutus. Lege porro conjunctim: *Et modus, & genetrix modulorum muſica triplex*: *Modus* & *modulus* carminis idem eſt. Ergo & *modus* eſt *triplex*, Lydius, Dorius, Phrygius: & ipſa inventrix & parens modorum *Muſica triplex* eſt, *miſta libris*, Rhythmica: *ſecreta aſtris*, Harmonica: *vulgata theatris*, Cruſmatica.

65. *Et genitrix modulorum*] *Muſica* Caſſiodoro definitur, bene modulandi numerorumque ſcientia. diſtribuiturque tripartito, in *Harmonicam*, *Rhythmicam*, *Cruſmaticam*. Quam Severinus Boethius lib. 1 Muſicorum, in *Mundanam* dividit, & *Humanam*, & in eam quæ in quibuſdam conſiſtit inſtrumentis. *Vinetus.*

66. *Miſta libris*] *De qua* ſcripti libri: ſi hoc inter genera Muſicæ referri debeat. *Vinet.*

67. *Secreta aſtris*] *Mundana* Severino nuncupata: & quam Pythagoras in cœleſtibus ſphæris audiebat harmoniam. de qua plura Aurelius Macrobius in ſomnium Scipionis. *Vin.*

68. *Vulgata theatris*] Qua per *theatra* in ludis & fabulis, ac alibi, utuntur artifices: & quam in quibuſdam inſtrumentis conſiſtere dixit Severinus. Quorum inſtrumentorum tria ſunt quoque genera apud Caſſiodorum, *Pulſatilia*, *Tenſilia*, *Inflatilia*. Vide verſum 23. *Idem.*

69. *Hoc numero tribus*] Tres Tribus, tres Equitum turmæ, tres Centuriæ, ſunt, *Rhamnenſes*, *Tatienſes*, *Luceres*, apud Titum Livium primo. *Id.*

70. *Sacro de monte Tribuni*] Quum plebs Romana *à patribus ſeceſſiſſet, anno fere ſeptimodecimo poſt reges exactos, Tribunos ſibi in monte ſacro creavit: qui eſſent Plebeji Magiſtratus. Dicti Tribuni, quod olim in tres partes diviſus populus erat: & ex ſingulis ſinguli creabantur. vel quia tribuum ſuffragiis creabantur.* Pomponius Iuriſconſultus lib. 1 Digeſt. Iuſtiniani, titulo de origine juris. Porro mons ille Feſto Pompejo, & Tito Livio lib. 2, auctoribus, fuit trans Anienem fluvium, *ſacer* cognomina-

mina-

[71] Tris equitum turmæ : [72] tria nomina nobiliorum.
[73] Nomina ſunt chordis tria : ſunt [74] tria nomina menſi.
[75] Geryones triplex : [76] triplex compago Chimæræ.
[77] Scylla triplex, commiſſa tribus, cane, virgine, piſce.
[78] Gor-

minatus, quod eum plebs, quæ eo à patribus ſeceſſerat, creatis Tribunis plebis, qui ſibi eſſent auxilio, deſcendens Iovi conſecravit. *Vinetus.*

71. *Tres equitum turmæ*] Verſ. 560 quinti Æneidos Virgilii eſt :

Tres equitum numero turmæ, ternique vagantur
Ductores. --- Vide antiquum ejus interpretem. *Idem.*

72. *Tria nomina nobiliorum*] Vt Marcus Tullius Cicero, Cajus Iulius Cæſar. Vide Politiani Miſcell. c. 31. *Id.*

72. *Tria nomina nobiliorum*] Inſignis locus eſt apud Artemidor. Onirocr. α. οἶδα δέ τινα, ὃς ἔδοξε τρία ἔχειν αἰδοῖα δοῦλος ὤν, καὶ ἐγένετο ἐλεύθερος, καὶ ἀνθ' ἑνὸς ὀνόματος τρία ἔσχε, δύο τὰ ἀπὸ τοῦ ἐλευθερώσαντος προσλαβὼν ὀνόματα.

73. *Nomina ſunt chordis tria*] ὑπάτη, μέση, νήτη, id eſt, gravis, media, & acuta, apud veteres, qui de Muſica ſcripſerunt. *Vinet.*

74. *Tria nomina menſi*] Calendæ, Nonæ, Idus. *Idem.*

75. *Geryones triplicis*] Inflexio, ſive metaplaſmus Latinus, *Geryones*, pro *Geryona*, ut *Euclidis*, *Oreſtis*, *Euripidis*, non autem *Euclida*, *Oreſta*, *Euripida*, quod rectius erat. *Scaliger.*

75. *Geryones triplex*] *Geryones triplices*, antiqui libri duo, & prima Pariſienſis editio. In uno namque *Geryone* tricorpore, trimembri, tricipite, tres ſingulari concordia, & eodem nomine fratres intelligunt veterum fabularum interpretes. Græci quidem, qui nobis iſta primi tradiderunt commenta de *Geryone* & ejus bobus, Γηρυόνης per primam tantum declinationem inflectunt, Herodotus lib. 4, Dionyſius 1, Strabo 3, Plutarchus in Politicis, omnes denique, quantum memini, veteres novique, præter poëtas, qui, ut etiam monuit Priſcianus lib. 6, ης in ους interdum commutant, veluti Heſiod. in Theogonia : ſed Latini *Geryones* non ſolum per primam more Græcorum, verum etiam per tertiam ſuam declinant, quod Saluſtii auctoritate probat Servius in verſum 662 ſeptimi Æneid. quemadmodum veteres *Orontæ*, & *Orontis* ab recto *Orontes* : *Herodæ*, & *Herodis*, ab *Herodes* : *Oreſtæ* & *Oreſtis* ab *Oreſtes*, dixiſſe ſcribit Priſcianus eodem ſexto. Genitivum ego *Geryonis* legi apud Silium lib. 3. Eſt & verſu ducenteſimo ſecundo octavi Æneid. ſed & hic legit *Geryona* Servius : & quem habeo perantiquum librum membraneum, ſcribit :

Tergemini nece Geryona, ſpoliiſque ſuperbus.

Quod autem ad rectum *Geryon* attinet, quo vulgus utitur pro *Geryones*, hunc in Græcis auctoribus non obſervavi, ſed ſolum in iis Latinis, qui nec ſatis Latini ſunt, nec ſatis antiqui. *Vinetus.*

76. *Triplex compago Chimæræ*] Hujus monſtri tria fuerunt *capita* Draconis, Leonis, Capræ. Fingunt Homerus Iliados ſexto, Heſiodus in Theogonia, & Ovidius ſexto Metamorphoſeon. *Vinet.*

77. *Scylla triplex commiſta*] Recte, *commiſſa* legitur, id eſt, conjuncta. Virgil.

Delphini caudas utero commiſſa luporum. Manilius :

--- *Duplici Centaurus imagine fulget :*
Pars hominis, tergo pectus commiſſus equino. Claudianus :

Quæ priſtis commiſſa viro. Mariang. Accurſius.

77. *Scylla triplex*] *Scyllam* Typhonis

[78] Gorgones, [79] Harpyiæq; & [80] Erinnyes agmine terno.
[81] Et tris fatidicæ [82] nomen commune Sibyllæ:
Quarum [83] tergemini [84] fatalia carmina libri:
[85] Quos ter quinorum ſervat cultura virorum.
Ter bibe. tris numerus ſuper omnia, [86] tris Deus unus.
Hic quoque ne ludus numero tranſcurrat inerti,
Ter [87] decies ternos habeat, [88] decieſque novenos.

TECHNO-

nis filiam ſcribunt ſuperiore corporis parte mulierem, inferiore piſcem fuiſſe, & ſex canes natos circa inguina habuiſſe. Fabula eſt decimo quarto Metamorphoſeon Ovidii, apud Hyginum, Servium in Virgilium, & Tzetzen in Lycophronem. *Vinetus.*

78. *Gorgones*] *Tres* ſunt, Meduſa, Euryale, Stheno, apud eoſdem auctores, & Heſiodum, & Fulgentium. *Vinet.*

79. *Harpyiæ*] *Tres* & hæ auctoribus iiſdem, Ocypete, Ællo, Celæno. *Idem.*

80. *Erinnyes*] Quæ & *Furiæ*, *tres* ſunt, Megæra, Alecto, Tiſiphone. *Vinetus.*

81. *Et tres fatidicæ nomen commune Sibyllæ*] *Tres*, quia vetuſtiſſimi Græci, quos & Solinus ſequitur, totidem duntaxat, non plures retulerunt. *Nomen commune*, quod, ut ait Varro, *omnium fatidicarum mulierum nomen fuit commune* Σίβυλλαι. Scaliger.

81. *Et tris fatidicæ*] Inter ſcriptores non conſtat de numero *Sibyllarum.* Lactantius Firmianus, & Suidas, decem quidem recenſent ex Varrone, Euſebio, & aliis. Sed omnes iſtas decem Martianus Capella libro ſecundo duas tantum fuiſſe aſſerit. Solinus, & quidam Græci ſcriptores, quemadmodum ſcribit Lilius Gregorius de poëtis, *tres* ſolum noverunt. Ælianus duodecimo variæ hiſtoriæ, quatuor duntaxat primum numerat: ſed iis poſtea ſex addit, ut illæ decem fiant. His etiam plures inveniſſes in commentariis Ludovici Vivis in duodeviceſimum Auguſtini de civitate Dei. *Vinetus.*

82. *Nomen commune Sibyllæ*] *Marcus Varro, quo nemo unquam doctior, ne apud Græcos quidem, nedum apud Latinos vixit, in libris rerum divinarum, quos ad Cajum Cæſarem Pontificem Maximum ſcripſit, quum de quindecim viris loqueretur, Sibyllinos libros ait non fuiſſe unius Sibyllæ, ſed appellari uno nomine, Sibyllinos, quod omnes fœminæ vates Sibyllæ ſunt à veteribus nuncupatæ.* Hæc Lactantii verba ſunt lib. 1 divinarum inſtitutionum. *Vinet.*

83. *Tergemini*] *Tres libri* Sibyllini. Habet totidem Gellius. Plinius unum ſolum, alii novem. Vide Lactantium. *Vin.*

84. *Fatalia carmina*] Quibus *fata* Imperii Romani continerentur. *Id.*

85. *Quos ter quinorum*] Quindecim. Ad eos libros *quaſi ad oraculum, Quindecimviri adeunt, quum dii immortales publice conſulendi ſunt.* Aulus Gellius lib. 1. *Id.*

86. *Ter deus unus*] Iſtud *ter* hoc loco mihi ſemper diſplicuit. Idem vetus codex ſcribebat *tris*, pro *tres*, ut ante multis locis. Tres ſunt unus Deus: *Deus pater*, *Deus filius*, *Deus ſpiritus ſanctus*, inquit Athanaſius, *ceterum non tres dii, ſed unus Deus.* Idem.

87. *Decies ternos*] Liber, cui titulus Θεολογούμενα τῆς ἀριθμητικῆς, alia dabit de *ternario numero*, & Cælius Rhodiginus libr. viceſimi ſecundi capite 9 Lectionum antiquarum. *Id.*

88. *Decieſque novenos*] *Nonagin-*

ta ſunt, quem numerum bis poſuit: per copulam vero forent centum octoginta. Malim igitur, *deciesve novenos*. Idem peccatum invenias Epiſt. VII ad Theonem: *Ter denas puto, quinquieſque ſenas*, repone: *quinquieſve ſenas*. Levia hæc, non tamen negligenda. Sed non ita leve mendum, quod Plinii locum hactenus obſedit lib. II, cap. LXIII: *Quaſi non ad delicias quaſque, non ad contumelias ſerviat homini*. corrige: *Quas enim non ad delicias, quaſve non ad contumelias ſervit homini?* Eadem diverſimode legendi contentio in hiſce Virgilii exorta eſt, lib. II Æneid. vſ. 37:

> --- *ſuſpectaque dona*
> *Præcipitare jubent, ſubjectiſque urere flammis.*

Vbi Servius: Que *copulativa conjunctio eſt*, aut *disjunctiva. quomodo ergo per* (*lege, pro*) aut *adjunxit? cum non utrumque ſed alterutrum fieri poterat, quod ſuadebatur. Poëtarum eſt partem pro parte ponere, ut* torvum *pro* torve, *&* volventibus *pro* volubilibus. *Ergo conjunctionem pro conjunctione poſuit*, que *pro* ve. *nam ſonantius viſum eſt. Antiqua tamen exemplaria* ve *habere inveniuntur.* ve *enim proprium ſignificatum habet, ut interdum pro* vel *accipiatur.* Ita & apud Iuſtinum lib. III, c. III, legitur in vulgatis, *quid addendum mutandumque legibus videretur.* pro quo Bellovacenſis Vincentius, *vel mutandum leg. vid.* Vnde olim ſcriptum fuiſſe colligo *mutandumve*, pro *mutandumque*. Sed confuderunt hæc veteres. ſic Prudentius hymno VIII Cathemer.

> *Sive tu menſam renuas, cibumque*
> *Sumere tentes.* pro *cibumve*.

TECHNOPÆGNION. Edyll. XII.

AVSONIVS PACATO PROCONSVLI.

[1] *SCio mihi apud alios pro laboris modulo laudem non poſſe procedere. quam tamen ſi tu indulſeris, ut ait Afranius in Thaide,* [2] Majorem laudem, quam laborem invenero. *Quæ lecturus es, Monoſyllaba ſunt, quaſi quædam puncta ſermonum: in quibus nullus facundiæ locus eſt, ſenſuum nulla conceptio, propoſitio, redditio, concluſio, aliaque ſophiſtica, quæ in uno verſu eſſe non poſſunt: ſed cohærent ita, ut circuli catenarum ſeparati. Et ſimul ludicrum opuſculum texui, ordiri majuſcula ſolitus:* [3] *ſed in tenui labor, at*

1. *Scio mihi*] Hanc epiſtolam primus in ſuis Diatribis Accurſius Mariangelus edidit. Quæ & in vetuſto Lugdunenſi libro fuit, hoc titulo, PRÆFATIO TECHNOPÆGNII. *Vinetus*.

2. *Majorem laudem*] Legendum: *Afranius in Thaide:*

> *Majorem laudem, quam laborem invenero.*

Eſt enim ſenarius ex Togata Afranii, cui titulus fuit *Thaidi*. Scaliger.

3. *Sed in tenui labor*] Re tenui, ut dicet in Epiſtola undecima ad Paulum. in exili & levi materia, gloria

at non tenuis gloria, ſi probantur. tu facies, ut ſint aliquid. nam ſine te Monoſyllaba erunt, vel ſi quid minus. In quibus ego, quod ad uſum pertinet, luſi: quod ad moleſtiam, laboravi. Libello [4] *Technopægnii nomen dedi: ne aut ludum laboranti, aut artem crederes defuiſſe ludenti. Vale.*

ria ineſt non tenuis, ex propoſitione quarti Georgicôn Virgilii:

In tenui labor, at tenuis non gloria: ſi quem
Numina læva ſinunt, auditque vocatus Apollo. Vinetus.

4. *Technopægnii nomen*] Lilius primo de poëtis: *Eſt Technopægnion apud Auſonium Gallum, ludicrum quidem poëma, verum multa artę compoſitum.* Vinet.

AVSONIVS
PAVLINO SVO.

[1] *MIſi ad te Technopægnion, inertis otii mei inutile opuſculum. Verſiculi ſunt monoſyllabis cœpti, & monoſyllabis terminati. Nec hic modo ſtetit* [2] *ſcrupea difficultas, ſed acceſſit ad miſeriam cogitandi, ut idem monoſyllabum, quod eſſet finis extremi verſus, principium fieret inſequentis. Dic ergo &, ô mora,* [3] *ô pœna! rem vanam quippe. cura exigua eſt, & faſtiditur: inconnexa, & implicatur: quum ſit aliquid, vel nihili deprehenditur. Laboravi tamen, ut haberet aut hiſtoricon quippiam,* [4] *aut dialecticon. Nam poëticam, vel ſophiſticam levitatem neceſſi-*

tas

1. *Miſi ad te*] Neque in Lugdunenſium, neque in Mariangeli vetuſto libro fuerunt hæ litteræ, quas ad Paulinum ſcripſit Auſonius, quum ei mitteret non totum *Technopægnion* ſuum, ſed priorem tantum partem, eam, quæ ab iis inciperet vocibus, in quas & deſinêret. Poteſt autem hic Paulinus, is eſſe, ad quem ſunt aliæ Auſonii epiſtolæ, & ipſius ad Auſonium. *Vinetus.*

2. *Scrupea*] αἰνιγματώδης. Aulus Gellius lib. 12: *Quæ Græci dicunt* ænigmata, *hoc genus quidam ex veteribus noſtris* ſcrupos *appellaverunt*. Vinet.

3. *O pœna*] *Pœna* hic more noſtro Galloromano, laborem & moleſtiam ſignificare videtur. Sed locus hic vereor, ut non ſit integer in noſtris codicibus: quorum alii habent, *ô pœna rem vanam quippe cura exigua eſt. & faſt.* alii, *rem vanam quippe curavi. exigua eſt & faſtid.* Vinetus.

3. *Dic ergo, & ô mora, &c.*] Tametſi hic me minus oculatum eſſe deprehendam, videre tamen videor diſtinguendum eſſe: *Dic ergo &, ô mora, ô pœna! rem vanam quippe. cura exigua eſt; & faſtiditur: inconnexa, & implicatur: quum ſit aliquid, vel nihili deprehenditur.* aut, *nihili velut depreh.* non abſurde autem ſcriptus alter, *rem vanam quippe curavi.*

4. *Aut dialecticon*] Quod de ali-

quo

tas obſervationis excluſit. Ad ſummam, non eſt quod mireris: ſed paucis literis additis, eſt cujus miſerearis: neque æmulari velis. & ſi huc quoque deſcenderis, majorem moleſtiam capias, ingenii & facundiæ detrimento, quam oblectationem, imitationis affectu. Vale.

quo differeret & diſputaret. niſi forte *διδακτικῶς* malis legere, id eſt, quod doceat. *Vinet.*

Verſus monoſyllabis cœpti, & finiti, ita ut à fine verſus ad principium recurrant.

Res hominum fragiles alit, & regit, & perimit fors.
Fors dubia, æternumque labans: quam blanda fovet ſpes.
Spes nullo finita ævo: cui terminus eſt mors.
Mors avida, inferna mergit caligine quam nox.
[1] Nox obitura vicem: remeaverit aurea quum lux.
Lux dono conceſſa deum: cui prævius eſt ſol.
Sol, cui nec [2] furto Veneris latet armipotens Mars.
[3] Mars nullo de patre ſatus: quem Threſſa colit gens.
Gens infrena virum: quibus in ſcelus omne ruit fas.
Fas hominem mactare ſacris: ferus iſte loci mos.
Mos ferus audacis populi: quem nulla tenet lex.
[4] Lex naturali quam condidit imperio jus.
Ius genitum pietate hominum, jus certa dei mens.
Mens, quæ cœleſti ſenſu rigat emeritum cor.
Cor vegetum mundi [5] inſtar habens, animæ vigor, ac vis.

Vis

1. *Nox ſortita vices*] Exemplar MS. *Nox obitura vicem.* Mariang. Accurſ.

1. *Nox obitura vicem*] Alii libri: *Nox ſortita vices.* Vinetus.

2. *Furto Veneris*] Adulterio. Addebat autem præpoſitionem codex antiquus, *furto in Veneris.* Vinet.

3. *Mars nullo de patre*] *Mars* deus belli, *Iunonius* in Edyllio, cui titulus eſt, de Tribus menſtruis menſium, *Iunonis filius, ſine patre*, quinto Faſtorum Ovidii: magnum Thraciæ gentium numen, ut dictum fuit in primum epigramma: quæ illi homines pro victimis feriunt, ait Pomponius Mela libro ſecundo. *Vinet.*

4. *Lex naturali*] Petrus Faber libri primi Semeſtrium capite viceſimo quarto. *Idem.*

5. *Inſtar*] Figuram. *Mundus* eſt *rotundus*, & *cor* fere rotundum. *Id.*

6. *Verum*

Vis tamen hîc nulla eſt : [6] verum eſt jocus & nihili res.

6. *Verum eſt jocus*] *Tantum*, pro *verum* vetus codex. Adverte autem, quæ vocula hos monoſyllabos incepit, ultimum hunc eadem terminari. *Vinetus.*

[1] PRÆFATIO MONOSYLLABORVM tantum in fine poſitorum.

VT in vetere verbo eſt, [2] *Sequitur vara vibiam : ſimilium nugarum ſubtexo nequitiam. & hi verſiculi monoſyllabis terminantur, exordio tamen libero, quamquam fine legitimo.*

1. *Præfatio*] Lemma eſt in veteri libro :

Præfatio Monoſyllabarum tantum in fine poſitarum. Scaliger.

2. *Sequitur ver hiemem*] Proverbium hoc ſubdititium, & adulterinum eſt. neque unquam ejus in mentem Auſonio venit. In illo enim pervetere libro plane exaratum exſtat: *Vt in vetere verbo eſt, Sequitur vara vibiam, ſimilium nugarum ſubtexero nequitiam.* Quod proverbium è ſitu jam primum erutum qui mihi explicaverit, magnam à me iniverit gratiam. Sed nequid in hoc ἑρμαίῳ deſideraretur, incidi in optimas & vetuſtiſſimas gloſſas, quæ nondum editæ ſunt. In iis ita ſcriptum inveni : *Varam vibia. Perticæ duæ ſunt inter ſe colligatæ, quæ aſſerem ſuſtinent. unde proverbium : Vibia varam ſequitur.* Hactenus gloſſæ illæ, quæ melius, meo judicio, concipiunt proverbium, quam codex Auſonianus. Nam *Vara* ſignificat perticam ab ſummo furcillatam, ut colligimus ex illis gloſſis : *Vibia* autem perticam tranſverſam, quæ furcillæ illi impoſita, & colligata eſt. Quare ſi *Vara* cadat, & *Vibiam* ſimul cum illa cadere neceſſe eſt, Vnde recte dictum : *Varam vibia ſequitur.* Sane Varam id ſignificare præterquam quod ex gloſſis illis cognoſcimus, etiam Vitruvius confirmat libro X, cap. XIX, loquens de arietis inventione : *Ceteras,* inquit, *Chalcedonius de materia primum baſim ſubjectis rotis fecit : ſupraque compegit arrectariis, & jugis varas, & in his ſuſpendit arietem.* Ex his videmus *Varam*, quæ *arrectaria* ſtatuitur. *Vibiam* vero quæ tranſverſaria, ut jugum ſupponitur. Sed unde dicta ſit Vibia, & quæ ἐτύμου cauſſa, & utrum *bibia*, ut in Auſonio, an, *Vibia*, ut in Gloſſis, ſcribendum ſit, neſcio. Mihi ſufficit & proverbium, & ejus interpretationem ex veteri Grammatico indicaſſe. Proverbium quadrat in eos, qui cum uni vitio indulſerint, deplorata omni verecundia, & profligato pudore ad alia præcipites feruntur, quaſi omni jacta bonorum alea. Cui non abſimile Hiſpanorum, qui arguti in his vulgaribus dictis ſunt. In eodem enim ſenſu dicunt, *funis ſecutus eſt ſitulam.* Cum enim ſitula decidit in puteum, & funis quoque, quo illa apta pendebat, ſequitur. Sed præſtiterit duo nomina propria interpretari Vibiam, & Varam. Nam *Vibii*, & *Vari*

mo. Sed laboravi, [3] ut quantum ejus poſſet apud aures indulgentiſſimas, abſurda concinerent, inſulſa reſiperent, hiulca congruerent: denique haberent & amara dulcedinem, & [4] inamœna venerem, & [5] aſpera levitatem. Quæ quidem omnia quoniam inſuavis materia devenuſtat, lectio benigna conciliet. Tu quoque mihi tua crede ſecurior, quippe [6] meliora: ut, quod per adagionem cœpimus, proverbio finiamus, & [7] Mutuum muli ſcabant.

Æmula diis, naturæ imitatrix, omniparens ars,
[8] Pacato ut ſtudeat ludus meus, eſto operi dux.

[9] Arcta,

Vari, nomina gentilitia Romæ. *Vara Vibiam*: hoc eſt, τὸ ὅμοιον τῷ ὁμοίῳ ἕπεται. Scaliger.

3. *Vt quantum poſſet videri apud*] Vetus ſcriptura, *ut quantum ejus poſſent apud aures*: & paulo poſt, *inepta* pro *inamœna*, *hiulca* codex Tilianus pro *hiulcula*. Vinetus.

4. *Inamœna*] Vetus liber habet: *inepta venerem*, non *inamœna*. Scaliger.

5. *Aſpera lenitatem*] *Levitatem*, ſcribebat Ioannis Tilii vetus codex. *Vinetus.*

6. *Sed ut quod per*] Præferenda duorum optimorum codd. ſcriptura, quam ſequutus ſum. neque aliter ipſe ſenſus poſtulat, ut colon præcedens cum ſequente conjungatur, unaque fiat periodus.

7. *Mutuum muli ſcalpant*] Ita vet. liber, non *ſcabant*: quanquam bonum eſt *ſcabant*. *Scabo* κνῶ, κνήθω, Lucil.

Scaberat ut porcus detritis arbore coſtis.

Itaque defricatio illa ſcabiei dicitur ψωρισμός. Quare emenda titulum Varronianæ Menippeæ. *Mutuum muli ſcabunt*, περὶ ψωρισμοῦ. Quod emendavimus ex duabus vitioſis ſcripturis, quarum altera habet, ἀφορισμοῦ, altera χωρισμοῦ. neutrum bono ſenſu, niſi malis χωρισμός. Scaliger.

7. *Mutuum muli ſcabunt*] Legendum: *ſcabant*, tempore videlicet quo ſuperiora, *conciliet*, *finiamus*. Hoc nempe petit, ut mutuum muli ſcabant. *Mariang. Accurſius.*

7. *Mutuum muli ſcabant*] *Scalpant* pro *ſcabant*, antiquus liber, qui etiam & præponebat, *& mutuum muli ſcalpant*. Huic autem parœmiæ ſcribit eſſe locum Eraſmus, ubi improbi & illaudati ſe viciſſim mirantur, & prædicant. Qua Symmachus quoque uſus eſt in Epiſtola ad Auſonium tertia. Hujus autem prorſæ fuit titulus in eodem libro: ITEM PRÆFATIO MONOSYLLABARVM TANTVM IN FINE POSITARVM. In aliis, PRÆFATIO QVANTVM AD HÆC Monoſyllabarum genera. Neutrius auctor Auſonius. *Vinetus.*

8. *Pacato ut ſtudeat labor hic meus*] Technopægnion de Monoſyllabis non Paulino nuncupatum, ſed Drepanio *Pacato* (quod eſt obſervatione dignum) hic locus oſtendit. Qui prætereundus ab his etiam non videbatur (ni fuiſſent imperiti) qui in parte operis extrema, *Pacati* nomen abolentes, Paulini ſuperſcripſerunt. Iam enim ita legitur:

Indulge Pauline, bonus, doctus, facilis vir,
Totum opus hoc ſparſum, crimis velut Antiphila, pax. Mariangel. Accurſius.

8. *Labor hic meus, eſto operi dux*] Vetus liber: *ludus meus eſt operi dux*. Vinetus.

9. *Arcta*

[9] Arcta, inamœna licet, nec congrua carminibus lex.
Iudice ſub tanto fandi tamen accipiet jus.
Quippe & ridiculis data gloria, ni prohibet fors.

9. *Arcta inamœna licet*] Tertius ille Iſ. Voſſii liber: *Arte inamœna licet.* & mox duo optimi, *fando*, pro *fandi.*

De membris.

[1] INdicat in pueris ſeptennia prima novus dens.
[2] Pubentes annos robuſtior anticipat vox.
Invicta & ventis, & ſolibus, eſt hominum frons.
[3] Edurum nervi [4] cum viſcere conſociant os.
Palpitat irrequies, vegetum, teres, acre, calens cor.
Vnde vigent ſenſus, dominatrix, [5] quos vegetat mens,
Atque in verba refert modulata lege loquax os.
Quam validum eſt, hominis quota portio, cœruleum fel!
Quam tenue, & molem quantam fert corpoream crus!
Pondere ſub quanto noſtrum moderatur iter pes!

1. *Indicat in pueris*] Hippocrates libro de ſeptimeſtri partu, ac alibi: & Aulus Gellius libro tertio, tradunt primos hominis *dentes* cadere annis ſeptimis, & alios naſci. *Vinetus.*
2. *Pubentes annos*] Anno ætatis quartodecimo. Cenſorinus. *Vinet.*
3. *Et durum nervi*] Valde mihi placuit, quod in ſecundo Voſſiano legebatur, *edurum nervi*, &c, Sic ut *edurum*, ſit valde durum. & videtur alias ſupereſſe copula, quum ſinguli pene verſus diſtincti ſint.
4. *Cum viſcere*] Carne. *Vinetus.*
5. *Quos vegetat mens*] *Quis*, idem Voſſian. codex.

Inconnexa.

[1] SÆpe in conjugiis fit noxia, ſi nimia eſt dos.
Sexus uterque potens, ſed prævalet imperio mas.
[2] Qui recte faciet, non qui dominatur, erit rex.

1. *Sæpe in conjugiis*] Ita vetus liber. alii, *in conjugibus.* Iuvenalis lib. II:
Intolerabilius nihil eſt, quam femina dives.
Eſt & in ſententiis Sapientum:
Par pari jugator conjux. Quicquid impar, diſſidet.
Sed lege in hanc ſententiam Epigramma duodecimum libri octavi Martialis. Miror autem, quod in eodem vetere, *vox* eſſet pro *dos. Vinetus.*
2. *Qui recte faciet*] Horatii Epiſtola prima. *Vinet.*

Vexat amicitias, & fœdera diſſociat lis.
Incipe, quidquid agas: pro toto eſt prima operis pars.
Inſinuat cœlo, diiſque inſerit emeritos laus.
Et diſciplinis conferta eſt, & vitiis urbs.
Vrbibus in tutis munitior urbibus [3] eſt arx.
Auro magnus honos, auri pretium tamen eſt æs.
Longa dies operoſa viro, ſed temperies nox,
Qua caret Æthiopum plaga, pervigil, irrequies gens,
Semper ubi æterna vertigine clara [4] nitet lux.

3. *Eſt arx*] Invenio in veteri libro: *Vrbibus in tutis munitior urbibus eſt Rex.* Scaliger.

3. *Vrbibus in tutis*] *Arx* ab *arcendo*, inquit Marcus Varro: *quod is locus munitiſſimus urbis: à quo facillime poſſit hoſtis prohiberi.* Caſtellum vulgo dicimus, niſi forte latius pateat Caſtelli appellatio. Loca namque edita, quia acceſſu difficiliora ſunt, ideo conſtituebantur in altioribus urbium locis, quas appellabant *arces*. Solinus, qui arces ab Arcadibus dictas putat, ſic ſcribit de Roma: *Quam Arcades quoniam in excelſa parte montis habitaſſent, derivatum deinceps, ut tutiſſima urbium, Arces vocarentur.* Rex autem pro *arx*, erat in vetuſto exemplari. *Vinetus.*

3. *Vrbibus in tutis*] Aſconius in Cic. de Divinat. Arx *vel ſedes Tyranni dicitur, vel editus in Civitate &* munitior *ad ſalutem civium locus, ut Virgilius:*

Quo res ſumma loco Pantheu? quam prendimus arcem?

Ergo prima ſpes eſt in muris: ſecunda in arce, ſi muros hoſtis irruperit.

4. *Nitet*] Pro *nitet*, *manet* erat in vetuſto codice. *Vinetus.*

De Deis.

SVnt & cœlicolum monoſyllaba. prima deûm Fas,
Quæ Themis eſt Grajis. poſt hanc Rhea, quæ Latiis Ops.
Tum Iovis [1] & Conſi germanus, Tartareus Dis.
[2] Et ſoror & conjux fratris, regina deûm, Vis.
[3] Et

1. *Et Conſi germanus*] *Dis*, qui Græcis Πλούτων, rex *Tartari* & inferorum. *Germanus* frater fuit *Iovis*, & *Conſi*, id eſt Neptuni, ut in Epigrammate ſexageſimo nono. *Conſors* pro *Conſi* habuit liber vetus Lugdunenſis: ut monuit Iacobus Cujacius in capite decimo libri quinti Emendationum. *Vinetus.*

1. *Tum Iovis, &c.*] D. Auguſtinus lib. VII Civ. Dei, cap. XXIII: *Vbi erit orcus, frater Iovis atque Neptuni, quem Ditem patrem vocant?*

2. *Et ſoror, & conjux fratris*, &c.] Iunonem ipſam *vim deorum* appellat, Virgiliani illius imprimis memor, ex lib. VII:

Caleſtum

[3] Et qui quadrijugo curru pater invehitur — Sol.
Quique truces belli motus ciet armipotens — Mars:
Quem

Cæleſtum vis magna jubet. ---
Et alibi,
--- *vel quæ portenderit ira*]
Magna Deum. --- ---
ut notiſſimum illud interea præteream, quod non nihil & huc pertinet:
Vi ſuperum, ſævæ memorem Iunonis ob iram. Mariang. Accurſ.

2. *Et ſoror*] Iunonem, quæ & *ſoror & uxor Iovis, deorumque regina* paſſim dicitur, *deorum Vim* etiam appellavit Virgilius, ut poſt vetuſtos interpretes, Accurſius Mariangelus, & Nicolaus Erythræus monuerunt, ac *Iram deorum*, in verſu ſeptingenteſimo & ſexto quinti Æneidos:
Hæc reſponſa dabat, vel quæ portenderet Ira
Magna deum. --- *Vis* alioqui, violentiaque, eſt Stygis filia in Heſiodi Theogonia. *Vinetus.*

3. *Et qui quadrijugo curru*] Curru quadrijugo vectum *ſolem* metiri cæli ſpatia, gentilium fuit opinio. Prudent. lib. I contra Symm.
Hoc ſidus currum, rapidaſque agitare quadrigas
Commenti. Hinc lib. IV Regum, cap. XXIII, 11. Ioſias Rex κατέκαυσε τοὺς ἵππους, οὓς ἔδωκαν Βασιλεῖς Ἰούδα τῷ Ἡλίῳ ἐν τῇ εἰσόδῳ οἴκου Κυρίου, &c. καὶ τὸ ἅρμα τοῦ Ἡλίου κατέκαυσε πυρί. Sed ut hoc, ita & illud è Macrobio, lib. I, cap. XIII, aliiſque pervulgatum, Solem & Iovem eundem Deum cenſeri: unde & Arnob. l. III: *Nam quid de ipſo dicemus Iove, quem Solem eſſe dictavere ſapientes, agitantem pinnatos currus, turba conſequente divorum?* Verum unde Iovi currus adſignatus fuerit, non omnibus cognitum eſt. Docuit hoc nos Iuſtinus Martyr, cohortatione I ad Græcos circa finem: Ἐπεὶ, inquit, πόθεν ἄλλοθεν μεμαθηκὼς ὁ Πλάτων πτη-νὸν ἅρμα ἐλαύνειν τὸν Δία λέγει, εἰ μὴ ταῖς τῶν προφητῶν ἐντυχὼν ἱστορίαις; ἔγνω γὰρ ἀπὸ τῶν τοῦ προφήτου ῥητῶν περὶ τῶν Χερουβὶμ οὕτως εἰρημένον, Καὶ ἐξῆλθε δόξα Κυρίου ἀπὸ τοῦ οἴκου, καὶ ἐπέστη ἐπὶ Χερουβίμ. καὶ ἀνέλαβε τὰ Χερουβὶμ τὰς πτέρυγας αὐτῶν, καὶ οἱ ΤΡΟΧΟΙ ἐχόμενοι αὐτῶν, καὶ δόξα Κυρίου Θεοῦ Ἰσραὴλ ἦν ἐπ' αὐτοῖς ὑπεράνωθεν. Ἔνθεν ὁρμώμενος ὁ μεγαλόφρων Πλάτων μετὰ πολλῆς παρρησίας βοᾷ λέγων, Ὁ μὲν δὴ μέγας ἐν Οὐρανῷ Ζεὺς πτηνὸν ἅρμα ἐλαύνει. Quæ ſi legiſſet Maximus Tyrius, non hac Diſſertatione XXIX effutiverat: Οὐδὲ γὰρ Πλάτωνα ἡγητέον ἐντετυχηκέναι τῷ Διῒ ἡνιοχοῦντι καὶ φερομένῳ ἐπὶ πτηνοῦ ἅρματος, στρατιᾷ θεῶν καθ' ἕνδεκα λόχους κεκοσμημένῃ. Non inanis ſumetur opera, ſi quis citatum à Iuſtino locum Ezechielis reſpexerit. Inveniet cap. X, 18, 19; & geminum huic cap. XI, 22. Meminerat jam ante *currus Iehovæ* Rex & Propheta David, Pſal. LXVIII, 17: Τὸ ἅρμα τοῦ Θεοῦ μυριοπλάσιον, χιλιάδες εὐθηνούντων, Κύριος ἐν αὐτοῖς ἐν Σινᾷ, ἐν τῷ ἁγίῳ. nec non Hieremias cap. IV, 13: Ἰδοὺ, ὡς νεφέλη ἀναβήσεται, καὶ ὡς καταιγὶς τὰ ἅρματα αὐτοῦ. κουφότεροι ἀετῶν οἱ ἵπποι αὐτοῦ. A Platone deinceps acceperunt cæteri, inter quos Callimachus hymno in Iovem, Horatius lib. I, ode XII, & XXXIV; Tibullus eleg. I, lib. IV. Boëthius lib. IV Philoſoph. Conſol. Quin & Apollodorus ad concubitum cum Semele Iovis currum adduxit. Ζεὺς δὲ, inquit l. III Bibl. μὴ δυνάμενος ἀνανεῦσαι, παραγίνεται εἰς τὸν θάλαμον αὐτῆς ἐφ' ἅρματος, ἀστραπαῖς ὁμοῦ καὶ βρονταῖς. Pro quo haud minus vere Naſo lib. IV Metamorph.
— *Nutuque ſequentia traxit*
Nubila. Iovis enim, ſive ut magis

Quem nunquam pietas, [4] nunquam bona ſollicitat Pax:
Nec cultor nemorum reticebere, Mænalide Pan,
[5] Nec Genius domuum, Larunda progenitus Lar.
[6] Flu-

gis pie loquantur, Iehovæ currus nubes ſunt. Patet ex allato Hieremiæ loco. Notavit & conſimile quiddam Scholiaſtes Homeri ad Odyſſ. φ΄: Αἱ γὰρ νεφέλαι ἵπποις ἐοίκασι. ubi fabulam Ixionis interpretatur. Hic enim *nubi congreſſus*, quam pro Iunone Iupiter ſubjecerat, Centaurum genuit, τὰ μὲν κατώτερα μέρη τῆς μητρὸς ἔχοντα. Idem porro Scholiaſtes ad Odyſſ. μ΄ & hujus dicti Platonici meminit, & opinionis ſapientum. Aliter tamen accipit Plutarch. lib. IX Convival. quæſt. V, ac Platonem per hunc currum intelligere cenſet τὴν νοητὴν τοῦ οὐρανοῦ φύσιν, τὴν ἐναρμόνιον τοῦ κόσμου περιφοράν. Sed fallitur, & eſt verum, quod diximus. quod vel hinc liquet, quia tum Iovi, tum *Soli quadrigas* albas gentes aſſignarunt. Candicant quippe nubes ſereno cælo. De quadrigis Iovis albis illuſtris locus eſt apud Livium lib. V, in triumpho Camilli. & vide Freynshemium ad Florum l. I, c. V, qui *aureo curru* triumphatum ſcribit. & nubes aureæ ſunt relucente Sole. ab Iove namque, ſive Libero patre, tractus triumphandi mos eſt. unde & qui in Olympiis vicerant athletæ quadrigis, quis albi equi adjungebantur, urbes ſuas invecti ſunt. Solis autem equos candidos item fuiſſe habitos vel inde patet, quod Apoſtata Iulianus ἵππους λευκούς τε καὶ πυῤῥοὺς ἔθυε, τοὺς μὲν τῷ Ἡλίῳ, τοὺς δὲ τῷ πυρὶ καὶ τοῖς ἀνέμοις, referente Cedreno: qui & alibi Solis ἐπὶ λευκοῦ ἅρματος meminit. Quare vero Soli quadrigæ potius, quam bigæ (quibus luna invehitur) tribuantur, ex Iſidoro cognoſces lib. XVII Originum, cap. XXXVI.

4. *Nunquam bona ſollicitat Pax*] τὸ *bona* à duobus optimis MSS. abeſt.

5. *Nec genius domuum* ---] Scribendum *Larunda*, quanquam in *Lara*, *Laribuſque* prima ſyllaba corripitur. *Lares* quippe duo, qui compita, domoſque ſervant, & in noſtra ſemper urbe vigilant, ex Mercurio & *Lara Naide*, quæ antea geminata ſyllaba nominaretur, geniti feruntur. Ovid. II Faſtor.

Forte fuit Nais Lara nomine, prima ſed illi
Dicta bis antiquum littera nomen erat.

Hanc eandem (quæ *Dea Muta* fuerit) Firmianus *Larundam*, *Laramque* vocitatam ſcribit in primo divinar. Inſtit. his verbis: *Quis cum audiat Deam Mutam, tenere riſum queat? Hanc eſſe dicunt, ex qua ſint Lares nati, & ipſam Laram nominant, vel Larundam.* Et Varro in IV de lingua Latina ſcribit, Tatium Regem voviſſe *Larundæ*, *Termino*, *Quirino*, *Vortumno*, *Laribus*, *Dianæ*, *Lucinæque*. *Mariang. Accurſ.*

5. *Nec genius domuum*] Apulejus de Deo Socratis: *Eſt & ſecundo ſignificatu ſpecies Dæmonum, animus humanus, emeritis ſtipendiis vitæ corpori ſuo abjurans. Hunc vetere Latina lingua reperio* Lemurem *dictitatum. Ex hiſce ergo lemuribus, qui poſterorum ſuorum curam ſortitus placato & quieto numine domum poſſidet,* Lar *dicitur* Familiaris. Eadem ferme ex Apulejo D. Auguſtinus habet lib. IX Civ. Dei, cap. XI. Arnobius lib. III: *Poſſumus, ſi videtur, ſummatim aliquid & de Laribus dicere, quos arbitratur vulgus vicorum atque itinerum Deos eſſe, ex eo quod Græci vicos cognominant λαύρας.* & mox: *Varro ſimiliter hæſitans nunc eſſe illos Manes, & ideo Maniam matrem eſſe cognominatam Laram: nunc aërios rurſus Deos, & heroas pronunciat appellari: nunc antiquorum ſententias ſequens, Larvas eſſe di-*
cit

[6] Fluminibuſque Italis præpollens ſulfureus Nar.
Quæque piat divûm perjuria, [7] nocticolor, Styx.
[8] Velivolique maris conſtrator [9] Leuconotos Libs.
Et nunquã in dubiis [10] hominum bona deſtituens Spes.

cit Lares, quaſi quoſdam genios defunctorum animus mortuorum. ubi fortaſſe τὸ *animus*, ſive *animas mortuorum* ex interpretatione. Martian. Capella l. II: *Verum illi manes, quoniam corporibus illo tempore tribuuntur, quo fit prima conceptio, etiam poſt vitam iiſdem corporibus delectantur, atque cum his manentes appellantur Lemures. Qui ſi vitæ prioris adjuti fuerint honeſtate, in* LARES *domorum urbiumque vertuntur. Si autem depravantur ex corpore, Larvæ perhibentur ac Maniæ.* Haud diverſa ſunt, quæ de *Laribus* Cenſorinus, & Servius prodiderunt.

6. *Flum. ſulfureus Nar*] Septimo Æneid.

Sulfurea Nar albus aqua. — Vinet.

7. *Nocticolor Styx*] Inferorum, apud quos perpetua *nox* & tenebræ, palus Styx,

Dii cujus jurare timent & fallere numen.

Heſiodus in Theogonia, & Servius in Virgilium. *Vinetus.*

8. *Velivolique maris*] Quod *velis velatur*, ut exponit vetus commentator in ducenteſimum & viceſimum octavum verſum primi Æneidos. Sed qua ſignificatione *ſternendi* ventus *conſtrator* maris velivoli? *Vinet.*

9. *Leuconotus Libs*] *Venti* quondam pro diis etiam habiti fuerunt. Ceterum lege, quæ Ariſtoteles libro ſecundo Meteorologicôn, Vitruvius primo Architectonicôn, Strabo primo Geographicôn, Seneca extremo quincto Naturalium quæſtionum, Plinius ſecundo Naturalis hiſtoriæ, Gellius ſecundo noctium Atticarum, Vegetius quarto de Re militari, de ventis ſcripſerunt: & cognoſces inter antiquos homines neque de appellationibus ventorum, neque de finibus, neque de numero conveniſſe. *Idem.*

10. *Hominum bona deſtituens ſpes*] Forte melius: *hominem bona deſtituent ſpes.* Numerat hanc Plautus quoque inter Deos, Bacchid. IV, 8. ædem vero extra Portam Carmentalem habuit, teſte Livio lib. XXV, cap. VII.

De cibis.

NEc noſtros reticebo cibos, quos priſcus habet mos,
Irritamentum quibus additur [1] æquoreum ſal.
[2] Olim communis pecori cibus, atque homini glans,
Ante equidem campis quam [3] ſpicea ſuppeteret frux.
[4] Mox ador, atque adoris de polline [5] pultificum far,
[6] In-

1. *Æquoreum*] *Æquoreus* in Tilii libro. *Vinetus.*

2. *Olim communis*] Tres ſcripti: *Communis pecorique olim cibus atque homini glans.*

3. *Spicea frux*] Quæ *ſpicis* innaſcitur. Priſcianus in extremo libro ſexto. *Vinet.*

4. *Mox ador*] Farris & frumenti genus Feſto, Nonio, Servio, *far adoreum*

[6] Inſtruxit menſas quo quondam Romulidûm plebs.
[7] Hinc cibus, hinc potus, cum dilueretur aqua puls.
Eſt inter fruges morſu piper æquiparans git.
[9] Et Peluſiaco de ſemine plana, teres lens.
Et duplici defenſa putamine [10] quinquegenus nux.
Quodq; cibo [11] & potu placitum, labor acer apum, mel.
Naturæ liquor iſte novæ: [12] cui ſumma natat fex.

reum apud Plinium. de quo plura Ruellius libro ſecundo de Natura ſtirpium. *Vinetus.*

5. *Pultificum far*] Ex polline & farina adoris, *pultem* faciens. *Pultificum* autem quis ante Auſonium compoſuerit veterum ſcriptorum, habeo neminem. *Vinet.*

6. *Inſtruxit menſas*] Plinius duodeviceſimo Naturalis hiſtoriæ: *Pulte autem non pane vixiſſe longo tempore Romanos manifeſtum: quoniam inde & pulmentaria hodieque vocantur.* Vin.

7. *Hinc cibus*] Ex *adore* panis: ex eodemque p[illegible]s, quum *pulti* jam dilutiori, plus aquæ addebatur. Lucius Seneca libro ſecundo breviarii Romani, Plinius in extremo libro viceſimo ſecundo, potionis ex *frumento* fieri ſolitæ meminerunt, quam Hiſpani *Celiam* vocabant. *Idem.*

8. *Gith*] Hanc herbam alii ſine ſpiritu ſcribunt: de qua vide Ruellium ex Plinio, & aliis. *Id.*

9. *Et Peluſiaco*] Peluſium oppidum, & unum ex ſeptem Nili oſtiis. In qua Ægypti parte *lens* optima naſcitur, celebrata libro primo Georgicôn. *Idem.*

10. *Quinquegenus nux*] Quæ quinque genera ſunt Iuglans, Avellana, Amigdala, Caſtanea, & Pinea *nux*, apud Dioſcoridem, Plinium, Macrobium. *Id.*

10. *Quinquegenus nux*] Duo optimi: *quinquegenis nux.*

11. *Et potu*] Fit ex aqua & melle *hydromeli*: ex aceto & melle *oxymeli*: de quibus, & *Melitide,* Plinius, Dioſcorides, Galenus & alii. *Vinetus.*

12. *Cui ſumma natat fex*] Cur *fex* in imo ſubſidat omnium, niſi mellis, diſputatur ſeptimo Saturnaliorum Macrobii. *Vinet.*

De hiſtoriis.

SOlamen tibi, Phœbe, novum dedit [1] Oebalius flos.
Flore alio [2] reus eſt Narciſſi morte ſacer fons.
Cædis Adoneæ mala gloria fulmineus ſus.
[3] Perjurum Lapitham [4] Iunonia ludificat nubs.

Ludit

1. *Oebalius flos*] Hyacinthus. *Vinetus.*

2. *Reus eſt Narciſſi*] Libri duo optimi: *reus & Narciſſi.*

3. *Perjurum Lapitham*] Cur *perfidum Ixionem* appellarit Horatius de arte poëtica, ex Acronis diſce commentariis. *Lapitha* autem & *Centauri*, qui & Hippocentauri, diverſæ gentes Theſſaliæ fuerunt: & Centaurorum pater *Ixion*: qui ſic hoc loco *Lapitha* pro Centauro dictus fuerit. *Vinetus.*

4. *Iunonia nubs*] Concubuiſſe *Ixionem*

Ludit & Æacidem Parnaſſia [5] Delphicolæ ſors.
[6] Threïcium Lybicum freta Cimmeriumque ſecat bos.
[7] Non ſine Hamadryadis fato cadit arborea trabs.
[8] Quo generata Venus Saturnia deſecuit falx.
[9] Sicca inter rupes Scythicas ſtetit alitibus crux.
Vnde Prometheo de corpore ſanguineus ros.
Adſpergit cautes, [10] & dira aconita creat cos.
[11] Ibycus ut periit, vindex fuit altivolans grus.
[12] Æa-

nem cum *nube* fabulantur, *Iunonem* eſſe quum putaret: & ex eo congreſſu natos eſſe Centauros, quos Ovidius appellat *Nubigenas* duodecimo Metamorphoſeon. Virgilius autem quum verſum decimi Æneidos ſexcenteſimum & triceſimum ſextum cœpiſſet: *Tum dea nube cava. Nube cava*, inquit Servius, *erit nominativus hac nubes. Nam Nubs non dicimus: quod ait Livius Andronicus: qui primus edidit fabulam Latinam apud nos*. Vinetus.

5. *Delphicola*] Apollinis Delphici, hoc eſt, *Delphis* perſanctè *culti*, & oraculum habentis, urbe in Parnaſo monte ſita. Sors autem illa & ambiguum reſponſum fuit:

Ajo te Æacida Romanos vincere poſſe.

Ennii verſus apud Quinctilianum, lib. 7 de Amphibolia, & apud Ciceronem ſecundo de divinatione. *Vinet.*

6. *Threïcium Libycum*] *Libycum* intelligit Ægyptium: Nam vulgata lectio eſt Hieronymi Avantii. *Scaliger.*

6. *Et furiata œſtro tranat mare Cimmerium bos*] Vetus liber:

Threïcium Libycum freta Cimmeriumque ſecat bos.

Io mutata in vaccam ab Iove, libro 1 Metamorph. Ovidii, apud Hyginum, Lycophronem, & alios, *aſilo*, (ſive *tabanum* dici placet, ait Plinius, quod inſecti genus *οἶστρον*, id eſt, œſtrum, *Graji vertere vocantes*, inquit Virgilius tertio Georgicon) concitata, ex Europa in Aſiam per *Boſporum Thracium*, vel ut alii ſcribunt, per *Cimmerium* Boſporum, tranſiit. Indeque tranato mari, quod Aſiam Africamque, quam Graji *Libyen* vocant, interluit, in Ægyptum pervenit: ubi dea *Iſis* habita eſt. *Vinetus.*

7. *Non ſine Hamadryadis fato*] Quæ *arboribus* præeſſe creditæ ſunt, & ſimul cum ſuis arboribus & naſci, & perire. Servius in Gallum Virgilii. In *arborea* autem, ultimam natura brevem producunt duæ priores conſonantes monoſyllabi *Trabs*. Vinet.

8. *Quo generata Venus*] Epigramma XXXIII. *Idem.*

9. *Sicca inter rupes*] *Sicca* loca dicuntur, ut alibi notamus, frigida. *Scaliger.*

9. *Sæva*] In Caucaſo monte Scythiæ Aſiaticæ, obligati *Promethei* renaſcens ſubinde *jecur* exedit *aquila*. Heſiodus, Æſchylus, Hyginus, Lucianus, Servius, Auſonius de Ambiguitate vitæ. Pro *ſæva* autem *ſicca* ſcribebant veteres membranæ: quod ſi rectius eſt, quum dixit Virgilius 5 Æneidos: *—ſiccaque in rupe reſedit*, aridam & ſine humore rupem expoſuit Nonius Marcellus. *Vinetus.*

10. *Et dira aconita*] Alia de *Aconito* fabula apud Ovidium 7 Metamorphoſeon. Sed lege Plinium de Aconito herba præſentis veneni. *Cos* autem, & *Cautes* idem lapis duriſſimus. *Vinet.*

11. *Ibicus ut periit*] Scribe *Ibycus*. Ἴβυκος. Fuit is poëta, à latronibus inter-

12 Æacidæ ad tumulum mactata eſt Andromachæ glos.
13 Carcere in Argivo Philopœmena lenta adiit mors.
14 Tertia opima dedit ſpoliatus Aremoricus Lars.

15 Sera

interemptus. Cujus necis quomodo grues poſtea ultrices obtigerint, interfectoreſque arguerint, & unde vetus verbum, *Grues Ibyci*, in Suidæ commentario colligitur. Fit quoque *Ibyci* ejuſdem mentio in Epigrammatis. *Ibicus* pauperis nomen eſt Horatio, & impudicæ vetulæ mariti. *Mariang. Accurſius.*

11. *Ibycus*] Hic inter poëtas Lyricos, qui novem fuere, haud ultimus fuit. Qui à latronibus in media ſolitudine jugulandus, eis prædixit *grues* ſuæ cædis teſtes *ultriceſque* aliquando fore. Illi ergo quum in media urbe eſſent, & ſupervolantibus forte gruibus, ſuſurrarent per jocum inter ſe in aurem, ἴδε αἱ Ἰβύκου ἔκδικοι, quidam ex circumſtantibus id forte audivit. ad magiſtratum detulit. capti latrones, & tormentis ſubjecti, facinus confeſſi ſunt, & pœnas luerunt. Ita grus fuit vindex mortis Ibyci. Fuit autem index: ut *index* pro *vindex* habuit vetus codex, ſed *vindex* malim ex Græco. Plura de hoc poëta apud Lilium Ferrarienſem, & Eraſmum in proverbio *Ibyci grues*. Verbum autem *altivolans* primus non finxit Auſonius. Ennius apud Ciceronem primo de divinatione:

> *Quærit Aventino. ſervat genus altivolantum.* Vinetus.

11. *Ibycus* — *index fuit altivolans grus*] Ita in veteri libro non *vindex*. Quod ſane verum eſt. Nam *index* fuit *grus*, non *vindex*. Scaliger.

12. *Æacidæ*] Ad ſepulchrum *Achillis* immolata fuit à Græcis, capto Ilio, *Polyxena*, *glos Andromachæ*, id eſt, ſoror mariti Andromachæ, Hectoris. Fabula eſt in Hecuba Euripidis, apud Hyginum, & Servium in 3 Æneidos. *Vinetus.*

13. *Carcere in Argivo*] Apud Titum Livium, Plutarchum, Pauſaniam, Juſtinum triceſimo ſecundo, *Philopœmen*, nobilis *Achæorum* imperator, quum grave jam vulnus in capite accepiſſet in tranſitu foſſæ equo præcipitatus, à Meſſeniis Græca gente captus fuit ab iiſque in carcere & vinculis veneno ſublatus. *Vin.*

14. *Tertia* — *Aremoricus Lars*] Quia obliqui, *Lartis*, *Larti*, non *Laris*, *Lari*. Neque aliter fecit in nomine *glux*. quia apud veteres obliqui, *gluctis*, *glucti*. Ait enim:

> *Tergora dic clipeis accommoda quid faciat? glux.*

Nam *gluctis*, & *glucti* dicebant in obliquis, ut puto, ne confunderetur cum *glutus*. Cato: *Vtique locus bene glutus fiet.* Scaliger.

14. *Tertia picna dedit*] Hoc vel aliud, mihi prorſus ignoratum continetur, vel *opima* M. Claudii Marcelli parta *ſpolia* ſignificantur. Vt pro *picna* ſit *opima* corrigendum. Cætera hæc ipſa caſtigatio hærentibus planeque neſcientibus monſtrat iter primo, ſed tenebricoſum, atque etiam in lapſus. Sunt enim authores Livius, Valerius, Propertius, Cæcilius, Florus, Plutarchus, Servius, cæteri. Poſt prima Romuli de Acrone Rege Ceninenſium opima ſpolia Feretrio Iovi lata, altera fuiſſe A. Cornelii Coſſi, de *Larte* Tolumnio Fidenatium Duce. Qui tamen ſit in recto *Lar* non *Lars* apud Liv. lib. 4. Serviumque. tertia denique Marcelli de Inſubrium Gallorum Rege Viridomaro, quem Plutarchus *Britomartem* vocet. Hinc & Maro in ſexto Æneidos, Anchiſen præcinentem longeque in poſterum ventura monſtrantem, ita inducit:

> *Tertiaque arma patri ſuſpendet capta Quirino.*

Numi-

15 Sera venenato potu abſtulit Hannibalem nex.
16 Res Aſiæ quantas leto dedit immeritas fraus!

Numiſma quoque nobis eſt argenteum egregie cælatum, cujus altera pars archetypam (ut conjectari licet) ejus vultus imaginem expreſſam habet: altera vero totius corporis de more imagunculam, ſpolia ipſi templo conſecrantem, manibuſque ſuis ſuſpendentem, donoque figentem, inſcriptam titulo, *Marcellus Coſ. quinq.* Secunda ergo *ſpolia* cum *tertiis*, & *Lartem* cum Gallorum Duce, confundere videtur Auſonius. Quod enim *Aremoricum.* id eſt Aquitanum vocet eum, qui Inſubris fuerit, æquiore animo prætereundum videtur, quam ut *Lartis* ei nomen fuiſſe putetur. Niſi quis *Lartem Aremoricum* accipiat pro Viridomaro, qui Lartem alterum retulerit ſeſeque geſſerit, in eo videlicet, quod opima ſingulari certamine ſpolia & ipſe Iovi dedit Feretrio. Poëtæ ſiquidem conſueverunt nomen ex vicino ſumere, tum & fabulas, hiſtoriaſque miſcere. ut pro Auguſto, Quirinum, pro Dardano, Teucrum: pro Amphimacho, Antilochum ponant. *Mariang. Accurſius.*

14. *Tertia opima*] *Opima ſpolia*, quæ dux populi Romani duci hoſtium detraxit: ut definit Feſtus. quorum prima fuerunt Romuli regis de Acrone rege Cæninenſium: Secunda Cornelii Coſſi tribuni militum de Tolumnio Vejentium rege: Tertia Marci Marcelli Conſulis de Viridomaro duce Gallorum: quem *Lartem Aremoricum* Auſonius appellat. Aremoricum quidem, id eſt Gallum: quia *Aremorici* gens Galliæ fuit. Lartem vero, quia Tolumnius ille Vejens, de quo retulit opima ſpolia Coſſus, ita vocaretur, *Lartis* nomine, regem, ducemve etiam forſitan ſignificante. Nam Porſenam Etruriæ regem, *Lartem* quoque appellant Livius & Dionyſius Halicarnaſſenſis. Ceterum quem hic habent libri omnes rectum LARS, & apud Titum Livium in extremo libro IV legere meminimus, miror quod is *Lar* ſit ſine S apud Cariſium, ubi ſic legitur: *Lar ſi familiaris erit, genitivo Laris: ſi Tolumnii, vel Porſenæ, Lartis.* Idem & apud Priſcianum legitur libro quincto, ſed non ſuo id loco præcipitur: & omnia veterum Latinorum Grammatica quam fœde contaminata corruptaque ſint, ſcio. In principio nonæ Philippicæ Ciceronis nec *Lar*, nec *Lars*, ſed *Lartes* Tolumnius ſemper legi. Et quod ad auctores Græcos attinet, rectus eſt Λάρος Πορσίνος apud Halicarnaſſenſem libro quincto, ſed obliquus caſus Κλάρου Πορσίνου in Plutarchi Publicola. Λάρθας appellatur Tzetzæ. *Vinetus.*

15. *Sera venenato*] *Annibal* Carthaginenſis, patria pulſus, in Bithynia, ne vivus in Romanorum manus veniret, venenum, quod ſecum ſemper habere conſueverat, ſumpſit anno ætatis ſeptuageſimo, ut ſcribit Æmilius Probus. *Vinetus.*

16. *Res Aſiæ*] Virgilius tertium Æneidos exorſus:

> *Poſtquam res Aſiæ, Priamique evertere gentem*
> *Immeritam viſum ſuperis.* ---

Pro hoc,

> *Res Aſiæ quantas leto dedit immeritas fraus,*

habebat vetus codex:

> *Fallaces Ligures. Nullo ſitus in pretio Car.*

Sic Ligures, quorum metropolis Genua, *fallaces* dixerat Virgilius undecimo Æneidos, & Marcus Cato ſecundo originum. De Caribus (Aſiæ provincia eſt *Caria*) lege Eraſmum in adagio: *In Care periculum.* Vinetus.

17 Vltrix flagravit de rupibus Euboicis fax.
18 Stat Iovis ad cyathum, generat quem Dardanius Tros.
Præpetibus pennis ſuper aëra vectus 19 homo Cres.
Intulit inceſtam tibi vim Philomela ferus Thrax.
20 Barbarus eſt Lydus, 21 ſervus Geta, 22 femineus Phryx.
Fal-

16. *Res Aſiæ quantas*] Verſus hic tranſpoſitus in veteri libro inveniebatur ante illum, *Vltrix flagravit*, &c. hujus autem loco, *Vellera depectit*, &c. unde cum Turnebo ſpurium illum, *Iam pelago volitat mercator veſtiſluus Ser*, expunximus.

17. *Vltrix*] *Nauplius* Palamedis pater, quum Ilio revertentes Græcos tempeſtate laborare videret, is, ut filii mortem ulciſceretur, quem ut proditorem occiderant innocentem, *Caphareum Eubææ promontorium* aſcendit, & *face ardente* eo loco elata, ubi ſaxa acuta, & locus periculoſiſſimus erat, ſignum dedit vicini portus: qua re decepti illi, acerbiſſimas pœnas naufragio dederunt. Hyginus, & Servius in undecimum Æneidos. *Vinetus.*

18. *Stat Iovis*] Ganymedes. *Vinet.*

18. *Stat Iovis ad cyathum*] *Stare*, proprium verbum pocillatorum. adi Lambinum & Torrentium ad Horatium, & Ouzelium ad A. Gellium.

19. *Homo Cres*] Cretenſis Dædalus. *Vinetus.*

20. *Barbarus*] Eſt *Lydus* pædagogus in Plauti Bacchidibus: qui quum Piſtoclerum adoleſcentem objurgans, rogaſſet, an deus eſſet ullus *Suavis ſuaviatio*, ſtatim audiit:

An non putaſti eſſe unquam? ô Lyde, es barbarus.
Quem ego ſapere nimio cenſui pluſquam Thalem,
Idem ſtultior es barbaro Potitio,
Qui tantus natu deorum neſcis nomina. Vinetus.

20. *Barbarus eſt Lydus*] Mirum, ni ab Auſonio ad proverbium alluſum, *Lydi Barbari*, quo præter cæteros Plautus uſus. *Douza.*

21. *Servus Geta*] Lege ex vet. libro: *pellax Geta*. Poſt eum verſum ex fide veteris codicis verſum fugitivum retrahimus:

Fallaces Ligures, nullo ſitus in precio Car.

Notum ex Homero ἐν Καρὸς αἴσῃ. item vulgatum illud: ἐν Καρὶ κινδύνῳ. Scaliger.

21. *Servus Geta*] *Pellax Geta*, vetus exemplar. Eſt autem *pellax*, qui inducit, & per blanditias, inquit Servius, elicit ac decipit: ut ſervus *Geta* in Phormione Terentii, & alii ſervi in aliis comœdiis. Vnde autem Servi Athenis Davi, Getæ, Lydi, Syri, dicerentur, tradere voluit Strabo Geographus libro ſeptimo. *Vinetus.*

21. *Servus Geta*] In duobus membranaceis *pellax Geta*. Vix induci poſſum, ut hic de ſervo è Comœdia quopiam loqui poëtam exiſtimem: legam ergo lubentius *bellax Geta*. hinc oppoſitum, *femineus Phryx*, id eſt, imbellis. *Getas* autem bellicoſiſſimos ſemper fuiſſe nemo neſcit. Offendit ſcilicet librarios non nimis frequentata, tametſi proba vox. Priſcianus in Periegeſi:

Hic ſunt Germanique truces, & Sarmata bellax,
Atque Getæ. Rigidos *Getas* dixit Horatius l. III, od. XXIV. Mela l. II, c. II: *Quidam feri ſunt, & ad mortem paratiſſimi, Getæ utique.* quod ſi tamen cuiquam τὸ *pellax* magis arrideat, ille in Propertio l. IV, Eleg. V, quo ſe tueatur, habet:

Sed potius mundi Thaïs pretioſa Menandri,
Cum ferit ASTVTOS *comica Mœcha* GETAS.

At

Fallaces Ligures: nullo ſitus in pretio — Car.
Vellera depectit nemoralia [23] veſtifluus Ser.
[24] Nota in portentis Thebana tricorporibus Sphinx.
[25] Nota & parvorum cunis muliebre ſecus Strix.
De

At ſtatim ſequitur in noſtro, *Fallaces Ligures.* Poſſit & vulgata defendi, quod ſervis ab ipſis gentibus nomina fuerint impoſita: atque id in comœdiis inprimis uſitatum. Schol. Theocriti ad Eidyll. v: Εἰώθασι γὰρ οἱ παλαιοὶ τοῖς δούλοις ὀνόματα τιθέναι ἀπὸ τῶν ἐθνῶν, Σύρον, Καρίωνα. οὕτω καὶ τὸν Λάκωνα. Helladius apud Photium, pag. 1588: Ὅτι οἱ Κωμικοὶ τοὺς οἰκέτας τὸ μὲν πλέον ἀπὸ τοῦ γένους ἐκάλουν. οἷον Σύρον, Καρίωνα, Μίδαν (forte Μῆδον,) Γέταν, καὶ ὅμοια. Vide & quæ Modeſtinus de vocab. rei milit. circa finem. Sed hanc obſervationem hic locum habere vix putem.

22. *Femineus Phryx*] Æneam *Phrygem* cum ſuo comitatu, *ſemivirum* appellat Hiarbas quarto Æneidos, & ejus gentis mollitiem quis veterum ſcriptorum non notavit? *Vinetus.*

23. *Veſtifluus Ser*] De *Seribus* & Sericis *veſtibus* Mela, Plinius, Solinus, Epigramma viceſimum ſextum. Novum autem mihi verbum *veſtifluus.* Vinet.

23. *Veſtifluus Ser*] Vide Bourdelotium ad Heliodor lib. III, pag. 65, Tertullian. de hab. mulier. Lucanus:

Quidquid ad Eoös tractus, mundique leporem,
Labitur, emollit gentes clementia cæli.
Illic & laxas veſtes, & fluxa virorum
Velamenta vides.

Prudentius in Hamartig. ℣ſ. 286:

-- Genuina leves ut robora ſolvant,
Vellere non ovium, ſed Eoo ex orbe petitis
Ramorum ſpoliis fluitantes ſumere amictus
Gaudent. --- In Priapejis:
Medis laxior Indicisque braccis.

24. *Nota in portentis*] De Sphinge in verſum duodequadrageſimum Griphi. *Vinetus.*

25. *Nota & parvorum cunis muliebre ſcelus Strix*] *Strix* avis; quæ noctu in *cunis* ubera labris infantium immulgere credita eſt, atque ita vitali exhauſto humore enecare parvulos: quod tamen fabuloſum arbitratur Plinius. Inde appellantur *ſtriges*, mulieres, quæ viſu, ſpiritu, contactu, lactis munerumque oblatione, pueros faſcinare putabantur. Vide Sextum Pompejum, & fabulam ſexto Faſtorum Ovidii. *Vinet.*

25. *Nota & parvorum cunis*] Vide notas Keuchenii ad Sammonicum pag. 288, & Sariſberienſem in Polycratico lib. II, cap. XVII. Deſcribit & Statius lib. I Thebaidos:

— Monſtrum infandis Acheronte ſub imo eſt
Conceptum Eumenidum thalamis, cui virginis ora,
Pectoraque, æternum ſtridens à vertice ſurgit
Et ferrugineam frontem diſcriminat anguis.
Hæc tam dira lues nocturno ſqualida paſſu
Illabi thalamis, animasque à ſtirpe recentes
Abripere altricum gremiis, morſuque cruento
Deveſci, & multum patrio pingueſcere luctu.

De vere primo.

ANnus ab exortu [1] cum floriparum reſerat ver,
Cuncta vigent : nemus omne viret : nitet auricomum rus :
[2] Et fuſura umbras radicitus exigitur ſtirps.
Non denſo ad terram lapſu glomerata fluit nix.
Florum ſpirat odor, [3] Libani ceu montis honor thus.

1. *Quum floriparum*] Flores pariens ver. Verbum autem tam novum mihi hic *floriparus*, quam *oviparus* in verſu centeſimo & triceſimo tertio Moſellæ. *Vinetus.*

2. *Et fuſura*] *Et paſſura*, alii libri. *Vinet.*

3. *Libani*] In Syria eſt hic mons. Meminerunt Geographi. celebrarunt etiam ſacræ Hebræorum litteræ. *Thuris* eſt feraciſſimus, unde nomen habet. Nam Græcis λίβανος eſt thus, arbor, cujus *thus* quoque lacryma, λιβανωτός. Idem.

Per interrogationem & reſponſionem.

QVis ſubit in pœnam capitali judicio ? vas.
[1] Quid ſi lis fuerit nummaria, quis dabitur ? præs.
[2] Quis Mirmilloni contenditur ? [3] æquimanus Thrax.
Inter virtutes quod [4] nomen Mercurio ? fur.
[5] Thuribula, & pateræ, quæ tertia vaſa deûm ? lanx.
Cincta mari quænam tellus creat Hippocratem ? Cos.
Grex magis, an regnum [6] Minoïda ſollicitat ? grex.
[7] Quid

1. *Quis cum lis fuerit*] MS. codex : *Quid ſi lis fuerit nummaria*, &c. Mariang. Accurſius.

1. *Quis cum lis*] Vetus exemplar Lugdunenſe : *Quid ſi lis.* Vinetus.

2. *Quis Mirmilloni*] Gladiatorum unus *Mirmillo*, alter *Thrax*, ut qui è *Thracia* primum eſſet, appellabatur : alioque hic nomine *Retiarius*, *Mirmillo* vero *Secutor*. Feſtus. *Æquimanos* autem dixit Auſonius Gladiatores, qui *æqua manu*, paribus armis & viribus, ſingulari certamine pugnarent. *Vinet.*

3. *Æquimanus Thrax*] Æquimanus is videtur eſſe, qui *ambidexter* à nonnullis dicitur. Iſidorus lib. 10, cap. 1 : *Æquimanus appellatur, qui utraque manu gladio incunctanter utitur.* Turnebus.

4. *Nomen Mercurio fur*] Egregia vero *virtus*. Boves ille *furatur* libro ſecundo Metamorphoſeon Ovidii. Lege Horatii libri primi oden decimam, & Luciani lepidiſſimum de illo Apollinis & Vulcani dialogum. *Vinetus.*

5. *Thuribula*] *Thuribulo*, *patera*, & *lance* utebantur veteres in ſacrificiis. *Vinet.*

6. *Minoida*] Vxorem Minois *Paſiphaën*. Idem.

7. *Quid*

[7] Quid præter nubem Phæacibus impoſitum ? mons.
Dic, ceſſante cibo, ſomno quis opimior eſt ? glis.
Tergora dic clypeis accommoda quæ faciat ? [8] glus.
[9] Sponte ablativi caſus quis rectus erit ? ſpons.
[10] Quadrupes oſcinibus quis jungitur auſpiciis ? mus.
[11] Quid

7. *Quid præter*] *Phæacia* inſula, poſtea *Corcyra. Phæacum* naves, ut fabulatur Homerus Odyſſeæ octavo, gubernatores non habebant, ut aliæ naves, neque opus erat: quoniam hominum conſilia & mentes noverant. omnium urbes, & agri hominum, ubi eſſent, ſciebant. Incredibili celeritate per mare ferebantur, aëre & nube tectæ. Illa autem, quæ Vlixem in Ithacam patriam vexit, quum in Phæaciam rediret, haud procul Phalacro inſulæ promuntorio in ſcopulum mutata eſt. Homerus tertio decimo Odyſſeæ, & Plinius, & Solinus de Phalacro. *Vinetus.*

8. *Glus*] Cuncti codices noſtri impreſſi *glut.* quam vocem nemo non ſtatim ſentit eſſe poſitam pro eo, quod eſt *gluten,* ſeu *glutinum.* Quod utrumque quum neutri ſit generis, & in *t* terminata, neutra & ea quoque, quomodo conveniet iſtud *quæ glut ?* vetus vero Lugdunenſis codex non *glut*, ſed *glux*, *x* pro *t*, ſcribebat: quæ vox monoſyllaba tam inſolens eſt quam *glut. Glus* malim ex Tiliano exemplari nomen femininum: quod apud Flavium Cariſium legitur, Grammaticum Priſciano antiquiorem: *Feminini generis hæc, arx* ἀκρόπολις, *ars* τέχνη, *calx, cos, cotis, crux, dos, fax* λαμπὰς, *fæx, falx, frons frontis, fraus, glans, gens, glos* ἀνδραδέλφη *gloris, glus, glutinis. Alii hoc gluten dixerunt. lanx, lex, lens.* Vinetus.

8. *Glus*] In Excerptis Pithœanis, *Glis, glitis, humus tenax.* Lege: *glus, glutinis.*

9. *Sponte*] Hic ablativus, & genitivus *spontis*, quo uſos obſervavimus Aulum Gellium, Columellam, Cornelium Celſum, Marcum Varronem, ab inuſitato ſunt nominativo *ſpons*. Cujus etiam meminit Flavius Soſipater. *Vinetus.*

10. *Quadrupes auſpiciis*] Hoc etiam teſtatur Plinius lib. IX: *Soricum*, inquit, *occentu dirimi auſpicia, annales refertos habemus.* Quare, ut videtur, ita *mures* aut ſorices *oſcinum auſpiciis* junguntur, ut auſpicia vitient, non ut ipſi auſpicium faciant. Nam & alia quoque vitium auſpiciis faciebant, ut morbus Comitialis: &, quod ridiculum eſt, crepitus ventris. Cato: *Domi cum auſpicamus (honorem Deum immortalium velim habuiſſe) ſervi, ancillæ, ſi quis eorum ſub centone crepuit, quod ego non ſenſi, nullum mihi vitium facit. Si cui ibidem ſervo, aut ancillæ dormienti evenit, quod Comitia prohibere ſolet, ne is quidem mihi vitium facit.* At Græcis idem ac ſternutamentum poterat, hoc eſt, bonum omen faciebat. Quod in Hymno in Mercurium canit ita Homerida quidam:

> Σὺν δ' ἄρα φρασσάμενος τότε δὴ
> κρατὺς Ἀργειφόντης
> Οἰωνὸν προέηκεν, ἀειρόμενος μετὰ
> χερσὶ,
> τλήμονα γαστρὸς ἔριθον, ἀτάσθαλον
> ἀγγελιώτην,
> Ἐσσυμένως δὲ μετ' αὐτὸν ἀπέπταρε. ---

Quare Apollo illis ominibus fretus bene ſperat de bobus. Ait enim:

> Εὑρήσω καὶ ἔπειτα βοῶν ἴφθιμα κάρηνα
> Τούτοις οἰωνοῖς. --- Scaliger.

10. *Quadrupes oſcinibus*] Hic verſus ex vetuſti codicis fragmento additur, cujus præter elegantiam, quæ poëtæ ſtylum referat, ipſum quoque argu-

[11] Quid fluitat pelago, quod non natat in fluvio? pix.
Biſſenas partes quis continet æquipares? as.
Tertia defuerit ſi portio, quid reliquum? bes.

mentum dextro genio comprehenſum, facile occurrit, vel eo ſolum, quod ſcribit Plinius lib. VIII: *Cum candidi provenere, latum faciunt oſtentum. Nam ſoricum occentu dirimi auſpicia*, &c. etiam ſi non traditum ab eo foret. Haud ſpernendum in oſtentis etiam publicis animal, quod arroſis Lavini clypeis argenteis Marſicum portendere bellum: Carboni Imperatori apud Cluſium faſciis, quibus in calceatu utebatur, exitium: & quod ruinis imminentibus præmigrant, quodque eorum jecuſculis fibræ ad numerum lunæ dierum in menſe congruere dicuntur, totidemque & inveniri, quotum lumen ejus ſit, præterea bruma increſcere. *Mariang. Accurſius.*

10. *Quadrupes*] *Oſcines* aves ſunt dictæ, quæ apud augurem *ore* auſpicium facerent, ait Varro quincto de ling. Lat. De *auſpiciis* caput eſt apud Valer. Maximum libro 1. qui auctor primo capite libri primi memoriæ prodidit, occentum *ſoricis* auditum, Fabio Maximo dictaturam, Cajo Flaminio Magiſterium equitum, deponendi cauſam præbuiſſe. Inter prodigia habitum apud Titum Livium libro viceſimo ſeptimo, & triceſimo, quod *Mures* in æde Iovis, aurum & coronam auream arroſiſſent. Plinius extremo libro octavo Naturalis Hiſtoriæ. *Vinetus.*

11. *Quid fluitat pelago*] *Quis* legendum. dixit enim *quis* genere neutro, *Mariang. Accurſius.* in ſecundo Voſſiano fuit, *Quis fluitat pelago, qui non natat in fl. pix.* errore è ſcriptura per compendium orto, ut apud Phædrum l. III Fab, de Gallinaceo & margarita:

Ego qui te inveni, potior cui multo eſt cibus,
Nec tibi prodeſſe, nec mihi quidquam potes.

lege, *quod te inv.* & *poteſt.*

De litteris monoſyllabis Græcis ac Latinis.

[1] DVX elementorum ſtudiis viget in Latiis A.
Et ſuprema notis adſcribitur Argolicis. Ω.
[2] Ητα quod Æolidum, [3] quodque ε, valeo hoc Latiare E.
Præſto, quod E Latium ſemper breve, Dorica vox E.
Hoc

1. *Dux elementorum*] Hæc ut erant, quo loco, & titulo, in Lugdunenſi libro, ita edenda cenſuimus. Sunt autem *litterarum* Latinarum nomina Monoſyllaba cuncta, at Græcorum pars tantum: ex quibus Monoſyllabicis appellationibus verſus hi viginti ſeptem effecti fuerunt. *Vinetus.*

2. *Hta quod Æolidum*] Mens hujus carminis, E latinum æquiparare Ητα & E Græcanicum. Et Terentianus Maurus, *literam namque* E *videmus eſſe ad* Ητα *proximum.* Adde Capellam: E *vocalis duarum Græcarum vim poſſidet. Nam cum corripitur* E *Græcum eſt, ut* Ab hoc hoſte: *cum producatur, Eta eſt, ut*, ab hac die. *Lipſius.*

3. *Quodque ε valet, hoc*] Diſtingue & lege: *quodque ε, valeo hoc Latiare* E.

4. *Negat*

Hoc tereti argutoque ſono [4] negat Attica gens O.
[5] Ω quod & O Græcum compenſat Romula vox O.
Litera ſum [6] Iotæ ſimilis, [7] vox plena jubens, I.
[8] Cecropiis ignota notis [9] ferale ſonans V.
[10] Pytha-

4. *Negat Attica gens* ου] Quis enim hanc veram lectionem neget: contra illam vulgatam, falſam? In hac caſtigatione adjuti ſumus veteri ſcriptura, quæ habebat pro, *ligat*, *egat*. nos *negat* fecimus. ut eo ad verum ſenſum deducti ſimus. De eadem enim litera intelligit ad Paulinum ſcribens:

Vna fuit quondam, qua reſpondere Lacones
Litera, & irato regi placuere negantes, Scaliger.

4. *Negat Attica gens* ου] Reſpice, ſi operæ pretium eſt, quæ ad Epiſt. xxv notata ſunt. Turnebus l. xxiii, c. xxx legit: *O*. Hinc ille fortaſſis error apud Theodoretum ſermon. viii, de Cur. Græc. aff. ubi quum ο pro ου eſſet ſcriptum, librarii ὁ deſcripſerunt: Οὐχ ὁ Ῥωμαίων, inquit, περιφανέστατοι στρατηγοὶ, οὐ Σκιπίων ὁ πρῶτος, οὐ Βροῦτος, οὐκ ἐκείνου ὁμώνυμος, οὐ Κάτων, οὐ Σύλλας, οὐ Μάριος, οὐ Πομπήιος, οὐ Καῖσαρ αὐτός. Ita enim legendus locus, ut ferme vidit Sylburgius in notis. Sed & ὁ πρῶτος mihi ſuſpectum eſt, quum alter Africanus priore non minus notus fuerit. forte ſcripſerat Theodoretus, οὐ Σκιπίωνες, οὐ Βροῦτοι.

5. Ω *quod & OΥ Græcum*] Quibus verbis alluſum ad verba Nigidii apud Gellium, qui inſcitiæ arceſſebat Græcos, quod ου ex ο & υ feciſſent. *Scaliger*.

5. Ω *quod & O Græcum*] In tritis libris aliter, qui Υ Græcum ingerunt, ſcriptura incerta; imo vero ex vi & poteſtate literarum falſa. Nam quis Υ cum O comparavit umquam? migrant interdum, ſcio, altera in alteram: ſed non hoc evicerit, ejuſdem eas ſoni. Lugdunenſis codex habet, Ω *quod & ου*. ex quo Scaliger, Ω *quod & ου*. me tamen lente approbante. non enim verum plane O Latiare valere, quod ου Hellanicum. Malim, *quod & O Græcum*. quoniam ea conſtans Grammaticorum veterum dictio, O noſtrum æquiparare duplici Græcorum magno & minuto. Verſus tantum Terentiani Mauri firmandæ totius rei addam hoſce:

Ω grajugenum longior altera eſt figuræ
Alter ſonus & nota temporum Minori.
Compendia noſtri meliora crediderunt:
Vna quoniam ſit habitum eſt notare forma.
Pro temporibus quæ geminum miniſtrat uſum. Lipſius.

6. *Iota ſimilis*] Quæ litterarum ſuarum nomina Græci non declinant, declinavit hoc loco Auſonius, per primam inflexionem Latinorum. *Iota Iota*, & *Beta Beta*, & *Delta Delta*; vocalemque *I* in *Iota*, conſonantem fecit. Eſt enim triſyllabum ἰῶτα apud Græcos, qui conſonantem *j* non habent, ut Latini: ſed vocalem tantum. *Vinetus*.

7. *Vox plana jubens, I*] Imperativi modi verbum ab *Eo, is*. Vinet.

8. *Cecropiis ignota notis*] Si antiquiores Romani idcirco ſcripſere *ou*; quia *V* prout ſimplicis vocalis ſignum eſt, ſonum illum biſonum minime exprimeret; illi autem, qui poſtea ejus loco *u* ſcripſerunt, id eo conſilio fecerunt, quod quibus locis illo uterentur, craſſiorem quidem quam in *Y*, haut amplius tamen (nempe mutata jam veterum pronuntiatione) veræ diphthongi ſonum exaudirent: liquere; *V* literæ ſonum Græcis eſſe ignotum: ſin vero ineptum videtur, abju-

[10] Pythagoræ bivium ramis pateo ambiguis Y.
[11] Vocibus in Grajis nunquam ultima conſpicior M.
Zeta jacens, ſi ſurgat, erit nota, quæ legitur N.
[12] Mæandrum, flexuſque vagos imitata vagor ξ.
[13] Dividuum Betæ monoſyllabon Italicum B.

[14] Non

abjudicare hunc ſonum ab *ω*, cum præter alios Marius Victorinus diſertim ſcribat, *ω* poni pro *O* & *V*: nec id magis abſurdum ſit, quam quod I longum ſonuerit, ut EI: illud ſaltem extra controverſiam omnem ponendum eſſe cenſeam, male à viris doctis diphthongi OY ſonum tribui V vocali. cum dicere debuerint, ut O veteribus Græcis, ita V Latinis non vocalis ſemper, ſed etiam diphthongi fuiſſe notam; quodque Auſonius ait, Græcis V ignotum eſſe, ideo facere, quia etſi vetuſtiores Græci O pro OY collocarint, Auſoniano tamen ævo, ac multo etiam ante, nullam Græci litteram habuerint, quæ pro diphthongo OY ſola poneretur. Itidem, quod ad I longum attinet, non putandum I vocale interdum ſonuiſſe ut EI; ſed dicendum I nunc ſimplicis, nunc geminæ fuiſſe vocalis notam. *G. Io. Voſſius*, qui multo plura etiam eodem capite 13 lib. 1 Art. Grammat. Miratur Scaliger (Iulius Cæſar) hoc *Cecropiis ignota notis* de *V* litera Auſonium dicere; eumque refelli ait tum Farneſiana columna, in qua eſt ΜΑΡΤΥΣ; tum nummo Auguſti, in quo eſt ΑΥΤ. ΚΑΙΣΑΡ ΑΥΓΥΣΤΟΣ. verum cum Græci libertate amiſſa ſub Romanorum degerent poteſtate, ſolent Romanas interdum literas Græcis miſcere: unde eas Græcas eſſe minime conſequitur. Sane antiquiores caruiſſe figura literæ V. ſatis indicat myſtica illa Pythagoræ interpretatio, quæ ſoli figuræ Y convenit. Sed utcunque Græci non habuerint V, eſt tamen V ex Græco Y factum reciſo ſcapo.

9. *Ferale ſonans V*] *Ferale vocat*, quia ab eo *Vlulare* verbum incipit. Lego item:

-- Imitata vagor ξ. Scaliger.

9. *Ferale ſonans*] Sic ex Lugdunenſi libro, qui habebat *ferali reſonans*, pro *furiale ſonans*. *V* vocalis, diphthongi *ου* Græcæ, id eſt, noſtræ Gallicæ *ou*, ſonum habet, ut ſcribit Priſcianus lib. 1. *Vinetus*.

10. *Pythagoræ bivium*] Perſius Satyra tertia:

Et tibi, quæ Samios diduxit littera ramos,
Surgentem dextro monſtravit limite callem.

Inter minora Virgilii carmina exſtat, quod incipit:

Littera Pythagoræ diſcrimine ſecta bicorni.

Littera autem *Y* non ideo Pythagoræ dicitur, quod Philoſophi Pythagoræ ſit inventum. Palamedes enim invenit, ut paulo poſt dicetur: ſed ea ſic vocitata eſt, quod magnus ille vir, qui per allegorias, ſymbola, & ſigna, ſuam fere doctrinam tradebat, in ejus litteræ figura duas ſe cernere vias dictitaret, Vnam virtutis, alteram voluptatis: ibique multa de utraque diſſerere ſolitus eſſet. *Vinet.*

11. *Vocibus in Grajis*] Quintilianus l. 12, cap. 10: *Quid quod pleraque nos illa quaſi mugiente litera cludimus M, qua nullum Græcum verbum cadit?*

12. *Mæandrum*] Fluvium Aſiæ, ſinuoſum flexuoſumque, Eraſmus in Adagiis. Pro *vagor* autem, *vocor* legendum cenſuit Turnebus. *Vinetus.*

13. *Dividuum Beta*] Ideo *dividuum*, quia media illius & prima parte effertur *Be*. Nam cum habeant

hoc

[14] Non formam, at vocem Deltæ gero Romuleum D.
[15] Hoſtilis quæ forma jugi eſt, hanc efficiet Π.
[16] Auſonium ſi P ſcribas, ero Cecropium P.
[17] Et Rho quod Græcum, mutabitur in Latium P.
Malus ut antemnam fert vertice, ſic ego ſum T.
[18] Spiritus hic, flatu tenuiſſima vivificans H.
[19] Hæc tribus in Latio tantum addita nominibus K,
Prævaluit poſtquam Gammæ vice functa prius C,
[20] Atque aliam pro ſe titulo replicata dedit Q.

[21] Anſis

hoc conſonantes, ut ſolitariæ ſonum efficiant, luctenturque, ut ſic dicam, intra clauſtra oris: ſubveniendum adjuncta vocali eſt, quæ velut obſtetrix educat. Sed Græci aut Hebræi pluribus id fecere: compendio magis noſtri, qui unam omnibus literam dederunt, & eandem. *Lipſius.*

14. *Non formam, at vocem*] Ita hic *at* ſcripſi, pro *aut*. *Delta* littera Græca, & D Romana, Latinave differunt figura, Δ, D, ſed non voce & ſono. *Vinetus.*

15. *Hoſtilis quæ*] T. Livius l. 3: *Tribus haſtis jugum fit, humi fixis duabus, ſuperque eas tranſverſa una deligata. Sub hoc jugo dictator Æquos miſit.* Vinet.

15. *Hoſtilis quæ forma jugi*] G. Canterus: *Haſtilis.* ſed acute nimis. Feſtus: *Iugum, ſub quo* victi *tranſibant, hoc modo fiebat: fixis duabus haſtis ſuper eas ligabatur tertia: ſub iis victos diſcinctos tranſire cogebant.* Ideo *hoſtile,* quia ab hoſte victi ea ignominia affici ſolebant.

16. *Auſonium ſi P ſcribas*] Lego: *Auſ. ſi Pe ſcribas.* Nam Latini pronuntiant *Be, Ce, De, Ge, Pe, Te.* Scal.

17. *Et Rho, quod Græco*] Lege: *Græcum.* finalis litera *m* à ſubſequente fuit abſorpta. Nec aliter conjecerat Pulmannus. Supra:

Ω quod & Οὐ Græcum compenſat Romula vox O.

Vinetus edidit: *Et Rho de Græco,* non male.

18. *Spiritus hic ſlatus*] *Flatu* liber Lugdunenſis. Quæ vulgo cum Priſciano aſpiratio dicitur littera *H*, vivificat, firmat, roborat, & vocem intendit. Vide A. Gell. l. 2. *Vinetus.*

18. *Spiritus hic ſlatus*] Lege: *flatu.* Græyius. Ita quoque vetus codex.

19. *Hæc tribus in Latio tantum addit nominibus,* K.] Hæc de litteris *K, C, G, Q,* an ſint ſatis emendata, neſcio, ſed ea quid ſibi velint non ſatis intelligo. Quinctilianus lib. 1: K *quidem in nullis verbis utendum puto, niſi quæ ſignificat, etiam ut ſola ponatur. Hoc eo non omiſi, quod quidam eam, quoties* A *ſequatur, neceſſariam credunt, quum ſit* C *littera, quæ ad omnes vocales vim ſuam perferat.* Terentianus:

K ſimiliter otioſa ceteris ſermonibus,
Tunc in uſu eſt, quum Kalendas annotamus, aut Kaput.
Sæpe Kæſones notabant hac vetuſti littera.

Marcianus Capella lib. 3: K *vero nunc nota putatur eſſe, non* (ita Lipſius emendat) *littera. Nam ejus effectus* C *integrare non dubium eſt, abſque his, Kapita, Kalendæ, Kalumnia.* Quod autem ad *C* & ad *γάμμα*, hoc eſt, *G* pertinet, fuit, cum *C* Latini pro *G* ponentes, *Cabino* pro *Gabino* dicerent, *Lece* pro *lege*, *Acna* pro *agna*, ut ſcribit Marius Victorinus in capite de Orthographia. *Vinetus.*

19. *Tantum addit nominibus*] Malim: *tantum addita.* Lipſius.

20. *Atque alium pro ſe titulo*] Lego: *titulum.* *C*, inquit, replicata & converſa novum pro ſe *titulum* ſive indicem

[21] Anſis cincta duabus erit quum Iota, leges Θ.
In Latio numerus denarius, Argolicum X.
[22] Hæc gruis effigies Palamedica porrigitur Φ.
[23] Cap-

dicem literæ dedit *Q*. Inſpice enim, ex duplici *C*, recto & inverſo, illud *Q* aptiſſime compinges. Poſſis & legere: *atque aliam pro ſe titulo*. Lipſius.

20. *Atque aliam pro ſe titulo repl.*] Ita ſcriptum fuit in Lugdunenſi libro. Explicatur à Quintiliano lib. I, cap. IV Inſtit. de literis redundantibus: *Et Q*, inquit, *cujus ſimilis effectus ſpecieſque, niſi quod paulum à noſtris obliquatur, Kappa apud Græcos. Nunc tantum in numero manet. replicata* igitur, id eſt obliquata, *dedit aliam* pro ſe literam *titulo* tenus. nam ſimilis utriuſque K & Q ſpecies effectuſque eſt, utraque vero teſte Priſciano ſupervacua. De eadem Martianus Capella lib. III: *Q quidam literam non putant; & vincerent, niſi in* equo *&* equitatu *appareret expreſſe. Conſtat autem ex* C *&* V; *ideoque* duplex *&* compoſita *dicitur, nec geminatur*. Sic in Nonio *Quadrifariam*, *Quis*, *Querela*, *Quatere*, &c. ſub literam *C* Digeſta, & *Cuadrifariam*, *Cuis*, *Cuerela*, *Cuatere* ſcripta reperias. unde & in Auſonio ſæpius in dativo *Cui* erratum fuit, pro quo *Qui* ſcriptum à librariis aliquoties oſtendimus.

21. *An ſi cincta*] *Anſis cincta*, legit Turnebus: quod littera ϑ ita media per tranſverſam lineam ſecetur (unde *ſectilis* dicta in Epigrammate CXXVIII) ut inſta ſupraque quaſi anſas exhibere videatur. Vereor tamen, ut ne ſit hic vitii quippiam. Finitur enim verſus non monoſyllabo, ſed diſſyllabo: niſi forte *Thet* Auſonius pronunciarit Hebræorum Phœnicumque more, qui primi litteras in Græciam intuliſſe feruntur: aut certe nomen *Theta* ſic dividas, ut prior ejus pars ſuum verſum finiat, altera ſequentem incipiat per Synalœphen. *Vinetus*.

22. *Hæc gruis*] *Hæc crucis effigies Palamedica porrigitur* Φ. habet idem liber. Nam inferiora ejus literæ veram crucem efficiunt, non *gruem*. Imo potius literam Υ excogitavit *Palamedes* ex gruum ordine. inveniſſe & eundem Φ, teſtes ſunt veteres. *Scalig.*

22. *Hæc gruis effigies*] *Palamedem* has quatuor litteras Θ, Ξ, Φ, X. Trojano bello inveniſſe ſcribit Plinius ſeptimo Naturalis Hiſtoriæ. Philoſtratus in Heroïcis tres tantum, Υ, Φ, X. De quo ſuo invento quum aliquando inter principes Græcos gloriaretur Palamedes, Vlixes de Υ gloriam deberi non ipſi, ſed *gruibus* dixit, quæ eam litteram ipſæ inveniſſent, non Palamedes: & volando illam facientes hominibus monſtraſſent. Lucanus lib. 5:

Strymona ſic gelidum bruma pellente, relinquunt
Potura te, Nile, grues: primoque volatu
Effingunt varias, caſu monſtrante, figuras.
Mox ubi percuſſit denſas notus altior alas,
Confuſos temere immiſſæ glomerantur in orbes:
Et turbata perit diſperſis littera pennis.

Inde ergo non ſolum *Palamedis littera* eſt nuncupata *Υ*, verum etiam ipſæ *grues*, quæ *Υ* ſuo agmine referunt, *Palamedis aves* fuerunt appellatæ. Valerius Martialis libro tertiodecimo de Gruibus:

Turbabis verſus, nec littera tota volabit,
Vnam perdideris ſi Palamedis avem.

Φ vero inventum etiam *Palamedis*, ut dictum eſt, non agmine progredientes grues refert, ſed ſolam *gruem*. Vinetus.

22. *Hæc gruis effigies*] Negat vir maxi-

[23] Cappa fui quondam Bœotia, nunc Latium K.
Furca, tricornigera ſpecie, penè ultima ſum Y.

maximus in ſuis ad Euſebium Animadverſionibus, capere ſe mentem Auſonii. Ego autumo, poëtam eo reſpexiſſe, quod referat *gruem* unico pede inſiſtentem, uti ſolet, quum excubias agit. G. Io. Voſſius. in veteri libro *cruciu*. Vitium deſcriptoris eſt, qui forte *cruis* invenit in alio codice, & ex eo *crucis* effinxit. *c* & *g* vero ut plurimum confunduntur.

23. *Cappa fuit quondam*] Reſtitui ex priſca ſcriptura, *cappa fui quondam*; qua perſona ſequens item verſiculus producitur.

[1] Grammaticomaſtix.

[2] E Logodædalia ſtrides modo qui nimium trux,
[3] Frivola condemnas? nequaquam. cum pretio eſt merx,
En-

1. *Grammaticomaſtix*] Eſt μάστιξ flagrum flagellumve, unde Ὁμηρομάστιξ vocitatus, qui Homerum, poëtarum omnium ſæculorum facile principem, inſectaretur, Zoilus Amphipolita. Ita *Grammaticomaſtix*, qui Grammaticis negotium faceſſeret: veluti qui quærit, quid *Tau*, quid *Cal*, *Sil*, *Min*, & alia, quæ hic ſunt Grammatica *Vinetus*.

2. E *Logodædalia*] Eſt λόγος oratio, ſermo, ratio: δαίδαλος peritus, ingenioſus. *Logodædali* poliendæ orationis artifices, verborum funditatores inanium, & qui venuſtatem verborum, non ſenſuum acumen conſectantur. Inde λογοδαιδαλίαι in Auſonii etiam epiſtola XIV, ipſum illud artificium. *Stridoris* autem, fragoris, aſperitatiſque cauſa eſt in voce *trux*, canina illa littera *r*, conſequente *c* in *x*. Vinet.

3. *Frivola condemnans*] Pro *nequam quoque* ſecundus Voſſianus exhibet *nequaquam*: Quare hoſce verſus ita corrigendos cenſeo:

E logodædalia, ſtrides modo qui nimium trux
Frivola condemnas? nequaquam. quum pretio eſt merx,
Ennius ut memorat, replet te lætificum Gau.
Livida mens hominum, &c.

Sermonem vero ad Grammaticum dirigi vel ſequentia evincunt: *Dic*, &c. ſenſus eſt, tu Grammatice, qui nimium ſævus & aſper jam modo *ſtridere* incipis, condemnaſne quæ in Grammatica frivola videntur? minime: modo *frivola* illa nummos tibi adferant: tunc enim cor tuum exhilaratur gaudio, *rumpantur* licet *ilia Codro*. poſſet etiam legi *ſtrides modo qua nimium trux*, id eſt, quæ cum ſtridore effers. Turneb. l. XXIII, cap. XXX legit:

Frivola condemnas? nequam quoque quum pretio eſt merx.

Conciſa illa diſtinctio ſæpe eſt cauſa vitii. Sic in Petronii Haloſi Trojæ ea de cauſa aliquantum turbatum eſt: quod ut liqueat, verſus hic ſubjungam, ut illos corrigendos arbitror:

--- Hic titulus fero
Inciſus. Hæc ad fata compoſitus Sinon
Firmabat. Eſt mendacium in damnum potens.

Dixerat enim Virgilius:

Talibus inſidiis, perjurique arte Sinonis,
Credita res. Item paulo poſt:
--- Mox reducta cuſpide
Uterum notavit. fata ſed tardant manus.

Latus

Ennius ut memorat, [4] replet te lætificum gau.
Livida mens hominum concretum felle coquat pus.
Dic, quid ſignificent catalecta Maronis? in his al
Celtarum poſuit, ſequitur non lucidius tau.
Et quod germano miſtum male letiferum min?
[5] Imperium, litem, Venerem, cur una notet res?
[6] Sitne peregrini vox nominis, an Latii fil?
Lintribus in geminis conſtratus ponto ſit, an pons?
Bucolico ſæpes dixit Maro, cur Cicero ſæps?
[7] Vox ſolita, & cunctis notiſſima, ſi memores, lac,
Cur condemnetur ratio, magis ut faciat [8] lact?
[9] An Lybiæ ferale malum, ſit Romula vox ſeps?

Si

Latus reſiſtit, & dolis addit fidem.

Itidem in Floro lib. IV, c. VI: *Quum ſolus etiam gravis paci, gravis reip. eſſet Antonius, quaſi ignis incendio Lepidus acceſſit. Quid Cæſar contra duos? Neceſſe fuit venire in cruentiſſimi fœderis ſocietatem. Diverſa omnium vota. Lepidum divitiarum cupido, quarum ſpes ex turbatione Reipublicæ; Antonium ultiones de his, qui ſe hoſtem judicaſſent: Cæſarem inultus pater & Manibus ejus graves Caſſius & Brutus agitabant.* Aliter ſi legamus, & ut in vulgatis hic locus exprimitur, nec pes totius ſenſus nec caput apparebit. Tò *incendia* ſcioli alicujus commentum eſſe manifeſtum eſt, qui *nota* pro *vota* in ſuo exemplari invenerat; præceſſit enim paulo ante *incendio*. *Cæſaris* autem nomen excidiſſe ex Vellejo liquet, qui lib. II, cap. LXVI: *Repugnante Cæſare, ſed fruſtra adverſus duos.* etiam *exercitus* à librario eſt.

4. *Replet*] In Lugdunenſi libro *repleat* fuit pro *replet*. Vinetus.

5. *Imperium litem, venerem, cur una notet res*] Vnum vocabulum *res*, hæc tria ſignificat. *Imperium*, ut in principio tertii Æneidos:

Poſtquam res Aſiæ, Priamique evertere gentem
Immeritam viſum ſuperis. ---

Litem, veluti in 9 prioris Sermonum Horatii, auctore etiam Porphyrione:

--- *Dubius ſum, quid faciam, inquit,*
Tene relinquam, an, rem. ---

Venerem denique, quomodo in Eunuchi Terentianæ actu primo loquitur meretrix:

Ego cum illo, quo cum tum uno rem habebam hoſpite,
Abii huc. ---

Vetus autem Lugdunenſis codex, *ſæpe* habebat pro *una*. Vinet.

6. *Sit ne*] *Eſt ne*, vetus liber. Hoc *ſil* hujus *ſilis*, terræ vel pigmenti genus: cujus meminerunt Vitruvius & Plinius. Vide Hermolai Barbari caſtigationes. *Vinetus.*

7. *Vox ſolita*] Quod hoc *lac* hodie dicimus, id & hoc *lacte* olim dictum, Cariſio, Priſciano, & aliis auctoribus. *Lactis* ergo, *lacti*, & *lacte*, obliqui ab iſto *lacte* recto facti videntur. *Vin.*

8. *Lact*] Mart. Capella l. III: *Quidam cum* lac *dicunt, adjiciunt* T, *propter quod facit* lactis. *Sed Virgilius*: lac mihi non æſtate novum, non frigore deſit. *Quippe cum nulla apud nos nomina in duas mutas exeant, ideo veteres* lacte *in nominativo dixerunt.* Idem de Mutis: T *finit neutra*, caput, ſinciput, Lact.

9. *An Libyæ*] *Seps* ſerpentis genus *eſt*: cujuſmodi feraciſſima eſt *Libya* Africa-

Si bonus eſt inſons, contrarius, & reus eſt ſons.
Dives opum cur nomen habet [10] Iove de Stygio Dis?
[11] Vnde Rudinus ait, Divum domus altiſonum cæl?
[12] Et cujus de more, quod adſtruit, endo ſuam do?
[13] Aut

Africaque univerſa. Græca vox σήψ à verbo σήπω, quod eſt putrefacio. Lucanus nono:

Oſſaque diſſolvens cum corpore tabificus ſeps. Vinetus.

10. *Iove de Stygio Dis*] Ex MS. cod. *Mariang. Accurſ.*

11. *Vnde Rudinus ait, divum domus*] Obſcuritatem in hiſce quatuor verſibus mendæ, mendas ipſas Ennii, quæ amiſſa ſunt, poëmata attulerunt. *Rudinus* igitur appellari *Ennius* videtur, ab *Rudiis* Pediculorum urbe, in qua ortus ille traditur: & unde idem *Rudius* à M. Tul. pro Archia dicitur. Quanquam Eutropius & Euſebius, Tarentinum eum dicunt. Pompon. *Poſt Sipuntum, Barium, & Egnatia, & Ennio cive nobiles Rudiæ.* Plinius: *Rudia*, inquit, *Egnatia & Barion, Pediculorum oppida.* Eodem quoque numero Ptolemæus, Ῥυδία. Strabo vero: Ἐκβάντες δὲ (inquit) πεζεύουσι συντομώτερον ἐπὶ Ῥυδίων πόλεως ἑλληνίδος, ἐξ ἧς ἦν ὁ ποιητὴς Ἔννιος. Sed quod indicari primum convenit, tum in pluſculis verum illud eſt, quod velut in noſtram omnino coloniam conceſſerint, ſyllabarum æque ac ſcripturæ ratione Græcorum amplius non teneantur, tum præſertim in *Rudia* ſive *Rudiis*. Quæ præterqua aſpiratione dempta noſtris ſcribi non video. In *Rudino* vero non ea lege primam corripi videri debet, qua in derivatis primitivi interdum ratio corrumpitur. Quando Silius principale ipſum corripuerit lib. XII de eo loquens: *— Rudiæ genuere vetuſtæ,*

Nunc Rudiæ ſolo memorabile nomen alumno.

Ennium itaque nonnullis dictionibus, per extremæ ſyllabæ abjectionem, in carmine uſum eſſe arbitramur. Quas nunc perite pariter ac ſubobſcure innuat Auſonius, *Cæl* videlicet, *Do*, *Gau.* Quærit itaque, ex cujus dixerit conſuetudine, quemve imitatus fuerit poëta *Ennius*, cum talia κατ' ἀποκοπὴν, quæ propria eſt Dorienſium, poſuerit. Noverat enim Poëta doctiſſimus (ut ego arbitror) non temere illum, neque rudi penitus, ſæculique ejus alias peculiari arte ſic locutum; ſed ex conſuetudine tum Homeri, qui perſæpe Δῶ pro δῶμα, quod *domum* ſignificat, poſuit, & κρῖ pro κριθὴ, tum Heſiodi, Sophoclis, Arati, ac præterea multorum. Hinc in Epigr.

— --- Γραμματικῶς γὰρ
Οὐδὲ πέλος κριθὴ, κρῖ δὲ μόνον λέγεται.

Porro *fruns* legendum credimus, non *frons.* qua voce *Ennium* quoque uſum fuiſſe, manifeſtum eſt, quod ita dictum cenſet à veteribus Lucret. l. 1:

Ennius ut noſter cecinit, qui primus amœno
Detulit ex Helicone perenni frunde coronam.

Nonius Marcellus, *frons* pro *frunde.* Virg. II Georg. *præcipue dum frons tenera.* quod enarrans Servius, *Vera*, inquit, *lectio* eſt Fruns. *Lucretius:*

Frundiferaſque domos avium.

Hodie vero & à fronte *& à* fronde *unus eſt nominativus* frons. Ita enim in utroque Grammatico emendandum duximus, quæ indigne depravata circumferuntur. Petit igitur poëta, unde Ennius *Cæl*, pro *Cælum*, *Do* pro *Domum*, *Gau* pro *Gaudium* dixerit. Mariang. Accurſius.

11. *Vnde Rudinus*] *Rudius* apud Ciceronem pro Archia. *Rudia* urbs Apuliæ, *Ennii* patria. *Vinetus.*

12. *Et cujus* &c.] Pro, *quod adſtruit*, libet

13 Aut de fronde loquens, cur dicit populea frus?
Sed quo progredior? quæ finis; quis modus & calx?
14 Indulge Pacate, bonus, doctus, facilis vir.
15 Totum

liber membraneus habebat, *quod addidit. Do* autem, pro *domum* dixit idem Ennius, ut præter Auſonium meminerunt Grammatici, Diomedes, Victorinus, Cariſius, Homerum ſcilicet imitatus: qui δῶ, id eſt domum, pro δῶμα dixerat. Sed multas ejuſmodi apocopas apud Homerum, Heſiodum, & alios poëtas Græcos legerat *Ennius:* quarum magnam turbam recenſet Ariſtoteles in Poëtica, & Strabo libro octavo. *Endo* pro, *in*, idem *Ennius*, aliique veteres, ac in iis Lucretius, frequenter dixerunt. Vnde ſunt apud Feſtum, *Endoitium, Endoplorato, Endo procinctu*, pro, initium, implorato, in procinctu. Marius Victorinus de apocope in verſu fieri ſolita: *Endo ſua do*, id eſt, *in ſua domo.* Vinetus.

13. *Aut de fronde loq. c.d.pop. frons*] Pro *frons*, *fruns* legeret Mariangelus: ſed *frus* abſque *n* inſcribebat codex Ioannis Tilii, ſicut legitur apud Cariſium: *Frus, hujus frundis, quod ſic ab Ennio eſt declinatum Annalium libro ſeptimo. Rureſcant frundes, non frondes.* Vinet.

13. *Cur dicit populea frons?*] Cariſius ait *frundes* & *frundibus* veteres per *V* dixiſſe: cujus exemplum ponit Ennii ex Annalium libro ſeptimo, *Rureſcant frundes.* Mutatum vero *V* in *O* monet Plinius: & nominativum abſque *N* litera in utroque loqui, *Frus, Fros.* nam *Fros* τὸ μέτωπον. Pierius Valer. ad Virgil. Ita & Nonius, ut viri docti volunt. ſed ex exemplo Virgiliano, quod citat Nonius, vix probare poterunt; ad illum namque Virgilii verſum hæc annotavit Servius: *Apud antiquiores*, inquit, *ſingularis nominativus erat* frondis; *hodie vero & à* fronte, *& à* fronde, *unus eſt nominativus* frons: *ſicut etiam* lens *à* lente, *& à* lende *capitis breviore pediculo.* Sed & *Fros* ego ſemper pro *frons* in antiquiſſimo, & Longobardicis literis exarato Sereni Sammonici exemplari ſcriptum reppeii: quare quin ita ſcribi debeat nullus dubito.

14. *Indulge Pacate*] Ita vetus cod. non, ut in excuſis, *Pauline.* Nam hoc Technopægnium *Pacato* dedicatum eſt, ſed *Paulino* miſſum. *Scaliger.*

14. *Indulge Pacate*, &c.] Non auſim ſcribere *indulget.* Sunt enim hi vocativi caſus, *bonus, doctus, facilis vir, antiqua forma.* ut apud Lucret.

--- *Vacuas auris mihi Memmius, & te*
Semotum à curis, adhibe veram ad rationem.

Livius: *Audi Iuppiter, audi pater patrate populi Albani, audi tu populus Albanus.* In noviſſimo autem verſu, Terentianam Antiphilam poëta ſignat, venuſteque ac concinniter, quæ ſunt in Heautontimorumeno verba huc tranſtulit:

Capillus paſſus, prolixus, circum caput
Rejectus negligenter. pax. — Mariangelus Accurſ.

14. *Indulge Pacate*] Sic *Pacate* hic legendum: ut habet vetus codex, non *Pauline:* poſtquam hoc Edyllium initio eſt *Drepanio Pacato* dedicatum. *Indulgere* autem hoc loco non video, quid aliud ſit, quam ignoſcere, & veniam dare. quam ſignificationem in hoc verbo non ſatis probabat Laurentius Valla. Iulius Capitolinus de Antonino Pio: *His, quos Adrianus damnarat, in ſenatu indulgentias petiit.* Eodem verbo uſus, eadem fere ſignificatione Auſonius, in Gratiarum actione. *Vinetus.*

15. Tot,

Totum opus hoc ſparſum, crinis velut Antiphilæ. pax.

15. *Tot. opus -- velut Antiph. pax.*] Dici non poteſt non ſolum, quam ingenioſe, ſed etiam quam feſtive opus hoc concludat ex Heautontimorumeno Terentiana: tum ut opus ſuum clauderet, tum ut monoſyllabo terminaret. Nam *Pax* ſemper interpōnebatur ad interpellandum vel truncandum ſermonem, ut licet colligere ex Plauto infinitis prope locis. qui enim admirantis eſſe dicunt, non mihi perſuadent, & cum id mirer ab illis dici, eo tamen non utar in ea admiratione. Sed conſulant Plautum; qui toties eo uſus eſt. Quin, quod magis admirentur, non eſt vox Romana, ſed Græca. eaque utebantur, cum ſibi ſilentium imponebant, oppoſito ad os digito, Atque id ita eſſe vero vincam ex Diphilo, cujus hæc verba ſunt:

Δειπνεῖ τι γλαφυρῶς (πῶς δοκεῖς) Λακωνικῶς.
Ὄξους δὲ κοτύλην. πάξ. τί πάξ;

An non ſatis conſtat tum Græcum eſſe, tum etiam ſilentii eſſe, non admirationis? Cum enim ſibi ſilentium imponebant, tanquam ulterius ſermonem procudere vererentur: aut cum quæ dicta erant, indicta vellent: aut cum ex ſermone præſentes dimitterent, tum πάξ dicebant. Heſychius, πάξ, ἐπὶ τῷ τὸ τέλος ἔχειν. Quomodo jam uſurpat poëta noſter. Sed antea πάξ. ὑπόδημα ἀνυπόδητον, ſunt *Baxea* Plauto. *Scaliger.*

15. *Totum opus hoc*] *Technopægnium* hoc meum ſparſum eſt & paſſum; ut *coma Antiphila.* Eſt autem Græcum adverbium *pax* auctore Priſciano libro quincto decimo: qui *tantummodo* ſignificare dicit. Legitur in Heſychii lexico, ſed non ſatis intelligo quid ſibi velint illa Πάξ, ὑπόδημα ἀνυπόδητον. ἢ τέλος ἔχειν. Vſus eſt rurſus ea vocula Terentius in eadem fabula per eundem Syrum:

Vnus eſt dies dum argentum eripio; pax, nihil amplius.

ſed pluribus locis Plautus, ut in Milite, Pœnulo, Rudente, Trinummo. *Vinetus.*

AVSONIVS [1]PAVLO S.

PErlege hoc etiam, [2] *ſi operæ eſt, frivolum & nullius pretii opuſculum: quod nec labor excudit, nec cura limavit: ſine ingenii acumine, & moræ maturitate.* CENTONEM *vocant,*[3] *qui primi hac concinnatione luſerunt.* [4] *Sola memoriæ*

1. *Ad Paulum*] Qui *Paulinus* Achilli Statio ad Catullum, & Lilio Gyraldo III Hiſtoriæ Poëtarum. *Scriverius.*

2. *Si opera eſt*] Quum dixit Ennius apud Perſium:

Lunai portum eſſe opera cognoſcere cives.

Opera eſt, operæ pretium eſt, expoſuit vetus commentator. *Vinetus.*

3. *Qui primi*] *Centones*, qui Græcis Κέντρωνες addita ρ littera dicuntur, ex Homero & Virgilio haudum vidi antiquiores, quam qui de

moriæ negotium ſparſa colligere, & integrare lacerata: quod ridere magis, quam laudare poſſis. Pro quo, ſi [5] *per Sigillaria in auctione veniret, neque Afranius Nauci daret,* [6] *nec Cicum ſuum Plautus offerret. Piget enim Virgiliani carminis dignitatem tam joculari dehoneſtaſſe materia. ſed quid facerem? juſſum erat.* [7] *quodque eſt* POTENTISSIMVM IMPERANDI GENVS, [8] *rogabat, qui jubere poterat, S. imperator Valentinianus, vir meo judicio eruditus: qui nuptias quondam ejuſmodi ludo deſcripſerat, aptis equidem verſibus & compoſitione feſtiva. Experiri deinde volens; quantum noſtra contentione præcelleret, ſimile nos de eodem concinnare præcepit. Quam ſcrupuloſum hoc mihi*

rebus Chriſtianis Eudociæ, & Probæ Falconiæ inſcribuntur ſub Theodoſio juniore conſcripti, ut Bergomenſis Auguſtinianus, Trittenhemius Abbas, & Lilius Ferrarienſis audierant, & ſic poſt defunctum Auſonium. *Vinetus.*

4. *Sola*] *Solius.* Nam nomina illa, quæ ſecundum pronominum declinationem à Grammaticis noſtris inflecti dicuntur, veteres pleroſque per primam & ſecundam nominum inflexionem declinaſſe, docet multis exemplis Priſcianus lib. VI. *Vinetus.*

5. *Per Sigillaria*] Erat hoc nomine locus Romæ, ubi libri, reſque aliæ promercales venibant, & auctiones fiebant. Turneb. lib. XXVIII, cap. XXVIII. Gellius lib. V: *Apud Sigillaria forte in libraria ego & Iulius Paulus, Poeta, vir memoria noſtra doctiſſimus, conſederamus.* Vinetus. Scholiaſtes Iuven. ad Satyr. VI, ỳſ. 152: *Roma in porticu Trajanarum Thermarum tempore Saturnaliorum Sigillaria ſunt. Tunc mercatores caſas de linteis faciunt quibus picturæ* * *obſtant. Ideo autem dicit mercator Iaſon: quoniam antea in porticu Agrippinarum Sigillaria proponebantur, in qua porticu hiſtoria Argonaut. depicta eſt.*

6. *Nec ſtichum ſuum*] Alter Voſſianus, *nec cacum ſuum.* recte igitur Lipſius lib. I, epiſt. II, *nec cicum ſuum.* notum illud Plautinum, quo noſter alluſit: *Cicum non interduim.* Feſtus, nec non Gloſſæ Iſidori: *Cicum, mali Granati membrana.* Varro l. VI de L.L. *Cicum dicebant membranam tenuem, quæ eſt in malo Punico diſcrimen. à quo etiam Plautus dicit. Quod volet denſum,* cicum *non interduim.* Plura de ea voce Voſſius in ſuo Etymologico.

7. *Quodque eſt potentiſſimum*] Macrobius ſecundo Saturnaliorum de Cæſare, & Laberio: *Poteſtas non ſolum ſi invitet, ſed etiam ſi ſupplicet, cogit.* Vinetus.

7. *Potentiſſ. imperandi genus*] Poſſidius Calamenſis Epiſc. in vita D. Auguſtini: *Et illud nihilominus ſuum addens, quoniam plerumque poteſtas, quæ petit, premit.*

8. *Rogabat, qui jubere poterat, ſcil. Imperator Valentinianus*] Particula *ſcilicet* in vetuſtis codd. quos equidem viderim, non habetur. *Mariang.*

8. *Imperator Valentinianus*] In eodem libro, *ſc. Imperator Valentinianus.* quæ mihi verba valde in initio fuere ſuſpecta, ac pene viſa ſpuria. poſtquam vero in Vgoletti perantiquæ editione ſcriptum offendi, *S. Imperator*, ſuccurrit eveſtigio τὸ *S*, notam eſſe τοῦ *ſacratiſſimi*, quo honoris cognomento olim Principes compellati ſunt. Frontinus de re Agraria: *Interve-*

mihi fuerit, intellige. Neque anteferri volebam, neque poſthaberi: [9] *quum aliorum quoque judicio detegenda eſſet adulatio inepta, ſi cederem: inſolentia, ſi ut æmulus eminerem. Suſcepi igitur ſimilis recuſanti: feliciterque & obnoxius gratiam tenui, nec victor offendi. Hoc, die uno & addita lucubratione properatum, modo* [10] *inter liturarios meos quum reperiſſem, tanta mihi candoris tui, & amoris fiducia eſt, ut ſeveritati tuæ nec ridenda ſubtraherem. Accipe igitur opuſculum de inconnexis continuum, de diverſis unum, de ſeriis ludicrum, de alieno noſtrum: ne in ſacris & fabulis, aut* [11] *Thyonianum mireris,* [12] *aut Virbium; illum de Dionyſo, hunc de Hippolyto reformatum. Et ſi pateris, ut doceam, docendus ipſe,* [13] CENTO *quid*

tervenit clara ſacratiſſimi Imperatoris noſtri expeditio. in eodem mox libro τὸ *qui* deerat.

9. *Cum aliorum quoque judicio,* &c.] Emendandum *ineptia.* Mariang. Accurſius. quod minime admittendum. nam *inepta*, utrique ſubſtantivo reſpondere poteſt.

10. *Inter liturarios meos*] Et in titulo epiſtolæ ſecundæ Auſonii, eadem ſignificatione *liturarii:* quod vocabulum, neſcio quam ſit antiquum, ſed eas chartas ſignificat, in quibus primum ſcribimus, quicquid ſit orationis, quod componimus. à multis *lituris*, quibus ea in re uti ſolemus, quemadmodum in extremo carmine ad Theodoſium idem meminit Auſonius. *Vinetus.*

11. *Thyonianum*] Redivivus *Bacchus*, matrique fulminatæ ſuperſtes, *Thyonianus* vocatus eſt, vel potius illum dilaceratum reducem ſoſpitemque vitæ redditum hoc nomine ſacra canebant arcana. *Turnebus*

11. *Thyonianum*] Hic etiam *Thyoneus*, id eſt Θυωνεὺς, cognominatur Horatio, Ovidio, & aliis Latinis æque, atque Græcis poëtis: ſed quod idem etiam *Thyonianus* pro *Thyoneo* ſit nuncupatus: hoc vero nomen apud ſolum Auſonium legere memini, & Catullum in Epigrammate ad ſuum puerum, ſiquidem ibi recte *Thyonianus* legit Lilius Gregorius octavo Syntagmate de diis:

Migrate, hic merus eſt Thyonianus.

ubi meus liber habet *Thyonicus.* Sed nec Phurnutus, qui Dionyſium à Gigantibus diſcerptum, & ab Rhea reſtitutum fuiſſe meminit, novum nomen in altera vita accepiſſe refert. *Vinetus.*

11. *Aut Thyonianum mireris*] Apud Catullum veteres interpretes Palladius Fuſcus, Antonius Palladius, & alii retinent *Thyonianum*, & accipiunt meri vini liquorem *Bacchicum.* Mureto eſt *Thyonianus* nomen *Liberi* patris, à *Thyone* matre ipſius, quæ & Semele dicitur. Bacchus fertur, Iove patre concedente, matrem Semelen ab inferis eduxiſſe, & immortalitate donatam, *Thyonem*, à ſacris quæ illi attribuit, denominaſſe. nam θύειν, *ſacra facio* dicitur, inde ipſe Liber ex materno nomine *Thyoneus* appellatus eſt, ut ſcribit Diodorus. *Scriverius.*

12. *Aut Virbium*] *Hippolytum* in vitam revocatum ab Æſculapio *Virbium* Diana, quaſi *bisvirum* juſſit vocari. Fabulam habes apud Ovid. lib. XV Metamorph. & Virgil. lib. VII Æn. ✝ſ. 761, Perſium Sat. VI, ✝ſ. 55.

13. *Cento quid ſit*] Metaphorica hæc ſignificatio. Nam Κέντρων, & *cento*, quem miror veteres Latini ſi non *Centronem* dixerint, quemadmodum in

quid ſit abſolvam. Variis de locis, ſenſibuſque diverſis, quædam carminis ſtructura ſolidatur: in unum verſum ut coëant aut caſi duo, aut unus & ſequens cum medio. [14] *Nam duos junctim locare, ineptum eſt: & tres una ſerie, mera nugæ.* [15] *Diffinduntur autem per cæſuras omnes, quas recipit verſus Heroicus, convenire ut poſſit* [16] *aut penthemimeris cum reliquo anapæſto:* [17] *aut trochaice cum poſteriore ſegmento:* [18] *aut ſeptem ſemipedes cum anapæſtico chorico:* [19] *aut poſt dactylum atque ſemipedem, quicquid reſtat hexametro. ſimile*

in quodam antiquo puerili colloquio Latinogræco ſcriptum reperi, eſt proprie, craſſum, viloque ſtragulum, & veſtis ex panniculis variis confecta. Euſtathius in Ψ Iliados, Eraſmus in adagio *Farcire centones*, & Lilius Gregorius dialogo primo de poëtis. *Vinetus.*

14. *Nam duos junctim locare ineptum eſt*] Quod tamen aliquot locis feciſſe videtur. *Vinet.*

15. *Diffunditur autem*] Lege: *diffinduntur* ex MS. Cod. i. e. dividuntur. Priſcianus in Libello de XII Carmin. *Dividitur in cæſuras, per cola quidem in novem, per commata vero in duas, ſemiquinariam, & ſemiſeptenariam, per pedes in quinque*, &c. Verſus porro heroici *cæſura*, quæ & *ſectiones* & *manſiones* dicuntur, quatuor ſunt, *Penthemimeris*, quæ & Semiquinaria, *Catatriton*, *Hephthemimeris*, quæ & Semiſeptenaria, *Tetrapodia*, quæ & Bucolice. *Mariang. Accurſius.*

15. *Diffunditur*] Legitur, & *diffinditur.* Vinetus.

15. *Diffunditur*] Omnino rectius cum Mariangelo Accurſio opinor, *diffinduntur.* Scriverius.

16. *Aut penthemimeres*] Pro *penthemimeris* ſcribo hoc loco πενθημιμερὴς, aut certe Latine *penthemimeres*: nec id ſine auctore facio. In antiquo illo Lugdunenſi libro deſiderabatur hoc Edyllium, ſed is in phalæcio ad Theonem *penthemimeres* per *e*, & non per *i penthemimeris*, ſcribebat: in eodemque carmine *penthemimeren*, ubi omnes novi *penthemimerim* vel *penthemimerin.* Idem Aldus quo loco pro *hephthemimerin*, ἑφθημιμερῆ legendum cenſuit apud Terentianum, ibi noſter codex ἑφθημιμερῶν habet, quiſquis ſic ibi ſcripſerit, id eſt *hephthemimeren.* Vinetus.

17. *Aut trochaice cum poſteriore ſegmento*] Vt in hoc primi Bucolici: *Ille meas errare boves*, poſt duos pedes dactylum, *Ille me*, & ſpondeum *as er*, duæ ſyllabæ *rare* verbum finientes, trochæus eſt. Vnde τροχαϊκὴ, *Trochaïca* dicta eſt hæc *cæſura.* Vinet.

18. *Aut ſeptem ſemipedes cum anapæſtico chorico*] Septem ſemipedes, *tres pedes cum ſemiſſe.* Abs quo *ſeptem ſemipedum* numero, ἑφθημιμερὴς, hoc eſt, *ſemiſeptenaria*, ut Diomedes & Priſcianus interpretantur, *τομὴ* dicta Cæſura, quum poſt tres pedes remanet ſyllaba dictionem terminans. ut in verſu Centonis ſecundo: *Ambo ani, mu am, bo inſig, nes.* Et in quincto: *Auſpici, is mani, feſta ſi, dos*, ex tertio Æneidos. Vnde quod remanet, *quo ju, ſtior al, ter*, ex primo Æneidos, id facit metrum, quod *anapæſticum choricum* monometrum hypercatalecticum vocat Servius in Centimetro. Cujuſmodi eſt & hoc in octavo verſu, *mea maxima cura.* & in quinctodecimo:

--- *onerantque caniſtris.* Vinetus.

19. *Aut poſt dactylum atque ſemipedem*] Vt in Centonis verſu quarto: *Tuque prior.* & in viceſimo quarto: *Sacra canunt.* Vinet.

20. *Lu-*

ſimile ut dicas [20] *ludicro quod Græci* [21] *ὀςομαχίων vocavere. Oſcicla*

20. *Ludicro quod Græci*] Multis mendis deformata ſunt verba Auſonii in re ſcitu digniſſima. adeo, ut mendoſa editio bono viro & erudito Brodæo impoſuerit: quem & alii quoque ſeqûuti ſunt. Non enim ullus luſus eſt *oſſiculorum*, ut ipſe putat. Neque unquam tale quid veteres habuerunt. Hoc enim à mente Auſonii alieniſſimum. Neque animadvertit, quid intereſſet inter luſum, & *ludicrum*; hoc eſt inter παιδιὰν, ϗ παίγνιον. Sed fefellit hominem, ut dixi, lectio mendoſa, ὀςεμαχίαν, pro ςομάτιον: & *oſſicula* pro *oſcilla* legentem. Ac ne hæc quidem tantummodo mendoſa, ſed & ſequentia male ab interpunctionibus accepta ſunt. Quæ prius ita, uti legenda ſunt, proponam: deinde ad eorum interpretationem aggrediar. Nam ita & emendandum, & interpungendum: *Simile ut dicas ludicro, quod Græci ςομάτιον vocavere. Oſcilla ea ſunt. Ad ſummam quattuordecim figuras Geometricas habent. Sunt enim æquilatera: vel triquetra: extentis lineis: aut rectis angulis: vel obliquis: iſoſcele: vel iſopleura: orthogonia quoque: vel ſcalena. Harum vertibularum variis coagmentis ſimulantur ſpecies mille formarum, Elefantus bellua: aut aper beſtia: anſer volans: & mirmillo in armis ſubſidens: venator: & latrans canis: quin & turris: & cantharus: & alia hujuſmodi innumerabilium figurarum, quæ alius alio ſcientius variegant.* Hæc verba ita proculdubio legenda ſunt, & diſtinguenda. Nam quin recte ςομάτιον, & *oſcilla* emendaverimus, præter conjecturam certiſſimam, qua uſi ſumus, fidem fecerit vetus Gloſſarius, in quo ſcriptum legitur: *Oſcillum ςομάτιον.* ſunt enim larvæ, & προσωπεῖα, ut ex Macrobio cognoſcimus, quæ in αἰώρας, & jactationibus ludicris Ruſtici ori opponebant, ut eſſent magis ridiculi. Virgilius:

Oraque corticibus ſumunt horrenda cavatis.

Intelligit enim *Oſcilla* ex corticibus arborum. quem morem Athenienſium tangit & Maurus Terentianus. A quo jactationes ipſas, & cernuationes, quas Græci vocant αἰώρας, etiam *Oſcilla* appellarunt. Idem:

Oſcilla ex alta ſuſpendunt mollia quercu.

Hic autem apud Auſonium noſtrum & ipſæ larvæ ſunt, ſeu perſonæ, quæ ſic aptæ, & *coagmentata* erant: ut articuli ejus, *vertibula*que, quibus commiſſæ erant, in omnem partem flecterentur, & figuras omne genus exprimerent. Eæ in convivium medium jaciebantur, & illis eas figuras Rex convivii exprimebat, ut mutationis & brevitatis vitæ commonefaceret: & propterea bibendum eſſe, ut nihil de fructu hujus vitæ pereat, diceret. Id omnino plane, ac diſerte ex Petronio cognoſces. Cujus verba adpoſui: *Potantibus ergo, & accuratiſſime lautitias nobis mirantibus, larvam argenteam attulit nobis ſervus ſic aptam, ut articuli ejus, vertebræque locata in omnem partem flecterentur. Hanc cum ſuper menſam ſemel, iterumque abjeciſſet, & catenatio mobilis aliquot figuras exprimeret, Trimalcio adjecit:*

Heu, heu nos miſeros! quam totus homuncio nil eſt.

* * *

Sic erimus cuncti poſtquam nos auferet Orcus

Ergo vivamus, dum licet eſſe bene.

Plinius lib. VII, cap. LIII: *Cum populo admodum placuiſſet, & natali die ſuo convivium haberet, edita cœna calidam potionem in pultario popoſcit, ſimulque perſonam ejus diei acceptam intuens, coronam è capite ſuo in eam tranſtulit.* Vbi de *perſona* quæ in conviviis circumferebatur intelligendum. Ex quibus primum mentem Auſonii ita aperimus, ut nihil potuerit melius excogitari; & ſomnium Brodæi de *oſtomachia.*

machia, & *oſſiculis* explodimus. Deinde indicatur uſus earum larvarum. Quod iis in conviviis præſentes celeris mutationis vitæ commonefacerent. Nam alioqui ſemper in conviviis mortis mentionem injiciebant, & caput mortui, ubi ejus larvæ copia non erat, vel in menſa apponebant, & manibus verſabant, vel e triclinio ſeu ſtibadio ſuſpendebant: ut eo uterentur ad eandem rem, ad quam & larva illa: hoc eſt ad hortandum ad bibendum. Quod novimus ex Epigrammate Græco, in quo non ſolum caput mortui, ſeu cranium idem facit, quod apud Petronium larva; ſed & ea exhortatio pro cumulo ſubjicitur, quam addidit Trimalcio in Epigrammate ſuo. Epigramma Græcum hoc eſt:

Ἠ πλειχῶν χαρίεσσα πανόπλιον ἀρπιλάγυιος
Αὕτη, καὶ θεγοσερῶν ἐκ πετάλων στέφανος,
Καὶ τοῦτο φθιμένοιο προβάσιον ἱερὸν ὀστοῦν
Ἐγκεφάλου, ψυχῆς φρούριον ἀκρότατον,
Πᾶς λέγει τὸ γλύμμα, καὶ ἴσθιε, καὶ περίκεισο
Ἄνθεα. τοιοῦτοι γινόμεθ' ἐξαπίνης.

Quæ omnia ad verbum interpretantur Petronium ipſum. Quin & ipſa verba quæ γλύμματος nomine hic intelliguntur, aliter concepta videntur in triclinio marmoreo Lateranenſi uno verſiculo ſenario:

Ἡδὺς βίος. τὸ ζῆν ταχύ. τὸ θανεῖν ὑποψία.

Quo ſignificatur vivendum eſſe. nam vitam properare: mortem imminere. Propterea tanquam jam morituri bibebant, & tanquam nunquam id facturi. Plautus Sticho:

Volo nos pro ſummo bibere. nulli relerimus poſtea.

Ita enim legendum: non, *Nolo*. Horum συμποτικῶν ἐπιφωνημάτων pleni ſunt libri veterum, præſertim Martialis, & Græcorum. Neque dubium eſt, quin in cœnatione ſeu ſtibadio Domitiani Cæſaris, quod propter exiguitatem ipſe vocavit *Micam auream*, à tholo penderet cranium mortui, quod mortis admoneret. Id Martialis videtur velle hoc in *Micam* auream Epigrammate;

Mica vocor. qua ſim, cernis. cænatio parva.
Ex me Cæſareum ſuſpicis inde tholum.
Frange toros. pete vina. roſas cape. tingere nardo.
Ipſe jubet mortis te meminiſſe Deus.

Videtur enim in tholo ipſo larva illa, aut cranium fuiſſe. Hunc autem morem homines in convivio mentione mortis ad hilaritatem provocandi ab Ægyptiis accepiſſe videntur. Herodotus lib. 2. *Scaliger*.

21. *Στομάτιον*] De ludicro ὀστομαχίων, quæ oſſicula ſunt, noli dubitare quin vere divinarim. Legendum apud Auſonium: *Simile ut dicas ludicro quod Græci* ὀστομάχιον *vocavere. Oſſicla ea ſunt*: perperam hodie *oſcilla* ibi legas, & στομάτιον. Nec moror Gloſſas, quæ στομάτιον etiam ſcribunt, nempe pro ὀστομάτιον. Sic σχιεια κόμματα vocant quæ ſunt ἰσχιεια. & *Schiadicos* puto reperiri apud Marcianum Capellam pro *Iſchiadicis*. Inde *Schiaticam* vocamus hodie hunc morbum, ſive dolorem, pro ἰσχιαδικῇ. ὀστώδης eſt oſſiculare. Inde ὀστώματα & ὀστομάτια. Hæc in Scheda Cl. Salmaſius. Magnus Felix Ennodius, Epiſcopus Ticinenſis, in Epigrammatis, DE STOMATIO EBVRNEO:

Sollicitata levi marceſcunt corda virorum
Tormento. fas eſt ludere virginibus.
Frangunt, Marmaricus elephas quod miſit ab arvis,
Per micas ſparſum mox ſolidatur opus.
De Pane tenera diſcunt cum fraude jocari.
* *Nam ridere necu munere, femineum eſt.*
Anguſta norunt res mille includere capſá:

Omne

cla ea ſunt. ad ſummam [22] *quatuordecim figuras geometricas habent.* [23] *ſunt enim æquilatera: vel triquetra: extentis lineis: aut rectis*

Omne ebur hoc, mulier, pectoris arca tui eſt.

Quo Epigrammate hoc ludicri genus graphice, & plenius quam ab Auſonio deſcribitur. Primum oſtendit oſſicula hæc eburnea fuiſſe, quæ fruſtillatim ſparſa, in unum coagmentarentur, *mille formas* & ſimulacra, quod & Auſonius monet, variegata concinnatione *repræſentantia.* Deinde videtur Antiſtes Ticinenſis, non ſine aliquo morſu & ſale in ſequiorem ſexum, innuere hoc ludicrum Pœnis deberi, atque ex Africa in Europam tranſlatum. ſi quidem me, vulgatas editiones caſtigantem, audias: in quibus legitur: *De pœna tenera*, & mendoſius *De pœna temera.* Quod ſi emendandum ita, ut dixi, non ſit: tentabunt alii melius, & exponent quid hic & ſequenti pentametro, ſive auctor, ſive librarii velint, quod equidem cum ignariſſimis ſcio. Quis autem ignorat, *Punicam fidem* proverbiis nobilitatam? quæ *Pœna fides* Auſonio Epiſt. x. De fluxa mulierum fide nihil attinet dicere. Porro, apparet ex hoc loco, oſſicula hæc capſula recondi ſolita, *ad res mille*, ut ait Ennodius, indidem promendas, cum animi relaxandi cauſa puellæ hac arte vellent ludere. Doctiſſimus Sirmondus, in Notis ſuis ad illum auctorem, interpretatur *Stomatio eburno*, oſcillo. & Gloſſarii locum adhibet: putatque eodem ſpectare larvam argenteam Petronii Arbitri, cujus catenatio mobilis diverſas figuras exprimebat. Qui cum hunc errorem cum Scaligero, quem ſequitur, communem habeat, refutatione alia non indiget. Hæc ſcripſeram, cum iterato de hoc ludicro cum amico meo Cl. Salmaſio loquutus, accepi ab illo locum Atilii Fortunatiani, qui de Metris ſcripſit, & locum quidem emendatiorem quam in editionibus; capite de Hendecaſyllabo Phalæcio: *Nam ſi loculus ille Archimedius quatuordecim ebureas lamellas* (ecce totidem agnoſcit Auſonius) *quarum anguli varii ſunt, in quadrata forma incluſas habet, componentibus nobis aliter atque aliter, modo galeam, modo ſicam, alias columnam, alias navem figurat, & innumerabiles efficit ſpecies: ſolebatque nobis pueris hic loculus ad confirmandam memoriam plurimum prodeſſe; quanto majorem poteſt nobis afferre voluptatem, quantoque pleniorem utilitatem carmina inter manus habentibus metrorum varia tractatio, cum ſubinde apud Poëtas ea, quæ fallunt imperitos, metra inſerta numeris, & intermixta carminibus deprehendamus?* Diſtorta vulgo hæc verba, & interpunctione laborant, etiam in Putſchiana editione: *quando* & *quandoque* perperam legitur, pro *quanto* & *quantoque.* Iam *quadrata* illa *forma*, in qua incluſæ lamellæ angulis variis, ipſe loculus eſt: *capſam* vocat Ennodius. *Scriverius.*

22\. *Quatuordecim figuras*] Atqui enumerat tantum quatuor. Ita vero hic locus diſtinguendus eſt: *Sunt enim æquilatera triquetra, vel extentis lineis; aut rectis angulis; vel obliquis: Iſoſcele, vel iſopleura, orthogonia quoque vel ſcalena.* Vt iſopleura ad æquilatera triquetra; iſoſcele ad triquetra extentis lineis; orthogonia ad triquetra rectis angulis; ſcalena ad triquetra obliquis angulis referantur. Cenſeam igitur reſcribendum, *quatuor figuras Geometricas*, non *quatuordecim.*

23\. *Sunt enim æquilatera vel triquetra, extentis lineis, aut rectis angulis, vel obliquis. Iſoſceles ipſi, vel Iſopleura vocant, orthogonia quoque & ſcalena*] Sic legantur. Non ſequitur autem ordinem quo propoſuit. Nam *æquilatera* (quod ait) vel *triquetra*, per *iſopleura*

pleura comprehenduntur. Quæ in Ternario *æquilatus* latine dixit. Sic △ *extentis lineis*, per iſoſceles, quibus duæ tantum ſunt æquales lineæ, tanquam *crura*, quæ σκέλεα dicuntur, hoc ſchemate △. *Rectis angulis*, per *orthogonia*, ubi unus tantum ex his omnibus ſit rectus angulus in hunc modum ◺. *Obliquis* vero, per *ſcalena*, quibus tria ipſa latera ſunt inæqualia hac figura △. Non negaverim etiam, quin potius crediderim, poſſe fieri, ut *Iſoſcele* defendatur. Dummodo nomina ipſa Græce & hic reddantur, ut legatur: Ἰσοσκελῆ *ipſi vel* Ἰσόπλευρα *vocant*, Ὀρθογώνια *& quoque* Σκαληνά. Euclides: Τῶν δὲ τριπλεύρων σχημάτων, Ἰσόπλευρον μὲν τρίγωνόν ἐστι τὸ τὰς τρεῖς ἴσας ἔχον πλευράς. Ἰσοσκελὲς δὲ τὸ τὰς δύο μόνας ἴσας ἔχον πλευράς. Σκαληνὸν δὲ τὸ τὰς τρεῖς ἀνίσους ἔχον πλευράς. ἔτι τε τῶν τριπλεύρων σχημάτων Ὀρθογώνιον μὲν τρίγωνόν ἐστι, τὸ ἔχον ὀρθὴν γωνίαν. Ἀμβλυγώνιον δὲ τὸ ἔχον ἀμβλεῖαν γωνίαν, Ὀξυγώνιον τε τὸ τὰς τρεῖς ὀξείας ἔχον γωνίας. Meminit horum etiam Latinus Boëthius & Marcianus. Hos autem ipſas quatuor triangulorum figuras, ac duas alias, Amblygonii videlicet & oxygonii (ſex enim trigonorum genera reddit præter Euclidem vel Boëthius, & ſummatim Iul. Pollux) in Ternario quoque numero aptiſſime expreſſit his verſibus:


Per trinas ſpecies trigonorum linea currit,
Æquilatus, vel crure pari, vel in omnibus impar.

Quorum intellectus eſt, *trina linearum ſpecie* triangulos ſignari omnes poſſe. Nam linea ſi ſit *æquilatus*, id eſt æqualium laterum in triangulo, ut omnes æquæ lineæ ducantur, fiet Iſopleuron, atque Oxygonium; ſi *crure pari* fuerit, tam iſoſceles quam orthogonium & amblygonium deſignabitur. Tria hæc enim (quanquam diverſa notatione) æquas duas habent lineas quas poëta *crura* vocat. Poſtremo, ſi *in omnibus impar* exiſtat, ſcalenum complectetur. *Mariangelus Accurſius.*

23. *Sunt enim æquilatera, vel triquetra extentis lineis, aut rectis angulis, vel obliquis*] Ἰσοσκελῆ *ipſi vel* ἰσόπλευρα *vocant*, ὀρθογώνια *quoque &* σκαληνά. Sic habet locus hic in cunctis noſtris codicibus: itaque plena videtur oratio, ut nec deeſſe quicquam, nec redundare videatur: ceterum hæc non mihi minus ſunt obſcura, quam illa alia quæ ſuo Gripho inſperſit Auſonius Geometrica. Ibi appellavit *triangulum æquilatus*, quod Græci dicunt ἰσόπλευρον, cujus omnia latera ſunt inter ſe æqualia: hic *æquilatus* dicit, quod latera tantum duo habet æqualia, & ἰσοσκελὴς Græci vocant. Quæ namque ſubjicit Græca, ἰσοσκελῆ *ipſi vel* ἰσόπλευρα, &c. an non iis expoſita voluit, quæ præmiſerat Latina? Ita *triquetrum*, ἰσόπλευρον accipit: ſed quis noſtrum eam triquetri ſignificationem unquam eſſe credidit? quod ad me attinet, *Triquetrum*, Triangulum, τρίγωνον idem valere ſemper autumavi: & Siciliam, Britanniamque eſſe *triquetras* dictas à *triangula ſpecie*, ut inquit Plinius tertio Naturalis hiſtoriæ, non quod earum latera forent inter ſe æqualia, ut certe non ſunt. Illud *extentis lineis*, pro rectis lineis accipio. Euclides enim quæ in primo elemento definit triangula, hæc εὐθύγραμμα vocat, hoc eſt, *rectilinea*, ut noſtri homines jampridem dicere cœperunt: ſed quæ in ſphæra fiunt triangula, ut quum inter ſe ſecantes coluros æquinoctialis circulus medios ſecat, hæc rectilinea non ſunt. & quod ſequitur, *aut rectis angulis*, hoc interpretatio verbi Græci ὀρθογώνιον, quod *rectangulum* vulgo dicimus: ſed quod ſubjungitur, *vel obliquis*, id qui conveniat cum *ſcalenis*? Angulorum alii recti appellantur, alii non recti, ſive ut hic dicuntur, *obliqui*. *Recti* anguli, quos & *Normales* nuncupavit Quinctilianus in

rectis angulis, vel obliquis: iſoſcele: vel iſopleura, orthogonia quoque, vel ſcalena. [24] *Harum vertibularum variis coagmentis ſimulantur ſpecies mille formarum: Elephantus bellua, aut aper beſtia, anſer volans, & mirmillo in armis, ſubſidens venator, & latrans canis:* [25] *quin & turturis, & cantharus, & alia hujuſmodi innumerabilium figurarum, quæ alius alio ſcientius* [26] *variegant. Sed peritorum concinnatio miraculum eſt; imperitorum junctura ridiculum. Quo prædicto, ſcies,* [27] *quod ego poſteriorem imitatus ſum. Hoc ergo Centonis opuſculum ut ille ludus tractatur, pari modo, ſenſus diverſi ut congruant: adoptiva quæ ſunt, ut cognata videantur: aliena ne interluceant: accerſita ne vim redarguant: denſa ne ſupra modum protuberent: hiulca ne pateant. Quæ ſi omnia ita tibi videbuntur, ut præceptum eſt, dices me compoſuiſſe Centonem. Et quia ſub Imperatore meo*

in extremo libro undecimo, ſunt quos præſtat qui Græcis *γνώμων*, Latinis *Norma* vocitatur. *Obliqui* vero, qui rectis illis vel majores ſunt vel minores: quos *obtuſos* & *acutos* nominant. *Σκαληνὸν* autem triangulum definitur Euclidi, quod tria habet inæqualia latera, non quod rectos habeat vel obliquos angulos: recipitque triangulum *ſcalenum* cuncta genera angulorum. Et triangulum illud Pythagor. Vitruvio deſcriptum lib. 9, ſcalenum eſt, & tamen idem etiam *orthogonium*, & rectangulum triangulum. *Vinetus.*



24. *Harum verticularum*] *Verticulas* quum dixit Lucilius vetus poëta, *articulos* intelligi voluit Feſtus, quidquid hoc loco ſint. *Vinet.*

25. *Quin & turris, & cantharus*] Exemplar MS. *Turturis.* videtur enim locum Plauti recordatus cum hæc proderet Auſonius, qui eſt in Bacchid. *ubi ego capiam pro machara turturem, ubique imponat in manu alius mihi pro caſtu cantharum.* Ex ejus autem vocis inſolentia, in *turrem* commutaſſe *turturem* credatur quiſpiam, proportionis ſaltem immemor. Itidem in recto ſane *turturis* uſurpes, velut *vulturis*, quod & M. Tullius & Ennius dixerunt, licet ſit in uſu, *vultur* atque *turtur.* Mariang. Accurſius.

25. *Et turris*] Etiam *turturis* pro *turris* ſcriptum invenit Mariangelus: & poſſunt antiqui *turturis* pro *turtur* dixiſſe, quemadmodum *vulturis* pro *vultur* eſt in verſu Ennii apud Priſcianum libro ſexto:

Vulturis in ſilvis miſerum mandebat hemonem. Vinetus.

26. *Variegant*] Hoc verbum pro variare, & varie exornare neſcio quam vetus ſit: quo utuntur primi Bibliorum interpretes. *Vinet.*

27. *Quod ego poſteriorem imitatus ſum*] Malim: *poſteriores*, ut referatur ad *imperitos.* id eſt, videbis juncturam

meo tum merui, [28] *procedere mihi inter frequentes ſtipendium jubebis: ſin aliter,* [29] *ære dirutum facies: ut cumulo carminis in fiſcum ſuum redacto,* [30] *redeant verſus, unde venerunt. Vale.*

ćturam ſeu concinnationem mei carminis eſſe ridiculam.

28. *Procedere ſtipendium*] Titus Livius viceſimo quinćto: *Tribuni plebis ad populum ferrent, ut qui minores ſeptem & decem annis ſacramento dixiſſent, iis perinde ſtipendia procederent, ac ſi ſeptem & viginti annorum, aut majores, milites facti eſſent.* Libro vero quinćto: *Placere autem omnibus iis, voluntariam extra ordinem profeſſis militiam, æra procedere. & equiti certus numerus æris eſt aſſignatus.* Vinetus.

29. *Ære dirutum facies*] Quos *quaſſatos* nunc dicimus, inquit Budæus in annotationibus, antiqui Latini *ære dirutos* vocabant. Feſtus: *Ære dirutum militem dicebant, quod æs diruebatur in fiſcum, non in militis ſacculum.* Sed vide caput ſextum libri duodeviceſimi de honeſta diſciplina Petri Criniti. *Procedere* ergo militi *ſtipendium*, & militem *ære dirutum* eſſe, hæc inter ſe contraria. *Vinet.*

30. *Redeant verſus*] Ad ſuum Poëtam Virgilium. *Idem.*

CENTO NVPTIALIS.

Edyll. XIII.

A. 5. [1] ACcipite hæc animis: lætaſque advertite mentes,
A. 11. Ambo animis, ambo inſignes præſtantibus armis:
B. 7. Ambo florentes, * genus inſuperabile bello. A. 4
A. 6. [2] Tuque prior. * nam te majoribus ire per altum A. 3
A. 3. Auſpiciis manifeſta fides. * quo juſtior alter A. 1
A. 1. Nec pietate fuit, nec bello major & armis.
A. 4. Tuque [3] puerque tuus, * magnæ ſpes altera Romæ, A. 12
A. 8. Flos veterum, virtuſque virûm, * mea maxima cura, A. 1
A. 12. [4] Nomine avum referens, animo, manibuſque parentem.

A. 6. [5] Non

1. *Accipite hæc animis*] Ad Valentinianum & Valentem fratres Cæſares hæc. *Vinetus.*

2. *Tuque prior*] O Valentiniane. *Vinet.*

3. *Puerque tuus mea maxima cura*] Filius tuus Gratianus: quem mihi in diſciplinam tradidiſti. *Id.*

4. *Nomine avum referens*] Avus Gratiani Auguſti, Gratianus, ut diximus in

A. 6. [5] Non injuſſa cano. * ſua cuique exorſa laborem, A. 10
A. 10. Fortunamque ferent. * mihi juſſa capeſſere fas eſt. A. 1

in Epigramma tertium. *Vinetus.*
5. *Non injuſſa*] Iuſſerat Imperator Valentinianus, ut dixit ad Paulum. *Idem.*

1. *Orna*

Cœna nuptialis.

A. 5. EXpectata dies aderat. * digniſque hymenæis A. 11
A. 6. Matres atque viri, * juveneſque ante ora parentum G. 4
A. 1. Conveniunt: ſtratoque ſuper diſcumbitur oſtro.
Dant famuli manibus lymphas, * onerantque caniſtris A. 8
Dona laboratæ Cereris; * pinguiſque ferinæ A. 1
A. 8. Viſcera toſta ferunt. * ſeries longiſſima rerum: A. 1
A. 8. Alituum, pecudumque genus, * capreæque ſequaces G. 1
G. 3. Non abſunt illis, * nec oves, hædique petulci, G. 4
G. 3. Et genus æquoreum, damæ, * cervique fugaces. G. 3
A. 11. Ante oculos, interque manus ſunt * mitia poma. B. 1
A. 8. Poſtquam exemta fames, & amor compreſſus edendi:
A. 1. Crateras magnos ſtatuunt, * Bacchumque miniſtrant. A. 8
A. 2. Sacra canunt. * plaudunt choreas: & carmina dicunt. A. 6
A. 6. Nec non Threïcius longa cum veſte ſacerdos
Obloquitur numeris ſeptem diſcrimina vocum.

A. 9. At

A. 9. At parte ex alia,* biforem dat tibia cantum, A. 10
A. 4. Omnibus una quies operum; * cunctique relictis A. 8
Conſurgunt menſis.* per limina læta frequentes A. 1
A. 9. Diſcurrunt, variantque vices † populuſque patreſque, A. 9
A. 11. Matronæ, pueri, † vocemque per ampla volutant A. 1
Atria, dependent lychni laquearibus aureis.

Deſcriptio egredientis ſponſæ.

A. 4. TAndem progreditur † Veneris juſtiſſima cura, A. 10
A. 7. Iam matura viro, jam plenis nubilis annis:
A. 1. Virginis os, habitumque gerens. † cui plurimus ignem A. 12
Subjecit rubor; & calefacta per ora cucurrit,
A. 7. Intentos volvens oculos:† uritque videndo. G. 3
A. 7. Illam omnis tectis, agriſque effuſa juventus,
Turbaque miratur matrum, † veſtigia primi A. 5
Alba pedis. † dederatque comam diffundere ventis. A. 1
A. 3. Fert picturatas auri ſubtegmine veſtes,
A. 1. [1] Ornatus Argivæ Helenæ:† qualiſque videri A. 2

A.2. Cœ-

1. *Ornatus Argivæ*] In *Centone* ipſo (cujus multa neſcias an aptius decentiuſve apud ipſum Virgilium, unde arceſſita ſunt, locata videantur) hemiſtichium eſt:

Ornatus Argivæ Helenæ.
Cælicolis & quanta ſolet Venus aurea contra.

Quod in menſuram juſti carminis, ex MS. Cod. duntaxat uno, ita integrandum eſt:

Ornatus Argivæ Helenæ. qualiſque videri
Cælicolis, & quanta ſolet Venus aurea contra.

Invenio & in Imminutione verſum integrum, quo loco vulneris impatiens virgo, *ter ſeſe attollens, ter etiam revoluta toro eſt.* Sed quod eum ſpurium omnino putaremus, ne referri quidem curæ fuit. Nam & verendum quoque videbatur, ne noſtro quandoque exemplo, ſi minus manifeſto teſtimonio egiſſemus, quiſpiam fortaſſe alios è Virgilio (quod facile fit) redactos confingeret atque adderet. Illud vero monuiſſe, leviuſculum fortaſſe fuerit, quod in Nuptiali cœna ſcriptum eſt:

— *pat*

A. 2. Cœlicolis, & quanta ſolet † Venus aurea A. 10
contra:
A. 6. Talis erat ſpecies. † Talem ſe læta ferebat A. 1
A. 2. Ad ſoceros; † ſolioque alte ſubnixa reſedit. A. 1

— *per lumina lata frequentes Diſcurrunt.* — Cum ſit ſcribendum *limina.* Poſtquam vero in cubiculum ventum eſt, carmen ante Imminutionem ſoluta oratione intercipitur, cui titulus, *Parecbaſis*, immutatus poſtea, *parechnaſis* imprudenter. Eſt quippe Græca vox παρέκβασις. Quintil. lib. IV, *παρέκβασιν vocant Græci, Latini egreſſum vel egreſſionem.* Transgreditur autem Auſonius ab ingreſſu in cubiculum, ad præfationem in nuptiali myſterio. *Mariang. Accurſius.*

Deſcriptio egredientis ſponſi.

A. 9. AT parte ex alia † foribus ſeſe intulit A. 11
altis
A. 9. Ora puer prima ſignans intonſa juventa,
Pictus acu chlamydem auratam, † quam pluri- A. 5
ma circum
Purpura Mæandro duplici Melibœa cucurrit,
A. 10. Et tunicam molli mater quam neverat auro:
A. 1. Os, humeroſque deo ſimilis, † lumenque A. 2
juventæ.
A. 8. Qualis ubi oceani perfuſus Lucifer unda
Extulit os ſacrum cœlo, † ſic ora ferebat, A. 3
Sic oculos. † curſuque amens ad limina tendit. A. 2
A. 2. Illum turbat amor, figitque in virgine vultus.
A. 1. Oſcula libavit. † dextramque amplexus in- A. 8
hæſit.

Oblatio munerum.

A. 5. INcedunt pueri, pariterque ante ora parentum
Dona ferunt, † pallam ſignis, auroque rigentem, A. 1
A. 11. Munera portantes, aurique eboriſque talenta,
Et ſellam, † & pictum croceo velamen acantho. A. 1
A. 1. Ingens argentum menſis, † colloque monile A. 1
Baccatum, & duplicem gemmis auroque coronam.

A. 5. Olli

A. 5. Olli ſerva datur,† geminique ſub ubere nati. A. 5
A. 10. Quatuor huic juvenes, † totidem innuptæque puellæ: A. 2
A. 5. Omnibus in morem tonſa coma. † pectore ſummo A. 5
Flexilis obtorti per collum circulus auri.

Epithalamium utrique.

A. 12. TVm ſtudio effuſæ matres † ad limina ducunt. A. 10
G. 4. At chorus æqualis, * pueri innuptæque puellæ A. 2
G. 2. Verſibus incomtis ludunt: * & carmina dicunt. A. 6
B. 8. O digno conjuncta viro, † gratiſſima conjunx, A. 10
A. 1. Sis felix, * primos Lucinæ experta labores, G. 4
G. 4. Et mater, Cape Mæonii carcheſia Bacchi.
B. 8. Sparge marite nuces. * cinge hæc altaria vitta, B. 8
A. 8. Flos veterum, virtuſque virum. * tibi ducitur uxor, B. 8
A. 1. Omnes ut tecum meritis pro talibus annos
Exigat: & pulchra faciat te prole parentem.
A. 9. Fortunati ambo. * ſi quid pia numina poſſunt. A. 4
A. 3. Vivite felices, † dixerunt, currite, fuſis, B. 4.
Concordes ſtabili fatorum numine Parcæ.

Ingreſſus in cubiculum.

G. 4. POſtquam eſt in thalami pendentia pumice tecta
Perventum, † licito tandem ſermone fruuntur. A. 8
A. 8. Congreſſi jungunt dextras: † ſtratiſque reponunt. A. 4

A. 1. At

A. 1. At Cytherea novas artes,† & pronuba Iuno A. 4
A. 11. Sollicitat : ſuadetque ignota laceſſere bella.
A. 1. Ille ubi complexu † molli fovet, atque repente A. 8
Accepit ſolitam flammam, † lectumque jugalem : A. 4
A. 6. O Virgo nova mi facies, † gratiſſima conjunx : A. 10
A. 6. Veniſti tandem, † mea ſola, & ſerá voluptas. A. 8
A. 2. O dulcis conjunx, non hæc ſine numine divûm
A. 12. Proveniunt. † placidone etiam pugnabis amori ? A. 4
A. 4. Talia dicentem jam dudum averſa tuetur :
A. 12. Cunctaturque metu : telumque inſtare tremiſcit.
A. 1. Spemque metumque inter. † funditque has ore loquelas : A. 5
A. 10. Per te, per, qui te talem genuere, parentes,
B. 2. O formoſe puer, † noctem non amplius unam A. 1
A. 9. Hanc tu, oro, ſolare inopem, † & miſerere precantis. A. 10
A. 12. Succidimus. non lingua valet, non corpore notæ
Sufficiunt vires ; nec vox aut verba ſequuntur.
A. 9. Ille autem, Cauſas nequicquam nectis inanes.
A. 12. Præcipitatque moras omnes, † ſolvitque pudorem. A. 4

PARECBASIS.

HActenus caſtis auribus audiendum myſterium nuptiale, ambitu loquendi, & circumitione velavi. [1] *Verum quoniam & feſcenninos amat celebritas nuptialis, verborumque petulantiam notus vetere inſtituto ludus admittit, cætera quoque cubiculi & lectuli operta*

1. *Verum quoniam feſcenninos*] Auctior Voſſianus alter, qui particulam & ante *feſcenninos* inſerit.

operta prodentur, ab eodem auctore collecta: ut bis erubeſcamus, quì & Virgilium faciamus impudentem. Vos, ſi placet, hic jam legendi modum ponite. cætera curioſis relinquite.

[1] Imminutio.

A.11. POſtquam congreſſi † ſola ſub nocte per umbram, A. 6
G. 3. Et mentem Venus ipſa dedit, † nova prœlia tentant. A. 3
A.10. Tollit ſe arrectum; † conantem plurima fruſtra, A. 9
A.10. Occupat os, faciemque; * pedem pede fervidus urget. A.12
A. 7. Perfidus alta petens, † [2] ramum qui veſte latebat A. 6
B.10. Sanguineis ebuli baccis, minioque rubentem,
A.12. Nudato capite, † & pedibus per mutua nexis, A. 7
A. 3. Monſtrum horrendum, informe, ingens, cui lumen ademtum,
A.10. Eripit à femore, & trepidanti fervidus inſtat.
A. 1. Eſt in ſeceſſu, † tenuis quo ſemita ducit, A.11
A. 8. Ignea rima micans. † exhalat opaca mephitim; A. 7.
A. 6. Nulli fas caſto ſceleratum inſiſtere limen.
A. 7. Hic ſpecus horrendum. † talis ſeſe halitus atris A. 6
A. 6. Faucibus effundens, † nares contingit odore. A.9
A.11. Huc juvenis nota fertur regione viarum,
A. 5. Et ſuper incumbens † nodis & cortice crudo A.9

A. 9. In-

1. *Imminutio*] *Imminutionem* uſurpavit pro primo congreſſu cum uxore, quod tum virginitas imminuatur. Sic Plaut. in Ciſtell. *imminuere pudicitiam*, dixit, pro auferre. *Turnebus*.

2. *Ramum qui veſte lat.*] Novius Exodio: *Puerum mulieri præſtare nemo ſcit, quanto melior ſit, cujus vox gallulaſcit, cujus jam ramus roboraſcit.*

3. *Ha-*

A. 9. Intorquet ſummis adnixus viribus [3] haſtam.
A. 11. Hæſit; † virgineumque alte bibit acta cruorem.
A. 2. Inſonuere cavæ, gemitumque dedere cavernæ.
A. 11. Illa manu moriens telum trahit: oſſa ſed inter
G. 3. Altius ad vivum perſedit † vulnere mucro. A. 11
A. 4. Ter ſeſe attollens, cubitoque innixa levavit.
Ter revoluta toro eſt. † manet imperterritus ille. A. 10
A. 3. Nec mora, nec requies. † clavumque affixus, & hærens A. 5
Nuſquam amittebat: oculoſque ſub aſtra tenebat.
A. 6. Itque, reditque viam totiens. † uteroque recuſſo A. 2
A. 9. Transadigit coſtas. † & pectine pulſat eburno. A. 6
A. 5. Iamque fere ſpatio extremo, feſſique, ſub ipſam
Finem adventabant. † tum creber anhelitus artus, A. 5
Aridaque ora quatit. ſudor fluit undique rivis.
A. 11. Labitur exſanguis, † [4] deſtillat ab inguine virus. G. 3

Contentus eſto, Paule mi,
[5] Laſciva Paule pagina.
Ridere nil ultra expeto.

Sed quum legeris, adeſto mihi, adverſum eos;
Qui, *ut Iuvenalis ait*,
---- Curios ſimulant, & Bacchanalia vivunt:
[6] *ne forte mores meos ſpectent de carmine.*

[7] Laſci-

3. *Haſtam*] Vide Rutgerſ. Var. lect. lib, 11, cap. 11.
4. *Diſtillat ab ing.*] Lege: *deſtillat.* ſic in emendatioribus Virgilii libris omnibus hæc vox ſcribitur. *Gravius.*
5. *Laſciva Paule*] *Laſciva ò Paule, pagina*, Tilianus codex. *Vinetus.*
6. *Ne fortaſſe*] Sic omnia noſtra exemplaria: ſed *iſtud fortaſſe*, pro *forte* ſcripſiſſe poteſt imperitus & negligens librarius. Ego enim ſicut, *ſi forte*; ita &, *ne forte*, tam frequenter apud bonos auctores invenio, veluti apud Virgilium in tertio Bucolico; *ne forte recuſes*, & Ciceronem in ſecunda ad Quinctum fratrem epiſtola: *Ne forte me in Græcos tam ambitioſum factum eſſe mirere*, ut ubicunque *ſi for-*

[7] Laſciva eſt nobis pagina, vita proba:

[8] *Vt Plinius dicit. Meminerint autem, quippe eruditi, probatiſſimo viro Plinio in poëmatis laſciviam, in moribus conſtitiſſe cenſuram. prurire opuſculum* [9] *Sulpitiæ, frontem caperare:* [10] *eſſe Apulejum in vita philoſophum, in epigrammatis amatorem; in præceptis omnibus exſtare ſeveritatem,* [11] *in epiſtolis ad Cærelliam ſubeſſe petulantiam.*

ſi fortaſſe, & *ne fortaſſe* in illis reperio, mendum eſſe ſuſpicer. *Vinetus.*

7. *Laſciva eſt nobis pagina*] Hic ultimus verſiculus apud Martialem quoque legitur. Sed idem verſus potuit à duobus uſurpari, ut ſunt aliquot apud Ovidium, & Tibullum. Quare inepte quidam hic pro *Plinio* Martialem ſubſtituerunt: cum notiſſimum ſit ipſum Plinium verſiculos *laſcivos* ſcripſiſſe. Quod vel ex ipſo Plinio patet ſcribente ad Pontium libro VII Epiſtolarum. *Scaliger.*

8. *Vt Plinius dicit*] Quem *Plinio* attribuit Auſonius verſiculum, hunc in quincto libri primi Epigrammate Valerii Martialis invenies, ſive memoria lapſus ſit Auſonius, quod hic non puto, ſive ab amico fuerit Martialis mutuatus. Sed vide caput ſeptimumdecimum libri tertii decimi Noctium Atticar. Auli Gellii. Cajus autem *Plinius*, cujus exſtant epiſtolarum libri novem, & Panegyricus Trajano Auguſto dictus, carmina etiam edidiſſe ſe multis locis commeminit, ut in epiſtola 4 lib. 7. quæ poſt Auſonium intercidiſſe poſſunt. Quorum petulantiam laſciviamque excuſat in libri 4 epiſtola quarta decima, & in quincti tertia, ſicut & ſuorum Catullus in hendecaſyllabo in Aurelium & Furium, ac ſuorum Ovidius Naſo in prima elegia ſecundi de Triſtibus:

Crede mihi, diſtant mores à carmine noſtro.
Vita verecunda eſt, Muſa jocoſa mea. Vinetus.

9. *Sulpitii*] Nos *Sulpicia* excudi juſſimus, ut poëtriam innuat, cujus Martialis meminit: cujuſque Satyra exſtat, & apud Iuvenalis interpretem, obſcæni, ut videtur, operis fragmentum:

Ne me Cadurcis deſtitutam faſciis
Nudam Caleno concubantem proferat.

Scriverius.

9. *Prurire opuſculum Sulpitii*] Alter ſcriptus: *prurire op. Sulpitirve frontem caperare.* Quem *Sulpitiorum* noſter innuat, mihi non compertum. Sed quum laſcivum ſatis de Caleno Sulpitiæ carmen, ſeu potius carminis fragmentum legerim, non me contineo, quin reſcribam, *prurire op. Sulpitia, frontem caperare.* Sidonius carm. IX:

Non quod Sulpitia jocus thalia
Scripſit blandiloquum ſuo Caleno.

10. *Eſſe Appulejum*] Hic eſt *Lucius Appulejus* Madaurenſis, philoſophus Platonicus, cujus exſtat *Aſinus aureus*, & alia pauca ex multis, quæ ſcripſerat. Interciderunt inter alia, iſta ejus *amatoria*: quorum ipſe meminit in priore Magiæ apologia. *Vinetus.*

11. *In Epiſt. ad Cærelliam*] Hic excidit nomen diſertiſſimi nepotum Romuli. Nam Cærellia iſta nihil ad Appulejum pertinet, ſed ſtudio Philoſophiæ familiaris fuit Ciceroni, cujus ipſe meminit lib. XII ad Atticum, Epiſt. I; & lib. XIII: *Mirifice Cærellia ſtudio videlicet Philoſophiæ flagrans deſcribit à tuis: iſtos ipſos de finibus habet.* Cujus etiam conſuetudinem viro ſanctiſſimo exprobrant obtrectatores ejus Fuſius Calenus non magis, quam Dio. Fuit igitur: Ciceronis *in præceptis omnibus*, &c. Sic appellat inno-

lantiam. Platonis Sympoſion compoſita in ephebos [12] *edyllia* [13] *continere. Nam quid* [14] *Anniani feſcenninos? quid antiquiſſimi poëtæ* [15] *Lævii Erotopægniōn libros loquar?* [16] *Quid Evenum, quem Menander*

innocentes jocos: ſi tamen illæ Ciceronis epiſtolæ fuerunt, & non laſcivientium ingeniorum: quales qui in eum Salluſtii, & in Salluſtium ejus declamationes ſubjecerunt. *Gronovius.* Meminit harum Ciceronis ad *Cerelliam* epiſtolarum Quintilianus lib. VI Inſtit. cap. 3: *Etiam illud quod* Cicero Cærelliæ *ſcripſit, reddens rationem, cur illa C. Caſaris tempora tam patienter toleraret:* Hæc aut animo Catonis ferenda ſunt, aut Ciceronis ſtomacho.

12. *Epyllia*] De hoc verbo jam ante in præfationem in Griphum, monuimus. *Vinetus.*

13. *Continere*] *Platonis* nulla carmina exſtant, niſi *amoris elegia.* Nam cætera omnia (credo, quod tam lepida non erant) igni deúſſit: Apulejus Apologiæ fere initio. ubi & puerum quem amavit *Aſtera* vocat; aliaque Epigrammata amatoria Platonis recenſet. Quæ vide. *Scriverius.*

14. *Anniani feſcenninos*] *Feſcennini verſus*, inquit Feſtus *qui canebantur in nuptiis.* Interciderunt autem iſti Anniani Feſcennini. qui poëta fuit æqualis Auli Gellii, ut cognoſces ex libro nono, & viceſimo Noct. Atticarum. *Vinetus.*

14. *Anniani feſcennini verſus*] De eo, quem & prænomine *Titi* inſignit, ſic Gyraldus in Hiſtoria Poëtarum Dialog. IV: *Ab Auſonio Gallo facta eſt mentio Anniani. fuit vero Poëta comis & perurbanus, A. Gellio amicus. de quo & ſic* lib. XX *Noctium Atticarum:* Annianus, *inquit*, poëta in fundo ſuo, quem in agro Phaliſco poſſidebat, agitare erat ſolitus vindemiam hilare atque amœniter. Ad eos dies me & quoſdam familiares vocat. Citatur & à Grammaticis. *Feſcenini verſus.* Vnica *n* ſcribit Feſtus, *ex urbe Feſcenina* (alias *Feſcenia*) *allati: ſive ideo dicti, quia Faſcinum putabantur arcere.* Vbi Lipſius feſtive *acuere.* Scriverius.

15. *Lævii*] Perperam legitur *Livius*, cum ſit *Lævius.* Nam *Livius* Andronicus eſt primus ille, qui fabulam Romæ docuit. *Lævius* eſt is, qui poëma *Io* ſcripſit: item *Erotopægnia.* Quæ laſciviſſima poëmatia fuiſſe indicat tum titulus, tum etiam Auſonius ipſe. Sed molles ex illis adferuntur verſiculi iſti, de corona plectili:

Andromacha per ludum manu
Laſcivula, tenellula
Capiti meo trepidans, lubens
Inſolita plexit munera.

Apud Gellium in veteribus codicibus non *Nævio* attribuitur Alceſtis, ſed *Lævio:* qui eſt iſte, de quo jam loquimur. Quid quod Apulejus in Apologia *Lalium* vocat? ut videatur propius accedere ad *Lævium.* Itaque alius eſt *Livius* Andronicus, qui Odyſſean vertit, fabulas multas docuit: alius *Lævius*, qui *Erotopægnia* & *Io* compoſuit. Nam ſemper ita ſcriptum apud Gellium invenio. Quod ſi & hic quoque *Livius* vocatur: alius tamen eſt ab Andronico. neque obſtat, quod ab Auſonio antiquiſſimus vocatur. Apud Macrobium quoque *Nævius* falſo pro *Lævius* citatur in his verſibus:

Hac, qua ſol vagus igneas habenas
Immittit propius, jugatque terra.

Eſt enim idem noſter *Lævius.* Idem *Lævius* ſcripſit Cypriam Iliadem. Ejus quoque mentio eſt apud Porphyrionem Horatii interpretem ode prima libri tertii: CARMINA NON PRIUS AUDITA. Romanis utique non prius audita. Quamvis *Lævius* Lyrica ante Horatium ſcripſerit. *Scaliger.*

15. *Livii*] Errat in nomine Poë-

tæ Vinetus. apud Feſtum vero V. *Redivia*, *Lævius*, non *Livius* legendum. Sæpe citatur *Livius* & *Nævius*, cum ſit *Lævius*, qui ſcripſit *Erotopægnia*. Item Poëma *Io*. ex quo eſt iſte Scazon:

Scabra in legendo, redivioſave offendent.

Nam ex eodem Poëm. de Io ſcribit:

Seſeque in alta maria præcipitem miſit
Inops, & ægra ſanitatis Herois.

Et in V. *Petrarum* non *Livius*, ſed *Lævius in Centauris*, legitur in Schedis. Quod autem memoriæ prodit Vir Doctiſſimus, hanc inſcriptionem æmulatos poſtero tempore *Nævium* & *Pacuvium*: fallitur. Vtrumque auctorem Erotopægniôn citat quidem Nonius Marcellus; ſed mendoſe ſcriptum eſt in uno loco, & in altero lacuna eſt. Confunduntur ſæpe *Lævius*, *Nævius*, & *Novius* apud Grammaticos. qui legendi cum judicio. apud Priſcianum ad teſtimonium citatur Nævius II Iliados:

Fecundo penetrat penitus. thalamoque potitur. ubi *Lævius* potius legendum putat Eruditiſſimus & Accuratiſſimus Vir Gerardus Ioannis Voſſius III de Analogia cap. XXXV, quem vide etiam eodem libro cap. XXIV. Vbi de *Nunnio* ſive *Ninnio Craſſo* agit, qui Iliada Homeri vertit, & tecum ſtatue, an non & hoc Priſciani loco pro *Nævius* ſcribendum ſit *Ninnius*. Scriveri.

15. *Lævii Erotopægnion*] Ita reſtituit Hadr. Iunius. Citat è *Lævii Erotopægniis* hæc Nonius: *Nocte ut opertus amictu latibuletur.* & iſtos Apulejus in Apologia verſiculos, ut emendavit Salmaſius:

Antipathes illud quærito,
Philtra omnia undique irruunt,
Trochus, pili, ungues, tæniæ,
Radiculæ, herbæ, ſurculi,
Sauri, illices, bicodulæ, Hinnientium dulcedines.

E quibus ἀντιφαρμακτίοις patet, quare *Lævium* poëta noſter in ſui defenſionem citaverit.

16. *Quid Evenum*] *Evenos* duos elegiarum ſcriptores, & utrumque *Parium* fuiſſe, auctor eſt Suidas. Horum verſus aliquot habent Athenæus, Stobæus, Epigrammatum Græcorum libri, & alii veteres. *Vinetus.*

16. *Quid Evenum*] Q. Ennii Fragmenta aliquot ex Euemeri ſacra hiſtoria, ipſiuſque Euemeri reliquias, collegit Nobiliſſimus Hieronymus Columna, Italus, politiorum literarum, fideique ac diligentiæ præclarus. qui conſulatur. De *Eveno* poëta Lilius in Hiſtoria Poëtarum Dialogo III: *Fuit Evenus*, inquit, *elegiarum poëta, ejus Philiſti magiſter qui ſecundum præcepta artis Oratoriæ hiſtorias conſcripſit. Hujus certe Eveni verſus citat Ariſtoteles, cum de conſuetudine agit, quam aliam quaſi naturam eſſe exiſtimat. Exſtant in Gnidiam Venerem duo ejus Epigrammata, item alia in Myronis vaccam. Duos tamen Evenos nomine fuiſſe reperio apud Suidam & Val. Harpocrationem, & ambos quidem Elegiographos. Id quod Harpocration comprobat ex Eratoſthenis in Chronographiis auctoritate, eoſdemque ait fuiſſe ex Paro inſula. Meminit & eorum alterius Divinus Plato: etſi in vulgatis codicibus inverſe atque præpoſtere aliquando legitur. Meminit & Max. Tyrius in quodam ſermone de Socrate loquens, quem ait ab Eveno poëticam comparaſſe. Eſt & apud Auſonium in quadam Epiſtola hujus poëtæ nomen perperam, ut puto, ſcriptum. Ita enim legendum exiſtimatur.* Quid *Evenum*, quem Menander ſapientem vocavit? *Citatur & Evenus ab Artemidoro* lib. I Ὀνειροκριτικῶν, *in Amatoriis ad Eunomium*, &c. Scriverius.

16. *Quid Evenum*] *Euhemerum* lego; is etenim ſcriptor Meſſenius patria, libidines obſcœnas, ſpurcoſque Deorum amores carmine evulgavit, ab Ennio poſtea in Latinam linguam converſus. Vnde ſic quoque apud Sext. Pompejum legendum eſt: *Quam rem in medio (quod ajunt) poſitam Varro & Euemerus, (non Eumenus) ineptis μύθοις involvere maluerunt, quam ſimpliciter referre.* Hadr. Iunius lib. VI. cap. XIII Animadv. Arnobius lib. IV: *Et poſſumus quidem hoc in loco omnes*

nander ſapientem vocavit ? quid ipſum Menandrum ? quid comicos omnes ? quibus ſevera vita eſt, & læta materia. Quid etiam [17] *Partheniam dictum cauſa pudoris ?* [18] *qui octavo Æneidos, quum deſcriberet coitum Veneris atque Vulcani,* [19] Ἀισχροσεμνίαν *decenter immiſcuit. Quid in tertio Georgicorum de ſummiſſis in gregem maritis ? nonne obſcœnam ſignificationem honeſta verborum tranſlatione velavit ? Et ſi quid in noſtro joco aliquorum hominum ſeveritas veſtita condemnat, de Virgilio arceſſitum ſciat. Igitur cui hic ludus noſter non placet, ne legerit; aut quum legerit, obliviſcatur : aut non oblitus,*

omnes iſtos, vobis quos inducitis atque appellatis Deos, homines fuiſſe monſtrare, vel Agragantino Euhemero replicato, cujus libellos Ennius, clarum ut fieret cunctu, ſermonem in Italum tranſtulit. Non tamen emendationem hanc Iunii probaverim. uterque enim Menander & *Euhemerus* ſub Ptolemæo Lagide vixerunt : at *Evenus* triginta circiter Olympiadibus antiquior eſt.

17. *Partheniam*] παρθένος, virgo, puella. Vide Virgilii vitam per Donatum. Hinc ἁγνὸν, id eſt caſtum, appellat, puto, Virgilium Græcus poëta in epitaphio Didonis. *Vinetus.*

18. *Qui octavo Æneidos*] Ejus ſunt verſus :

Optatos dedit amplexus, placidumque petivit
Conjugis infuſus gremio per membra ſoporem.

Aulus Gellius libro nono. *Vinetus.*

19. Γλισχροσεμνίαν] Commutatione literarum haud imparilium, mendæ hic obſcuritas contracta eſt. Primi quippe Græci elementi τῆ Α linea, quæ medium interſecat, ſi in pedes, exſcribentium celeritate, vel ſcalpentium incuria (ut eſt in vetuſtis quoque monumentis obſervare) deciderit, quartum, quod triangulæ figuræ fuerit, efficiet, in hunc ferme modum, Δ. Et τὸ σ ſcribens, paulum ſi circumducenda contrahes (quæ frequens labecula) in ο μικρὸν tranſibit. Meo igitur ipſius periculo, αἰσχροσεμνίαν emendabis, hoc eſt *pudicam turpitudinem.* Compoſitione ſane lepida eruditaque, nec ab eo remota penitus, quod Gellius hunc quoque Vulcani, Veneriſque congreſſum, *pudiciſecretum* nominarit, σεμνὸν enim pudicum dicimus, αἰσχρὸν turpe, perſtricta ſc. voce (ut ait Plato in Cratylo) quæ fuerit αἰσχόῤῥουν, quaſi ἀεὶ ἴσχον ῥοῦν, id eſt, ſemper impediens fluxum, quod vituperandum ſit agitationis obſtaculum. Idem fere mendum (ſed quod in Mathematicis, indignius, minuſque ferendum) apud Proclum oſtendimus. ubi, quantum intelligi datur, Λ ſcriptum legitur pro Δ. de coluris namque circulis hæc ait, Γεγράφονται δὲ οὗτοι οἱ κύκλοι διὰ τῶν τροπικῶν σημείων, καὶ εἰς μέρη Λ ἴσα διαιροῦσι τὸν διὰ μέσων τῶν ζῳδίων κύκλον. Quippe conſtat, eos ipſos circulum, qui per media Signiferi ducitur, in partes quatuor dividere, abſurdumque eſſe abhorrereque à ſphæræ ratione, cum triginta partes Λ nota denotentur. *Mariangelus Accurſius.*

19. Γλισχροσεμνίαν] Γλίσχρος, lubricus, laſcivus. σεμνὸς, pudicus, gravis, honeſtus. Mariangel. tamen αἰσχροσεμνίαν mavult, id eſt turpem pudicitiam. *Vinetus.*

oblitus, ignoſcat. etenim fabula de nuptiis eſt: & velit, nolit, [20] *aliter hæc ſacra non conſtant.*

20. *Aliter hæc ſacra non conſtant*] *Hoc adagio licebit uti, ſi quando fatebimur culpam, ſed qua rei, locoque conveniat*, inquit Eraſmus, adagio octogeſimo octavo Centuriæ quartæ Chiliadis ſecundæ. *Vinetus.*

[1] ROSÆ.

Edyll. XIV.

[2] VEr erat: & blando mordentia frigora ſenſu
Spirabat croceo mane revecta dies.
[3] Strictior Eoos præceſſerat aura jugales,
Æſtiferum ſuadens anticipare diem.
Errabam riguis [4] per quadrua compita in hortis,
Maturo cupiens me vegetare die.
Vidi concretas per gramina flexa pruinas
Pendere, aut olerum ſtare cacuminibus:
Caulibus & patulis teretes colludere guttas,
Et [5] cœleſtis aquæ pondere tunc gravidas.
[6] Vidi Pæſtano gaudere roſaria cultu,

Exo-

1. *Roſæ*] Hoc Edyllium, & quæ *Vir bonus*, Ναὶ καὶ οὔ, *Ætates animalium*, *Muſarum inventa*, & *Herculis labores* inſcribuntur, Virgilii Maronis eſſe diu credita ſunt, quod reperta inter ejus quæ feruntur poëmatia, cum iis primum excuſa ſint; verum Hieronymus Aleander, & Mariangelus Accurſius, Auſonio aſſeruerunt, quum ea reperiſſent inter Auſonii ſcripta, quem referrent auctorem potius, quam Virgilium. *Vinetus.*

2. *Ver erat & blando*] Recte: nam ut in Catalectis Vett. Poett, Maximianus ait:

Veris honos tepidi flores, vere omnia rident. ubi vitioſe ſcripti aliquot *florent*, editi *flores* exhibent. Sic & capillos *eximium capitis honorem* vocavit Sammonicus.

3. *Strictior Eoos*] Lenis quædam *aura*, unde *Aurora* dicta putatur, & ventus frigidulus, qualis in aurora flare ſolet, anteceſſerat orientes equos Solis, atque invitabat exire ad eam captandam ante diei æſtum. *Vin.*

4. *Per quadrua compita*] Quadrata ſeu quadrangula, veluti cum ambulationes duæ, quaſi viæ duæ, inter ſe ſecant in medio horto. *Vinet.*

5. *Cœleſtis aquæ*] *Roris* pondere, qui noctu è *cœlo* & aëre decidit. *Idem.*

6. *Vidi Pæſtano*] PÆSTUM *oppidum* Lucaniæ: ubi in anno bis produci roſæ dicuntur, magna copia. *Biferique roſaria Pæſti*, dixit Virgilius. *Id.*

7. *Rara*

Exoriente novo roſcida lucifero.
[7] Rara pruinoſis canebat gemma frutetis,
[8] Ad primi radios interitura die.
Ambigeres, raperet ne roſis aurora ruborem,
An daret, & flores tingeret orta dies.
[9] Ros unus, color unus, & unum mane [10] duorum.
[11] Sideris, & floris, nam domina una Venus.
Forſan & unus odor: ſed celſior ille per auras
[12] Diffluit: exſpirat proximus iſte magis.

Com-

7. *Rara gemma*] *Guttula* frigore, ut dictum eſt, concretæ, albeſcebant *rara*, nec frequentes. *Vinet.*

8. *Ad primi radios*] Quum primum ſol oriretur, quod eſt diei principium. *Die* itaque hic pro diei, ut libro primo Georgicôn:

Libra die, ſomnique pares ubi fecerit horas.

Dii in Edyllio de ratione Libræ. Aulus Gellius libro nono, & Priſcianus in extremo libro ſeptimo. *Vin.*

8. *Ad primi radios interitura die*] Lege: *Dei*. *Deum* vero pro Sole dixit, uti ſæpe κατ' ἐξοχὴν dicitur. *Barthius.*

9. *Ros unus*] *Madidas divini roris & nectaris* roſas dixit Apulejus lib. IV Mileſ. & lib. III: *in quo roſa virgines matutino rore fluebant*. Reſtituamus porro Bucolicæ Veneri ſuum decus ac nitorem: nec *rorem* deſiderari, vel à *curſu* diutius averti ſinamus. Inter reliqua Theocriti Edyllia illud pervenuſtum eſt, quo Menelai & Helenæ nuptias celebrat. In eo puellæ corollas nectere novæ nuptæ pollicentur, his verbis:

Ἄμμες δ' ἐς δρόμον ἦρι, καὶ ἐς λειμώνια φύλλα
Ἔψευμες, στεφάνως δρεψεύμεναι ἁδὺ πνέοντας,

Repone ἐς δρόσον. Nos adventante vere in *rorem* ibimus, inquiunt; ſive potius, nos cras mane decerpentes floſculos plantas rore commadefaciemus. Hic enim ἦρι, αὔριον ſignificat.

10. *Duorum*] Roſæ & Luciferi, ſeu Auroræ ipſius, cum qua Lucifer oritur. *Vinetus.*

10. *Et unum mane duorum*] Auctor pervigilii:

Mane virgines papillas ſolvit humenti peplo:
Ipſa juſſit mane ut udo virgines nubant roſa,
Fuſa aprino de cruore, deque amoris oſculo,

Qui mihi ultimus verſus ad Eidyllium Theocriti alludit, quod Anacreonteis verſibus in Adonidis mortem luſit. Idem, ni fallor, Lucianus æmulatus eſt in Encomio muſcæ, quam matronarum caſta delibare oſcula fingit, non exſugendi ſanguinis, ſed amoris ergo.

11. *Sideris & floris*] Fulgentius libro ſecundo Mythologicῶn rationem reddere conatur, cur in Veneris tutela antiqui *roſas* poſuerint. Eas *Auroræ* conſecrarunt, quam ῥοδοδάκτυλον Homerus, id eſt *roſeis digitis*, & ejus *quadrigas roſeas* Virgilius, ejuſdemque *atria, roſarum plena* Ovidius ſecundo Metamorphoſeon dixit. *Vinetus.* Anacreon ode LIII, Ἀφροδίσιον ἄθυρμα *roſam* vocat. Valerius autem Cato in Diris, *Veneris ſtipendia flores*.

12. *Difflatur: ſpirat*] In ſcriptis fuit: *Diffluit: & ſpirat*. Credo genuinum eſſe, *Diffluit: exſpirat proximus iſte magis.* Catullus in Nuptiis Pelei & Thetidis;

—quam

Communis Paphie dea ſideris, & dea floris ;
  Præcipit [13] unius muricis eſſe habitum.
Momentum intererat : quo ſe [14] naſcentia florum
  Germina comparibus dividerent ſpatiis.
Hæc viret anguſto foliorum tecta [15] galero :
  [16] Hanc tenui folio purpura rubra notat.
Hæc aperit primi faſtigia celſa [17] obeliſci,
  [18] Mucronem abſolvens purpurei capitis.
Vertice collectos illa [19] exſinuabat amictus,
  Iam meditans foliis ſe numerare ſuis.
Nec mora : [20] ridentis calathi patefecit honorem,
  [21] Pro-

— *quam ſuaves exſpirans caſtus odores*
Lectulus in molli complexu matris alebat. Solinus de Nilo : *Iam illud palam eſt, ſolum illum ex omnibus univerſis nullas exſpirare auras.*

13. *Vnius muricis*] Ejuſdem coloris, *purpurei.* Quod genus piſcis diſce ex Plinio. Quæ autem *roſa* prius alba erat, quomodo purpurea & rubra facta ſit, vel Aphthonii progymnaſmata fabulantur. *Vinetus.*

14. *Naſcentia florum*] Voſſian. ſcriptus : *nectentia florum.*

15. *Galero*] Tegumento. *Vinetus.*

16. *Hanc tenui folio*] Voſſianus alius : *hanc tenus & folio.*

17. *Obeliſci*] *Obeliſco* & metæ ſimilis eſt roſa, ubi nata eſt, priuſquam tota aperiatur. *Vinetus.*

18. *Mucronem abſolvens*] Faſtigium, *verticem*, & quaſi cuſpidem *ſolvens*, laxans, aperiens. *Vinet.*

19. *Exſinuabat*] Quaſi *ſinus* faciebat, & explicabat, expandebat. *Idem.*

19. *Exſinuabat amictus*] Idem Voſſ. liber, *exundabat*, qui & priore verſu :

Hac aperit prima florens præludia forma.

20. *Ridentis calathi*] Læti, jucundi, exhilarantis contemplantem calycis. Roſæ enim ſe pandentis *calycem* videtur dixiſſe Plinius, quem hic poëta *calathum*, eodemque tropo. Eſt autem Græcum κάλαθος: quod *quaſillum* Latini dicebant, Feſto, & Servio auctoribus. Hoc vaſis genus, pro vario uſu, non dubito, quin ex varia fieret materia : ſed in quibus lanam, penſum, fuſos, glomera, & reliqua ad opus ſuum pertinentia mulieres reponebant, vimine fiebant, ut & in quibus comites Proſerpinæ, flores colligunt quarto Faſtorum Ovidii :

Hæc implet lento calathos de vimine nexos.

Quæ vero *calathi* figura fuerit, ex his cognoſci poſſe video. Primum, quod hoc loco Auſonius *roſam*, quum primum tantum ſe aperuerit, ut quod in ima croceum eſt, videri poſſit. Dioſcorides ſcammoniæ, & lilii florem Plinius, *calatho* ſimilem eſſe dicunt. *Candor ejus eximius* (inquit, Plinius libro viceſimo primo de lilii flore loquens) *foliis foris ſtriatis, & ab anguſtiis in latitudinem paulatim ſeſe laxantibus, effigie calathi.* Deinde *calathi* figura ex umbræ Terræ figura percipi poſſe videtur, quæ Græcis ut Cleomedi libro ſecundo καλαθοειδὴς appellatur, quæ eſt, quam Plinius libro ſecundo, turbini recto, & inverſæ metæ ſimilem dicit, ut ſit imum ejus anguſtum. Eſt *qualus* ſive *qualum*, aliud vaſis vocabulum, quod etiam

[21] Prodens incluſi ſemina denſa croci.
Hæc modo, quæ toto rutilaverat igne comarum,
Pallida collapſis deſeritur foliis.
Mirabar celerem fugitiva ætate rapinam,
Et dum naſcuntur, conſenuiſſe roſas.
Ecce & defluxit rutili [22] coma punica floris,
Dum loquor: & tellus tecta rubore micat.
Tot ſpecies, tantoſque ortus, [23] varioſque novatus
Vna dies aperit: conficit una dies.
[24] Conquerimur, Natura, brevis quod gratia florum eſt,
Oſtentata oculis illico dona rapis.
[25] Quam longa una dies, ætas tam longa roſarum,
Quas pubeſcenteis juncta ſenecta premit.
Quam modo naſcentem rutilus conſpexit [26] Eous,
Hanc

etiam è *vimine* facit Virgilius ſecundo Georgicorum:

--- Tu ſpiſſo vimine qualos
Colaque prælorum fumoſis deripe tectis.

Columella vero ex ſalice, ut mox videbitur. Hoc qualum Acro pro ſupradicto muliebri *calatho* accipit, & ταλασιουργίας pro lanificio, quum dicit Horatius in carmine duodecimo libri tertii:

Tibi qualum Cythereæ puer ales:
Tibi telas, operoſæque Minervæ
Studium aufert, Neobule, Liparæi nitor Hebri.

Idem facit & vetus alter Horatii interpres, hoc etiam addens, mulieres per diminutionem hoc genus uſurpare ſolitas, *quaſillum* dicentes. Columella denique hujus vaſis ſic meminit libro nono: *Saligneus qualus, vel tenui vimine rarius contextus ſaccus, inverſæ metæ ſimilis, qualis eſt, quo vinum liquatur.* Hæc puto, ſatis probant, *Quali* non fuiſſe aliam figuram quam *calathi* & *quaſilli*: de qua, non video, quid Hermolao Barbaro obſtrepat Marcellus Virgilius in librum quartum Dioſcoridis. *Vinetus.*

21. *Prodens incluſi*] Plinius libro viceſimo primo de roſa: *Paullatim rubeſcens dehiſcit, ac ſeſe pandit, in calycis medio ſui ſtantis complexa luteos apices.* Vinet.

22. *Coma punica*] *Puniceа*, purpurea, rubra. *Vin.*

23. *Varioſque novatus*] *Varias & novas* mutationes ac formas. Verbum ſatis novum *novatus* verbale quartæ inflexionis. *Idem.*

24. *Conquerimur natura*] O *natura*, nos *conquerimur*, quod florum pulchritudo eſt brevis, & momentanea. Eſt in libro primo anthologiæ Epigrammatum Græcorum caput εἰς χρόνον, ubi diſtichon in eandem fere ſententiam invenies. *Id.*

25. *Quam longa una dies*] Quintilianus: *Cujus rei inveniri poteſt brevior ætas? nuſquam enim flos eſt, niſi novus.* Plinius lib. XXI, cap. I: *Flores vero odoreſque in diem gignit: magna, ut palam eſt, admonitione hominum, quæ ſpectatiſſime floreant, celerrime marceſcere.* Hinc Ronſardus lib. II Amorum:

Tout ainſi qu'une belle fleur,
Qui ne vit qu'une matinée.

26. *Eous*] Id eſt lucifer, apud Virgil. primo Georgicôn Servio auctore.

Aut

Cura domus ſequitur: mercantem ſi nova ſemper
Damna manent: ceſſare vetat ſi turpis egeſtas:
Si vexat labor agricolam, mare naufragus horror
Infamat: pœnæque graves in cœlibe vita,
Et gravior cautis cuſtodia vana maritis.
Sanguineum ſi Martis opus: ſi turpia lucra
Fenoris, & velox inopes uſura trucidat?
Omne ævum curæ: cunctis ſua diſplicet ætas.
Senſus abeſt parvis lactantibus: & puerorum
Dura rudimenta, & juvenum temeraria pubes.
Afflictat fortuna viros per bella, per æquor,
[2] Iraſque, inſidiaſque, [3] catenatoſque labores

[4] Mu-

Φροντίδες. ἐν δ' ἀγροῖς καμάτων ἅλις. ἐν δὲ θαλάσσῃ
Τάρβος. ἐπὶ ξείνης δ', ἢν μὲν ἔχεις τι, δέος.
Ἢν δ' ἀπορῇς, ἀνιηρόν. Ἔχεις γάμον; οὐκ ἀμέριμνος
Ἔσσεαι. οὐ γαμέεις; ζῇς ἔτ' ἐρημότερος.
Τέκνα, πόνοι. πήρωσις, ἄπαις βίος. αἱ νεότητες
Ἄφρονες. αἱ πολιαὶ δ' ἔμπαλιν ἀδρανέες.
Ἦν ἄρα τοῖν δυοῖν ἑνὸς αἵρεσις. ἢ τὸ γενέσθαι
Μηδέποτ', ἢ τὸ θανεῖν αὐτίκα τικτόμενον. Vinetus.

2. *Iras inſidiaſque*] Legendum potius videtur, *iraſque*. Cum autem poëta Auſonius è Græcorum Epigrammatis profeſſa imitatione pleraque tranſtulerit, in nonnullis etiam diſſimulanter verſatus, ut judicii fuit acerrimi ſummique, miro artificio rem ſane prius tractatam abſolverit, ipſam quoque Eclogam elegantiſſime è nobili Epigrammate Poſidippi, ſive illud Cratetis Cynici eſt, felicius quam cautius effinxit. Ex quo iiſdem fere verbis ſuam orditur, clauditque. In eo denique documenta ſunt ad hanc ferme ſententiam. Neminem vitæ iter poſſe ingredi non pœnitendum. Quandoquidem in *foro* lites ſunt, atque ardua negocia, *domi* curæ, ſat laborum in *agris*: in *mari*, metus: timor, ſi quid habeas in *aliena terra*: triſte ſi indigeas: *uxores* non ſine ſollicitudine: deſolatior *cælebs* vita: labores *filii*: *orbitas* ſine liberis vita: inſipientiæ obnoxii *juvenes*: imbecillitati *ſenes*. Eligendum itaque fuiſſe de duobus alterum, aut natum eſſe nunquam, aut quam ociſſime vita fungi. Subditur huic Epigrammati Metrodori alterum lepidius, continens ἐκ τοῦ ἐναντίου πιθανά. Variam (inquit) vitæ viam arripias. In foro nempe gloria eſt, prudenteſque actiones: quies domi: in agris autem naturæ gratia. In mari lucrum: gloria, ſi quid habes in aliena terra: ſi indigeas, ſolus noſti: optima cum conjuge domus: cœlibatus levior: amori ſunt filii: citra curam ſine pignoribus vitam: robuſti juvenes: pii ſenes. Non erat igitur alterutrum eligendum, vel natum eſſe nunquam aut emori ſtatim natum. Omnia ſiquidem vitæ munia bona perhibenda. Cæterum neque iſtud novum, neque non ſummis etiam ingeniis jam olim factitatum. Cum præſertim (quod Terentianus ait) Græcos

Latinè

[4] Mutandos ſemper gravioribus. Ipſa ſenectus
Exſpectata diu, votiſque optata malignis,
Objicit innumeris corpus lacerabile morbis.
Spernimus in commune omnes præſentia. quoſdam
Conſtat nolle deos fieri. Iuturna reclamat,
[5] Quo vitam dedit æternam? cur mortis adempta eſt
Conditio? [6] ſic Caucaſea ſub rupe Prometheus
Teſta-

Latini imitando, *fandi pararint non ſecundam gloriam.* Et Martialis primum quidem Epigramma quo minus omnium penſitatiſſimum perhibeatur, haud impedit, ex Græco uno Antipatri, argumenti comparis, totidemque verſibus expreſſum eſſe. quod & referendum hic putavimus, vel eo, quod invenias, qui in verſu tertio κήπων, aut κηπῶν, non κάπων legendum tradiderunt: in Dorica ſcilicet conſuetudine, quam is adamat, & cujus plenus eſt Theocritus, neſcio quo fato conniventes:

> Καὶ κραναᾶς Βαβυλῶνος ἐπίδρομον ἅρμασι τεῖχος,
> Καὶ τὸν ἐπ' Ἀλφειῷ Ζῆνα κατηυγασάμην,
> Κάπων τ' αἰώρημα, καὶ ἠελίοιο Κολοσσὸν,
> Καὶ μέγαν αἰπεινᾶν Πυραμίδων κάματον,
> Μνᾶμά τε Μαυσωλοῖο πελώριον. ἀλλ' ὅτ' ἐσεῖδον
> Ἀρτέμιδος νεφέων ἄχρι θέοντα δόμον,
> Κεῖνα μὲν ἠμαύρωτό τε. χὴν ἰδὲ νόσφιν Ὀλύμπου
> Ἅλιος, οὐδέν πω τοῖον ἐπαυγάσατο.

Sed neque fuerit hoc indicaſſe ſatis, ſi illud prætericrim, quod ad ἠελίοιο κολοσσὸν pertinet. Concelebrat Antipater egregia orbis ædificiorum ſpectacula. Quorum laudibus Epheſiæ Dianæ templum anteſtare gloria affirmat. Sed enim inter hæc ipſa miracula connumerari Græcis, noſtriſque Coloſſus Solis hactenus dignatus eſt, qui Rhodi olim fuerit, Charetis opus. Strabo vero non Solis hunc fuiſſe tradere videtur, ſed Iovis. *Optima*, inquit, *ſunt Iovis Coloſſus. Quem qui jambum compoſuit, à Charete Lindio ſeptuaginta cubitorum fabrefactum dicit.* Animadvertendum autem in Græcis exemplaribus, *Solis* legi non *Iovis.* ἄλλα εἰσὶν ἐν ἄλλοις τόποις· ἄριστος δ' ὁ τοῦ ἡλίου κολοσσός. Itaque tam interpretum miramur errorem (quorum eſſe manuſcripti quoque cod. indicium faciunt) quam id vulgatum eſſe poſtea, nec animadverſum. Licet idem ſcripſerit, Tarentum urbem Gymnaſium habere ornatiſſimum, & forum ampliſſimum, ubi ſitus ſit Iovis Coloſſus, ex ære fabrefactus, eximiæ poſt Rhodium magnitudinis. *Mariang. Accurſius.*

3. *Catenatoſque labores*] Legerat Auſonius in Epigrammate LXXII lib. I Martialis:

> *Expectant curaque, catenatique labores.* Vinetus.

4. *Mutandos*] *Multandos*, vetus liber. *Vinet.*

5. *Quo vitam*] Verſus eſt 80, & 79 duodecimi Æneid. *Iuturnam* Turni ſororem Iuppiter immortalitate, erepta pro virginitate, donarat: quæ mortem optavit, quum fratrem ſuum ab Ænea cæſum iri vidit. *Idem.*

6. *Sic Caucaſea*] De hac fabula in verſ. 77 Technopægnii. Inter alia autem, quæ apud Æſchylum *Prometheus* de Iove Saturni filio & malis ſuis queritur, hæc ſunt ad *Io*, quæ dixerat, *Mori ſtatim ſatius eſſe, quam* cunctis

Teſtatur Saturnigenam, nec nomine ceſſat
Incuſare Iovem, data ſit quod vita perennis.
Reſpice & ad cultus animi. ſic nempe pudicum
Perdidit Hippolytum non felix cura pudoris.
At contra illecebris maculoſam ducere vitam
Quem juvat, [7] adſpice & ad pœnas, & crimina regum,
Tereos inceſti, [8] vel mollis Sardanapali.
[9] Perfidiam vitare monent tria Punica bella:
[10] Sed prohibet ſervare fidem deleta Saguntos.
Vive, & amicitias ſemper cole. crimen ob iſtud
[11] Pythagoreorum periit ſchola docta ſophorum.
Hoc metuens igitur, nullas cole. crimen ob iſtud
[12] Timon Palladiis olim lapidatus Athenis.
Diſſidet ambiguis ſemper mens obvia votis.
Nec voluiſſe homini ſatis eſt. optata recuſat.

Eſſe

cunctis vitæ diebus *πάσχειν κακῶς,*
Ἠ᾽ δυσπετῶς ἂν τοὺς ἐμοὺς ἄθλους φέροις,
Ὧ τὸ θανεῖν μέν ἐστιν οὐ πεπρωμένον
Αὕτη γὰρ ἦν ἂν πημάτων ἀπαλλαγή.
Νῦν δ᾽ οὐδέν ἐστι τέρμα μοι προκείμενον
Μόχθων, πρὶν ἂν Ζεὺς ἐκπέσῃ τυραννίδος.

Ceterum ſex hi verſus, *Spernimus*, & quinque ſequentes de *Iuturna* & *Promethea*, non fuerunt in Lugdunenſibus membranis, ſed in omnibus aliis noſtris exemplaribus. *Vinet.*

7. *Adſpice & ad pœnas*] Mollius optimus codex: *Adſpiciat pœnas.* Non enim, quia paulo ante: *reſpice & ad cultus animi* legitur, idcirco etiam hoc loco ita legendum eſſe ſequitur. Poteſt enim hic eſſe perſonæ variatio, quæ quandoque ſenſui gratiam conciliat.

8. *Vel mollis*] *Sardanapalus* fuit ultimus Aſſyriorum rex, vir muliere corruptior. Herodotus, Diodorus, Iuſtinus. *Vinetus.*

9. *Perfidiam*] Tribus bellis, de Carthaginenſium & *Pœnorum perfidia* ſupplicium ſumſere Romani, eorumque ultimo deleta Carthago. *Vinet.*

10. *Sed prohibet*] Initio ſecundi belli Punici ab Annibale deleta fuit *Saguntus* Hiſpaniæ civitas opulentiſſima, *fidei*que erga Romanos magnum quidem, ſed triſte monumentum: ut Lucius Seneca, Livius, & alii retulerunt. Vnde *Saguntina* fames adagium in jambico Epiſt. 22. *Vin.*

11. *Pythagoreorum*] Memoriæ proditum eſt, à Crotoniatis *domum* Mylonis, in quam *Pythagoras* cum amicis & diſcipulis conveniebat, incenſam fuiſſe: egreſſumque ac fugientem illum captum, & interfectum: ſicque ex ſodalibus, qui tum ibi fuerant ad quadraginta, multos periiſſe. Diogenes Laërtius, Iuſtinus lib. 20, Arnobius primo adverſus gentes. *Id.*

12. *Timon*] *Μισάνθρωπος*, id eſt, oſor hominum cognominatus. De

quo

Eſſe in honore placet. mox pœnitet. & dominari
Vt poſſit, ſervire volet. idem auctus honore,
Invidiæ objicitur. [13] pernox eſt cura diſertis:
[14] Sed rudis ornatu vitæ caret. Eſto patronus,
Et defende reos: ſed gratia rara clientis.
Eſto cliens: [15] gravis imperii perſona patroni.
Exercent hunc vota patrum. mox aſpera curis
Sollicitudo ſubit. contemnitur orba ſenectus,
[16] Et captatoris præda eſt heredis egenus.
Vitam parcus agas: avidi lacerabere fama.
[17] At largitorem gravius cenſura notabit.
[18] Cuncta ſibi adverſis contraria caſibus. Ergo
[19] Optima Grajorum ſententia. quippe homini ajunt
Non naſci eſſe bonum, natum aut cito morte potiri.

DE

quo Suidas, Lucianus, Plutarchus in Alcibiade, & Antonio, & alibi. *Vinetus.*

13. *Pernox*] Continua & perpetua cura, cogitatio, meditatio. Quinct. extremo lib. 7: *Nemo expectet, ut alieno tantum labore ſit diſertus. Vigilandum ducat, iterum enitendum, pallendum.* Vinet.

14. *Sed rudis*] Qui fuerit *iners*, ignarus, imperitus, ejus vita obſcura, inhonorata, ingloria. *Vinet.*

15. *Gravis imperii*] Vetus liber: *gravis imperiis.*

16. *Et captatoris*] *Egenus heredis*, id eſt, qui filios non habet, is *præda* eſt *captatoris*, qui teſtamenta & hæreditates captat. Beatus Renanus hunc Auſonii locum adduxit in librum Cornelii Taciti de Germanis: quum dixiſſet Tacitus nulla orbitatis eſſe pretia apud Germanos. Sed de *captatoribus* lepidi exſtant apud Lucianum, Platonis & Mercurii, Zenophantæ & Callidemidæ, Cnemonis & Damnippi, Cratêtis & Diogenis, dialogi. *Vinetus.*

17. *Et largitorem*] Lege: *At largitorem.* Grævius.

18. *Cuncta tibi adverſis*] Lego: *ſibi.* Gronovius.

19. *Optima Grajorum ſententia*] Contra quam diſputat Epicurus apud Diogenem, & Lactantius Firmianus tertio Divinarum inſtitutionum. Sed vide inter Eraſmi adagia, *Optimum non naſci.* Vinetus.

19. *Optima Grajorum*] Huc ſpectat ille Cauſianorum mos, quos naſcentes deflere, morientes autem beatos judicare ſolitos Damaſcenus retulit, apud Conſtantinum in Excerptis: & conſimilis alter Troglodytarum apud Photium pag. 1359. plura qui deſiderat Simocatum conſulat epiſt. xxv, Ennium apud Cicer. Tuſc. I, Senecam de Tranquillit. cap. III extremo, Clem. Alexandrinum l. III Strom. p. 432, Theodoritum Serm. v, ad Græcos; Melam lib. II, c. II.

[1] DE VIRO BONO, Πυθαγορικὴ ἀκρόασις.

Edyll. XVI.

[2] VIr bonus, & ſapiens, qualem vix [3] repperit unum
[4] Millibus è multis hominum conſultus Apollo,
Iudex ipſe ſui, totum ſe explorat [5] ad unguem.
Quid proceres, [6] vanique ferat quid opinio vulgi,
Securus, [7] mundi inſtar habens, [8] teres, atque rotundus:
Externæ ne quid labis [9] per levia [10] ſidat.

[11] Ille,

1. *De viro bono*] In veteri libro: *De Viro bono* πυθαγορικὴ ἀκρόασις. Vt illud *ναὶ, καὶ οὔ*, Pythagoricum eſt, Item in Ecloga de vita humana titulus habet: Ex Græco Pythagoricum de ambiguitate eligendæ vitæ. Scaliger.

1. *Vir bonus.* Πυθαγορικὴ ἀκρ.] Et huic carmini titulus erat in eodem vetuſto codice: De viro Bono ΠΥΘΑΓΟΡΙΚΗ' Α'ΚΡΟ'ΑΣΙΣ. Eſt autem *ἀκρόασις*, auſcultatio, diſciplina, doctrina, id quod à viva magiſtri voce accipitur. *Vinetus.*

2. *Vir bonus*] -- *Vir bonus eſt quis?*
Qui conſulta patrum, qui leges, juraque ſervat,
Quo multa, magnaque ſecantur judice lites, &c.

Horatius epiſt. 16, lib. prioris. *Vinet.*

2. *Vir bonus & ſapiens*] Ald. *& prudens*

3. *Repperit unum*] *Vllum* pro *unum* quidam libri. *Vinetus.*

4. *Millibus è multis*] Liber manu exaratus: *millibus è cunctis.*

5. *Ad unguem*] Diligentiſſime, accuratiſſime, ad amuſſim. *Vinetus.*

6. *Vanique ferat*] Neſcio, quid ſibi vult, quod in vetere libro erat, *lues* pro *ferat. levis* fortaſſe fuit. *Vinet.*

6. *Vanique ferat*] Valde hic variant libri. Codex optimus habet, *vanique lues*; Aldina editio, *quid lexo procax*: Veneta, *leviſque ferat. Lues, lexo, levis*, ex eadem prodeunt officina; & hic latet mendum: *procax* enim & *vanus* gloſſemata videntur.

7. *Mundi inſtar habens*] Qui vir bonus & ſapiens *habet inſtar*, id eſt ſimilitudinem, *mundi*; & *mundo* eſt æquiparabilis, quippe qui ſit perfectæ rotunditatis, ut *Mundus*, nullos habens angulos, nullos receſſus, lacunas nullas, in quibus ſordes hæreant, probra, vitia: ſed plane mundus ipſe eſt, *integer vitæ ſceleriſque purus.* Vinetus.

8. *Teres atque rotundus*] Atqui Simonides apud Platonem in Protagora quadratum requirit virum bonum: qualem & Mercurium, qui ipſa Ratio eſt, veteres effingebant.

9. *Per levia*] Vt in *levi*, & perpolita globi ſummitate. *Vinetus.*

10. *Sidat*] Sedeat, hæreat, moretur. Imitatus ergo hic Auſonius Horatium, qui in ſermone ſeptimo libri ſecundi ſic ſcripſerat:

Quiſnam igitur liber? Sapiens: ſibi qui imperioſus:
Quem neque pauperies, neque mors, neque vincula terrent:
Reſponſare cupidinibus, contemnere honores
Fortis: & in ſe ipſo totus teres, atque rotundus,
Externi ne quid valeat per leve morari:
In quem manca ruit ſemper fortuna. -- Vinet.

[11] Ille, dies quam longus erit [12] ſub ſidere Cancri,
Quantaque nox [13] tropico ſe porrigit in Capricorno,
Cogitat, & juſto [14] trutinæ ſe examine pendit,
Nequid hiet, nequid protuberet, angulus æquis
[15] Partibus ut coëat, [16] nil ut deliret amuſſis.
Sit ſolidum quodcunque ſubeſt: [17] nec inania ſubter
Indicet admotus [18] digitis pellentibus ictus.
[19] Non prius in dulcem declinat lumina ſomnum,
Omnia

11. *Ille*] *Vir bonus, & ſapiens*, totam diem noctemque, quantumcunque longa ſit, nihil aliud quam cogitat, & ſe examinat, *&c.* Vinetus.

12. *Sub ſidere Cancri*] Quum *ſol* eſt in principio ſigni *Cancri*, *dies* eſt totius anni longiſſima. *Vinet.*

13. *Tropico ſe porrigit*] Extendit ſe nox. Sol quum eſt in principio ſigni *Capricorni*, dies eſt breviſſima, *nox* longiſſima. eſt ibi τροπὴ, id eſt reverſio. *Vin.*

14. *Trutinæ ſe examine*] Cornutus vetus Perſii interpres, *Examen* definit, linguam, vel lignum, quod mediam haſtam ad pondera adæquanda tenet: *Trutinam*, vero, foramen, intra quod eſt lingula illa, de quo examinatio eſt. *Idem.*

14. *Et juſto trutinæ,*&c. *penſat*] Scribe: *pendit.* uti in veterrimo codice. *Heinſius.*

14. *Et juſto trutinæ ſe exam. pendit*] Sic infra:

Tu quoque certa mane morum mihi libra meorum.

Prudentius in Martyrio Romani:

Perpenſa vita quos gubernat regula.

15. *Partibus ut coëat*] In his perpetua eſt metaphora, & ea interdum obſcurior. *Angulus æqualibus partibus* hic quid ſit aliud, non video, quam qui Geometris rectus angulus appellatur, medius inter acutum & obtuſum: ut *Vir bonus & ſapiens* omnia recta cogitare & tractare ſignificetur. *Vinet.*

16. *Nihil ut deliret amuſſis*] Seu funiculus, quo fabri materiarii ſive carpentarii utuntur, oblito rubrica, aut atramento, aut aliquo alio colore. *Idem.*

17. *Nec inania ſubtus*] *Subtus* & *ſubter*, hoc differre quidam dixerunt, quod *ſubter* præpoſitio & adverbium inveniatur, *ſubtus* adverbium duntaxat. Vidi alios, qui putarent *ſubtus* eſſe prorſus barbarum, & id à vetuſtis librariis corruptum ex *ſubter*. Certe vetus liber hoc loco *ſubter* habebat. *Id.*

18. *Digitis pellentibus*] Alludere videtur Auſonius ad illud Perſii Satyra quincta ad Cornutum:

--- *Pulſa, dignoſcere cautus,*
Quid ſolidum crepet. --- Idem.

19. *Non prius in dulcem*] Expreſſa hæc ex Pythagoreorum verſib. aureis:

Μηδ' ὕπνον μαλακοῖσιν ἐπ' ὄμμασι προσδέξασθαι,
Πρὶν τῶν ἡμερινῶν ἔργων τρὶς ἕκαστον ἐπελθεῖν.
Πῆ παρέβην, τί δ' ἔρεξα; τί μοι δέον οὐκ ἐτελέσθη;
Ἀρξάμενος δ' ἀπὸ πρώτου, ἐπέξιθι. καὶ μετέπειτα
Δειλὰ μὲν ἐκπρήξας, ἐπιπλήσσεο. Χρηστὰ δὲ, τέρπου.

Declinat autem, *declinans* in antiquo libro. *Vinetus.*

19. *Non prius in dulcem*] Cicero in Catone cap. XI: *Pythagoreorum more, exercendæ memoriæ gratia, quid quoque die dixerim, audierim, egerim, commemoro veſperi.* Memorat & Plutarchus in

Omnia quam longi reputaverit acta diei.
[20] Quæ prætergreſſus? quid geſtum in tempore? quid non?
Cur iſti facto decus afuit; aut ratio illi?
Quid mihi præteritum? cur hæc ſententia ſedit,
Quam melius mutare fuit? miſeratus egentem,
Cur aliquem [21] fracta perſenſi mente dolorem?
Quid volui, quod nolle bonum foret? utile honeſto
Cur malus antetuli? num dicto, aut denique vultu
Perſtrictus quiſquam? cur me natura magis, quam
Diſciplina trahit? Sic dicta & facta per omnia
Ingrediens, [22] ortoque à veſpere cuncta revolvens,
Offenſus pravis, dat palmam & præmia rectis.

in initio ferme περὶ πολυπραγμοσύνης. Horatius lib. 1, Sat. IV:

— Neque enim cum lectulus, aut me
Porticus excepit, deſum mihi: Rectius hoc eſt;
Hoc faciens vivam melius: ſic dulcis amicis
Occurram. Hoc quidam non belle. Numquid ego illi
Imprudens olim faciam ſimile? Hæc ego mecum
Compreſſis agito labris.

20. *Quæ prætergreſſus*] *Quæ*, *quo*, & *qua* hic habent noſtra exemplaria, pro Græco πῆ. Eſt autem hoc apud ſe ſub noctem reputantis, quid toto die geſſerit. Seneca lib. 3 de Ira: *Faciebat hoc Sextius, ut conſummato die, quum ſe ad nocturnam quietem recepiſſet, interrogaret animum ſuum, Quod hodie malum tuum ſanaſti? Cui vitio obſtitiſti? Qua parte melior es?* Vinetus.

21. *Fracta mente*] Molli, non forti animo. Vinet.

22. *Ortoque à veſpere*] Ab orto Lucifero & Sole uſque ad occaſum. Lucifer, *Veſper* idem ſidus. *Vinetus.*

22. *Ortoque à veſpere*] *Veſperum* poëta pro Lucifero poſuit, quæ quidem illa ipſa Veneris ſtella eſt, ſed pro diverſo exortus tempore nomen variat. Unde Catullus in Epithal.

Nocte latent fures, quos idem ſæpe revertens
Veſpere mutato comprendis nomine eoſdem.

Horatius tamen Auſonio præivit, Ode IX, lib. II:

— Nec tibi Veſpero
Surgente decedunt amores,
Nec rapidum fugiente ſolem.

Videſis de eo Plinium lib. II, c. VIII, nat. H. & Lutatium ad lib. VI Statii. *Veſpere* porro à recto *Veſper*, unde *Veſperis* in ſecundo caſu deduxit Apulejus in Mileſiacis.

ΝΑΙ καὶ ΟΥ Πυθαγορικόν. Edyll. XVII.

EST, & Non, cuncti monoſyllaba nota frequentant.
His demtis, nihil eſt, hominum quod ſermo volutet.

1. Ναὶ καὶ οὔ] Eſt huic Edyllio titulus EST ET NON inter Virgiliana carmina: ſed in antiquo libro Lugdunenſium & Mariangeli, Ναὶ

Omnia in his, & ab his ſunt omnia, ſive negotî,
Sive oti quicquam eſt, ſeu turbæ, ſive quietis.
Alterutro pariter nonnunquam, [3] ſæpe ſeorſis
Obſiſtunt ſtudiis: ut mores, ingeniumque
[4] Vel faciles, vel difficiles contentio nacta eſt.
Si conſentitur, mora nulla, intervenit, Eſt, Eſt.
Sin controverſum, diſſenſio ſubjiciet, Non.
Hinc fora diſſultant clamoribus. hinc [5] furioſi
Iurgia ſunt Circi. [6] cuneati hinc læta theatri
Seditio: & tales agitat quoque curia lites.
Conjugia, & nati cum patribus, iſta quietis
Verba ſerunt ſtudiis, ſalva pietate loquentes.
Hinc etiam [7] placitis ſchola conſona diſciplinis
[8] Dogmaticas agitat placido certamine lites.

Hinc

καὶ οὒ Πυθαγορικόν. In quo ναὶ & οὒ adverbia ſunt, hoc negantis, illud ajentis, affirmantiſque in Platonis aliorumq; Græcorum dialogis: quæ, Latina, *Etiam*, & *Non*, valent. Cicero in Lucullo: *Sequens probabilitatem, ubicumque hæc aut occurrat, aut deficiat, aut Etiam, aut Non, reſpondere poſſit.* Ceterum iſtud Ναὶ καὶ οὒ, *Pythagoricæ* ſectæ potius, quam Academicæ vel aliarum? niſi forte id ſit, quod ſolum eloqui fas erat *Pythagoræ* diſcipulis, toto ſilentii quinquennis tempore. cujus ἐχεμυθίας meminit Plutarchus de Curioſitate, & Gellius libro primo. *Vinetus.*

2. *Eſt & Non*] Carmen hoc vetus liber, ſecundæ notæ membranaceus, Priſciano adſignabat, hoc titulo: *Verſus Priſciani eloquentiſſimi, de Eſt, & Non.*

3. *Sæpe ſeorſis Obſiſtunt ſtudiis*] *Studiis* hic malim legere, quam *dubiis*. *Seorſis* autem nomen eſt adjectivum ab adverbio *ſeorſus* ſive *ſeorſum*, pro ſeparatis, diviſis, diverſis, diſſidentibus, quo nomine non habeo antiquiorem Terentiano, qui ſit uſus:

Elementa rudes quæ pueros docent magiſtri,
Vocalia quædam memorant, Conſona quædam.
Hæc reddere vocem quoniam valent ſeorſa,
Nullumque ſine illis potis eſt coire verbum.

Idem Terentianus:

Sed duæ fient ſeorſæ ſyllabæ, per ſe breves.

Et idem rurſus:

Nec dabit per ſe, ſeorſam ac reſiduam nominis
Atque diphthongo coactam promet.

Vinetus.

4. *Vel faciles*] *Facilis & difficilis*, vetus liber. *Vinet.*

5. *Furioſi Circi*] In quo qui inter ſe depugnant, & mutuis ſe conficiunt vulneribus, tum qui cum leonibus & aliis feris beſtiis audent congredi, ii prorſus *furunt*. Vin.

6. *Cuneati theatri*] *Theatri* ſeditionem appellat ſtrepitum, clamoremque eorum, qui in *theatro*:

Tumultuantur, clamant, pugnant de loco.

ut eſt in prologo Hecyræ Terentii. *Idem.*

7. *Placitis ſchola conſona diſcip.*] Ejuſdem ſectæ homines. *Id.*

8. *Dogmaticas agitat*] Græcorum Philoſophorum δόγματα, Cicero *decreta*

Hinc omnis certat dialectica turba ſophorum.
Eſt lux, eſt ne dies ergo? non convenit iſtuc.
Nam facibus multis, aut fulguribus quotiens lux
Eſt nocturna homini, non eſt lux iſta diei.
Eſt & Non igitur, quotiens lucem eſſe fatendum eſt,
Sed non eſſe diem. mille hinc certamina ſurgunt.
Hinc pauci, multi quoque [9] talia commeditantes
Murmure concluſo rabioſa ſilentia rodunt.
Qualis vita hominum, duo quam monoſyllaba verſant!

creta interpretatur in Academicis, eademque à Latinis *placita* etiam dici probat Budæus, in annotationibus: unde *placitas diſciplinas* hîc dixit Auſonius, ſeu quiſquis ſit hujus carminis auctor. *Placitus* namque perquam recte habuit Mariangeli codex pro *placidus*, quod in aliis legeramus exemplaribus. *Vinetus.*

9. *Talia commeditantes Murmure concluſo*] Perſius habet in Satyra 3:
Munera quum ſecum, & rabioſa ſilentia rodunt,
Atque exporrecto trutinantur verba labello,
Ægroti veteris meditantes ſomnia.
Vinet.

[1] DE ÆTATIBVS animalium, Heſiodion.

Edyll. XVIII.

[2] TEr binos decieſque novem ſuper exit in annos,
[3] Iuſta ſeneſcentum quos implet vita virorum.
[4] Hos

1. *De ætatibus*] Titulus carminis *de ætatibus animalium* eſt in veteri libro: *De ætatibus Heſiodion.* Notiſſimi enim verſ. *Heſiodi* ex Plutarcho:
Ἐννέα τοι ζώει γενεὰς λακέρυζα κορώνη, &c. *Scaliger.*

1. *De ætatibus animal.*] Eſt operæ pretium nunc edere, qui Auſonii poëtæ fœtus, Maronis titulum mentiti, parentem ſuum tot antea ſæculis ignorarint. Par eſt enim, ut qui ſuppoſititia non perinde excluſerimus, ut expellerentur, quam ut dominis velut fugitiva mancipia remitterentur, etiam deperdita diuque errantia, ſuis agnitis, recipienda redimendaque viciſſim oſtendamus. Pleraque igitur opuſcula, quæ Virgilio, conſpiratione omnium, attribuuntur, Epigrammata videlicet *de Ætatibus animalium*, *Vir bonus*, *Eſt & Non*, cui Græca etiam inſcriptio, Ναὶ ϗ οὔ, Πυθαγορικὸν, Auſonii luſus eſſe, non Virgilii fragmenta quædam Longobardorum quandoque characteribus fidem faciunt. Quorum inſpiciendi, ſed & invulgandi, publicandique mihi facultatem fecit Hieronymus Aleander. Non ſum autem neſcius, quam frequenter fluxa fragiliſque vetuſtiorum quoque codicum ſit authoritas, quamque circum-

[4] Hos novies ſuperat vivendo garrula cornix:
[5] Et quater egreditur cornicis ſecula cervus.
[6] Alipedem cervum ter vincit corvus: [7] & illum
Multi-

circumſpiciendum, anteaquam licere quiſquam ſibi putet in commutandis præſtantiſſimorum monumentis. cum ſit plerumque inveteratæ jam opinionis tanta vis, ut contra naturam ſtare videatur, qui pro veritate decernat. Accedit itaque probationis illa etiam ratio, quod carminis ſtructuræ, manſiones, numeri, colores, dicendi figuræ, lineamenta, verborumque juncturæ ita coeunt, ita diffinduntur, ita concitantur aut fluunt, ita cætera poetæ hujus opera quandoque referunt, amiceque conjurant, ut Auſonii ea eſſe vix commonitus, qui non ſit hiſpidis omnino auribus, arripiat. Quid, quod vel opuſculum, cui titulus *Roſæ*, quodque ſupradictis junctim legitur, ex quibuſdam exemplaribus, Auſonii ejuſdem, non Maronis perhibetur? Notum præterea eſt, quæ vatum maximo tribuenda opera Servius opinetur, quantumque in termino quotidie obſcuræ conjectationis occurrat, an is Priapeji carminis, aliorumque nonnullorum Epigrammatum putandus ſit author. Sed & nos in vetuſto codice Vaticanæ Biblioth. quo & Macrobii Saturnalium dimidiatus liber, & Vegetius continentur, choriambicum Aſclepiadeum de Fortuna non ad Virgilium, ſed ad Cælium Firmianum Sympoſium relatum invenimus. Neque vero ſolum Epigramma ipſum *De ætatibus animalium* inſcriptione Authoris non ſui legebatur, verum etiam ſeptem verſibus conſciſſum, atque mancum:

Ter binos deciesque novem, &c. Mariang. Accurſius.

1. *De ætatibus*] DE ÆTATIBVS HESIODION. Hic fuit titulus in membraneo codice. *Heſiodion* autem Ἡσιόδειον, hoc eſt, *Heſiodeum* ſive *Heſiodium*, ab *Heſiodo* poëta clariſſimo, qui *de animantium ætatibus* hæc luſerat aliquo ſuo in carmine, quod intercidit. Ex eo quinque tantum hos verſus hexametros legere memini in Plutarchi libro de Oraculorum defectu:

> Ἐννέα τοι ζώει γενεὰς λακέρυζα Κορώνη
> Ἀνδρῶν ἡβώντων. Ἔλαφος δέ τε τετρακόρωνος.
> Τρεῖς δ' ἐλάφους ὁ Κόραξ γηράσκεται. αὐτὰρ ὁ Φοῖνιξ
> Ἐννέα τοὺς κόρακας. δέκα δ' ὑμεῖς τοὺς Φοίνικας
> Νύμφαι ἐϋπλόκαμοι, κοῦραι Διὸς αἰγιόχοιο. Vinetus.

2. *Ter binos deciesque novem*] Nonaginta ſex annos. Alii *vitæ humanæ* modum centum annis definiverunt, ut meminit Plinius libro undecimo, & Cajus Iuriſconſultus libro 7 Digeſtorum. alii centum & octo, ut memorat Demetrius in eodem Plutarchi libro: ſed vide Cenſorinum. *Vinet.*

3. *Iuſta ſeneſcentum*] Hic interpres in Heſiodo legerat, Ἀνδρῶν γηρώντων, id eſt, virorum ſeneſcentium, non ἀνδρῶν ἡβώντων, hoc eſt, virorum adoleſcentium, ſeu pubeſcentium. Vtroque enim modo hic legi, Demetrius apud Plutarchum meminit. *Idem.*

4. *Hos novies*] *Cornix* vivit novem hominis ſæcula, id eſt, novies nonagenos ſenos annos, qui fiunt octingenti & ſexaginta quattuor anni. Idem in Gripho. *Vinetus.*

5. *Et quater egreditur*] Quater octingeni & ſexageni quaterni anni, fiunt tria millia quadringenti & quinquaginta ſex anni. *Vinet.*

6. *Alipedem cervum*] *Cervus* vivit ter terna millia quadringenos & quin-

Multiplicat novies Phœnix, [8] reparabilis ales.
[9] Quam vos perpetuo decies prævertitis ævo
[10] Nymphæ Hamadryades: quarum longiſſima vita eſt.
[11] Hi cohibent fines vivacia fata animantum.
Cætera ſecreti novit deus arbiter ævi
[12] Tempora: quæ [13] Stilbon volvat, [14] quæ ſecula Phænon,

[15] Quos

quinquagenos ſenos annos, id eſt, decem millia & trecentos & ſexaginta octo annos. *Alipedem Cervum* hic dicit, quem *aripedem* pro *aëripede*, in Carmine De laboribus Herculis, & in Gripho, quaſi *alatis* & *aëriis pedibus* propter velocitatem. *Vinetus.*

7. *Et illum Multiplicat*] Hoc ſignificat *Phœnicem* vivere nonaginta tria millia & trecentos & duodecim annos, qui ſunt tantum *mille* in epiſtola Auſonii viceſima. Pro *&*, *at* habent quædam exemplaria. *Vinet.*

8. *Reparabilis ales*] Quomodo reparetur, & ex ſe renaſcatur *Phœnix*, Lactantius, Claudianus, Solinus, Plinius, Ovidius libro quinctodecimo Metamorphoſeon, & alii memorarunt. Cornel. Tacitus libro quincto, in Ægypto eam volucrem aliquando conſpici non ambigit, ſed de illa tradi multa fabuloſa putat. *Vin.*

9. *Quam vos*] Decies nonagena terna millia & treceni & duodeni anni, ſumma immenſa. Plinius *Heſiodo* hic non credit, cujus aſcribam verba ex lib. VII Natur. hiſtoriæ: *De ſpatio atque longinquitate vitæ hominum, non locorum modo ſitus, verum exempla, ac ſua cuique ſors naſcendi, incertum fecere. Heſiodus, qui primus aliqua de hoc prodidit, fabuloſe, ut reor, multa de hominum ævo referens, Cornici novem noſtras attribuit ætates: quadruplum ejus, Cervis: id triplicatum Corvis: & reliqua fabuloſius in Phœnice, ac Nymphis.* Sic Plinius illa Heſiodi accepit. Cleombrotus vero in eodem Plutarchi libro, γενεὰν hominis non eſſe aliud apud Heſiodum, quam annum unum probare conatur, ut *Cornicis* vita fiat annorum novem tantum: *Cervi*, triginta ſex: *Corvi*, centum & octo: *Phœnicis* nongentorum ſeptuaginta duorum: *Nympharum* vero novem millium & ſeptingentorum, & viginti annorum. *Idem.*

10. *Nymphæ Hamadryades*] Erit *Nymphæ Ha*, dactylus, correpta diphthongo ante vocalem, & nulla ſynalœpha. *Id.*

11. *Hæc cohibet finis*] Legitur &, *Hi cohibent fines.* Idem.

12. *Tempora, quæ*] Hi ſeptem verſus in Lugdunenſibus membranis extant, qui non legebantur in codicibus impreſſis ante editas Mariangeli diatribas. *Id.*

13. *Stilbon*] Στίλβω, luceo, coruſco: unde participium στίλβων: & ſtella Mercurii, una ex ſeptem errantibus, anno fere vertente Zodiacum luſtrans, ut ſcribit Cicero. *Id.*

14. *Quæ ſecula Phæton*] Τετρασύλλαβον quidem *Phaëthon* in δισύλλαβον *Phæthon*, per συνεκφώνησιν, συναίρεσιν, συναλοιφὴν, cogi poſſe ſcio, ſicut fecit Varro Publius apud Quinctilianum libro I, & Victorinum:

Quum te flagranti dejectum fulmine Phæthon.

ſed Φαέθων apud Ariſtotel. de Mundo, & Ciceronem ſecundo de natura Deorum, & Plutarchum ſecundo de Placitis Philoſophorum, *ſtella Iovis* eſt, quam cur hoc loco bis nominaret Auſonius? *Phænon* itáque, pro

[15] Quos Pyrois habeat, [16] quos Iuppiter igne benigno
Circuitus: quali properet Venus alma recurſu:
Qui Phœben, quanti maneant Titana labores.
[17] Donec conſumto, Magnus qui dicitur, anno
Rurſus in antiquum veniant vaga ſidera curſum:
Qualia diſpoſiti ſteterant ab origine mundi.

Phaton omnium veterum novorumque codicum, legi debet tum hic, tum in epiſtola ſeptima Auſonii, qui *Φαίνων* (eſt & hoc participium à *Φαίνω*, luceo, & ſplendeo) *Saturni ſtella* eſt apud eoſdem Ariſtotelem, Ciceronem, Plutarchum, Cleomedem, curſum ſuum triginta fere annis conficiens. *Vinetus.*

15. *Quos Pyrois*] *Mars, rutilum* & horribile terris ſidus apud eundem Ciceronem, ac *Hercules* in Ariſtotelis libro *περὶ Κόσμου*, tertio Saturnaliorum Macrobii, & 2 Naturalis Hiſtoriæ Plinii, annis fere duobus orbem ſigniferum conficiens. *Vinet.*

16. *Quos Iuppiter igne benigno*] Cicero in ſomnio Scipionis hunc planetam dicit proſperum & ſalutarem hominum generi: at ſecundo de Natura Deorum, & Plinius, 12 ſignorum orbem annis 12 conficere. *Vinet.*

17. *Donec conſumto*] Cicero lib. 2 de Natura, de vagis ſtellis differens: *Quarum ex diſparibus motionibus*, inquit, *magnum annum Mathematici nominaverunt, qui tum efficiatur, quum Solis & Lunæ, & quinque errantium ad eandem inter ſe comparationem, confectis omnium ſpatiis, eſt facta converſio. quæ quam longa ſit, magna quæſtio eſt. eſſe vero certam, & definitam neceſſe eſt.* Ita illic Cicero & in Scipionis ſomnio definivit *magnum annum.* Quem putaverunt quidam eſſe eorum, quos vulgo vocamus annorum, mille quadringentorum & ſexaginta unius. alii quinque millium, alii decem, alii centum, alii plurium etiam millium annorum, ſicut in idem Scipionis ſomnium ex Tacito, Solino, Cenſorino, Firmico, Macrobio ſcripſimus. *Idem.*

1, Gery-

Monoſticha DE ÆRVMNIS HERCVLIS. Edyll. XIX.

PRima Cleonæi tolerata ærumna Leonis.
Proxima Lernæam ferro & face contudit hydram.
Mox Erymantheum vis tertia perculit aprum.
Æripedis quarto tulit aurea cornua cervi.
Stymphalidas pepulit volucres diſcrimine quinto.
Threïciam ſexto ſpoliavit Amazona baltheo.
Septima in Augeæ ſtabulis impenſa laboris.
Octava expulſo numeratur adorea tauro.
In Diomedeis victoria nona quadrigis.

[1] Ge-

' Geryone extincto decimam dat Iberia palmam.
Vndecimo mala Heſperidum deſtricta triumpho.
Cerberus extremi ſuprema eſt meta laboris.

1. *Geryone extincto decimam dat Iberia palmam*] Ita vertit, ἰξ Ἐρυθείης. Quam inſulam *Geryonis* in Oceano fuiſſe Stephanus author eſt, ſed in quo Oceano non ſatis omnibus conſtitutum. Sicut etiam ambiguam ei Regi patriam plerique faciunt. Hinc eſt quod Solinus alibi ita ſcribit: *In capite Bætica; ubi extremus eſt noti orbis terminus, inſula à continenti ſeptingentis paſſibus ſeparatur. Quam Tyrii à rubro profecti mari Erythream, Pœni lingua ſua Gadir, id eſt, ſepem nominaverunt. In hac Geryonem avum agitaſſe plurimis monumentis probatur. Tametſi quidam putent Herculem boves ex alia inſula abduxiſſe, quæ Luſitaniam contuetur.* Mariang. Accurſius.

MVSARVM INVENTA, & munera.

Edyll. XX.

' CLIO geſta canens, tranſactis tempora reddit,
MELPOMENE tragico proclamat mœſta boatu.
Comica laſcivo gaudet ſermone THALIA.
Dulciloquos calamos EVTERPE flatibus urget.
TERPSICHORE affectus citharis movet, imperat, auget.
Plectra

1. *Clio geſta canit*] Aliter hoſce verſus expreſſos inveni in ſcripto papyraceo, qui Iuvenalis Satyras continebat, margini adſcriptos à Petro Ioannis de Gouda, anno 1478, ad quem & Eraſmi epiſtola exſtat à Merula edita, ubi hujus codicis facit mentionem. adſcribam igitur illos, qui diverſi ſunt:

Clio geſta canit tranſactis tempora rebus.
Dulciloquis calamos Euterpe flatibus implet.
Dulcia Terpſichore citharis modulamina miſcet.
Cum plectris Erato ſaltat, canit, ambulat, & ſtat.
Rhetoricos dictat Polymnia Muſa colores.
Vranie canit cælos & ſidera tangens.

In editione Veneta, & Voſſiano quodam papyraceo, ultimus hic verſus legebatur: *Vranie poli motus*, pro vulgato *cæli.* Iidem vero & proſa oratione *Muſarum inventa* tanquam metris continebant, hoc pacto:

Clio hiſtorias invenit, Melpomene tragœdias.
Thalia comœdias: Euterpe tibias: Terpſichore
Pſalterium: Erato geometriam: Calliope literas:
Vrania aſtrologiam: Polihymnia Rhetoricam.

Eſt & aliud de Muſarum inventis carmen inter Petroniana Catalecta, quod deſcribere piguit.

Plectra gerens ERATO, ſaltat pede, carmine, vultu.
Carmina CALLIOPE libris heroica mandat.
VRANIE cœli motus ſcrutatur, & aſtra.
Signat cuncta manu, loquitur POLYHYMNIA geſtu.
Mentis Apollineæ vis has movet undique Muſas.
In medio reſidens complectitur omnia Phœbus.

D. AVSONII ECLOGARIVM.

*

De ratione Libræ.

MIRARIS quicunque manere [1] ingentia mundi
Corpora, ſublimi cœli circumdata [2] gyro,
Et tantæ nullam moli intercedere labem:
Accipe quod mirere magis. [3] Tenuiſſima tantis
Principia, & noſtros non admittentia viſus,
Parvarum ſerie conſtant connexa atomorum.
Sed ſolidum in parvis, nullique ſecabile ſegmen,
[4] Vnde vigor vireſque manent, [5] æternaque rerum
Mobi-

1. *Ingentia mundi Corpora*] Quæ *elementa grandia* dixit Ovidius Metamorphoſeôn primo:

Denſior his tellus. elementaque grandia traxit.

Terram ipſam magnam, denſam, & gravem. *Vinetus.*

2. *Gyro*] Circulo, orbe, ambitu. *Vinet.*

3. *Tenuiſſima principia*] *Corpuſcula* Ciceroni, & *corpora individua*: Quinctiliano vero libro tertio de partibus Rhetoricæ, *inſecabilia corpora*: quæ Epicurus poſt Leucippum & Democritum, rerum omnium eſſe principia dixerit. Cicero, Lactantius Firmianus, Plutarchus primo de placitis Philoſophorum, & Laërtius de Leucippo, Democrito, & Epicuro. *Vin.*

4. *Vnde vires virgoque manent*] Hoc ſic quidam emendabat: *Vnde viri virgoque.* ſed malim: *Vnde vigor vireſque*, hoc ſenſu, ex eo, quod hæc *minuta corpuſcula*, ſunt *ſolida*, & individua, *vigor* illis ineſt & *vis*. Idem.

5. *Æternaque rerum Mobilitas*] *Atomorum* auctores dicunt apud Lactantium

Mobilitas: nulloque unquam ſuperabilis ævo.
Divinis humana licet componere. ſic eſt
As ſolidus, quoniam bis ſex de partibus æquis
Conſtat: & in minimis paribus tamen una manet vis.
Nam ſi quid numero minuatur, ſumma vacillat,
Convulſæque ruunt labefacto corpore partes.
Vt medium ſi quis vellat de fornice ſaxum,
Incumbunt cui cuncta, ſimul devexa ſequentur
Cætera, communemque trahent à vertice lapſum.
Non aliter libra eſt. [6] ſi defuit uncia, totus
Non erit as: [7] nomenque deunx jam caſſus habebit.
Nec dextans retinet nomen, ſextante remoto.
Et dodrans, [8] quadrante ſatus, auctore carebit.
Divulſuſque triens prohibet perſiſtere beſſem.
Iam quincunx tibi nullus erit, [9] ſi prima revellas.
[10] Et ſemis, cui ſemis erit pereuntibus aſſis
Parti-

ctantium in libro de Ira dei, eas per inane irrequietis motibus volitare, & huc atque illac ferri, ſicut pulveris minutias videmus in ſole, quum per feneſtram radios ac lumen immiſerit. *Vinetus.*

6. *Si defuit uncia*] *As*, ſive *libra*, qui ex duodecim conſtat unciis, ſi vel unam amiſerit *unciolam*, ut *atomon* quandam, nullus amplius erit As. As autem, ut ſolidum, totum, & integrum, quomodo vulgo appellatur, ſi e medio ſit ſublatus, certe partes ejus una cum eo interierint. *Vinet.*

7. *Nomenque deunx jam caſſus habebit*] Id iſt, *deunx* tunc appellabitur & nomen inveniet, jam *caſſus* & inanis; cujus enim *aſſis* dici deunx poteſt, qui nullus eſt, & uncia demta jam intercidit?

8. *Quadrante ſatus*] Lego: *quadrante carens auctore carebit. Dodrans*, ſi demtus ſit *quadrans*, *carebit auctore*, qui eum facit dodrantem, id eſt *aſſe.* Vbi enim deſiit eſſe ſolidus as, deſinit etiam eſſe Dodrans, qui ſic vocabatur reſpectu aſſis. *Gronovius.* Recte. ſic Fannius Palæmon de ponderibus:

Dodrantem reliquum vocitant, quadrante retracto.

9. *Si prima revellas*] Mallem, *ſeptena revellas*, per intellectum τῦ *ſi*, quod ſolet eleganter ſubjiceri; ut apud Propertium:

Illa velit, poterit magnes non ducere ferrum.

Septena, ſeptem uncias. *Gronovius.*

10. *Et ſemis cui ſemis erit*] Deeſt numerus partium aſſis, quo detracto *ſemis* eſſe deſinit. Cogitabam:

Et ſemis, cui ſemis, tot pereuntibus aſſis Partibus? nam τὸ *cui ſemis* repetendum intellectu oſtendit ex præcedenti verſu τὸ *erit.* Tot *partibus aſſis pereuntibus* vel detractis, quot habet *ſemis.* Gronov.

10. *Semis cui ſemis erit*] Poſſunt hæc ſimpliciter capi, *ſemiſſem* non poſſe ſemiſſem dici *partibus aſſis*, ſcil. reliquis, *pereuntibus.* nec expreſſiſſe numerum poëtam, ut & *ſeptunci* con-

Partibus : & cujus libræ [11] pars ſeptima, ſeptunx?
Libra igitur, [12] totum ſi nulla in parte vacillet.
Ponderis, & numeri, morumque, operumque, [13] & aquarum
Libra: [14] nec eſt modulus, quem non hoc nomine ſignes.
[15] Telluris, medio quæ pendet in aëre, libra eſt.
[16] Et Solis, Lunæque vias ſua libra coërcet.
[17] Libra dii, ſomnique pares determinat horas.
[18] Libra Caledonios ſine littore continet æſtus.

Tu

conveniret, ita conſtruendo : *Et cui ſemis erit ſemis, & cujus libra ſeptunx erit pars ſeptima, partibus aſsis pereuntibus?* Sic quoque in *quincunce* non expreſſus numerus eſt, *ſi prima revellas*, id eſt, quæ ſuperſunt ad conficiendum ex quincunce *aſſem. Septima pars*, pro ſeptem partibus, durum. Sed tamen ita libri. quid quod ita Martialis lib. VIII, Ep. XV:

Dat populus, dat gratus eques, dat thura ſenatus,
Et litant Latiæ tertia dona tribus.

ubi *tertia dona*, pro tribus, vel ternis capiam.

11. *Pars ſeptima*] Septem partes, quæ dicuntur *unciæ*. Vinetus.

11. *Et cujus libra pars ſept. ſeptunx*] Hoc vero inſanum & intolerabile. Quis enim ille *as*, cujus *pars ſeptima*, eſt *ſeptunx*? Novem & quadraginta unciarum foret as, cujus pars ſeptima unciæ ſeptem eſſent. Gordius hic nodus, & Alexandri gladio indiget. Veniebat in mentem: *& ſi cui pars una & tertia ſeptunx*. hoc eſt, & ſeptunx nullus erit, ſi cui perierit *pars tertia*, hoc eſt, triens, ſive quatuor unciæ, *& una*, uncia ſcilicet: quæ junctæ faciunt quincuncem. Ex ſeptunce autem & quincunce conſtat as. *Gronovius.*

12. *Totum ſi nulla in parte vacillet*] Si totius nulla deſit pars. *Vinetus.*

13. *Et aquarum Libra*] *Libram aquariam* appellat Vitruvius libro octavo, qua *librabant* illi, cognoſcebantque, quas perducebant ad habitationes mœniaque *aquas*, quantum faſtigii haberent. *Vinet.*

14. *Nec eſt modulus*] Omnem modum in rebus, menſuram, numerum ordinem, legem, regulam, poteris μεταφορικῶς *libra* nomine ſignificare. *Vin.*

15. *Telluris medio*] Ovidius primo Metamorphoſeon:

--- circumfuſo pendebat in aëre tellus
Ponderibus librata ſuis. Idem.

15. *Telluris medio*] Fannius Palæmon: *--- Pondus rebus natura locavit*
Corporeis: elementa ſuum regit omnia pondus:
Pondere terra manet; vacuus quoque ponderis æther
Indefeſſa rapit volventis ſydera mundi.

ubi malim, *vacuus neque ponderis æther*, legere.

16. *Et Solis Lunaque*] *Sol, Luna*, ceterique Planetæ *viam* in cælo habent *libratam*, certam, definitam, Zodiacum. *Vinetus.*

17. *Libra dii*] Sic habuerunt veteres membranæ, *dii* pro *diei*, hoc loco. ſed in iis *Roſæ* non fuerunt, in quarum verſu quarto decimo, *die* legimus: quum in verſibus Quincti Ciceronis, ac in illorum ſecundo, *diei* ipſæ ſcriberent: at in edyllio de Diebus anni vertentis, utrumque *dii*, & *diei*. Vinet.

18. *Libra Caledonios ſine littore continet*

Tu quoque certa mane morum mihi libra meorum.

net æſtus] *Britannus æſtus* maris ita *libratus* temperatuſque eſt, ut quamvis ſuo littore ſit altior, id tamen non egrediatur nec exundet, ſed ſua ſe ſponte intra ſuos fines contineat. Hunc eſſe ſenſum loci hujus puto: quanquam non video, quid ſibi ſic velit Auſonius. An illud Plinii libro ſecundo Natur. Hiſt. ſic intellexerat Auſonius? *Octogenis cubitis ſupra Britanniam intumeſcere æſtus, Pytheas Maſſilienſis auctor eſt.* Pytheæ Græca hominis Galli, neſcio an legerat Auſonius, in quorum amiſſione magnam jacturam fecerunt litteræ Geographicæ: ceterum in Plinii oratione illud *ſupra Britanniam*, nihil neceſſe eſt, ut ſignificet mare altius ſublimiuſque illic eſſe aliquando ſuo littore, & terra ipſa Britannia inſula, ſicut dixit Cicero ſecundo de natura deorum, Mare ſupra terram eſſe ſitum: ſed *ſupra* hîc accipi poteſt pro *ultra*, quomodo in iis Cæſaris ſexto Commentario de bello Gallico: *His conſtitutis rebus paullum ſupra eum locum, quo ante exercitum traduxerat, facere pontem inſtituit.* Vinetus.

De ratione PVERPERII maturi.

[1] OMnia, quæ vario rerum metimur in actu,
Aſtrorum dominatus agit. terrenaque tantum
Membra homini. è ſuperis fortuna, & ſpiritus auris,
Septeno moderanda choro: [2] ſed præſidet ollis
Sortitus regimen nitidæ ſol aureus æthræ.
[3] Nec ſola in nobis moderatur tempora vitæ,

Dum

1. *Omnia, quæ*] *Ante omnia igitur dicunt actum, vitamque noſtram, ſtellis tam vagis, quam ſtantibus eſſe ſubjectam: earumque vario multiplicique curſu genus humanum gubernari*, Cenſorinus de die Natali, unde hæc Chaldaica *de partus tempore* deſcripta videntur. *Vinetus.*

2. *Sed præſidet ollis*] Sic vetus liber *ollis* pro *illis*. Vinet.

3. *Nec ſol*] Non ſolum dum ſumus in *vita*, ſed etiam antequam naſcamur, aſtra in nobis dominantur, ut illi dicebant. Hinc Achinapolus apud Vitruvium libro nono, non è naſcentia, ſed ex conceptione, genethlologiæ rationes explicat. *Vin.*

3. *Nec ſol in nobis*] Imo diverſum ſentit, nimirum ſolem moderari *vitam* noſtram, ut liquidiſſime docent ſequentia. Hinc citra controverſiam legend. *Nec non in nobis mod. tempora vitæ.* Explicatio Vineti non poteſt ex verbis Poëtæ elici. nec enim video illud *non ſolum*, & *ſed etiam*. Ne jam dicam τὸ *Sol* incommode hic & invenuſte repeti, cum modo præceſſerit. *Gravius.*

3. *Nec ſol*, &c.] Quamdiu quæſo nobis imponet vetus ſcribendi conſuetudo? Lege:

Nec ſola in nobis moderatur tempora vitæ. Ergo ſynalœpha manifeſta eſt, ut in veteri quoque libro voces iſtæ conjunctim efferuntur *ſolin*, pro *ſola in*. Iam Vinetus, jam nos ſuperius monuimus, id in optimo libro ubique ferme accidere, ut voces per eliſionem coadunentur. Non animadvertiſſe eam veterum ſcribendi rationem videtur A. Gellius, quando lib. VII, cap. XX, vitioſe *ebrios* in

Dum breve ſolliciti ſpatium producimus ævi:
Creditur [4] occultoſque ſatus, & tempora vitæ
Materno ducenda utero, formare videndo,
Et nondum exortæ leges componere vitæ.
Namque ubi conceptus [5] genitali inſederit alvo,
Haud dubium ſolem [6] cuicunque inſiſtere ſigno.
[7] Qui quum vicini ſtationem ceperit aſtri,
Contiguos nullum [8] transfundit lumen in ortus.
Aſt ubi converſis poſt menſtrua tempora habenis,
Scandit purpureo jam [9] tertia ſidera curru:

Obli-

in corruptis exemplaribus Catulli legi ſcribit, pro *ebrioſa.* Verſus Catulli eſt:

Ebrioſa acina ebrioſioris.

veteres illi, quos culpat, codices habuere:

Ebrioſacinaebrioſioris.

4. *Occultoſque ſatos*] *Satus* pro *ſatos* legendum. Cicero primo de divinatione. *Quadam etiam ex hominum pecudumve conceptu & ſatu.* Vinetus.

5. *Genitali inſuderit alvo*] Poſſunt hæc ferri. Videtur tamen Auſonius ſcripſiſſe, *genitali inſuderit arvo.* ad exemplum Virgilii:

Nimio ne luxu obtuſior uſus
Sit genitali arvo. Lucretius dixit *muliebria arva.* Grævius.

5. *Genitali inſ. alva*] Ingenioſe Vir Celeb. conjecit, *arvo* forte Poëtam ſcripſiſſe ad exemplum Virgilii, Lucretiique. ita & D. Auguſtinus lib. XIV, cap. XXII Civ. Dei, *arvum muliebre* dixit; & Prudentius in Apotheoſi:

Sed mox ut gravido juſſa eſt innectier arvo. & mox:
-- Cum vas componeret arvo
Nondum viſcereo. poteſt tamen vulgata retineri, quod apud eundem Prudentium ſexcenties reperias *alvum* pro utero. Feſtus: Alvus, *venter feminæ, ab* alendo *dicta eſt.* Statius Lib. II Sylv.

— raptam ſed protinus alvo
Suſtulit exſultans. Cicero lib. I de Divin. cap. XX: *Cum prægnans hunc ipſum Dionyſium alvo contineret.* Floridus de qualitate vitæ:

Qui mali ſunt, non fuere matris ab alvo mali:
Sed malos faciunt malorum falſa contubernia.

Attius in Annalibus:

Mala manu retinens gravida concepit in alvo.

Sidonius Carmin. II:

Excipit hos natos glacies, & matris ab alvo
Artus infantum molles nix civica durat.

6. *Cuicunque*] Alicui *ſigno*, quodcunque ſit ex duodecim ſignis Zodiaci. Cenſorinus: *quo tempore partus concipitur, Sol in aliquo ſigno ſit, neceſſe eſt.* Vinetus.

7. *Qui quum vicini*] Cenſorinus: *Sol ergo quum in proximum ſignum tranſcendit, locum illum conceptionis aut imbecillo videt conſpectu, aut etiam nec conſpicit.* Vinet.

8. *Transfundit lumen in ortus*] Ita lege ex ipſo Cod. & ex ipſa Matheſi. Item: *Suadet & infuſus:* hoc eſt, Sol. Et, *quinti qui cardine ſigni.* *qui*, hoc eſt, aſpectus. Et, *incutit attonitam,* nam de matre intelligitur. *Scaliger.*

9. *Tertia ſidera*], *Signum* Zodiaci, *tertium* ab eo, in quo erat *Sol* tempore *ortus*, ſatus, conceptus, conceptio-

Obliqua exilem dimittit linea lucem ,

Adſpi-

ceptionis. Cenſorinus: *At quum in tertio eſt ſigno, hoc eſt, uno medio interpoſito, tum primum illum locum, unde profectus eſt, videre dicitur, ſed valde obliquo, & invalido lumine.* Hæc ille. Qui Græcis *Zodiacus*, Latinis *ſignifer* appellatur, circulus, via Solis, Lunæ, & aliorum planetarum, in duodecim partes dividi ſolitus æquales, quæ ζώδια & *ſigna* dicuntur. Pona-

LOCVS CONCEPTIONIS.



mus Solem fuiſſe in primi *ſigni* principio, quo tempore quis conceptus ſit: quoniam Sol totum Circulum peragrat uno anno, ex duodecim menſibus conſtante, & ſic in unoquoque *ſigno* unum menſem moratur, poſt duos exactos menſes erit in tertio *ſigno*, inter cujus, & primi *ſigni* principium, quia ſexta Zodiaci pars intereſt, *ſextilem aſpectum* appellant. Signa enim, &, qui in iis ſunt, planetas, inter ſe aſpicere dicunt genethliaci: ac ex iis aſpectibus, quos Cenſorinus *conſpectus* & *viſus*, vocat, multa ſe prænoſcere futura profitentur. Quum ergo ſexta Zodiaci pars interjacet, *Aſpectum Sextilem*, uti dixi, vocant, & Græce etiam ἑξάγωνον. quum vero quarta, *Quadratum*, & τετράγωνον. quum tertia *Trinum*, & τρίγωνον. quum dimidia διάμετρον Iulius Firmicus, vulgus *Oppoſitionem*. Et ad iſtos deſignandos in circulo conſpectus, lineas ducunt rectas: quales figura ſubjecta exhibet. *Venetus*.

10. Fr.

Adſpirans [10] tenues per inertia pondera motus.
Quarta in ſede viget primi indulgentia ſolis.
Suadet & [11] infuſus teneros coaleſcere fetus.
[12] Fulgor tetragono adſpectu [13] vitale coruſcat,
Clarum, & lene micans: [14] quinti qui cardine ſigni
Incutit [15] attonitam vegetato infante parentem.
Nam ſexto vis nulla loco: quia nulla [16] tuendi
[17] Æquati lateris ſignatur regula Phœbo.
[18] Aſt ubi ſigniferæ media in regione cohortis
Septimus accepit limes rutilantia flammis
[19] Recto caſtra ſitu: [20] turgentis fœdera partus

Iam

10. *Tenues per inertia*] In eo quod in utero formari cœptum eſt. Scribit Plinius libro ſeptimo, marem in utero moveri incipere quadrageſimo die à conceptu, feminam nonageſimo. Hippocrates vero de natura fœtus, de cujus libri auctore dubitat Galenus de fœtus formatione, marem tertio menſe, feminam quarto, & interdum citius. *Vinetus.*

11. *Infuſos*] *Infuſus* legerem: ut ſit infuſus Sol, aut fulgor Solis: quomodo & hic *aſpectu* pro *aſpectus*. Vinetus.

12. *Fulgur tetragono adſpectus*] Lege: *fulgor*, ex veteri libro. ſic & *adſpectus*, in *adſpectu* cum Vineto mutes. Vt infra: *æmulus octavi conſpectus inutilis aſtri*. Sol, inquit, cum à conceptu quartum ſignum occupaverit, qui *tetragonus adſpectus* eſt, uberiori luce, vivificamque vim adſpirante, fetum fovet, quæ ex trigono contuitu parum fuerat efficax.

13. *Vitale coruſcat*] *Vitale* pro *vitaliter*, ut in verſu ſequent. *clarum* & *lene* pro *clare* & *leniter*. Vel *vitale coruſcat*, vitam ſua luce & conſpectu præbet, & oſtendit, ſicut Virgilius decimo Æneidos etiam active dixit de Turno: — *ſtrictumque coruſcat Mucronem*, — — Vinetus.

14. *Quinctique*] In exemplari fuit *q* pro *que*. ſed brevis hæc particula, quum hoc loco longam ſyllabam verſus poſtulet. Præpoſitionem *in*, poteſt librarius prætermiſiſſe. *Quinctique in cardine ſigni*: aut *q̄* pro *q́*, id eſt, *qui*, ſcripſiſſe. Eſt autem trigonus hic conſpectus. *Vinet.*

15. *Attonitam parentem*] Matrem gravidam. Ita fuit legendum in exemplari, non *attonitum*. Cenſorinus: *Quæ duæ viſiones* τετράγωνοι ϗ τρίγωνοι, *perquam efficaces in incrementum partus multum adminiculant*. Vin.

16. *Tuendi*] Intuendi, aſpiciendi. *Idem.*

17. *Æquati lateris*] Cenſorinus: *Ceterum à loco ſexto conſpectus omni caret efficientia. Ejus enim linea, nullius polygoniæ efficit latus.* Id.

18. *Aſt ubi ſignifera*] Ita erant hi verſus ex ipſa Matheſi diſtinguendi. *Scaliger.*

18. *Aſt ubi ſignifer media in regione*] Sic fuit in exemplari: ſed *ſigniferi* ſcriberem pro *ſignifer*, hoc ſenſu: Poſtquam vero in media regione *ſigniferi* Zodiacique circuli, confectis ſcilicet jam ſex ſignis & ſex menſibus, quæ Zodiaci pars eſt *dimidia*, *ſeptimus limes* & ſeptimum à conceptionis loco *ſignum* acceperit *Solem*: cujus *igne* locus ille ſeptimus collucet, ut *caſtra* ignibus, quos noctu crebros accendunt milites. *Vinetus.*

19. *Recto ſitu*] Per diametrum. *Vinet.*

20. *Tur-*

Iam plena ſub luce videt. nec fulgura parci
Luminis intendens, toto fovet igne coronæ.
Hinc illud, quod legitimos [21] Lucina labores
Prævenit; & gravidos ſentit ſubrepere nixus
Ante exſpectatum feſtina puerpera votum.
Quod niſi, ſepteno quum lumina fudit ab aſtro,
Impulerit tardi clauſtra obluctantia partus,
[22] Poſterior nequeat, poſſit prior: an quia ſexto
Æmulus octavi conſpectus inutilis aſtri
Neſcit compariles laterum formare figuras?
Sed nono incumbens ſigno, cunctantia matrum
Vota levat, [23] trigono vires ſociante ſequenti.
[24] At ſi difficilis † [25] trahit Ilythyia †

Tetra-

20. *Turgentis fœdera partus*] Ipſum fœtum in matris utero turgentem, grandem jam, & pœne perfectum Sol conſpicit plena luce, qualis Luna cernitur in plenilunio: ipſumque fovet toto igne & fulgore coronæ ac orbis ſui. *Vinetus.*

21. *Lucina*] Dea in *lucem* producens, ut ait vetus Terentii interpres, ſive Iuno ſit, ſive Diana, & Luna. Cicero ſecundo de natura Deorum: *Luna à lucendo nominata ſit. eadem eſt enim Lucina.* & paullo poſt: *Diana dicta, quia noctu quaſi diem efficeret. Adhibetur autem ad partus quod ii matureſcunt, aut ſeptem nonnunquam, aut, ut plerumque, novem Lunæ curſibus. Qui quia menſa ſpatia conficiunt, menſes nominantur.* Vinet.

22. *Poſterior nequeat, poſſit prior*] Hic aliquid fortaſſe intelligerem, ſi *poſcit* pro *poſſit* ſcriberetur, hoc ſenſu. Poſcit & poſtulat prior aſpectus, ut poſterior nihil efficere queat. Sunt *ſex*, *ſeptem*, *octo* menſium partus. quorum medius Septimeſtris, infantes maturos edere poteſt, ſed nec qui præcedit ſemeſtris, nec qui ſequitur octo menſium partus, poteſt. Cenſorinus, quum de ſeptimeſtri partu diſſeruiſſet: *At ſi intra hoc ſpatium*, inquit, *matureſcere uterus non poterit, octavo menſe non editur. Ab octavo enim ſigno, ut à ſexto, inefficax viſus.* Vinet.

22. *Poſterior nequeat*] Ita crediderunt veteres. unde & in paſſione S. Felicitatis, conjunctis ſanctorum precibus divina gratia impetrata, octavo menſe vivam puellam enixa legitur beata martyr, quam ſibi quædam ſoror in filiam educavit. Quod quamvis ſingulari Numinis benignitati merito ſit adſcribendum, vitalem tamen eſſe octimeſtrem partum medici probarunt. Vid. Cal. Rhodiginum lib. XX lect. Antiq. cap. I, & lib. XXII, c. XIII, & Schenckii Obſervationes Medicas lib. IV de partu. de tempore partus autem, Gellium lib. III, cap. XVI, & Schol. Homeri ad Iliad. τ′. unde caput hoc plurimum illuſtretur.

23. *Trigono viris ſociante ſequenti*] Ita fuit in vetuſto libro. Cenſorinus: *Sol enim à nono Zodio, particulam conceptionis rurſum conſpicit* κατὰ τρίγωνον, *& à decimo* κατὰ τετράγωνον. qui conſpectus, *ut ſupra jam dictum eſt, perquam efficaces ſunt.* Vinetus.

24. *At ſi difficilis*] Penultimus ver-

Tetragono abſolvet dubiarum vincla morarum.

ſus interpolatus eſt ab audace Correctore Lugdunenſi: nam in vetere libro longe aliter erat, ita:

At ſi difficilis trahit hilithiſidera.

Ego lego:

*At ſi difficilis * trahit Ilythyia.*

Deſideratur autem vox *nixus* ita:

At ſi difficilis nixus trahit Ilythyia.

Scaliger.

25. *Trahit Ilythyia*] Facile ſuppleri poteſt hic verſus, legendo: *partum trahit Ilithyia.* nam *ſidera curſum*, quod in veterrimo codice legitur, manifeſtum librariorum gloſſema eſt. poſſet & *curſum trahit* defendi, uti *bellum trahere* dicimus, id eſt ducere, *vitam trahere* pro producere. ut ſit,

At ſi difficilis trahit Ilythyia curſum.

Signa cœleſtia.

1 AD Boreæ partes Arcti [2] junguntur, & Anguis.
Poſt has Arctophylax, pariterque Corona, [3] Genuque

Pro-

1. *Ad Boreæ partes Arcti*] Hi verſus in veteri quadam ſcheda Clariſſ. viri Dn. Iacobi Cujacii Senatoris Gratianopolitani tacito nomine Auſonii legebantur, poſt alios verſus non inelegantes de ſeptem Planetis, de duodecim Signis. qui verſus videntur ex juſto opere decerpti fuiſſe. Nam præfatio quoque illis præfixa erat. Quorum lectione ſtudioſam juventutem fraudare nolui. Ea igitur erat præfatio:

Me legat, annales cupiat qui noſcere menſes,
Tempora dinumerans ævi, vitæque caducæ,
Omnia tempus agit. cum tempore cuncta trahuntur.
Alternant elementa vices: & tempora mutant.
Accipiunt augmenta dies, noctesque viciſſim
Tempora. ſed florens retinet ſua tempora meſſis.
Sic iterum ſpiſſo veſtitur gramine campus.
Tempora gaudendi, ſunt tempora certa canendi.
Tempora ſunt vitæ, ſunt triſtia tempora mortis;
Tempus; & hora volat. momentis labitur ætas.
Omnia dat, tollit, minuitque volatile tempus.
Ver, Æſtas, Autumnus, Hiems, redit annus in annum.

Quem ultimum verſicul. citat Hieronymus in Commentariis in Ezechielem. quod deprehendit idem Clariſſ. vir Iacob. Cujacius. ut poſſimus agnoſcere ſatis antiquos eſſe hos verſus. Sequebatur poſtea de XII ſignis adverſis in Zodiaco:

Exſurgens Chelas Aries demergit in ima.
Scorpion aurati ſubmergunt cornua Tauri.
Tum ſubit Arcitenens, Geminis ſurgentibus, æquor.
Dum ſurgit Cancer, Capricornus mergitur undis.
Portitor urceoli formidat terga Leonis.
Virgo fugat Piſces. redit & victoria victis.

Qui verſus ſane mihi non videntur aſpernandi. Subjiciebatur poſtea de Planetis, deque eorum circulis, & ſpatiis annorum, quæ in ambitu ſuo conficiendo impendunt:

Biſſex ſignifera numerantur ſidera Sphæra . . .

* Per

* *Per quas Planetæ dicuntur currere ſeptem.* *
Pollucis proles ter denis volvitur annis.
Fulmina diſpergens duodenis luſtrat ariſtis.
Bellipotens genitor menſum penſare bilibre.
In medio mundi fertur Phaëtontia flamma.
Ter centum ſoles, bis denos, adde quadrantem:
Ter ſenas partes * *his Cytherea retorques.*
Luſtrando totum præclaro lumine mundum.
Terque dies ternos puro de veſpere tollens
Semonis dii completur circulus anno.
Horas octo, dies ternos ſervato novenos.
Proxima telluri dum curris candida Phœbe.

Poſt verſus deinde ſequebantur iſti:

Ad Borea partes Arcti junguntur, & Anguis, &c. ut neceſſe ſit eos non eſſe Auſonii, ſiquidem ejuſdem poëtæ ſunt cum ſuperioribus: Superiores autem Auſonii eſſe non credam, propter ſtili diverſitatem. In quibus poſtremis animadvertendum Saturnum dictum Pollucis prolem. Quod explicatur à Fulgentio doctiſſimo Mythologo ita de Saturno loquente. *Pollucis*, inquit, *filius: ſive à pollendo, ſive à pollucibilitate, quam nos humanitatem dicimus. Vnde & Plautus in Comœdia Epidici ait: Bibite, pergræcamini pollucibiliter. Semo* autem vocatur Mercurius: quia fere in infimis collocatus eſt. quemadmodum *Semones* vocabant eos Deos, qui in infimis cenſebantur: majores ſcilicet hominibus, minores Diis. quod & idem Fulgentius vere exponit in libello de vocibus antiquis. Mariangelus videtur hos verſus legiſſe in exemplari ſuo. Tamen cur eos Priſciano adſcribamus, non video: cum ſint antiquiores Hieronymo: ut jam ſupra admonuimus. *Scaliger.*

1. *Ad Borea partes Arcti*] Duodecim hi verſus, quibus duo & quadraginta mundi ſigna nominatim comprehenduntur, cum egregia quoque inſcriptione DE NOMINIBVS STELLARVM, non ſiderum, aut ſignorum, Priſciani eſſe, non Auſonii comperimus, relatos in quibuſdam Bedæ voluminibus, quæ in publica Vaticana Bibliotheca conviſuntur. Reperimus & cum dimidiatis Macrobii Saturnalium, & Vegetii Renati Codicibus, in eadem Bibliotheca. Quibus ſtatim (utique apud Bedam) ſubjiciuntur alii de duodecim Signis, nec non de ſeptem Planetis, ac de Dierum nominibus. Sunt & alii ſex, apud Auſonium eodem loco de menſibus & quatuor anni temporibus, quibus annuus orbis perficitur ejus generis, qui Scholici vulgo ridentur, quos equidem Grammatico verius, quam Poëtæ tribuerim. Quomodo & illos, dicet aliquis, latinitate donatos, quibus ſingulis ſeptem Sapientum apophthegmata, nominaque & Vrbes retexuntur. Carmina præterea quinque ac viginti, quibus lemma quoque (ſi Dis placet) additum *Auſonii Carmen imperfectum*, avulſa ſunt, & mendis XVI commaculata ex hiſtoria Euangelica Iuvenci Poëtæ, apud quem propoſitionem operis, invocationemque conſtituunt. Sic plerumque aliena multo avidius quam conſideratius, parumque recta æſtimatione inculcantur, quod ſine certo cujuſque titulo inventa fuerint. *Mariang. Accurſius.*

1. *Ad Boreæ partes*] De carminis hujus auctore, facit, ut dubitemus, primum, quod id inter aliorum multorum ſcripta ſine Auſonii nomine reperimus. Deinde, quod nos monuit aliquando Franciſcus Daniel, in vetere Hygino reperiſſe ſe, hoc titulo: EPITOME PHÆNOMENEN PRISCIANI GRAMMATICI. Sed & Ioſephus Scaliger ſcripſit legiſſe ſe in veteribus quibuſdam ſchedis Doctiſſimi viri Iacobi Cujacii, ubi pars majoris carminis de Sideribus eſſet, ſine auctoris nomine, ceterum cujus unum verſiculum citet

Prolapſus, Lyra, Avis, Cepheus, & [4] Caſſiopea,
Auriga, & Perſeus, Deltotum, & Andromedæ aſtrum,
[5] Pegaſus, & Delphinus, Telum, Aquila, Anguitenenſque.
Signifer inde ſubeſt. [6] bis ſex & ſidera complent.
Hic Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo,
[7] Libra, Scorpius, Arcitenens, Capricornus, & Vrnam
Qui tenet, & Piſces. Poſt hos in partibus Auſtri
Orion, Procyon, Lepus, ardens Sirius, Argo,
Hydrus, Chiron, Turibulum quoque, Piſcis & ingens.
Hunc ſequitur Piſtrix, ſimul Eridanique fluenta.
Sed vaga præterea dicuntur lumina ſeptem,
Luna & Mercurius, Venus, ac Sol, Mars quoque fulgens.
Hic Iovis & ſidus ſuper omnia ſidera lucens.
Celſior his Saturnus, tardior omnibus aſtris.

Ratio

Hieronymus in commentariis in Ezechielem: ut Priſciani noſtri opus videri non poſſit. *Vinetus.*

2. *Iungantur*] Vetus quoddam exemplar habebat, *vertuntur*. Vinet.

3. *Genuque prolapſus*] ἐν γόνασι Græcis, *Nixus genibus* Ciceroni in Arato: *Nixus ingenibus*, *Geniculatus*. *Ingeniculatus* Vitruvio libro nono. *Ingeniculus*, Iulio Firmico libro octavo. *Nixus genu*, *Nixa genu* & *genibus ſpecies*, Ovidio, Manilio, & aliis poëtis. *Vin.*

4. *Caſſiopeia*] Κασσιέπεια, id eſt, *Caſsiepêa*, apud Aratum, Ptolemæum, Proculum, & alios Græcos. *Idem.*

5. *Pegaſus & Delphinus*, *Telum*, *Aquila*. Vetus exemplar: *Pegaſus & Delphin*, *telumque*, *Aquila*. *Anguitenenſque*. Id.

6. *Bis ſex*] *Bis ſena*, duodecim ſigna complent Zodiacum. *Complens* tamen habebat vetus exemplar. *Idem.*

6. *Bis ſex & ſidera complent*] Malim: *Biſſex hunc ſidera complent.*

7. *Libra, Scorpius*] Ita exemplaria omnia: neque debuit quidam addere conjunctionem poſt *libra*, *libraque:* quoniam ſyllaba illa natura brevis produci poteſt propter ſequentes duas conſonantes, ut in carmen de Athenis annotavimus. *Vinetus.*

1. *Anni*

Ratio dierum [1] anni vertentis.

NOnaginta dies & quattuor, ac medium Sol
Conficit, [2] à tropico in tropicum dum permeat aſtrum,
Octipedem in Cancrum Phryxeo ab Ariete pergens.
[3] Hoc ſpatio æſtivi [4] pulſuſque, & meta diei.
Semidiemque, duoſque dies; decieſque novenos,
A Cancro [5] in Chelas, æquatæ tempora noctis
Atque dii, [6] curſu peragit Sol aureus altero,
Autumni æſtatiſque ſimul confinia miſcens.
Vnde autumnales tranſcurrens ordine menſes,
Ad tropicum pergit ſignum gelidi Capricorni,
Octo dies decies octonis inſuper addens,
Quadrantemque dii: [7] quinto qui protinus anno

Menſe

1. *Anni vertentis*] *Annus vertens eſt natura, dum Sol percurrens duodecim ſigna, eodem, unde profectus eſt, redit*, Cenſorinus. *Vinetus.*

2. *A tropico in tropicum*] Dum Sol ab Æquinoctiali puncto, ut dicemus in verſum quinctum decimum, ad Æſtivum tropicum graditur, eam Zodiaci partem quartam, quæ eſt inter principia Arietis & Cancri, peragrat *nonaginta quatuor diebus, & ſemiſſe.* Sic docet Ptolemæus libro tertio Magnæ Syntaxeos. *Octipedem* autem *Cancrum*, ſignum cæleſte, dixit Ovidius primo de Faſtis. Sic *Καρκίνους ὀκτάποδας* etiam Homerus ante vocaverat, quod Cancris animalibus marinis pedes octoni ſint, omnes in obliquum flexi, ut ſcribit Plinius nono Naturalis hiſtoriæ. Illud autem *Phryxéo ab Ariete*, ſine ſynalœpha pronunciare oportebit, *o* brevi ante vocalem *a*. eritque proceleuſmaticus, pes ex quattuor ſyllabis brevibus conſtans *Ariete*, ſicut apud Virgilium verſu centeſimo & ſeptuageſimo quincto ſeptimi Æneidos, & alibi. *Vinet.*

3. *Hoc ſpatio æſtivi*] Leg. *hoc ſpatium æſtiva. Dies* enim, quum tempus adſignificat, fœminino genere uſurpatur. hic autem pro trimeſtri tempore ſumitur.

4. *Pulſuſque*] Infra, in Trochaico de 4 anni cardinibus, & in precatione Calendar. Ianuariarum. *Vinetus.*

5. *In Chelas*] Vſque ad principium ſigni Scorpii. *Chelas* definiunt Scorpii brachia, vetuſti commentatores. *Vinet.*

6. *Curſu altero*] Eſt verſus hic hypermeter, ut viceſimus quartus *Viri boni.* Idem.

7. *Quincto anno*] Quarto potius. Quattuor quadrantes diei, id eſt quater ſenæ horæ æquinoctiales quaternûm annorum, dies unus: qui quarto quoque anno intercalatur, id eſt interſeritur, extremo Februario, ſexto Cal. Martias. Vnde BISSEXTVM fuit vocatum. Ianuarius autem & Februarius, *Numæ* regis Romani menſes dicuntur: qui eos ad annum Romuli adjecit. *Id.*

Menſe Numæ extremo nomen capit [8] embolimæi.
Inde ad Agenorei feſtinans cornua tauri,
Scandit Lanigeri [9] tropicum Sol aureus aſtrum,
Nonaginta dies decreto fine coërcens.
Hic tibi circus erit ſemper vertentibus annis,
[10] Tercentum, ac ſenis decies & quinque diebus.

8. *Embolimæi*] Ἐμβόλιμος & ἐμβολιμαῖος, intercalaris, interſtitius dies: & ἐμβολισμὸς intercalatio. Solinus, Macrobius, Budæus. *Vinet.*

9. *Tropicum Aſtrum*] Quod Latini Solſtitium dicunt, quum ſol eſt in principio Cancri: & Brumam, quum in principio Capricorni, Græci τροπὰς nominarunt: quas Cicero ſecundo de Natura Deorum, *Reverſiones* interpretatur: *Et modo accedens* (de Sole loquitur) *tum autem recedens, binas in ſingulis annis reverſiones ab extremo contrarias facit.* Hoc vero loco quod etiam *Tropicum aſtrum* dicatur Aries, pro Æquinoctiali id quo auctore dictum ſit, neſcio, niſi quod Proculum in libello de Sphæra, quatuor puncta, per quæ duo Coluri Zodiacum ſecant, tam Æquinoctialia quam Tropica, τροπικὰ σημεῖα dicere memini. *Vinetus.*

10. *Ter centum*] Fiunt trecenti & ſexaginta quinque dies & quarta diei pars, ut in decaſticho de diebus ſingulorum menſium: qui quadrans ſex horæ ſunt Æquinoctiales. Tantum eſſe *annum vertentem*, qui vulgo ſine ulla adjectione *annus* vocitatur, putavit Calippus, & quidam etiam paullo majorem apud Ptolemæum: tantumque nos ab Iulii Cæſaris conſtitutione adhuc obſervavimus: qui quarto quoque anno ex iſtis quadrantibus diem Februario intercalamus. Sed Ptolemæus Aſtronomiæ auctor diligentiſſimus, maximuſque, minorem deprehendit. Quadranti namque illi ſcrupula horæ prope quinque detraxit cum ſcrupulis non plenis quinquaginta ſex. Minorem etiam quidam ſe Arabes poſt Ptolemæum obſervaſſe ſcripſerunt. Adeo anni, Soliſque motus ratio, eſt prope inexplicabilis. *Vinet.* Verum Gregorius XIII Pontif. M. de ſententia celeberr. ſui temporis aſtrologorum annum Iulianum caſtigavit, anno præced. ſæculi 82: X diebus intercalatis, quos XI ſcrupuli confecerant, qui ad conficiendas ſex horas quotannis deficiunt.

[1] De nominibus ſeptem dierum.

[2] NOmina, quæ ſeptem [3] vertentibus apta diebus
Annus habet, [4] totidem errantes fecere planetæ.

Quos

1. *De nominibus*] Titulus eſt: *Eclogarium de nominibus ſeptem dierum.* ut appareat ἐκλογὴν eſſe, & excerpta quædam ex juſto opere Auſoniano, tum hoc, tum alia de Libra, de Menſibus, & ejuſmodi carmina. *Scaliger.*

2. *Nomina quæ ſeptem*] Huic dodecaſticho titulum præfixit Lugdunenſis typographus. De ſeptem diebus: quum in exemplari eſſet, INCIPIT EGLOGARVM DE NOMINIBVS SEPTEM DIERVM. In quo iſtud EGLOGARVM, *Eclogarium* eſſe debere

Quos indefeſſa volvens vertigine Mundus
Signorum obliqua jubet in ſtatione vagari.

bere arbitror, ut ſit τὸ ἐκλογάριον parva ecloga; ſicut τὸ γλωσσάριον parvam gloſſam & linguam, τὸ κυνάριον parvum canem Græci dicunt. *Vinetus.*

3. *Vertentibus apta diebus*] Sicut ANNVS VERTENS dicitur, id temporis ſpatium, quod peragitur, dum Sol ad illud Zodiaci ſignum ſe denuo vertit, & redit, ex quo digreſſus eſt: & MENSIS id tempus, quod inter duos Lunæ cum Sole coitus intercedit, ut in Somnium Scipionis docuimus, ita hic *Dies Septimana Vertentes* dicuntur, quod ſubinde *revertantur*, & ſæpius etiam quam annus, & menſis. Sol autem cum anni Vertentis auctor ſit, & Luna Vertentis menſis, iſti ſeptem dies Vertentes quem habeant auctorem, quæritur. Dies omnes, æque ac annum Vertentem, Sol facit, in quibus quid Planetæ, unde cognominantur, efficiant, equidem non video: ſed hujus ἑβδομάδος, quam Galli, Itali, Hiſpani, SEPTIMANAM vulgo appellamus, quod vocabulum Latinum etiam apud Priſcianum in libello de Nummis & Numeris legitur; auctores non comperi alios quam Hebræos, quos & Iudæos vocamus. Hanc enim Syriæ gentem, ſua oſtendunt antiquiſſima ſcripta, ab ipſo rerum principio ſeptenarium dierum numerum ſemper obſervaſſe. Poſſunt vero vicinæ nationes hoc Iudæorum inſtitutum probaſſe tandem, eſſeque conſecutæ; ſed Chaldæi, & qui Chaldaicam, quæ de motu, poſituque ſtellarum, ut Gellii verbis utar, *dicere poſſe futura* profitetur, primi ſectati ſunt: non dubito, quin hanc *Septimanam* propter ſeptenarii numeri quas prædicant virtutes, poteſtateſve multas, ac varias, & propter planetas eo numero comprehenſos, unice probaverint, & dies ab iis, quos etiam ſingulis horis imperium variare volunt, nuncupaverint potius, quam quomodo Iudæi vocitabant. Ceterum quibus temporibus id fieri cœptum ſit, ignoratur. Nulla exſtat in cujuſquam vetuſtiorum hominum Latinorum Græcorumque mentio *dierum planetariorum*. Angelus Politianus, qui de hac quoque re ante nos quæſiit capite octavo Miſcellaneorum, Tibullum meminiſſe dixit, in elegia, ni fallor, tertia libri primi:

Aut ego ſum cauſatus, Aves dat omina dira,
Saturni ſacram me tenuiſſe diem.

qui poëta, ſub Cæſare Octaviano Auguſto floruit cum Ovidio, Propertio, & aliis. Iulius Frontinus, qui in libro de aquæ ductibus Vrbis, ſub Nerva Auguſto vixiſſe ſe teſtatur, quando ſic ſcribit capite primo ſecundi στρατηγηματικῶν, *Divus Auguſtus Veſpaſianus Iudæos Saturni die, quo eis nefas eſt quicquam ſeria rei agere, adortus, ſuperavit*, Saturni diem vocat, quem Iudæi diem Sabbathi. Idem cum Frontino facit & Dio ſcriptor Græcus, libro triceſimo ſeptimo rerum Romanarum: ibique tradit iſta diebus nomina à *planetis* Ægyptios impoſuiſſe, undeunde id ipſe comperiſſet: ceterum non multo ante ſua tempora eam rem in omnes homines fuiſſe vulgatam: qui conſul iterum fuit cum Alexandro Auguſto, annis circiter ab exceſſu Octaviani Cæſaris ducentis & viginti. *Vinetus.*

4. *Totidem*] Græci πλανήτας, Nigidius Figulus *Errones* appellat apud Aulum Gellium, alii *Erraticas* ſtellas, Cicero *Errantes, vagantes* & *vagas* ſtellas. qui ſecundo de Natura Deorum ita falſo eſſe vocatas te docebit. *Vinet.*

Primum, ſupremumque diem radiatus habet Sol.
Proxima fraternæ ſuccedit Luna coronæ.
Tertius aſſequitur Titania lumina Mavors.
Mercurius quarti ſibi vendicat aſtra diei.
Inluſtrant quintam Iovis aurea ſidera zonam.
Sexta ſalutigerum ſequitur Venus alma parentem.
Cuncta ſupergrediens Saturni ſeptima lux eſt.
Octavum inſtaurat revolubilis orbita Solem.

Hic verſus ſine auctore eſt. Quid quoque die demi de corpore oporteat.

UNgues Mercurio, barbam Iove, Cypride crines.

Hoc ſic refellendum.

MErcurius [1] furti probat ungues ſemper acutos,
Articuliſque aciem non ſinit imminui.
Barba Iovi, crines Veneri decor: ergo neceſſe eſt,
[2] Vt nolint demi, quo ſibi uterque placet.
Mavors imberbes, & calvos Luna adamaſti.
Non prohibent comi tum caput atque genas.
Sol & Saturnus nihil obſtant unguibus. Ergo
Non placitum Divis tolle monoſtichium.

1. *furti*] forte, *furtis*.
2. *Vt nollent demi*] Præferam, *ut nolint demi*. mox, *utrque placent*, pro *placet*, in vetuſtiſſimo libro.

De menſibus, & quattuor anni temporibus.

ÆTernos menſes, & tempora quattuor anni,
Quattuor iſta tibi ſubjecta monoſticha dicent.
Martius, Aprilis, Majus ſunt tempora veris.
Iulius, Auguſtus, nec non & Iunius, æſtas.
Septembri, Octobri [1] autumnus, totoque Novembri.
Brumales, Ianus, Februarius, atque December.

De

1. *Autumnus*] in papyraceo legebatur, *autumnat*.

1. *Mar-*

De menſibus monoſticha.

PRimus Romanas ordiris Iane Kalendas.
Februa vicino menſe Numa inſtituit.
[1] Martius antiqui primordia protulit anni.
[2] Fetiferum Aprilem vindicat alma Venus.
Majorum dictus patrum de nomine Majus.
Iunius ætatis proximus eſt titulo.
Nomine Cæſareo Quinctilem Iulius auget.
Auguſtus nomen Cæſareum ſequitur.
Autumnum [3] Pomona tuum September opimat.
Triticeo October fenere ditat agros.
Sidera præcipitas pelago intempeſte November.
Tu genialem hyemem feſte December agis.

1. *Martius*] *Romulus*, primus Romanorum rex, annum ex decem tantum menſibus conſtituit, in eoque primum *Martium* eſſe voluit, a Deo Marte, quo ſe genitum credi volebat. Ianuarius autem & Februarius poſtquam adjecti fuerunt, anni principium *Ianuarius* fuit. *Vinetus.*

2. *Fœtiferum*] *Floriferum*, alii libri. *Vinet.*

3. *Pomona*] *Pomorum* dea, in alio vetere libro legi, *pomiſque ſuum.* Idem.

Diſticha de iiſdem menſibus.

[1] IAne nove, primo qui das tua nomina menſi,
Iane bifrons, [2] ſpectas tempora bina ſimul.
[3] Poſt ſuperûm cultus, vicino Februa menſe
Dat Numa cognatis Manibus inferias.
Martius & generis Romani præſul, & anni,
Prima dabas Latiis tempora conſulibus.
Æneadum genetrix vicino nomen Aprili
Dat Venus. eſt Marti namque Aphrodita comes.
Maja dea, [4] an major, Mai, te fecerit ætas,

Ambi-

1. *Iane nove*] Ita fuit in vetuſto libro. In *nove* autem poſterior ſyllaba natura brevis, produci videri poteſt ob inſequentem mutam cum liquida: ut & paulo ante monuimus. *Vinet.*

2. *Spectans tempora*] v. c. *ſpectas*, quem ſecutus ſum. ut & mox, *Prima dabas*, pro *dabat*, id. liber.

3. *Poſt ſuperum cultus*] Diis ſuperis alii menſes, inferis Februarius. *Vinet.*

4. *An major ætas*] Romulum quidam perhibuerunt, quum populum in

Ambigo : ſed menſi eſt auctor uterque bonus.
Iunius hunc ſequitur duplici celebrandus honore ,
Seu nomen Iuno, ſive Iuventa dedit.
Inde [5] Dionæo præfulgens Iulius aſtro ,
Æſtatis mediæ tempora certa tenet.
Auguſtus ſequitur cognatum à Cæſare nomen :
Ordine ſic anni proximus, ut generis.
Nectuntur poſt hos, [6] numerumque ex ordine ſignant :
September, Bacchi munere præla rigans :
Et qui ſementis per tempora, fenere lætus ,
October, cupidi ſpem fovet agricolæ :
Quique ſalo mergens ſollemnia ſigna November
Præcipitat, cælo mox reditura ſuo.
Concludens numerum [7] genialia feſta December
Finit, [8] ut à bruma mox novus annus eat.

Quo-

in majores & in minores diviſiſſet, à majoribus *Majum*, à minoribus *Iunium* menſem appellaſſe. *Vinetus.*

5. *Dionæo aſtro*] Διώνη, dea Venus, *Dionæus* eſt Iulius Cæſar vocatus Virgilio in nono Bucolico :

Ecce Dionæi proceſſit Cæſaris aſtrum.

Et hic *Dionæum* , id eſt Cæſareum *aſtrum* , ſtella, quæ ejus funeribus ludis Romæ medio die apparuit , menſe Quinctili : qui ex eo *Iulius* transnominatus eſt. *Vinetus.*

6. *Numerumque ex ordine*] *September* dictus fuit in anno Romuli, qui ſeptimus eſſet à *Martio* : *October*, qui octavus : *November*, qui nonus : *December* , qui decimus. Sic *Sextilis* Auguſtus, qui ſextus foret : & Iulius , qui quinctus, *Quinctilis*. Vinet.

7. *Genialia feſta*] *Genialis hiems* dicta eſt in Eclogario , de Menſibus ; quemadmodum & primo Georgicôn :

Invitat genialis hiems, curaſq; reſolvit.

quam expoſuit convivalem , & voluptuoſam vetus commentator. Ita hic & in Eclogario, de 3 menſtruis *genialia feſta* fuerint , quibus agitantur convivia , & genio indulgetur: ut dicit Perſius , qualia fuerunt Saturnalia , quæ menſe Decembri ſeptem diebus Romæ celebrabantur. *Vin.*

8. *Vt à Bruma*] Poſt Brumam ſtatim incipiat Ianuarius , novi anni principium. *Bruma* eſt , quod vulgo Solſtitium hiemale vocatur , quum Sol primam partem ſigni Capricorni ingreditur. Hoc fit noſtris temporibus 12 die menſis Decembris : olim tardius. Eudoxus tamen , & Meto , vetereſque alii Aſtrologi , ſi Columellæ hîc credimus, Æquinoctia , Solſtitiaque non primis ſed octavis partibus ſignorum confici voluerunt. quorum auctoritati quum plus tribuerent Columella, & Plinius, quam Hipparchi, Brumam ad octavum Calendarias Ianuarias, hoc eſt, ad viceſimum quinctum diem Decembris adſcripſerunt. *Id.*

Quoteni dies ſint menſium ſingulorum.

IMplent tricenas per ſingula menſtrua luces
Iunius, Apriliſque, & cum Septembre November.
Vnum ter denis cumulatius adde diebus
Per ſeptem menſes, Iani Martiſque Kalendis,
Et quas Majus agit, quas Iulius, Auguſtuſque,
Et quas October, poſituſque in fine December.
Vnus erit tantum duodetriginta dierum,
Quem Numa præpoſito voluit ſuccedere Iano.
Sic tercentenis decies accedere ſenos,
Quadrantemque, & quinque dies ſibi computat annus.

De tribus menſtruis menſium.

BIs ſenas anno reparat [1] Lucina Kalendas:
Et totidem medias dat currere Iuppiter Idus.
[2] Nonarumque diem faciunt infra octo ſecundi.
Hæc ſunt Romano tantum tria nomina menſi,
[3] Cetera per numeros ſunt cognomenta dierum.

1. *Lucina*] Iuno. Ovidius primo Faſtorum:
Vendicat Auſonias Iunonis cura Calendas.
Idibus alba Iovi grandior agna cadit.
Nonarum tutela deo caret. ---
Macrob. primo Saturnaliorum. Sed de Idibus quædam in Genethliaco. *Vinetus.*

2. *Nonarumque diem, faciunt infra octo ſecundi*] Hic nihil prorſus video. Sunt autem in duodenis anni menſibus duodenæ Nonæ, quotenæ Calendæ, aut Idus. *Vinet.*

3. *Cetera per numeros*] Dicunt enim pridie, tertium, quartum, quinctum Calendas, Idus, Nonas. *Idem.*

1. *Pari*

Quo menſe quotæ Nonæ, vel Idus ſint.

AT Nonas modo quarta aperit, modo ſexta refert lux.
Sexta refert Maji, Octobris, Martiſque recurſu,
Et qui ſolſtitio ſua tempora Iulius infert.

Cete-

Cetera [1] pars menſium quartis eſt prædita Nonis.
Omnes vero Idus octava luce recurrunt.

1. *Pars menſum*] Pro *menſium.* ut quincto Faſtorum Ovidii:
Nec tu dux menſum, Iane biformis, eras. Vinetus.

Quotæ Kalendæ ſint menſium ſingulorum.

POſt Idus, quas quiſque ſuas habet ordine menſis,
Diverſæ numero redeunt variante Kalendæ,
[1] * * Dum rurſumque [2] iterumque vocantur,
[3] Vt tandem optati [4] procedant temporis ortus.
[5] Ter ſenis, unoque die genialia feſta
Porrigit, ut Ianum arceſſat nova bruma morantem.
[6] Hoc numero menſiſque Numæ redit, autumnique
Principium referens Bacchi September alumnus.

Iulius,

1. *Dum rurſumque*] Verſus hic mutilus in ſcripto Codice: nam cætera ſunt Correctoris Lugdunenſis. *Scaliger.*

1. *Dum rurſumque*] Suppleo,
Dum rurſumque iterumque ſequenti à menſe vocantur. ut infra: *Ter quinis cieris.* & ad Vrſulum:
Et nonas decimas ab ſe nox longa kalendas
Iugiter acciri celebranda ad feſta jubebat. Gronovius.

2. *Expleto menſe vocantur*] Mancum in ſuo exemplari verſum Lugdunenſes his duobus verbis, *expleto menſe*, compleverunt. Iidem *oblati* legerunt, ubi *obtati* erat, pro *optati* niſi fallor. *Vinetus.*

3. *Vt tandem optati*] Ita lege: quia veteres librarii ſcribebant *obtati.* Scaliger.

4. *Procedant temp. ortu*] Lege, *ortus. Optati temporis* & anni novi, ſive Kalendarum Ianuar. *Gronov.*

4. *Procedant temporis ortu*] Forte: *ortus. optati temporis ortus*, optatos dies explicuerim.

5. *Ter ſenis, unoque die*] Decem & novem diebus. Sunt autem hi dies Calendarum Ianuariarum, à quartodecimo ſcilicet die Decembris uſque ad ipſum primum Ianuarii. Sic enim *Calendarum* primus dies, menſis ejus primus eſt dies, ex quo menſe Calendæ appellantur: ac reliqui earum dies, in menſe priori. Ita in iis, ſicut & in *Nonis*, ac *Idibus* numerandi ordo inverſus: quum à majore numero ad minorem devenitur, ut, à decimo ad nonum, à quarto ad tertium. *Vinetus.*

6. *Hoc numero*] Decem & novem Februarius, & *September.* Vinet.

6. *Hoc numero*] Scribimus enim XIX Kalend. Februar. XIX Kal. Septemb. qui dies eſt XIV Ianuarii vel Auguſti. Sic Iulius, Majus, December, October, die uno tardius revocantur; notamus namque XVIII Kalend. Majas, Iulias, Octobreis, Decembreis. Iunius autem, Sextilis, Aprilis, & November uno item die ultra hoſce tardius redeunt, quoniam

XVII

Iulius, & Majus, poſituſque in fine December,
Octoberque [7] die revocatur tardius uno.
[8] Inde die redeunt minus uno quattuor ultra,
Quos numero adjiciam, Sextilis, Iunius atque
Aprilis, poſt quos pænultima meta November.
Ter quinis, unoque die Iunonie Mavors,
Vt redeas, referaſque exordia prima, cieris.
Hoc numero, ad plenum vertens reparabitur annus.

XVII Kal. Iunias, Auguſtas, Apriles, & Novembres exprimimus.

7. *Die tardius uno*] Sunt decem & octo, pro decem & novem. *Vinetus.*

8. *Revocatur*] ſcribe, *revocantur.* Gronovius.

8. *Inde dies redeunt*] Quocumque modo hic ſcripſit poëta, hoc voluit ſignificare, quattuor hos menſes Auguſtum, Iunium, Aprilem. Novembremque pænultimum anni menſium, dies Calendarum habere ſeptenos denos. *Vinet.*

8. *Inde dies redeunt*] Lege: *Inde die redeunt minus uno.* ſic præced. verſu: *Octoberque die revocatur tardius uno.*

In quo menſe quod Signum ſit ad curſum ſolis.

[1] PRincipium Iani ſancit tropicus Capricornus.
Menſe Numæ in medio [2] ſolidi ſtat ſidus Aquari.
Procedunt duplices in Martia tempora Piſces.
Reſpicis Apriles, Aries Phryxee, Kalendas.
Majus Agenorei miratur cornua Tauri.
Iunius æquatos cœlo videt ire [3] Laconas.
Solſtitio ardentis Cancri fert Iulius aſtrum.
Auguſtum menſem Leo fervidus igne perurit.
Sidere Virgo tuo Bacchum September opimat.
Æquat & October ſementis tempore Libram.
[4] Scorpion hybernus præceps jubet ire November.

Ter-

1. *Principium Iani*] Hæc non ita accipienda, quaſi primis ipſis menſium diebus in *ſigna* illa *Sol* intret, ſed Solem tunc in illis eſſe ſignis, quæ nominantur, in quæ ſit ingreſſus aliquot etiam ante diebus menſis prioris. Hoc autem dodecaſtichon memini inveniſſe ſine titulo inter carmina, & alia ſcripta Fortunati Epiſcopi Pictavienſis, & in libro Bedæ de temporum ratione. *Vinetus.*

2. *Solidi ſtat*] *Solidi dat*, & *Sol diſtat*, etiam legitur. *Vinet.*

3. *Laconas*] Geminos. Caſtorem & Pollucem *Lacedamonios.* Vin.

4 *Scorpius*] Et *Scorpios*, & *Scorpion*, hic legitur, & *November*, & *Novembrem.* Idem.

4. *Scorpion*

Terminat Arcitenens medio ſua ſigna Decembri.

4. *Scorpion hybernum*] Lege: *Scorpion hybernus praceps jubet ire November.* Supra enim: *ſidera pracipitat pelago.* ſive, *ſolemnia ſigna ſalo mergit November*, quod hic vocat, *pracepi jubet ire Scorpion.* & qui hic *hybernus*, illic, *intempeſtus* appellatur.

[1] Q. Ciceronis verſus eo pertinent, ut quod ſignum quo tempore illuſtre ſit, noverimus. quod ſuperius quoque noſtris verſibus expeditur.

Flumina verna cient [2] obſcuro lumine Piſces.
Curriculumque Aries æquat [3] noctiſque diique.
[4] Cornua quem comunt florum prænuncia Tauri.
Aridaque æſtatis Gemini primordia pandunt.
[5] Longaque jam minuit præclarus lumina Cancer.
[6] Languificuſque Leo proflat ferus ore calores.
[7] Poſt, modicum quatiens Virgo fugat orta vaporem.

Autu-

1. *Q. Ciceronis verſus*] In Lugdunenſi libro fuerunt hi verſus: nec alibi legere memini. Titulum autem habuerunt. QVINCTI CICERONIS HI VERSVS EO PERTINENT VT QVOD SIGNVM QVO TEMPORE ILLVSTRE SIT NOVERIMVS QVOD SVPERIVS QVOQVE NOSTRIS VERSIBVS EXPEDITVR. Hoc autem carminis majoris fragmentum, inter Edyllia Auſonii repertum, nec Auſonium ex Cicerone in medium ſuum librum tranſcripſiſſe autumo, nec tali titulo præſignaſſe. Eximium autem illum oratorem Marcum Tullium Ciceronem, cognoveramus ex ejus ipſius & aliorum veterum ſcriptis, multa conſcripſiſſe carmina, quæ interciderunt: de quibus quærit Lilius Gregorius in hiſtoriæ poëtarum Dialogis: ejus fratrem *Quinctum Ciceronem*, cujus exſtat liber ad fratrem Marcum de Petitione, non ante audivimus in poëtica quoque verſatum eſſe, quam hos ejus verſus inter Auſoniana ſcripta ſervatos Lugdunenſes nuper ediderunt. *Vinetus.*

2. *Obſcuro lumine*] Stellæ, quæ iſtos *Piſces* deformant, ſunt omnes parvæ, nulla earum primæ magnitudinis, nec ſecundæ. Hyginus, Ptolemæus, Alfonſus. *Vinet.*

3. *Noctiſque diique*] *Diei* erat hic in exemplari. *dii* rectius in verſu triceſimo primo Edyllii de Libra, & alibi. *Idem.*

4. *Cornua quem condunt*] Ita lege: Nam conditur *Aries* veniente *Tauro.* Scaliger.

5. *Longa lumina*] Dies longiſſimos. *Vinetus.*

6. *Languificus*] *Languores* & morbos apportans *Leo* menſe Iulio & Auguſto, ex calore immodico. Alibi hoc verbum legere non memini. *Vin.*

7. *Poſt modicum quatiens*] *Modicum* quid

Autumni reſerat portas, æquatque diurna
Tempora nocturnis diſpenſo ſidere Libra.
[8] Et fetos ramos dinudat [9] flamma Nepai. 10
Pigra [10] Sagittipotens jaculatur frigora terris.
Bruma gelu glacians [11] jubare ſpirat Capricorni.
Quam ſequitur nebulas rorans liquor altus Aquarî:
[12] Tenta ſupra, circaque vigent ubi flumina mundi.
[13] At dextra, lævaque ciet rota fulgida Solis 11
Mobile curriculum, & Lunæ ſimulacra feruntur.
Squama ſub æterno conſpectu torta Draconis
Eminet. [14] hunc inter fulgentem ſidera ſeptem

Magna

quid hic ſit non video. Poſt *modicum tempus* dici non poteſt, nec poſt *modicum vaporem*: ſed quicquid nominis hic fuit, ad *quatiens* activæ ſignificationis participium pertinebat. Quæ pro *modicum* convenire exiſtimarem, ſunt *modicum* & *ſpicum*: ut *poſt* ad *Leonem* referatur, quem ſequitur *Virgo*. Virginem namque illam cæleſtem, nonnulli Cererem frugum deam eſſe crediderunt. Et *modius*, genus eſt menſuræ, pars tertia quadrantalis ſive amphoræ, apud Voluſium Mæcianum: unde *medios tritici*, & *modios ſalis* Marcus Cicero dixit. Eadem *Virgo* in ſumma ſiniſtra manu ſtellam habet claram, quæ *στάχυς*, hoc eſt *ſpica*, cognominatur. Spicam autem veteres etiam *ſpicum* neutro genere dixiſſe, Nonius Marcellus ſcripſit. Marci Ciceronis verſus eſt ex Arato libro ſecundo de Natura Deorum:

Spicum illuſtre tenens ſplendenti corpore Virgo. Vinetus.

8. *Et fetos ramos*] Malim *effetos*, jam decerpti ſunt, vel deciderunt, vel, qui jam viribus carent ad alenda folia.

9. *Flamma Nepai*] Ipſa flammans & ſplendens ſuis ſtellis *Nepa*. Vinet.

10. *Sagittipotens*] Τοξότης, *Sagittarius*, *Arcitenens* Auſonio in Edyllio de Signis cæleſtibus. *Sagittipotens* quoque Marco Ciceroni in Arato. *Idem*

11. *Iubare ſpirat Capricorni*] Lego: *jubare ſpirans Capricorni.* Sunt autem ii verſus alieno loco poſiti, nam debent poni poſt carmen, cujus lemma: *In quo menſe quod ſignum ſit.* Eorundem verſuum lemma oſtendit, ab Auſonio ipſo eos verſus huc inſertos. *Scaliger.*

11. *Bruma gelu glacians jubar eſt ſpirans Capricorni*] Non ſatis video, quid ſibi velit hic verſus: quem nec mendo vacare puto. *Vinetus.*

12. *Tanta ſupra circaque vigent humi flumina mundi*] Sic ediderunt Lugdunenſes. Ceterum quod divinarunt *vigent humi*, hoc erat *vigent tumi* in ſuo exemplari: & ſequens verbum *flammina*, non *flumina*. Vinet.

13. *At dextra*] Zodiacus, qui &. ſignifer, cujus duodecim ſigna recenſuit Cicero, Circulus eſt obliquus in Mundo, Solis, Lunæ, & aliorum Planetarum via, ſic ab Æquinoctiali circulo ſectus in duo æqua, ut ejus dimidium ad Septentriones pertineat, dimidium alterum ad Auſtrum. Mundi autem *dexteram* partem Septentrionalem, *ſiniſtram*, Auſtralem plagam facit poëta Lucanus tertio Pharſaliæ. Sed quam rem non probat Ariſtoteles libro ſecundo de Cœlo. *Vin.*

14. *Hunc inter fulgentes æthera ſeptem*] Hæc, & quæ reliqua ſunt:

Magna

Magna quatit ſtellans : quam ſervans ſerus in alta
Conditur Oceani ripa cum luce Bootes.

Magnaquatitſtellanſquamſeruanſſeruſinalta
Conditeroceaniripaſcumlucebootis,
ſic indignis modis corrupta & manca habuit vetus illud exemplar. Vbi Guilielmus Canterus, quemadmodum ex Pulmanni annotatiuncula cognovimus, *athere* pro *athera* legeret: *ſtellas* pro *ſtellans*: *Conditur* pro *Conditor*: *ripa* pro *ripas*: & *Bootes* pro *Bootis*. VRSARVM altera major eſt, altera minor. Major, ſeu, ut hic appellatur *Magna*, eadem ἄμαξα quoque dicitur Homero & Arato, id eſt *Plauſtrum*, ex ſtellis ſeptem conſtans. Id ergo ſidus, cui *Vrſa* nomen eſt, quod aliud ſidus juxta eam ſedet, ab hoc ipſam ſervari cuſtodirique dixerunt: & ἀρκτοφύλακα nuncupaverunt. Vrſam namque ſignficat ἄρκτος, & φυλάττω cuſtodio. Quod nomen invenies, in Auſonii carmine de Signis cælestibus. Qui vero Plauſtrum pro Vrſa, ii & cuſtodis illius nomen mutant: ac Βοώτην, hoc eſt Bubulcum appellant. *Vinet.*

A Solſtitio in æquinoctium ratio.

[1] SOl profectus [2] à teporo veris æquinoctio,
Poſt ſemidiem poſtque totos nonaginta & quattuor,
Fervidis flagrans habenis [3] pulſum æſtivum conficit.
Inde Autumnus noctis horas librans æquo lumine,
[4] Octo & octoginta goeris, & ſuper trihorio.
* * * *
[5] Inde floridum reflexis ver reviſit oreis
[6] Additis ad hos priores goeros geminis orbibus.

De

1. *Sol profectus*] Carmen eſt trochaicum tetrametrum catalecticum, mendoſum, ſicut & cetera, mutilumque. *Vinetus.*

2. *A tepoſo*] *A teporo* legendum, ut fiat à tepore *teporus*, ſicut *honorus* ab honore, *canorus* à canore, *odorus* ab odore. *Vinet.*

3. *Pulſum æſtivum conficit*] Quid eſt *pulſum conficere*? Lege: *curſum æſtivum*. Grævius. ſed ita ſupra.

4. *Octo & octoginta goeris*] *Goerus* eſt *gyrus*, librariorum ejus ſæculi ſcripturâ. Non alia ratione in Ternario *cubus* legitur pro *cubus*. *Gyros* vocat dies naturales, quia *gyro* converſionis univerſi intra XXIV horas fiant. *Scaliger.* Sic apud Nonium in *Circus* optimi libri habent teſte Mercero: *Circus dicitur omnis ambitus, vel gurus.*

5. *Inde floridum*] Mirum, ni quid hic deeſt de Hieme & Bruma: à qua Bruma in vernum Æquinoctium dies nonaginta numerantur in Edyllio quartodecimo. Pro *reflexit* autem, *reflexu* legit Canterus, ſicut annotavit Pulmannus. *Oreas* vero ſcribit Feſtus, frænos eſſe dictos, quod ori inſerantur. *Vinetus.*

6. *Additis ad hos priores gœros*] Ad octoginta octo illos gyros, orbes, diès in verſu quincto memoratos, geminis orbibus, hoc eſt duobus diebus additis, fient nonaginta dies, quos modo diximus. *Vinet.*

1. *Ap*

De Feriis Romanis.

NVnc & [1] Apollineos Tiberina per oſtia ludos,
[2] Et Megaleſiacæ matris operta loquar.
[3] Vulcanique dies autumni exordia primi,
[4] Quinquatruſque Deæ Pallados expediam:
[5] Et medias Idus, Maji, Auguſtique recurſu,
Quas ſibi Mercurius, quaſque Diana dicat.
[6] Matronæ quæ ſacra colant pro laude virorum,
Mavortis primi quum rediere dies.
[7] Feſta Caprotinis memorabo celebria nonis.
Quum ſtola matronis demta teget famulas.
Quattuor illa etiam diſcretis partibus anni
Solſtitia, & luces nocte, dieque pares.
[8] Nec Regifugium pulſis ex urbe tyrannis,
Lætum Romanis fas reticere diem.

[9] Viſne

1. *Apollineos*] *Apollinares* ludos, qui die incerta primum, deinde ad tertium nonas Quinctiles facti ſunt, ut ſcribit Titus Livius libro viceſimo ſeptimo. *Vinetus.*

2.. *Et Megaleſiaca matris*] Magnæ matris, & Matris deûm *Cybeles*, Rheæ, Opis, apud Macrobium & alios. Quæ operta, arcanaque ſacra fiebant nonis Aprilibus, auctore Ovidio libro quarto Faſtorum. *Megaleſia* autem unde ſint dicta, tradit Varro quincto de ling. Latina. *Vinet.*

3. *Vulcanique dies*] *Vulcanalia*, & *Volcanalia*, dei ignis *Vulcani* feſta, apud Varronem, menſe Auguſto celebrari ſolita, auctore Columella libro undecimo. *Vin.*

4. *Quinquatruſque*] De hoc nos vocabulo plura in Cenſorinum ex Varrone, Cicerone, Ovidio, Gellio, Cariſio, & aliis. Deæ *Minervæ* feſta erant in anno bina, menſe Martio priora potioraque, altera Iunio, Majores *Quinquatrus* dictæ, & Minores. *Idem.*

5. *Et medias Idus*] Quæ circa medios ſunt menſes. Ovidius quincto Faſtorum de Majo, ſic *Mercurium* alloquitur:

Templa tibi poſuere patres ſpectantia Circum
Idibus: ex illo eſt hæc tibi ſacra dies.

De *Dianæ* ſacris Auguſti idibus, aliud legere non memini *Id.*

6. *Matronæ quæ ſacra*] *Matronalia* in Romulo Plutarchi, quæ Calendis Martiis fieri ſolita ſcribit Ovidius tertio Faſtorum. *Idem.*

7. *Feſta Caprotinis*] Nonis menſis Iulii dies feſtus fuit ancillarum: nonæque illæ *Caprotinæ* ſunt dictæ: quo die liberæ pariter & ancillæ ſacrificabant Iunoni *Caprotinæ* ſub arbore *caprifico*. Varro de lingua Latina quincto, Macrobius Saturnaliorum primo. *Id.*

8. *Nec Regifugium*] Ovidius ſecundo Faſtorum de Februario:

Nunc mihi dicenda eſt regis fuga. Traxit ab illa

N n Sextus

[9] Viſne Opis ante ſacrum, vel Saturnalia dicam,
[10] Feſtaque ſervorum, quum famulantur heri?
[11] Et nunquam certis redeuntia feſta diebus,
Compita per vicos quum ſua quiſque colit?
Aut duplicem cultum, quem Neptunalia dicunt,
Et quem de Conſo conſiliiſque vocant?
[12] Feſta hæc, navigiis, aut quæ celebrata quadrigis,
[13] Iungunt Romanos finitimoſque duces?
Adjiciam cultus, peregrinaque ſacra deorum,
[14] Natalem Herculeum, [15] vel ratis Iſiacæ:
[16] Nec

Sextus ab extremo nomina menſe dies.
Vltima Tarquinius Romanæ gentis habebat
Regna, vir injuſtus, &c. Vinetus.

9. *Viſne opis*] Vetus liber habebat: *Vis Ope ſanctè ſacrum* -- Suſpicor: *Vis Opu ante ſacrum.* Scaliger.

9. *Vis & Opale ſacrum*] Erat in exemplari: *Viſneopeſanteſacrum.* Reſtituendum arbitror, *Viſne Opu ante ſacrum*, hoc ſenſu. *Viſne*, ut vel *Saturnalia*, vel *Conſualia* dicam, & celebrem ante *Opalia?* Fuerunt OPALIA, *Opis* deæ, uxoris Saturni, in Gripo & Technopægnio memoratæ, feſta: quæ *Opalia* & Saturnalia conjugis & mariti feſta eodem die quarto decimo Calendarum Ianuarii, id eſt nonodecimo die Decembris, initio Romæ agitabantur, atque eo ſolo die utraque: ſed plures tandem Saturnaliorum dies, ad ſeptenarium uſque numerum: quum Opalibus unicus, ille quem communem Opis cum viro habuerat, remanſerit ſemper inter Saturnalia. Macrobius libro I Saturnalium. *Vinetus.*

10. *Feſtaque ſervorum*] Saturnalibus domini ſuis ſervis, Nonis Caprotinis matronæ ancillis famulabantur. *Vinet.*

11. *Et nunquam certis*] *Compitalia*, quæ in *compitis* peragebantur, ut ſcribit Feſtus, inter ferias recenſet Macrobius *Conceptivas*, hoc eſt, quæ quotannis vel à magiſtratibus, vel à ſacerdotibus concipiebantur in dies certos, vel etiam incertos. *Vin.*

11. *Et numquam certis*] formulam, qua feſta illa *Compitaliorum* à prætore concipi ſolita fuere, reperies apud A. Gellium l. x, c. XXIV. ipſam vero illorum inſtitutionem apud Dionyſium Halic. l. IV. De *Conſualibus* & *Neptunalibus* conſule D. Cyprianum, Hieronymum, Tertullianum, alioſque. Sacra autem Neptuno facta ſunt Nonis Iulii, & XII Kal. Septembr.

12. *Feſta hæc navigiis*] In iſtis ludis varia edebantur ſpectacula. inter quæ ſunt *prælia navalia*, & *curulia* certamina apud Suetonium, & alios. Certamen Curule deſcribit Sidonius Apollinaris in Narbone. Sed de Circenſibus lege Caſſiodori ad Fauſtum epiſtolam libro tertio Variarum. *Id.*

13. *Iungunt Romanos*] *Conſualibus* ſuis Romulus virgines, quæ Romam ex vicinis civitatibus ad ſpectaculum venerant, rapuit. Hinc bellum ortum. Cujus duces fœdere tandem percuſſo, non pacem modo, ſed civitatem unam ex multis Romam fecerunt. Livius, Dionyſius Halicarnaſſenſis, Lucius Seneca, & alii. *Id.*

14. *Natalem Herculeum*] *Hercules* Græcanicum numen, quo die *natus* ſit, ſicubi legi, non memini: ſed illi ædes

[16] Nec non laſcivi Floralia læta theatri,
Quæ ſpectare volunt, qui voluiſſe negant.
[17] Nunc etiam veteres celebrantur Equiria ludi.
Prima hæc Romanus nomina Circus habet.
[18] Et Dionyſiacos Latio cognomine ludos
Roma colit, Liber quæ ſibi vota dicat.
Ædiles plebeji etiam, ædileſque curules
[19] Sacra Sigillorum nomine dicta colunt.
Et gladiatores funebria prœlia notum
Decertaſſe foro: nunc ſibi harena ſuos
Vendicat: extremo qui jam ſub fine Decembris
Falcigerum placant ſanguine Cœligenam.

' De

ædes Romæ, aras, ſacra fuiſſe, Varro, Virgilius, Ovidius, Solinus, Plutarchus, Macrobius, & alii ſunt auctores. *Vinetus.*

15. *Vel ratis Iſiaca*] Ita *ratis*, non *bovis*. Apulejus lib. 11 Metamorphoſeos, quod ea dea cymbium ſiniſtra teneret. Genus vaſis eſt κύμβιον, ut apud Virgilium tertio Æneidos:

Inferimus trepido ſpumantia cymbia lacte. & quincto:

Cymbiaque argento perfecta, ac aſpera ſignis.

In quæ loca ſcribit antiquus commentator, *Cymbia*, eſſe pocula in modum cymbæ navis facta. idemque, ut putatur, Servius in extremum lib. 8 Æneidos, cymbium ſitulam interpretatur. Ceterum, quicquid ſit id nominis à *cymba* deminuti, quæ de Iſide ad hunc locum ſpectantia legere meminimus in extremis Iulii Hygini fabulis, adſcribam: *Veliſicia primum invenit Iſis. Nam dum quærit Harpocratem filium ſuum, rate veliſicavit.* Vinet.

16. *Nec non laſcivi*] Quæ fuerit *Flora*, unde cognominata *Floralia*, & quam obſcœni iſti ludi, quos Cato ſpectare noluit, ut ſcribit Valerius in ultimo cap. lib 2; diſce ex Arnobio, Lactantio Firmiano, & Auguſtino. Agitabantur autem Floralia menſe Aprili & Majo, Ovidius quincto Faſtorum:

Incipis Aprili. tranſis in tempora Maji.
Alter te fugiens, quum venit alter habet. Vin.

17. *Nunc etiam veteres*] Varro: *Equiria ab equorum curſu. Eo enim die currunt equi in campo Martio.* Feſtus vero: *Equiria ludi, quos Romulus Marti inſtituit per equorum curſum: qui in campo Martio exercebantur.* Idemque Feſtus: *Martialis campus in Cælio monte dicitur, quod in eo Equiria ſolebant fieri, ſiquando aqua Tyberis campum Martium occupaſſent.* Sunt autem *Equiria* bina apud Ovidium ſecundo & tertio Faſtorum. quorum priora celebrat 27 die Februarii: altera quartodecimo Martii. *Idem.*

18. *Et Dionyſiacos*] Hujus *Liberi* feſta, quæ Græcis *Dionyſia*, vel Feſto auctore, *Liberalia* ſunt Latinis appellata, ut Varro etiam meminit quincto de lingua Latina. Fiebantque Romæ menſe Martio, ut canit Ovidius tertio Faſtorum. *Id.*

19. *Sacra*] Menſe Decembri, tertio poſt Saturnalia die celebrantur, auctore Marco Varrone, quincto de Lingua Latina. Sed de *Sigillaribus* plura Macrobius. *Id.*

[1] De luſtralibus agonibus.

[2] QVattuor antiquos celebravit Achaïa ludos,
Cœlicolûm duo ſunt, [3] & duo feſta hominum.
Sacra Iovis, Phœbique, Palæmonis, Archemorique:
[4] Serta quibus pinus, [5] malus, oliva, apium.

De

1. *De luſtralibus agonib.*] Luſtrales agones vertit πενταετηρικούς. Scaliger.

2. *Quattuor antiquos*] Hoc tetraſtichon heroïcum, ex elegiaco videtur converſum: quod Archiæ inſcribitur, in *principio* anthologiæ:

Τέσσαρές εἰσιν ἀγῶνες ἀν' Ἑλλάδα, τέσσαρες ἱροὶ,
Οἱ δύο μὲν θνητῶν, οἱ δύο δ' Ἀθανάτων,
Ζηνὸς, Λητοΐδαο, Παλαίμονος, Ἀρχεμόροιο.
Ἆθλα δὲ τῶν, κότινος, μῆλα, σέλινα, πίτυς.

De his autem agonibus, certaminibus, ludis, feſtis, Achaiæ & Græciæ, plura tibi tradent, Hyginus, Strabo, Plutarchus, Pollux, Pauſanias, Phlegon, Cenſorinus, veteres Pindari, Virgilii, Horatii interpretes, Rhodiginus, & alii. *Vinetus.*

3. *Et duo feſta hominum*] Elegantius videtur, *ſunt duo feſta hominum.* τὸ *ſunt* repetitum, ſemel, ut fit, à librariis neglectum fuerat. hinc fulciendo verſui inſerta copula. pari ferme modo Seneca depravatus in epiſtol. 91: *Quis hoc credat, ubique armis quieſcentibus, cum toto orbe terrarum diffuſa ſecuritas ſit, Lugdunum, quod oſtendebatur in Gallia, quæri?* Lege: *quod oſtend. in Gallia, in Gallia quæri.* liquet ex Cicerone l. III in Verrem, c. XVIII: *Sic erat deformis atque horridus, ut in uberrima Siciliæ parte Siciliam quæreremus.* Par mendum in Priapejis animadverti. Carmen ita ſe habet:

Hic (vel *Ecq.*) *quando Teletuſa circulatrix,*
Quæ clunem tunica tegente nulla
Extis aptius altiuſque motat,
Criſſabit tibi fluctuante lumbo?

Fuit in V. C. *Extis ſaltius altiuſque motat.* quare ne dubitavi quidem, quin reſcriberem: *Extis altius altiuſque motat*; repetitione tam lepida, ut venuſtatem conferat carmini. Rem ipſam eadem Priapeja aliter explicant, ubi nempe *Quintia vibratas docta movere nates* dicitur, quæ artem iſthanc juvandi virilem libidinem præter cæteras noverat. Caſtigat vero, ſimul & illuſtrat haſce meretricum nequitias Arnobius, & confirmat quoque emendationem noſtram lib. II adv. gentes. *Idcirco animas miſit*, ait, *ut res ſancti atque auguſtiſſimi nominis ſymphonicas agerent & fiſtulatorias hic artes, ut inflandis bucculas diſtenderent tibiis, cantionibus ut præirent obſcænis numeroſiter, & ſcabillorum concrepationibus ſonoris, quibus animarum alia laſciviens multitudo incompoſitos corporum diſſolveretur in motus, ſaltitaret, & cantaret, orbes ſaltatorios verteret, & ad ultimum clunibus & coxendicibus ſublevatis lumborum criſpitudine fluctuaret?*

4. *Serta*] *Corona*, victoriæ præmia. Quatuor ergo dicebantur iſta ſacra Græcarum gentium certamina, *Olympia, Pythia, Nemea, Iſthmia.* Fiebantque Olympia in dei Iovis, Pythia in dei Phœbi Apollinis: Nemea in Archemori hominis, Iſthmia in Melicertæ hominis, honorem. Olympia æſtate, Olympiæ in Arcadia, parte Peloponneſi: Pythia in Pythone urbe Delphorum, ad montem Parnaſſum: Nemea hieme, in Nemea Peloponneſi regione, quæ in Gratiarum actione memoratur, inter Argos & Corinthum, ubi & leo-

leonem Hercules interfecit: Iſthmia in Iſthmo juxta Corinthum. Coronabantur victores in Olympiis Oleaſtro: in Pythiis lauro Delphica cognominata, maximis baccis, atque è viridi rubentibus, ut ſcribit Plinius in extremo libro quinctodecimo: in Nemeis apio herba: in Iſthmiis pinu arbore, & aliquando eodem apio: ut ſcribit Plutarchus in capite tertio quincti Sympoſiacôn. *Vinetus.*

5. *Malus oliva*] Μῆλον, omnem arborem omniſque arboris fructum dici ſcribit Heſychius. *Malum* ex eo Græco dixerunt Latini: ſed hoc non tam genus apud eos, quam ſpecies, ut *μῆλον pomus* ſit & *pomum* potius, quam *malus* & *malum*. Μῆλα ergo quæ dixerat Archias, malus hic verſa eſt: ceterum quæ *μῆλα* ille intellexit, & quam malum interpres? & ſi laurus fuit, interpres laurum non dixit, quum poſſet commode. Sed vereor, ut ne Lucianus in dialogo de Gymnaſiis, iſta Pythiorum *μῆλα* fructum potius quam arborem acceperit, cujuſcunque arboris mala fuerint. *Vinet.* vide Palmerium ad Lucianum p. 549.

De locis agonum.

PRima Iovi magno celebrantur Olympia Piſæ.
Parnaſſus [1] Clario ſacravit Pythia Phœbo.
[2] Iſthmia [3] Portuno [4] bimaris dicat acta Corinthi.
Archemori Nemeæa colunt [5] funebria Thebæ.

1. *Clario Phœbo*] *Claros* mons, & urbs in Aſia, ubi *Apollinius* fuit oraculum, ut Delphis. Virgilius, Strabo, Mela, & alii. *Vinetus.*

2. *Iſthmia Portuno bimaris dicat acta Corinthi*] Sic lege. *Scaliger.*

3. *Portunus*] *Portunnus*, ac *Portumnus*, eſt Palæmon, qui quum in vivis *Melicerta* diceretur, poſt mortem à Neptuno deus factus, ac Παλαίμων, & *Portunus* eſt nominatus. Ovidius quarto Metamorphoſeon, Hyginus, Servius, Apollodorus. *Vin.*

4. *Bimaris dicata Corinthos*] Ita *bimarem* appellavit *Corinthum* Horatius in ſeptimo primi libri. Quod autem huic metro vitium accidit, id utro modo correctum velis, videris. *dicata Corinthos* (ut in vet. codice) an, *dicata alta Corinthos* an, *dicat Acrocorinthos*. Eſt autem *dicare*, dedicare, conſecrare, facere in honorem & edere. *Idem.* Cicero in Epiſt. ad Trebat. *quæ Corinthum arcem altam habebant.*

5. *Funebria Thebæ*] *Ophelta* infanti, Lycurgi *Nemeæ* regis filio à ſerpente occiſo, Adraſtus, Amphiaraus, & alii Græci principes quum Thebas Bœotiæ urbem oppugnatum irent, ludos funebres inſtituerunt, quæ dicta ſunt *Nemea*, *Archemorumque* tranſnominarunt. Apollodorus & Hyginus. *Id.*

De auctoribus agonum.

[1] PRimus Olympiacæ ſacravit feſta coronæ
Iuppiter Argivi [2] ſtadia ad longiſſima Circi.
[3] Proxi-

1. *Primus Olympiacæ*] Vide Pauſaniam in Eleis. *Vin.*

2. *Stadia ad longiſſima Circi*] Qui Romæ *Circi*, in Græcia *ſtadii*, & *ſtadia* dice-

[3] Proximus Alcides Nemeæ ſacravit honorem.
Hæc quoque temporibus [4] quinquennia ſacra notandis.
[5] Iſthmia Neptuno data ſunt, & Pythia Phœbo,
Ancipiti cultu divorum hominumque ſepultis.

dicebantur: quæ quum eſſent, pedes ſexcentenos longa omnia, omnium erat longiſſimum *Olympicum*: quod pedibus ſuis metatus eſſet Hercules, omnium mortalium per ea tempora corpore maxime excelſus. Vide Gellii cap. 1. l. 1. noct. Att. *Vinetus.*

2. *Argivis ſtadia ad longiſſima Circi*] Lege, cum primo Voſſiano: *Argivi ſtadia.* Eadem litera auctior, quam par eſt, cenſeri poſſit Terentius. Act. v, ſcen. 1, in Adelphis Syrus rogat: *Quamobrem? quid feci?* Reſpondet Demea, Rogas?

In ipſa turba atque in peccato maximo,
Quod vix ſedatum ſatis eſt, potaſtis ſcelus,
Quaſi re bene geſta.

Oratorie dictum putat Donatus, *potaſtis ſcelus.* quum unum ebrium cernat propter illud quod ait, *Exemplum diſciplinæ.* quaſi in omnibus ſit, quod in uno nunc aſpicitur. Poſſet tamen Comicus ſimpliciter ſcripſiſſe: *potaſti ſcelus.* mirum namque quam proni in hos errores fuerint librarii. unde & in Virgilio l. 11 Aen. v. 59, dubia lectio, *Qui ſe ignotum venientibus ultro*, &c. *Obtulerat.* ubi Servius alios *Quis ſe* legiſſe monet, quibus aſſentior.

3. *Proximus Alcides*] Vide Pauſaniam, & vetuſtos Pindari interpretes. *Vinetus.*

4. *Quinquennia ſacra*] Olympia ſemper fuiſſe *quinquennalia* puto. Iſthmia Plinio libro quarto Naturalis Hiſtoriæ de Achaia, quinquennalia quoque ſunt, ſed ea puto triennalia Pindaro, ode ſexta Nemeorum, & Statio in extremo quarto Thebaidos. Pythia novennalia primum, deinde etiam quinquennalia; verum Nemea triennalia faciunt vetuſta etiam in Pindarum ſcholia. Dicta autem quinquennalia, quæ tribus intermiſſis annis, quincto quoque inſtaurarentur: & ſic Olympia Græcis dicta quaternum, quomodo Latinis luſtrum quinum annorum tempus; ut in Cenſorinum docuimus.

5. *Iſthmia Neptuno*] Alii Siſyphum, alii Theſeum *Neptuni* filium, alii alios *Iſthmia* inſtituiſſe ferunt, Phœbus autem Apollo:

Inſtituit ſacros celebri certamine ludos
Pythia perdomita ſerpentis nomine dictos.

apud Ovidium primo Metamorphoſeon: ſed alii ab aliis inſtitutos volunt in honorem Apollinis. *Vinet.*

Quod iidem, qui ſacri agones ſunt, & funebres ludi habeantur.

[1] TAntalidæ Pelopi mœſtum dicat Elis honorem.
Archemori Nemeæa colunt quinquennia Thebæ.

Iſthmia

1. *Tantalidæ Pelopi mœſtum dicat Elis honorem*] Ita legend. *Scaliger.*

1. *Tantalidæ*] Hyginus, Solinus, & alii ſcribunt, certamen *Olympicum* ab Hercule in honorem atavi materni *Pelopis*, filii *Tantali*, fuiſſe editum. *Vinetus.*

1. *Acceſſit*

Iſthmia defuncto celebrata Palæmone, notum.
Pythia placando Delphi ſtatuere Draconi.

AVSONII BVRDIGALENSIS Epiſtolarum liber.

AVSONIVS AD PATREM De ſuſcepto filio. Epiſt. 1.

CREDIDERAM nil poſſe meis affectibus addi,
Quo, venerande pater, diligerere magis.
[1] Acceſſit (grates ſuperis, medioque nepoti,
Bina dedit noſtris qui juga nominibus.
Ipſe nepos te fecit avum. mihi filius idem.
Et tibi ego. hoc nato nos ſumus ambo patres.
Nec jam ſola mihi pietas mea ſuadet amorem:
Nomine te gemini jam genitoris amo.)
Acceſſit titulus, tua quo reverentia creſcat:
Quo doceam natum, quid ſit amare patrem.
Quippe tibi æquatus videor,[2] quod parvulus iſto
[3] Nomine honoratum me quoque nobilitat;

Atque

1. *Acceſſit gratis ſuper his*] Lego: *Acceſſit (grates ſuperis, medioque nepoti, &c.*
Nomine te gemini jam genit. amo.)
Acceſſit titulus, tua quo reverentia creſcat. nam illud poſterius *Acceſſit* nihil aliud eſt, quam repetitio παρενθετικῶς orationis interruptæ. Acceſſit (diis ſit gratia, & nepoti, qui ſecundum deos hujus rei auctor eſt) acceſſit, inquam, titulus. De repetitionibus hujuſmodi ad Senecam de Ira, 1, 3; & Livium 11, 12, diximus ſatis multa. pro *gemini* poſſet & legi *gemino*, nempe & quod tibi ego, & quod mihi dat nepos tuus. ſed & alterum ſatis intelligitur. *Gronovius.*

2. *Quia parvulus iſto*] *Iſto* fortaſſe legendum hoc ſenſu. Parvulus meus filius iſto patris nomine honorat etiam me: ut jam non ſoli tibi id competat. *Vinetus.*

2. *Quod parvulus iſto*] Ita pro *iſte* repoſui. *iſto nomine*, nempe patris.

3. *Nomine honoratum*] Mallem, *nomine honorato*, patris nempe. nullum

Atque ætas quia noſtra eadem. nam ſupparis ævi
Sum tibi ego, [4] & poſſum fratris habere vicem.

Nec

certe nomen magis in honore eſt.

5. *Fratris habere vicem*] In veteri illo nunquam ſatis laudato exemplari fuit: *--- nam ſupparis ævi*
Sum tibi ego, & poſſum fratris abare vicem.

Corrector mutavit -- *fratris habere vice.* At ego puto verum eſſe, *Abare*, & eſſe ὑποκοριστικόν, quo frater aut ſoror, fratrem aut ſororem compellat. Suidas: Ἄπφα, ἀδελφῆς, ἢ ἀδελφοῦ ὑποκόρισμα. Ἄπφα igitur fratris appellatio, ut τέττα minoris ad majorem. Sic latine *Aba* quo frater fratrem: *Mamma*, quo junior anum appellat: *Tata*, quo junior ſenem. Martialis:

Mammas, atque Tatas habet Afra. ſed ipſa Tatarum
Dici, & Mammarum maxima Mamma poteſt.

Tata plane Græcum eſt; τέττα. τέττα γέρον Homero. Et in inſcriptione veteri; M. ELPIDIVS PAMPHILVS PLATONI TATÆ SVO BENEMERENTI FECIT. Item: TI. CLAVDIO EPAPHRODITO TATÆ BENEMÆ. Item: FLAVIA TROPHIME CVMMVDIO EVAFETI PATRONO, ET FLAVIO ONESIPHORO TATÆ SVO BENEMERENTIBVS FECIT. In Epigr. In anum Anthol. 2.

Βάπτε δὲ τὰς λευκάς, καὶ λέγε πᾶσι τατᾶ.

Vt ergo à *Lallo* puerile verbum *Lallare*, à *Pappa*, *Pappare*: ſic ab *Aba*, *Abare*, quod Iſocrates dixit ἀδελφίζειν. Pollux: τὸ δὲ ἀδελφόν τινα καλεῖν, ἀδελφίζειν Ἰσοκράτης εἴρηκεν. Locus, quem intelligit Pollux, eſt ἐν τῷ Αἰγινητικῷ. εἶπε, inquit, ἀδελφίζειν αὐτὸν νῦν ἐπιχειροῦσιν. Alioquin Abba quoque eſt τέττα. in Gloſſario, *Abba*, πάττα. lege *Abba*, τέττα. ἄππα πάτερ, Callimachus. *Vicem fratris* dictum ἀρχαϊκῶς, ut apud Plautum:

Si tu vis excruciari meam vicem.

Scaliger.

4. *Et poſſum fratris habere vice*] *Vicem* pro iſto *vice* vetus codex. Poſſum haberi tibi pro fratre, & frater tuus videri, ô pater. In eodem tamen exemplari erat *abare* pro *habere*, ſiquid hoc forte aliud quam *habere* eſſe debeat. *Vinetus.*

4. *Et poſſum fratris habere vicem*] Non probo illud Scaligeri *Abare*. *Vicem*, uti in MS. pro *vice*, in contextum retuli. A. Gellius lib. x, c. xxv: *Iiſque vicem aliarum ineptiarum vacantem ſtupentemque animum occupare.* Apulejus lib. VIII extremo: *Femurque ejus detractum appone domino cervini vicem.* quod & Dictyi reſtituendum. Lib. III, pag. 73: *Hinc jaculis haſtarum vicem fabricatis*, vel *fabrefactis*, uti eſt in MS. in quo male *ad vicem*. poſſe tamen *in vicem* legi, tanquam ſi præpoſitio à præcedente lit. *m* foret abſorpta, non diffiteor. Sicut quondam Plinio accidiſſe cogitabam lib. VII, cap. II: *Priores*, inquit, *Anthropophagos, quos ad ſeptentrionem eſſe diximus, decem dierum itinere ſupra Boryſthenem amnem, oſſibus humanorum capitum bibere.* ubi *in oſſibus bibere* legebam, non ſecus ac apud Senecam: *Venenum in auro bibitur*; nec non Treb. Pollionem in Galieno, & ipſiſſimis verbis apud Florum lib. III, cap. IV: *Litare diis ſanguine humano: bibere in oſſibus capitum.* Item apud Rufum Feſtum in breviario, & Ammianum lib. XXVII De Scordiſcis: *Hoſtiis captivorum Bellonæ litantes & Marti, humanum ſanguinem in oſſibus capitum humanorum bibentes avidius.* Porro, non videtur ſignificatio τοῦ *abare*, ut & Voſſius cenſet l. I, c. VII de vit. ſerm. ſatis huic loco convenire. neque *abare*, ſed *abbare* diceretur ab ἀββᾶς: quod quoque Syris habet ב dageſſatum. Atque

Nec tantum noſtris ſpatium interponitur annis,
Quanta ſolent alios tempora dividere.
Vidi ego natales fratrum diſtare tot annis,
Quot noſtros. [5] ævum nomina non onerant.
[6] Pulchra juventa tibi ſenium ſic jungit, ut ævum,
Quod prius eſt, maneat: quod modo, ut incipiat.
Et placuiſſe reor geminis ætatibus, ut ſe
Non feſtinato tempore [7] utraque daret.
Leniter hæc flueret, hæc non properata veniret,
Maturam frugem flore manente ferens.
Annos me neſcire tuos, pater optime, teſtor:
[8] Totque putare tuos, quot reor eſſe meos.
[9] Neſciat hoc natus, numeret properantior hæres,
Teſtamenta magis, quam pia vota fovens:
Exemploque docens pravo juveneſcere natos,
Vt nolint patres ſe quoque habere ſenes.
Verum ego [10] primævo genitus genitore, fatebor
Supparis hæc ævi tempora grata mihi.

[11] De-

que itidem gemina eſt conſona in ἄπαπα apud Callimachum. Scaliger maluit exponere ἀδελφίζειν: atque eſſe ab ἀπφὰ, quod fratrum ſororumque eſſe ὑποκόρισμα tradidit Suidas. ſed ſic quoque porrecta eſſet prima. Vel cum Scaligero dicendum, Latinos ex ἀπφὰ conſonarum alteram extriviſſe: nempe quomodo Syracuſis pater, eodem Suida teſte, & πάππας & πάππας vocabatur.

5. *Ævum nomina non onerant*] *Nomen patris* non facit, ut patris *ætas* ſit multo gravior, deteriorque, quam *filii*. Vinetus.

6. *Pulchra juventa ſibi*] Ita illuſtris Heinſius legit pro *tibi* in notis ad Claudianum: & mox *utramque daret*. quam non feliciter vero *utramque* reponat, diſce ex Scaligero ad Car. XCII.

7. *Vtraque*] Hujus vocis ſecundam ſyllabam ita produxit Auſonius in Epigramm. *Vinetus.*

8. *Totque putare tuos*] Ita habuit exemplar, hoc priore loco *tuos*, in fine verſus *meos*. Vinet.

9. *Neſciat hoc natus*] Non placet interpretatio Vineti, quaſi *nati* nomine filium ſuum denotet Auſonius. Scribo: *hos*. nempe annos patris quivis pius filius. *Properantior*, nempe, quam filium eſſe decet. Sequens etiam diſtichon mihi valde ſuſpectum: *Exemploque docens*, &c. Loquitur de *herede* illo non ſuo, ſed longinquiore, & ideo minus pio. Itaque malim, *juvenes ſibi natos*. Nempe ſuos ipſius filios. Deinde, *patrem ſenem*. hunc ipſum hæredem properantiorem. in quem ait recidere ſuum exemplum, & ei eventurum à filiis poſtea, quod ille præſtitit ei, cui tamquam filius ſucceſſit. *Gronovius*

10. *Primævo*] Prima & juvenili ætate. *Vinetus.*

 11. *De-*

[11] Debeo, quod natus. ſuadet pia cura nepotis,
Addendum patri, quo veneremur avum.
Tu quoque, mi genitor, geminata vocabula gaude,
Nati primævi nomine factus avus.
[12] Exiguum, quod avus. faveant pia numina divûm,
Deque nepote ſuo fiat avus proavus.
Largius & poterunt producere fata ſenectam:
Sed rata vota reor, quæ moderata magis.

11. *Debeo*] Duobus nominibus tibi *debeo*: quod pater meus ſis, & quod filii mei avus. *Vinet.*

11. *Debeo quod natus. ſuadet*] Tolle πλείαν ὑποστιγμὴν poſt *natus*. Sic enim cohæret oratio: quod ego patri debeo tamquam filius, id mihi addere patri ſuadet nepos. *Addere* eſt augere. Sic *addere gradum*. Notavimus ad Livium. Alioqui etiam ſcribi poſſet, *Augendum patri*. Gronovius.

12. *Exiguum, quod avus*] Parum eſt, quod ſis *avus*: Faxint dii, ut de nepote tuo, filio meo naſcatur, qui avum faciat proavum: & ad eam uſque ætatem vivas. *Vinetus.*

[1] Pater ad filium; quum temporibus tyrannicis ipſe Treveris remanſiſſet, & filius à patre profectus eſſet. Hoc incoatum neque impletum ſic [2] de liturariis ſcriptum. Epiſt. 11.

DEbeo & hanc noſtris, fili dulciſſime, curis
Hiſtoriam: quamquam titulo non digna ſereno
Anxia

1. *Pater ad filium*] Hæc verba præferunt antiquitatem ejus, qui digeſſit poëmata Auſoniana: qui ea, ita ut invenerat, exſcripſit. Sed legendum, *à patre profectus eſſet*, non, *ad patrem*. Et *liturariis*, non, *literariis*. *Liturarii* ſunt codicilli, in quibus prima concepta ſcriptionis noſtræ perſcribimus, & quæ diſplicent, inducimus, ut poſtea chartæ puræ commendentur. Olim vero hoc fiebat in palimpſeſtis tabellis. Auſonius præfatione in Centonem: *Hoc die uno, & addita lucubratione properatum modo inter liturarios cum reperiſſem*, &c. Ergo hoc lemmate ſignificatur hoc poëmatium imperfectum fuiſſe. *Scaliger.*

1. *Pater ad filium*] Hoc carmen, ſive epiſtola ſit, ſive quid aliud, quod inter epiſtolas Auſonii edidimus, id auctoris nomen nuſquam habuit. Stilus tamen, & quod inter Auſoniana repertum ſit, hæc duo vel ſola vendicare Auſonio Burdigalenſi poſſe videntur. Ejus autem fuit hic titulus in antiquo libro. INCIPIT PATER AD FILIVM, &c. Auſonii ergo poëtæ Burdigalenſis carmen eſto. quod luſerit ad filiorum aliquem Treveris ad Moſellam ubi diu commoratus eſt apud Gratianum diſcipulum ſuum, ejuſque patrem Valentinianum: & carmen ſcripſit ſuorum, quæ exſtant, omnium pulcherrimum

Anxia mœſtarum fuerit querimonia rerum.
Iam ſuper egelidæ ſtagnantia terga Moſellæ
Protulerat te, nate, rates : mœſtique parentis
Oſcula & amplexus diſcreverat invidus amnis.
Solus ego ; & quamvis cœtu celebratus amico ,
Solus eram : profugæque dabam pia vota carinæ ,
Solus adhuc te, nate, videns : celeriſque remulci.
Culpabam properos adverſo flumine curſus.
Quis fuit ille dies ? [3] non annus longior ille eſt ,
Attica quem docti collegit cura Metonis.
Deſertus, vacuis ſoliſque [4] exerceor Aris.
Nunc ego pubentes ſalicum deverbero frondes :
Gramineos nunc frango toros : virideiſque per ulvas
Lubrica ſubſtratis veſtigia libro lapillis.
Sic lux prima abiit : ſic altera meta diei.

Sic

rimum , Moſellam. Scripſit Treveris carmen hoc Auſonius , quibus temporibus Maximus , occupata apud Britannos tyrannide , Gratianum in Gallia vicit, cepit, occidit. Alia namque non habeo , quæ hic accipi poſſe purem *tempora tyrannica.* Vinetus.

2. *De liturariis*] LITVRARII qui dicantur , docuimus in præfationem Centonis. *Vinet.*

3. *Non annus longior ille*] Multa annorum genera apud Cenſorinum: quorum *Metonicus* undeviginti annos vertentes complectitur. Athenienſis fuit Μέτων, Medicus, Mathematicus, Aſtrologus peritiſſimus, annis ante natum Chriſtum quadringentis & quinquaginta. De quo Ioannes Tzetzes , Suidas , Ælianus , Plutarchus in Alcibiade & Nicia , Ptolemæus magnæ conſtructionis libro tertio, Columella nono, & Diodorus libro duodecimo. *Vinetus.*

4. *Exerceor aris*] Ita recte vetus codex : *Aræ* ſunt margines , ſeu crepidines prominentes earum molium , quibus flumina , ut loquitur Lucretius, oppilantur. Vulgo Franci *Kajos* vocant. quæ antiqua ſatis vox eſt. Invenio enim in pervetuſtis gloſſis : *Kai cancelli.* Imo mihi videtur perantiqua. Nam crepidines illæ ſunt oppoſitæ fluminibus ad eorum impetum coërcendum. *Cajare* vero apud veteres erat cohibere, coërcere, compeſcere. Fulgentius : *Cajeta , coartrix ætatis. Apud antiques enim Cajatio , dicebatur puerilis cædes. Unde Plautus in Clitellaria comœdia ait :*

Quid ? tuam amicam times, ne te manulea cajet ?

Sed ad rem. Omnes crepidines , & eminentias veteres illi *Aras* vocabant : ut ſaxa in mari eminentia. Virgilius :

Saxa vocant Itali mediis quæ in fluctibus Aras.

Tertullianus lib. de Pallio : *Soleo de qualibet margine , vel ara medicinas moribus dicere.* Manifeſto Ara ibi eſt ἐξοχὴ, ut & margo. Ait igitur Poëta ſe ſolum in molibus , aut crepidinibus Moſellæ errare , quas ipſe vocat *Aras* : quæ & moles dicuntur, & χηλαί. *Scaliger.*

4. *Exerceor Aris*] Nimis quæſitum videtur

Sic geminas alterna rotat vertigo tenebras,
Sic alias: totuſque mihi ſic annus abibit,
Reſtituant donec [5] tua me tibi fata parentem.
[6] Hæc ego conditione licet, vel morte paciſcar:
Dum decores ſuprema patris, tu nate, ſuperſtes.

videtur *aris* accipi, ut *modiis quæ in fluctibus aras*. Lego: *arvis*. Gronovius.

5. *Tua me tibi fata parentem*] Si quid video, Auſonius ſcripſit: *mea te mihi vota parenti*. nam *fatorum* mentionem hic incommodam puto. *Gronovius.*

6. *Hac ego conditione*] Forte: *hac ego conditione*. ſic ut ſenſus ſit: velim ego lubens hac tam gravi ac moleſta conditione, imo vel morte cum fatis paciſci, dum modo tu mihi ſuperſtes ſis. *Conditio* illa moleſta erat abſentia filii, quam ferre vix quibat.

[1] AVSONIVS HESPERIO.

Epiſtola III.

[2] QValis Picenæ populator turdus olivæ
Clunes opimat cereas:
Vel qui [3] lucentes rapuit de vitibus uvas,
[4] Pendetque nexus retibus:

Quæ

1. *Auſonius Heſperio*] Ad quem *Heſperium* hoc carmen cum *viginti turdis*, & *anatibus* aliquot mittitur. *Heſperium* eſſe puto Auſonii filium, de quo monuimus, in Epigrammata de Faſtis. *Vinetus.*

2. *Qualis Picena*] Eſt *Picenum* Italiæ regio ad mare Adriaticum, quæ ab Ancone urbe *Marca Anconitana* vulgo dicitur. Plinius quinctodecimo Naturalis Hiſtoriæ ſcribit, *olivas Picenas*, & Sidecinas, Italicis prælatas in cibis. Martialis tertiodecimo:

Hæc, quæ Picenis venit ſubducta trapetis,
Inchoat, atque eadem finit oliva dapes. Vinet.

3. *Lucentes*] Maturas, pingues, ſplendentes. *Vin.*

4. *Pendet nexus retibus*] In nemoribus, aut ſi quo alio in loco aliquanta ſit altarum arborum ſeries, duæ deliguntur inter alias. Hæ ſi forte non ſatis proceræ per ſe videntur, ad eas ſummas prælongæ annectuntur perticæ. Qui interſunt utriuſque rami, reſecantur, ſiqua alia arbor, vel frutex paullum exſurgens, volatui officere poteſt, abraditur. *Feneſtras* id, ut quas in noſtris ædibus habemus, Romanogalli vocitamus. Hic ergo primo diluculo, & veſpere, tenditur rete tam amplum, quam alta, lataque ſit tranſenna: in quod involantes capiuntur Turdi, Merulæ, Scolópaces, palumbi, & aliæ aves, dum in paſcua exeunt, & revertuntur. *Idem.*

5. *Flu-*

Quæ veſpertinis [5] fluitant [6] nebuloſa ſub horis,
Vel mane tenta roſcido:
Tales hybernis ad te de ſepibus, ipſos
Capi volentes, miſimus,
Bis denos. tot enim [7] crepero ſub lucis eoæ
Præceps volatus intulit.
Tum quas vicinæ ſuggeſſit præda lacunæ,
[8] Anates maritas junximus,
[9] Remipedes, lato populantes cœrula roſtro,
Et crure rubras punico.
Iricolor vario pinxit quas pluma colore,
Collum columbis æmulas.
[10] Defrudata meæ non ſunt [11] hoc fercula menſæ.
[12] Veſcente te, fruimur magis.
Vale bene, ut valeam.

Epiſto-

5. *Fluitant*] Agitantur, moventur. *Vinetus.*

6. *Nebuloſa*] Vt *nebula* quæpiam, & quæ *nebula* potius, quam retia volucribus eo tempore videantur. *Vinet.*

7. *Crepero ſub*] *Sub crepero* lucis matutinæ, & primo diluculo. CREPERVM, Varro, Cenſorinus, Feſtus, Nonius, incertum, anceps, dubium ſignificare docent. Vnde *crepuſculum* appellatum, tempus, quod noctis ſit an diei, incertum eſt. *Vin.*

8. *Anates maritas*] Sicut Plinius arbores populos *maritas* vocavit, quibus nubunt vites, maritantur, adjunguntur. *Marinas* tamen, puto, legi poſſe pro *maritas*. Idem.

9. *Remipedes*] Quæ in aqua remorum loco pedibus utuntur, ut & anſeres, & aliæ aves: quas appellat *palmipedes* Plinius libro decimo & undecimo. Vide idem verbum in verſu ducenteſimo & primo Moſellæ, ac in triceſimo quarto Epiſt. v. *Id.*

10. *Defraudata mea non ſunt*] *Debrudata* in veteri codice, pro *defrudata*, ut puto, quod idem eſt ac *defraudata*, quemadmodum apud Terentium in principio Phormionis, *ſuum defrudans genium.* Idem.

11. *Hæc fercula menſa*] ita fuit in vetuſtiſſ. libro. Edidit autem Scaliger, *defr. mea non ſunt hæc f. menſa.* ut epiſt. XXI ad Paulinum: *quam quod ut me participes, delicias tuas in ipſa primitiarum novitate defraudas.* potior igitur ablativus videtur, ut τὸ hoc ſignificet, hac turdorum anatumque donatione ſeu participatione. Si *defrudare alicui* diceretur, procederet antiqui codicis lectio: quæ nunc vix admittenda videtur.

12. *Veſcente te*] Quod edis, id mihi prodeſt magis, quam ſi ipſe ederem. *Vinet.*

I. *Auſo-*

Epiſtola IV.

[1] AVSONIVS, [2] *cujus ferulam nunc ſceptra verentur*, [3] PAGANVM [4] MEDVLIS [5] IVBEO SALVERE THEONEM.

QVid geris, [6] extremis poſitus telluris in oris,
Cultor harenarum vates? [7] cui littus arandum,
[8] Oceani

1. *Auſonius*] Epiſtola hæc digna eſt, quæ non ſolum propter eruditionem, ſed etiam propter urbanitatem legatur. *Theonem* enim ad *Domnotinum*, qui erat pagus in *Medulis*, in Colonica villa morantem mirum qua libertate exagitet, & ſtuporem Medulum Vibiſco ſale perfricet. *Scaliger.*

1. *Auſonius*] Hanc ſcripſit Auſonius epiſtolam, quum Gratianum puerum, Valentiniani Auguſti filium litteras doceret in patris comitatu, caſtris, militiæ. Sic enim in Iambicis:

Enucleabit protinus,

Quod militantes ſcribimus. Vinetus.

2. *Cujus ferulam*] Innuit ſe Imperatorium magiſtrum, ut infra vocat ſe *Regium magiſtrum.* Et facete *ferulam* cum *ſceptro* comparat. Nam *ferula* ſunt ſceptra pædagogorum. Martialis:

Ferulaque triſtes ſceptra pædagogorum.

Scaliger.

3. *Paganum*] In veteri libro ſcriptum eſt: *Paganum Medulis.* non, ut in vulgatis, *è Medulis*: ut apud Ciceronem, *Servius Limonia*: apud Plautum, *hoſpes Zacyntho*: apud Varron. *vinum Chio*, *Lesbo*, hoc eſt ζακυνθόθεν, λεσβόθεν. Paganum quare vocet, facile patet ex iis, quæ infra dicit: *Quod militantes ſcribimus.* Comitabatur enim tunc ſigna Auguſtorum. Opponitur autem *paganus* militanti. *Meduli*, ut alibi monemus, ſunt finitimi Bojis, aut, ut ego malo, pars Bojorum, hodieque *Medoc* dicuntur, pertinguntque ad Oceanum, ubi eſt promuntorium Curianum, quod hodie *caput Bojatum* vocant, vel, ut eorum lingua efferam, *Cap de Butz.* Ii in infeliciſſimo ſolo habitant, in quo nihil præter arenam, & ſaburreta, ac pineta invenias. Vnde merito Auſonius *cultorem arenarum* vocat. Iam in *pergula* columinibus arundineis fulta, itemque arundinibus tecta, ait eum habitare. quo ſane pauperrimum hominem indicat. ut illa apud Propertium habitat in pergula:

Horruit algenti pergula curta foco.

At optimus Turnebus confundit *pergulam* pauperum, cum pergula ædificiorum. Quod enim ait Craſſitium docuiſſe in pergula, ſane intelligendum eſt, de pergula, quæ erat in ejus ædibus, quam vulgo *Galeriam* vocamus: ut Plinius ait, Apellem pinxiſſe in pergula, ſcilicet, ut ab omnibus videretur. Nam in publicum ſpectabant ejuſmodi pergulæ. Vnde idem Plinius ait, neſcio quem multatum, quod cum corona roſacea è pergula ſua in forum reſpexiſſet. Quod autem idem Turnebus producit ex Plauto de lenone, qui interminatur mulieribus ſuis, ſe eas expoſiturum in pergula, eſt ipſius lenonis pergula: qui vult eas mulieres venales proſtare. propterea eas exponit in eo ædium loco, qui omnibus in conſpectu eſſet. quo nomine vetus gloſſarium exponit pergulam, περιφάνιον. Denique, quantum ego colligere poſſum, putat erudititiſſimus

Turne-

[8] Oceani finem juxta, ſolemque cadentem:
[9] Vilis arundineis cohibet quem pergula tectis:
Et tingit piceo [10] lacrymoſa [11] colonica fumo.
Quid rerum, muſæque gerunt, & cantor Apollo?
[12] Muſæ

Turnebus, *pergulam* fuiſſe locum publicum: & in eum tecti inopes homines ſe recipere ſolitos. In quo meo judicio, fruſtra eſt, quantum ex illis, quæ jam produximus, unicuique notum eſſe poteſt. At in Propertio, & hic in Epiſtola ad Theonem, pergula eſt caſula, ſeu tuguriolum arundinibus tectum. Nam & in opere Topiario notum, quid ſit pergula. ab ejus ſimilitudine pauperum tuguria dicta. *Scaliger.*

3. *Paganum*] In *pago* habitantem, ruſticanum hominem, non militantem. Sunt, qui putent, quod *Paganus* hoc loco pro *Theonis* cognomento accipi debeat: quia in eo Medulorum tractu, quem in his ad Theonem epiſtolis habitaſſe ſignificat Auſonius, gens ſit *Pagana* cognomine, quamvis *pagana* prorſus, ruſticana & obſcura. *Vinetus.*

4. *E Medulis*] *Medulenſem.* Nulla fuit præpoſitio in vetere libro. Quod agri eſt infra Burdigalam inter Oceanum & Garumnam in eum influentem, & Μέδυκ hodie vocitatur, *Medulos* appellavit Auſonius. Hinc *Medulinus* in verſu viceſimo octavo inſequentis epiſtolæ. *Vinet.*

5. *Iubeo ſalvere*] Salutem dico Theoni. Sic Fuſcum Ariſtium Horatius ſalutaverat priore epiſtolarum libro:

Vrbis amatorem Fuſcum ſalvere jubemus
Ruris amatores.

Cicero Attico libro quarto: *Dionyſium jube ſalvere.* Ne quis autem forte ſtatim, priuſquam ſcilicet totam hanc, reliquaſque Auſonii ad Theonem epiſtolas perlegerit, ſalutationis hujus inſolentia offendatur, ſic ſcito: Theonem iſtum Medulenſem, non prorſus illiteratum, quippe qui verſus faceret, ſi forte Chœrilèis de Alexandro magno non meliores, illis ſaltem, uti puto, non deteriores, quibus à poeta quodam donatus fuit Lucius Sylla, ut Cicero meminit in oratione pro Archia, facetum alioqui, & jucundum, & bene curata cute hominem, Auſonio familiariſſimum, cariſſimumque fuiſſe. ad quem quicquid ſcribit Auſonius, joci ſunt, & litteræ tali homine, & amico digniſſimæ, convitiis non abſtinentes, quæ tantam familiaritatem non deceant, ac verſus plerumque tales, quales à ſatis malo verſificatore accipiat, & in iis etiam forſitan de induſtria pejores. *Vin.*

6. *Extremu telluris in oris*] Meduli, uti diximus, ad Oceanum ſunt, qui ab occidente terram definit & terminat. *Idem.*

7. *Cui littus arandum*] De Didone, Hiarbas: —— *Cui littus arandum,*
Cuique loci leges dedimus, ——
Vide apud Eraſmum Adagium, *Arare littus.* Id.

8. *Oceani finem*] Verſus eſt quadringenteſimus octogeſimuſque ejuſdem quarti Æneidos. *Idem.*

9. *Vilis harundineis*] Abundant *harundine* æſtuaria, paludeſque Medulorum. de qua ſolent pauperes ſibi facere caſulas, quas hic appellat *Pergulas* Auſonius. *Id.*

10. *Lacrymoſa*] Fumus lædit oculos: & hinc *lacrymæ.* Idem.

11. *Colonica*] *Colonia*, quæ hîc *Colonica*, villam ſignificat, agricolationis locum, ut ait Budæus, aratoris officinam, & domicilium. *Idem.*

12. *Muſæ*

[12] Muſæ non Helicone ſatæ, nec fonte caballi:
[13] Sed quæ fecundo de pectore Clementini
Inſpirant vacuos aliena mente poëtas.
Iure quidem: nam quis malit ſua carmina dici,
Qui te ſecuro poſſit [14] proſcindere riſu?
[15] Hæc quoque ne noſtrum poſſint urgere pudorem,
Tu recita: & vere poterunt tua dicta videri.
Quam tamen exerces Medulorum in littore vitam?
Mercatuſne agitas, [16] leviore nomiſmate captans,
[17] Inſanis quod mox pretiis gravis auctio vendat?
[18] Alben-

12. *Muſa non Helicone ſata*] Sed Clementinus bonus poëta, & eruditus: cujus carmen aliquod, Theon poëta malus & ſemidoctus ſibi attribuerat, & Auſonio miſerat. *Vinet.*

13. *Sed quæ fecundo*] Oſtendunt hæc ei nomen fuiſſe Clementino. Nam alias ait *Muſas* Helicone ſatas: alias Clementini. Vnde nimis libere, præter jus amicitiæ, ut ego quidem judico, jocatur Auſonius. Ait enim non poſſe vocari Muſas Heliconiadas, quæ ſunt Muſæ Theonis. Quin & hanc ſuam ad eum Epiſtolam tunc ejus fore, cum incipiet ab eo recitari. Notat enim barbaram ejus pronunciationem. Ait enim:

Hæc quoque ne noſtrum poſſint urgere pudorem,
Tu recita. & vere poterunt tua dicta videri.

Quod & Martial. Fidentino exprobrat:

Quem recitas, meus eſt, ô Fidentine, libellus;
Sed male cum recitas, incipit eſſe tuus:

Quæ ſequuntur, omnia εἰρωνικῶς dicta, & in contrariam partem interpretanda. ut & illud:

— plana ſic junceus alvo.

Erat enim contra obeſus, & prægrandis homo. ut in alia ad eundem Epiſtolarum.

Corporis ut tanti non moveatur onus.

Scaliger

13. *Fecundo*] Legitur & *facundo.* Vinetus.

14. *Proſcindere riſu*] Deridere furem poëtam. *Vinet.*

15. *Hoc quoque ne noſtrum*] Scribe: *hæc.* carmina videlicet. *Mariangelus Accurſius.*

15. *Hæc quoque*] Hæc etiam, quæ ad te minus accurate ex aula & caſtris Valentiniani Auguſti ſcribo, ne mihi pudori ſint, ut me indigna Auſonio poëta celebri, & Auguſtorum magiſtro, & ipſe, ô Theo, recita: & non mea, ſed tua ſtatim ex barbarica tua pronunciatione, videri poterunt. Auſonii verba in extrema epiſtola undecima de carmine, quod ad Paulum miſerat: *Ac niſi hæc à nobis miſſa ipſe lecturus eſſes, etiam de pronunciatione rideres. Seneca tradidit,* inquit Donatus de Virgilio, *Iulium Montanum poëtam, ſolitum dicere, ablaturum ſe quædam Virgilio, ſi & vocem poſſet, & os, & hypocriſin. Eoſdem enim verſus, eo pronunciante, bene ſonare: ſine illo, inareſcere quaſi mutos.* Sed quanta vis & poteſtas Pronunciationis, diſce ex Quinctiliano, lib 11 Oratoriarum inſtitut. *Vinetus.*

16. *Leviore nomiſmate*] Minore pecunia. *Vinet.*

17. *Inſanis*] Magnis. *Idem.*

burnia

[18] Albenteis ſevi globulos, & pinguia ceræ
Pondera,[19] Naryciamque picem,[20] ſciſſamque papyrum,
[21] Fumanteſque [22] olim [23] paganica lumina tædas?
An majora gerens, tota regione vagantes
Perſequeris fures? qui te, [24] poſtrema timentes,
In partem, prædamque vocent. tu mitis, & oſor
Sanguinis humani condonas crimina numinis,
Erroremque vocas, pretiumque imponis [25] abactis
Bobus, & in partem ſcelerum [26] de judice tranſis?
An cum fratre vagos dumeta per avia cervos
Circumdas maculis, & multa indagine [27] pinnæ?

Aut

18. *Albentis ſevi globulos*] Non tanta *ſevi* copia eſt apud Medulos, quanta ceræ. Abundat enim apibus ea regio: & pecora multa in ſaltibus ſuis & paluſtribus ſi alit, ea non ſibi, ſed Burdigalenſibus, aliiſque vicinis gentibus alit. *Vinetus*. *albentes* fuit in v. c.

19. *Narytiamque picem*] Non *Narycìam*, ſed Medulicam Bojicamque picem. *Naryciam* autem dixit ex ſecundo Georgicôn Virgilii:

Et juvat undantem buxo ſpectare Cytorum,
Naryciæque picis lucos. — Eſt vero Νάρυξ, *Naryce*, *Narycium*, auctore Stephano, urbs Locrorum. *Vinet.*

20. *Sciſſamque papyrum*] Peregrinam mercem, ut arbitror, non quæ apud Medulos naſceretur. *Vin.*

21. *Fumanteſque*] Meduli ac Boji, tædam arborem an etiam habeant, mihi non eſt compertum: ſed hoc ſcio, illos *tædas* vocare quas faciunt ex arboribus reſinam, picemque ferentibus. Fiſſæ namque ardent propter ingenitum illum ſuccum, tanquam faces candelæque: quas ex canabino filo, cera ſevoque obducto, facere ſolemus. *Idem.*

22. *Olidum*] *Olide*. gravi odore ab *olendo*. Sic Columella libro duodecimo, *olida* dixit, vaſa picata. *Id.*

23. *Paganica*] Pagorum. ruſticana. *Idem.*

24. *Poſtrema*] Vltimum ſupplicium. *Idem.*

25. *Abactis bubus*] Iis, qui boves abegerint, *abigeis* inde dictis. Vlpianus quadrageſimo ſeptimo Digeſtorum: *De abigeis puniendis ita Divus Hadrianus reſcripſit. Abigei cum duriſſime puniuntur, ad gladium damnari ſolent.* Id.

26. *De judice*] Aliquem geſſiſſe magiſtratum apud ſuos Medulos *Theonem*, hæc mihi ſignificare videntur. *Idem.*

27. *Pinnæ*] *Penna*. Cælius Rhodiginus libri ſextidecimi capite undecimo, ex hoc Auſonii loco, & aliis aliorum auctorum non paucis probat cervos rubræ pennæ aſpectu terreri. *Id.*

27. *Et multa indagine pinnæ*] E tertio Georgicor. Virgilii, ubi de cervis.

Hos non immiſſis canibus, non caſſibus ullis,
Puniceæve agitant pavidos formidine pennæ. Nemeſianus:
Linea quin etiam magnos circumdare ſaltus
Quæ poſſit, volucreſque metu concludere prædas,
Digerat innexas non una ex alite plumas.
Namque urſos, magnoſque ſues, cervoſque fugaces,

O o Te-

Aut ſpumantis apri curſum clamoribus urges,
[28] Subſidiſque fero? Moneo tamen, uſque recuſes
Stringere [29] fulmineo venabula cominus hoſti.
Exemplum de fratre time, qui veſte [30] reducta
Oſtentat fœdas prope turpia membra lacunas,
Perfoſſaſque nates vicino podice nudat.
Inde oſtentator volitat: mirentur ut ipſum
Gedippa, Vrſinuſque ſuus, proleſque Iovini,
[31] Taurinuſque, ipſum priſcis heroïbus æquans:
[32] Qualis in Olenio victor Calydonius apro,
[33] Aut Erymantheo pubes fuit Attica monſtro.
Sed tu parce feris venatibus, & fuge nota
Crimina ſylvarum: ne ſis Cinyreïa proles,
Accedaſque iterum [34] Veneri plorandus Adonis.
[35] Sic certe crinem flavus, niveuſque lacertos,
Cæſariem rutilam [36] per candida colla refundis:
Pectore ſic tenero, [37] plana ſic junceus alvo,

Per

Terrificant, linique vetant tranſcendere ſeptum.

Seneca de Clementia cap. XII: *Si feras lineis & pinna cluſas contineas.* Idem lib. II, cap. XII de Ira. Lucanus, Seneca Trag. initio Hippol. Lycophron p. 22. Apulej. in Apol. D. Hieronym. adverſ. Luciferianos: *Paviderum more cervorum, dum vanos pemiarum evitatis volatus, fortiſſimis retibus implicamini.* vide porro, quæ Dempſterus in paralip. ad Roſinum lib. II, cap. VII.

28. *Subſidiſque fero*] Demiſſus, inclinatuſque inſidiaris apro. De qua *ſubſidendi* ſignificatione Servius in verſum ducenteſimum & ſexageſimum octavum undecimi Æneidos. *Vinetus.*

29. *Fulmineo hoſti*] Apro. Sic Ovidius, & alii poëtæ. *Vinet.*

30. *Reducta*] *Revincta* puto in antiquo libro. *Vin.*

31. *Taurinus*] Sic antiqui libri. alii *Tarrinus*, *r* pro *u*. De quo nihil comperi, neque de Gedippa, Vrſino, Iovino, hominibus Medulicis. *Idem.*

32. *Qualis in Olenio*] Ὤλενος, & Καλυδὼν urbes Ætoliæ, patria *Meleagri.* qui in ea regione immanem *aprum* interfecit. Ovid. octavo Metamorphoſeôn, Hyginus, & alii. *Id.*

33. *Aut Erymantheo*] Alium ego *aprum* ex *Erymantho* non novi, quam qui ab Hercule occiſus fuiſſe dictus eſt in carmine de laboribus Herculis. *Idem.*

34. *Veneri plorandus*] *Adonin* ab *apro* interfectum lamentatur *Venus* eleganti edyllio apud Theocritum. *Id.*

35. *Sic certe crinem flavus*] Ita *Theon*, Adonidi illi formoſiſſimo pulchritudine non cedis. Ironica hæc. *Id.*

36. *Per candida colla refundis*] Stat. lib. V Theb.

— Et te per colla refuſis
Intacta, Crenae, comis.

37. *Plana ſic junceus alvo*] Contra,

obeſus

Per teretes [38] feminum gyros, ſuraſque nitentes
Deſcendis, [39] talos à vertice pulcher ad imos.
Qualis floricoma quondam [40] populator in Ætna,
Virgineas inter choreas [41] Deoïda raptam

Suſtu-

obeſus Theon, ut in extrema epiſtola videbitur proxima. *Vinetus.*

37. *Sic junceus*] Terentius Eun. *Reddunt curatura junceas.* Prudentius in Paſſ. Eulaliæ:

--- Carnifices gemini
Juncea pectora dilaniant.

in præced. pro *nec ſis Cin. proles.* lege ex v. c. *ne ſis.*

38. *Feminum*] Sic antiqui libri, & ex impreſſis nonnulli. alii *femorum.* Vinet.

39. *Talos à vertice*] Ex ſecunda libri ſecundi epiſt. Horatii. *Vin.*

40. *Populat. in Ætna --Deoïda rapt.*] Proſerpinæ raptum hic intelligi, ſingula plane perdocent, ſi *Deoïda* deam ipſam forma patronymica ἀπὸ τῆς Δηοῦς, i. e. Cerere non ignoremus. Neq; alibi ulla parte operis invenio, Auſonium unquam commeminiſſe ejus fabulæ, quæ Proſerpinam ab Iove in ſerpentem verſo vitiatam tradiderit. Ideoque miror in Carmine Metamorphoſeos: *Varius Deoïda ſerpens* ad ejus facti mentionem, Auſonium pleriſque adductum. *Enna* porro, eſt quidem Siciliæ civitas, innumeris ſemper vernans *floribus*, in cujus campis raptam fabulæ Proſerpinam invulgarunt. quam ſignaſſe Balbum quinto Argonaut. crediderim, hac periphraſi:

Florea per vernus qualis juga duxit Hymetti,
Aut Sicula ſubit urbe choros, hinc greſſibus hærens
Pallados, hinc clara Proſerpina juncta Diana,
Altior, ac nulla comitum certante, priuſquam
Palluit, & viſo pulſus decor omnis averno eſt.

Unde factum traditur, ut *Ætna* pro *Enna* ſæpe apud bonos fuerit inverſum. Præcepti cujus uſque adeo late mox ſerpſit contagium, ut in Papinii quoque Thebaide ſimili quidam emendatione verſum immutarint, qui fuerat: *Ætnea Cereri negat avia Dyme.* quod ne ſaltem in Auſonio attentare auſint, utramque lectionem cuſtodiri quidem, ac tueri poſſe, dubitandum non videtur, quod conſtet, ipſam Cererem tam in *Enna* urbe, quam in *Ætna* monte templum habuiſſe, quodque locum raptus ejus filiæ authores non unum reddant. Pomponius ſane ſcribit: *Famam habet ob Cereris templum Ætna præcipua montium: Eryx maxime memoratur ob delubrum Veneris.* unde fit, ut in hac parte quorundam diligentiam deſiderem, qui *Ennam* in Pomponio, non *Ætnam* legunt. & *præcipua montium*, cum ſequenti colo nectunt. Sententia minime hercle ſpernenda, ſi *præcipua montium*: in Sicilia præterquam *Ætna* conveniret, qui magnitudine omnes ejus inſulæ montes, & ipſum quoque Erycem exſuperat, ut Polybius affirmat. Ariſtoteles vero περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων, urbemne ſignificaverit, aut montem, aut aliud omnino, ubi ſit ſpelunca, qua emerſus Pluto Perſephonem rapuit, æſtimandum relinquimus ex ejus verbis, ἐν τῇ Σικελίᾳ (inquit) τῇ καλουμένῃ Αἴτνῃ σπήλαιόν τι λέγεται εἶναι. Mariang. Accurſius.

40. *Populator in Ætna*] Malim: *Enna.* ad Pergum namque *Enna* lacum rapta Proſerpina. Hinc Statius eam *Ennaam Iunonem* vocat l. v Sylv. III. uti illic legendum eſſe jam alii fortaſſis ante me viderunt.

41. *Deoïda*] Δηώ, Ceres. unde πατρωνυμικῶς Δηωΐς filia Cereris Proſerpina. quam Orcus ſive Pluto rapuit, in Ætna monte Siciliæ, *flores*

legen-

Suſtulit emerſus ſtygiis fornacibus Orcus.
An quia venatus ob tanta pericula vitas,
Piſcandi traheris ſtudio? nam tota ſupellex
Dumnotoni tales ſolita eſt oſtendere gazas:
[42] Nodoſas veſtes [43] animantum Nerinorum,
[44] Et jacula, [45] & fundas, [46] & nomina villica lini.
[47] Colaque, & [48] indutos terrenis vermibus hamos.
[49] His opibus confiſe tumes? domus omnis abundat
Littoreis dives ſpoliis, referuntur ab unda
[50] Corroco, letalis trygon, [51] molleſque plateſſæ,
[52] Vren-

legentem. Ovidius quincto Metamorphoſeôn, Hyginus, & Claudianus in poëmate de hac re facto. *Vinetus.*

42. *Nodoſas veſtes*] *Retia*, in quibus *nodi* ſunt innumerabiles, & maculæ. *Vinetus.*

42. *Nodoſas veſtes*] Cenſeo Auſonii manum fuiſſe, *nodoſas peſtes.* Sunt enim *retia* pernicies piſcium, non veſtes aut integumenta. Eandem vocem Ovidio & Manilio reſtituimus in tertio Obſervationum. *Gronovius.*

43. *Animantum Nerinorum*] Piſcium marinorum. *Nereus*, unum eſt ex maris numinibus. Vnde *Nerinen* Galatheam dixit Virgilius in ſeptimo bucolico. *Vinetus.*

44. *Et jacula*] Retis genus: quod *rete jaculum* Plauto in principio Aſinariæ, in Truculento, appellatum tradit Turnebus. *Vinet.*

45. *Et fundas*]Primo Georg. Virgil.

Atque alius latum funda jam verberat amnem
Alta petens. pelagoque alius trahit humida lina. Vin.

46. *Et villica*] In veteri libro diſertim ſcriptum eſt:

--- *& nomina villica lini.* Scaliger.

46. *Et nomina bellicani*] Sic omnia exemplaria, præter vetus Lugdunenſe: quod cum *vilicalini* habere audiſſet Hadrianus Turnebus, pro illo *bellicani*, *nomina villica lini* emendandum cenſuit. ſed nec ſic hoc ego, quid ſibi velit, ſatis video: quamvis *villica*, paganica, ruſticanaque eſſe poſſint: & hic ſignificari putem, quæ *humida lina* dixit Virgilius, retis genus: quod appellari *everriculum* ſcribit vetus poëtæ interpres. *Vinetus.*

47. *Colaque*] Virgilius II Georgic.

--- *Tu ſpiſſo vimine qualos,*
Colaque prælorum fumoſis diripe tectis.

Vinet.

47. *Colaque*] *Colum* in inſtrumento piſcatorio eſt pro retis genere, quod quia quadratum eſt, Galli *un quarré* vocant. Vnde *colare amnes* dicuntur Piſcatores à Manilio:

Et colare vagos inductu retibus amnes.

Paſſeratius.

48. *Inſutos terrenis vermibus hamos*] Videtur hæc proba lectio: elegantiorem tamen cenſeam: *indutos t. v. hamos.* Sic in Moſella:

Indutos eſcis jaciens mortalibus hamos.

49. *His opibus confiſe tumes*] Dixit, pro confiſus, more ſuo. *Scaliger.*

50. *Carroco*] In eodem libro plane legitur: *Corroco, letalis Trygon. Corroco* eſt vox Vibiſca. Fruſtra enim conatur id mutare Turnebus. *Plateſſa* nomen retinent hodie in Vibiſcis. Ita vocant genus *planorum*, & jacentium piſcium. *Scalig.*

50. *Carroco, letalis, &c.*]Oppiano in *Trygon* prima etiam ſyllaba producitur:

Τρυγὼν τ' ἀργαλέη καὶ ἐπήτυμον οὔνομα Νάρκη, Poſſis autem,

quoque

[52] Vrentes thynni, & male tecti ſpina [53] elegati,

[54] Nec

quoque particula expuncta, ſcribere: *Corrhoco, letalis Trygon, molleſque plateſſa.* De *Trygone* Plautus in Captiv. ita meminit. *Horæum, Scombrum, & Trygona.* Nam qui *Triglam* emendandum cenſuere, quod illam inter venenata Plinius retulerit, quam ſit ullius hoc momenti, ipſi viderint. Venenatam certe eam, non quidem dum guſtetur, ſed peſtiferam execrabilemque radio, quod ei telum eſt ſuper caudam eminens minanſque intelligi voluiſſe Plinium, putandum eſt. Videtur autem ea eſſe, quam nonnulli & Latii piſcatores vulgo *Bruchum* vocitant, captæque confeſtim, ne lædat, radium abſcindunt. Plebeja inter connumerantur obſonia, velut Rajæ. quibus fere & magnitudine & forma ſimilis nonnihil oſtenditur. *Mariang. Accurſius.*

50. *Carroco letaliſque trygon*] Legitur & *Correco*, o pro *a*, & media ſyllaba Græcorum more aſpirata, *Carrhoco*, & *Corrhoco.* Piſcis Medulici corruptum fuit vocabulum: quod nec apud alios vetuſtos ſcriptores invenio, nec ipſius ullum veſtigium in ore Aquitanorum agnoſco, niſi forte ſit, quod dicam. Quem Galloromani Eſturjonem, *j* conſonante nuncupant, piſcem nobiliſſimum, Romani vero veteres, ut quidam putant, *Acipenſerem* dixerunt, hic Burdigalenſibus, Medulis, Bojis, & aliis ejuſdem Aquitaniæ populis, *Creac* appellatur. Iidem rurſus Burdigalenſes *Creac* quoque vocitant, ſed cum adjectione, *Creac de Buch*, id eſt, *creacum Bojenſem*, qui ipſis alio nomine *Martram* dicitur, ſcriptoribus Græcis ῥίνη, Latinis *Squatina*, Rondeletio deſcriptus capite viceſimo primo libri duodecimi. Vilem ergo piſcem, qui in Medulenſi, Bojenſique mari multus capitur, poteſt Auſonius *Carroconem*, aut neſcio quo alio pacto appellaſſe, patrio vocabulo in Latinam faciem transformato: quod librarii poſtea pro more depravarint. *Letaliſque trygon.* Eſt Τρυγὼν, turtur avis, & *trygon piſcis*, ſed vetuſtioribus Latinis *Paſtinaca*, herbæ nomine, auctore Cornelio Celſo, libro ſexto, de dentium dolore, & Plinio nono Naturalis Hiſt. Hujus piſcis plani, rajæ non multum diſſimilis, duo genera novit Rondeletius. quæ Burdigalenſibus, & Aquitanis *Tare ronde*, & *Tare franke*, dicit appellari: ſed ego iſta vocabula hauddum uſquam audivi. Burdigalenſes & Bojenſes cum Medulenſib. *Paſtenagas* tantum, quod obſervaverim, nominant, à Latino *Paſtinaca.* Habet autem utrumque genus caudam longiſſimam. in qua media eſt aculeus, quem appellat *Radium* Plinius nono: qui non ſolum homines, verum etiam *arbores, infixus radici, necat. arma, ut telum, perforat vi ferri & veneni malo.* (f. leg. *vi ferri cadente ven. malo.*) Producit autem priorem ſyllabam Τρυγὼν apud Nicandrum, & Oppianum. quare ſine conjunctione, *que*, ut quædam exemplaria habent, *Letalis trigon*, Auſonium ſcripſiſſe ſuſpicor. *Vinetus.*

51. *Molleſque plateſſæ*] *Plateſſa*, unico *ſ* in vetuſto codice. Mihi autem dubium non eſt, quin ſint, quas *platuſſas*, *u* pro *e*, Burdigalenſes, Meduli, Boji, appellant: alii Galli *plexas*, & *plias.* Piſcis eſt planus, ut Rhombus, & ſolea, ex paſſerum genere, ἀπὸ τοῦ πλάτους, unde & *plateas* eſſe dictas mihi quidem videtur, carne prorſus molli, ſatiſque inſipida. *Vinet.*

52. *Vrentes thynni*] *Tinni* in vetere libro: ſed quid id nominis ſit? Θύννος, id eſt, *thunnus*, quicunque piſcis fuerit apud veteres Græcos & Latinos, ego hoc loco ſuſpicor Auſonio *thunnum* eſſe dictum, qui Burdigalæ, ac apud Medulos, Bojoſque, Τουλ vocitatur, piſcis oblongus, & fere teres: coloris, majore ex parte,

[54] Nec duraturi poſt bina trihoria corvi.
An te carminibus juvat inceſtare [55] canoras
Mnemoſynes natas, [56] aut tris, aut octo ſorores?
Et quoniam huc ventum, [57] ſi vis cognoſcere, quid ſit
Inter doctrinam, deridendaſque camœnas;
Accipe congeſtas myſteria frivola nugas,
Quas tamen explicitis [58] nequeas dependere chartis,
[59] Scil-

cinericii, ac, unde *urentes* dixerit *thynnos* Auſonius, cute aſpera. *Vinetus.*

53. *Elegatis*] In eodem libro ſcriptum eſt: *-- & male tecti ſpina ligari.* Et id quoque puto ex lingua Vibiſca. Quare ergo mutemus, ſi ignoramus? Modeſtius enim agendum, quam fecit Adr. Turnebus, vir alioqui ſummus: qui cenſet legendum *Elacati.* In quo quæ indigna dixerit exiſtimatione ſua, vide. Primum cum dicantur ἠλακατῆνες, primam, quæ natura longa eſt, corripit: & tertiam contra naturam producit. Deinde cum ἠλακατῆνες ſint ex genere *thunnorum*, & Cetaceorum, quam inepte dixiſſet *ſpina tectos* eſſe *thunnos*? Adeon' oblitum fuiſſe ſui tantum virum, ut quid eſſet ἠλακατήν, ſeu *thunnus*, & quid à *ſpinoſo* piſce differret, non animadverterit? *Scaliger.*

53. *Et male tecti ſpina elegati*] Legitur &, *elegatri*, & in vetuſto libro *Ligari.* Fert Garumna Burdigalam & Medulos præterfluens, piſces, quos *Gatos* & *Gatas* vocitant, magna copiâ ſub veris finem capi ſolitos, viles, ſpinoſiſſimos, aloſis, & iis, quos *arangos* vulgo vocitamus, non diſſimiles, niſi maximi horum illis minores forent, ſquamis tectos, ut ſunt aloſæ, ſed tenuioribus, rarioribuſque: quam ob rem *male tectos* dixerit Auſonius, ſiquidem hic eum piſcem intellexerit. *Vinetus.*

54. *Nec duraturi poſt bina trihoria corvi*] Idem de fluviatili capitone, verſu octogeſimo ſeptimo Moſellæ. Hic autem piſcis marinus à nigricante dorſo Græcis Κόραξ, Latinis *corvus* appellatus, Guilielmo Rondeletio deſcriptus capite ſeptimo libri decimi de piſcibus. Burdigalæ *Perlon*, Bajonæ *Perlon* vocatur: nec ibi eſt majore in pretio, quam alii hic memorati piſces. Ita Auſonius dum cum piſcatore ſuo *Theone* jocatur, eum non alios capere quam peſſimos quoſque piſces ſcribit. *Vinet.*

55. *Canoras*] Sic habuit vetus liber, alii *camenas.* Idem.

56. *Aut tris, aut octo*] Tres primum, deinde novem fuiſſe *Muſas*, Iovis & Mnemoſynes, hoc eſt, memoriæ filias, dixit Auſonius in Gripho. Quidam quattuor numerarunt, ut meminit Tzetzes Heſiodi commentator. Alii, quinque: alii, ſeptem. Grates etiam *octo* apud Arnobium libro tertio adverſus gentes. Corripitur autem poſterior ſyllaba in nomine *octo* etiam apud Martialem libro 14:

Octo capit. Veniat quiſquis amicus erit:

quæ naturaliter longa eſt in ſuo Græco ὀκτώ. Idem.

57. *Si vis agnoſcere*] Leg. *cognoſcere.* Mariang. Accurſius.

58. *Nequeas deprendere chartis*] Scaliger & Heinſius ex vetuſto Codice, *dependere.* vide quæ ad Griphum ternarium. Ego nihil mutem, cenſeamque librarii vitium eſſe per abbreviationem ſupra ſcriptum *r*, uti in MSS. ſolet, non animadvertentis. Idem plane Salluſtio accidit, in ſententia longè omnium pulcerrima, quæ ut emendata legatur, communis

59 Scillite decies non ſi purgeris aceto,

60 An-

nis vitæ intereſt. Is igitur de bello Iug. cap. III: *Neque illi, quibus per fraudem jus fuit, tuti, aut eo magis honeſti ſunt. nam vi quidem regere patriam aut parentes, quamquam & poßis, & delicta corrigas, tamen importunum eſt.* Corrige & lege: *quamquam & proſis.* Cicero l. 1, Epiſt. ad Lentulum VIII: *Id enim jubet idem ille Plato, quem ego vehementer auctorem ſequor,* TANTVM *contendere in rep. quantum probare tuis civibus poßis: Vim neque parenti, neque patriæ afferre oportere. Atque hanc quidem ille cauſam ſibi ait non attingendæ reip. fuiſſe: quod cum offendiſſet populum Athenienſem prope jam deſipientem ſenectute, cumque eum nec perſuadendo, nec cogendo regi poſſe vidiſſet, cum perſuaderi poſſe diffideret, cogi fas eſſe non arbitraretur.* Sic & in Horatio de Arte variantia nata eſt, quibuſdam libris: *Nec rude quid proſit --- ingenium, ſine divite vena*, aliis contra exhibentibus: *Nec r. quid poßit ing.* Sed minus bene.

59. *Scillite*] Hi verſus ita leguntur in veteri membrana:

Scillito decies ſi cor purgeris aceto,
Anticipeſque tuum Samii Lucumonis acumen.

Egregie, & pervenuſte. At quod optimus, & Eruditiſſ. vir Adr. Turnebus legat:

Scillitico decies ſi corpus verris aceto:

non illi adſcribendum, qui quidem ex fide aliena retulerit; ſed ei homini non nauci, vitio vertendum, qui ei perſuaſit, cujuſque væcordiam ipſe nondum cognoverat. Nam & veterem ſcripturam, quod Codex vetuſtiſſimis characteribus Longobardicis ſcriptus eſſet, aſſequi non potuit. Ait igitur Auſonius: Non poteris horum ænigmatum nodos ſolvere, etiamſi cor purges *ſcillite* aceto, quod antidoti vice ſæpe anticipare ſoles: neque etiam ſi te eo præmunieris, quod eſt tibi acumen ad verſus faciendos, qui es *lucumo*, & inſanis. Nam, ut ex Feſto novimus, *Lucumones* ſunt inſani. Et temporibus Auſonii tritum erat in ore vulgi illud vocabulum in homines inſanos, & intractabiles. Sidonius: *Temperat lucumonem noſtrum Tanaquil ſua.* *Samius* autem eſt *acutus.* Vnde *ſamiare* eſt acuere. Et *ſamiator*, qui acuit cote. Nonius: *Samium, acutum; & ſamiare, acuere.* Gloſſarii: *Samiator, ἀκονητής.* Quare hic *Samius lucumo*, eſt furioſus acutus. Notandum vero genus loquendi, *tuum acumen Samii lucumonis.* Nam & ita à multis veteribus uſurpatum memini: ut à Iuriſconſulto: *Cum mens mea fuerit facientis teſtamentum.* Et à Thucydide, aliiſque veteribus Atticis. Ita enim loquuntur: ut, *ἡμετέρᾳ γνώμῃ ȣ̓ τῶν βȣλευόντων*, & ſimilia. Hoc igitur modo hic dictum, *tuum acumen lucumonis.* intelligendum enim *τὸ σȣ̃* genitivus ſecundæ perſonæ. ſi enim expreſſum eſſet, ignoratione hujus locutionis locus corruptus non fuiſſet. ut in Plauto recte expreſſum eſt:

— Duorum labori ego hominum parſiſſem libens:
Mei te rogandi, & tui reſpondendi mihi.

Tanquam ſi diceret, noſtro labori, mei, & tui. Quid? quod eodem modo dicitur: noſter utriuſque labor? Eſt ergo & argutiſſime & venuſtiſſime dictum ab Auſonio, *tuum Samii lucumonis acumen.* Cujus rei ignorantia quot, quantas nugas viri boni & docti ſuper *Lucumone Samio* effutiverunt: dum quærunt, quis ſit iſte Samius Lucumo: & putant referendum ad Hiſtoriam quandam, non autem eſſe epitheta in *Theonem* ipſum. Non diſſimulabo in veteri libro primum ſcriptum fuiſſe, *Anticipeſque vivum.* mendoſe, ut apparet ex modulo ſyllabæ. At doctus librarius agnovit commiſſum manus nimis properantis, & emendavit, *Anticipeſque tuum.* Cujus loci illuſtratione eſt

 quod

[60] Anticipeſque tuo [61] Samii Lucumonis acumen :
[62] Aut adſit interpres tuus,

Ænig-

quod humani viri, & harum litterarum intelligentes non mediocriter gaudeant. Nam vulgata lectio, *Anticyramque bibas*, eſt Hieronymi Avantii commentum: qui primus ita hunc locum interpolavit. In eodem libro ſcriptum erat *Scillito*. Palladius tamen, & Plinius ſcribunt *ſcillite* Græcanice, ut σκιλλίτῃ οἴνῳ. alioqui vitium eſſet in dactylo, ſi legeremus ut Turnebus: *Scillitico*. Scaliger.

59. *Scillito decies*] Σκίλλα herbæ genus eſt, & quaſi cæpa agreſtis. unde vinum & acetum veteres Græci medici fecerunt, Vinum ipſis σκιλλίτης dictum fuit, ut ἀψινθίτης, μυρτίτης, νεκταρίτης, ὀριγανίτης, genere maſculino quod eorum vinum, id eſt οἶνος, hujus ſit generis. Cui tamen nomini maſculino, Latini neutrum etiam ſuum jungunt vinum, ut Palladius in extremo lib. 8, de Iulio menſe. *Hoc menſe vinum ſcilliten ſic facimus.* ὄξος vero, id eſt *acetum*, quia neutrum nomen eſt, neutro genere acetum è radice ſcillæ factum, appellant σκιλλητικὸν ὄξος, Dioſcorides, Galenus, & alii medici Græci: ſed *ſcillinum* Plinius lib. 23: *Acetum ſcillinum inveteratum magis probatur.* quod de nominativo ipſum quoque vinum appellavit Quinctus Serenus de hydrope:

Sæpe & ſcillino pelluntur noxia Baccho.

Idemque rurſus *acetum* idem Plinius, *ſcilliten* etiam maſculino vini nomine, ut lib. 24, de pilulis Platani: *Tuſa autem cum aceto acri, magiſque ſcillite.* & tricesimo ſecundo: *Vrtica marina trita ex aceto ſcillite. Scillitum* autem id acetum dixit Auſonius, ſi nihil hic mendi. Poſſet enim legi *ſcillite* ex Plinio, poſtquam illa in ιτης, penultimam producunt: & ſunt primæ declinationis. Poſſet & *Scillino*, ut apud Serenum. *Vinetus.*

59. *Scillite decies*] Ita ferme Lucianus Chryſippum loquentem inducit, in vitarum Auctione: Τὸ κεφάλαιον, ὃ θέμις γνῶναι σοφὸν, ἢν μὴ τρὶς ἐφεξῆς τοῦ ἐλλεβόρου πίῃς. de Chryſippo in hanc rem quædam Cicero, & A. Gellius lib. XVII, c. XV.

60. *Anticipeſque tuum*] Lege *tuo*, cum Douza & Gronovio, ſc. *Tuo* acumine acumen Samii lucumonis anticipes. *Anticyramque bibas*, fuit in papyraceo, nec eſt Avantii commentũ.

61. *Samii Lucumonis acumen*] Scribit vetus interpres Virgilii in decimi Æneidos verſum ducenteſimum & ſecundum, Tuſciam diviſam fuiſſe in duodecim partes quibus ſingulis *Lucomones*, id eſt reges ſinguli imperitabant: & ex iis unus omnibus præerat. Tarquinii autem ejuſdem Etruriæ oppidum fuit. Vbi pater Tarquinii Priſci quincti Romanorum regis Corintho ob ſeditionem profugus conſedit, & *Lucumo* dictus eſt: idemque nomen Tarquinio ipſi Priſco fuit. Floruerunt autem apud Etruſcos litteræ quondam, & vaticinandi divinandique diſciplina: quare dubium non ſit, quin hoc loco αἰνιγματώδως Auſonius *Lucumonem* vocet, aliquem magnum in ſecretioribus diſciplinis virum: quiſquis ille ſit. Exſtat inter Claudii Galeni ſcripta, opus incerti auctoris de paratu facilibus. ubi celebratur Pythagoras *Samius*, qui aceti *ſcilletici* uſu vitam ad annum centeſimum & decimum ſeptimum produxerit, & ſic alius à priore illo Pythagora, quem ſcribunt annis non majorem nonaginta fuiſſe occiſum: medicus forſitan ille Pythagoras, eidem Diogeni memoratus in extrema vita Pythagoræ illius primi philoſophi appellati. *Vinetus.*

62. *Aut adſit*] Vel ſi tu ſis, quæ tibi proponam, explicaturus, ejus adhibe

Ænigmatum qui cognitor
Fuit meorum: [63] quum tibi
Cadmi nigellas filias,
[64] Melonis albam filiam,
[65] Notaſque furvæ ſepiæ,
[66] Cnidioſque nodos [67] prodidit.
Nunc adſit: & certe modo
Præſul creatus litteris,

Enu-

hibe auxilium, hominis multo eruditioris: qui ænigmata mea cognovit, & tibi aliquando expoſuit, quas in quodam ad te carmine dicerem *Cadmi nigras filias, Melonis albam* paginam, &c. *Vinetus.*

63. *Quum tibi Cadmi nigellas filias*] Id eſt, literas, quas *Cadmus* intulit Græciæ, papyrum Niloticam (nam Nilus olim *Melo* teſte Feſto ac Servio) atramentum, quod Afri non è fuligine, uti alii, ſed è ſepiæ ſucco conficiebant: & calamos ſcriptorios, è quibus Cnidii cæteris præſtabant. Hanc quidem Auſonii mentem fuiſſe, indicat ipſe epiſt. VII, qua Theoni ſcribit. Sed in ænigmate ipſo, ubi vulgo eſt *melonis albam paginam*, plane legendum puto, *Melonis albam filiam*, prout ſe in MS. codice inveniſſe refert Mariang. Accurſius, nam *paginam* vocare *paginam* non eſt ænigmatice loquentis. Et elegantior omnino futura eſt ἀντίθεσις inter nigellas Cadmi filias, & albulam filiam Melonis. Alioqui etiam non tam è tropo fuerit hic obſcuritas quam ex obſoleto vocabulo. Priſcis enim Nilus, ut dixi, vocabatur *Melo:* nempe ut puto, a μέλας, non quaſi Ægyptii Græce ſint locuti: ſed quia Græci ſic nomen Ægyptium reddiderunt. Sane Ieremiæ c. XI, ℣ſ. XVIII. Nilus vocatur *Scithor*, nempe à nigris, hoc eſt, turbidis aquis. Origo enim à *Scachar*, id eſt, nigreſcere, ex quo *Scachor*, id eſt, niger, & latinum ſed obſoletum, *ſcurus*, à quo, & præverbio *ob*, *obſcurus*. Græci igitur, quia Ægyptiis Nilus dictus *Scichor*, hoc eſt, niger, ſua etiam lingua vocarunt *Melonem*, à μέλας, niger. *G. Io. Voſſius.*

64. *Melonis albam paginam*] In MS. Codice legimus *Melonis albam filiam*, papyrum quidem ipſam ænigmatica ac fallenti tralatione, albam Nili filiam vocare, tam decebat, quam litteras Cadmi nigellas filias, decuerit. quibus conjecturam facimus, vocem *paginam* ſcholion quandoque ſuperinditum, librariis emendationem putantibus, mox arreptum. *Mariang. Accurſius.*

65. *Notaſque furvæ ſepiæ*] Litteras nigri coloris. *Furvum* nigrum, vel atrum exponit Feſtus, σηπία autem piſcis è mollium genere nomen priſcum Græcum Burdigalæ retinens, atramentum pro ſanguine habet, ut ſcribit Plinius nono Naturalis Hiſtoriæ. Vnde *ſepiam* pro atramento, quo litteras pingere ſolemus, uſurpavit Perſius in Satyra tertia. *Vinetus.*

66. *Cnidios nodos*] Arundines & calamos: quibus multis locis ſcribitur, non avium pinnis. Κνίδος eſt promuntorium, & oppidum maritimæ Cariæ in Aſia: ubi probatiſſimos naſci calamos ſcribit Plinius ſextodecimo Naturalis hiſtoriæ. *Nodos* vero dixit, quos *nodoſos* calamos Perſius Satyra tertia:

Inque manus chartæ, nodoſaque venit arundo. Vinet.

67. *Prodidit*] Explicavit. interpretatus eſt. Clementinus ille fortaſſe,

Enucleabit protinus,
Quod militantes ſcribimus.
[68] Notos fingo tibi poëta verſus:
Quos ſcis hendecaſyllabos vocari:
Sed neſcis [69] modulis tribus moveri.
[70] Iſtos compoſuit Phalæcus olim,
Qui penthemimerin habent priorem:
[71] Et poſt ſemipedem duos iambos.
[72] Sunt quos hexametri creant revulſi:
Vt penthemimeris prior locetur.
Tum quod [73] bucolice tome relinquit.

[74] Sunt

cujus paulo ante commendavit fecundum pectus. *Vinetus.*

68. *Notos fingo tibi*] Carmen hendecaſyllabum, atque id carmen, quod Theoni nullo modo intellectum iri dixit Auſonius. *Vinetus.*

69. *Modulis tribus*] Tribus modis & numeris. Ponit autem primum, Phaleucum: ſecundum tetrametrum catalecticum: tertium, Sapphicum. *Vinet.*

70. *Iſtos*] Hos, quos hic facio. qui *Phalæcii* appellantur à *Phalæco* poëta Græco: cujus meminerunt Athenæus, & vetuſti Scholiaſtæ Pindari, & qui de carminum generibus ſcripſerunt veteres Grammatici, Terentianus, Victorinus. Diomedes: & pedibus conſtant quinque, ſpondeo, dactylo, & tribus trochæis, niſi quod interdum pro ſpondeo jambum, & trochæum admittunt. *Idem.*

71. *Et poſt ſemipedem*] Ita vetus liber. *Semipedem* vocat penthemimerida ipſam poſt eam notum eſt in Phalæcio in fine eſſe jambos duos. imo jambi illi duo ſunt inter duos *ſemipedes*: inter penthemimerida ipſam, & ſemipedem finalem. *Scaliger.*

71. *Et poſt ſemipedem*] Affectavit Auſonius in hoc verſu obſcuritatem: quæ aberit, ſi conſtruas, *& poſt duos jambos ſemipedem.*

72. *Sunt quos*] Sunt alii verſus hendecaſyllabi: qui ex *hexametris truncatis*, & corruptis fiunt. Hujuſmodi erit:

At regina gravi ſaucia cura,

ex hoc hexametro:

At regina gravi jamdudum ſaucia cura. Et hic hendecaſyllabus:

Inſipiens dives temnit egenos,

Hexameter plenus erit, ſi ei tempora addideris:

Inſipiens dives miſeros contemnit egenos.

Hoc genere conſtat carmen ſecundum libri primi Severini Boëthii de conſolatione philoſophiæ, Recipitque hoc metrum prima ſede ſpondeum, ſi ſecunda dactylum habeat: aut contra, dactylum prima, ſi ſecunda ſpondeum. tum ſemipedem, hoc eſt ſyllabam longam, ac tertio loco dactylum, & quarto ſpondeum. *Vinetus.*

73. *Bucolice tome*] Τομὴ, cæſura, & inciſio, ut in Centone Centroneve. *Bucolica caſura*, & tetrapodia, quum verſus hexametri pes quartus eſt dactylus, dictionem terminans, ut in hoc Virgilii:

Sæpe tener noſtris ab ovilibus imbuet agnus. Et:

Nos patria fines & dulcia linquimus arva.

Poſt quem dactylum, quia reliqui ſunt

[74] Sunt & quos generat puella Sappho:
Quos primus regit Hippius ſecundus:
Vt claudat Choriambon Antibacchus.
[75] Sed jam non poteris, Theon, doceri:
Nec fas eſt mihi regio magiſtro

[76] Ple-

ſunt duo pedes, quando dicit Auſonius, ut *penthemimeres prior ponatur*, ſignificat iſtius hendecaſyllabi verſus partem priorem duos habere pedes, & ſyllabam longam. ut:

Inſipi, ens di, ves. --- & quod ſubjicit: *Tum quod bucolice rome reliquit*, hoc ſignificat, poſt ſyllabam illam ſolam, & cæſuram πενθημιμερῆ, dactylum, & ſpondeum eſſe reliquos:

--- *temnit egenos.* Vinetus.

74. *Sunt & quos*] Verſum hendecaſyllabum *Sapphicum*, dictum à *Sappho* poëtria, Grammatici noſtri quinque pedibus metiuntur, primo, Trochæo: ſecundo ſpondeo: tertio dactylo: quarto, quinctoque, trochæo:

Iam ſa, tis ter, ris nivis, atque, diræ.

Auſonius vero pro quinque illis, eundem verſum tribus tantum, ſed longioribus pedibus, metitur, ἱππείῳ, χοριάμβῳ, & ἀντιβακχείῳ. Hippius valet trochæum, & ſpondæum, primum & ſecundum verſus pedem. Choriambus dactylum, tertium, & primam ſyllabam Trochæi quarti pedis. Antibacchius autem poſteriorem ſyllabam ejuſdem Trochæi, quæ brevis eſt, & ſpondeum. poſtremum verſus pedem pro trochæo, quod ultima ſyllaba verſus cujuſque habeatur anceps. Primum itaque Sapphicum libri primi Odarum Horatii ita Theoni Auſonius metitur, ut ſit Hippius, *Iam ſatis ter*: Choriambus, *ru nivu at*, Antibacchius, *que dira.*

Iam ſatis ter, ris nivis at, que diræ.

Miror autem, quod quum Grammatici Hippium & Moloſſum eundem dictum pedem tribus longis ſyllabis definiant, hic Auſonius *Hippium ſecundum* appellet, quem illi epitritum ſecundum vocant, ex quattuor ſyllabis conſtantem: quarum ſola ſecunda brevis eſt, ut *verberati*. Quod vero ad *Antibacchium* attinet (detraxit unam ſyllabam etiam Terentianus, & ex *antibacchio* imperiti ſtatim *antibrachum* fecerunt) eum ſolum intelligimus pedem, qui bacchio fuerit contrarius, adeo, ut ſi bacchium velis eſſe ex brevi & duabus longis, ut eſt exemplum apud Quinctilian. duorum bacchiorum, *venenum*, *timeres*, antibachius ſit ex duabus longis & brevi, ut, *Marcellus.* Si vero contra, bacchium dicas ex duabus longis & brevi, antibacchius ſit viciſſim ex brevi, & duabus longis ut hîc. Terentianus in hunc modum de illis pedibus. *Vinetus.*

75. *Sed jam non potes, ô Stolo doceri*] Fortaſſe propter provectiorem ætatem. *Stolo* autem quid hoc loco ſit, parum compertum, Theoniſne cognomentum aliquod, an aliquid aliud. Marcus Varro primo de Re ruſtica, & Plinius ſeptimodecimo Naturalis Hiſtoriæ ſcribunt, *ſtolones* (*ſtulo* eſt hoc in vetere gloſſario, & παραφυὰς interpretatur) eſſe dictos, qui ex radicibus arborum naſcerentur, fruticationem inutilem. Adrianus Turnebus putat apud Auſonium *Stolonem* ſignificare ſtolidum & ſtultum. *Vinet.*

75. *Sed jam non potes*] Repoſui optimi libri lectionem: quam ſi mutare lubet, quin legimus: *Sed jam non potis es, Theo, doceri?* veriſimile ſaltem eſt fuiſſe quondam ſcriptum: *Sed jam non potis eſthœo doceri.* unde hic error. Apulejus in Apologia: *Diſce*

igitur

[76] Plebcjam numeros docere pulpam.
Verum protinus ede, quod requiro.
Nil quæro, niſi quod libris tenetur :
Et quod non opicæ tegunt papyri.
Quas ſi ſolveris, ò poëta, nugas ,
[77] Totam trado tibi ſimul Vacunam ,
Nec jam poſt metues ubique dictum ,
Hic eſt ille Theon poëta falſus ,
Bonorum mala carminum [78] taberna.

Epiſto-

igitur verſus Platonis Philoſophi in puerum Aſtera : ſi tamen tantus natu potes literas diſcere. Vid. Eraſm. Adagia in *Senis doctor.*

76. *Plebejam pulpam*] Theonem *plebejum* hominem , & ignobilem , carnulentum , & pinguem. *Pulpas* , *σάρκας* interpretatur vetus gloſſarium. Antiqui Terentii , & Perſii commentatores *pulpam* , carnem ſine pinguedine dicunt eſſe. *Vinetus.*

77. *Totam Vacunam*] Id eſt, *Vacuum* te eſſe jubeo , liberum & immunem ab omni dicto & contumelia. *Vacuna* antiquorum obſoletum & ridiculum numen , non videtur tantum fuiſſe vacantium & otioſorum Dea , ſed etiam eorum , qui vel carmine , vel calumnia,contumelia denique,& maledicto vacui reddebantur. *Turneb.*

77. *Totam tibi*]. In eodem plane legebatur :

Toſtam trado tibi ſimul, & agnam.

Addendum erat *que*, ut conſtet verſui ſuus modulus : -- *ſimulque & agnam.* Sed quid ſit neſcio. Nam vulgaris lectio valde mihi ſuſpecta eſt. Sed dubium eſt, utrum illo libro *Toſtam*, an *Tortam* ſcriptum eſſet, quia characteres Longobardici nullam differentiam inter *R* , & *S* , faciunt. Malim *Tortam* , hoc eſt Tortam panis. Videtur eſſe paſtoralis provocatio , ſeu ſponſio. Nam paſtores victori Tortam panis , & agnam proponunt. Si ſolveris has nugas , inquit, per me quidem præmium habeas licet. Sed quod intactum reliquimus : *Toſtam trado tibi , ſimulque & agnam.* eſt figura Grammatices ἓν διὰ δυοῖν. ut :

--- *pateris libamus & auro.*

hoc eſt aureis pateris. ſic hic, *Toſta*, & *agna* , eſt *toſta agnina.* Nam qui griphum , aut ænigma ſolverat in convivio pro præmio carnes auferebat. Auctor Pollux. Auſonium vero proponere griphum Theoni quis dubitat ? Ipſemet hoc teſtatur. Lege , & videbis. Sed melius erit , ſi *Toſtam* ſimpliciter interpretemur carnem aut carnium toſtarum portionem , quæ dabatur griphi enodatori. *agnam* autem , quia poëtarum erat præmium *agna.* Vnde ἀρνῳδοὶ dicebantur, qui *agna* præmio canebant. *Scaliger.*

77. *Totam Vacunam*] *Vacunam* quidam dixerunt eſſe deam , quæ *vacantibus* & otioſis præeſſet. alii Minervam , alii Dianam , alii Cererem, alii Bellonam dixerunt , ut ſcribunt veteres Grammatici in epiſtolam Horatii decimam. Varro vero Victoriam : qua maxime ii gaudent , qui ſapientia vincunt. Lilius de diis , & Turnebus in adverſariis , hunc Auſonii locum explicare tentaverunt. ſed miror , membranæ illæ Lugdunenſes , quod habebant , *Tortam* pro *totam* , & *ſimuletagnam* pro *ſimul vacunam.* Vinetus.

78. *Laverna*] Dea fuit *Laverna* , furibus præſidere olim exiſtimata , qui

qui & inde ſunt *Laverniones* dicti, auctore Feſto: ſed *Taberna* pro *Laverna* erat in eodem vetuſto exemplari. Theon autem aliquando ſibi aſcripſerat Clementini poëtæ præſtantis aliquod carmen, ut ad verſum hujus Epiſtolæ decimum, dixit Auſonius. ideoque plagii furtive accuſat. *Vinet.*

78. *Carminum taberna*] *Laverna*, ſcriptus alter. ea dea furum. ſupra Clementini verſus venditaſſe Theo dicitur: adeoque poteſt & hic alieni laboris fur intelligi. puto tamen ex affinitate literarum *b* & *v* errorem natum, vulgatamque lectionem ſinceram eſſe.

Epiſtola v.

[1] AVSONIVS *Salve caro mihi dico* THEONI,
[2] *Verſibus experiens quod volo, quodve queror.*

[3] TErtia fiſſipedes [4] renovavit Luna juvencas,
[5] Vt fugitas noſtram dulcis amice domum.
Nonaginta dies ſine te chariſſime traxi:
Huc adde æſtivos. hoc mihi pæne duplum eſt.
[6] Vis novies denos dicam, deciesque novenos
Iſſe

1. *Auſonius Salve caro*, &c.] Hæc Epiſtola nos docet *Lucaniaci villam* ad *Pauliacum* fuiſſe non procul à ripa Garumnæ, ut jam non ſemel monuimus. Item pauca millia interjecta inter *Theonem*, & Auſonium, hoc eſt, inter *Lucaniacum*, & *Domnotonum*. Domnotonus videtur fuiſſe in eo tractu Medulorum, ubi hodie eſt caput Bojatum. Quocirca Theoni ad Auſon. æſtu Oceani delato neceſſarium fuiſſe ventum *Medullinum*: hoc eſt, Septentrionalem: quem tamen ipſe vocat *Notum* poëtica licentia, cum potius, ut dixi, ſit à Septentrione. *Scalig.*

2. *Verſibus expectans*, &c.] *Experiens* erat in vetuſto codice, & *quero* pro *queror*. Vinetus.

3. *Tertia fiſſipedes*] Iam tres ſunt menſes, quum ad me non veniſti. *Fiſſipedes* autem dixit juvencas, quibus ungulæ ſunt in duo fiſſæ & diviſæ. quod genus animalium *biſſulca* appellat Plinius 11 Naturalis Hiſtor. *Luna* vero currum cur *bubus* trahi ſit fictum, ut hoc loco, & in epiſtola undeviceſima, quærit Cælius Rhodiginus capite ſexto libri viceſimi. quos tamen *equos* dicit Ovidius in principio quinti Faſtorum. *Vinet.*

4. *Renovavit Luna juvencas*] *Tauros* adjunxit Fulgentius currui *Lunæ*, l. 1 Mytholog.

Aſtrigeroque nitens diademate Luna bicornis
Bullatum bijugis conſcenderat æthera tauris.

boves Prudentius lib. 1 contra Symm. de Proſerpina, ſive Luna:

Et regnare ſimul cæloque ereboque potentem.
Nunc bigas frenare boves.

5. *Dum fugitas noſtram*] Liber optimus: *Vt fugitas noſtram*, id eſt ex quo tempore. & ſic malim. neque aliter Nobiliſſ. Heinſius in notis ad Ovid.

6. *Bis novies denos*] *Bis* adverbii primam literam in *v* mutavi, ſicque adverbium verbum factum volui, quum viderem *bis novies denos* eſſe CLXXX, qui debent eſſe decies noveni ſolum, quarta ſcil. anni vertentis pars, id eſt, tres menſes. *Vinetus.*

6. *Bis novies denos*] Conjicio Auſonium reliquiſſe:
Vis

Iſſe dies? anni portio quarta abiit.
Sexaginta horas ſuper & duo millia centum
Te ſine conſumſi: quo ſine & hora gravis.
[7] Millia bis nongenta jubet demenſio legum
Adnumerata reos per tot obire dies.
[8] Iam potui Romam pedes ire, pedeſque reverti,
Ex quo te dirimunt millia pauca mihi.
[9] Scirpea Domnotoni tanti eſt habitatio vati?
[10] Pauliacus tanti non mihi villa foret.
An quia per tabulam [11] medico pugnante notatam,

Debita

Vis novies denos dicam, deciesq; novenos
Iſſe dies? Eſt jocus dixit in præcedente verſu nimis humane & ſimpliciter, *nonaginta dies* præteriiſſe. Subjungit: Viſne ut nunc poëtice loquar, & dicam *novies denos*, aut decies novenos dies effluxiſſe? *Gravius.*

7. *Millia*] Caput undecimum libri ſecundi Digeſtorum Iuſtin. Auguſti hunc habet titulum. *Si quis cautionibus, in judicio ſiſtendi cauſa, factis, non obtemperavit.* ibique hæc Caji juriſconſulti verba: *Vicena millia paſſuum in ſingulos dies dinumerari Prætor jubet, præter eum diem, quo cautum promittitur, & in quem ſiſtere in judicium oportet.* Sed Iacobus Cujacius, & Petrus Pithœus in adverſariis hunc ante nos locum Auſonii explicuerunt. *Vinetus.*

8. *Iam potui Romam*] uſque ab ultima Aquitania, & Gallia. Qui Burdigala (in agro Burdigalenſi ſcripta fuit hæc epiſtola) Romam, ſacerdotiorum à pontifice Romano petendorum gratia frequentèr currunt, trecentas leucas intereſſe putant: iterque hoc per equos diſpoſitos diebus fere ſeptem conficitur. ſed incertus nimium iſtarum leucarum modus hodie, cum millenum & quingentenûm apud priſcos Gallos eſſent: ut ſcribunt Ammianus Marcellin. libro quinctodecimo, & ſextodecimo, Iornandeſque in Gothicis. *Vinet.*

9. *Scirpea habitatio*] Vt *arundinea tecta* dixit in prioris Epiſt. verſu quarto. De *Domnotinis* in Epiſtolæ ſeptimæ verſum 56. *Vinetus.*

10. *Pauliacus*] Vicus eſt nobilis, nomen adhuc retinens *Pauliac*, apud eoſdem Medulos in ipſa Garumnæ ripa, novem leucis à Burdigala, ut vulgus metitur illic itinera. *Vinet.*

11. *Medica pugna notatam*] Lugdunenſes *medico pugnante notatum*, repoſuerunt. Ceterum mihi quoque ſi quid hic ſomniare liceret, ſcriberem potius, *Medi qua pugna notata:* ſignumque *ſyngrapha* intelligerem ex anulo, & gemma, in qua ſculpta alicujus Medorum regis, ut Aſtyagis cum Perſis, vel Darii cum Athenienſibus, in campo Marathone, pugna fuerat: quemadmodum ſyngraphas, Epiſtolas, edicta, Auguſtum Cæſarem ſphinge: Mæcenatem rana: Syllam Dictatorem traditione Iugurthæ: Intercatienſem, cujus patrem Scipio Æmilianus ex provocatione interfecerat, pugnæ ejus effigie ſignaſſe, ſcribit Plinius in principio triceſimi ſeptimi de Nat. Hiſt. *Vinetus.*

11. *Tabulam medico*] Arbitror eum dicere, *tabellas* cautionis, & ſyngrapham manu invita exaratam fuiſſe, & repugnantibus digitis, quorum unum.

Debita ſumma mihi eſt; ne repetamus, abes?
[12] Bis ſeptem rutilos regale nomiſma Philippos,
[13] Ne tanti fuerint, perdere malo, Theon:
Implicitum quam te noſtris [14] interne medullis
Defore tam longi temporis in ſpatio.
[15] Ergo aut prædictos jam nunc reſcribe Darios;
Et redime, ut mora ſit libera deſidiæ:
[16] Aut alios à me totidem dabo: dum modo cari
Conſpicer ora viri, pauperis uſque licet.
Puppe citus propera, ſinuoſaque lintea veli
Pande. [17] Medullini te feret aura noti

[18] Ex-

num nominat medicum vocatum. *Turnebus.*

11. *An quia per tabulam*, &c.] Scribo: *per tabulam radio pungente notatam.* id eſt, ſtilo, vel graphio, quo in cera ſcribebant, fodiente. *Gronovius.*

11. *An quia per tabulam*] Cur non ſimpliciter, *digito pugnante notatam* legimus? veriſimilis videbitur hæc conjectura, cui Fabri notæ ad Phædrum, ubi Lucretium emendat, lectæ fuerint, pag. 40.

12. *Bis ſeptem Philippos*] Idem rurſus Auſonius in Epiſt. XVIII:

Ergo interceptos regale nomiſma Philippos,

ex Horatii Epiſt. ad Auguſt. *Vinetus.*

12. *Philippos*] Nummos *Philippeos*, quos mox *Darios*, id eſt Daricos, nominat. Sic Valerianus apud Trebellium Pollionem in Claudio *Philippeos noſtri vultus annuos centum* dixit, qui mox *aurei Valeriani* vocantur.

13. *Nec tanti fuerint*] In veteri libro, *ne.* recte. *Pithœus.*

13. *Nec tanti fuerint*] Ne tam care illorum repetitio mihi conſtiterit, ut illius metu me ſemper fugias. Quamvis autem *Darios* excuſari poteſt exemplo τῦ *Philippos*, cenſeo tamen Auſonium, ut hominem bene doctum, dixiſſe cum priſcis, *Daricos.* Gronov.

14. *Interne*] Adverbium ultima vocali correpta, quamvis hoc tarius ſit in adverbiis, quæ fiant à nominibus adjectivis ſecundæ declinationis. *Vinetus.*

14. *Noſtris interne medullis*] Vide, quæ ad carmen de Burdigala.

15. *Ergo aut prædictos*] *nummos*, legendum indubitanter exiſtimo: quod & affirmare non verebor, ſi, qui meæ ſententiæ album calculum addat, doctum aliquem invenero. *Turnebus.*

15. *Prædictos reſcribe Darios*] Iam *Darios* appellat, quos prius *Philippos.* Fuit Δαρεῖος rex Perſarum: à quo facti, & dicti Δαρεικοὶ, hoc eſt *Darici* ſtateres, & nummi aurei. De quibus Budæus de aſſe ex Suida, & aliis. Adrianus Turnebus antiquum librum non viderat: ſed eum fefellit, qui *Charinos* pro *Darios* hîc ſe legiſſe ſcripſit. *Reſcribe*, redde, renumera. Terentii veteres commentatores in Act. V Phormionis. *Vinetus.*

16. *Aut alios à me totidem dabo*] Locum quidem hunc reſtituit Petrus Pithœus capite tertiodecimo primi Adverſariorum: ceterum quis ejus ſenſus? an Auſonium libenter alios quatuordecim *Philippeos* Theoni donaturum, ſi aliter impetrare ab eo non poſſit, ut ad ſe veniat, & ejus conſpectu fruatur? *Vinetus.*

17. *Medullini noti*] Venti à *Medulis* ſpirantis, non veri noti, ſed venti,

18 Expoſitum ſubter paradas, lectoque jacentem:
Corporis ut tanti non moveatur onus.
19 Vnus Domnotoni te litore perferet æſtus
20 Condatem ad portum: ſi modo deproperes.
Inque

venti, qui propius accedat ad Zephyrum. *Vinetus.*

18. *Expoſitum ſuper*] Placet *ſubter pardas.* i. e. ſub belluatis jacentem & Babylonicis peripetaſmatis. *Turnebus.*

18. *Expoſitum ſubter paradas*] *Paradæ*, non ſunt, quod putat Doctiſſimus Turnebus. Immane quantum ejus interpretatio diſcrepat à mente Auſonii. Nam *Parada* eſt genus navigii Vibiſci voluptarii undique tecti, quo æſtu ultro citroque reciprocante per Garumnam molliter ferebantur. Eæque toris & culcitris inſternebantur, ne agitatio ulla ſentiretur. Quod cognoſcimus ex Sidonio Apollinari ad Trigrettium: quem rogat à portu Alingonis, qui hodie nomen retinet, ſolvere, & *paradis* Burdegalam pervehi. Ejus verbis, quæ infra poſuimus, plurimum lucis verbis Auſonianis accedet. *Hic te*, inquit, *ædificatus culcitris torus: hic tabula calculis ſtrata bicoloribus: hic teſſera frequens eboratis reſultatura pyrgorum gradibus expectat: Hic, ne tibi pendulum tingat volubilis ſentina veſtigium, pandi carinarum ventres abiegnarum trabium textu pulpitabuntur. Hic ſuperflexo crate paradarum ſereni brumalis inſida vitabis.* Ex his cognoſcere potes, quare dixerit in *paradis* cum *lecto locatum æſtu* Oceani *Lucaniacum* deferri. *Scaliger.*

19. *Vnus Domnotoni*] Lego: *Vnus Domnotoni te è littore,* &c. & in proximo Epigr. *Vnius maſſa quis putet has ſpecies?* Turnebus.

19. *Vnus à Domnotoni*] Tametſi poterat Auſonius ſcribere: *Vnus Domnotoni te à littore*, tamen dum perpetuo jocatur cum ſuo Theone, maluit: *Vnus à Domnotoni*, veterum more. *S* namque apud priſcos, ſicut & *M*, vim ſuam plerumque amittebat, ut Quinctilianus, Priſcianus, & alii multi docuerunt. Spondeus ergo hic erit, *Vn'a.* Vinetus.

19. *Vnus Domnotoni*] Præpoſitio, *a*, quæ in v. c. conſpicitur, non videtur eſſe ab auctore, ſed a librario potius, utpote non neceſſaria; cum ſexcenties illam veteres, præſertim poetæ, negligant. quin &, ſi addas, durior verſus erit.

20. *Condatem ad portum*] Obliqui *Condatem*, quis rectus erit? *Condas?* CONDATVM alii ſecunda declinatione hunc locum appellarunt, ut oſtendemus. LILA à Lemovicibus & Petrogoriis delabens, in DORDONIAM, Duranium dictum Auſonio in Moſella, influit, ſupra Burdigalam Leucis quinque, ortum æſtivum verſus. Ad confluentes eſt LIBVRNIA, urbs nova, uti mihi quidem videtur. Ejus enim qui mentionem fecerit, auctorem non habeo Froeſſardo antiquiorem. Paullum ſupra hanc urbem, ſecundum Dordoniam, paludes ſunt, & paſcua, *Condatis* nomine. quo loco portus olim fuit, & habitatio. De portu teſtatur hic Auſonius. De habitatione, vicum appellat Paulinus in Epiſtolæ ad Auſonium primæ verſ. CLVI:

In Condatino diceris degere vico.

Et poſt Auſonii Paulinique tempora annis plus nongentis, Edouardus, hujus nominis primus in annalibus Aquitanicis computatus, Angliæ rex, Aquitaniæ dux, *Condati* morabatur. Ejus exſtant duorum diplomatum exempla: in quorum priore eſt, *Datum & actum apud Condatum prope Liburniam, anno milleſimo ducenteſimo octogeſimo nono.* In altero: *Datum apud* Con-

Inque vicem venti, quotiens [21] tua flamina ceſſant,
Remipedem jubeas protinus ire ratem.
[22] Invenies præſto ſubjuncta petorita mulis.
[23] Villa Lucani- mox potieris- aco.
Reſciſſo diſce componere nomine verſum.
Lucilì vatis ſic imitator eris.

Epiſto-

Condat prope Liburniam, ſecundo die Iunii, anno regni noſtri decimoſeptimo. Quo principe crediderim, mœnium *Liburniæ* fundamenta primum jaci cœpta; qui eam civitatem ſic inſtituit in alio diplomate, *villam*, hoc eſt urbem, oppidumque noſtro Galloromano ſermone, & portum vocans: *Sciatis nos dediſſe, & conceſſiſſe, in hac præſenti charta confirmaſſe dilectis, & fidelibus noſtris Burdigalæ, & villa noſtra portus de Liburnia, præſentibus, & futuris: quod ipſi communiam habeant in dicta villa portus de Liburnia. faciant anno quolibet duodecim Iuratos. & dicti duodecim Iurati poſſint eligere duos Probos homines de communia ſua in Majorem. & in craſtinum ſanctæ Mariæ Magdalenes, præſentent dictos duos Probi-homines in caſtro Burdigalæ Seneſchallo Vaſconiæ, vel ejus locum tenenti, vel Conſtabulario Burdigalæ, qui eligant, quem voluerint de prædictis*, &c. Muris itaque portui Liburnienſi circumdatis, poſſunt *Condatenſes* in novum oppidum cum aliis ex proximis agris commigraſſe, quas habebant ædes Condati diruiſſe, materiam ſecum aſportaſſe. ſic portum vicumque ſuum deſolaſſe: cujus nunc ſolæ ſunt reliquiæ, priſcarum foſſarum veſtigium. *Vinetus.*

21. *Tua flamina*] Ventus Medulinus. Vel quos flatus Theon homo obeſus, emitteret è pectore tantos, ut vela etiam implerent, & naves impellerent. *Vinet.*

21. *Quotiens tua flamina*] Ventus Medullinus. niſi *tua* explices tibi faventia: ſic enim ventus *noſter* eſſe dicitur, cum eo ſecundo utimur. Sic *meus Deus* apud Tibull. Horat. Senecam, &c. nam ſi cum Vineto de ipſis Theonis proflatibus intelligas, vereor ut ipſo Borea frigidior jocus ſit.

22. *Invenies*] Condati. *Petoritum* autem vox noſtras Gallica, vehiculi genus quatuor rotarum. Feſtus, & Aulus Gellius extremo libro quincto decimo noct. Atticarum. *Vinetus.*

23. *Villa Lucani mox potieris aco*] Tmeſin hanc ait exemplo Lucillii fieri. Nam Tmeſibus Lucillium uſum fuiſſe cognoſcimus vel uno verſic.

Illuvies, ſcabies oculos huic, de que petigo
Conſcendere. --- Nam integrum erat, *Depetigo*. Cato: *Depetigini porca impone. Depetigo* eſt λειχὴν. Eodem modo dixit Auſonius: *Matrique cida Nero*, imitatus Lucillium ſuum: ſic enim habebat vetus liber. *Scaliger.*

23. *Villa Lucani*] *Villa Lucaniaci* mox potieris. Mox eris *Lucaniaci*, ubi nunc ego. Quam autem hîc corripit Auſonius *Lucaniaci* penultimam, eam producit in jambico viceſimæ ſecundæ ad Pontium Paulin. Epiſt.

Lucaniacum liberet.

ſicut & in Epigramm. de Libero patre: *Lucaniacus Pantheum.*

Paulinus vero contraxit, & *Lucaniacum, Lucanum* dixit Epiſtola ad Auſonium prima. *Vinetus.*

23. *Villa Lucani mox potieris aco*]. Vide Giſanium ad Lucret. lib. VI, pag. 224.

Epiſtola VI.

AVSONIVS *Conſul vatem reſaluto* THEONEM.

AVrea mala, Theon, ſed plumbea carmina mittis.
Vnius maſſæ quis putet has ſpecies?
[1] Vnum nomen utriſque: ſed eſt diſcrimen utriſque:
Poma ut mala voces, carmina vero mala.
Vale beatis [2] nomen à divis Theon.
[3] Metoche ſed iſta ſæpe currentem indicat.

1. *Vnum nomen utrique*] Lege: *utriſque.* in v. c. fuit, *diſcr. utriuſque.*

2. *Nomen à divis Theon*] Eſt enim θεὸς Deus. *Vinetus.*

3. *Methodus ſed iſta*] *Methodus* in dialecticis eſt δεῖξις, ſeu ἔλεγχος argumentorum, quum examinantur ſyllogiſmi aut τῇ ἀντιστροφῇ, aut τῇ ἀπαγωγῇ εἰς ἀδύνατον, aut τῇ ἐκθέσει. Propterea dicuntur Syllogiſmi μεθοδεύεται, cum his modis exiguntur. In Grammaticis autem, ut etymologiis, verbi gratia, methodus Theonis nominis eſt, diſquirere utrum à verbo θέω, an παρὰ τοὺς Θεούς. Theoni igitur ſuum nomen παρὰ τοὺς Θεοὺς μεθοδεύοντι, Auſonius ἀντιμεθοδεύεις παρὰ τὸ θεῖν. Quare nihil mutandum. *Scaliger.*

3. *Methodus ſed iſta*] Μέθοδος. *Metoche* pro *Methodus* cenſuit legendum vir Doctiſſimus Ioannes Auratus, ſicut annotavit Pulmannus: quod *Theon*, hoc eſt Θέων, ſit etiam μετοχὴ id eſt participium à θέω, quod eſt curro. *Vinetus.*

AVSONIVS THEONI,

quum ei triginta Oſtrea, grandia quidem ſed tam pauca miſiſſet.

Epiſtola VII.

EXſpectaveram, ut reſcriberes ad ea, quæ dudum jocülariter luſeram de ceſſatione tua valde impia, & mea efflagitatione, cujus rei munus reciprocum quoniam in me colendo faſtidiſti, inventa inter tineas epiſtola veteri, quam de Oſtreis & Muſculis affectata obſcuritate condideram, [1] *quæ adoleſcens temere fuderam, jam ſenior retractavi. Sed in eundem modum inſtaurata eſt ſatyrica, & ri-*

1. *Quæ adoleſcens temere fuderam*] Conjiciebam: *quæ adoleſcens temere effuderam, jam ſenior ſerio retractavi.* ſic ad Paulinum: *Iſti tamen, ita te & Heſperium ſalvos habeam, quod ſpatio lucubratiuncula unius effuſi.*

2. *Notiſſi-*

& ridicula concinnatio, ſaltem ut nunc reſpondeas [2] *notiſſima cantilena, qui illam novitiam ſilentio condemnaſti.*

Oſtrea Bajanis certantia, quæ Medulorum
Dulcibus in ſtagnis reflui maris æſtus opimat,
[3] Accepi dilecte Theon, numerabile munus.
Verum quot fuerint, ſubjecta monoſticha ſignant.
[4] Quot ter luctatus [5] cum pollice computat index.
Geryones quot erant, decies ſi multiplicentur.
Ter quot erant Phrygii numerata decennia belli.
[6] Aut ter ut Æolidi menſis tenet ignicomus Sol.
Cornibus à primis quot habet vaga Cynthia noctes.
Singula percurrit Titan quot ſigna diebus.
Quotque annis ſublimis agit ſua ſecula Phænon.

[7] Quot

2. *Notiſſima catilena*] Potius *vetuſta*: præcedit enim *epiſtola veteri*. nec *notiſſima* videtur poſſe dici, quæ inter *tineas* conſenuit. *Gronovius.*

3. *Accepi dilecte*] Magno flagitio correctoris Lugdunenſis antea legeb. *Accipe mi dilecte Theon.* --- cum in libro veteri recte legatur: *Accepi dilecte Theon.* Nam Theon miſerat triginta illa oſtrea Auſonio, non contra Auſonius Theoni. *Scaliger.*

4. *Quot ter*] Beda de *computando per digitos*, & utramque manum, in libro de temporum ratione, ſcribit, quod antiqui illi quum decem ſignificare volebant, unguem indicis ſiniſtræ manus in medium artum pollicis, figebant. *Ter* autem dena, triginta ſunt oſtrea, quæ acceperat. *Vinetus.*

5. *Cum pollice computat index*] De *numerandi per digitos* ratione ex Hieronymo lib. 1 in Iovin. Donato in Ter. Adelph. Plinio lib. 34, c. 7. Macrobio libr. 1 Saturnal. Iuvenal. Satyr. x, Epigr. Gr. Nicandri de anu, Apulejo in Apol. & Beda, multa egregia Eraſmus in notis ad Hieronymum. adi quoque, ſi lubet, Lilium Gyraldum Dial. 1, & Commentatores in Tertullianum.

6. *Aut ter ut Æolidi menſis tenet ignicomus Sol*] Innuit niſi fallor, ſibi tot oſtrea miſſa, quot menſes tenebit Sol, ſi ter tot menſibus conſtet annus, quot olim in *Æolide* conſtabat. Decem enim menſium, nec amplius, annum apud Æolas fuiſſe tempore Homeri veteres Græci teſtantur, ut & apud Romanos ſub Romulo. Ad eamque rem utuntur teſtimonio ipſius Homeri, apud quem Neptunus Nympham à ſe compreſſam ita alloquitur:

Χαῖρε γυνὴ φιλότητι, περιπλομένου δ' ἐνιαυτοῦ
Τέξεις ἀγλαὰ τέκνα. --

Homerum autem *Æolem* fuiſſe, & in Æolide ſcripſiſſe, puto; nemo dubitabit, qui eum aut Cumæum, aut Smyrnæum fuiſſe mihi concedet, niſi *συμβολικῶς καὶ πυθαγορικῶς αἰόλον* annum dixerit Auſonius. Nam Pythagoricis *τετρὰς* dicebatur *αἰόλου φύσις. αἰόλον δὲ τὸ ἔτος.* Nicomach. libro ſecundo. *Scaliger.*

6. *Menſis tenet*] Antique, pro *menſes.*

7. Quot

[7] Quot numero annorum Veſtalis virgo miniſtrat.
[8] Dardaniuſque nepos regno quot protulit annos.
[9] Priamidæ quot erant, ſi bis deni retrahantur.
[10] Biſque viros numeres, qui [11] fata Amphryſia ſervant.
Quot genuit fetus Albana ſub ilicibus ſus.
Et quot ſunt aſſes, ubi nonaginta trientes.
[12] Vel quot habet unctos Vaſatica rheda caballos.
Quod ſi figuras fabulis adumbratas,
Numerumque doctis involutum ambagibus
[13] Ignorat alto mens obeſa viſcere:
Numerare ſaltim more vulgi ut noveris,
In ſe retortas explicabo ſummulas.
[14] Ter denas, puto, quinquieſque ſenas.
Vel bis quinque, dehinc decem, decemque.
Vel ſenas quater, & bis adde ternas.
Septenas quater, [15] adde unam & unam.
Duc binas decies, ſemelque denas.
Aut ter quattuor adde bis novenis.

Octo-

7. *Quot numero*] *Virgines deæ Veſtæ* ſacræ *annis decem* primis diſcebant, *totidem* miniſtrabant, *decem* reliquis docebant, & poſt *triginta* annos nubendi poteſtatem habebant. Dionyſius Halicarnaſſenſis libro ſecundo. *Vinetus.*

8. *Dardanius nepos*] Aſcanius ex octavo Æneidos. *Vinet.*

9. *Priamidæ quot erant*] *Priami* Trojanorum regis ex multis uxoribus, & concubinis, filios, filiaſque fuiſſe quinquaginta vult Auſonius. Ex quo numero ſi *bis deni*, id eſt viginti, ſubducantur, reliqui fient triginta. Hyginus quinquaginta quatuor noverat. *Vinetus.*

10. *Biſque viros numeres*] Hi erant *quindecim, ter quini* in extremo Gripo. *Vinet.*

11. *Fata Amphryſia*] Libros Sibyllinos. Servius in verſum trecenteſimum & nonageſimum octavum ſexti Æneidos. *Vin.*

12. *Vel quot habet*] *Redam* currus vehiculique Gallici Gallicum eſſe vocabulum Fabius Quinctilianus, & Nonius Marcellus ſunt auctores. *Id.*

13. *Ignorat alto*] Theonem obeſo corpore fuiſſe, jam aliquot locis monuimus. *Vinet.*

14. *Ter denas*] Mutavit genus hoc loco Auſonius, ut & in verſu viceſimo ſecundo Epiſtolæ nonæ, neutrum in femininum; quia quod τὸ ὄστρεον Græci, Latini modo *oſtreum* eodem genere, modo *oſtrea* feminino dicunt. *Vinetus.*

15. *Adde unum & unum*] Cum feminino genere in hac computatione utatur, corrigendum exiſtimavi, *unam & unam.* & mox, *octonas quater*, ſc. pone, vel duc, cum diſtinctione. imo & *ſeptenas quater* maluerim, pro *ſeptenis quater. Oſtreum* vero & *oſtream* dici vel pueris notum. & paulo ante: *quinquieſve ſenas.*

16. *Iam-*

Octonas quater, hinc duæ recedant.
Binas terdecies, ſemel quaternas.
Et ſex adde novem vel octo ſeptem.
Aut ſeptem geminis bis octo junge.
Aut ne ſim tibi pluribus moleſtus,
Triginta numero fuere cunctæ.
[16] Iunctus limicolis muſculus oſtreis
Primo compoſuit fercula prandio,
Gratus deliciis nobilium cibus,
Et ſumti modicus pauperibus focis.
Non hic navifrago quæritur æquore,
Vt creſcat pretium grande periculis:
Sed primore vado, poſt refugum mare,
Algoſo legitur littore concolor.
Nam teſtæ duplicis conditur in ſpecu,
Quæ ferventis aquæ fota vaporibus,
Carnem lacteoli viſceris indicat.
Sed damnoſa nimis panditur area.
[17] Fac campum replices Muſa papyrium:

Nec

16. *Iunctus limicolis*] Quæ *limo* gaudeant, & ex eo proveniant putreſcente, ut ait Plinius libro nono. MVSCVLVS tam fluviatilis piſcis quam marinus, ex eorum genere, qui teſta continentur. *Myſclas* genere feminino Burdigalenſes appellant, Μυκλάς mei Santones, Pariſii Μυλάς. *Vinetus.*

17. *Fac campum*] In hoc verſu non auſim aſſerere mendum eſſe, neque præſtare vitium vulgatæ lectionis, cum excuſari poſſit. Non potui tamen, quin ſuſpicionem meam exponerem. Intelligo recte dictum, *campum papyrium*. ſed *replicare campum*, duriuſculum videtur. Suſpicor non *campum*, ſed *ſcapum* legendum eſſe. Nam ita vocabant chartas complicatas. Gloſſarium: *Scapi*, κανόνες χερδιακοί, καὶ χάρτου τόμοι. Varro Bimarco: *Mihique diutini ſtilo noſtro, papyrino levit ſcapo ſcabitio, novo partu poëtico.* Gloſſæ Iſidori: *Scapus certus numerus tomorum chartæ ſcripta.* Prima autem ſcapi non dubium eſt, quin producatur. σκηπτὸς. unde σκηπτίων. Adde, quod apud eruditiſſimum poëtam Manilium lib. v, idem error, qui hic apud Auſonium inolevit. Nam hodie legitur:

At cum per decimam conſurgens horrida partem
Spica feret præſens naſcentes campus ariſtas. cum legendum ſit:
At cum per decimam conſurges horrida partem
Spica: feret præſex naſcentes ſcapus ariſtas.

Quod quam eleganter à diſertiſſimo poëta dictum ſit, in noſtris in illum caſtigationibus exponemus. Quas edere prius non poſſumus, quam cum valetudine ex graviſſimo morbo in gratiam

Nec jam fiſſipedis per calami vias
Graſſetur Cnidiæ ſulcus arundinis,
Pingens aridulæ ſubdita paginæ,
Cadmi filiolis atricoloribus.
Aut cunctis pariter verſibus oblinat
[18] Furvam [19] lacticolor ſpongia ſepiam
Parcamus vitio [20] Dumnotinæ domus:
Ne ſit charta mihi carior oſtreis.

gratiam redeamus. Hæc enim, ut omnes vident, tumultuariis lucubrationibus ſcribimus. Atque hæc eſt mea de hoc loco Auſonii ſententia. Siquis vulgarem tueri vult, poteſt id non leviſſimis argumentis ductus facere. *Scaliger.*

18. *Fulvam*] *furvam* repono ex jambico Epiſtolæ III. Eſt enim non *fulvum*, ſed *furvum*, & atrum, & nigrum, ut puto, atramentum. *Vinetus.*

18. *Fulvam ſepiam*] Recte Vinetus, & Grævius, *furvam*. Sic in Cupidine cruci affixo, *furva caliginiſt umbram* dixit. Sed videſis Heinſium ad Ovid. lib. III Metam. ℣ſ. 272.

19. *Lacticolor*] Quas adhuc vidimus *ſpongias*, fuſcæ erant, & flavæ. Sed *candidas* etiam eſſe, quæ cura & arte tales fiant, Dioſcorides, & Plinius ſunt auctores. *Vinetus.*

20. *Dumnotinæ*] Hoc vocabulum varie corruptum inveni in novis exemplaribus æque, ac in vetere, *o* pro *u* in prima ſyllaba: *i* pro *o* in ſecunda, ac *o* pro *i* in tertia. Sed ſignificatio non minus incerta. *Domnitonis* enim in verſu quinctodecimo Epiſtolæ v, & *Domnitoni* in triceſimo primo, locum ſignificare videntur, qui eſſet non procul Pauliaco, qui una memoratur, & in eadem ripa ſiniſtra Garumnæ in Oceanum properantis, habitatio poëtæ Theonis. Eſt illic *Doniſſa* vicus Pauliaco minor obſcuriorque, & Burdigalæ propior: ſiquis hic *Domnitoni* veſtigium ullum poſſit agnoſcere. *Vinet.*

AVSONIVS AXIO PAVLO RHETORI S. Epiſt. VIII.

TAndem eluctati retinacula blanda morarum,
Burdigalæ molles liquimus illecebras.
[1] Santonicamque urbem vicino acceſſimus agro.

Quod

1. *Santonicamque urbem*] *Santones* provinciam ſuam *Saintonge* vulgo appellant, tanquam à *Santonia* efficto verbo. *Santonos* urbem, *Saintes*: *Santones* ſcribit Stephanus gentem eſſe Aquitaniæ. addit Strabo, Garumnæ accolas, & ad Oceanum ſpectantes. horum loca hæc memoravit Ptolemæus, *Santonum promuntorium*, *Santonum portum*, *Canenteli fluvii oſtia*, & *Mediolanion urbem*. De Mediolanio *Santonum* non dubito, quin ſit *Santonum* Metropolis. quam nunc *Santonos* vocamus. Vocabuli namque *Mediolani* nullæ omnino *Santonis* reliquiæ de hoc Mediolano agnoſcuntur. Sed quæ abunde teſtantur loci vetuſtatem, dignitatemque, quum

in

Quod tibi ſi gratum eſt, optime Paule, proba.
Cornipedes rapiant impoſta [2] petorita mulæ:
[3] Vel ciſio trijugi, ſi placet, inſilias:
[4] Vel celerem mannum, vel [5] ruptum terga veredum
Con-

in toto *Santonico* nihil hujuſmodi aliud oſtentetur, hæc ſunt. Primum, priſcorum mœnium particulæ, aliquot locis non tam invito tempore rerum edaci, quam Vandalis, Gothis, Sarracenis, Normannis, Anglis, aliiſque barbaris, adhuc manentes. deinde extra mœnia, ſed non procul, ad occaſum, ni fallor, hibernum, amphitheatri Petrogoricenſi magis quam Burdigalenſi ſimilis nobiles reliquiæ. Tum in Carantono præterfluente, antiqui artificii arcus: in quo hæc leguntur, duobus verſiculis. CÆSARI NEP. DIVI IVLII PONTIFICI AVGVRI. At in altera parte, duobus etiam verſibus, ſed litteris vetuſtate pleriſque exeſis. C. IVLIVS. C. IVLI OTVANEVNI. F. RVFVS. C. IVLI. GEDOMONIS. NEPOS EPOSTEROVIDI. PRON. SACERDOS. ROMÆ. ET. AVGVST... AD. ARAM. QVÆ. EST AP. CONFLVENTEM. PRÆFECTVS. FABRVM. D. Poſtremo, qua *Santonis* Angeriacum itur, viſuntur non parvæ aquæductus reliquiæ: quo quondam in *Santonos* aqua perducebatur. Hoc ergo eſt, quod agnoſco Santonum Mediolanum. Cujus agrum ſi aliquando inſpexiſſet geographus Strabo, pro arenoſo & ſterili, perpinguem, frugumque omnium feraciſſimum dixiſſet: ut de illo Helvetios ante Strabonem ſenſiſſe meminit Cæſar commentariorum Gallicorum primo. *Vinetus.*

2. *Petorrita*] De ea voce adeundus Gellius lib. xv, cap. xxx.

3. *Vel ciſio trijugi*]. *Ciſium* Nonius Marcellus, genus eſſe vehiculi biroti ſcribit. Cicero pro Sexto Roſcio Amerino: *Decem horis nocturnis, ſex & quinquaginta millia paſſuum ciſiis pervolavit.* Et apud Nonium: *Delituit in quadam caupona. atque ibi ſe occultans perpotavit ad veſperam. Inde ciſio celeriter ad urbem advectus, domum venit.* Ita ad celeritatem *ciſiis* veteres uti ſolitos diceres. *Trijugi* autem, quod *tribus junctu* equis trahebatur. *Vinetus.*

4. *Vel celerem manuum*] Scribe: *Mannum*, quod eſt equi genus Ovidio, Lucretio, Horatio. Et *mannulos* dixit Martialis, & Plinius in quadam ad Clementem Epiſtola: *Habebat puer mannulos multos & junctos & ſolutos, habebat canes.* Mariang. Accurſ.

4. *Vel celerem mannum*] Veteres Horatii interpretes, & Iſidorus, ſcribunt *mannos* eſſe dictos equos puſillos, *burdos* vulgo, *burricoſque* appellatos: qui manſuetudine *manuum* familiarius ſequantur. Auſonius neſcio, quam parvos illos norit, qui veloces eſſe jubet. *Vinet.*

5. *Ruptum terga*] Labore ac inſidentium pondere. Corruptum eſt apud Feſtum eorum vocabulum, qui veherent redas, id eſt, ducerent: ſed *veredos*, ut arbitror, ibi legerat Budæus. Iſidorus capite primo duodecimi etymologiarum: *Veredos antiqui dixerunt, quod veherent redas, id eſt ducerent. vel quod vias publicas currant: per quas, & redas ire ſolitum erat.* Aurelius Caſſiodorus libro ſexto, in formula Magiſterii dignitatis: *Veredorum quinetiam opportunam velocitatem, quorum ſtatus ſemper in curſu eſt*, &c. Ita *veredi* in titulo quinquageſimo primo duodecimi, Codicis Iuſtiniani, dicuntur equi publico curſui deputati. Vnde *veredarii* apud Iulium Firmicum & Caſſiodorum appellati, curſores, qui equis *veredis* veheren-

tur.

Conſcendas, propere dum modo jam venias.
Inſtantis revocant quia nos ſollemnia Paſchæ :
[6] Libera nec nobis eſt mora deſidiæ.
Perfer in excurſu vel terjuga millia epodon ,
[7] Vel falſas lites, quas ſchola veſtra ſerit.
Nobiſcum invenies [8] nullas. quia liquimus iſtic
Nugarum veteres cum ſale relliquias.

tur. Putat Budæus *curſum vehicularem* fuiſſe, qui *publicus curſus* dicitur in Codice illo Iuſtiniani : ſcribitque, quod antiqui non equis ſingulis & expeditis, ut hodie, ſed vehiculis utebantur. Suetonius de Auguſto: *Et quo celerius ac ſub manum annunciari cognoſcique poſſet, quid in provincia quaque gereretur, juvenes primo modicis intervallis per militares vias, dein vehicula diſpoſuit.* Ceterum hoc loco, & in epiſtola XIV, Auſonius pro equo ſine vehiculo videtur accipere *veredum*, ac Martialis in XIV Epigrammate libri XII, ad Priſcum venatorem :

Parcius utaris, moneo, rapiente vereda
Priſce : nec in lepores tam violentus eas.
Sæpe ſatisfecit prædæ venator, & acri
Decidit excuſſus nec rediturus equo.

Vinetus.

6. *Libera nec nobis*] Corrige : *Libera nec vobis eſt mora deſidiæ.* Id eſt, non licet tibi eſſe deſidi, aut tardo : quod ſi enim cunctatus fueris, fruſtra veneris, me jam ob inſtans Paſchatis feſtum domum reverſo.

7. *Vel falſas lites*] Declamationes. *Vinetus.*

7. *Vel falſas lites*] *Ficta* enim erant *certamina Rhetorica*, ut Priſcianus ait, unde & πλάσματα dicta, & figmenta Sophiſtarum ; item Auctori Dialogi de Oratore argute ſane *ſcenæ Scholaſticorum*, & Ennodio, *dicendi ſimulacra.* A. Gellius *Decurſus ludicros* vocavit, & *ſimulacra præliorum voluptaria.* Rem ipſam mire S. Baſilius verbis illis expoſuit lib. II contra Eunom. πρὸς κατηγόρους τε μάχαι μὴ ὑφεστῶτας, καὶ ἀπολογίαι πρὸς κατηγορίαν οὐ προειρηθεῖσαν, καὶ λόγος πρὸς δικαστὰς τοὺς οὐδαμοῦ φαινομένους. Gonzales de Salas.

8. — — *nullas, quia liquimus. Eja Vale. Valere ſi voles me, vel vola*] Ita fuit in Tiliano : cujus diſtichi poſterior verſ. jambicus ſenarius eſt, una tantum mutata ſyllaba, in epiſtola quintadecima ad Tetradium.

Vale. Valere ſi voles me, pervola.

ſed in extrema XIV,

Vale. Valere ſi voles me, jam veni. Vin.

AVSONIVS PAVLO, Epiſt. IX.

OStrea nobilium cœnis, ſumptuque [1] nepotum
Cognita, [2] diverſoque maris defenſa profundo,
Aut

1. *Nepotum*] *Nepotes*, ut eſt apud Feſtum, luxurioſæ vitæ homines appellari : quibus non magis curæ ſit res ſua familiaris, quam iis, quibus avus, paterque vivunt. Hac ſignificatione hîc accipere oportet, ut & apud Plinium libro triceſimo ſecundo de oſtreis : *Nec non inter nos, nepotis cujuſdam nomenclator, τεθύννια appellavit, tanta amplitudinis intelligi cupiens, ut ter mordenda eſſent.* Vinetus.

2. *Diverſoque maris defoſſa profundo*] Repo-

Aut refugis nudata vadis, [3] aut ſcrupea ſubter
Antra, & muriceis ſcopulorum merſa lacunis,
Quæ viridis muſcus, [4] quæ dedecor alga recondit,
Quæ teſtis concreta ſuis, ceu ſaxa cohærent,
[5] Quæ mutata loco, pingui mox [6] conſita limo,
Nutrit ſecretus concluſæ uliginis humor,
Enumerare jubes, vetus ô mihi Paule ſodalis,
Aſſuefacte meis joculari carmine nugis.
Aggrediar; quamvis curam non iſta ſenilem
Solli-

Repoſui ex optimo libro, *defenſa.* nec auſus fuiſſem, niſi ipſa juſſiſſet ratio & Auſonii mens, quam ſimili mox verſu clarius expreſſit: *Aut Eborum miſtus pelago qua protegit amnis.* Sed & geminum huic locum invenias in Moſella: *Heu male defenſos penetrali flumine piſces!*

3. *Aut ſcrupea ſubter Antra*] *Scrupeas ſpeluncas* dixit Virgilius verſu ducenteſimo & triceſimo octavo ſexti Æneidos. *Vinetus.*

4. *Quæ dedecor alga*] *Decor* adjective aliquando uſurpatum fuit, pro *decorus*: ut poëtæ Nævii auctoritate probat Priſcianus libro ſexto:

Magnamque domum, decoremque, ditemque Vexarant.

& Salluſtii ex quarto Hiſtoriarum: *Equis & armis decoribus cultus.* Hinc duo adjectiva generis communis compoſita, *indecor*, & *dedecor* memorat idem Priſcianus libro quincto. A quorum priore, *indecorum*, & *indecores* multis locis uſurpavit Virgilius, ut undecimo Æneidos:

Non tamen indecorem tua te regina relinquet, & ſeptimo:

Non erimus regnc indecores. —

In quem locum dubitat vetus commentator, an ſit ullus nominativus ſingularis iſtorum obliquorum: quum duos inveniamus, *indecor* apud Priſcianum, uti dixi, & *indecoru* apud Nonium Marcellum. cujus ſubjiciam verba. *Indecoris*, pro *indecora.* *Accius Athamante*:

Cujus ſit vita indecoris, mortem fugere turpem haud convenit.

Sic enim ibi legit Henricus Stephanus. *Dedecor* vero nec alibi legere memini, quam apud Auſonium, & Priſcianum, nec ab eo quicquam deflexum, præter plurale *dedecores* in his Salluſtii à Priſciano adductis: *Dedecores multique terga ab hoſtibus cadebantur*: & in vetuſto Latino-Græco gloſſario, ubi ſubſtantivum *decor*, πρέπεια interpretatur: adjectivum illud ſimplex plurale *decores* εὐπρεπεῖς: *dedecores* ἀπρεπεῖς, ἄκοσμοι. Vinetus.

5. *Quæ mutata loco*] Ita poſſe ſaginari *oſtrea* Æthiopum exemplum eſt apud Photium, ex Agatharchide pag. 1345. ubi colligi ab iis conchas refert, eaſque recenti alga, & piſcium minutorum capitibus, foſſis demerſas nutriri ſolitas. ut hæc epiſtola cum fructu legatur, caput quoque VI lib. XXXII Plinii, in quo peculiariter de *oſtreis* agitur, relegendum eſt. ubi quæ *Edulæ* vocantur, ſuavitate commendata, *Medulæ* fortaſſe ſint, *dulci tenerrima ſucco*, ut noſter ait.

5. *Quæ mutata loco*] A ſuo natali ſolo, in alium locum tranſlata. Plinius in triceſimo ſecundo Naturalis Hiſtoriæ de oſtreis: *Gaudent & peregrinatione, transferrique in ignotas aquas.* Vinetus.

6. *Condita limo*] Emendo, *conſita.* Nam priſca ſcriptura habet, *conſta.* Scaliger.

[18] Vel quæ Bajanis [19] pendent fluitantia palis:
[20] Santonico quæ tecta ſalo: [21] quæ nota Genonis:
[22] Aut Eborum miſtus pelago quæ protegit amnis,

Vt

re liquidiſſima, de *Abydenis oſtreis.* inter laudatiſſimos gulonibus cibos enumeravit Ennius apud Apulejum in Apologia:

Mures ſunt Æni, aſpera & oſtrea plurima Abydi.

ex Archeſtrato, qui apud Athenæum l. III.

Τοὺς Μῦς Αἶνος ἔχει μεγάλους, ὄστρεια δ' Ἄβυδος.

Clem. Alexandr. lib. II Pædagog. c. I: Οἱ δὲ ἐξυμνεῖν οὐκ αἰσχύνονται τὰς σφετέρας ἡδυπαθείας, τὰς ἐν τῷ πορθμῷ τῷ Σικελικῷ σμυραίνας πολυπραγμονήσαντες, καὶ τὰς ἐγχέλεις τὰς Μαιανδρείους, καὶ τοὺς ἐν Μήλῳ ἐρίφους, καὶ τοὺς ἐν Σκιάθῳ κεστρεῖς, καὶ τὰς πελωριάδας κόγχας, καὶ τὰ ὄστρεα τὰ Ἀβυδηνά.

18. *Vel qua Bajanis*] *Bajanorum oſtreorum* etiam mentio in Epiſtola ſeptima. Vrbs maritima *Baja* in Campania Italiæ, locus amœniſſimus ob fontes aquarum calidarum, & alia multa, Ciceronis, Virgilii, Horatii, omnium veterum ſcriptis celebratiſſimus. *Vinet.*

19. *Pendent fluitantia palis*] Quanquam *palis* non improbo, mallem tamen legere *pilis.* Virgilius:

Qualis in Euboico Bajarum littore quondam
Saxea pila cadit. -- Ex pilæ dicuntur χηλαὶ à Thucydide. *Scaliger.*

20. *Santonico qua tecta ſalo*] *Oceanus Santonicus*, & Carantoni, aliorumque omnium in ipſum influentium oſtia, *oſtreis* abundant. Earum maximæ, & *tridacna* (ut ille appellat apud Plinium libro triceſimo ſecundo, oſtreas, quæ ob amplitudinem *ter mordenda* eſſent) ex iis locis everruntur, quæ nunquam aqua detegit: & vocitant *Santones* oſtreas ex *draga*, à reti, quo eas capiunt, quaſi dicas tragulatas. Iſtud enim Santonicum verbum *draga*, ex Latino tragula, corruptum eſſe ſuſpicor. *Vinetus.*

21. *Qua nota Genonis*] *Genaunos* ſeu *Genonos*, (nam *au* & *o* veteres confuderunt) *Illyrici* populum recenſent Strabo, Horatius, aliique. Quamvis autem hic populus loca interiora potius quam maritima incoluiſſe videatur, quin tamen hic Auſonius Illyrica *oſtrea* deſignaverit, nullus dubito. De iis Plinius lib. XXXII, c. VI: *Variant coloribus, rufa in Hiſpania, fuſca in Illyrico, nigra & carne & teſta Circejis.*

22. *Aut Eborum miſtus*] *Eborum amnis miſtus pelago* ſunt oſtia Sequanæ. Nam per *Ebures* intelligit *Eburovices*, qui interjacent inter Sequanam & Abricanti tractum: continebatque in ſe etiam Lexovios ipſos: à quibus totus ille tractus Aulercorum dictus fuit *Eburovicanus*, vel *Ebruicanus.* Nam ab oſtiis Sequanæ ad Pyrenæos tres tractus fuerunt. A Sequana ad Abricantum, quod hodie *Avrenches* dicitur, Aulercorum tractus *Ebruicanus.* Ab Abricantis ad Brivatem portum, qui hodie conciſum ſervat nomen vetus, *Breſt*, vel ad Ligeris oſtia, quæ non multum ab eo portu abſunt, tractus Aremoricanus. A Ligeri ad Pyrenæos uſque, Aquitanicus tractus: omnes ſub unius ſpectabilis ducis diſpoſitione. In notitia Imperii Romani perperam excuſum eſt: *Sub diſpoſitione viri ſpectabilis Ducis tractus Armoricani, & Nervicani:* mendum enim manifeſtum eſt. Nam non *Nervicani* legendum, ſed *Ebruicani.* Neque à Nerviis fit Nervicanus, ſed Nervianus. Deinde, qui poſſunt Nervii in his tractibus annumerari, qui ſunt remotiſſimi, & in Belgis cenſentur? quatuor enim tantum Lugdunenſes, & utraque Aquitania pare-

Vt multo jaceant algarum obducta receſſu:
Aſpera quæ teſtis, [23] & dulcia farris opimæ.
Sunt & Aremorici qui laudent oſtrea ponti:
Et quæ Pictonici legit accola littoris: & quæ
Mira Caledonius nonnumquam detegit æſtus.
[24] Accedunt, quæ (fama recens) Byzantia ſubter

Lit-

parebat ei Duci non Belgica, ut recte poſtea ſubjicitur in eadem Notitia. Porro, in eodem loco mancus eſt locus, cum tractus Aquitanici non meminit. Ab illo tractu *Eborum* etiam hodieque Lutetiam devehuntur *oſtrea* decumana, quæ & hodie quoque ſecundam palmam à Burdigalenſibus obtinent. Nam omnium gulæ procerum judicio, qui utraque guſtarunt, longe Burdigalenſia præferuntur. In quibus me ſane adſtipulatorem cum Auſonio quoque habent. De *Genonis* nihil pronuncio. Paulo inferius quædam *oſtrea*, quæ ad Propontida capiebantur, *Promotiana* dicta ſcribit à *Promoto* duce tractus Propontidis. *Scaliger*.

22. *Aut Eborum*] In exemplari erat, *Aut Ebore:* unde *Aut Ebora*, potius ſcriberem, quam, *Aut Eborum*. Leguntur autem *Ebora* & *Ebura* aliquot apud veteres Geographos. quarum una Ἔβουρα, id eſt *Ebúra* apud Strabonem tertio, ſed eadem Ἔβορα, id eſt *Ebora* apud Stephanum, πόλις, hoc eſt civitas, apud eoſdem, ſed caſtellum apud Melam Pomponium, ad Bætis oſtium amnis Hiſpaniæ in Oceanum Gaditanum Atlanticumve, influentis. Ejus *oſtrea* poſſunt eſſe, quæ hic celebrat Auſonius. Alioqui nihil apud veteres alios legere memini de *Hiſpania oſtreis*, niſi quod Plinius triceſimo ſecundo *rufa* eſſe ſcribit. *Vinetus*.

23. *Et dulcia farris opima*] Ego iſtud *farris* quid hic ſit, non video: & in *frugis* aut *carnis* mutarem, niſi vererer, ut ne fuerit olim *farris* aliud atque obliquus à recto *far*. Miror enim, quod & *far*, & *farris*, recti, reperiantur in vetere gloſſario. *Far*, ζειά, σῖτος, ὄλυρος. & poſt verſus aliquot, *Farris*, ζειὰ, ὄλυρος. Vinet.

23. *Et dulcia farris opima*] Forte: *ſed dulcia farris opimo*. poſſit & *carnis* legi, ſicut ſupra *carnem lacteoli viſceris* dixit. & eſt oppoſitio inter *aſpera teſtis*, & *ſed dulcia opimo carnis* vel *farris*.

24. *Accedunt, quæ fama recens, Byzantia*] adjuvi nonnihil ſenſum, aliter diſtinguendo. Familiare non Poëtis tantum, ſed & proſæ orationis ſcriptoribus, inſerere quaſdam voculas, quas parentheſi includere ſolemus. maxime autem in iis uſurpandis creber Florus eſt, e quo loca aliquot adducam, uti ea reſtituenda cenſeo: libro igitur 2, cap. 6: *Quamvis tunc (pudor) manu ſervili pugnaret. Nam huc uſque tot mala compulerant. Sed libertate donati fecerant ſe virtute Romanos.* Et c. 16: *Iam & urbem ipſam terrebat obſidio: ſed (fata rerum) quum Metellus dimicaſſet, ad victoriam Mummius venit.* Lib. 3, cap. 4: *Itaque non fuſus modo ab his aut fugatus, ſed (ſimile prodigio!) omnino totus interceptus exercitus.* Et cap. 21: *Nam Sulmonem vetus oppidum ſocium atque amicum (facinus indignum) nondum expugnatum (ut obſides rebellium & modo morte damnati duci jubentur) ſic damnatam civitatem juſſit Sylla deleri.* Et c. 3: *Venere illi: (quam metus in barbaris nulla veſtigia!) diem pugnæ ab imperatore noſtro petierunt, & hic proximum dedit.* Lib. 2, cap. 2: *Tum (fœda clades, Romaniſque uſu incognita) vivus in manus hoſtium venit fortiſſimus imperator.* Plura ſunt, ſed piget adſcribere. Dicam tribus verbis, omnia

iſta

Iſſe dies? anni portio quarta abiit.
Sexaginta horas ſuper & duo millia centum
Te ſine conſumſi: quo ſine & hora gravis.
[7] Millia bis nongenta jubet demenſio legum
Adnumerata reos per tot obire dies.
[8] Iam potui Romam pedes ire, pedeſque reverti,
Ex quo te dirimunt millia pauca mihi.
[9] Scirpea Domnotoni tanti eſt habitatio vati?
[10] Pauliacus tanti non mihi villa foret.
An quia per tabulam [11] medico pugnante notatam,
Debita

Vis novies denos dicam, deciesq; novenos Iſſe dies? Eſt jocus. dixit in præcedente verſu nimis humane & ſimpliciter, *nonaginta dies* præteriiſſe. Subjungit: Viſne ut nunc poëtice loquar, & dicam *novies denos*, aut decies novenos dies effluxiſſe? *Gravius.*

7. *Millia*] Caput undecimum libri ſecundi Digeſtorum Iuſtin. Auguſti hunc habet titulum. *Si quis cautionibus, in judicio ſiſtendi cauſa, factu, non obtemperavit.* ibique hæc Caji juriſconſulti verba: *Vicena millia paſſuum in ſingulos dies dinumerari Prætor jubet, præter eum diem, quo cautum promittitur, & in quem ſiſtere in judicium oportet.* Sed Iacobus Cujacius, & Petrus Pithœus in adverſariis hunc ante nos locum Auſonii explicuerunt. *Vinetus.*

8. *Iam potui Romam*] uſque ab ultima Aquitania, & Gallia. Qui Burdigala (in agro Burdigalenſi ſcripta fuit hæc epiſtola) Romam, ſacerdotiorum à pontifice Romano petendorum gratia frequentér currunt, trecentas leucas intereſſe putant: iterque hoc per equos diſpoſitos diebus fere ſeptem conficitur. ſed incertus nimium iſtarum leucarum modus hodie, cum millenum & quingentenûm apud priſcos Gallos eſſent: ut ſcribunt Ammianus Marcellin. libro quinctodecimo, & ſextodecimo, Iornandeſque in Gothicis. *Vinet.*

9. *Scirpea habitatio*] Vt *arundinea tecta* dixit in prioris Epiſt. verſu quarto. De *Domnotinis* in Epiſtolæ ſeptimæ verſum 56. *Vinetus.*

10. *Pauliacus*] Vicus eſt nobilis, nomen adhuc retinens *Pauliac*, apud eoſdem Medulos in ipſa Garumnæ ripa, novem leucis à Burdigala, ut vulgus metitur illic itinera. *Vinet.*

11. *Medica pugna notatam*] Lugdunenſes *medico pugnante notatum*, repoſuerunt. Ceterum mihi quoque ſi quid hic ſomniare liceret, ſcriberem potius, *Medi qua pugna notata:* ſignumque *ſyngrapha* intelligerem ex anulo, & gemma, in qua ſculpta alicujus Medorum regis, ut Aſtyagis cum Perſis, vel Darii cum Athenienſibus, in campo Marathone, pugna fuerat: quemadmodum ſyngraphas, Epiſtolas, edicta, Auguſtum Cæſarem ſphinge: Mæcenatem rana: Syllam Dictatorem traditione Iugurthæ: Intercatienſem, cujus patrem Scipio Æmilianus ex provocatione interfecerat, pugnæ ejus effigie ſignaſſe, ſcribit Plinius in principio triceſimi ſeptimi de Nat. Hiſt. *Vinetus.*

11. *Tabulam medico*] Arbitror eum dicere, *tabellas* cautionis, & ſyngrapham manu invita exaratam fuiſſe, & repugnantibus digitis, quorum unum

Debita ſumma mihi eſt; ne repetamus, abes?
[12] Bis ſeptem rutilos regale nomiſma Philippos,
[13] Ne tanti fuerint, perdere malo, Theon:
Implicitum quam te noſtris [14] interne medullis
Deſore tam longi temporis in ſpatio.
[15] Ergo aut prædictos jam nunc reſcribe Darios;
Et redime, ut mora ſit libera deſidiæ:
[16] Aut alios à me totidem dabo: dum modo cari
Conſpicer ora viri, pauperis uſque licet.
Puppe citus propera, ſinuoſaque lintea veli
Pande. [17] Medullini te feret aura noti

[18] Ex-

num nominat medicum vocatum. *Turnebus.*

11. *An quia per tabulam*, &c.] Scribo: *per tabulam radio pungente notatam.* id eſt, ſtilo, vel graphio, quo in cera ſcribebant, fodiente. *Gronovius.*

11. *An quia per tabulam*] Cur non ſimpliciter, *digito pugnante notatam* legimus? veriſimilis videbitur hæc conjectura, cui Fabri notæ ad Phædrum, ubi Lucretium emendat, lectæ fuerint, pag. 40.

12. *Bis ſeptem Philippos*] Idem rurſus Auſonius in Epiſt. XVIII:

Ergo interceptos regale nomiſma Philippos,

ex Horatii Epiſt. ad Auguſt. *Vinetus.*

12. *Philippos*] Nummos *Philippeos*, quos mox *Darios*, id eſt Daricos, nominat. Sic Valerianus apud Trebellium Pollionem in Claudio *Philippeos noſtri vultus annuos centum* dixit, qui mox *aurei Valeriani* vocantur.

13. *Nec tanti fuerint*] In veteri libro, *ne.* recte. *Pithœus.*

13. *Nec tanti fuerint*] Ne tam care illorum repetitio mihi conſtiterit, ut illius metu me ſemper fugias. Quamvis autem *Darios* excuſari poteſt exemplo τῦ *Philippos*, cenſeo tamen Auſonium, ut hominem bene doctum, dixiſſe cum priſcis, *Daricos.* Gronov.

14. *Interne*] Adverbium ultima vocali correpta, quamvis hoc rarius ſit in adverbiis, quæ fiant à nominibus adjectivis ſecundæ declinationis. *Vinetus.*

14. *Noſtris interne medullis*] Vide, quæ ad carmen de Burdigala.

15. *Ergo aut prædictos*] *nummos*, legendum indubitanter exiſtimo: quod & affirmare non verebor, ſi, qui meæ ſententiæ album calculum addat, doctum aliquem invenero. *Turnebus.*

15. *Prædictos reſcribe Darios*] Iam *Darios* appellat, quos prius *Philippos.* Fuit Δαρεῖος rex Perſarum: à quo facti, & dicti Δαρεικοὶ, hoc eſt *Darici* ſtateres, & nummi aurei. De quibus Budæus de aſſe ex Suida, & aliis. Adrianus Turnebus antiquum librum non viderat: ſed eum fefellit, qui *Charinos* pro *Darios* hîc ſe legiſſe ſcripſit. *Reſcribe*, redde, renumera. Terentii veteres commentatores in Act. V Phormionis. *Vinetus.*

16. *Aut alios à me totidem dabo*] Locum quidem hunc reſtituit Petrus Pithœus capite tertiodecimo primi Adverſariorum: ceterum quis ejus ſenſus? an Auſonium libenter alios quatuordecim *Philippeos* Theoni donaturum, ſi aliter impetrare ab eo non poſſit, ut ad ſe veniat, & ejus conſpectu fruatur? *Vinetus.*

17. *Medullini noti*] Venti à *Medulis* ſpirantis, non veri noti, ſed venti,

18 Expoſitum ſubter paradas, lectoque jacentem :
Corporis ut tanti non moveatur onus.
19 Vnus Domnotoni te litore perferet æſtus
20 Condatem ad portum : ſi modo deproperes.

Inque

venti, qui propius accedat ad Zephyrum. *Vinetus.*

18. *Expoſitum ſuper*] Placet *ſubter pardas.* i. e. ſub belluatis jacentem & Babylonicis peripetaſmatis. *Turnebus.*

18. *Expoſitum ſubter paradas*] *Parada*, non ſunt, quod putat Doctiſſimus Turnebus. Immane quantum ejus interpretatio diſcrepat à mente Auſonii. Nam *Parada* eſt genus navigii Vibiſci voluptarii undique tecti, quo æſtu ultro citroque reciprocante per Garumnam molliter ferebantur. Eæque toris & culcitris inſternebantur, ne agitatio ulla ſentiretur. Quod cognoſcimus ex Sidonio Apollinari ad Trigrettium: quem togat à portu Alingonis, qui hodie nomen retinet, ſolvere, & *paradis* Burdegalam pervehi. Ejus verbis, quæ infra poſuimus, plurimum lucis verbis Auſonianis accedet. *Hic te*, inquit, *ædificatus culcitris torus : hic tabula calculis ſtrata bicoloribus : hic teſſera frequens eboratis reſultatura pyrgorum gradibus expectat : Hic, ne tibi pendulum tingat volubilis ſentina veſtigium, pandi carinarum ventres abiegnarum trabium textu pulpitabuntur. Hic ſuperflexo crate paradarum ſereni brumalis inſida vitabis.* Ex his cognoſcere potes, quare dixerit in *paradis* eum *lecto locatum æſtu* Oceani *Lucaniacum* deferri. *Scaliger.*

19. *Vnus Domnotoni*] Lego: *Vnus Domnotoni te è littore,* &c. & in proximo Epigr. *Vnius maſſa quis putet has ſpecies?* Turnebus.

19. *Vnus à Domnotoni*] Tametſi poterat Auſonius ſcribere : *Vnus Domnotoni te à littore*, tamen dum perpetuo jocatur cum ſuo Theone, maluit : *Vnus à Domnotoni*, veterum more. *S* namque apud priſcos, ſicut & *M*, vim ſuam plerumque amittebat, ut Quinctilianus, Priſcianus, & alii multi docuerunt. Spondeus ergo hic erit, *V n̊s a.* Vinetus.

19. *Vnus Domnotoni*] Præpoſitio, *a*, quæ in v. c. conſpicitur, non videtur eſſe ab auctore, ſed a librario potius, utpote non neceſſaria; cum ſexcenties illam veteres, præſertim poetæ, negligant. quin &, ſi addas, durior verſus erit.

20. *Condatem ad portum*] Obliqui *Condatem*, quis rectus erit? *Condas?* Condatum alii ſecunda declinatione hunc locum appellarunt, ut oſtendemus. Lila à Lemovicibus & Petrogoriis delabens, in Dordoniam, Duranium dictum Auſonio in Moſella, influit, ſupra Burdigalam Leucis quinque, ortum æſtivum verſus. Ad confluentes eſt Liburnia, urbs nova, uti mihi quidem videtur. Ejus enim qui mentionem fecerit, auctorem non habeo Froeſſardo antiquiorem. Paullum ſupra hanc urbem, ſecundum Dordoniam, paludes ſunt, & paſcua, *Condatis* nomine. quo loco portus olim fuit, & habitatio. De portu teſtatur hîc Auſonius. De habitatione, vicum appellat Paulinus in Epiſtolæ ad Auſonium primæ verſ. clvi:

In Condatino diceris degere vico.

Et poſt Auſonii Paulinique tempora annis plus nongentis, Edouardus, hujus nominis primus in annalibus Aquitanicis computatus, Angliæ rex, Aquitaniæ dux, *Condati* morabatur. Ejus exſtant duorum diplomatum exempla : in quorum priore eſt, *Datum & actum apud Condatum prope Liburniam, anno milleſimo ducenteſimo octogeſimo nono.* In altero: *Datum apud* Con-

Inque vicem venti, quotiens [21] tua flamina ceſſant,
Remipedem jubeas protinus ire ratem.
[22] Invenies præſto ſubjuncta petorita mulis.
[23] Villa Lucani- mox potieris- aco.
Reſciſſo diſce componere nomine verſum.
Lucilì vatis ſic imitator eris.

Epiſto-

Condat prope Liburniam, ſecundo die Iunii, anno regni noſtri decimoſeptimo. Quo principe crediderim, mœnium *Liburniæ* fundamenta primum jaci cœpta; qui eam civitatem ſic inſtituit in alio diplomate, *villam*, hoc eſt urbem, oppidumque noſtro Gallo-romano ſermone, & portum vocans: *Sciatis nos dediſſe, & conceſſiſſe, in hac præſenti charta confirmaſſe dilectis, & fidelibus noſtris Burdigalæ, & villæ noſtræ portus de Liburnia, præſentibus, & futuris: quod ipſi communiam habeant in dicta villa portus de Liburnia. faciant anno quolibet duodecim Iuratos. & dicti duodecim Iurati poſſint eligere duos Probos homines de communia ſua in Majorem. & in craſtinum ſanctæ Mariæ Magdalenes, præſentent dictos duos Probi-homines in caſtro Burdigalæ Seneſchallo Vaſconiæ, vel ejus locum tenenti, vel Conſtabulario Burdigalæ, qui eligant, quem voluerint de prædictis*, &c. Muris itaque portui Liburnienſi circumdatis, poſſunt *Condatenſes* in novum oppidum cum aliis ex proximis agris commigraſſe, quas habebant ædes Condati diruiſſe, materiam ſecum aſportaſſe. ſic portum vicumque ſuum deſolaſſe: cujus nunc ſolæ ſunt reliquiæ, priſcarum foſſarum veſtigium. *Vinetus.*

21. *Tua flamina*] Ventus Medulinus. Vel quos flatus Theon homo obeſus, emitteret è pectore tantos, ut vela etiam implerent, & naves impellerent. *Vinet.*

21. *Quotiens tua flamina*] Ventus Medullinus. niſi *tua* explices tibi faventia: ſic enim ventus *noſter* eſſe dicitur, cum eo ſecundo utimur. Sic *meus Deus* apud Tibull. Horat. Senecam, &c. nam ſi cum Vineto de ipſis Theonis proflatibus intelligas, vereor ut ipſo Borea frigidior jocus ſit.

22. *Invenies*] Condati. *Petoritum* autem vox noſtras Gallica, vehiculi genus quatuor rotarum. Feſtus, & Aulus Gellius extremo libro quincto decimo noct. Atticarum. *Vinetus.*

23. *Villa Lucani mox potieris aco*] Tmeſin hanc ait exemplo Lucillii fieri. Nam Tmeſibus Lucillium uſum fuiſſe cognoſcimus vel uno verſic.

Illuvies, ſcabies oculos huic, de que petigo
Conſcendere. --- Nam integrum erat, *Depetigo.* Cato: *Depetigini porca impone. Depetigo* eſt λειχὴν. Eodem modo dixit Auſonius: *Matrique cida Nero*, imitatus Lucillium ſuum: ſic enim habebat vetus liber. *Scaliger.*

23. *Villa Lucani*] *Villa Lucaniaci* mox potieris. Mox eris *Lucaniaci*, ubi nunc ego. Quam autem hîc corripit Auſonius *Lucaniaci* penultimam, eam producit in jambîco viceſimæ ſecundæ ad Pontium Paulin. Epiſt.

Lucaniacum liberet.

ſicut & in Epigramm. de Libero patre: *Lucaniacus Pantheum.*

Paulinus vero contraxit, & *Lucaniacum*, *Lucanum* dixit Epiſtola ad Auſonium prima. *Vinetus.*

23. *Villa Lucani mox potieris aco*]. Vide Giſanium ad Lucret. lib. VI, pag. 224.

Epiſtola VI.

AVSONIVS *Conſul vatem reſaluto* THEONEM.

AVrea mala, Theon, ſed plumbea carmina mittis.
Vnius maſſæ quis putet has ſpecies?
[1] Vnum nomen utriſque: ſed eſt diſcrimen utriſque:
Poma ut mala voces, carmina vero mala.
Vale beatis [2] nomen à divis Theon.
[3] Metoche ſed iſta ſæpe currentem indicat.

1. *Vnum nomen utrique*] Lege: *utriſque.* in v. c. fuit, *diſcr. utriuſque.*

2. *Nomen à divis Theon*] Eſt enim θεὸς Deus. *Vinetus.*

3. *Methodus ſed iſta*] *Methodus* in dialecticis eſt δεῖξις, ſeu ἔλεγχος argumentorum, quum examinantur ſyllogiſmi aut τῇ ἀντιστροφῇ, aut τῇ ἀπαγωγῇ εἰς ἀδύνατον, aut τῇ ἐκθέσει. Propterea dicuntur Syllogiſmi μεθοδικοί, cum his modis exiguntur. In Grammaticis autem, ut etymologiis, verbi gratia, methodus Theonis nominis eſt, diſquirere utrum à verbo θέω, an παρὰ τοῦ Θεοῦ. Theoni igitur ſuum nomen παρὰ τοῦ Θεοῦ μεθοδεύοντι, Auſonius ἀντιμεθοδεύει παρὰ τὸ θεῖν. Quare nihil mutandum. *Scaliger.*

3. *Methodus ſed iſta*] Μέθοδος. *Metoche* pro *Methodus* cenſuit legendum vir Doctiſſimus Ioannes Auratus, ſicut annotavit Pulmannus: quod *Theon*, hoc eſt Θέων, ſit etiam μετοχὴ id eſt participium à θέω, quod eſt curro. *Vinetus.*

AVSONIVS THEONI,

quum ei triginta Oſtrea, grandia quidem ſed tam pauca miſiſſet.

Epiſtola VII.

EXſpectaveram, ut reſcriberes ad ea, quæ dudum joculariter luſeram de ceſſatione tua valde impia, & mea efflagitatione, cujus rei munus reciprocum quoniam in me colendo faſtidiſti, inventa inter tineas epiſtola veteri, quam de Oſtreis & Muſculis affectata obſcuritate condideram, [1] *quæ adoleſcens temere fuderam, jam ſenior retractavi. Sed in eundem modum inſtaurata eſt ſatyrica, & ri-*

1. *Quæ adoleſcens temere fuderam*] Conjiciebam: *quæ adoleſcens temere effuderam, jam ſenior ſerio retractavi.* ſic ad Paulinum: *Iſti tamen, ita te & Heſperium ſalvos habeam, quod ſpatio lucubratiuncula unius effuſi.*

2. *Notiſsi-*

& ridicula concinnatio, ſaltem ut nunc reſpondeas [2] *notiſſimæ cantilenæ, qui illam novitiam ſilentio condemnaſti.*

Oſtrea Bajanis certantia, quæ Medulorum
Dulcibus in ſtagnis reflui maris æſtus opimat,
[3] Accepi dilecte Theon, numerabile munus.
Verum quot fuerint, ſubjecta monoſticha ſignant.
[4] Quot ter luctatus [5] cum pollice computat index.
Geryones quot erant, decies ſi multiplicentur.
Ter quot erant Phrygii numerata decennia belli.
[6] Aut ter ut Æolidi menſis tenet ignicomus Sol.
Cornibus à primis quot habet vaga Cynthia noctes;
Singula percurrit Titan quot ſigna diebus.
Quotque annis ſublimis agit ſua ſecula Phænon.

[7] Quot

2. *Notiſſimæ catilenæ*] Potius *vetuſtæ*: præcedit enim *epiſtola veteri*. nec *notiſſima* videtur poſſe dici, quæ inter *tineas* conſenuit. *Gronovius.*

3. *Accepi dilecte*] Magno flagitio correctoris Lugdunenſis antea legeb. *Accipe mi dilecte Theon.* — cum in libro veteri recte legatur: *Accepi dilecte Theon.* Nam Theon miſerat triginta illa oſtrea Auſonio, non contra Auſonius Theoni. *Scaliger.*

4. *Quot ter*] Beda de *computando per digitos*, & utramque manum, in libro de temporum ratione, ſcribit, quod antiqui illi quum decem ſignificare volebant, unguem indicis ſiniſtræ manus in medium artum pollicis, figebant. *Ter* autem dena, triginta ſunt oſtrea, quæ acceperat. *Vinetus.*

5. *Cum pollice computat index*] De *numerandi per digitos* ratione ex Hieronymo lib. 1 in Iovin. Donato in Ter. Adelph. Plinio lib. 34, c. 7. Macrobio libr. 1 Saturnal. Iuvenal. Satyr. x, Epigr. Gr. Nicandri de anu, Apulejo in Apol. & Beda, multa egregia Eraſmus in notis ad Hieronymum. adi quoque, ſi lubet, Lilium Gyraldum Dial. 1, & Commentatores in Tertullianum.

6. *Aut ter ut Æolidi menſis tenet ignicomus Sol*] Innuit niſi fallor, ſibi tot oſtrea miſſa, quot menſes tenebit Sol, ſi ter tot menſibus conſtet annus, quot olim in *Æolide* conſtabat. Decem enim menſium, nec amplius, annum apud Æolas fuiſſe tempore Homeri veteres Græci teſtantur, ut & apud Romanos ſub Romulo. Ad eamque rem utuntur teſtimonio ipſius Homeri, apud quem Neptunus Nympham à ſe compreſſam ita alloquitur:

Χαῖρε γυνὴ φιλότητι, περιπλομένου δ' ἐνιαυτοῦ
Τέξεις ἀγλαὰ τέκνα. --

Homerum autem *Æolem* fuiſſe, & in Æolide ſcripſiſſe, puto; nemo dubitabit, qui eum aut Cumæum, aut Smyrnæum fuiſſe mihi concedet, niſi *συμβολικῶς καὶ πυθαγορικῶς αἰόλον* annum dixerit Auſonius. Nam Pythagoricis *πετρὰς* dicebatur *αἰόλου φύσις. αἰόλον δὲ τὸ ἴσον*. Nicomach. libro ſecundo. *Scaliger.*

6. *Menſis tenet*] Antique, pro *menſes*.

[7] Quot numero annorum Veſtalis virgo miniſtrat.
[8] Dardaniuſque nepos regno quot protulit annos.
[9] Priamidæ quot erant, ſi bis deni retrahantur.
[10] Biſque viros numeres, qui [11] fata Amphryſia ſervant.
Quot genuit fetus Albana ſub ilicibus ſus.
Et quot ſunt aſſes, ubi nonaginta trientes.
[12] Vel quot habet unctos Vaſatica rheda caballos.
Quod ſi figuras fabulis adumbratas,
Numerumque doctis involutum ambagibus
[13] Ignorat alto mens obeſa viſcere:
Numerare ſaltim more vulgi ut noveris,
In ſe retortas explicabo ſummulas.
[14] Ter denas, puto, quinquieſque ſenas.
Vel bis quinque, dehinc decem, decemque.
Vel ſenas quater, & bis adde ternas.
Septenas quater, [15] adde unam & unam.
Duc binas decies, ſemelque denas.
Aut ter quattuor adde bis novenis.

Octo-

7. *Quot numero*] *Virgines deæ Veſtæ* ſacræ *annis decem* primis diſcebant, *totidem* miniſtrabant, *decem* reliquis docebant, & poſt *triginta* annos nubendi poteſtatem habebant. Dionyſius Halicarnaſſenſis libro ſecundo. *Vinetus.*

8. *Dardanius nepos*] Aſcanius ex octavo Æneidos. *Vinet.*

9. *Priamidæ quot erant*] *Priami* Trojanorum regis ex multis uxoribus, & concubinis, filios, filiaſque fuiſſe quinquaginta vult Auſonius. Ex quo numero ſi *bis deni*, id eſt viginti, ſubducantur, reliqui fient triginta. Hyginus quinquaginta quatuor noverat. *Vinetus.*

10. *Biſque viros numeres*] Hi erant *quindecim, ter quini* in extremo Gripo. *Vinet.*

11. *Fata Amphryſia*] Libros Sibyllinos. Servius in verſum trecenteſimum & nonageſimum octavum ſexti Æneidos. *Vin.*

12. *Vel quot habet*] *Redam* currus vehiculique Gallici Gallicum eſſe vocabulum Fabius Quinctilianus, & Nonius Marcellus ſunt auctores. *Id.*

13. *Ignorat alto*] Theonem obeſo corpore fuiſſe, jam aliquot locis monuimus. *Vinet.*

14. *Ter denas*] Mutavit genus hoc loco Auſonius, ut & in verſu viceſimo ſecundo Epiſtolæ nonæ, neutrum in femininum; quia quod τὸ ὄστρεον Græci, Latini modo *oſtreum* eodem genere, modo *oſtrea* feminino dicunt. *Vinetus.*

15. *Adde unum & unum*] Cum feminino genere in hac computatione utatur, corrigendum exiſtimavi, *unam & unam.* & mox, *octonas quater*, ſc. pone, vel duc, cum diſtinctione. imo & *ſeptenas quater* maluerim, pro *ſeptenis quater. Oſtreum* vero & *oſtream* dici vel pueris notum. & paulo ante: *quinquieſve ſenas.*

16. *Ion-*

Octonas quater, hinc duæ recedant.
Binas terdecies, ſemel quaternas.
Et ſex adde novem vel octo ſeptem.
Aut ſeptem geminis bis octo junge.
Aut ne ſim tibi pluribus moleſtus,
Triginta numero fuere cunctæ.
[16] Iunctus limicolis muſculus oſtreis
Primo compoſuit fercula prandio,
Gratus deliciis nobilium cibus,
Et ſumti modicus pauperibus focis.
Non hic navifrago quæritur æquore,
Vt creſcat pretium grande periculis:
Sed primore vado, poſt refugum mare,
Algoſo legitur littore concolor.
Nam teſtæ duplicis conditur in ſpecu,
Quæ ferventis aquæ fota vaporibus,
Carnem lacteoli viſceris indicat.
Sed damnoſa nimis panditur area.
[17] Fac campum replices Muſa papyrium:

Nec

16. *Iunctus limicolis*] Quæ *limo* gaudeant, & ex eo proveniant putreſcente, ut ait Plinius libro nono. MVSCVLVS tam fluviatilis piſcis quam marinus, ex eorum genere, qui teſta continentur. *Myſclas* genere feminino Burdigalenſes appellant, *Muχλὰς* mei Santones, Pariſii *Muλὰς*. *Vinetus*.

17. *Fac campum*] In hoc verſu non auſim aſſerere mendum eſſe, neque præſtare vitium vulgatæ lectionis, cum excuſari poſſit. Non potui tamen, quin ſuſpicionem meam exponerem. Intelligo recte dictum, *campum papyrium*. ſed *replicare campum*, duriuſculum videtur. Suſpicor non *campum*, ſed *ſcapum* legendum eſſe. Nam ita vocabant chartas complicatas. Gloſſarium: *Scapi*, *κανόνες μεγάλοι*, *καὶ χάρτου τόμοι*. Varro Bimarco: *Mihique diutius ſtilo noſtro, papyrino levit ſcapo ſcabitio, novo partu poëtico*. Gloſſæ Iſidori: *Scapus certus numerus tomorum chartæ ſcripta*. Prima autem ſcapi non dubium eſt, quin producatur. *σκηπὸς*. unde *σκήπιον*. Adde, quod apud eruditiſſimum poëtam Manilium lib. v, idem error, qui hic apud Auſonium inolevit. Nam hodie legitur:

At cum per decimam conſurgens horrida partem
Spica feret præſens naſcentes campus ariſtas. cum legendum ſit:
At cum per decimam conſurges horrida partem
Spica: feret præſex naſcentes ſcapus ariſtas.

Quod quam eleganter à diſertiſſimo poëta dictum ſit, in noſtris in illum caſtigationibus exponemus. Quas edere prius non poſſumus, quam cum valetudine ex graviſſimo morbo in

 gratiam

Nec jam fiſſipedis per calami vias
Graſſetur Cnidiæ ſulcus arundinis,
Pingens aridulæ ſubdita paginæ,
Cadmi filiolis atricoloribus.
Aut cunctis pariter verſibus oblinat
[18] Furvam [19] lacticolor ſpongia ſepiam
Parcamus vitio [20] Dumnotinæ domus:
Ne ſit charta mihi carior oſtreis.

gratiam redeamus. Hæc enim, ut omnes vident, tumultuariis lucubrationibus ſcribimus. Atque hæc eſt mea de hoc loco Auſonii ſententia. Siquis vulgarem tueri vult, poteſt id non leviſſimis argumentis ductus facere. *Scaliger.*

18. *Fulvam*] *furvam* repono ex jambico Epiſtolæ III. Eſt enim non *fulvum*, ſed *furvum*, & atrum, & nigrum, ut puto, atramentum. *Vinetus.*

18. *Fulvam ſepiam*] Recte Vinetus, & Grævius, *furvam*. Sic in Cupidine cruci affixo, *furva caliginis umbram* dixit. Sed videſis Heinſium ad Ovid. lib. III Metam. vſ. 272.

19. *Lacticolor*] Quas adhuc vidimus *ſpongias*, fuſcæ erant, & flavæ. Sed *candidas* etiam eſſe, quæ cura & arte tales fiant, Dioſcorides, & Plinius ſunt auctores. *Vinetus.*

20. *Dumnotina*] Hoc vocabulum varie corruptum inveni in novis exemplaribus æque, ac in vetere, *o* pro *u* in prima ſyllaba: *i* pro *o* in ſecunda, ac *o* pro *i* in tertia. Sed ſignificatio non minus incerta. *Domnitonis* enim in verſu quinctodecimo Epiſtolæ V, & *Domnitoni* in triceſimo primo, locum ſignificare videntur, qui eſſet non procul Pauliaco, qui una memoratur, & in eadem ripa ſiniſtra Garumnæ in Oceanum properantis, habitatio poëtæ Theonis. Eſt illic *Doniſſa* vicus Pauliaco minor obſcuriorque, & Burdigalæ propior: ſiquis hic *Domnitoni* veſtigium ullum poſſit agnoſcere. *Vinet.*

AVSONIVS AXIO PAVLO RHETORI S. Epiſt. VIII.

TAndem eluctati retinacula blanda morarum,
Burdigalæ molles liquimus illecebras.
[1] Santonicamque urbem vicino acceſſimus agro.
Quod

1. *Santonicamque urbem*] *Santones* provinciam ſuam *Saintonge* vulgo appellant, tanquam à *Santonia* efficto verbo. *Santones* urbem, *Saintes*: *Santones* ſcribit Stephanus gentem eſſe Aquitaniæ. addit Strabo, Garumnæ accolas, & ad Oceanum ſpectantes. horum loca hæc memoravit Ptolemæus, *Santonum promunterium*, *Santonum portum*, *Canenteli fluvii oſtia*, & *Mediolanion urbem*. DE MEDIOLANIO *Santonum* non dubito, quin ſit *Santonum* Metropolis. quam nunc *Santonos* vocamus. Vocabuli namque *Mediolani* nullæ omnino *Santonis* reliquiæ de hoc Mediolano agnoſcuntur. Sed quæ abunde teſtantur loci vetuſtatem, dignitatemque, quum in

Quod tibi ſi gratum eſt, optime Paule, proba.
Cornipedes rapiant impoſta [2] petorita mulæ:
[3] Vel ciſio trijugi, ſi placet, inſilias:
[4] Vel celerem mannum, vel [5] ruptum terga veredum
Con-

in toto *Santonico* nihil hujuſmodi aliud oſtentetur, hæc ſunt. Primum, priſcorum mœnium particulæ, aliquot locis non tam invito tempore rerum edaci, quam Vandalis, Gothis, Sarracenis, Nortmannis, Anglis, aliiſque barbaris, adhuc manentes. deinde extra mœnia, ſed non procul, ad occaſum, ni fallor, hibernum, amphitheatri Petrogoricenſi magis quam Burdigalenſi ſimilis nobiles reliquiæ. Tum in Carantono præterfluente, antiqui artificii arcus: in quo hæc leguntur, duobus verſiculis. CÆSARI NEP. DIVI IVLII PONTIFICI AVGVRI. At in altera parte, duobus etiam verſibus, ſed litteris vetuſtate pleriſque exeſis. C. IVLIVS. C. IVLI OTVANEVNI. F. RVFVS. C. IVLI. GEDOMONIS. NEPOS EPOSTEROVIDI. PRON. SACERDOS. ROMÆ. ET. AVGVST... AD. ARAM. QVÆ. EST AD. CONFLVENTEM. PRÆFECTVS. FABRVM. D. Poſtremo, qua *Santonis* Angeriacum itur, viſuntur non parvæ aquæductus reliquiæ: quo quondam in *Santonos* aqua perducebatur. Hoc ergo eſt, quod agnoſco *Santonum* Mediolanum. Cujus agrum ſi aliquando inſpexiſſet geographus Strabo, pro arenoſo & ſterili, præpinguem, frugumque omnium feraciſſimum dixiſſet: ut de illo Helvetios ante Strabonem ſenſiſſe meminit Cæſar commentariorum Galliorum primo. *Vinetus.*

2. *Petorrita*] De ea voce adeundus Gellius lib. XV, cap. XXX.

3. *Vel ciſio trijugi*] *Ciſium* Nonius Marcellus, genus eſſe vehiculi biroti ſcribit. Cicero pro Sexto Roſcio Amerino: *Decem horis nocturnis, ſex & quinquaginta millia paſſuum ciſiis pervolavit.* Et apud Nonium: *Delituit in quadam caupona. atque ibi ſe occultans perpotavit ad veſperam. Inde ciſio celeriter ad urbem advectus, domum venit.* Ita ad celeritatem *ciſiis* veteres uti ſolitos diceres. *Trijugi* autem, quod *tribus junctu* equis trahebatur. *Vinetus.*

4. *Vel celerem manuum*] Scribe: *Mannum*, quod eſt equi genus Ovidio, Lucretio, Horatio. Et *mannulos* dixit Martialis, & Plinius in quadam ad Clementem Epiſtola: *Habebat puer mannulos multos & junctos & ſolutos, habebat canes.* Mariang. Accurſ.

4. *Vel celerem mannum*] Veteres Horatii interpretes, & Iſidorus, ſcribunt *mannos* eſſe dictos equos puſillos, *burdos* vulgo, *burrichoſque* appellatos: qui manſuetudine *manuum* familiarius ſequantur. Auſonius neſcio, quam parvos illos norit, qui veloces eſſe jubet. *Vinet.*

5. *Ruptum terga*] Labore ac inſidentium pondere. Corruptum eſt apud Feſtum eorum vocabulum, qui veherent redas, id eſt, ducerent: ſed *veredos*, ut arbitror, ibi legerat Budæus. Iſidorus capite primo duodecimi etymologiarum: *Veredos antiqui dixerunt, quod veherent redas, id eſt ducerent. vel quod vias publicas currant: per quas, & redas ire ſolitum erat.* Aurelius Caſſiodorus libro ſexto, in formula Magiſterii dignitatis: *Veredorum quinetiam opportunam velocitatem, quorum ſtatus ſemper in curſu eſt,* &c. Ita *veredi* in titulo quinquageſimo primo duodecimi, Codicis Iuſtiniani, dicuntur equi publico curſui deputati. Vnde *veredarii* apud Iulium Firmicum & Caſſiodorum appellati, curſores, qui equis *veredis* veherentur.

Conſcendas, propere dum modo jam venias.
Inſtantis revocant quia nos ſollemnia Paſchæ :
[6] Libera nec nobis eſt mora deſidiæ.
Perfer in excurſu vel terjuga millia epodon ,
[7] Vel falſas lites, quas ſchola veſtra ſerit.
Nobiſcum invenics [8] nullas. quia liquimus iſtic
Nugarum veteres cum ſale relliquias.

tur. Putat Budæus *curſum vehicularem* fuiſſe , qui *publicus curſus* dicitur in Codice illo Iuſtiniani : ſcribitque, quod antiqui non equis ſingulis & expeditis, ut hodie, ſed vehiculis utebantur. Suetonius de Auguſto: *Et quo celerius ac ſub manum annunciari cognoſcique poſſet , quid in provincia quaque gereretur , juvenes primo modicis intervallis per militares vias , dein vehicula diſpoſuit.* Ceterum hoc loco , & in epiſtola XIV , Auſonius pro equo ſine vehiculo videtur accipere *veredum*, ac Martialis in XIV Epigrammate libri XII, ad Priſcum venatorem :

Parcius utaris, moneo, rapiente veredo
Priſce : nec in lepores tam violentus eas.
Sæpe ſatisfecit prædæ venator, & acri
Decidit excuſſus nec rediturus equo.

Vinetus.

6. *Libera nec nobis*] Corrige : *Libera nec vobis eſt mora deſidiæ.* Id eſt, non licet tibi eſſe deſidi , aut tardo : quod ſi enim cunctatus fueris, fruſtra veneris , me jam ob inſtans Paſchatis feſtum domum reverſo.

7. *Vel falſas lites*] Declamationes. *Vinetus.*

7. *Vel falſas lites*] *Ficta* enim erant *certamina Rhetorica* , ut Priſcianus ait , unde & πλάσματα dicta, & figmenta Sophiſtarum ; item Auctori Dialogi de Oratore argute ſane *ſcena Scholaſticorum* , & Ennodio , *dicendi ſimulacra.* A. Gellius *Decurſus ludicros* vocavit , & *ſimulacra præliorum voluptaria.* Rem ipſam mire S. Baſilius verbis illis expoſuit lib. II contra Eunom. πρὸς κατηγόρους τι μάχεσθαι μὲν ὑφιστῶντας , καὶ ἀπολογίας πρὸς κατηγορίαν οὐ προῤῥηθεῖσαν , καὶ λόγος πρὸς δικαστὰς τοὺς οὐδαμοῦ φαινομένους. Gonzales de Salas.

8. — — *nullas, quia liquimus. Eja Vale. Valere ſi voles me , vel vola*] Ita fuit in Tiliano : cujus diſtichi poſterior verſ. jambicus ſenarius eſt , una tantum mutata ſyllaba , in epiſtola quintadecima ad Tetradium.

Vale. Valere ſi voles me, pervola.

ſed in extrema XIV,

Vale. Valere ſi voles me, jam veni. Vin.

AVSONIVS PAVLO.
Epiſt. IX.

OStrea nobilium cœnis, ſumptuque [1] nepotum
Cognita, [2] diverſoque maris defenſa profundo ,

Aut

1. *Nepotum*] *Nepotes* , ut eſt apud Feſtum , luxurioſæ vitæ homines appellati : quibus non magis curæ ſit res ſua familiaris , quam iis , quibus avus, paterque vivunt. Hac ſignificatione hic accipere oportet, ut & apud Plinium libro triceſimo ſecundo de oſtreis : *Nec non inter nos , nepotis cujuſdam nomenclator , τρίδακνα appellavit, tanta amplitudinis intelligi cupiens, ut ter mordenda eſſent.* Vinetus.

2. *Diverſoque maris defoſſa profundo*]

Repo-

Aut refugis nudata vadis, [3] aut ſcrupea ſubter
Antra, & muriceis ſcopulorum merſa lacunis,
Quæ viridis muſcus, [4] quæ dedecor alga recondit,
Quæ teſtis concreta ſuis, ceu ſaxa cohærent,
[5] Quæ mutata loco, pingui mox [6] conſita limo,
Nutrit ſecretus concluſæ uliginis humor,
Enumerare jubes, vetus ô mihi Paule ſodalis,
Aſſuefacte meis joculari carmine nugis.
Aggrediar; quamvis curam non iſta ſenilem
Solli-

Repoſui ex optimo libro, *defenſa.* nec auſus fuiſſem, niſi ipſa juſſiſſet ratio & Auſonii mens, quam ſimili mox verſu clarius expreſſit: *Aut Eborum miſtus pelago qua protegit amnis.* Sed & geminum huic locum invenias in Moſella: *Heu male defenſos penetrali flumine piſces!*

3. *Aut ſcrupea ſubter Antra*] *Scrupeas ſpeluncas* dixit Virgilius verſu ducenteſimo & triceſimo octavo ſexti Æneidos. *Vinetus.*

4. *Quæ dedecor alga*] *Decor* adjective aliquando uſurpatum fuit, pro *decorus*: ut poëtæ Nævii auctoritate probat Priſcianus libro ſexto:

Magnamque domum, decoremque, ditemque Vexarant.

& Salluſtii ex quarto Hiſtoriarum: *Equis & armis decoribus cultus.* Hinc duo adjectiva generis communis compoſita, *indecor*, & *dedecor* memorat idem Priſcianus libro quincto. A quorum priore, *indecorum*, & *indecores* multis locis uſurpavit Virgilius, ut undecimo Æneidos:

Non tamen indecorem tua te regina relinquet, & ſeptimo:

Non erimus regno indecores. —

In quem locum dubitat vetus commentator, an ſit ullus nominativus ſingularis iſtorum obliquorum: quum duos inveniamus, *indecor* apud Priſcianum, uti dixi, & *indecoru* apud Nonium Marcellum. cujus ſubjiciam verba. *Indecoris*, pro *indecora.* *Accius Athamante:*

Cujus ſit vita indecoris, mortem fugere turpem haud convenit.

Sic enim ibi legit Henricus Stephanus. *Dedecor* vero nec alibi legere memini, quam apud Auſonium, & Priſcianum, nec ab eo quicquam deflexum, præter plurale *dedecores* in his Salluſtii à Priſciano adductis: *Dedecores multique terga ab hoſtibus cædebantur*: & in vetuſto Latino-Græco gloſſario, ubi ſubſtantivum *decor*, πρέπεια interpretatur: adjectivum illud ſimplex plurale *decores* εὐπρεπεῖς: *dedecores* ἀπρεπεῖς, ἄκοσμοι. Vinetus.

5. *Quæ mutata loco*] Ita poſſe ſaginari *oſtrea* Æthiopum exemplum eſt apud Photium, ex Agatharchide pag. 1345. ubi colligi ab iis conchas refert, eaſque recenti alga, & piſcium minutorum capitibus, foſſis demerſas nutriri ſolitas. ut hæc epiſtola cum fructu legatur, caput quoque VI lib. XXXII Plinii, in quo peculiariter de *oſtreis* agitur, relegendum eſt. ubi quæ *Edula* vocantur, ſuavitate commendata, *Medula* fortaſſe ſint, *dulci tenerrima ſucco*, ut noſter ait.

5. *Quæ mutata loco*] A ſuo natali ſolo, in alium locum tranſlata. Plinius in triceſimo ſecundo Naturalis Hiſtoriæ de oſtreis: *Gaudent & peregrinatione, transferrique in ignotas aquas.* Vinetus.

6. *Condita limo*] Emendo, *conſita.* Nam priſca ſcriptura habet, *conſta.* Scaliger.

 7. Non

Sollicitent, frugique viro dignanda putentur.
Nam mihi [7] non ſaliare epulum, [8] non cœna dapalis,
[9] Qualem Penelopes nebulonum menſa procorum,
Alcinoique habuit nitidæ cutis uncta juventus.
Enumerabo tamen, famam teſteſque ſecutus,
Pro ſtudiis hominum ſemper diverſa probantum.
[10] Sed mihi præ cunctis ditiſſima, quæ Medulorum
Educat Oceanus, [11] quæ Burdigalenſia nomen
Uſque ad Cæſareas tulit admiratio menſas,
Non laudata minus noſtri quam gloria vini.
Hæc inter cunctas palmam meruere priorem
Omnibus ex longo cedentibus. iſta & opimi
Viſceris, & nivei, dulcique tenerrima ſucco,

Miſcent

7. *Non Saliare epulum*] *Salii* erant Romæ Martis ſacerdotes. Ab iis *ſaliares dapes*, & *ſaliare epulum* de convivio opiparo ac magnifico. Vide Eraſmi Adagia. *Vinetus.*

8. *Non cœna dapalis*] Sic Lugdunenſes emendandum putarunt, quod in ſuo erat exemplari *rura dapilis*. Primum verbum à voce *cœna* multum abeſt, ſed *cœnam* illi *dapalem* legerant apud Nonium Marcellum, dictam, quæ amplis dapibus plena eſſet. *Vinet.*

8. *Non cœna dapalis*] In MS. ajunt fuiſſe, *rura dapalis.* Conjicio: *recta dapalis.* Habes apud Suetonium, *cœnare rectâ*, & apud Martialem: *Rectam vocatus cum cucurris ad cœnam.* Gronovius.

9. *Qualem Penelope*]. *Penelopes*, vel *—pæ* legend. Apud Horatium Epiſtola ſecunda:

Nos numerus ſumus, & fruges conſumere nati,
Sponſi Penelopes, nebulones, Alcinoiq;.
In cute curanda plus æquo operata juventus. Vinetus.

10. *Sed mihi præ cunctis*] Sidonius Apollinaris ſcribit in libri octavi Epiſtola duodecima, quod Burdigalæ quoque fuerunt olim *oſtrearum* vivaria, ſicut in Italia fuiſſe auctor eſt Plinius libro nono: ſed de *Medulicis oſtreis* ſunt hæc Auſonii. Sunt autem *Meduli*, ut alibi in Epiſtolis notamus, infra Burdigalam, quaſi peninſula inter Oceanum & Garumnam. Exit autem in id Aquitanicum mare Garumna quinquaginta fere millibus paſſuum infra Burdigalam; quod oſtium oſtreorum eſt feraciſſimum: quæ Burdigalenſes, totaque hæc Aquitania, omnibus aliis præferunt, *Solacenſia* vulgo appellantes à *Solaco* ultimorum Medulorum vico. Efficere autem videtur aqua dulcis, ut pinguiores, ſuavioreſque ſint oſtreæ ex fluviorum oſtiis, quam ea interiore mari: *Gaudent dulcibus aquis, & ubi plurimi influunt amnes*, ait Plinius eodem triceſimo ſecundo. *Vinetus.*

10. *Sed mihi præ cunctis ditiſſima*] Puto: *mitiſſima.* hoc enim potius matteis iſtis convenit. *Gronovius.*

11. *Quæ Burdigalenſia nomen*] Ita leg. ſine diſtinctione. Eſt autem Græcanice elatum, ut, ἀνήρ τις ὁ γεμῷ Θίων. Intelligit igitur de *oſtreis*, quæ nomine *Burdigalenſia* dicebantur: quæ & hodie palmam inter omnia oſtrea obtinent. *Scaliger.*

12. *Lon-*

Miſcent æquoreum tenui ſale tincta ſaporem.
Proxima ſint quævis, ſed [12] longe proxima multo,
Ex intervallo: [13] quæ [14] Maſſilienſia portu,
Quæ Narbo [15] ad Veneris nutrit; [16] cultuque carentia
Helleſpontiaci [17] quæ protegit æquor Abydi:

[18] Vol

12. *Longe proxima multo*] Propius acceſſerit ad Virgilium, ſi legas, *ſed longe proxima multum Ex intervallo. multum longum intervallum*, eſt valde longum.

13. *Quæ Maſſilienſia*] vocitantur, aut ſimile verbum ſubaudiendum. Vna ex clariſſimis Galliæ Narbonenſis civitatibus *Maſſilia*, urbs maritima. de cujus *oſtreis* ſi quid uſpiam unquam legi, non memini: ſed poſſunt ea eſſe *Maſſilienſia* dicta, quæ memorat Strabo libro quarto, in Rodani oſtiis reperiri magna copia: quum non longe ſupra Maſſiliam in mare internum exeat Rodanus. *Vinet.*

14. *Maſſilienſia: portum Quæ Narbo ad Veneris*] De *Narbone*, Carmen eſt tertiumdecimum inter claras urbes. Duodecim millia paſſuum ab interno mari diſtat, auctore Plinio. in quod mare procurrens Pyrenæus, Galliam ab Hiſpania diſterminans, promuntoria aliquot projicit. Inter quæ Ἀφροδίσιον, Venerem Pyrenæam, templum, fanumve Veneris Strabo, Plinius, Ptolemæus memorant, quem *portum Veneris* appellat Pomponius Mela. Ceterum neque de his oſtreis aliud quicquam legere memini. *Vin.*

15. *Ad Veneris*] Notiſſima locutio. Plinio tamen ejus ignorantia mendum à librariis inolevit: *Et ipſum Phidiam*, inquit lib. XXXVI, cap. V, *tradunt ſcalpſiſſe marmora, Veneremque ejus eſſe Romæ in Octaviæ operibus eximiæ pulcritudinis.* Lege: *in Octaviæ*, ſc. porticu, *opus egregiæ pulcritudinis.* imo & τὸ *opus* poſſet pro gloſſemate haberi.

16. *Cultuque carentia*] Verſus hypermeter, dactylicus: qualis ille ſecundo Georgicôn Virgilii:

Inſeritur vero ex fœtu nucis arbutus horrida
Et ſteriles Platani. — Quod ſi *carentis legeres*, pro *carentia*, ſignificaretur, Auſonii temporibus dirutum jacuiſſe oppidum *Abydum* Leandri illius amantis patriam, in *Helleſponti* littore, maris ibi non plus ſeptem ſtadia lati. *Oſtreoſior* autem ſi recte legi ſcirem apud Terentium in his verſibus Priapeis:

Hunc lucum tibi dedico, conſecroque, Priape,
Qua domus tua Lampſaci ſita eſt, quaque Priape,
Nam te præcipue in ſuis urbibus hac colit ora
Helleſpontia, ceteris oſtreoſior oris.

ea intelligerem *óſtrea*, quæ hoc loco voluit Auſonius ſignificare: ſed non procul ab Abydo Cyzicus abeſt ejuſdem littoris Aſiatici civitas: Cujus oſtrea memoravit ex Muciano Plinius triceſimo ſecundo: & quæ inde *Cyzicos oſtreoſa* dicitur in quodam hendecaſyllabo Phalæcio Priapeor. Virgilius autem quum dixit primo Georgicôn:

Pontus, & oſtriferi fauces tentantur Abydi,

tametſi vetus etiam commentator *oſtriferum* exponit, in quo plurimum *oſtrearum* ſit, quemadmodum & in ℣ſ. octogeſimonono viceſimæ quartæ Auſonii Epiſtolæ accipi poſſet, tamen quoniam quod mare fert *oſtreum*, idem fert & *oſtrum*, id eſt purpuram, dubito equidem, ab oſtreiſne, an à purpuris, *oſtrifera maria* poëtæ dixerint. *Vinetus.*

17. *Quæ protegit æquor Abydi*] Dubitat Vinetus, ſed ſuo more etiam in

re li-

[18] Vel quæ Bajanis [19] pendent fluitantia palis:
[20] Santonico quæ tecta ſalo: [21] quæ nota Genonis:
[22] Aut Eborum miſtus pelago quæ protegit amnis,

Vt

re liquidiſſima, de *Abydenis oſtreis.* inter laudatiſſimos gulonibus cibos enumeravit Ennius apud Apulejum in Apologia:

Mures ſunt Æni, aſpera & oſtrea plurima Abydi.

ex Archeſtrato, qui apud Athenæum l. III.

Τοὺς Μῦς Αἶνος ἔχει μεγάλους, ὄστρεια δ' Ἄβυδος.

Clem. Alexandr. lib. II Pædagog. c. I: Οἱ δὲ ἐξυμνεῖν οὐκ αἰσχύνονται τὰς σφετέρας ἡδυπαθείας, τὰς ἐν τῷ πορθμῷ τῷ Σικελικῷ σμυραίνας πολυπραγμονοῦντες, καὶ τὰς ἐγχέλεις τὰς Μαιανδρίους, καὶ τοὺς ἐν Μήλῳ ἐρίφους, καὶ τοὺς ἐν Σκιάθῳ κεστρεῖς, καὶ τὰς πηλωρίδας κόγχας, καὶ τὰ ὄστρεα τὰ Ἀβυδηνά.

18. *Vel quæ Bajanis*] *Bajanorum oſtreorum* etiam mentio in Epiſtola ſeptima. Vrbs maritima *Bajæ* in Campania Italiæ, locus amœniſſimus ob fontes aquarum calidarum, & alia multa, Ciceronis, Virgilii, Horatii, omnium veterum ſcriptis celebratiſſimus. *Vinet.*

19. *Pendent fluitantia palis*] Quanquam *palis* non improbo, mallem tamen legere *pilis.* Virgilius:

Qualis in Euboico Bajarum littore quondam
Saxea pila cadit. — Ex pilæ dicuntur χηλαὶ à Thucydide. *Scaliger.*

20. *Santonico quæ tecta ſalo*] *Oceanus Santonicus*, & Carantoni, aliorumque omnium in ipſum influentium oſtia, *oſtreis* abundant. Earum maximæ, & *tridacna* (ut ille appellat apud Plinium libro triceſimo ſecundo, oſtreas, quæ ob amplitudinem *ter mordenda* eſſent) ex iis locis everruntur, quæ nunquam aqua detegit: & vocitant *Santones* oſtreas ex *draga*, à reti, quo eas capiunt, quaſi dicas tragulatas. Iſtud enim Santonicum verbum *draga*, ex Latino tragula, corruptum eſſe ſuſpicor. *Vinetus.*

21. *Quæ nota Genonis*] *Genaunos* ſeu *Genonos*, (nam *au* & *o* veteres confuderunt) *Illyrici* populum recenſent Strabo, Horatius, aliique. Quamvis autem hic populus loca interiora potius quam maritima incoluiſſe videatur, quin tamen hic Auſonius Illyrica *oſtrea* deſignaverit, nullus dubito. De iis Plinius lib. XXXII, c. VI: *Variant coloribus, rufa in Hiſpania, fuſca in Illyrico, nigra & carne & teſta Circejis.*

22. *Aut Eborum miſtus*] *Eborum amnis miſtus pelago* ſunt oſtia Sequanæ. Nam per *Ebures* intelligit *Eburovices*, qui interjacent inter Sequanam & Abricanti tractum: continebatque in ſe etiam Lexovios ipſos: à quibus totus ille tractus Aulercorum dictus fuit *Eburovicanus*, vel *Ebruicanus.* Nam ab oſtiis Sequanæ ad Pyrenæos tres tractus fuerunt. A Sequana ad Abricantum, quod hodie *Aurenches* dicitur, Aulercorum tractus *Ebruicanus.* Ab Abricantis ad Brivatem portum, qui hodie conciſum ſervat nomen vetus, *Breſt*, vel ad Ligeris oſtia, quæ non multum ab eo portu abſunt, tractus Aremoricanus. A Ligeri ad Pyrenæos uſque, Aquitanicus tractus: omnes ſub unius ſpectabilis ducis diſpoſitione. In notitia Imperii Romani perperam excuſum eſt: *Sub diſpoſitione viri ſpectabilis Ducis tractus Armoricani, & Nervicani:* mendum enim manifeſtum eſt. Nam non *Nervicani* legendum, ſed *Ebruicani.* Neque à Nerviis fit Nervicanus, ſed Nervianus. Deinde, qui poſſunt Nervii in his tractibus annumerari, qui ſunt remotiſſimi, & in Belgis cenſentur? quatuor enim tantum Lugdunenſes, & utraque Aquitania pare-

Vt multo jaceant algarum obducta receſſu:
Aſpera quæ teſtis, [23] & dulcia farris opimæ.
Sunt & Aremorici qui laudent oſtrea ponti:
Et quæ Pictonici legit accola littoris: & quæ
Mira Caledonius nonnumquam detegit æſtus.
[24] Accedunt, quæ (fama recens) Byzantia ſubter

Lit-

parebat ei Duci non Belgica, ut recte poſtea ſubjicitur in eadem Notitia. Porro, in eodem loco mancus eſt locus, cum tractus Aquitanici non meminit. Ab illo tractu *Eborum* etiam hodieque Lutetiam devehuntur *oſtrea* decumana, quæ & hodie quoque ſecundam palmam à Burdigalenſibus obtinent. Nam omnium gulæ procerum judicio, qui utraque guſtarunt, longe Burdigalenſia præferuntur. In quibus me ſane adſtipulatorem cum Auſonio quoque habent. De *Genonis* nihil pronuncio. Paulo inferius quædam *oſtrea*, quæ ad Propontida capiebantur, *Promotiana* dicta ſcribit à *Promoto* duce tractus Propontidis. *Scaliger.*

22. *Aut Eborum*] In exemplari erat, *Aut Ebore:* unde *Aut Ebora*, potius ſcriberem, quam, *Aut Eborum*. Leguntur autem *Ebora* & *Ebura* aliquot apud veteres Geographos. quarum una Ἐβοῦρα, id eſt *Ebúra* apud Strabonem tertio, ſed eadem Ἔβορα, id eſt *Ebora* apud Stephanum, πόλις, hoc eſt civitas, apud eoſdem, ſed caſtellum apud Melam Pomponium, ad Bætis oſtium amnis Hiſpaniæ in Oceanum Gaditanum Atlanticumve, influentis. Ejus *oſtrea* poſſunt eſſe, quæ hic celebrat Auſonius. Alioqui nihil apud veteres alios legere memini de *Hiſpania oſtreis*, niſi quod Plinius triceſimo ſecundo *rufa* eſſe ſcribit. *Vinetus.*

23. *Et dulcia farris opima*] Ego iſtud *farris* quid hic ſit, non video: & in *frugis* aut *carnis* mutarem, niſi vererer, ut ne fuerit olim *farris* aliud atque obliquus à recto *far*. Miror enim, quod & *far*, & *farris*, recti, reperiantur in vetere gloſſario. *Far*, ζειά, σῖτος, ὄλυρα. & poſt verſus aliquot, *Farris*, ζειὰ, ὄλυρα. Vinet.

23. *Et dulcia farris opima*] Forte: *ſed dulcia farris opimo*. poſſit & *carnis* legi, ſicut ſupra *carnem lacteoli viſceris* dixit. & eſt oppoſitio inter *aſpera teſtis*, & *ſed dulcia opimo carnis* vel *farris*.

24. *Accedunt, quæ fama recens, Byzantia*] adjuvi nonnihil ſenſum, aliter diſtinguendo. Familiare non Poëtis tantum, ſed & proſæ orationis ſcriptoribus, inſerere quaſdam voculas, quas parentheſi includere ſolemus. maxime autem in iis uſurpandis creber Florus eſt, e quo loca aliquot adducam, uti ea reſtituenda cenſeo: libro igitur 2, cap. 6: *Quamvis tunc (pudor) manu ſervili pugnaret. Nam huc uſque tot mala compulerant. Sed libertate donati fecerant ſe virtute Romanos.* Et c. 16: *Iam & urbem ipſam terrebat obſidio: ſed (fata rerum) quum Metellus dimicaſſet, ad victoriam Mummius venit.* Lib. 3, cap. 4: *Itaque non fuſus modo ab his aut fugatus, ſed (ſimile prodigio!) omnino totus interceptus exercitus.* Et cap. 21: *Nam Sulmonem vetus oppidum ſocium atque amicum (facinus indignum) nondum expugnatum (ut obſides rebellium & modo morte damnati duci jubentur) ſic damnatam civitatem juſſit Sylla deleri.* Et c. 3: *Venere illi: (quam metus in barbaris nulla veſtigia!) diem pugnæ ab imperatore noſtro petierunt, & hic proximum dedit.* Lib. 2, cap. 2: *Tum (fœda clades, Romaniſque uſu incognita) vivus in manus hoſtium venit fortiſſimus imperator.* Plura ſunt, ſed piget adſcribere. Dicam tribus verbis, omnia

iſta

Littora, & [25] inſana generata Propontidis acta,
[26] Promoti celebrata ducis de nomine, laudant.
Hæc tibi non vates, non hiſtoricus, neque toto
Orbe vagus conviva loquor, ſed tradita multis:
Vt ſolitum, [27] quotiens dextræ invitatio menſæ
Sollicitat lenem comi ſermone Lyæum.
Hæc non per vulgum mihi cognita, perque popinas,
Aut [28] paraſitorum collegia Plautinorum:

[29] Sed,

iſta apud Florum ſine exclamationis particulis, *ô, proh* & ſimilibus nominandi caſu legenda eſſe, ut liquet ex animadverſis Poëtarum locis. Silius Ital. lib. XIII, ỳſ. 481:

At Celta vacui capitis circumdare gaudent
Oſſa (nefas) auro, & menſis ea pocula ſervant.

Virgilius in Ciri ỳſ. 200:

Dauliades (crudele) venit cariſſima vobis, &c.

Idem in Culice ỳſ. 236:

Et Tityos, Latona tua memor anxius ira,
(Implacabilis ira nimis) jacet alitis eſca.

Ovidius I Amor. Eleg. 6:

Ianitor (indignum) dura religate catena.

Statius lib. I Thebaidos:

Scandere quin etiam thalamos hic impius hæres
Patris, & immerita gremium inceſtare parentis
Appetiit, proprios (monſtrum) revolutus in ortus:

Ita ſane ſcripti libri, quum in vulgatis ſit, *proprios monſtro revol.* Idem paulo poſt:

Cui Phœbus generos (monſtrum exitiabile dictu:
Mox adaperta fides) avo ducente canebat,

ubi æque bene ſcripti: *fato ducente.* Sed, ut ſunt δεύτεραι φροντίδες plerumque σοφώτεραι, τὸ *laudant* tantum in *laudat* mutandum exiſtimo, ſicut ſit conſtructio, *qua fama recens laudat generata ſubter Byzantia littera.*

25. *Inſana acta*] In inſano littore, & quod feriunt *inſani fluctus*, ut Virgiliano paſtori appellantur in nono Bucolico. Vſus eſt rurſus Auſonius in Periocha libri ſexti Odyſſeæ, & Paulinus in verſu octogeſimo Epiſt. primæ ad Auſonium. *Vinetus.*

26. *Promoti celebrata ducis*] *Promotiana* hæc *oſtrea* aliunde non novi: neque ſcio, quis hic Auſonii temporibus *Promotus* fuerit. Proſper & Marcellinus comes, & Caſſiodorus, Promotum memorant, Conſulem ordinarium ſub Valentiniano ſecundo & Theodoſio. *Vinet.*

27. *Quotiens dextra invitatio menſa*] *Dextera menſa* an hic ſit alia, quam amicorum, neſcio. *Vinetus,*

28. *Paraſitorum coll. Plautinorum*] *Collecta* cœna eſt, quæ Græcis ἔρανος vocatur, ut ſodalium epulæ, & accubatio epularis juvenum, ut terradiſtarum ſymbolam conferentium. *Turnebus.*

28. *Collegia Plautinorum*] Ita legimus. ſic Appulejus in Apologetico: *temulentum illud collegium paraſitos tuos.* Nam non ſequimur doctiſſim. Turnebum, qui legebat *collectas Plautinorum.* Atqui tantum abeſt, ut *Paraſitorum* ullæ ſint collectæ, ut ipſi ſemper ἀσύμβολοι epulentur. *Scaliger.*

28. *Collegia Plautinorum*] MS. *Collecta.* forte, *Colliphia.* Habes in verſu Plauti, ubi Toxilus paraſito cœnam parat. Iuvenalis: *Comedunt colliphia pauca.* Gronovius.

28. Pa-

[29] Sed, feſtos quia ſæpe dies partim ipſe meorum
Excolui, inque vicem conviva vocatus adivi,
Natalis ſi forte fuit ſollemnis amico,
Conjugioque dapes, [30] aut ſacra repotia patrum,
Audivi: [31] meminique bonos laudare frequentes.

28. *Paraſitorum collegia Plautinorum*] Id eſt, quales *Plautus* deſcribit, omnium cupediarum ac deliciarum intelligentiſſimos helluones. Sariſberienſis Polycrat. lib. VIII, cap. VI: *Epulones convocant, & paraſitos, &* collegium *nugatorum, qui aliena nidore culina capiuntur.* Sed *Collecia* forte fuit in libro pro *Collegia.* Hinc factum *collectia* & *collecta.* quæ quidem literarum conſimilium depravatio in antiquis ſcriptoribus haud rara. Sic apud Optatum Milevitanum legas, l. VI extr. *Alias aves clauſas portat in cavea, & viſceratas, alias ad imaginem viventium olim exſtinctas fallacibus ramis, quaſi viventes imponit.* corrige: *in cavea, eviſceratas alias ad imaginem viventium, olim exſtinctas*, &c. Sequentia indicant hujus loci emendationem, ab aliis fruſtra tentatam, eſſe veriſſimam. *Eviſcerata aves* ſunt, quæ deſiccatæ extractis inteſtinis inſtar vivarum ſe gerunt, quales exoticas divitum curioſorumque hominum muſea, familiares & vernaculas coquorum officinæ oſtentant.

29. *Sed feſtos quia ſæpe dies*] Mala diſtinctio fecerat ſenſum obſcuriorem. hanc ſuſtuli, nequid inconſulte novatum videatur. *Adivi* referendum ad ſequentem verſum; τὸ *ſed* autem cohæret cum *audivi*, quod eſt in verſu ultimo.

30. *Aut ſacra repotia patrum*] *Repotia,* quæ in ſecundo libri ſecundi Sermonum Horatii pro quibuſlibet feſtis diebus poni vetus commentator ſcribit, hæc quæ proprie ſint, ambigitur. *Repotia*, legimus apud Feſtum fuiſſe, quum poſtridie nuptias apud novum maritum cœnaretur & ſic quaſi reficeretur *potatio.* In commentariis Acronis, *Repotia*, vel ſecundum à nuptiis diem, quo virgo ad muliebrem habitum componeretur: vel ſeptimum, quo ſoleret nova nupta redire ad parentes ſuos. *Repotia* etiam ex eodem Grammatico, & ex hoc Auſonii loco, ſuſpicatur Turnebus eſſe dicta, quæ celebrabantur liberis natis convivia, quos parentes tollere decreviſſent. Sed eſt aliud, quod de hoc verbo moneam. A *repotando* namque quum deducere videatur Feſtus: & ſic *repotia* recte ſcribi nemo non putet, in vetuſto illo Lugdunenſi libro *repertia* erant: *repertia*que legit apud Horatium, patrum noſtrorum memoria, Chriſtophorus Landinus, ac ſcripſit à *reportando* eſſe dicta. *Vinetus.*

31. *Meminique bono*] Cur non *bonos?* Gronovius.

AVSONIO PAVLO. Epiſt. x.

[1] SIqua fides falſis unquam eſt adhibenda poëtis,
Nec [2] plaſma ſemper allinunt,
Paule,

1. *Si qua fides*] Cum eſſet in Santonis, in Novero pago, ubi villam habebat, invitat Axium *Paulum* Bigerritanum ad agrum ſuum. Itaque neceſſe ei *Blavia* iter facere. Recedente enim æſtu Oceani, trium horarum ſecun-

Paule, Camœnarum celeberrime Caſtaliarum
[3] Alumne quondam, nunc pater,
Aut avus, aut proavis antiquior, [4] ut fuit olim
Tarteſ-

ſecundo Garumna evectio eſt *Blaviam* navigio expedito. temporibus vero Auſonii ea navigia vocabantur *Curſoria*. ubi Antoninus idem iter Burdegala in Santonos docet, mendum eſt in nomine *Blavia*. Nam legitur *Blavuto*. *Militarem* vocat. quia ibi erat præſidium militum, & hodie quoque ita vocari poteſt: propter eandem cauſſam. Iubet ipſum Paulum afferre ſecum *totam poetarum*, & Rhetorum *ſupellectilem*, non quod non ipſe habeat, ſed quia, ut colligimus, Paulus mala fide utebatur libris Auſonii, neque reddebat. Propterea lego:

Nobiſcum invenies, κατενώπια ſi libet uti.
Non Pœna, ſed Græca fide.

Apud nos quidem invenies, inquit: ſed ea lege, ut κατενώπιον utare. Quid eſt κατενώπιον? hoc eſt, ut non *Pœna*, ſed *Græca fide* utaris: *Græca fide* dicitur ſolvi, quod præſenti pecunia ſolvitur. Quare ille apud Plautum, qui dicit *manus* ſuas *oculatas eſſe* & *credere quod vident* poſtulat ut ſibi *Græca fide*, καὶ ἐνώπιον ſolvatur. Sane poſſem illud κατενώπλια de poëmate quodam interpretari. Sed nolo contra animi mei ſententiam nugari. Quod autem Græca fides in proverbium ceſſerit, ubi de præſenti pecunia agitur, patet ſimili proverbio, δὸς καὶ λαβέ. Quod cum corruptum ſit apud Varronem, emendandum putavi. Locus eſt apud Nonium in verbo FERVIT. *Quod leges jubent, non faciunt, faciant, Doſcelave fervit omnino.* Legendum omnino: *Quod leges jubent, non faciunt.* δὸς καὶ λαβὲ *fervit omnino.* Vbi etiam eleganter FERVIT poſuit pro ἐπιπολάζει, hoc eſt, in frequenti uſu eſt. Mirum tamen Auſonium hac in epiſtola præcipere *Paulo*, ut ſecum afferat *libros*, quanquam ipſe habeat: in ea vero Epiſtola, quæ incipit, *Æquoream*, jubet nullos afferre, quia apud ſe inveniet. *Scaliger.*

2. *Plaſma*] Figmentum, & commentum. *Vinetus.*

3. *Alumne quondam*] Qui ab illis alebaris, docebariſque: qui tunc earum quaſi filius dulciſſimus, nunc vero pater es potius, vel proavus, abavus, atavus, tritavus, aut ſiquid eſt antiquius, ob ſingularem eruditionem. *Vinet.*

4. *Vt fuit olim Tarteſſiorum regulus*] Arganthonium *Tarteſſiorum regem* indicari, plane conſtat. Cui centum & quinquaginta annos tribuunt Anacreon, Strabo, Plinius. centum autem & triginta, Aſinius Pollio, centum & viginti Herodotus, Val. Max. Cenſorinus. trecentoſque denique Silius Italicus his verſibus:

Arganthoniacos armat Carteja nepotes.
Rex proavis fuit humani ditiſſimus ævi,
Ter denos decies emenſus belliger annos.

Quorum imprimis memorem fuiſſe Auſonium, dum verſiculos meditaretur ſuos, vox ipſa *proavis* non nihil oſtendit. Nec præterea ambigimus, poſſe fieri, ut cum Anacreonte Silio conveniat, ſi quis ita legerit: *Ter quinos decies emenſus belliger annos.* Sed Ovidianum illud meminerimus,

Exit in immenſum fœcunda licentia vatum:
Obligat hiſtorica nec ſua verba fide.

Ne quis autem abuti nos authorum teſtimonio exiſtimet, erratum triplex in Val. ac Cenſ. recognoſcat, oportet: *Arganthonius Gaditanus* (inquit Val.) *tamdiu regnavit, quam diu etiam ad ſatietatem vixiſſe abunde foret. Lxxx enim annis patriam ſuam rexit, cum ad imperium Lx annos natos acceſſiſſet. Cui rei certi ſunt authores. Aſinius autem Pollio,*

non

Tarteſſiorum regulus:
Intemerata tibi maneant promiſſa memento.
Phœbus jubet verum loqui.
4 Et ſi Pierias patitur lirare ſorores,
Nunquam ipſe torquet ἄυλακα.
Te

non minima pars Rom. ſtyli, in tertio hiſtor. ſuarum libro, centum illum & triginta annos expleviſſe, commemorat, & ipſe numeroſæ vivacitatis haud parvum exemplum. Hujus Regis conſummationem annorum minus admirabilem faciunt Æthiopes, quos Herodotus ſcribit centum & trigeſimum annum transgredi. Hactenus Valer. Legendum vero: *Cum ad imperium XL annos natus acceſſiſſet.* ex MSS. omnibus Codd. (omnes autem, quos videre nobis contigit accipi volumus.) Atque ita fiet, ut Herodotum authorem etiam ſequutus appareat, cujus in Clio hæc ſunt: Ἀπικόμενοι δὲ ἐς τὸν Ταρτησσὸν, προσφιλέες ἐγένοντο τῷ βασιλέϊ τῶν Ταρτησσίων, τῷ οὔνομα μὲν ἦν Ἀργανθώνιος. ἐτυράννευσε δὲ Ταρτησσοῦ ὀγδώκοντα ἔτεα. ἐβίωσε δὲ πάντα, εἴκοσι καὶ ἑκατόν. Quod autem legitur, ſcribi ab Herodoto, Æthiopes, centeſimum & trigeſimum annum transgredi, emendandum c & xx ex iiſdem codicib. nec non Herodoto, qui lib. III: ἔτεα μὲν, inquit, ἐς εἴκοσι καὶ ἑκατὸν τοὺς πολλοὺς αὐτέων ἀπικνέεσθαι. Nunc ad Cenſorinum: *Poëta quidem multa incredibilia ſcripſerunt, nec minus Hiſtorici Græci. Quamvis à vero par non fuit decedere. Vt Herodotus apud quem legimus, Arganthonium Tarteſſiorum Regem C & L annorum fuiſſe. aut Ephorus, qui tradit, Arcadas dicere, apud ſe Reges antiquos aliquot ad CCC vixiſſe annos.* Reponendum autem *Anacreon* pro *Herodoto.* Nam Plinius ait: *Anacreon poëta Arganthonio Tarteſſiorum Regi, C & L tribuit annos.* Et Strabo: *ob hanc cauſam Anacreontem hunc in modum dixiſſe, Equidem Amalthea cornu nolui, neque annorum C & L imperium tenuiſſe Tarteſſi.* Cæterum Herodotum, Regem ipſum nominatim deſcripſiſſe, & Arganthonium vocitaſſe. Vel potius in ipſis numeris putandus eſt error, ac ſcribendum: c & xx, nomenque Herodoti cuſtodiendum. Sed veluti hoc ipſum diligentius conſiderandum non negaverim; ita illud longe magis, quod Lucianus centum & quinquaginta Arganthonium egiſſe annos, ex Herodoto, nec non Anacreonte teſtatur in Macrobiis: Ἀργανθώνιος μὲν ἐν Ταρτησσίων βασιλεὺς πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν ἔτη βιῶναι λέγεται. ὡς Ἡρόδοτος ὁ λογοποιὸς, καὶ ὁ μελοποιὸς Ἀνακρέων. ἀλλὰ τοῦτο μὲν, μῦθός τισι δοκεῖ. Mariang. Accurſ.

3. *Tarteſſiorum regulus*] Ταρτησσὸς, eſt urbs Hiſpaniæ in Gaditano littore, à fluvio ejuſdem nominis dicta, de qua mentionem fecerunt Ariſtoteles, Strabo, Stephanus, aliique multi, regem habuit *Arganthonium* nomine. quem poëta Anacreon centum & quinquaginta annos vixiſſe ſcripſit, auctore Plinio. ſed Cicero de ſenectute, & Valer. Maxim. libro octavo, ex Herodoto, centum & viginti tantum. *Vinetus.*

4. *Et ſi Pierias*] Tametſi ſuas Muſas ſinit interdum mentiri, & fallere, nunquam tamen ipſe mentitur, neque fallit. L I R A, & *porca* eſt terra elata. ſive terræ longus cumulus, & quaſi agger inter ſulcos. S V L C V S vero, id eſt, αὖλαξ, unde αὔλακα accuſativus, longa illa foſſa, quæ aratro fit per terram tracto. Ab iis *lirare, porcare, ſulcare,* liras, porcas, ſulcos facere, & terram aratro proſcindere. Ludit autem Auſonius in verbo *lirare,* ad Græcum ληρεῖν proxime

Te quoque ne pigeat conſponſi fœderis : & jam
Citus veni remo, aut rota.
Æquoris undoſi qua multiplicata recurſu ,
Garumna pontum provocat.
Aut iteratarum [5] qua glarea trita viarum ,
Fert [6] militarem ad Blaviam.

Nos

me accedente : quod ſignificat nugari, mentiri, deſipere, & delirare : quod *delirare*, unde *delirium* fuit in Viro bono : eſtque proprie non recto ſulco lirare, ſed deflectere. Eraſmus in proverbio Nugas agere. *Vinet.*

5. *Qua glarea*] In Epiſtola ad Paulum ſcribit eruditiſſimus Poëta :

— — qua glarea trita viarum
Fert militarem ad Blaviam.

Notiſſimum vulgo ſane quid ſit *glarea*, notiſſimum & Vibiſcis, Santonibuſque, *viam* quæ *Blaviam* ducit, *glareoſam* eſſe : non tamen id ſimpliciter in Auſonio accipiendum. Nam eo tempore *Glarea* accipiebatur pro aggere, ſeu militari via. Auguſtinus de Civit. Dei lib. XXII, c. VIII: *Sed iſta nec ſimiliter innoteſcunt, neque ut non excidant animo, quaſi glarea, memoriæ crebra lectione teruntur.* Recte & eleganter Auguſtinus. Nam quid tritius, quam militaris via ? Propterea & eadem metaphora Ariſtophanes dixit, ὅπω αἴσωπον κεπάτηκας. Quippe αἱ λεωφόροι & militares viæ proprie dicuntur πατεῖαξ. Porro non dubium eſt, quin vere à nobis expoſita ſit *Glarea* pro aggere publico. Nam ἀντιφραστικῶς ita dicta eſt, cum deſabulata potius & ex *glarea* mobili ſtabilis reddita eſſet, qualis via Domitiana in ſilvis apud Papinium. *Deſabulare* enim id vocabant. Varro Seſquiulyſſe : *Vnam viam Zenona muniſſe. duce virtute hanc eſſe nobilem. Alteram Carneadem deſabulaſſe, bona corporis ſecutum.* Nam quod Nonius legit *Deſubulaſſe*, & interpretatur perfodiſſe, in hoc more ſuo nobis fucum facit. vide, num qui viam munit, is recte dicatur eam perfodere. & qui perfodit viam, num recte ſubula id facere poſſit. Sed ejuſmodi ſunt Grammaticorum judicia. Quis neſcit diverſam ſententiam Zenonis, & Carneadis fuiſſe περὶ τελῶν, hoc eſt de finibus bonorum & malorum ? hujus quidem metam ἀρετὴν : Carneadis autem τὰ πρῶτα φύσεως. Hæ ſunt igitur duæ illæ viæ, de quibus Varro ſentit. At hodie, ut leguntur illa verba apud Nonium, quis intelligat? Monſtra enim plane ſunt illa : *unam venam eſſe amoviſſe. d. v. h. e. n. a. C. deſubulaſſe.* Ergo *deſabulare* recte dictum de aggere publico muniendo. *Scaliger.*

6. *Militarem ad Blaviam*] Quæ poſtea *Blavia* vulgo, deinde *Blaja* fuit dicta. Oppidulum eſt munitiſſimum in Garumnæ ripa Santones ſpectante ſitum, leucis ſeptem à Burdigala, duodecim ab oſtio Garumnæ, à Santonis quindecim, ut modo diximus, vix quadraginta jugera, ut exiſtimo, obtinens ſoli; cuſtodes vigileſque habens perpetuos : qui interdiu & noctu non ſolum locum illum cuſtodiant diligenter, verum etiam ex ea ſpecula, quid toto late fiat Garumna ſurſum deorſumque obſervent : & ſi qua forte hoſtilis claſſis prætereire conetur, prohibeant inde illi gnaviter multis tormentis, quantum tamen per fluminis latitudinem liceat : quæ illic eſt duûm millium & ducentorum paſſuum. Sic militaris nomine ſemper eſſe digna pergit *Blavia.* De qua ſubſcribam, quæ in Notitia Imperii Romani leguntur : *Sub diſpoſitione viri ſpectabilis, ducis tractus Armo-*

ricani

Nos etenim primis ſanctum poſt Paſcha diebus
  Avemus agrum viſere.
Nam populi cœtus, & compita ſordida rixis
  Faſtidientes, cernimus
Anguſtas fervere vias, & [7] congrege vulgo
  [8] Nomen plateas perdere.
Turbida congeſtis referitur vocibus Echo,
  [9] Tene, feri, duc, da, cave:

[10] Sus

ricani & Nervicani, *Tribunus cohortis primæ novæ Armoricæ Grannona in littore Saxonico. Præfectus militum Carronenſium Blabia. Præfectus militum Mauroruns Venetorum Venetis.* *Blaviam* vero qui memorarit, antiquiorem Auſonio non habeo, nec poſt Auſonium Gregorio Turonenſi, Aimoinoque Floriacenſi: qui *Blaviam* iſtam militarem, *caſtrum* vocant, hic in rebus Caroli Martelli principis Franci clariſſimi, ille in libro de Confeſſoribus: inter quos recenſet Romanum illum *Blavienſem*, Auſonii poëtæ, & Martini Turonenſis Epiſcopi coævum: quem ſcripſit Sigibertus Chronicus mortem obiviſſe anno Chriſti trecenteſimo octogeſimo quincto: & cujus *ſepulchrum Blavienſi caſtello contiguum*, ut Gregorius loquitur, & Baſilicam, in qua ſepultum fuiſſe Regem Charibertum Ado Viennenſis ſcribit, civilia noſtra bella ſolo nuper æquarunt. In Itinerario Antonini *Blavia Blavutum* quidem eſſe videtur: ſed de iſto auctore nihil comperi: in cujus libro nullum non vocabulum fœde corruptum. *Vinetus.*

7. *Congrege*] *Congregato* vulgo. Idem verbum legimus in verſu quinquageſimo tertio Gripi, & legendum ſuſpicamur in periocha ultimi libri Odyſſeæ: ſive *congrex* ejus fuerit rectus, ſive *congregis* & *congrege*. Aurelius Prudentius poëta Chriſtianus, Auſonio non major, eodem obliquo *congrege*, pro conſentiente, & concordi, uſus eſt, libro ſecundo contra Symmachum:

En ades omnipotens, concordibus influe terris.
Iam mundus te Chriſte capit. quem congrege nexu
Pax & Roma tenet. ---

Apulejus vero ſeptimo Metamorphoſeos *congregem* dixit, ſed hoc pro eo, qui ſit ejuſdem gregis. *Equinis armentis*, inquit de ſe aſino, *namque me congregem paſtor egregius, mandati dominici ſervus auſcultator, aliquando permiſit.* Contrariæ ſignificationis eſt *ſegrege* pro *ſegregato* ſeparatoque apud eundem Prudentium, qui & *ſegregem* dixit in hymno ſeptimo Cathemerinon de Elia:

Fragore ab omni quem remotum, & ſegregem
Spreviſſe tradunt criminum frequentiam.

Sed *ſegreges* etiam plurale Seneca in Hippolyto, & Sidon. in Epiſt. duodecima quincti, & tertia noni. *Vinet.*

8. *Nomen plateas perdere*] *Plateæ*, & viæ urbis, quantumcunque ſunt πλατεῖαι, & *latæ*, hæ videntur anguſtæ, quum non omnes facile capere poſſunt homines, qui in eas convenerunt: & ſic ſuum nomen amittunt. *Vin.*

9. *Tene, feri*] Simili ferme modo quæſtiones exercentium ſtrepitum expreſſit Ammianus lib. XXIX: *Igitur*, inquit, *cum Præfecto prætorio ſummatibus quæſitis in unum, quibus cognitiones commiſſæ ſunt, intenduntur eculei,*

[10] Sus lutulenta fugit, rabidus canis impete ſævo,
Et impares plauſtro boves.
[11] Nec prodeſt penetrale domus & operta ſubire:
Per tecta clamores meant.
Hæc, & quæ poſſunt placidos offendere mores,
Cogunt relinqui mœnia:
Dulcia ſecreti repetantur ut ocia ruris
Nugis amœna ſeriis.
Tempora diſponas ubi tu tua: juſque tuum ſit,
Vt nil agas, vel quod voles.
Ad quæ ſi properas, tota cum merce tuarum
Veni camœnarum citus.
Dactylicos, elegos, choriambum carmen, epodos,
[12] Socci & cothurni muſicam,
Carpentis impone tuis. nam tota ſupellex
Vatum piorum chartea eſt.
[13] Nobiſcum invenies catenoplia, ſi libet uti,
[14] Non

expediuntur pondera plumbea cum fidiculis & verberibus. Reſultabant omnia truculenta vocis horroribus inter catenarum ſonitus, tene, claude, comprime, abde, *miniſtris officiorum triſtium clamitantibus.*

10. *Sus lutulenta*] Horat. ſecundo Epiſtolar. ad Iulium Florum:

Hac rabioſa fugit canis, hac lutulenta ruit ſus. Vinetus.

11. *Nec prodeſt penetrale*] Abſurdum videtur, vulgi *clamores*, & prætereuntium ſtrepitus *per tectum ingredi* ad aures, præſertim clauſa *domus intima*que ſubeuntium, vox enim ipſa in altitudinem prærepta, inque latitudinem progreſſa, reſilire *per tectum* (ni ſint alia ſublimiora tecto corpora, quæ ſcandenti occurrant, atque obſtent) nòn poteſt. Emendandum itaque putaverim, *per ſepta*, ut intelligantur non externorum tantum parietum præcinctiones, ſed internæ quoque ſeptiones. Ac videtur Auſonius intimam Naturæ rerum quæſtionem ſecutus, ex Lucret. l. 1, his verſibus:

Inter ſepta meant voces, & clauſa domorum
Transvolitant. Nec multo poſt:
Tranſit enim fulmen cœli per ſepta domorum,
Clamor ut it vocis.

Maro quoque in Georgicis, *Domorum ſepta* vocat. Neque illud etiam ambigimus, futurum aliquèm, qui *tecta*, loca ipſa clauſa obſtructaque, intellectu ſimplici, protinuſque obvio, arripiat. *Mariang. Accurſius.*

12. *Socci & Cothurni muſicam*] Comœdias, & Tragœdias. *Vinetus.*

13. *Nobiſcum invenies nullas, quia liquimus, ejo*] Corruptus hic videri poſſit verſus, neque ſuis ſyllabis enunciari facilis, non injuria. Græcum quippe verbum, more ſuo, uſurpaſſe poëtam crediderim εἴω quod eſt *eo, vado*. Eodem modo & in Plautino Epidico verſus terminatur: *Vnde lubet, nam niſi illas ante Solis occaſum bo-*
gas

[14] Non Pœna, ſed Græca fide.

die ἴλω. Sic quoque haud procul inde dictum Auſonio, *Torquet* αὔλακα, id eſt, *ſulcum*. *Salaminius Æas* pro *Ajax*. Quanquam Græcis potius ſcribendum literis putaverim Αἴας, non tam uti eam ſoni fugerit aſperitatem in latino nomine, quam ut ipſum quoque gemitum in flore ſcriptum indicarit, Sic & illud: *Nobucum invenies* κατενόπλια. Rhythmi videlicet ſpeciem, quem ſaltarent arma quatientes. Et ad Probum: *vacare dignabunt* χόρευ. Sed & in Epiſtola ad Paulinum. ε literam fuiſſe illam innuens, qua Lacedæmonii Philippo Regi abnuentes reſponderunt, ab *V* noſtra verſum cœpit. Meminit ejus Plutarch. περὶ ἀδολεσχίας, nec non in Apophthegm. *Mariang. Accurſius.*

13. *Catenoplia*] Apud Suidam legimus *catenoplion* ſpeciem rhytmi carminiſque fuiſſe: ad quod ſaltabant veteres, arma quatientes, ſcribitque Græcus Hephæſtionis commentator, κατενόπλιον eſſe unum ex heroïci metri generibus ſeptem: quod habet duos dactylos, & unum ſpondeum: hocque adducit exemplum ex primo Iliados:

Ὣς φάτο δακρυχέων, τοῦ δ' ἔκλυε πότνια μήτηρ.

Cujuſmodi fuerit hoc Virgilianum:

Nos patriam fugimus. tu Tityre lentus in umbra

& hujus Epiſt. verſus v. *Vinetus.*

14. *Non Pœna*] Non Punica fide. *Pœni* namque ſemper vani, & fœdifragi ſunt habiti. *Sed Græca*, id eſt ſincera fide, & certa. *Græca* tamen *fides* eadem cum *Punica* in jambico Epiſtolæ viceſimæ ſecundæ ad Paulinum. ſed vide hæc adagia apud Eraſmum. *Vinet.*

AVSONIVS PAVLO S.

Epiſt. XI.

[1] *VErſus meos utili, & conſcio ſibi pudore celatos, carmine tuo & ſermone præmiſſis, dum putas elici, repreſſiſti. Nam qui ipſe facundus, & muſicus,* [2] *editioni alienæ prolectat audaciam; conſilio, quo ſuadet, exterret. Tegat, oportet, auditor doctrinam ſuam, qui volet ad dicendum ſollicitare trepidantem; nec emerita*

1. *Verſus meos*] Sidonius Apoll. cap. XXIII:

Cum jam pro meritis tuis pararem
Conſenti, columen decuſque morum,
Veſtra laudibus hoſpitalitatis
Cantum impendere pauperis cicuta,
Vltro in carmina tu tubam recludens,
Converſo ordine verſibus citaſti,
Suetum ludere ſic magis ſodalem.
Paret Muſa tibi, ſed impudentem
Multo cautius hinc ſtylum movebit.
Nam cum carmina poſtules diſerte,
Suades ſcribere, ſed facis tacere.

ad quem plura Savaro.

2. *Editionis alienæ*] Sic malo, quam *editioni*. Gronovius.

emerita adverſum tirunculos arma concutiat veterana calliditas. Senſit hoc Venus, de pulchritudinis palma diu ambiguo [3] *ampliata judicio. pudenter enim, ut apud patrem, velata certaverat: neque deterrebat* [4] *æmulas ornatus æqualis. at poſtquam in paſtoris examen deducta eſt lis dearum,* [5] *qualis emerſerat mari, aut cum Marte convenerat,* [6] *& conſternavit arbitrum, & contendentium certamen oppreſſit. Ergo niſi* [7] DELIRVS *tuus* [8] *in re tenui non tenuiter laboratus, opuſcula mea, quæ promi ſtudueras, retardaſſet: jamdudum ego,* [9] *ut palmes audacior, in hybernas adhuc auras improbum germen egiſſem, periculum judicii gravis inconſulta feſtinatione ſubiturus. Denique* [10] *Diſſonum, quem Colonomon exiſtimo proprie*

3. *Ampliata*] *Ampliatio* dicebatur in Iudiciis, quum cauſa eſſet obſcura, & judicium differebatur in tempus. Budæus in annotationibus ex Aſconio Pediano. *Vinetus.*

4. *Æmulas*] Iunonem & Minervam. *Vinet.*

5. *Qualis emerſerat mari*] Epigramma centeſimum & ſextum. *Vinetus.*

6. *Et conſternavit*] Obſtupefecit ſua pulchritudine, & attonitum reddidit formæ judicem Paridem paſtorem. Lucianus in dearum judicio. *Vinet.*

7. *Delirus*] Eſt Pauli Comœdia. *Scaliger.*

7. *Delirus tuus*] Poëmatis nomen à Paulo ſcripti. *Vinetus.*

8. *In re tenui*] Alluſio ad Virgilii locum, quem indicavimus in præfationem in Technopægnium. *Vinet.*

9. *Vt palmes audacior*] Quæ ante tempus germinare feſtinant, *ſecutis frigoribus exuruntur*, Plinius in principio ſeptimi decimi Natural. Hiſtor. *Vin.*

10. *Diſſonum quem Colonomon, &c.*] Sphingis ænigma ſunt illa, quæ hic hodie leguntur: *Denique diſſonum, quem Colonomon exiſtimo proprie à Philologis appellatum, accrevi.* Hæc eſt veterum editionum, & quod pluris facio, Aldinæ lectionis. Hoc niſi fallor, nihil aliud eſt, quam ſi diceret: Ego malus Muſicus obſtrepui bono Muſico. Nam cum *Delirum* ſuum Auſonio recitaſſet *Paulus*, & ita ille placuiſſet Auſonio, ut vereretur ſuum poëma Paulo recitare, ne ſcilicet *Deliri* comparatione illa ſorderent: tamen, inquit, ego tandem non ſolum ineptiam meam detexi, qui poſt Delirum tuum auſus ſim curſim poëma meum recitare, ſed etiam eandem auxi ineptiam, qui tibi ipſum poema miſerim. Metaphora à Muſica. ut ſi canente bono Muſico, aut pſallente bono Citharœdo, ineptus quis interea obſtrepat, & velit ipſe quoque *ἀντιψάλλειν*. Quare *τόνοι* illi Muſices dicuntur διάφωνοι, hoc eſt, *diſſoni.* Martianus: Διάφωνοι, inquit, *id eſt, diſſentientes ſunt, qui cum percuſſi fuerint, invicem diſcrepant.* Eos igitur tonos ſe percuſſiſſe ait Auſonius bene canente Paulo, & doctiſſimum poema recitante, atque adeo omnino effeciſſe, *νόμον* illum, qui à Muſicis dicitur κόλοβος, hoc eſt, mutilus, & in eo ridiculum ſe fuiſſe. Vtitur autem verbo *accreſcendi* ἀρχαϊκῶς. transitive enim poſuit. Locus autem ita interpungendus, & corrigendus: *Denique diſſonum, quem Colonomon exiſtimo proprie a Philologis appellatum, adcrevi. Vt jubebas, recenti verſuum tuorum lectione non auſus, ea, quæ tibi jam curſim*

proprie à philologis appellatum, adcrevi, ut jubebas, recenti verſuum tuorum lectione non auſus, ea quæ tibi jam curſim fuerant recitata, tranſmitto. [11] *Etenim hoc popoſciſti, atque id ego malui: tu ut tua culpa* [12] *ad eundem lapidem bis offenderes: ego autem quæcunque fortuna eſſet, ſemel erubeſcerem.* [13] *Vide, mi Paule, quam ineptum laceſſieris: in verbis, rudem: in eloquendo, hiulcum: à propoſitis diſcrepantem: in verſibus, concinnationis expertem: in cavillando, natura invenuſtum, nec arte conditum: diluti ſalis, & fellis ignavi:* [14] *nec de mimo planipedem, nec de comœdis hiſtrionem. ac niſi hæc à nobis miſſa ipſe lecturus eſſes,* [15] *etiam de pronunciatione rideres. Nunc com-*

curſim fuerant recitata, tranſmitto. Nam cum ex recenti verſuum Pauli recitatione Auſonius verſus ſuos præ illis ſordere putaret, & melius ſecum agi, ſi ſupprimeret eos, quam ſi exſcriptos Paulo legendos daret, ne ſe apud erudititiſſimum virum traduceret, eos tantummodo curſim recitaverat, neque auſus erat tradere. Poſtea tamen rogatu vel juſſu Pauli eos nunc illi tranſmittit ſcriptos. *Scaliger.*

10. *Denique diſſonum*] Locus hic corruptus eſt. ubi quæ leguntur *colonomon*, & *tollenomen*, θολερόν, id eſt *turbidum*, eſſe debere putat Iacobus Fanenſis capite tertiodecimo collectaneorum. Notandum autem *accrevi* activa ſignificatione, pro auxi. *Vinetus.*

10. *Denique diſſonum, quem Colonomon,* &c.] *Diſſonum* illum *Colonomon*, ignorare me fateri malo, quam viro Illuſtri hircum mulgenti cribrum ſupponere. Certe ſcriptum Auſonii eſt hujus indicis ſive tituli, quod ad ſe mitti voluerat Paullus, Auſonius autem mittere veritus eſt, quaſi hoc cum *Deliro Paulli* comparatum nimis ſorderet. *Adcrevi* autem activa ſignificatione, quod ingerunt Scaliger & Vinetus, non eſt nauci. Sed ſcribendum: *Denique Diſſonum, quem Colonomon exiſtimo proprie à Philologis appellatum, ad te mittere, ut jubebas, recenti verſuum tuorum lectione non auſus, ea quæ tibi jam curſim fuerant recitata, tranſmitto.* Gronovius.

11. *Etenim hoc popoſci*] Legendum: *popoſciſti.* nempe, *Diſſonum meum* ut ad te mitterem: *illud*, quæ tibi jam fuerant recitata, mittere. Neque offendor *hoc* poni, uti potius *illud* poni debuerat, & viciſſim. Sic enim maluiſſe interdum Veteres in Obſervationum tertio, ni fallor, notamus ad Symmachi locum. *Gronov.*

12. *Ad eundem lapidem bis offenderes*] Bis peccares eadem in re. *Vinetus.*

13. *Vide, mi Paule*] Alterius Epiſtolæ hoc principium eſt in nonnullis codicibus. *Vinet.*

14. *Nec de mimo planipedem, nec de comœdiis hiſtr.*] Rectius *comœdis* ex MS. codice. quanquam pro ipſo quoque opere ſit *mimus* non infrequens. *Mariang. Accurſius.*

14. *Nec de mimo planipedem*] Μί-μος, qui aliorum dicta factave & geſtus imitatur, ut Philiſtion quondam apud Græcos, Publius & Laberius apud Romanos. *Planipedem* & *mimum* ſcribit idem eſſe Diomedes libro tertio. Quartam numerat togatarum fabularum ſpeciem, *planipediſque* appellationem ex eo eſſe, *quod actores planis pedibus, id eſt nudis, proſcenium introirent, non ut tragici actores, cum cothurnis: neque ut comici, cum ſoccis.* Vinetus.

15. *Etiam de pronunciatione rideres*]

commodiore fato ſunt: quod licet apud nos genuina, apud te erunt adoptiva.

Vinum quum bijugo parabo plauſtro
Primo tempore Santonos vehendum,
16. Ovum tu quoque paſſeris marini,
Quod nunc promus ait procul relictum
17 In fundo patriæ Bigerritanæ.

ΑΥΣΟ-

Adeo inepte pronunciarem. Hujus loci meminimus in Epiſtolæ Auſonii quartæ verſum quinctumdecimum. *Vinet.*

16. *Ovum tu coque*] Vel *quoque*: nam utroque modo ſcribebant. Videtur famem indicere *Paulo* manenti in fundo ſuo *Crebenno*, cum præcipit illi, ut *coquat ovum paſſeris marini*, hoc eſt, Struthiocameli. Sic in Ephemeride: *locus ordinandi quoqui.* Nam quæ ſuavitas in ovo Struthiocameli, eoque vetuſto? Itaque ſalſe illum dicit in *Crebenno* villa eſurire, in qua nihil niſi *ovum Struthiocameli* habebat. Scimus enim ea pro ornamentis, aut ἀντὶ κειμηλίων ſuſpendi. Ego, inquit, *vino* Vibiſco, quod *Santonos* jubeo deferri, bene me curabo, tu vero *coque ovum paſſeris marini*, quod ſolum tibi de tuis bonis relictum eſſe ait promus. In quo nimis dicaciter, meo judicio, pauperculo amico inſultat. Nam ſine dubio videtur ejus ſupellex omnis a creditoribus capta fuiſſe, & nihil illi præter *ovum Struthiocameli*, quod pro lacunari pendebat, relictum fuiſſe. Conſtat enim ipſum Paulum agellum proſcripſiſſe venalem, ære, ut puto, alieno oppreſſum. Hoc enim indicat Auſonius ipſe, nimium & in hac quoque parte dicax, & urbanus, cum ait:

Sic, qui venalis tam longa ætate Crebennus
Non habet emptorem, ſit tibi pro precio.

Ex his igitur patet, quod ait Auſonius de *ovo Struthiocameli*, relicto, alluſum ad exactores nominum, qui nihil aliud reliquerant. Et, quod ait, *coque:* nimirum quod nihil illi eſculenti reliquiſſent. Vrbana quidem iſta, & ſalſa: ſed quæ in amici calamitate mihi videntur importuna. Ita non parcit Theoni, quamvis amico, illudens ejus paupertati. an intelligendum eſt ſimpliciter, & dicendum præcipi *Paulo*, ut ſibi deferatur illud *ovum*? *Struthiocamelum* interpretamur *paſſerem marinum*. Nam quod avis eſſet, *paſſerem* vocarunt, imitatione Græcorum, qui ϛρȣθίον vocant: quod peregrinus, & ultramarinus, *marinum*, hoc eſt, διαπόντιον. Plautus.

Vola curriculo. Iſthuc paſſer marinus in circo ſolet.

Feſtus: *Paſſer marinus, quem vocat vulgus Struthiocamelum.* Scaliger.

17. *Fundo patriæ*] *Fundum patria Begerritana* intelligit *Crebennum*, de quo jam locuti ſumus. Ex quibus colligimus Paulum ipſum patria *Begerritanum* fuiſſe. *Bigerri* autem ſunt populi ad Pyrenæos, qui & *Bigerrones*, hodieque nomen retinent. Eorum regio propter Pyrenæos & ventoſa & frigida eſt, unde ventum, ſeu turbinem *Bigerritanum* à tergo flare illis, qui per Vaſates iter Burdegalam faciunt, ait Sidonius Apollinaris. Iam frigidam eſſe, & vini inferacem, qua parte Pyrenæis adjacet, non ſolum nos ſcimus, ſed & Auſonius quoque ipſe teſtatur, qui ἀσταφυλον propterea vocat, & ψυχαλγία. Sic enim de Paulo Muſas alloquitur:

Ἀστα-

Α'γαθφύλῳ σὺν χώρῳ habet *θυμαλ-γία λέγω*.

Præterea magis confirmat Paulinus ad Auſonium ſcribens, qui eos vocat *Pellitos*, propter maſtrucas, quas ob frigoris immanitatem fere ſemper geſtant. Eaſque hodie vocant Græco nomine *Marlotas*, quaſi *μαλλωτούς*. Eorum civitas Tarba, in qua hodie eſt Epiſcopatus. In Notitia provinciarum Galliæ legitur *Civitas Turſa. ubi caſtrum Bigorra.* Melius quidam codices *Turba*. lege *Tarba*. Non enim ſemper, ubi ex diſpoſitione Romanorum cenſebatur civitas, ibi & continuo Epiſcopatum eſſe cenſendum eſt. Nam olim Benearnenſium civitas erat oppidum, quod hodie *Hortenſes* vocatur: hodie Epiſcopatus eſt Laſcurræ. Benearnum eſſe quos hodie Hortenſes vocamus, ad flumen Gaven, certiſſimum eſt ex Antonino, qui à ſaltu Pyrenæo ex Hiſpania Eloronum venientes deinde Benearnum deducit. Et ex eodem ſaltu Aquas Tarbellicas profectis idem oppidum aſſignat Toloſam proficiſcentibus. Præterea Bearnenſis principatus hinc nomen habet. Et ſcimus ejus principatus nobiliſſimos & populoſiſſimos eſſe Hortenſes. Eloronum retinet nomen & ipſum Epiſcopatus in eodem principatu Bearnenſi. vocamus enim *Oloronum*, quomodo & Sidonius *Oloronenſes*. Sic Eluſatum civitas non habet Epiſcopatum. quæ & ipſa hodie nomen retinet. *Elſam* enim vocant Vaſcones, ſed pronuntiant *Euſam*, quia id eſt idioma ejus gentis ita *l*, ante *ſ*, pronunciandi. Quod non fruſtra dico, cum inepti non pauci apud Cæſarem legant *Fluſſates*: & velint eſſe eos, qui ad Pyrenæos citra caput Garumnæ vocantur *Fuxenſes*. Acuti homines ſane. Ego in vitis martyrum Aquitanorum à pervetuſto & elegantiſſimo auctore conſcriptis, quædam legens, incidi in vitam Luperculi, qui paſſus eſt ſub Decio in civitate Eluſatum ad Celiſam fluvium. Poſtea ſciſcitatus ſum ab Eluſatibus, quomodo vocaretur Divus, qui eſt tutela eorum civitatis: reſponderunt eſſe Sanctum *Lopercum*. ita enim vocant. Quare deſinant veterum ſcripta contaminare ſomniculoſi conjectores. At iſtæ ſunt hodie in Novempopulania non ſolum civitates, ſed & Epiſcopatus, & nomen retinent: *Convenæ, Conſeranni, Auſci* Metropolis Novempopulaniæ, *Vaſates, Aquenſes*, hoc eſt Aquarum Tarbellicarum. *Bojatum*, hoc eſt Bajona, quaſi Bojona, quæ olim dicebatur *Lapurda*, ubi erat præſidium Romanorum. Hodie territorium ejus civitatis nomen retinet. Vocatur enim *Laperd*, & pagus *Lapurdenſis*. Promontorium oſtiorum Garumnæ, quod eſt in Medulis, quodque vocatur à Ptolemæo Κυρωνὸν ἄκρον, hodie vocatur *caput Bojatum*. Sed valde depravat lingua Vaſconum, quæ dicit *cap de Butx*. eſt enim Boatum, vel Bojatum caput, *Butx* corrupte, *Boates*. Item Atyrenſium civitas retinet nomen, ſed depravatione Vaſconica. Vocatur enim *Airenſium Civitas*, quia y pſilon eliſum eſt, & dixerunt *Atrenſium*. ſic Elyſa, quia y pſilon corripitur, ut apud Claudian. *Invadit muros Elyſæ*. -- propterea fecerunt *Elſam*. Quod enim y pſilon corripiatur in Atyro, unde dicti *Atyrenſes*, ex Lucano cognoſcimus, qui dixit: -- *& ripas Atyri, quas litore curvo*. Hoc in cauſa fuit, ut *Atrenſes*, dixerint. Ipſi vero pronunciant *Airenſes*: Nam nunquam aliter ſolent Tr. efferre, quam per Ir. ſic petram, *peiram* dicunt, patrem *paire*, matrem *maire*. Nemini mirum videri debet, ſi cogar his exemplis uti. In re enim nova non omnes ſtatim mihi credituros, niſi his rationibus convictos, puto. Quod non dico propter noſtrates. Ipſi enim ſtatim ſciunt quid velim. ſed propter alios Galliæ populos, præſertim Francos, quorum lingua & mores multum abhorrent à Novempopulanis. Novempopulanorum longe integrior lingua eſt, quam illorum, ſed illorum cultior propter aulam Regis.

Ipſi vero Franci contra TR depravant: in IER Petram, *Pierre*, & ſimilia. Non eſt, quod aliquis noſtræ Galliæ veteres appellationes locorum ad recentiora nomina revocare ſe poſtulet, niſi perfecte omnium idiomata teneat: quæ quidem facile Vaſco diſcit, Francus negligit. Habet & Epiſcopatum civitas Lactoratium, & retinet nomen. Dicti ſunt & *Lactoratenſes*, ut ex hac inſcriptione, quæ in ea civitate extat, apparet:

Pro ſalute Imp. M. Anton. Gordiani Pii Foel. Aug. & Sabinæ Tranquillinæ Aug. totiuſque domus Divinæ. proque ſtatu civitat. Lactoraten. Tauropolium fecit ordo Lact. Dom. noſtro Gordiano Aug. II. & Pompejano Coſs. VI. Id. Dec. Curantib. M. Erotio Feſto. Et M. Earinio Caro ſacerd. Trajanio Nundinio.

Hæc ego in gratiam noſtræ Vaſconiæ, atque adeo in honorem tanti poëtæ huic chartæ commendare volui. *Scaliger.*

17. *In fundo patriæ Begeritanæ*] Eſt in Aquitania ad ſaltum Pyrenæum, inter Beneharnenſes & Convenas, provincia cælo ſoloque aſpero, quæ & *Begorra* vulgo dicitur, & *Bigorra*. Iſtos ego *Begorros Bigorroſve* eſſe puto, qui ſcribuntur *Bigerri* in epiſtolæ Paulini ad Auſonium primæ verſu centeſimo & quadrageſimo tertio, *i* in prima ſyllaba pro *e*, ſed *e* pro *o* in ſecunda, ante geminatam liquidam: unde *Begerritanus Bigerritanusve* denominativum effinxerit Auſonius hoc loco: cujus alteram *r* neglexerint librarii, *Begeritanæ* pro *Begerritanæ* qui ſcripſerunt. Sic enim omnes noſtri libri habent, quum *Bigerricus* aliud denominativum à *Bigerris* in cunctis exemplaribus eam geminet conſonantem apud Sidonium Apollinarem, libri octavi epiſtola duodecima. *Vinetus.*

[1] ΑΥ̓ΣΌΝΙΟΣ ΠΆΥΛΩ. Epiſt. XII.

Ἑλλαδικῆς μετέχων μούσης, Latiæque camœnæ.
Ἀξίῳ Αὐσόνιος ſermone alludo bilingui.
Muſæ quid facimus? τί κεναῖσιν ἐπ' ἐλπίσιν αὔτως
Ludimus ἀφραδίῃσιν ἐν ἤματι γηράσκοντες.
Σαντονικοῖς campoισιν [2] ὅπῃ κρύος ἄσπετόν ἐστιν,
Erramus gelido-τρομεροὶ rigidique poëtæ
Πιερίδων περονοπλοκάμων θεράποντες inertes.
Παντὸς δ' ἔχει παγετός τε pedum καὶ κρυμὸς ὀδόντων,

Θαλ-

1. Αὐσόνιος] Epiſtola bilinguis, quam ad *Axium Paulum Rhetorem Bigerritanum* mittit, & eruditiſſima & elegantiſſima eſt. Atque utinam minus corrupta ad nos perveniſſet: neque in ea emaculanda potius, quam interpretanda laboraremus. Vtrumque tamen à nobis neceſſe præſtandum fuit. nam primum maculas, quas potuimus, eluimus: deinde, ſi qua erant Auſonianæ eruditionis, ac reconditæ literarum copiæ veſtigia, ea nobis ſagaciter odoranda fuerunt. Ita igitur edidimus, uti legendum eſſe non dubitamus. *Scaliger.*

2. Ὅπῃ κρύος] Forte: ὅπου κρύος ἄλγιον ἐστιν. Pulmannus. mihi videbatur, ὅπου κρύος ἐστιν ὀδόντων. Gravius,

3. Πολὺ

Θαλπωρὴ quia nulla πέλει χιονώδεϊ χώρῃ,
Et duplicant frigus ψυχρὰ carmina μητιόωντες.
Ἀρχόμενος δ' ἄρα μῆνιν ἐώια.·.·.·
Primitias Παύλῳ noſtro πέμψω μελιηδεῖς.
Μνημοσύνης κρηδεμνοκόμου [3] πολὺ inclyta τέκνα
Ἐννέα verboſæ, κρινοστέφανοί τε puellæ.
Ἔνθ' ἄγε μοι πολυπτύετ' ἔπη, κυρώδεα μολπὴν
[4] Φρόντιβυς ἡμετέραις πλέελνον præferte libellum
Ὑμαζαρ.·. σῖχον·.·.·
Παύλῳ ἐφαρμόζητε μεμιγμένον.·.·. ᾠδήν·
Οὐ γάρ μοι θέμις ἐστὶν in hac regione μένοντι
Ἄξιον ab noſtris ἐπιδευέα eſſe καμήναις.
Κεῖνος ἐμοὶ πάντων μέτοχος, qui ſeria noſtra,
Qui joca παντοδαπῇ novit tractare παλαίστρῃ.
Καὶ νῦν ſepoſitus μοναχῷ ἐνὶ rure κρεβέννῳ,
Ἀσταφύλῳ ἐνὶ χώρῳ, habet [5] θυμαλγέα λέσχην.
Οὔτε φίλοις ἑτάροις, nec menſæ accommodus ulli.
Ὅττι ἀθελξινόοις.·.·.· [6] μέμφατο μούσαις.
Iam ſatis, ὦ φίλε Παῦλε, πόνων ἀπεπειρήθημεν.
Ἔντε foρῳ cauſαις τε καὶ [7] ingrataῖσι καθέδραις.

Ῥητο-

3. Πολὺ inclyta τέκνα] Forte: πολυκήδεα τέκνα. Pulmannus.

4. *Frontiσιν ἡμετέραις*] Frontισιν bilingui ſcriptura dixit pro φροντίσιν. Imo potius φρόντιβυς, pro eodem, à φροντὶς bilingui declinatione. Præferte, inquit, veſtris feriis libellum levem, ac quantivis precii, nam levem libellum πλέελνον vocat. Propterea jam ante dixerat κυρώδεα μολπὴν. Illud πολυπτύετε ex antiquis editionibus, præſertim Aldina divinavimus. In illis enim legitur πολυεπικυρώδεα non πολὺ, ut in aliis recentioribus. *Scaliger.*

4. *Frontibus*] Ita vetus codex *Frontibus*. alii *Fortibus*, & *triumphum* pro *libellum*. Vinetus.

5. Θυμαλγέα λέσχην] In quo alludit ad verſiculum Heſiodi: καὶ ἐπαλέα λέσχην. contrarium enim eſt. *Scaliger.*

5. Λέσχην] Ita vetus. alii λάχνην. Vinetus.

6. Μέμφατο μούσαις] Lego:

--- μὲν φάτο μούσαις.

ut explendum ſit:

--- σιωπῶν φάτο

Ὅττι ἀθελξινόοις αἰεὶ σιωπῶν φάτο μούσαις.

Muſas ἀθελξινόους, hoc eſt *moroſas*, & tetricas, vocat artem Rhetoricam, quam profitebatur Axius Paulus. dicit igitur tanquam juratum non divelli à tetricis Rhetoricæ ſtudiis. Quod ſane vel ex ſequentibus probatur, præſertim ubi ſuadet, ut eo ſtudio relicto ad mollius ac remiſſius vitæ genus ſeſe conferat. *Scaliger.*

7. *Ingrataῖσι*] Non male, ut equidem

Ῥητορικοῖς ludοισι. καὶ ἔπλετο οὐδὲν ὄνειαρ.
Ἀλλ' ἤδη κεῖνος μὲν ἅπας juvenάλιος ἱδρὼς
Ἐκκέχυται μελέων. τρομερὴ λάβε βλέμμα ſenectus.
Καὶ minus in ſumtum δαπανᾶς levis arca miniſtrat.
[8] Οὐ γὰρ ἔχει ἀπάλαμνος ἀνήρ. ∴
Κλεινικὸς οὐθ' ὁ γέρων. ∴.
[9] Æquanimus ſi qua fueris, ἐς πάντα μάλ' εὕδειν
Malueris, λήθη γὰρ πόνου ἔσετ', ἠδὲ πενίης.
Κεῖνο γὰρ παγκάλλιστον, ut omnibus undique menſis
Σὺν φιάλῃ [10] ἢ σὺν δέπαϊ συνεπάονι μουσέων

Θυμοῦ

dem cenſeo, emendamus ex priſca editione, quæ plane habet: *καὶ ingrata es ἠκα θαίρους*. Scaliger.

7. *Ingrataισι καθέδραις*] Ita hic feci ex *ingrata es ἰκαθηκαθέδραις*, quod fuit in Badii editione. *Vinetus*.

8. Οὐ γὰρ ἔχει] Duo iſti verſiculi fortaſſe non ſunt imperfecti, quia perfectam ſententiam continent: quæ mihi ſubolet deſumpta eſſe per parodiam ex aliquo poëta. Neque eſt quod miremur diverſi moduli verſus huc intruſos, cum idem manifeſto fecerit in fine Epiſtolæ. *Clinicum* ſe vocat, quod *decumberet* in lecto propter ſenectutem, quæ ipſa morbus eſt. nam *Clinicos* homines deploratæ ſalutis, & in morbo cubantes dici, qualium exempla, ut alia taceam, ſunt in Euangelio. ſatis notum puto Martialis lib. III in Vetuſtinam:

Sternatur à Coricle Clinico lectus.

Qui verſiculus hodie depravatiſſimus vulgo legitur. *Scaliger*.

9. *Æquanimus ſi qua fueris*] Quanta venuſtas eſt horum verſuum? Adjuti ſumus veſtigiis Aldinæ editionis. Suadet *Paulo*, ut defungatur moroſa illa profeſſione, & ad quietam ſeſe tandem traducat. In quo utitur verbo dormiendi, quomodo Martialis poſt longas ſalutationes optat ita defungi, ut dormiat. Illud vero non oſcitanter prætereundum, quia ſcribit *ad Rhetorem*, eum uſum fuiſſe παρονομασίᾳ, nempe cum dicit MALVERIS, & FVERIS. In quo acutiſſimus, & ad omnia ingenium in numerato habens poëta imitatus eſt Lucillium ſuum, cujus valde ſtudioſus fuit. nam & ipſe Lucillius eodem modo ad amicum *Rhetorem* ſcribens jocatur. Cujus verba, quia obſcura, & depravata apud Gellium referuntur, huc proferre & emendare nôn alienum duximus:

*Quo me habeam pacto, tametſi, non * quæri' docebo:*
*Quando in eo numero * manſti, quo in maxima * nunc eſt*
Pars hominum, ut periiſſe velis, quem nolueris cum
Viſere debueris. hoc NOLVERIS, *&* DEBVERIS, *te*
Si minu' delectat. quod τεχνίον Iſocratium eſt,
** Ληρῶδέςque ſimitu, tum συμμειρακιῶδες,*
*Non operam perdo. Si tu hic **. Scalig.

9. *Si qua*] Impreſſus ante annos centum Venetiis Auſonius habet, *quod ſi*, pro *ſiqua*: & λήθη πόνου ἔσσεται ἠδὲ πενίης, pro illo, λήθη γὰρ πόνου ἔσετ' ἠδὲ πεν. Vinetus.

10. Ἢ σὺν δέπαϊ] In hiſce purgandis aliquantum profuit nobis Aldina editio. nam apud illam ex eo, δέ τε καὶ, fecimus δέπαϊ, & ex μουσάων μουσέων. Scaliger.

11. Εὕδειν

Θυμῦ ἀκηχεμένυ ſolatia blanda requiras.
Hic erit & fructus Δημήτερος ἀγλαοκάρπου.
[11] Ἔνθα σοι εἶδαρ ἔοι, πολυχανδέα pocula θέλε
Κιρνᾷν, ἄσκε [12] θέλοις, νέκταρ vinoιο bonoιο.
Ambo igitur noſtræ παραλέξομεν otia vitæ,
[13] Dum res, & ætas, & ſororum
Νήματα πορφύρεα πλέκουσι.

11. Ἔνθα σοι εἶδαρ] Ita hæc emendavi. Quæ præter eruditionem incredibile quantum ſaporem vetuſtatis in ſe habeant. Nam ex illo monſtro lectionis ἔνθα σὺ ἴδλαρι οἱ, fecimus ἔνθα σοι εἶδαρ ἔοι. Quam ſententiam non ſemel repetit Theognis, cum Cyrno, uti bene ſe curet, auctor eſt. Sed in ſequenti lego παραλέξομεν, non παραλλάξομεν. Quæ eſt metaphora elegantiſſ. à præterlegentibus litus, neque ſe in altum provehentibus. Senem enim ſe meminit, & navigationis hujus ætatis exiguum ſibi reliquum eſſe. Itaque in eo verſari, ut jam potius legat oram maris, hoc eſt, extremum vitæ, quam ut alto ſe committat. *Scaliger.*

11. Ἔνθα σὺ ἴδλαρι οἱ] Ἔνθα σὺ ἴδλαρι οἱ, Ἔνθα σὺ ἰσθλιογὶ noſtra variant exemplaria. *Vinetus.*

12. Θέλῃς] Et θέλοις, noſtra exemplaria: & οἴνοιο cuncta: ſed vinoιο ſcribendum crediderim propter metrum. *Vinet.*

12. Αἴκε θέλῃς] Αἴκε θέλοις in marg. Pulmannus.

13. *Dum res & ætas*] Horat. enim:
Dum res, & ætas, & ſororum
Fila trium patiuntur atra. Scaliger.

ΑΥΣΟΝΙΟΣ ΠΑΥΛΩ. Epiſt. XIII.

[1] Ρωμαίων ὕπατος [2] ἀρεταλόγῳ ἠδὲ ποιητῇ
Αὐσόνιος Παύλῳ· σπεῦδε φίλους ἰδέειν.

AVSO-

1. Ρωμαίων ὕπατος] Hic nihil mutavimus, præter ν in η. Omnes enim veteres editiones habent ἀρεταλόγον ἢ ποιητῇ. Eſt autem jocus Auſonii dubitantis utrum *poëtam*, an *aretalogum* eum vocare debeat. Nam cum *aretalogi* ſint toto ſermone ac oratione jactabundi homines, ita vocat *Paulum* propter *Rhetoricam*, quam profitebatur: quæ cum miram requirat rerum & verborum memoriam, propterea fit, ut qui eam promittunt, multum de ſua memoria, ac ſuo ingenio jactent. Denique qui, ut Agyrtæ, multa promittunt, aut mentiuntur, aut, ut declamatores, prodigioſa argumenta tractant, qualis ille apud Iuvenalem:

— & madidis cantat quæ Soſtratus alis.

Omnes ii eo nomine à Romanis *Aretalogi* dicti ſunt. Acro interpres Horatii: CRISPINUS Philoſophi cujuſdam loquaciſſimi nomen, qui dictus eſt *Aretalogus*. Hiſpaniæ idiotiſmo hoc genus hominum dicitur *Habladores*. Cum igitur Rhetorem Paulum vellet vocare, facete *Aretalogum* dixit. Salutat igitur primum ut *poëtam*. Quod utrumque poſtea infra attingit:

Sic tibi ſint Muſæ faciles: meditatio prompta:
Et memor: & liquidi mel fluat eloquii.

Vtrumque, inquam, complectitur: nam

nam *Muſarum* mentione ποιητὴν, *meditationis*, & *memoriæ*, & *eloquii*, *Rhetorem* intelligit: quin & verbo Rhetoricæ Scholæ uſus eſt. *Meditatio* enim, quæ Græcis μελέτη, eſt Rhetorica exercitatio. Doctiſſ. vir Adrianus Turnebus *Aretalogum* ab Arete Alcinoi uxore deducit. Si hoc verum erat, oportuit duas primas ſyllabas produci, quod tamen falſum eſt. Vide igitur quam indigna tanto viro ſententia. Et tamen, quia hoc narrat Vlyſſes apud Alcinoum, putat propterea *Aretalogum* dictum: quaſi Iuvenalis primus hoc nomen confinxerit, & quaſi ratio poſtulet, ut ab Arete potius, quam ab Alcinoo dictus ſit. Proprie Circulatores illos Italiæ, qui in compitis mira de ſuis pharmacis promittunt, ita vocare potes. Neque aliter intellexit Iuvenalis, cum Vlyſſem comparat *aretalogo*. Non enim illi hoc epitheton attribuit, quod tamen putat Turnebus, ſed non aliter quam *aretalogum* quempiam hæc omnia, quæ narrabat, mentitum fuiſſe dicit. *Scaliger.*

2. Ἀρεταλόγῳ, ἠδὲ ποιητῇ] *Aretalogos* dictos eſſe tradunt Grammatici, homines garrulos, qui grata, jucunda, auribus auditorum *placentia loquerentur*, & narrarent, qualem fuiſſe quondam Criſpinum illum Horatianum: & ob id *Aretalogum* dictum ſcribunt vetuſti commentatores in extremam Satyram primam. *Vinetus.*

[1] AVSONIVS PAVLO. Epiſt. XIV.

[2] ÆQuoream liqui te propter, amice, Garumnam.
Te propter campos incolo Santonicos.
Congreſſus igitur noſtros pete. ſi tibi cura,
Quæ mihi, conſpectu jam potiere meo.
Sed tantum adpropera, quantum pote corpore, & ævo:
Vt ſalvum videam, ſat cito te video.
[3] Si poſt infauſtas vigor integratus habenas,

Et

1. *Auſonius Paulo*] Hanc Epiſtolam quædam exemplaria ſic inſcribebant, quæ Græcum diſtichon ſequebatur; ſed alia nullo Pauli nomine hunc dabant titulum: *Ad amicum, ut quam primum ad ſe veniat.* Vinetus.

2. *Æquoream liqui te propter amice Garumnam*] Mittitur hæc Epiſtola ad eundem *Paulum*. Imperitus autem quiſpiam, tanquam ex *Amice* nomine admonitus, titulum fecit, *ad Amicum, ut quamprimum ad ſe veniat.* Error in Codicibus Auſonii haud ſane infrequens. Ineptum enim fuerit putare, aliam hic inſcriptionem ab authore ſuo poſitam, quam ſemper antea Græcis etiam verſibus eadem ſerie. Scribi certe hanc ad *Paulum*, indicio eſt alia Epiſtola, quæ carmini ſubjicitur paſchali, eodem fere argumento, germana huic & velut connectenda. tum nonnihil verſus ultimus utrobique idem:

Vale, valere ſi voles me, vel vala.

Quos equidem (ut id etiam commoneam) ita prorſus editos putaverim, neque laborandum, ut in pentametri membra redigantur, quos eſſe trimetros authori libuerit haud dubie. Nam & in trimetro Iambico ad Tetradium,

Et rediit membris jam ſua mobilitas:
Si riguam lætis recolis [4] Pimpleïda Muſis,
Iam vates, & non flagrifer Automedon:
Pelle ſoporiferi ſenium, nubemque veterni:
Atque alacri mediam carpe vigore viam.
Sed ciſium, aut pigrum cautus conſcende veredum.
Non tibi ſit rhedæ, non amor acris equi.
[5] Canterî moneo male nota petorita vites.
[6] Nec celeres mulas ipſe Metiſcus agas.

Sic

tradium, eundem ferme retulit: *Vale, valere ſi voles me, pervola.* Sunt autem illi inter alternos haud improbabili ratione locati; quod quamvis pedibus gradiantur inter ſe diverſis pentameter & trimeter, menſuris tamen iiſdem, totidemque ſyllabis conſtare, nihil impedit. Hinc & reciprocis verſibus contingit, ut qui pentameter elegiacus currit, jambicus plerumque recurrat. Convenit etiam vel eo concitos inſeruiſſe pedes, quod *non ſuis pedibus* eum, qui ægrotaverit, *venire*, ac *volare* deſiderat. Terentianus hos quidem hexametris miſcuit, ea lege, *qui* utrique ſenis pedibus conſtent. *Hexametros*, inquit, *tradit genitos duo prima vetuſtas. Herous ille eſt, hunc vocant jambicum. Nam pedibus ſenis conſtare videmus utrumque, Diverſa quanquam lex ſit ambobus pedum.* Talis autem metrorum modus, qui & heroico & jambico ordinatur, *conjunctus* vocatur. *Mariang. Accurſius.*

3. *Si poſt infauſtas*] Vineto *infauſtæ habenæ* ſunt morbus, qui Paulum domi continuit. At *infauſtæ habenæ* ſunt infelix aurigatio. *Redam*, an *petorritum* egit ipſe Paullus, inſtar Automedontis aut Metiſci. Sed equis neſcio unde conſternatis curru everſo tractus, aut ſaltem excuſſus & graviter delapſus læſis membris aliquamdiu decubuit. Hinc & illud: *Iam vates, & non flagrifer Automedon.* Vbi ridicule optimus Vinetus; *Rei Poëticæ magis vacans, quam Rhetoricæ Scholæ, quod flagris, verberibus, virgis, ferula, ſcutica magiſtri uterentur in diſcipulos.* Immo, & non auriga, quem malo tuo gerere voluiſti. Significant idem & duo ſequentia diſticha. quanquam in ſecundo eſt aliquid ſcabri. Quid enim, *Canteri?* Forte *Cantheris, moneo, male nota petorrita.* Nam *petorrita* videntur *mulis ſubjunxiſſe*, ut ipſe loquitur Epiſt. v. ergo ea *cantheriis male nota*, à quibus trahi non ſolebant. Monet ne vehatur petorrito, ſi tamen vehatur, ne mulos ipſe agat, ſed aurigam peritum adhibeat. *Gronovius.*

3. *Si poſt infauſtas vigor*] Agitaverat fortaſſis currum, quo per imperitiam aut caſum aliquem everſo Paullus haud leviter, ut videtur, corpus læſerat. Invitat igitur eum ad ſe inviſendum, ſi per caſum illum liceat, jamque vates iterum Muſas potius colat, quam *inſtar aurigæ Automedontis* currum regat. Hæc notanda duxi, quod Vinctus mentem Poëtæ non perceperat.

4. *Pimpleida*] Vrbs eſt Macedoniæ, prius Thraciæ, & fons, & mons *Muſis* ſacer *Pimpla.* Vinetus.

5. *Canteri*] Feſtus: *Cantherius hoc diſtat ab equo, quod majalis à verre, capus à gallo, vervex ab ariete. Eſt cantherius equus, cui teſticuli amputantur.* Vinet.

6. *Nec celeres mulas ipſe Metiſcus agas*] Apud Maronem:

--- *In-*

Sic tibi ſint muſæ faciles, meditatio promta ;
Et memor : & liquidi mel fluat eloquii.
Sic, qui venalis tam longa ætate Crebennus
Non habet emtorem, ſit tibi pro pretio.
Attamen ut citius venias, leviuſque vehare,
Hiſtoriam, mimos, carmina, linque domi.
Grande onus in muſis. tot ſecula condita chartis ;
Quæ ſua vix tolerant tempora, noſtra gravant.
Nobiſcum invenies ἐπέων πολυμορφέα πληθὺν,
Γραμματικῶν τε πλοκὰς καὶ λογοδαιδαλίην,
Δάκτυλον ἡρῷον, [7] καὶ ἀοιδοπόλον χορίαμβον,
Σὺν Θαλίης τε χόρῳ [8] σύρματα Τερψιχόρης.

Σωτα-

--- *Iuturna virago*
Aurigam Turni media inter lora Metiſcum
Excutit. Itaque Paulinum ab Auſonio *Metiſcum* appellatum remur, quaſi *equo* excuſſum, velut ab Iuturna deturbatus curru eſt *Metiſcus* Turni. ipſum enim Paulum equo cecidiſſe, eo verſu innuit :
Si poſt infauſtas vigor integratus habenas,
Et rediit membris jam ſua mobilitas.
Sic ferme *infauſtum Helleſpontum* dixit Flaccus, in quem Helle ceciderit :
-- *Infauſtos agnoſcent vellere fluctus.*
Cæterum in Virgilio pariter atque Auſonio ſcribendum videtur *Methyſcus* ex vocis Etymologia. Quam apud unum Planciadem Fulgentium invenimus in libello, qui eſt in paucorum manibus, inſcriptus, *Expoſitio Virgilianæ continentiæ.* Cujus extrema verba, incomta ſane, ut fuit non tam authoris vitium, quam temporis, hæc ſunt: *Iuturna in modum perniciei ponitur, quod diuturne permaneat. Ergo furibunda mentis pernicies ſoror eſt. Currum vero ejus quod regit, & eum de morte protelat, certe pernicies, quod furorem diu producere novit, ne finiatur. Nam primum aurigam Methyſcum habuit. μέθυσκος enim Græce eſt ebrioſus. ut primum furiam animi ebrietas ducit, dehinc pernicies ad protelandum accedat: Ideo & ipſa immortalis dicitur: Turnus vero mortalis. Furor enim animi cito finitur, pernicies vero diuturna perſeverat. Ideo & currum ejus circumagit, id eſt in longum tempus protelat. Rota enim in modum temporis ponuntur.* Vnde & Fortuna rotam ferre dicitur, id eſt, temporis volubilitatem. Proinde multæ fidei exemplar Virgilianæ Æneidos, in ſecretiori Vaticana Bibliotheca, nunc *Methiſcum*, nunc (ut ſcribi convenire videtur) *Methyſcum* habet. *Mariang. Accurſius.*

7. Καὶ ἀοιδοπόλον χορίαμβον] Alii libri habent, λοιδοπόλον; pro quo ſi unius litteræ mutatione ἀοιδοπόλον legeres, ſignificare hoc poſſet *lyricum Choriambicon*, quod metro *Choriambico* Horatius, & alii Latini, Græcique Lyrici poëtæ, multa carmina ſcripſerint. ἀοιδοπόλος apud Heſychium, περὶ τὰς ᾠδὰς στρεφόμενος. Vinetus.

8. Σύρματα] Veſtis eſt muliebris tragica, ut apud Martialem Epigrammate nonageſimo quincto :
Tranſtulit ad tragicos ſe noſtra Thalia cothurnos.
Protinus aptaſti tu quoque ſyrma tibi. Vinet.

9. Κίνα-

Σωταδικόν τε ' κίναιδον, [10] ἰωνικὸν ἀμφοτέρωθεν,
Ῥυθμῶν Πινδαρικῶν ἔννομον εὐεπίην.
Εἰλιπόδην σκάζοντα, καὶ ὀ σκάζοντα τρίμετρον.
Ὀκτὼ Θουκυδίδου, ἔννεα Ἡροδότου.
[11] Ῥητορικῶν θαυμαστὰ σοφῶν ἐρικύδεα φῦλα
[12] Πάντα μάλ' αἴκε θέλοις, καὶ πλέον, αἴκε θέλοις.
Hoc tibi de noſtris [13] ἀσπασικὸν offero libris.
Vale. valere ſi voles me, jam veni.

9. Κίναιδον] Vocat κίναιδον ἀμφοτέρωθεν verſum *Sotadicum*, quia retro etiam converti poteſt, Vnde Martial.

Nec retro lego Sotaden cinædum.

Vterque *Cinædum* vocat. uterque de converſione ejus intelligit. *Scaliger.*

9. Σωταδικόν τε Κίναιδον] Metrum *Sotadicum* eſt vocatum à *Sotade* poëta Cretenſi, qui eo plurimum uſus eſt, φλυάκας & κιναίδους, nugacia & ridicula, *cinædica*, & obſcœna ſcribens carmina. Strabo, Suidas, Diomedes, Victorinus, Lilius Gregorius de poëtis. *Vinetus.*

10. Ἰωνικὸν ἀμφοτέρωθεν] *Ionicum utrinque*, hoc eſt, Ionicum à majore, & Ionicum à minore. Apud Suidam legimus Sotadem lingua Ionica ſcripſiſſe, ejuſque ſcripta eſſe *Ionica* vocata. Hinc pes *Ionicus* dictus, quo ille in Ionicis ſuis crebro uſus eſt. *Vinetus.* Hæc veriora, quam quæ Scaliger.

11. Ῥητορικῶν θαυμαστὰ] Ita hi verſus legendi ſunt. In quibus, ut ſemper, irridet λογοδαιδαλίαν Rhetorum nimia παρισώσεων affectatione inſanientium. *Scaliger.*

12. Πάντα μάλ' ὅσ' ἐθέλοις] Ita Veneta editio vetuſtiſſima. *Vinetus.*

13. Ἀσπασικὸν] *Salutatorium*, ac ut ita dicam, invitatorium carmen. Significat ἀσπάζεσθαι, *ſalutare*, excipere, complecti. *Adventoriam* putat Domitius Martiali in præfat. libri XII, dictam eſſe Epiſtolam, quæ venienti amico occurreret. *Vinet.*

AVSONIVS TETRADIO SALVTEM. Epiſt. XV.

[1] O qui venuſtos uberi facundia
Sales [2] opimas, Tetradi:
Caveſque, ne ſit triſtis & dulci carens
Amara concinnatio:
Qui felle carmen atque melle temperans ;
Torpere muſas non ſinis ;

Pari-

1. *O qui venuſtos*] Satyras Tetradium ſcripſiſſe manifeſtum eſſe debet, vel ex hiſce verſibus. Poſterioribus enim ait eum mordacem ſimul, & venuſtum in Satyra: cum tamen hoc ultimum, hoc eſt, venuſtas deſideretur in Lucillio. *Scaliger.*

2. *Opimas*] Condis. exornas. *Vinet.*

 3. *Qui*

Pariterque fucas, quæque guſtû ignava ſunt,
Et quæ ſapore triſtia:
Rudes camœnas [3] qui Sueſſæ prævenis:
Ævoque cedis, non ſtilo.
Cur me propinquum Santonorum mœnibus
Declinas, [4] ut Lucas boves
Olim reſumto præferoces prœlio
Fugit juventus Romula?
[5] Non ut tigris te, non leonis impetu,
Amore ſed caro expeto.
Videre alumni geſtio vultus mei,
Et indole optata frui.
Invitus olim devoravi abſentiæ
Neceſſitatem priſtinæ,
Quondam docendi munere [6] adſtrictum gravi
[7] Iculiſma quum te abſconderet.

Et

3. *Qui Sueſſa prævenis*] Ita legendum eſſe minime dubium. *Rudes Camenas Sueſſa* vocat rudem & impolitum ſtilum Lucillii. Lucillius enim ex *Sueſſa* Auruncorum fuit. Vnde *Aurunca alumnus* dicitur à Iuvenale. Sueſſæ Auruncorum coloniæ meminerunt Paterculus, & Frontinus de limitibus agrorum. *Scaliger.*

4. *Vt Lucas boves*] *Elephantos.* qui quare ſint ita dicti, quærit Varro ſexto de lingua Latina. Solinus à *Lucania* Italiæ provincia putat, ubi ſint ab Italis primum viſi, bello Pyrrhi Epirotarum regis. *Vinetus.*

5. *Non ut tigris*] Horatius carmine viceſimo tertio ad Chloam:

Atqui non ego te, tigris ut aſpera,
Gætulusve leo frangere perſequor. Vin.

6. *Adſtrictum*] Legend. *adſtrictus.* *Tetradius* enim tunc docebat Grammaticam Inculiſmæ. Cum vero hæc ad eum ſcribebat Auſonius, erat ipſe Tetradius Mediolani *Santonum*: Auſonius autem in villa Noveri pagi. Quæ loca inter ſe vicina erant. Et tamen Tetradius ſenem Auſonium non inviſebat. Porro hic ſcriptum eſt *Inculiſna*, per *n*, cum melius eſſet per *m*. Nam ita Antoninus, & veter. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ. Mirum quod ait Auſonius Inculiſmam eo tempore ſitam fuiſſe devio, ac ſolo loco; cum ea civitas celebretur ab Antonino: & vetuſtiſſimus Epiſcopatus ſit. Et, quod omnino adverſatur verbis Auſonii, in fertiliſſimo ſolo eam ſitam eſſe ſciamus ad Carantonum totius Galliæ amœniſſimum, & pulcherrimum flumen. *Scaliger.*

7. *Iculiſna*] Sic habebat Tilii noſtri vetus codex, & impreſſa Venetiis ante annos centum exemplaria. Sicque ab Auſonio ſcriptum fuit, aut certe *Iculiſma*: non autem *Inculiſna*, ut eſt in editione Badiana: nec *Ichnuſa*, ut in aliis: eamque eſſe arbitror, quæ nunc vulgo *Enguliſma* vocitatur. Hanc memini in plurimis apud *Enguliſmenſes* veteribus monumentis, *Ecoleſmam* & *Ecoliſmam* vidiſſe ſcriptam: quæ eſt *Etoliſna* in vetere provinciarum catalogo, & *Ecoleſina* in Sigeberti chronicis ab Henrico Stephano

phano formis Lutetiæ primum editis, ad quem locum notatur annus Chriſti 509. & inde *Equolenenſis* in Gregorii Turonenſis extremis Confeſſoribus, ubi ſic legendum: *Sed & ad Eparchii Ecoliſmenſis urbis recluſi ſepulchrum, ſapius infirmi ſanantur.* Ex qua voce ſic in eo catalogo, & apud Sigebertum ſcripta, ſcito me primum eſſe odoratum, quid in Auſonii verſu eſſent *Ichnuſa* & *Inculiſna*. Auctorem quidem certe Auſonio vetuſtiorem non poſſum proferre, qui hanc civitatem memorarit: ſcripſeramque ante annos 20, in commentariolo de *Enguliſma* antiquitate, quem Enguilbertus Marneſius Pictavis edidit, exſtare nihil in tota illa urbe, quod ejus vetuſtatem probaret: verum Franciſcus Corlieus regius *Enguliſma* procurator, de *Enguliſma* ſua & Comitibus *Enguliſmenſium* librum poſtea edidit, in quo ſcripſit, in veterum mœnium, quæ quod olim fuit ſuburbium, ab urbe dividebant, fundamentis reperta eſſe ſigna certa & veſtigia pervetuſtæ urbis, quum nuper muniretur *Enguliſma*. De qua civitate, matris meæ Catæ patria, in quam celebriorem aliquanto Scholam, poſt primarum literarum elementa Berbezilli in patria accepta, me patre mortuo miſſum fuiſſe puerum ab eadem matre, ad avunculum & materteram nunquam pœnituit, duo hæc in hiſce commentariis commemoranda viſa ſunt. Vnum eſt, quod in agro *Enguliſmenſi*, ſupra *Enguliſmam* quatuor circiter millibus paſſuum oritur fluvius amœniſſimus, latior quam altior, nobis *Tuvera* ſupra memoratus. Qui oritur ex innumeris fontibus anguſto ſpatio erumpentibus: quorum ampliſſimus in radice tumuli, inſtar magni putei, magno ore aquam ſuam leniter emittit. Sunt parvuli fluvii duo *Tarduera* & *Bandiamus*, qui ex Lemovicenſi & Petragorico in eundem Carantonum ſupra Tuveram ſuis ſe aquis exoneratum eunt, quum multis imbribus intumuerint. Hi multis locis terram ſubeunt: ideoque putat *Enguliſmenſe* vulgus ex illis ſubter terras depreſſis Tuveram fieri: ſed torrentes ſunt potius, quam fluvii: quippe qui nulla non æſtate evaneſcant. *Tuvera* vero ſemper ſui ſimilis, nullum imbrem ſentit, quo evadat altior, nullum ſolē, quo depreſſior. Alterum eſt, quod menſe Ianuario anno à Chriſto nato milleſimo & quingenteſimo & quadrageſimo primo, Varſii, qui parvus eſt vicus, ad octo millia paſſuum ſupra *Enguliſmam*, inejuſdem Carantoni ripa ſiniſtra, quum quidam in ſuo agro ſcrobem ſerendæ arbori faceret, altiuſque jam terram verſaſſet, lapides offendit quinque, ſenis pedibus ferme longos, binis latos, craſſoſque totidem, in latus junctos pulchre, atque coagmentatos. Hoc quid eſſet miratus eſt agricultor primum: tum quia non potuit ſolus tanta pondera loco movere, ex propinquis & amicis accivit, qui juvarent. Accurrerunt & Epiſcopi *Enguliſmenſis*, qui agri dominus eſt, miniſtri, Theſauro inhiantes, ſi quis ibi forte defoſſus fuiſſet. Sublatis ergo iſtis lapidibus, monumentum, oblonga forma, parietibus ex magnis lapidibus factis circumſeptum, eodemque lapide ſtratum inveniunt. In eo ſepulchrum vident: quod à parietibus illis omni ex parte pedali ſpacio aberat, ex eadem materia: cujus teſtudinatum operculum arcam ſuam, labro paulum demiſſo, pulchre claudebat, ipſam excedens parte pedis tertia. Hoc operculum ubi ſublatum fuit, apparuit arca plumbea: quæ in lapidea ita erat media conſtituta, ut illam nullibi contingeret, ſed ab ea abeſſet plus tertia pedis parte, operculata ſicut pyxides ſolent. Nam operculum, ut in illis fit, extremis oris replicatis, & ad tres digitos demiſſis, ipſam obtegebat. Quatuor cingulis ferreis hæc erat circumdata, latis digitos tres, craſſis unum. Id autem plumbum quum integrum eſſet, & vetuſtatem nihil ſenſiſſet, ferrum rubigine ſic corruptum erat, ut ef-

Et invidebam [8] devio, ac ſolo loco,
[9] Opes camœnarum tegi.

At

fringi ligone nullo negotio potuerit. Sublato ergo operculo, agnoſcitur corpus humanum: quod tegebatur quidem tenui pellicula, araneæ inſtar, ſed quum lucem accepiſſet, ea continuo evanuit. Sola enim reſtiterunt oſſa. Ex quibus mediocri fuiſſe ſtatura hominem, qui illic ſepultus fuerat, deprehenſum. Ejus calvariam *Engoliſmæ* poſt annis tribus oſtendit nobis Iacobus Carrion Turonenſis, Vicarius Epiſcopi Enguliſmenſis: ſed utrius ſexus ea fuiſſet, nulla nota cognoſcere potuimus. Oſſa autem illa in ſua arca, & quicquid fuit pulveris diligenter excutiendum viſum eſt, ſiquid forte pretioſius lateret: ſed repertum nihil, præterquam qua parte pectoris humani cor locum habet, bractea ex puriſſimo auro, parva, perquam tenuis, longior quam latior, & ab altera parte latior, ſemiducatum noſtrum pendens, & non plus eo. Eam nos vidimus Burdigalæ in media Gymnaſii Aquitanici area: quum illic à prandio deambulantibus nobis cum Georgio Buchanano, & aliis præceptoribus, ſupervenit Epiſcopi Enguliſmenſis ſcriba: eamque nobis oſtendit: qui ubique quærebat, quod in ea ſcriptum erat, qui exponerent. Hanc poſtea Epiſcopus in Aulam ad Franciſcum regem tulit: de qua poſtea quid factum ſit, non audivi. Illa autem in teretem formam complicata erat: quæ ubi explicata fuit, in ea hæc impreſſa fuerunt: quæ ſcalpturam præ tenuitate ferre non potuerat.

Α Ε Η Ι Ο Υ Ω
Ω Υ Ο Ι Η Ε Α
Ε Η Ι Ο Υ Ω Α
Υ Ο Ι Η Ε Α Ω
Η Ι Ο Υ Ω Α Ε
Ο Ι Η Ε Α Ω Υ
Ι Ο Υ Ω Α Ε Η.

* Nugæ Baſilidianæ. vide Chiffletiũ in comment. de Abraxa.

Græcæ vocales ſunt ſeptem, totidem repetitæ verſibus. In primo eum ſervant ordinem, quem in ſuo Alphabeto retinent. In ſecundo inverſus ordo eſt. In tertio ſecunda primi, verſus littera, prima eſt: quam aliæ deinceps conſequuntur. In quarto, ſecundi ſecunda, prima. In quincto tertia primi verſus prima eſt. In ſexto, tertia ſecundi verſus prima. In ſeptimo denique verſu primum occupat locum, ea littera, quæ in primo & ſecundo verſu quarta invenitur. Itaque eo ſervato ordine, quarta quadratæ hujus formæ littera eſt Ω, quæ ultima in primo verſu & prima in ſecundo. In hoc ergo quadrato alia notet arcana & divinet Pythagoreus quiſpiam. Quod ad me attinet, eum ego hominem jucundo & eleganti ingenio fuiſſe arbitror: qui eos riſerit, qui memoriam ſui nominis immortalem putant ſe efficere, ſi epitaphiis & inſcriptionibus variis ſepulchra ſua exornent: & bracteolam ſolum iſtam reliquerit, quæ ſi reperiretur, poſteros exerceret, dum quærerent, quid ſibi vellent iſtæ ſolæ vocales, & tot modis replicatæ. *Vinet.*

8. *Devio ac ſolo loco*] *Enguliſma*, urbs Aquitaniæ Celticæ munitiſſima, in colle flumini Carantono imminente, agro in Santones, Pictones, Lemovices, Petrocoros, ſito, devia eſt, & ſolitaria civitas. *Vin.*

9. *Opus Camœnar. tegi*] Malim, *opes*, quas ſcil. poſſideret Tetradius, quaſi abſconditum & defoſſum theſaurum: quamquam ipſum quoque *opus* appellari poſſe, tamquam quem finxiſſent & formaſſent *Camœnæ*, non negem. *Gronovius.*

9. *Opus Camœn. tegi*] Leg. *Opes Camœnarum tegi.* i. e. tantam eruditionem latere in loco ſolo & deſerto. *Gravius.*

10. *Alta*

At nunc frequentes, atque claros, nec procul,
Quum floreas inter viros:
Tibique noſtras ventus auras deferat,
Aureſque ſermo verberet:
Cur me ſupino pectoris faſtu tumens
Spernis poëtam conſulem?
Tuique amantem, teque mirantem, ac tua
Deſiderantem carmina,
Oblitus [10] alto negligis faſtidio?
Plectendus exemplo tuo:
Ni ſtabilis ævo pectoris noſtri fides
Quanquam recuſantes amet.
Vale: valere ſi voles me: pervola
Cum ſcrinio, & muſis tuis.

10. *Alto negligis faſtigio*] *Faſtidio* magis placet, quod habet Tilii liber. *Vinet.*

AVSONIVS PROBO [1] PRÆFECTO PRÆTORIO S.

Epiſt. XVI.

OBlata per antiquarios mora, ſcio promiſſi mei gratiam expectatione conſumtam, Probe, vir optime. In ſecundis tamen habeo non fefelliſſe. Apologos Titiani, & Nepotis

1. *Præfecto Prætorio*] PRÆFECTUS PRÆTORIO, qui cohorti Prætoriæ, & domui Principis præficiebatur. Qui unus fuit ſub primis illis Imperatoribus Auguſtis, ut ſcribit Arcadius capite undecimo primi Digeſtorum Iuſtiniani; ſed creati tandem poſtea multi, qui provinciis præerant, à quibus longe aberat Imperator. Hic autem Sextus Petronius Probus, ut in vetuſtis marmoribus appellatur, uxorem habuit Probam nomine, & filios Olybrium, & Probinum. In quorum Conſulatum exſtat Claudiani poëtæ panegyris. ubi non pauca de Probo patre, ſicut & in proximo Auſonii Iambico. Ceterum quem Auſonius, & Claudianus magnis efferunt laudibus, hunc adulatione Valentiniani Auguſti permulta ſuo genere indigna feciſſe arguit Ammianus Marcellinus libro triceſimo: quum viceſimo ſeptimo jam dixiſſet, Vulcatio Rufino abſoluto vita, *ad regendum Præfecturam prætorianam ab urbe Probus accitus, claritudine generis, & potentia, & opum amplitudine, cognitus orbi Romano. per quem univer-*

Nepotis Chronica, quaſi alios apologos, (nam & ipſa inſtar ſunt fabularum) ad nobilitatem tuam miſi, gaudens atque etiam glorians fore aliquid, quod ad inſtitutionem tuorum, ſedulitatis meæ ſtudio, conferatur. Libello tamen Apologorum antetuli [3] *paucos epodos, ſtudio in te obſervantiæ meæ impudentiſſimos. paucos quidem, ut ego loquax judico: verum tu, quum legeris, etiam nimium multos putabis. Adjuro benevolentiam tuam, verecundiæ meæ teſtem,* [4] *eos mihi ſubita perſuaſione fluxiſſe.* [5] Nam quis hos diu cogitaret? *Quod ſane*

univerſum pæne patrimonia ſparſa poſſedit, juſte, an ſecus, non judicioli eſt noſtri: & reliqua. *Vinetus.*

2. *Oblata per antiquarios mora,* &c.] Legunt alii *in ſæculis*, pro *in ſecundis.* Mihi prima lectio manifeſta videtur. Primum, inquit, erat, ne promiſſis meis gratiam expectatio derogaret. Secundum tamen eſt, quod non fefellerim, tametſi per amanuenſium tarditatem ſerius quam oportuit, rem peregimus. Eſt apud M. Tullium ſæpenumero, *In poſtremis*, quod apud nonnullos, *in ultimis.* & apud Plin. etiam *in noviſſmis.* Sic & *in ſecundis*, citra vitium, nec infeliciter, dixeris: ut ſit *in primis*, *in ſecundis*, *in poſtremis*, pro *primo*, *ſecundo*, & *ultimo loco.* *Antiquarios* præterea eoſdem hic accipiendos, qui & in Auguſto apud Suet. *aucupatores videlicet affectatoreſque antiquorum atque obſoletorum verborum*, perperam interpretantur. Appellaſſe vero *antiquarios* videtur *ſervos à manu*, & rerum Domini exſcriptores. Pari propemodum ratione Sidonius, quadam ad Firminum epiſtola. *Mariang. Accurſius.*

2. *Oblata per antiquarios mora*] Quoniam *antiquarii* nimium morati ſunt in deſcribendo, quæ tibi promiſeram. *Antiquarii* apud Iuvenalem, & Suetonium, ut docet Budæus, dicuntur antiquarum litterarum ſtudioſi, qualem deſcribit Victorinum Grammaticum Auſonius, carmine viceſimo tertio de Profeſſor. Burdigalenſibus. Hoc autem loco dicuntur *antiquarii*, librarii. Iſidorus ſexto Etymologiarum: *Librarii autem iidem & antiquarii vocantur; ſed librarii ſunt, qui & nova & vetera ſcribunt: Antiquarii, qui tantummodo vetera: unde & nomen ſumpſerunt*, Iunilius homo Afer in Epiſtola ad Primaſium: *Et ne aliqua confuſio per antiquariorum, ut aſſolet, negligentiam proveniret, Magiſtro M Græcam literam, Diſcipulis vero Δ præpoſui, ut ex peregrinis characteribus, & quibus Latina ſcriptura non utitur, error omnis penitus auferatur.* Sidonius Apollinaris in Epiſtola ultima libri noni: *Raptim, coactimque tranſlator feſtinus exſcripſi, tempore hiberno. nihil retardatus, quin actutum juſſa complerem; licet antiquarium moraretur inſiccabilis gelu pagina, & calamo durior gutta.* Vinetus. *Antiquarii*, καλλιγράφοι. Scaliger.

2. *Per antiquarios*] Veter. libror. deſcriptores. Gregorius Papa in Dialog. *Qui parere de eo clericorum votis concitus volens, feſtine ad ejus monaſterium cucurrit, ibique abſente illo antiquarios ſcribentes reperit. Vbi Abbas eſſet, requiſivit.*

3. *Paucos epodos*] Cujus generis verſus ſint ἐπῳδοὶ, & quæ ratio nominis, cognoſce, ſi potes, ex Hephæſtione, Victorino, Diomede, & veteribus Horatii commentatoribus: qui Epodôn librum ſcripſit. *Vinetus.*

4. *Eos mihi ſubita*] Statius lib. 1 Sylv. præfat. *Qui mihi ſubito calore, & quadam feſtinandi voluptate fluxerunt.*

5. *Nam quis hoc*] *Hos* rectius Tilianus codex. *Vinet.*

6. *Fore*

ſane ipſi de ſe probabunt. [6] *Fors fuat, ut ſi mihi vita ſuppetet, aliquid rerum tuarum, quamvis incultus, expoliam: quod tu & ſi lectum non probes,* [7] *ſcriptum boni conſules. Quumque ego imitatus ſim* [8] *veſaniam Chœrili, tu* [9] *ignoſcas magnanimitate Alexandri. Hi igitur, ut Plautus ait, interim erunt* [10] *antelogium fabularum, garruli, & deceptores. Qui compoſiti ad honorificentiæ obſequium, ad aurium convitium concurrerunt. Vale, & me dilige.*

6. *Fors fuat*] *Fors fuat* in Terentianæ Hecyræ actu quarto exponitur vetuſto interpreti, *fortuna faveat:* cui *fors* pro bona fortuna accipi debere videtur. *Vinetus.*

7. *Scriptum boni conſules*] Malim, *Conſulas.*

8. *Veſaniam Chœrili*] Hic Alexandri Macedonis res geſtas ſcribendas ſuſceperat: pactuſque cum eo fuerat Alexander, ut pro unoquoque bono verſu Philippicum nummum aureum, & pro malo colaphum, alapamve acciperet. *Vinet.*

8. *Chœrili*] De tribus *Chœrilis* Petitus lib. 11 Obſerv. cap. 2.

9. *Ignoſcas magnanimitate Alexandri*] Tradunt alii, *Chœrilo* veniam non datam, ſed alapis occiſum: tam multos verſus malos fecerat. *Vinet.*

10. *Antilogium fabularum*] In Plauti prologo Menæchmorum, unde hæc ſumta ſunt, legitur *antelogium:*

Huic argumento antelogium quidem hoc fuat. Scaliger.

10. *Antilogium*] *Antelogium* ſcribendum eſt, ut & apud Plautum, qui ut Siciliſſitaret, id eſt, ſermone uteretur, qui neque plane Græcus, neque plane Latinus eſſet, *Antelogium* pro eo, quod olim Pacuvius *prologium*, dixit. *Muretus.*

Ad Librum: ut eat ad Probum.

PErge ô libelle [1] Sirmium,
Et dic hero meo, ac tuo,
Ave atque ſalve plurimum.
Quis iſte ſit nobis herus,
Neſcis libelle? an, quum ſcias,
Libenter audis, quod juvat?
[2] Poſſem abſolute dicere:
Sed dulcius circumloquar,
Diuque fando, perfruar.
Hunc dico, qui lingua potens,
[3] Mi-

1. *Sirmium*] Vrbs eſt Pannoniæ. Cujus frequens mentio apud Ammianum, Victorem, & eorum temporum Hiſtoricos. Civitas *Sirmienſis* apud Flavium Vopiſcum in vita Probi Imperatoris. *Vinetus.*

2. *Poſſum abſolute dicere*] Melius ita, quam *poſſem.* illud etenim frequenter apud Auſonium occurrit: hoc aut nunquam, aut perraro.

[3] Minorem Atridam præterit,
Orando pauca, & muſica.
[4] Qui grandines Vlixei,
[5] Melliſluentem Neſtora,
[6] Concinnatorem & Tullium,
Qui ſolus, [7] exceptis tribus
Heris, herorum primus eſt,
[8] Prætorioque maximus
Dico hunc [9] ſenati præſulem,
Præfectum eundem, & conſulem,
(Nam conſul æternum cluet)
[10] Collegam Auguſti conſulis,
Columen curulis Romulæ,
[11] Primum in ſecundis faſcibus.
Nam primus è cunctis erit

Con-

3. *Minorem Atriden*] Menelaum. qui, ut refert Antenor, Iliados tertio:

--- ἐπιτροχάδην ἀγόρευε,
Παῦρα μὲν, ἀλλὰ μάλα λιγέως, ἐπεὶ οὐ πολύμυθος,
Οὐδ' ἀφαμαρτοεπής. --- Vinetus.

4. *Qui grandines Vlixei*] In eodem Iliados libro verba Vlixis νιφάδεσσιν ἐοικότα χειμερίῃσιν, id eſt, nivibus ſimilia hibernis, dicuntur. *Vinet.*

5. *Melliſluentem Neſtora*] *Melleo delibutum eloquio* in Gratiar. actione:

Τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή.

Iliados α. *Vin.*

6. *Concinnatorem*] *Concionatorem* hic pro *concinnatorem* non pejus legeres, quam *concionaturum* apud Sidonium in carmine extremo decimoſexto ad Fauſtum Rejenſem; tamen *concinnare* eſt apte componere, ornare, pingere, infucare: unde *concinnatorem capillorum* dixit Columella in præfatione libri primi, & *Cauſarum* Vlpianus, quas *concinnare* egregius artifex erat Marcus *Tullius* Cicero. Vlpianus primo Digeſtorum Iuſtiniani, Lege nona, Tituli ſextidecimi: *Circa advocatos patientem eſſe Proconſulem oportet, ſed cum ingenio, ne contemptibilis videatur; nec adeo diſſimulare, ſi quos cauſarum concinnatores, vel redemtores deprehendat.* Idem.

6. *Concinnatorem Tullium*] Male illi, qui *Concionatorem* legunt. illud *concinnare* etiam alibi repoſuimus. eſtque id verbi noſtro ſane quam familiare. Seneca lib. VII de Benef. *Eloquentia vero ejus, quæ res fortiſſimas deceat, non concinnata, nec in verba ſollicita.*

7. *Exceptis tribus Heris*] Valentiniano Auguſto, Valente fratre, & Gratiano filio. *Vinetus.*

8. *Pratorioque Maximus*] Præfectus *pratorio* Valentiniani, ut ante fuit dictum. *Vinet.*

9. *Senatus præſulem*] *Senati* in codice Tiliano. præſidem, & principem Senatus Romani, eundem *Præfectum* urbi Romæ. De cujus magiſtratus officio, & ut de officio Præfecti Prætorio, capita ſunt duo, undecimum & duodecimum primi Digeſtorum Iuſtiniani. *Vin.*

10. *Collegam Auguſti Conſulis*] Gratiani. *Idem.*

11. *Pri-*

Conſul, ſecundus principi.
Generi hic ſuperſtes aureo,
Satorque prolis aureæ,
Convincit [12] Aſcræum ſenem,
[13] Quoi ſeculum omne ferreum:
Qui vincit ævi injuriam,
[14] Stirpis novator Anniæ:
Paribuſque comit inſulis
[15] Aniciorum ſtemmata,

Pro-

11. *Primum in ſecundis faſcibus*] *Secundos faſces*, & honores appellat, qui *Conſulum* erant: ut primi ſint *Auguſtorum* principum. *Principi* autem, pro à principe. *Vinetus.*

12. *Aſcræum ſenem*] Heſiod. in libello ἔργων ϗ ἡμερῶν. Idem.

12. *Convicit Aſcræum ſenem*] Alter Voſſianus: *Convincit Aſcræum ſenem Non eſſe ſaclum ferreum. Convincit* legendum eſſe nullus dubitem: eſt enim de vivente ſermo, & *vincit* ſtatim ſubſequitur. eleganter vero ſubjicetur, *eſſe cecinit.* niſi quis malit *qui* dativi eſſe caſus pro *quoi*, vel *cui.* quod non adeo ineptum videtur.

13. *Qui ſæculum omne*] Pendet oratio. Scripſit Auſonius ſi recte puto: *Cui ſæculum omne ferreum eſt.* Græv.

14. *Stirpis Anniæ*] Vnde parentes *Anniadæ*, nomine patronymico, apud Claudianum in Olybrii & Probini panegyrico. *Annios* multos conſulares, & prætorios celebrant, Capitolinus in Antonino Philoſopho, Livius, Cicero, & alii. quæ familia quum aliquamdiu nihil clari edidiſſet, eam novaſſe Probum, & in priſtinam claritudinem revocaſſe, ſcribit Auſonius. *Vinetus.*

15. *Aniciorum ſtemmata*] *Aniciorum* ego primos, clariſſimoſque ex Tito Livio, & Faſtis capitolinis novi Lucium *Anicium* Gallum Lucii filium, Marci nepotem: qui de Illyriis & eorum rege Gentio triumphavit Proprætor anno urbis quingenteſimo & octogeſimo quincto: & Lucium *Anicium* Gallum, Lucii filium, Lucii nepotem, qui conſul fuit collega Cornelio Cethego, anno ab urbe condita quingenteſimo & nonageſimo tertio: quo anno fabula Terentii Adelphi acta fuiſſe inſcribitur. Inter veteres Romanas inſcriptiones ſunt hæ, unde cognoſcas hanc gentem non per T, ſed per C ſcribendam eſſe: SEXTO. PETRONIO PROBO. ANICIANÆ. DOMVS CVLMINI. PROCONSVLI. AFRICÆ. PRÆFECTO. PRÆTORIO. QVATER. ITALIÆ. ILLYRICI. AFRICÆ. GALLIARVM. CONSVLI. ORDINARIO CONSVLVM. PATRI. ANICIVS. HERMOGENIANVS. OLYBRIVS. V.C. CONSVL. ORDINARIVS, ET. ANICIA. IVLIANA. C.F. EJVS DEVOTISSIMI. FILII. DEDICAVERVNT.

ANICIÆ. FALTONIÆ. PROBÆ. FIDEI. NOBILITATIS ANTIQVÆ. ORNAMENTO. ANICIANÆ. FAMILIÆ. SERVANDÆ. AC. DOCENDÆ. CASTITATIS. EXEMPLO. CONSVLVM. PROLI. CONSVLVM MATRI. ANICIVS. HERMOGENIANVS. OLYBRIVS. V.C. CONSVL. ORDINARIVS. ET ANICIA. IVLIANA. C. F. EJVS. DEVOTISSIMI. FILII. DEDICAVERVNT. Vinet.

Probum loquor. ſcis optime,
Quem nemo fando dixerit,
[16] Qui non prius laudaverit.
Perge ô libelle, & utere
Felicitate [17] intermina.
Quin & require, ſi ſinet
Tenore fari obnoxio:
Age vera proles Romuli,
Effare cauſam nominis.
[18] Vtrumne mores hoc tui
Nomen dedere: an nomen hoc
Secuta morum regula?
An ille venturi ſciens.
Mundi ſupremus arbiter,
Qualem creavit moribus,
Iuſſit vocari nomine?
Nomen datum præconiis,
Vitæque teſtimonio.

Libel-

16. *Qui non prius laudaverit*] *Probum*. Alludit ad ſignificationem nominis *probi*. Cicero in oratione pro Fontejo de Piſone Frugi: *Quem quum in concionem Gracchus vocari juberet: & viator quæreret, quem Piſonem? quod erant plures, cogis me, inquit, dicere inimicum meum, Frugi. Is igitur vir, quem ne inimicus quidem ſatis in appellando ſignificare poterat, niſi ante laudaſſet: qui uno cognomine declarabatur, non modo quis eſſet, ſed etiam qualis*, &c. Vinetus.

17. *Intermina*] Sine *termino*, & fine, verbum mihi, apud Sidonium, & alios, ſed Auſonio minime antiquiores, lectum, ut in Symmachi ad Imperatores Valentinianum, Theodoſium, & Arcadium litteris: *Honorem clementia veſtra, interminus annorum recurſus inſtauret*. Cicero *immenſam, & interminatam regionum magnitudinem*, primo de Natura Deorum. *Vinet.*

18. *Vtrumne mores*] Hunc *Probum*, quantumcunque aduletur Auſonius, improbum hominem fuiſſe dixit Ammianus: quod jam ante monuimus. Confer autem in hunc locum, ſi lubet, quod habet de iſtis nominibus aliquid ſignificantibus, Epigramma viceſimum. *Vin.*

18. *Vtrumne mores hoc tui*, &c.] Valerianus Imp. in Epiſtola apud Vopiſcum de *Probo* Imperatore: *Sed non multum miraberis, ſi Probum cogitas adoleſcentem vere probum. Nunquam enim aliud mihi, quum eum cogito, nomen occurrit. Quod niſi nomen haberet, potuit habere cognomen.* De Cordubenſi Hoſio Photius Epiſt. 1: Οἷς δὲ ὁ Κορδύβης ἐπίσκοπος συνετέτακτο, ὃς κατὰ τοὺς ἑλληνικοὺς διωγμοὺς τὴν κλῆσιν ἐπαληθεύουσαν ἔδειξεν. Ὅσιος γὰρ ὀνομαζόμενος ἀρίδηλον αὐτοῦ τὴν ὁμολογίαν τῆς εἰδωλικῆς λατρείας διετήρησεν. Paria de Irenæo Nicephorus Calliſtus lib. IV Hiſtor. Eccleſ. c. XXXIX. & de Iſchyrione Euno lib. V, c. XXX.

19. *Evol-*

Libelle felix: quem ſinu
Vir tantus [19] evolvet ſuo,
Nec occupari tempora
Grato queretur otio.
Quem mille cum vocis modís,
Leni aut ſuſurro impertiet:
Cuique vigiles luminum
Vacare [20] dignabunt coræ.
Quem mente, & aure conſciis,
Quibuſdam omiſſis, pelleget.
Quæcumque fortuna eſt tibi,
Perge, ô libelle, & utere
Felicitate intermina.
Dic me valere, & vivere.
Dic vivere ex voto pio,
Sanctis precantem vocibus,
Vt quem Curulis proxima
Collegio nati dedit:
Hunc rurſus Auguſtus prior
[21] Suis perennet faſcibus.
Subnecte & illud leniter:
Apologos, en, miſit tibi
[22] Ab uſque Rheni limite

[23] Auſo-

19. *Evolvet ſuo*] Malim: *involvet.* nam quid ſit *evolvere librum ſinu ſuo*, plane ignoro, niſi ſi excutere ſignificet, aut præpoſitione *in* ſubintellecta totum perlegere. Sed hoc minus arridet. *involvet ſinu ſuo*, id eſt diliget, fovebit. ſic in dedicatione ad Pacatum:

At nos illepidum rudem libellum
Credemus gremio cui fovendum?

& mox:

Et nidum in gremio fovete tuto,
Hic vos diligere, hic volet tueri.

ſinu, pro *ſinui*, antique, ut alibi notavimus.

20. *Dignabunt*] *Dignabuntur.* Vtrumque Latinum probat Marcellus Nonius. *Cora*, & non *chorea* hic eſſe legendum jampridem docuit Iacobus Conſtantius capite tertiodecimo Collectaneor. Eſt autem *cora* Græcum κόρη. quod ſignificat *oculi* τὸ ἐν μέσῳ μέλαν, ut definit Julius Pollux, id eſt, nigrum illud, quod eſt in medio oculi, Latini *pupillam* nominant. *Vinetus.*

21. *Suis perennet faſcibus*] Sibi in Conſulatu collegam faciat, ſuo collegio in perpetuum honoret. *Vinet.*

22. *Ab uſque Reni limite*] E Gallia Belgica: ubi tum Valentinianus cum Gratiano filio, quem litteras docebat Auſonius. *Vin.*

23. *Auſo-*

[23] Auſonius, nomen Italum,
[24] Præceptor Auguſti tui,
[25] Æſopiam trimetriam:
Quam vertit exili ſtilo,
Pedeſtre concinnans opus,
[26] Fandi Titianus artifex.
[27] Vt hic avi ac patris decus
[28] Mixto refulgens ſanguine,

Pro-

23. *Auſonius nomen Italum*] *Auſonius nomen Latium*, verſu quadringenteſimo & quadrageſimo Moſellæ. *Vinetus.*

24. *Præceptor Auguſti tui*] Æque bene liber alter, *Auguſti ſui*, ut nempe referatur ad Auſonium, qui eo nomine merito gloriatur. imo melius: nam *Probi Auguſtus* Valentinianus potius dicendus erat, qui *Probum* ad dignitates evexerat, & Collegam ſuum in Conſulatu ſuo fecerat. Atqui hic de *Gratiano* ſermo.

25. *Æſopiam trimetriam*] Æſopi Phrygii fabulatoris apologos verſibus Iambicis Trimetris a quopiam veterum poëtarum Græce conſcriptos, ſed quos oratione pedeſtri & ſoluta Latinos feciſſet Titianus. Extant Gabriæ, Græci hominis, nobis alioquin incogniti, tetraſticha trimetra de iſtis Fabellis Æſopeis: inter quas viceſima tertia eſt ea, quam narrat Horatius in Epiſtol. decima. *Vinetus.*

26. *Fandi Titianus artifex*] *Rhetor, & orator Titianus.* Qui & *a* pro *i* *Tatianus* reperitur ſcriptus apud Iulium Capitolinum de Maximino juniore. Vbi duo memorantur *Titiani* pater & filius. Filius Maximini Cæſaris in arte oratoria præceptor fuit jam ſenior. qui princeps cum patre interfectus fuit anno Chriſti ducenteſimo & quadrageſimo. Hunc ſcribit Capitolinus *ſimiam ſui temporis* vocitatum eſſe: quod cuncta eſſet imitatus. Apollinaris vero Sidonius *oratorum ſimiam.* Vide cauſam in epiſtola prima, *ubi Iulium Titianum* invenies appellatum. Addit Capitolinus, hunc provinciarum libros pulcherrimos ſcripſiſſe: & Sidonius Epiſtolas ſub nominibus illuſtrium feminarum, parum Ciceronianas, ſi locum illum Apollinaris ſatis intelleximus. Tranſtulit idem Græcos Æſopi apologos, ut hoc loco tradit Auſonius. Ceterum iſtius hominis nullum exſtat ſcriptum. Qui ſi forte eſt, quod ſuſpicamur, Titianus, quem Auſonius ſcribit in Gratiarum actione, municipalem Scholam apud Viſontionem, Lugdunumque, variando, non ætate, ſed utilitate conſenuiſſe, conſularem virum, Titianus certe non fuerit, quem appellat virum eloquentem & Præfecturam Prætorii apud Gallias adminiſtraſſe ſcribit Hieronymus in Chronicis ad annum Chriſti trecenteſimum & quadrageſimum ſeptimum. Putat autem Baptiſta Egnatius Titianos iſtos omnes genere Gallos fuiſſe. *Vinet.*

27. *Vt hic avi, ac patris decus*] Mirum, niſi hic aliquid deeſt. De quo autem loquitur Auſonius *Probi filio*, *Olybrius* eſſe poteſt: qui matrem habet Aniciam in vetere illa ſupra poſita inſcriptione. *Vin.*

28. *Mixto refulgens ſang.*] D. Hieronymus ad Demetriadem de ſerv. Virginitate: *Rhetorum diſciplina eſt ab avis & atavis, & omni retro nobilitate ornare, quem laudant, ut ramorum ſterilitatem radix fœcunda compenſet: & quod in fructu non teneas, mireris in trunco. Scilicet nunc mihi Proborum & Olybrio-*

Probianoque, ac Anicio;
(Vt quondam in Albæ-mœnibus
Supremus Ænea ſatus,
Silvios Iulis miſcuit:)
Sic iſte, qui [29] natus tuus,
Flos floſculorum Romuli·
[30] Nutricis inter lemmata,
[31] Lallique ſomniferos modos,

Sue-

briorum clara repetenda ſunt nomina: & illuſtris Anicii ſanguinis genus, in quo aut nullus aut rarus eſt, qui non meruerit conſulatum. Meminit & Prudent. lib. 1, adv. Symmachum, & Tabella ænea apud Vrſatum in Monumentis Patavinis:

PETRONI	ANICIIS
PROBI V C	OLYBI ET
ET ANICIE	PROBINI
PROBE C F	V V C C.

29. *Natus tuus*] Parum hæc mihi cohærere videntur. Senſus & conſtructio eſt: Auſonius miſit tibi Apologos Titiani, ut filius tuus refulgens ſanguine Probiano & Anicio (ut quondam, &c.) iſte, inquam, tuus filius ſueſcat peritis fabulis ſimul jocari & diſcere. In altero libro perſpicue legebatur, *natus tui.* Suſpicabar fuiſſe, *natus tivi*, pro *tibi.* Deinde non, *Sic iſte:* ſed *Hic iſte* legendũ. ita ſane conſtructio aperta erit & plana, quam vix alias poſſis expedire.

30. *Nutricis inter lemmata*] Auſonius hoc loco *lemmata* videtur appellare, carmina, & fabellas, quibus infantes ſuos nutrices oblectant. *Vinet.*

31. *Lallique ſomniferos*] *Lallus* Deus fuiſſe videtur, qui præeſſet næniis illis balbis, quas nutrices pueris occinunt, & pueros reddere cogunt. nulla enim littera eſt quam facilius ſonant pueri, quam lambda: quin etiam ejus frequentia ſomnum inducebant, Inde *lallare* Perſii natum crediderim Sat. 11:

—. *& iratus mamma lallare recuſas.*

quo verbo utitur & Hieronymus: *forſitan & laxis uberum pellibus mater, arata rugis fronte, antiquum referens mamma lallare congeminet.* Turnebus.

31. *Lallique*] *Lallus* eſt καταβαυκαλισμὸς nutricum, hoc eſt, nænia nutricum, qua pueris inducunt ſomnos, ſubinde hoc repetendo *Lalla*, *Lalla.* Quod & multis locis nutrices etiamnum hodie faciunt. Vnde *Lallare* pueri dicebantur, cum hac cantiuncula ſomno declinant oculos. Græce καταβαυκαλίζεσθαι. Dicunt & Italæ, & Aquitanæ mammæ, ſeu nutrices pro eodem *Nina*, *Nina.* Quod & Græcas quoque factitaſſe indicio eſt Nænia illa, quæ inde vocabatur νύννιον. Heſychius: νύννιον, ἐπὶ τοῖς παιδίοις καταβαυκαλωμένοις φασὶ λέγεσθαι, ὁμοίως καὶ τὸ νύννιον. Ergo *Lallus*, & νύννιον & καταβαυκαλισμὸς idem. Inde patet quare Auſonius *ſomniferos* dixit. Meminit & eatundem Næniarum Tertullianus libro in Valentinianos: *Nonne aliquid tale dabitur: te in infantia, inter ſomni difficultates audiſſe Lamiæ turres, & pectines Solis?* Sed vidimus nos in Scotia nutriculas miras harum nugarum artifices, ad conciliandos pueris ſomnos. ut eas audire non invenuſtum mihi ἀκρόαμα viſum fuerit. *Scaliger.*

31. *Liliique ſomniferos modos*] Legitur & *Lilli* & *Lalli.* Poſtrema vox manifeſtior, ex MSS. codd. & quod apud Perſium legitur:

Et ſimilis Regum pueris pappare minutũ
Poſcis, & iratus mamma lallare recuſas.

Neq

Sueſcat peritis fabulis
[32] Simul jocari, & diſcere.
Et adde votum, quod pio
Concepimus rei Deo:
[33] Vt genitor Auguſtus dedit
Collegio nati Probum:
Sic Gratianus hunc novum
Stirpi futuræ copulet.
Rata ſunt futura, quæ loquor.
Sic merita, ſic fatum jubet.
Sed jam ut loquatur Iulius,
Fandi modum invita accipe
Volucripes dimetria
Aveque dicto, dic, Vale.

AVSO-

Nec omnino temere ſcriptum quoque *Lilli*. Nuper enim non in Pannonia ſolum, atque adeo apud ſeptentrionales pleroſque populos, verum etiam ultra Sauromatas, non ſine admiratione audivimus ad ſuadendum nutricio more infantibus ſomnum, dici *Li lu li lu*, tum & *La lu la lu*, & *la*, *la* quod noſtrates fere *Nanna, Nanna*, & *Ninna Ninna*, etiam mora quadam vocem ſuſpendentes, paſſim dicere conſueverunt. Movit porro nos majori quadam admiratione, quod infantes ipſi & horriduli, & ſordiduli vix dum fari incipientes, *mammam* atque *tatam* latine balbutiunt, ipſis quoque matribus non intellecti. Vt videri poſſint & hæ quoque voces naturales magis, quam arbitrariæ. *Marianq. Accurſius.*

31. *Lallique ſomnif. modos*] Non videtur locum Perſii à ſe citatum Scaliger recte percepiſſe: nam *lallare* pueris tribuit, quum ſit nutricularum, ſeu mammarum. Iſtius igitur verſiculi hæc eſt conſtructio: *& iratus recuſas lallare mamma.* ita ut τὸ *lallare* pro ſubſtantivo accipiatur. Quod vel ex D. Hieronymo perſpicuum eſt, qui *mamma lallare* conjungit, quod alias abſurdum foret.

32. *Simul jocari & ludere*] Pro *ludere*, *diſcere* quidam libri, alii *dicere*. Vinetus.

33. *Vt genitor*] Quemadmodum Imperator Valentinianus filio ſuo Gratiano collegam in Conſulatu dedit Probum, ita Gratianus filium gignat, cui det in Conſulatu collegam, hunc Probi filium, nunc puerulum. Ita optabat Auſonius, ſed quod non evenit. Anicius Olybrius tamen & Anicius Probinus fratres, Probi filii, ſimul fuerunt Conſules annis poſt hoc ſcriptum carmen viginti quattuor, anno ſcilicet Chriſti, trecenteſimo & nonageſimo ſeptimo, ante, *genas dulces* quam *flos juvenilis inumbraret*, *eraque ridenti lanugine veſtiret ætas*, ut canit Claudianus in panegyrico. Qui autem annis ante quindecim, Auſonii conſulis collega fuit Olybrius, hunc facile crederem eundem eſſe Olybrium, niſi Auſonius in Gratiarum actione collegam ſuum *virum* appellaret: quum Olybrius Probi filius, eo tempore admodum puerulus fuerit. *Vinet.*

1. *Sym-*

AVSONIVS SYMMACHO.

Epiſtola XVII.

Modo intelligo, [2] quam mellea res ſit oratio: [3] quam delenifica, & quam ſuada facundia. Perſuaſiſti mihi quod epiſtolæ meæ apud Capuam tibi redditæ concinnatio in- [4] humana non eſſet. ſed hoc non diutius, quam dum epiſtolam tuam legi: quæ me blanditiis inhiantem tuis, velut ſucco nectaris [5] delibuta,

1. *Symmacho*] Cui Griphum ſuum miſit Auſonius: & cujus exſtant ad Auſonium, ad Valentinianum, Theodoſium, Arcadium Imperatores, & ad alios, Epiſtolæ: qui præfectus Vrbi fuit iis Imperatoribus ad quos ſcribit: & quem plerique credunt chronologi eſſe Symmachum, qui conſulatum geſſiſſe iiſdem Imperatoribus, ad annum Chriſti trecenteſimum & nonageſimum quartum, apud Proſperum, & Caſſiodorum legitur: & contra quem Chriſtianis parum æquum hominem, duas ad Valentinianum Auguſtum epiſtolas ſcripſit Ambroſius ille Mediolanenſium Epiſcopus, & duorum librorum carmen Aurelius Prudentius. *Vinetus.*

2. *Quam mellea res ſit oratio*] V. C. *editio.* ſine ſenſu quidem recto. Inde tamen mihi ſuſpicio, legendum, *eruditio.* Lectius.

3. *Quam delenifica*] Legerat Auſonius in milite glorioſo Plauti, non procul ab ipſo principio *falſiloquum mulierum animum, falſificum, falſijurium, & delenifica facta:* legerat & in Nummularia Lucretii: *Neſcio quorſum mihi eveniant tua verba tam delenifica.* Ex quo poëta Comico *Delenificus* adducit Fulgentius Planciades, & blandiloquus exponit in libello de abſtruſis ſermonibus. *Vinetus.*

4. *Humana non eſſet*] Sed divina. Sic malim legere ex vetuſto libro, quam ex aliis pleriſque, *inhumana.* In ipſo tamen Epiſtolarum Symmachi volumine eſt: *Perſuaſti mihi, Epiſtola mea apud Capuam tibi reddita, concinnationem inhumanam non eſſe.* Vinet.

4. *Inhumana non eſſet*] Admitterem fortaſſis *τὸ humana*, ut ex V. C. Vinetus, niſi ſi ipſe loqueretur Auſonius. Impudentiæ poſſet argui, ſi id ſibi perſuaderi paſſus fuiſſet poëta, *Epiſtola* nempe *ſua concinnationem* eſſe divinam. Vulgatæ vero lectionis veritas è ſequentibus manifeſta eſt, quæ ſub finem hujus Epiſtolæ leguntur: *Nam ſi contra id eveniſſet, nec tu mihi perſuaderes, placere me poſſe.* id eſt, concinnationem meæ Epiſtolæ non eſſe *inhumanam*, inſulſam, inficetam. Hæc ſcripſeram, quum idem ſenſiſſe Iuretum animadverti, qui & Ennodium in Epiſt. ad Conſtantium hunc locum ita adumbraſſe notavit: *Ipſe oris mei labentem confirmet infantiam, ut ratiocinationis noſtræ concinnatio non inhumana videatur.* Et in Epiſt. ad Patricium: *Sed quid Epiſtolæ terminos loquacitate produxi, coactas lege paginas inhumana concinnatione tranſgreſſus?*

5. *Delibuta ducit*] Vetus liber: *delibata perduxit.* ita quoque in ſuis ſe inve-

ta, ducit. Vbi enim chartulam pono, & me ipſum interrogo, tum [6] *abſinthium meum reſipit: & circumlita melle tuo pocula deprehendo. Si vero, id quod ſæpe facio, ad epiſtolam tuam redii, rurſus inlicior:* [7] *& rurſum ille ſuaviſſimus, ille floridiſſimus tui ſermonis* [8] *adſlatus,* [9] *depoſita lectione evaneſcit, & teſtimonii pondus prohibet ineſſe dulcedini.* [10] *Hoc me velut* [11] *aërius bracteæ fucus, aut picta nebula, non longius, quam dum videtur, oblectat: Chamæleontis beſtiolæ vice, quæ de ſubjectis ſumit colorem. Aliud ſentio ex epiſtola tua, aliud ex conſcientia mea: & tu me audes facundiſſimorum hominum laude dignari? tu, inquam, mihi iſta; qui te* [12] *ultra emendationem*

inveniſſe codicibus Symmachiani interpretes referunt.

6. *Abſinthium meum reſipit*] Ita lego. &, *floridiſſimus adſlatus.* Scaliger.

6. *Tum abſinthium meum reſpicio*] *Reſipit* pro *reſpicio* vetus idem liber. *Vinetus.*

6. *Abſinthum meum reſipit*] In quibuſdam exempl. *reſpicio.* puto leg. *reſipio.* Lectius.

7. *Et rurſum ille ſuaviſſimus*] Gruterus: *at rurſum*, probante Lectio. ſed male, nec ad mentem Poëtæ, qui τῷ *Et* ea ferme ſignificatione delectatur.

8. *Adſlatus*] Sic in vetuſto codice *adſlatus* pro *afflatus*, ſpiritus aura. *Affatus* alii libri. *Vinetus.*

9. *Depoſita lectione vaneſcit*] Liber Pithœi, *evaneſcit.* quod altero illo longe præſtantius.

10. *Hoc me velut aëreus*] In margine Pulmannus, *Hic:* ut referri videatur ad *ſermonis afflatum.*

11. *Aërius fucus*] Inanis pictura. *Vinet.*

11. *Aërius bractea fucus*] Lib. Pithœi, *Bractearum.* Veteres gloſſæ *bracteam*, ſive *bratteam*, tenuem auri argentive laminam interpretantur. Inde *Bractearii* in lib. 1 C. de exc. artif. quos *bracteatores* vocat Iulius Firmicus Math. lib. 1. apud Plinium l. 16, c. 44. *bracteas ligni* legimus. Et *Bracteatum lacunar* apud Sidonium lib. 2, Epiſt. 10. & lib. 8, Epiſt. 8. *geſtatorias bracteatas:* apud Prudent. hymn. x, *fulgorem bractealem:* apud Martianum Capellam lib. 1. *comas bracteatas.* Sed & Plinius in Paneg. *mentis aureæ dictum bracteatum*, vocat. Et Seneca *felicitatem bracteatam*, pro tenui & parum ſolida videtur poſuiſſe, lib. 21, Epiſt. 116. *Iuretus.*

12. *Vltra commendationem omnium*] Sic vulgo. Sed V. C. ut etiam Auſoniani aliquot codices habent, *emendationem.* quod ego verius arbitror. Nam ita hunc locum Ennodius imitatus eſt Epiſtola ad Conſtantium: *Vt tu qui te ultra emendationem omnium protuliſti, triumphi honore gratuleris.* Ea voce ſæpe utitur Symmachus, ut ſup. lib. 1, Epiſt. 19. & lib. 3, Epiſt. 43. & lib. 10, Epiſt. 45. utuntur & alii authores. Vt Auſonius in Panegyr. *Emendatiſſimi viri eſt pœnitenda non facere.* Plinius lib. 8, Ep. 22: *Ergo optimum, & emendatiſſimum exiſtimo, qui cæteris ita ignoſcit, tanquam ipſe quotidie peccet.* Sic Arnobius lib. 2: *emendatiſſimos mores* dixit. Petronius Arbiter *mulierem omnibus ſimulacris emendatiorem.* Et Aurelius Victor Trajan. *excultum atque emendatum* vocat. Quemadmodum etiam Vlpianus lib. 11. D. de dol. Mal. prodigum ac vilem homini *vitæ emendatioris* oppoſuit. Cæterum vulgata lectio non caret elegantia. Nec enim ulla laus amplior eſſe

nem hominum protuliſti? [13] *Quiſquamne ita nitet, ut comparatus tibi non ſordeat? Quis ita* [14] *ad Æſopi venuſtatem, quis ad* [15] *ſophiſticas Iſocratis concluſiones, quis ad enthymemata Demoſthe-*

eſſe poteſt, quam videri *omni commendatione majorem* eſſe. Quo ſenſu Macrobius Satur. 1, cap. 24, de Virgilio loquens: *Hæc eſt Maronis* (ait) *gloria ut nullius laudibus creſcat, nullius vituperatione minuatur.* Et Petronius Arbiter in Satyr. *Nulla vox eſt quæ formam ejus poſſit comprehendere. Nam quicquid dixero, minus eſt.* Iuretus.

13. *Quiſquamne ita nitet*] Alii: *Aut quiſquam ita nitet.* quidam, *An quiſquam ita nitet.* liber Pithœi, *quis ita nitet.* Editio Schotti, *haud quiſquam ita nitet.*

14. *Ad Æſopi venuſtatem*] Quis hic Æſopus? Phryx ille fabulator, de quo in ſuperiore jambico, an aliquis alius? *Vinetus.*

15. *Sophiſticas Iſocratis concluſiones*] Malim: *Socratis*, quod & Grutero placet magis: ut illæ quidem inductiones, illi argumentorum gradus intelligantur, quibus *Socrates* adverſarium velut quadam indagine & naſſa concludit. *Lectius.* Nec in diverſum abit Iuretus. ſed perperam viri optimi mutare voluerunt. Hic de argutiis argumentantium non eſt ſermo; ſed de rotunditate & concinnitate periodorum. *Sophiſticæ* igitur *concluſiones* ſunt Rhetoricæ, ſive Oratoriæ periodi cum apta rotunditate, quæ Sophiſtam decent, concinnatæ. *Iſocratem* vero *Sophiſtam* & fuiſſe, & exiſtimatum eſſe, antequam Sophiſtarum nomen ob quorundam nugacitatem evileſceret, nemo neſcit. Deinde quam accuratus ille in periodis rhythmice componendis, & quam aſſiduus fuerit, orationes ejus indicant. Tria *Periodorum* genera recenſet Auctor libelli περὶ ἑρμηνείας, qui Demetrius Phalereus putatur, *Hiſtoricam*, *Rhetoricam*, *Dialogicam.* *Rhetoricam* ita deſcribit: τῆς Ρ'ητορικῆς περιόδου συνεστραμμένον τὸ εἶδος, καὶ κυκλικὸν, καὶ δεόμενον στρογγύλου στόματος καὶ χειρὸς ἐμπεριαγομένης τῷ ῥυθμῷ. Eleganter autem *Sophiſticas Iſocratis concluſiones* (quas tamen pro argumentationibus hic accipi poſſe non negem) *Demoſthenis enthymematis* opponit. Suavis enim eſt Iſocrates & lenis, & qui delectare magis quam percellere animos velit: contra ardens, vehemens, & ad inſtar torrentis omnia proruens Demoſthenes. quorum duorum virtutes optime dignovit, qui Demoſthenem militi in acie verſanti, pugnantique veris armis, non illis ad exercitationem comparatis; Iſocratem vero athletæ comparavit ad oſtentationem virium tantum decertanti. Plura in hanc rem adferri poſſent, ni prolixitatem defugerem. Vnicum Ciceronis locum deſcribam, in quo, qua re Sophiſta ab Oratore diverſus ſit, explicat. *Sophiſtarum*, inquit in Oratore, cap. XIX, *magis diſtinguenda ſimilitudo videtur, qui omneis eoſdem volunt flores, quos adhibet Orator in cauſſis, perſequi. Sed hoc differunt, quod, cum ſit his propoſitum non perturbare animos, ſed placare potius; nec tam perſuadere, quam delectare: & apertius id faciunt, quam nos, & crebrius: concinnas magis ſententias exquirunt, quam probabileis: a re ſæpe diſcedunt, intexunt fabulas, verba apertius transferunt, eaque ita diſponunt, ut pictores varietatem colorum: paria paribus referunt, adverſa contrariis, ſæpiſſimeque ſimiliter extrema definiunt.* Quis non, cum hæc legit, ipſum ſibi deſcribi putet Iſocratem? ergo quas hic *ſententias concinnas*, noſter *Sophiſticas concluſiones* vocat. Malim tamen, ut initio cenſui, periodorum concinnitatem ab Auſonio deſignari, quam primus reperit Iſocrates. Imo illas

moſthenis, aut opulentiam Tullianam, aut proprietatem [16] *noſtri Maronis accedat?* [17] *Quis ita affectet ſingula, ut tu imples omnia? Quid enim aliud es, quam ex omni bonarum artium ingenio collecta perfectio?* [18] *Hæc, domine mi, fili Symmache, non vereor, ne in te blandius dicta videantur eſſe, quam verius. & expertus es* [19] *fidem meam mentis, atque dictorum: dum in comitatu degimus ambo, ævo diſpari. ubi tu veteris militiæ præmia tiro meruiſti: ego tirocinium jam veteranus exercui.* [20] *In comitatu tibi verus fui,* [21] *nedum*

ipſe Cicero non aliter appellat. Verba ejus ſunt lib. III de Oratore, c. 44: *Veteres illi verborum & ſententiarum modo interpunctas clauſulas in orationibus eſſe voluerunt; idque princeps Iſocrates inſtituiſſe fertur.* & mox: *Hæc igitur duo, vocis dico moderationem*, & verborum concluſionem, *quoad orationis ſeveritas pati poſſit, à poëtica ad eloquentiam traducenda duxerunt.* Quintilian. l. IX, cap. IV: *At illa connexa ſeries tres habet formas:* Inciſa, *quæ κόμματα dicuntur:* Membra, *quæ κῶλα, & περίοδον, quæ eſt* ambitus, *vel* circumductum, *vel* continuatio, *vel* concluſio.

16. *Noſtri Maronis*] Ita omnes. Sed V. C. *Veſtri.* perperam. Cum enim Auſonius poëta hujus Epiſtolæ auctor ſit, non immerito *Maronem ſuum* dixit. Ea loquendi ratio exemplis adjuvatur. Soſipater lib. I: *aliquid tamen auctoritati Virgilii noſtri tribuendum eſt.* Annæus Seneca lib. 8, Epiſt. 59: *Cum dicat Virgilius noſter,* &c. Ennodius in quadam præfatione: *Maro noſter tantis inſtitutores ſuos commendavit, quantis ipſe notus eſt. & certe illos per merita ſua fama non prodidit. Hieronymus noſter, niſi præceptorem ſuum Gregorium diceret, nihilo melior cenſeretur. Sed illis applicanda ſunt bona nominati, à quo ſumſiſſe videntur originem. In ſumma, ut dixi, cælum pulſat magiſtri opinio perfectione diſcipuli.* Sic enim arbitror emendandum eſſe illum locum vulgo corruptum. Denique Paulus lib. 10. D. de bon. poſſ. ſec. Tab. & *Scævola noſter probat.* Iuretus.

17. *Quis ita affectat ſingula*] Claudianus in I Conſul. Stiliconis, vſ. 33:

--- ſparguntur in omnes,
In te miſta fluunt. --- Auctor Tragœdiæ, quæ inſcribitur Octavia:
Omnes in unam contulit laudes Deus.
Petronius: *-- Nulli laudabile totum,*
In te cuncta probet, ſi quiſquam cernere poſſit.

18. *Hæc domine mi, fili Symmache*] Ita & Paulinus Auſonium vocat *dominum* in verſu centeſimo triceſimo ſexto prioris ad Auſonium Epiſtolæ. Symmachum autem appellat Auſonius *filium*, non quod filius eſſet, nec, ut ſcripſit Cuſpinianus, frater: ſed quod major natu eſſet, & eum pro filio cariſſimo haberet. Sic contra, qui minores natu erant, *patres* eos vocitabant, qui majores, ut ſcribit Valerius de Inſtitutis antiquis, & Gellius ſecundo noct. Atticarum: ſicut Auſonium Symmachus in quinta, & ſeptima Epiſt. ad Auſonium. *Vinetus.* Iuretus.

18. *Hæc domine mi fili Symmache non vereor*] Lib. Pith. *Hæc dicere fili mi Symmache non vereor.*

19. *Fidem meam mentis*] Sic vulgo. V. C. *fidem mea mentis.* Lectius.

20. *In comitatu*] *Comitatus* dicebatur κατ' ἐξοχὴν *Comitatus Principis*, ſeu quod vulgo dicunt, Aula Principis. Sic in Canonibus Eccleſ. Africanæ: *Placuit, ut legationem liberam habeant ad Comitatum miſſi delecti legati.* Item: *Vt propter gratiarum actionem & excluſionem Donatiſtarum duo Clerici Eccleſiæ Cartha-*

dum me peregrem exiſtimes compoſita fabulari. in comitatu, inquam, [22] *qui frontes hominum aperit,* [23] *mentes tegit,* [24] *ibi me & parentem, & amicum, & ſi quid utroque carius eſt, cariorem fuiſſe ſenſiſti. Sed abeamus ab his: ne iſt hæc commemoratio* [25] *ad illam Soſiæ formidinem videatur accedere. Illud quoque, quod pæne præterii, qua* [26] *affectione addidiſti, ut ad te didaſcalicum aliquod opuſculum, aut ſermonem protrepticum mitterem?* [27] *Ego te docebo, docendus adhuc, ſi eſſem id ætatis, ut diſcerem? aut ego te vegetum, atque alacrem* [28] *commonebo? Eadem opera & muſas hortabor, ut canant:* [29] *& maria, ut effluant: & auras, ut vigeant: & ignes, ut*

Carthaginenſis ad Comitatum mittantur. Ita & alibi pluries. Divus Auguſtinus Epiſt. LXVIII: *Ex concilio autem noſtri Epiſcopi legatos ad Comitatum miſerunt.* Auctor Exegeſios totius mundi cap. XXIV: Εἰ δὲ ἐθέλεις καὶ τὴν φρόνησιν τῶν ἀνδρῶν ἀκοῦσαι, ὅρα εἰς δύο Κωμιτάτα τῆς τε ἀνατολῆς καὶ δύσεως.

21. *Nedum me*] Amplectendum quod vetus liber habet: *nedum me peregrem exiſtimes compoſita fabulari. Peregrem*, ab antiquo *peregris*. Vlpianus vero in titulis dixit *pereger*, titulo de Caducis: *Pereger*, inquit, *factus ſit.* Scaliger.

21. *Nedum me peregre*] Vetus codex pro *peregre*, *peregrem* habebat: quod nomen pro *peregrino*, & *peregrinante* alibi non legi. *Vinetus.*

22. *Qui frontes hominum operit*] Scribendum videtur, *aperit*. Cum præſertim haud aliter legatur in ea, quæ inter Symmachi Epiſtolas habetur. Sitque M. Tullii non ambigua æmulatio, in Oratione pro Cn. Plancio: *Etenim*, inquit, *ſi populo grata eſt tabella, quæ frontes hominum aperit, mentes tegit, datque libertatem, ut quod velint faciant, promittant autem quod rogentur, cur tu in judicio exprimis, quod non ſit in campo?* Mariang. Accurſius.

23. *Mentes tegit*] *Legit* pro *tegit*, vetus codex: ſed *mentes tegit* etiam apud Ciceronem pro Plancio. *Vinet.*

23. *Qui frontes hominum aperit mentes tegit*] In editione Pulmanni hic eſt aſteriſcus ante τὸ *tegit*; qui argumento eſt, mendam hic cubare. Poteſt autem ea commode eximi, ſi legatur, *mentes retegit.* In comitatu, inquit, me cognoviſti, qui ſolet & frontem & animum hominum aperire. liberius enim hic vivimus. *Gravius.*

24. *Ibi me & parentem*] Schoppius: *Ibi me tibi & parente & amico, & ſi quid utr. carius eſt, cariorem fuiſſe ſenſiſti.* neque tamen lectionem hanc uſque adeo antepono vulgatæ. *Lectius.*

25. *Ad illam Soſiæ*] In Andria Terentii. *Vinetus.*

26. *Affectione*] Sic Pulmannus. ſed v. c. *affectatione.*

27. *Ego te docebo*] Plaut. Pſeudolo:

At hoc volo monere te. S. monendus ne me moneat.

Horatius lib. I, Epiſt. XVII:

Quamvis Scæva ſatis per te tibi conſulis, & ſcis,
Quo tandem pacto deceat majoribus uti,
Diſce docendus adhuc, quæ cenſet amiculus, ut ſi
Cæcus iter monſtrare velit.

28. *Commonebo*] Alii, *commovebo.*

29. *Et mare ut effluat*] Id ſic adumbratum video ab Ennodio ad Florum: *Hunc ergo improbus & fronte debilis*

ut caleant, admonebo: aut, ſi quid invitis quoque nobis natura ſit, ſuperfluus [30] *inſtigator agitabo. Sat eſt unius erroris, quod aliquid meorum,* [31] *me pœnitente, vulgatum eſt; quod bona fortuna in manus amicorum incidit. Nam ſi contra id eveniſſet, nec tu mihi perſuaderes, placere me poſſe. Hæc ad litteras tuas reſponſa ſint. cetera,* [32] *quæ noſcere habes,* [33] *compendifaciam. ſic quoque jam longa eſt epiſtola. Iulianum familiarem domus noſtræ, ſi quid tamen de nobis percunctandum arbitraris, allego: ſimul admoneo, ut quum cauſſam adventus ejus agnoveris, juves ſtudium, quod ex parte foviſti. Vale.*

lis excitavi. Hac fiducia provocaſſem ventos ad flandum, ad curſum flumina, Fauſtum meum ad facundiam. Iuretus.

30. *Inſtigator agitabo*] V.C. *agitator inſtigabo.*

31. *Me pœnitente*] MS. Pithœi, *me pranitente.* forte, *me renitente.* & ita quoque corrigendum cenſuit Lectius.

32. *Quæ noſcere habes*] In antiquo libro erat *abes.* Hoc poteſt eſſe *aves*, id eſt, cupis: quamvis ſupra *h* addiderat quiſpiam. *Vinetus.*

33. *Compendi faciam*] Ita malim legere. ſic Plautus:

Velitationem verbis fieri compendi volo. Scaliger.

33. *Compendi faciam*] Ita & Trebellius Pollio in Claudio, *incendifacere*, uno vocabulo extulit. Vritur præter Plautum ceteroſque Symmachus, ſed extra compoſitionem: *Decet operam verborum facere compendi.* qui & lib. 1, Ep. 28. ad Auſonium ad eundem fermc modum Epiſtolæ finem fecit: *Si quid de me ſcito opus fuerit, frater meus Claudius, & cultui tuo deditus, & ſtudii mei gnarus, expediet. Vale.*

[1] Ad VRSVLVM Grammaticum Trevirorum: cui ſtrenas kalendis Ianuariis ab Imperatore non datas reddi fecit.

Epiſt. XVIII.

PRimus jucundi fuit hic tibi fructus honoris,
Auguſtæ fauſtum munus habere manus.

Proxi-

1. *Ad Vrſulum*] Mos iſte erat Imperatoribus, ut quotannis ſtrenas amicis darent. qui quidem indicatur à Q. Symmacho ad Theodoſium, & Arcadium Aug. *Kalendas*, inquit, *anni auſpices, quibus menſium recurſus aperitur, impertiendis ſtrenis dicavit antiquitas, DD. Theodoſi, & Arcadi, incliti victores, ſemper Auguſti. Hujus inſtituti uſum munificentiæ feſtinatione prævertitis: ſeram putantes liberalitatem, quæ ſtatis temporibus ammonetur.* Patet autem Auſonii Quæſtoris ſuggeſtione admonitum Imperatorem *ſtrenas Vrſulo* dare; nec mirum: Quæſtoris enim eſt preces ad Imperatorem deferre:

Proximus [3] ex longo gradus eſt, [4] Quæſtoris amici
Curam pro ſtrenis excubuiſſe tuis.

Ergo,

ferre: quod præter alios auctores aperte indicatur ex ſecundo libro Epiſtolarum ejuſdem Symmachi. *Scalig.*

1. *Ad Vrſulum*] AD VRSVLVM GRAMMATICVM TREVIRORVM CVI STRENAS KAL. IANVARIIS AB IMPERATORE NON DATAS REDDI FECIT. Hunc habuit titulum hæc Epiſtola in vetuſto Codice. *Vinetus.*

2. *Primus jucundi fuit hic*] Hic ſcriptum imprudenter pro *foret*, *fuit*. Grata nempe poterat videri ſtrena Vrſulo, vel eo, quod Auſonius amicus, & quæſtoris vice, curarit ab Imperatore reddendam, quamlibet jucundior, manibus Auguſti tradita, putanda foret. otioſum ſane aliter & ſubagreſte quiddam videretur. Nemo etenim ignorat, primum illum fuiſſe honoris fructum, tum cum ad tradendam publica mercede Grammaticam inauctoratus ab Imperatore fuerat. Autoritate porro largientis munera metimur: gratioraque nobis eſſe ſolent, ſi vel a Principibus vel ab amicis proveniant. Oſtendit hoc nonnunquam Martialis, ut cum ab Imperatore rivulum ex aquæ ductibus ad opportunitatem ædium ſuarum petens, nobiliorem, ſalubrioremque fore prædicat, ſi ab illo concedatur:

Quam dederis noſtris, Auguſte, penatibus undam,
Caſtalis hæc nobis, aut Iovis imber erit.

& ad Marcum amicum, qui togam dono dederat:

Vilior hæc nobis alio mittente fuiſſet,
Non quacunque manu victima cæſa litat.

In Actione quoque gratiarum ad Gratianum Imperatorem: *Trabeam non magis auro ſuo, quam munere tuo ſplendidam.* Mariang. Accurſius.

2. *Fuit hic*] Abſque dubio legendum, *fuat hic.*

3. *Ex longo*] Eadem ſignificatione in Epiſtolæ nonæ verſu viceſimo tertio. *Vinetus.*

4. *Quæſtoris amici*] Auſonii. Is enim Valentiniani ſe & Gratiani Quæſtorem fuiſſe dixit in Protreptici verſu nonageſimo primo. STRENARVM appellatio adhuc manſit in noſtra Gallia: manſit & uſus, ſed non quantus inter priſcos fuit Romanos. Suetonius de Auguſto: *Omnes ordines in lacum Curtii quotannis ex voto, pro ſalute ejus, ſtipem jaciebant. Item Calendis Ianuariis ſtrenam in Capitolio etiam abſenti.* De Tiberio: *Quotidiana oſcula prohibuit edicto. Item ſtrenarum commercium, ne ultra Calendas Ianuarias exerceretur.* De Caligula: *Edixit & ſtrenas ineunte anno ſe recepturum: ſtetitque in veſtibulo ædium Calendis Ianuariis, ad captandas ſtipes: quas plenis ante eum manibus ac ſinu omnis generis turba fundebat.* Strenam vocari ſcribit Feſtus, quæ detur *die religioſo, ominis boni gratia, à numero, quo ſignificetur alterum, tertiumque venturum ſimilis commodi, veluti ternam, prapoſita S littera, ut in loco, & lite faciebant antiqui.* Nonius Marcellus à *ſtrenuitate* dictam eſſe tradit, & Symmachus in Epiſtol. 28: *Ab exortu*, inquit hic, *pene Vrbis Martiæ ſtrenarum uſus adolevit, auctoritate Tatii regis: qui verbenas felicis arboris ex luco Streniæ, anni novi auſpices, primus accepit, divi Imperatores. Nomen indicio eſt, viris ſtrenuis hæc convenire ob virtutem: atque ideo vobis hujuſmodi inſigne deberi: quorum divinus animus magis teſtimonium vigilantiæ, quam omen expectat. Sumite igitur, defenſores publicæ ſalutis, ſolemniter auro ducta munuſcula.* Qui & Epiſt. 20, lib. 10 ſic incipit: *Calendas anni auſpices, quibus menſium recurſus aperitur, impertiendis ſtrenis dicavit antiquitas, divi Imperatores Theodoſi & Arcadi.* Vinetus.

5. *Regale*

Ergo, interceptos [5] regale nomiſma Philippos
Accipe tot numero, quot duo Geryones.
Quot terni bijuges: demtoque triente Camœnæ:
Quotque ſuper terram ſidera zodiaci:
[6] Quot commiſſa viris Romana, Albanaque fata:
[7] Quotque doces horis, quotque domi reſides.
[8] Oſtia quot pro parte aperit ſtridentia Circus:
Excepto, [9] medium quod patet ad ſtadium.

Quot

5. *Regale numiſma Philippos*] Idem Hemiſtichium in Epiſtola v, ex Horatii Epiſtola prima libri ſecundi, ubi *Philippos* dixit Philippeos id eſt Philippi regis Macedonum vultu ſignatos nummos. Acceptos autem Horatius dixerat:

Rettulit acceptos regale numiſma Philippos,

Auſonius vero dum Horatiano verſu cum amico ludens integrum fere protulit, pro illo *Acceptos*, *interceptos* dixit, ſeu oblivione interceptos intelligat, ſeu quia, quos Imperator Vrſulo miſiſſet Calend. ipſis, aliquis aliquo modo avertiſſet, intercepiſſetque. *Vinetus.*

6. *Quot commiſſa viris*] Tribus Horatiis Romanis, & tribus Curiatiis Albanis. Titus Livius I. *Vinetus.*

7. *Quotque doces horis, quotque domi reſides*] Diem, qui eſt ab ortu ſolis ad occaſum, illius ſæculi horologia in 12 horas quovis anni tempore dividebant, & noctem ſimiliter. quare Vrſulus hic, ludimagiſter, ſex illius diei horis docebat, & ſex reliquis ceſſabat. *Vinet.*

8. *Oſtia quot pro parte*] Amphitheatrum ovi figura fuiſſe, & mediocriter docti ſciunt. id autem duodecim *oſtia* habebat, ut & pauci quoque eruditi ignorant. Igitur dimidium amphitheatri ſemper habebit ſeptem oſtia, ut dimidium Zodiaci ſemper habet ſeptem ſigna. Iam *Circus* dividatur in decumanum, & cardinem. ab A, ad B, decumanus ſit: à C, ad D, cardo. Ego ajo ab A, ad B, ſeptem *oſtia* eſſe, ſicuti à B, ad A. Sic etiam à C, ad D, & à D, ad C. Aperiebantur autem miro artificio omnia ſimul ſigillariorum automata machinatione. Caſſiodorus: *Biſſena quippe oſtia ad XII ſigna poſuerunt. Hæc ab Hermulis funibus demiſſis ſubita æqualitate panduntur.* Quare jam intelligis, quid voluerit Auſonius, cum dixit, *pro parte*: intelligit enim dimidium *circum*. item per ſeptem *oſtia*; totidem enim habet dimidium amphitheatri. Poſtremo quid per *apertionem oſtiorum*. intelligit enim machinatam oſtiorum laxationem per hermulas illas, ſeu ſigillariola. *Scaliger.*

8. *Oſtia quot pro parte aperit ſtridentia Circus*] *Circi* maximi duodecim *oſtia* numerantur apud Sextum Rufum de Regionibus Vrbis, & Caſſiodorum libro tertio Variarum, in literis Fauſto Præpoſito miſſis. Quæ *oſtia* ſic exiſtimo per ambitum *Circi* fuiſſe conſtituta, ut in utroque illius dimidio ſena eſſent. *Vinetus.*

9. *Medium quod patet ad ſtadium*] Hoc eſt *oſtium* quartum *Circi*, per quod emittebantur quadrigæ. Sic in inſcriptione Dioclis agitatoris legimus, MISSVS. OSTIO. IV. CCLVII. Scaliger.

9. *Excepto medium*] Stadii & *Circi* Romani, ſi portas, quas fuiſſe ſenas in utraque dimidia parte arbitramur, orſus numerare ab ea, quæ ad ipſum erat *medium*, ſive medium ejus ſecundum latitudinem accipias, ſive

Quot pedibus gradiuntur apes, & verſus Homeri:
[10] Quotque horis pelagus profluit, aut refluit.
[11] Protulit in ſcenam quot dramata fabellarum,
Arcadiæ medio qui jacet in gremio.
[12] Vel quot juncturas geometrica forma favorum
Conſerit extremis omnibus, & mediis.
[13] Quot telios primus numeris, ſoluſque probatur;
[14] Quot

ſive ſecundum longitudinem, ut ab ipſis ovi cacuminibus, pergeres numerando uſque ad portam adverſam, ſeptem reperires: quæ ſex ſolum ſunt, adverſa hac ad alteram dimidiam Circi partem ſpectante. *Vinet.*

10. *Quotque horis pelagus*] Senis horis æquinoctialibus, inquit Plinius ſecundo: quibus addit aliquot horæ ſcrupula Philippus interpres Iobi. *Vinetus.*

11. *Protulit in ſcenam quot dragmata*] Legendum *Dramata* (nihil enim hic cum manipulis) quæ rei repræſentationem, comœdiarum ac tragœdiarum actus ſignificare dicuntur. δρᾶν enim eſt *ago, repræſento.* Cujus meminit Ariſtoteles imprimis περὶ ποιητικῆς. Donatus ait: *Comœdiam per quatuor partes dividi, prologum, protheſin, epitheſin, cataſtrophen. Protheſin primum eſſe actum; initiumque dramatis.* Porro e tribus poëmatum generibus, exegetico videl. vel apologetico, quod Latini *enarrativum* vel *enunciativum* dicunt, in quo poeta tantum loquitur, & mixto vel communi, quod Græci κοινὸν vel μικτὸν appellant, quo & poëta loquitur, perſonaſque inducit loquentes, *dramaticum* vel *mimeticum* appellatur, à Latinis vero *activum* vel *imitativum*, ubi nuſquam poëta loquitur, ut in Comœdiis ac Tragœdiis. Terentius denique ſubobſcura hac periphraſi indicatur, qui ſex in ſcena Comœdias protulit, quique in Stymphalo Arcadiæ oppido, dolore, ac tædio amiſſarum fabularum, vita functus & ſepultus traditur. *Mariang.*

12. *Vel quot juncturas*] Apum, Veſparum, Crabronum cellas ſexangulas Plinius appellat 11 Natur. Hiſt. quæ tam in extremis ipſis *favis*, quam in mediis, quæ ex ſenis æqualibus planis conſtant, ad eos angulos coagmentatis, quos in ſexangula plana figura parium laterum, & angulorum, Geometræ agnoſcunt. Eſt autem ſynalœpha, ſive ſynæreſis in *geometrica*, ſicut & in χαμαίτῃς apud Iuvenalem lib. 1. *Vinetus.*

13. *Quot teleos primus*] Quot partes conſerit numerus *ſenarius*, qui primus & ſolus τέλειος, jure ob id probatus eſt, quod partibus ſuis æquiparat par, atque impar. Quomodo? quia bis ter: & ter bis unus facit, & ſeipſum geminat. Nam bis per ter geminat, ter autem per bis. *Vinet.*

13. *Quot telios*] Scribendum *teleos* videtur. Græcis enim & τέλειος, & τέλεος utrumque dicitur, ſed alterum correpta media, alterum producta. Et Marcianus ait: *Quoſdam è numeris perfectos eſſe, quoſdam ampliores perfectis, quoſdam imperfectos. Vocari autem τελείους, ὑπερτελείους, ὑποτελείους.* Niſi quis eo dictum modo velit, de quo & in Phidia diſſeruimus. Sex itaque Philippos περιφραστικῶς & hic Auſonius per ſenarium expreſſit numerum, qui primus perfectorum perhibetur. Boëthius in Arithmetica, *perfecti*, inquit, *numeri ſunt intra denarium numerum* VI. *intra centenarium* XXVIII. *intra millenarium* CCCCLXXXVI. *intra decem millia, octo millia centum viginti octo.*

[14] Quot par, atque impar partibus æquiperat.
Bis ternos, & ter binos [15] qui conſerit unus:
[16] Qui ſolus totidem congeminatus habet,
Quot faciunt juncti ſubterque ſupraque locati,
Qui numerant Hyadas, Pleiadaſque ſimul.
* * * *
Vrſule collega nobilis Harmonio,

Harmo-

ctto. Feſtive denique & perurbane in noviſſimis verſiculis quem utriuſque gentis non barbare *decus* dixerat Auſonius, inſigniora in his vina noſtra videlicet *Amminea*, Græcorum vero *Chia*, Vrſulum pocillare ſubtexuit. *Mariang. Accurſius.*

13 *Quot telios*] Τέλειος Nicomacho, reliquiſque Græcis, & *perfectus* Boëthio, eſt numerus par: qui, ut definit Euclides, ſuis ipſius partibus eſt æqualis. Tales ſunt admodum pauci: quorum primus eſt ſenarius, cujus partes ſunt, dimidia tertia, ſexta, III, II, I. quæ compoſitæ, ipſum reddunt numerum ſex. Secundus, vigintiocto: qui numerus partem habet dimidiã, quartam, ſeptimã, quartamdecimam, viceſimamoctavam, ipſi toti pares. *Vinetus.*

	3		14
	2		7
6	1	28	4
	---		2
	6		1

			28

13. *Quot telios primus numerus*] Lege: *numeris. telios* media brevi, ut ſolet Auſonius. ita *Phidiæ* ſuperius prima correpta. vide quæ iſtic notata ſunt. Origenes Commentar. in Iohannem: Οἱ φύσεις ἀριθμῶν ἐρευνήσαντες, πρῶτον μὲν τέλειον τὸν ἓξ εἰρήκασι, τοῖς ἑαυτοῦ μέρεσιν ἰσούμενον, ἔκ τε τῆς συνθέσεως τοῦ ἀπὸ μονάδος διπλασιαζομένου ἑνὸς καὶ δύο ἐστὶ τρία, ἀριθμὸς πρῶτος, καὶ τοῦ ἐφ' ὃν ἔστη ὁ διπλασιασμὸς, λέγω δὲ τοῦ δύο. Γενόμενος γὰρ ὁ δύο ἐπὶ τὸν τρία, πεποίηκε τὸν ἕξ.

14. *Quot par*] Quot partibus probatur, & conſtat numerorum perfectorum primus, ſex, & ſolus: quando alii ſunt multis partibus majores. & quot partibus idem perfectus ſex, æquiparat (ſcribitur & *æquiperat*, *e* pro *a*) & exæquat par atque impar, hoc eſt, *duo* primum numerorum parium, & *tria* primum imparium, ex quorum inter ſe multiplicatione efficitur ſenarius. Nam bis terni, ſive ter bini, fiunt ſex. *Vinetus.*

15. *Qui conſerit unus*] Ita emendavi, pro *quia*, quod ineptum. Mox tollo τελείαν ὑποστιγμὴν, & repono leviorem diſtinctionem ſub finem ſequentis verſus: hoc ſenſu, *qui ſolus congeminatus*, id eſt duplicatus, *totidem habet*, id eſt, duodecim, quot ſunt in *Hyadibus* & *Plejadibus conjunctis*: quinque enim & ſeptem faciunt duodecim.

16. *Qui ſolus*] Si geminetur ſenarius, duodecim fient. & qui numeri ſunt ſubter & ſupra ipſum numerum ſex, quinque ſcilicet & ſeptem, Hyadum & Plejadum numeri, hi ſi conjungantur inter ſe, & componantur, duodecim quoque fient. Sunt autem *Hyades* quinque apud Heſiodum:

Φαισύλη, ἠδὲ Κορωνὶς, ἐϋστέφανός τε
Κλέεια,
Φαιώ θ' ἱμερόεσσα, καὶ Εὐδώρη τανύπεπλος.

Hos verſus citat Theon Arati interpres ἐκ τῆς ἀστρικῆς βίβλου Heſiodi. *Plejades* vero ſeptem in Phænomenis Arati,

Ἀλκυόνη, Μερόπη τε, Κελαινώ τ'
Ἠλέκτρη τε,

Καὶ

Harmonio: quem [17] Claranus, [18] quem Scaurus, & Aſper,
Quem ſibi conferret Varro, priorque Crates,
Quique ſacri lacerum collegit corpus Homeri,
[19] Quique notas ſpuriis verſibus apposuit:
Cecropiæ commune decus, Latiæque camœnæ,
[20] Solus qui Chium miſcet, [21] & Ammineum.

[1] AVSO-

Καὶ Στερόπη, καὶ Ταΰγέτη, ἠδὲ πότνια Μαῖα.

Non tamen omnes in his numeris conveniunt auctores, ut Hyginus docebit. *Vinetus.*

17. *Claranus*] *Clarani* meminit etiam Martialis lib x:

Scribere te, quæ vix intelligat ipſe Modeſtus,
Et vix Claranus, quid, rogo, Sexte, juvat?

Nam Aſper & Scaurus ſatis noti ex veteribus Grammaticis, qui eorum auctoritate ſæpe utuntur. *Scaliger.*

17. *Quem Claranus*] *Clarani* Grammatici meminit Martialis in libri decimi Eprigramm. viceſimo primo: idemque poteſt eſſe *Claranus*, de quo condiſcipulo ſuo plura Seneca in Epiſtola ſexageſima ſeptima ad Lucilium. *Vinetus.*

18. *Quem Scaurus*] Duo fuiſſe *Scauros* Grammaticos ex Vero Iulii Capitolini didicimus. Patrem nimirum, & filium. Pater Hadriani Cæſaris, filius Antonini Veri præceptor fuit. Quæ illi ſcripſerunt Grammatica (citantur ab Aulo Gellio, Diomede, & aliis) & commentaria in Horatium, Virgilium, & Terentium, nuſquam exſtare puto. Tantum vidimus Quincto Terentio *Scauro* quædam inſcripta de Orthographia. Alii fuerant *Scauri* doctrina, & eloquentia nobiles, qui nihil ad hunc locum. *Aſprum* autem Grammaticum memorant Macrobius, Priſcianus, Cariſius: commentariaque audimus illum in Virgilium ſcripſiſſe. *Vinet.*

19. *Quique notas ſpur. verſibus appoſuit*] Scribo: *oppoſuit*. Gronovius.

20. *Solus qui Chium*] Eleganter Auſonius Vrſulum Græcæ linguæ & Latinæ Profeſſorem, ad vinum alludens, *Chium miſcere* dixit *& Ammineum*. *Chium* enim vinum Græcum eſt, *Ammineum* latinum. Ita lepida & jucunda tranſlatione, quod voluit, ſignificavit, ornatiore verſu, quam ſi recte aperteque rem ſuo appellaſſet vocabulo. *Turnebus.* ad imitationem Horatii lib. 1, Satyr. x:

--- At ſermo lingua concinnus utraque
Suavior: ut Chia nota ſi commiſta Falerni eſt.

21. *Et Amineum*] Hoc verbum Grammaticis plurimum faceſſit negotii. Vitis *Aminea*, & *Aminei* vini meminerunt Virgilius, Columella, Plinius avunculus, Vopiſcus, Macrobius, Ariſtoteles, Galenus, & alii. Vopiſcus in Floriano Imperatore: *Vitis, quæ uvas amineas albas ferebat, eo anno, quo ille Imperium meruit, purpuraſcere plurima purpura cœpit.* Sic Servius, vinum *Aminæum* album eſſe ſcribit, & dictum quaſi ſine minio. Refragatur Ioannes Pierius: nigrumque eſſe potius oſtendit ex Plinio, & aliis. Ariſtoteles in Politicis, & Macrobius tertio Saturnaliorum, *aminæam* vitem à regiono cognominatam volunt: Ille, quod in Italiam advecta ſit ex Aminæorum patria, qui Theſſaliæ populi fuerunt: hic, quod Aminæi populi fuerunt in Italia, ubi Falernum. Verum Galenus non tantum, quæ in Falerno, Italiave, ſed etiam quæ in Aſia naſcuntur vina, *Aminæa* appellat. Sic enim in quincto *περὶ ὑγιεινῶν*, ubi de vario Vinorum diſputat

ingenio. *Adrianum*, inquit, *& Sabinum, & Albanum, & Gauranum, & Trifolinum, quotquotque Aminaa* (unico *m*, & per diphthongum ſcribitur illic hoc verbum, quod apud Auſonium invenio per duo *mm*, ſcriptum, & ſine diphthongo) *per Italiam generantur, circaque Neapolim, & per Etruriam.* Et paulo poſt: *Τοιοῦτοι δ' εἰσὶν οἱ ἀπὸ τῆς Βιθυνίας Ἀμιναῖοι.* Quod ſi à regione hoc inditum nomen eſt, ut illi voluerunt, ex his Galeni colligemus, neceſſe eſſe, quod nulla regio fuerit, quæ peregrinis illis vitibus caruerit. Auſonius autem hoc loco *Amminaum* vinum Italiæ attribuit: qui per *Chium*, Græcas literas, per *Amminaum* Latinas intellexit: ut Ariſtotelem per Rhodium, & Lesbium vinum, Menedemum Rhodium, & Theophraſtum Lesbium deſignaſſe ſcribit Aulus Gellius tertiodecimo noctium Attic. *Vinetus*.

[1] AVSONIVS PONTIO PAVLINO.

Epiſtola XIX.

[2] CONdiderat jam ſolis equos Tarteſſia [3] Calpe:
[4] Stridebatque freto Titan inſignis Ibero:

Iam

1. *Auſonius Pontio Paulino*] *Paulino* huic alterum nomen eſt *Pontius* in verſu centeſimo & tertio Epiſtolæ viceſimæ quartæ. Paulinum Pontium appellat Sidonius eum, quem ſcribit Burgum in agro Burdigalenſi ad fluvium Duranium, oppidulum, mœnibus primum cinxiſſe. Qui poteſt idem videri Paulinus. Idem Sidonius eum, ad quem mittit carmen illud de Burgo, Pontium Leontium nominat in titulo: in epiſtola vero duodecima libri octavi, Leontium tantum principem Aquitanorum: ſed filium ejus, ut arbitror, Paulinum: quare *Paulinus* hic eſt ad quem ſcribit Auſonius, videtur hic tribus fuiſſe nominibus dictus, Pontius, Paulinus, Leontius. Inter Burdigalenſes Grammaticos memorat Auſonius Leontium cognomento Beatum: & duos Leontios viros in primis nobiles, Burdigalenſes Epiſcopos celebravit Epigrammatibus Fortunatus Ravennas, annis poſt Auſonium centum & quinquaginta: verum quicunque, & quotquot fuerint hi Paulini, Pontii, Leontiique, & quæcunque illorum nomina, ſive una gens, ſive plures, credimus Burdigalenſes fuiſſe cunctos. Ad medium priſcæ Burdigalæ ſeptentriones ſpectantem murum, ubi illuſtriſſimus Candaliæ Comes ædes habet, locus eſt, quod *Podium Paulini* vulgo vocitatur. Paulinæ gentis domicilium ibi olim fuiſſe creditur, in editiſſima urbis parte. unde *Podium* appellatum. Sic enim Galloromani tumulum collemve vocamus. multaque ſunt loca in Gallia noſtra, quæ ab hac Podii ſignificatione propriam ſunt appellationem ſortita. Paulinam ergo gentem habuit Burdigala, in primis nobilem, & potentem, in eaque clariſſimum hunc *Paulinum Pontium*, virum conſularem, eximie doctum, & pium. de quo hæc mihi comperta puto: quæ cum iis conferri poterunt, quæ de illo Petrus Crinitus, Iodocus Badius, Lilius Gregorius, & Georgicus Fabricius ambigentes nuper ſcripſerunt. Pontii Paulini Burdigalenſis, ad quem exſtant Auſonii Burdigalenſis, & ejus ipſius ad Auſonium literæ aliquot, hujus ſunt Epiſtolæ illæ quatuordecim ad Severum, quas Iodocus Badius Aſcenſius Lutetiæ

primus

primus formis emiſit, anno Chriſti milleſimo quingenteſimo decimo & quincto. Barcinonenſis namque ſeceſſus ſui in illarum ſexta, quo Badius edidit ordine, facit mentionem: de quo plura Auſonius in Epiſtolarum 23. & duabus ſequentibus, ipſeque adeo *Paulinus* in ſua prima, qua reſpondet Auſonio. Severus autem hic, eſt ſine dubitatione, presbyter ille Severus, cognomento Sulpicius, homo Aquitanus, multorum ſcriptorum auctor, in quibus quod memorat Gennadius de Beato Martino, id etiam memorat Paulinus in earum ad Severum Epiſtolarum quincta, & decima: ut & hoc arguat, quis hic ſit Severus Paulini amicus. Ejuſdem Paulini ſunt & quinque ad Delphinum, & ſex ad Amandum Epiſtolæ: de quorum poſteriore quædam ſcripſiſſe meminimus in carmen de Burdigala. Delphinus vero Burdigalæ pontifex erat, quo tempore Hiſpanus ille Priſcillianus Chriſtianam rem ſuis deliramentis turbabat, ad annum Chriſti trecenteſimum & octogeſimum quinctum. Eum enim nominat in iſtarum turbarum relatione, Severus Sulpicius libro poſteriore ſacræ Hiſtoriæ. Ejuſdem quoque Paulini ſunt duæ ad Victricium Epiſtolæ, in quibus Nolæ, Romæ, Rotomagi, Viennæ mentio fit. tum quæ in editione Badiana ſequuntur ad Aprum, Iovium, & alios. Carmen Iambicum, ad Cytherium: ubi Capuæ, & Nolæ ſuæ meminit. elegia de Celſo: in qua extrema Theraſim nominat, quemadmodum & in titulis, ſecundæ ad Severum, ſecundæ & tertiæ ad Aprum, & in aliis inter Auguſtini Epiſtolas. decem Natales Felicis Nolani Epiſcopi: quorum meminit in extrema nona ad Severum. Sapphicum carmen de Niceta Daco. Ad hæc vita Ambroſii Mediolanenſis, quem putat Sigebertus mortem obiiſſe anno Chriſti quadringenteſimo & tertio: & quæ inter Auguſtini Epiſtolas exſtant literæ aliquot ad Auguſtinum. Alia ejus ſcripta memorat Gennadius: quæ hauddum mihi videre contigit, nec quod poëma de Regibus in his litteris ſe ab eo accepiſſe ſcribit Auſonius: ceterum quæ recenſui, hæc quin ſint ejuſdem Paulini Burdigalenſis omnia, dubitare non debuit Petrus Crinitus. Quem merito reprehendere videtur Badius, quod ex ſtilo judicans duos fecerit Paulinos, unum Burdigalenſem civem, Nolanum Epiſcopum alterum. Idem namque Hortenſius magis floruit dicendo, adoleſcens, quam ſenior: & Chriſtiana pietas, grandia iſta, ſublimia, & fucata, reſpuit: humilibus, veriſque gaudet magis. Iam quæ de vita & moribus *Paulini* ex ejus ipſius, & Auſonii, Ambroſii, Hieronymi, Auguſtini, aliorumque æqualium ſcriptis cognovi, breviter perſtringam. Illi cum Auſonius dixiſſet in Epiſtolarum Auſonii viceſima quarta:

— Ego ſum tuus altor, & ille
Præceptor primus, veterum largitor honorum,
Primus in Aonidum qui te collegia duxi,

Reſpondit Iambico Carm. Paulinus:

Tibi diſciplinas, dignitatem, literas,
Lingua, & toga, & fama decus,
Provectus, altus, inſtitutus, debeo.

Ibique Auſonium, *patronum*, *præceptorem*, *patrem* appellavit, ac multis aliis in locis. Conſul Romanus ante Auſonium fuit, ut cognoſces ex Epiſtola viceſima, hoc eſt ante annum Chriſti trecenteſimum octogeſimum ſecundum, ſed extraordinarius, ut dicemus: eumque magiſtratum Auſonii opera videtur adeptus. Vxorem habuit *Theraſiam*, non minus viro piam & ſanctam. Neſcio quoto ætatis anno poſt Conſulatum religionem Chriſtianam ſit profeſſus, ſed eum ſignificat primæ ad Delphinum Burdigalenſem Epiſcopum titulus Epiſtolæ, ab hoc Delphino fuiſſe baptizatum: unde illum in iis literis, & in tertiadecima ad Severum, *dominum* & *patrem* vocat. Religioni

ligioni autem quum in patria libere vacare non poſſe ſe videret, ſeceden-dum cenſuit. Barcinonenſis ejus ſeceſſus (urbs eſt, ut dicemus, Hiſpaniæ Barcino) mentio fit in Epiſtolis Auſonii viceſima prima, & viceſima quarta: cujus & ipſe meminit Auſonio reſpondens Epiſtola prima, & in extrema ad Severum ſexta. Italici vero, & Campani, & Nolani, (provincia eſt Italiæ, Campania, & Campaniæ urbs Nola)pluribus locis mentionem fecit *Paulinus*, ut in Epiſtola prima ad Severum: ubi ſe dicit panem Campanum de cellula ſua Severo miſiſſe, quem rogat, ut ad ſe in Campaniam è Gallia vinum vetus pervehendum curet: *quod Narbone adhuc nos*, inquit, *habere credimus*. Ex quibus verbis illum apparet ante Narbone aliquandiu, relicta patria, degiſſe, quam in Campaniam ſe contuliſſet. in decima ad eundem Severum, in ſecunda ad Delphinum, in ſecunda ad Victricium. Et literas illas ad Severum Sulpicium, ſi, quo Badius edidit ordine, eodem ſcirem fuiſſe ſcriptas, dicerem Paulinum è patria ſua in Italiam primum ſeceſſiſſe: inde in Hiſpaniam veniſſe, ac rurſus in Italiam conceſſiſſe: qui & in Epiſtola illa ſexta hoc mihi ſignificare videtur, quum ſic ſcribit ad Severum Sulpicium, qui tunc erat Eluſæ Aquitaniæ Civitate, unde Eluſanam plebem dixit idem Severus in Hiſtoria de Priſcilliano hæretico, & Eloſates o pro u vetus provinciarum nomenclator in recenſendis Populaniæ Civitatibus: *Nos modo in Barcinonenſi, ut ante ſcripſeram, civitate conſiſtimus, poſt illas literas, quibus reſcripſiſti, die Domini, quo naſci carne dignatus eſt, repentina, ut ipſe teſtis eſt, vi multitudinis, ſed, credo, ipſius ordinatione, correptus, & presbyteratu initiatus ſum. fateor, invitus, non faſtidio loci. nam, teſtor ipſum, quia & ab adituí nomine, & officio, optavi ſacram incipere ſervitutem. ſed ut alio deſtinatus, alibi, ut ſcis, mente compoſitus, & fixus, novum inſperatumque placitum divina voluntatis expavi.* & paulo poſt: *Nam ea conditione in Barcinonenſi Eccleſia conſecrari adductus ſum, ut ipſi Eccleſiæ non alligarer, in Sacerdotium tantum Domini, non etiam in locum Eccleſiæ dedicatus.* Ceterum hæc ut habeant, dubitet interim nemo, Aquitanus ille *Paulinus*, quem Nolanæ urbis ſecretum delegiſſe ſcribit Divus Ambroſius, quin ſit noſter hic Burdigalenſis Paulinus, poſtquam Burdigala ex clariſſimis Aquitaniæ Civitatibus ſemper fuit. Tanti auctoris verba ſunt in literis ad Sabinum Epiſcopum libro ſexto Epiſtolarum: *Paulinum ſplendore generis in partibus Aquitaniæ nulli ſecundum, venditis facultatibus tam ſuis quam conjugalibus, in hos ſe induiſſe cultus ad fidem comperi, ut ea in pauperes conferat, quæ redegit in pecuniam: & ipſe pauper ex divite factus, tanquam deoneratus gravi ſarcina, domui, patriæ, cognationi quoque vale dicat, quo impenſius Deo ſerviat. Elegiſſe autem ſecretum affirmatur Nolanæ urbis, ubi tumultum fugitans, ævum exigat. Matrona quoque virtuti & ſtudio ejus proxime accedit, neque à propoſito viri diſcrepat. Denique tranſcriptis in aliorum jura ſuis prædiis, virum ſequitur: & exiguo illic conjugis contenta ceſpite, ſolatur ſe religionis, & caritatis divitiis. Soboles eis nulla, & ideo meritorum poſteritas deſiderata. Hæc ubi audierint proceres viri, quæ loquentur? Ex illa familia, illa proſapia, illa indole, tanta præditum eloquentia, migraſſe à Senatu*, & quæ ſequuntur. Auguſtini vero illa primo de Civitate Dei, de quo alio Paulino intelligas? *Unde Paulinus noſter Nolenſis Epiſcopus ex opulentiſſimo divite, voluntate pauperrimus, & copioſiſſime ſanctus, quando & ipſam Nolam barbari vaſtaverunt, quum ab eis teneretur, ſic in corde ſuo, ut ab eo poſtea cognovimus, precabatur. Domine non excrucier propter aurum, & argentum. Ubi enim ſint omnia mea, tu ſcis. Ibi eum habebat omnia ſua, ubi eum condere, & theſaurizare ille monuerat, qui hæc mala mundo ventura prædixerat.* Ita multis locis Ambroſius, Hieronymus, Auguſtinus Paulini noſtri genus, eruditionem,

tionem, pietatem, commendaverunt, eundemque quanti etiam faceret Martinus ille Turonenſis Epiſcopus, ſic refert Sulpicius: *Præſtantiſſimumque nobis præſentium temporum illuſtris viri Paulini exemplum ingerebat: qui ſummis opibus abjectis, Chriſtum ſecutus, ſolus pene his temporibus Euangelica præcepta compleſſet. Illum nobis ſequendum, illum clamabat imitandum: beatumque eſſe præſens ſeculum, tanta fidei virtutiſque documento, cum ſecundum ſententiam Domini, dives, & poſſidens multa vendendo omnia, & dando pauperibus, quod erat facto impoſſibile, poſſibile feciſſet exemplo.* Hæc ille. Qui ubi ſit, mortuus, neſcio, niſi forte Nolæ ſuæ, unde Romam tranſlatum corpus ejus, & in æde Bartholomæi collocatum, ſcribat Raphaël Volaterranus: neque quoto ætatis, neque quibus Conſulibus. Romam in chronicis legimus captam fuiſſe à Gothis anno CHRISTI quadringenteſimo & & duodecimo, ac annis poſt quadraginta quatuor, hoc eſt anno CHRISTI quadringenteſimó quinquageſimo ſexto, ab Vandalis: qui ex Africa, quam tenebant, in Italiam trajecerant. Scripſerunt ergo quidam, ſed qui poſt tempora hæc fuerunt, Nolam ea tempeſtate captam quoque fuiſſe, & direptam ejuſque Epiſcopum Paulinum, quicquid habebat pecuniæ, in redimendos captivos inſumpſiſſe: & quum deficeret pecunia, viduæ pauperis, cujus filius in Africam captivus aſportatus fuerat, lacrymas miſeratum, in Africam cum ea trajeciſſe: & ſua captivitate ibi captivum redemiſſe, ipſum tamen poſtea, ob eximiam perſpectam pietatem à barbaris liberatum, Nolamque cum ſuis omnibus remiſſum. De quo dubitari video, an ſit idem *Paulinus*: quum hanc Nolæ vaſtationem ab illa, de qua mentionem fecit Auguſtinus diverſam eſſe liqueat. Mortem namque obivit Auguſtinus, anno CHRISTI, ut ſunt Proſperi rationes, quadringenteſimo & triceſimo tertio, & ſic annis viginti tribus ante Vandalicam tempeſtatem. Quare priorem illam cladem Nolanam Ludovicus Vives cenſet Gothis attribuendam, quibus temporibus hi Romam primum ceperunt. De *Paulino* ergo, qui Vandalis Italiam populantibus, Nolanorum fuit pontifex, quæritur, ſitne Burdigalenſis Paulinus, quem Ambroſius, Hieronymus, Auguſtinus, Nolæ viderunt Epiſcopum, an aliquis alius Paulinus, qui Burdigalenſi illic ſucceſſerit? Burdigalenſis namque Paulin. ante Auſonium Conſul fuit, hoc eſt ante nati Chriſti annum trecenteſimum & octogeſimum ſecundum, ut ante diximus. inter quem annum, & annum direptæ à Vandalis Nolanæ civitatis, interſunt anni minimum ſeptuaginta quatuor, non exiguus annorum humanæ vitæ numerus. At illum plus eo vixiſſe neceſſe eſt, poſtquam ante Auſonium Conſul fuit. ſed de cujus longa ætate nihil quicquam legere meminimus. Scripſit Proſper Hieronymum, qui ad hunc Paulin. ſcripſit de inſtitutione Monachi, ubi eum appellat *Symmyſten*, & *ſodalem*, & *amicum*, ac, ut arbitror, præfationem illam in ſacros libros, nonaginta unum annum vixiſſe. ad quem annum poteſt noſter Paulinus in eodem vitæ genere perveniſſe: & ſic natus fuiſſe annos minimum decem & ſeptem, quum fuit Conſul Auſonius. eaque ætate conſulatum geſſiſſe: poſtquam iſti Cæſares pro libidine ad hunc magiſtratum ſolebant quoſque evehere, infantes etiam, & equos ſuos, ut Iovianus Varronianum filium ſuum parvulum, & Caligula *Incitatum* equum ſuum. Sed poſſunt hæc de viduæ filio, aliquo ante tempore contigiſſe. Gregorius qui hanc pluribus refert Hiſtoriam in principio tertii libri Dialogorum, quæ & in quibuſdam Pauli diaconi Aquilejenſis exemplaribus invenitur, iis Vandalorum temporibus plus centum & quinquaginta annis poſterior fuit: & miror, quod antiquiorem ſe ejus rei auctorem

rem non citet. Fratrem hic habuit, cujus meminit Auſonius in extrema Epiſt. viceſima tertia, quæ ad ipſum eſt *Paulinum* ſcripta: *Hebromani jam tecta ſubit. jam prædia fratris ingreditur.* Cujus fratris filius videri poſſet is Paulinus, cujus exſtat ſexcentorum fere verſuum carmen Euchariſticon Deo, opus in primis pium. in quo ſe dicit Pellæ in Macedonia, quum Proconſul eam provinciam adminiſtraret, genitum, Burdigalam majorum ſuorum patriam vidiſſe diripi à Gothis, rege Attulfo, ac incendi. Quod contigit circiter annum Chriſti, quadringenteſimum & ſextum decimum. Burdigalenſes autem Paulini, nemini eſſe dubium puto, quin ab Roma oriundi fuerint. Plinius in principio Naturalis Hiſtoriæ, *Suetonium Paulinum* vidiſſe ſe Conſulem dicit, qui primus Romanorum ducum Atlantem montem ſit transgreſſus. Memorat Plinius junior in Epiſtola nona libri quarti, & alibi, *Valerium Paulinum*, atque *Lolliam Paulinam* Caligulæ conjugem Suetonius. Quod nomen invenitur in antiquis inſcriptionibus gemino *ll* ſæpius, quam ſimplici ſculptum: ſicut & ſuum primitivum PAVLLVS frequentius, quam PAVLVS, ut Ioannes Pierius jampridem monuit in caſtigationibus Virgilian. *Vinetus.*

2. *Condiderat jam Solis equos*] Eodem modo eſt παρεκβολὴ apud Senecam ἐν ἀποκολοκυντώσει.

Iam Phœbus breviore rota contraxerat orbem.

Poſt longam deſcriptionem ſubjungit: *Puto magis intelligi, ſi dixero: menſis erat October.* Eadem etiam apud Fulgentium in Mythologicis:

Solverat ignivomos mundi regione peracta.

Poſt eam deſcriptionem adjicit: *Et, ut in verba pauciſſima conferam, nox erat.* Ita hic Auſonius poſt hanc deſcriptionem addit: *Neſcis, puto, quid velim tot meis verſibus*, &c. Vtinam vero ſaltem *Paulini Epitomen* haberemus, poſtquam injuria temporum *Suetonium* ipſum nobis invidit. *Scaliger.*

3. *Calpe*] Altera ex Columnis Herculis, mons ſcilicet Hiſpaniæ ad fretum Gaditanum, & oceanum occiduum. Ταρτησσὸς, ejuſdem occiduæ Hiſpaniæ urbs, ſicut diximus in Epiſtolam decimam. Hujus autem Epiſtolæ titulus erat in Tiliano codice, Badiana editione, & aliis quibuſdam, AVSONIVS *Pontio Paulino, quum ille miſiſſet poëmation verſibus plurimis de regibus ex Tranquillo collectis.* Vinetus.

3. *Marteſſia Calpe*] Mons Hiſpaniæ notiſſimus. Feſtus Avienus:

--- Scopuli ſtant ardui utrinque
Vnus in Europam; Lybiam procul aſpicit alter.
Sic diſcreta freto procera cacumina celſis
Emicuere jugis, ſic intrant ſaxa profundum:
Sic ſubeunt nubes; ſic cælum vertice fulcit
Maura Abila, & dorſo conſurgit Iberica Calpe.

Ita enim legend. pro *deſerta freto.*

4. *Stridebatque*] Cleomedes libro ſecundo de Mundo, ridet Epicurum, & illos, qui dixerint ſolem, reliquoſque ſempiternos illos ignes in Hiſpano, & occiduo mari, extingui: ut qui facile credidiſſent, quod Hiſpani retuliſſent, audire ſe, quum Sol occideret, talem ſonitum, qualis candente ferro in aquam merſo editur. *Vinetus.*

4. *Stridebatque freto*] Ita credidere veteres, aut ſaltem finxerunt. Florus lib. II, cap. XII, de Bruto: *Peragratoque victor Oceani litore, non prius ſigna convertit, quam cadentem in maria ſolem, obrutumque aquis ignem non ſine quodam ſacrilegii metu ac horrore deprehendit.* Statius lib. II Sylv. in Genethl. Lucani:

Felix heu nimis & beata tellus,
Quæ pronos Hyperionis meatus
Summis Oceani vides in undis
Stridoremque rotæ cadentis audis.

D. Hieronymus Comment. in Eccleſiaſten cap. I: *Sol ipſe, qui in lucem mortalibus datus eſt, interitum mundi ortu*

Iam ſuccedentes quatiebat Luna juvencas:
Vinceret ut tenebras radiis, velut æmula fratris.
Iam volucres, hominumque genus ſuperabile curis,
Mulcebant placidi tranquilla oblivia ſomni.
Tranſierant idus, medius ſuprema december
Tempora venturo properabat jungere Iano.
Et nonas decimas ab ſe nox longa kalendas
Iugiter acciri [5] celebranda ad feſta jubebat.

Neſcis, puto, quid velim tot verſibus dicere. medius fidius neque ipſe bene intelligo: [6] tamen ſuſpicor. Iam prima nox erat ante diem nonumdecimum kalendarum Ianuariarum, quum reddita ſunt mihi litteræ tuæ oppido quam litteratæ. His longe jucundiſſimum poëma ſubdideras, quod de tribus Suetonii libris, quos ille de regibus dedit, in epitomen coëgiſti, tanta elegantia, ſolus ut mihi videare aſſecutus, quod contra rerum naturam eſt, [7] brevitas ut obſcura non eſſet. In his verſibus ego iſta cognovi.

Europamque Aſiamque duo vel maxima terræ
Membra. quibus [8] Lybiam dubie Salluſtius addit,
Europæ adjunctam: poſſit quum tertia dici:
Regnatas multis, quos fama obliterat: & quos

Barba-

ortu ſuo quotidiano indicat & occaſu. Qui poſtquam ardentem rotam oceano tinxerit, per incognitas nobis vias ad locum, unde exierat regreditur: expletoque noctis curriculo: rurſum de thalamo ſuo feſtinus erumpit. Claudianus in laude Serenæ reginæ:

Quid dignum memorare tuis Hiſpania terris
Vox humana valet? primo levas æquore ſolem
India: tu feſſos exacta luce jugales
Proluis, inq; tuo reſpirant ſidera fluctu.

Iuvenalis Sat. XIV, ỳſ. 279:

--- Sed longe Calpe relicta
Audiet Herculeo ſtridentem gurgite ſolem.

Vbi Scholiaſtes: *Gaditano Oceano ſol mergens ſtridet, ut ſi ferrum candens in aquam tinguas.*

5. *Celebranda ad feſta*] Saturnalia quæ ex edictis Cæſarum, à ſextodecimo Calendarum Ianuariarum die cœpta, in quartum decimum deſinebant, quo die uno fieri ante conſueverant. Macrobius primo Saturnaliorum. *Vinetus.*

6. *Tamen ſuſpicor*] Hoc puto me velle dicere, nempe quod erat prima nox. Simile Seneca in eo, quod ſcripſit de Claudio Cæſare: & Fulgentius in præfatione mythologicorum. *Vinet.*

7. *Brevitas ut obſcura*] *Brevis eſſe laboro, obſcurus fio, ---* ait Horatius de arte Poëtica. *Id.*

8. *Lybiam*] Africam Salluſtius in Iugurthino: *In diviſione orbis terræ plerique in parte tertia Africam poſuere. pauci tantummodo Aſiam, & Europam eſſe,*

Barbara Romanæ non tradunt nomina linguæ,
Illibanum, Numidamque Avelim, [9] Parthumque Vononem,
Et [10] Caranum, [11] Pellæa dedit qui nomina regum.
[12] Quique magos docuit myſteria vana Necepſus:
[13] Et qui regnavit ſine nomine mox Seſooſtris.

Hæc tu quam perite, & concinne, quam modulate, & dulciter; ita juxta naturam Romanorum accentuum enuntiaſti, ut tamen veris, [14] ac primigeniis vocibus ſua faſtigia non perirent. Iam quid de eloquentiâ dicam? liquido adjurare poſſum, nullum tibi ad poëticam facundiam Romanæ juventutis æquari. Certe ita mihi videris. ſi erro, [15] pater ſum, fer me: & noli exigere judicium, obſtante pietate. Verum quum pie diligam, ſincere ac ſevere judico. Affice me, oro,

eſſe, ſed Africam in Europa. Vinetus.

9. *Parthumque Vononem*] Cornelius Tacitus ſecundo Hiſtoriæ Auguſtæ refert, quomodo *Vonones* ſit *Parthorum rex* factus, regno pulſus, & interfectus. *Vinet.*

10. *Caranus*] Fuit unus ex Heraclidis, qui venit in Macedoniam, & in ea regnavit. Ab eoque poſteritas, & nepotes uſque ad Philippum Amyntæ. *Scaliger.*

10. *Et Caranum*] In Macedonia ſucceſſiſſe *Caranum* Macedoni Deucalionis filio memoriæ prodidit Solinus. Iuſtinus vero ex Trogo libro ſeptimo, *Caranum* hunc tradit primum Macedoniæ regem fuiſſe. Idem facit & Titus Livius libro quadrageſimo quincto. *Vinetus.*

11. *Pellæa dedit*] Πέλλα, Macedoniæ Metropolis, Philippi, & Alexandri filii patria, ut Strabo, Mela, & alii ſcribunt. *Vinet.*

12. *Quique*] Et qui *Nechepſus.* Sic malim legere, quam *Nechepſi*, ut alia habent exemplaria, & legit Petrus Crinitus ultimo capite undeviceſimi. In quo nomine, hoc amplius invenio vitii, quod prima ſyllaba modo *e*, modo *i* habet: & ſecunda modo aſpirata, modo ſine ſpiritu. Eſt enim *Necepſos* rectus apud Plinium ſecundo Naturalis Hiſtor. *Necepſos* & *Nichepſos* in iiſdem Latinis Euſebii Chronicis, utrocumque modo ſcripſerit Iulius Firmicus, quod in ejus Chaldaicis varie corruptum offendi. Sunt autem aliquot *Nichepſi* apud Euſebium, Ægypti reges: quorum unus dicitur *magicæ* artis peritus fuiſſe, & ſcripta medicinalia ediſſe, quæ viderat Euſebius. Petoſiridis nomine ad *Necepſum* regem circumfertur Epiſtola de ratione præſciendi futura ex literis nominis cujuſque, quibus numeri deſignari ſoleant. *Vin.*

13. *Et qui regnavit*] Hic ejuſdem Ægypti rex, Σῶ[illegible]εις apud Suidam. Σεσώστρις apud Strabonem, Herodotum, Lucanum, & Valerium Flaccum. Primo Bibliothecæ Diodori Siculi, teſte etiam Tzetze. Hic Lybiam, Æthiopiam, Arabiam, Aſiam bello domuit, ſed quem ſucceſſorem in regno habuit filium, hunc tanto patre dignum nihil geſſiſſe, Herodotus, & Diodorus dicunt. *Idem.*

14. *Ac primigeniis vocibus*] Nominibus ipſis barbaris. *Id.*

15. *Pater ſum*] Non natura *pater*, ſed inſtitutione, ætate, amore. *Idem.*

16. *Mellea*

vro, tali munere frequenter: quo & oblector, & honoror. Acceſſit tibi ad artem poëticam [16] *mellea modulatio. Quid enim aliud agunt,*

[17] Audax Icario qui fecit nomina ponto,
[18] Et qui Chalcidicas moderate enavit ad arces,

niſi ut & vegetam, & ſublimem alacritatem tuam, temeritatem voces: me vero, & conſultum, & quem filius debeat imitari, ſalutari prudentia præditum dicas? Quod equidem contra eſt. Nam tu ſumma ſic appetis, ut non decidas: ſenectus mea ſatis habet, [19] *ſi conſiſtat. Hæc ad te breviter, & illico, veſperis illius ſecuto mane dictavi. Ita enim tabellarius tuus, ut epiſtolam referret, inſtabat. Nam ſi mihi otium*

16. *Mellea modulatio*] Prior lectio, *adulatio*. mutaſſe videntur eam putantes Auſonii non Paulini eſſe verſus qui ſtatim ſequuntur:

Audax Icario qui fecit nomina ponto,
Et qui Chalcidicas moderate enavit ad arces.

Quorum teſtimonio, Paulini adulatio poëtam non præteriit. Sed eam *melleam*, quam pernicioſam felleamque mavult dicere, patrio affectu. Habet enim hoc Auſonius commune tum cum pluribus, tum vel maxime cum Symmacho, ut videlicet, quos fratribus, filiiſve ſuis libenter annumeret *fratres*, *filioſve* nuncupet: *Quid ergo*, inquit, *agunt aliud hi duo verſus, niſi ut tu vegetam alacritatem tuam, temeritatem voces? me vero & conſultum, & quem filius debeat imitari, ſalutari prudentia præditum dicas?* Arrogantiam itaque Paulinus vitans tanquam *Icari* ſuam ipſius audaciam redarguere; Auſonio vero deblanditus moderationem patris *Dædali* in eo collaudare, videri voluerat his verſibus, qui ſoli huc adducti, atque ab ordine cæterorum ſejuncti, inſpectionis negotium exhibent. Excludendus eſt & ille titulus, qui verſibus ſubditur, adventantis noctis periphraſin continentibus. quos eodem propemodum filo Planciades Fulgentius æmulatur. *Mariang. Accurſius.*

17. *Audax*] *Icarus* Dædali filius quando decidit. Dixerat Ovidius elegia prima primi triſtium:

Dum petit infirmis nimium ſublimia pennis
Icarus, Icariis nomina fecit aquis.

Vinetus.

18. *Et qui Chalcidicas ad arctos*] Vetus lectio, *ad arces*. Librarii utram eligerent, rectam putarunt, quod de ipſo Dædalo apud Virgilium legerint:

Inſuetum per iter gelidas enavit ad arctos,
Chalcidicaque levis tandem ſuperaſtitit arce.

ſimul autem non viderunt, quam non deceat, ſeptentrionem vocari *Chalcidicum*. Mariang. Accurſius.

18. *Et qui Chalcidicas*] *Dædalus*. Virgilius in principio ſexti Æneidos, *Chalcidicam arcem* dixit Cumas urbem Italiæ: quo ex Creta fugit Dædalus. Se ergo modeſte Icarum appellabat Paulinus, Auſonium Dædalum. *Vinetus.*

19. *Si conſiſtat*] Laberius:

Non poſſunt primi eſſe omnes omni in tempore.
Summum ad gradum cum claritatis veneris,
Conſiſtes ægre: & citius quam deſcendes, decides.

otium fuerit, [20] *oblectabile negocium erit ad te prolixius deliƒrare,* [21] *te ut eliciam, mihi ut ſatisfaciam, Vale.*

20. *Oblectabile*] Iucundum. Alibi non memini hoc vocabulum legere. *Vinetus.*

21. *Te ut eliciam*] Fortean codices olim ſcripti: *Tuutelicıam*, pro *tua ut eliciam.* Sic ſupra Epiſt. XII: *Verſus meos dum putas elici, repreſſiſti.*

Epiſtola XX.

[1] PAVLINO AVSONIVS. Metrum ſic ſuaſit, ut eſſes

Tu prior, & nomen prægrederere meum.
[2] Quanquam & faſtorum titulo prior, & tua Romæ
Præceſſit [3] noſtrum ſella curulis ebur.
Et quæ jamdudum tibi palma poëtica pollet,
[4] Lemniſco ornata eſt, quo mea palma caret.

[5] Lon-

1. *Paulino Auſonius*] In literatum titulis, ſcribentis nomen debet præponi, ut Πλάτων Διονυσίῳ, Ἀριστοτέλης βασιλεῖ Ἀλεξάνδρῳ. *Marcus Cicero Conſulibus, Pratoribus, Tribunis plebis, Senatui, populoque Romano. Cajus Plinius Trajano Imperatori ſalutem dicit.* Hæc paraſitica ſunt nec Græca, nec Latina. *Imperatori Domitiano Martialis ſalutem. Reverendo Epiſcopo Eraſmus S. P. D.* Vinetus.

1. *Paulino Auſonius*] Epiſtolæ hujus inſcriptionem ita mutari debuiſſe ratio nos ipſa docuit.

2. *Quanquam & faſtorum*] *Conſulum* duo genera *Ordinarii* & *Suffecti. Ordinarii*, qui principio anni, hoc eſt Calendis Ianuariis Conſulatum inibant. *Suffecti* vero, quos & *minores* interdum appellatos fuiſſe Dio tradit, hi erant qui ordinariis eodem anno ſubſtituebantur, vel ipſis adeo ſuffectis. Per Ordinariorum, & raro per ſuffectorum Conſulum nomina, anni, & tempora, quibus res geſtæ fuerant, ſignificabantur. fueruntque Conſules ordinarii, qui in Aurelii Caſſiodori, & aliorum quorundam Chronicis nominantur. In quorum ullo quia *Paulini Pontii* nomen non invenio, Conſulem non ordinarium ſed ſuffectum fuiſſe credo. Sic & de Quinctiliano cenſuimus in Gratiarum actionem. *Vinetus.*

3. *Noſtrum ebur*] Meam *ſellam curulem praceſſit tua*, hoc eſt, tu ante me Conſul fuiſti. *Vinet.*

4. *Lemniſco ornata eſt*] Tu melior poëta, quam ego. *Lemniſcum*, Siculum facit Heſychius: Λεμνίσκους, τὰς στεφὰς Συρακούσιοι ταινίας. Latinam originem dediſſe videtur Feſtus Pompejus: *Lemniſci*, inquit, *id eſt, faſciola coloriſa dependentes ex coronis, propterea dicuntur, quod antiquiſſimum fuit genus coronarum lanearum.* Ita ibi quædam exemplaria, alia pro *coloriſa*, *coloriſca* habent. *Coloria* legiſſe puto Laurentium Vallam, & Nicolaum Perottum: qui ſcribunt, *Colorias* veſtes eſſe appellatas, quæ ex lana non tincta, ſed nativo colore, alba, nigra, rufave ſint factæ. At non unius generis fuit iſtarum tæniarum materia. Plinius ſextodecimo Naturalis Hiſtoriæ de Tilia arbore: *Inter corticem, & lignum tenues tunicas multi-*

[4] Longævæ tantum ſuperamus honore ſenectæ.
[5] Quid refert? cornix non ideo [6] ante cycnum.
Nec quia mille annos vivit [7] Gangeticus ales,
Vincit centum oculos, [8] regie pave, tuos.

Cedi-

multiplici membrana. è quibus vincula, Tilia vocantur. tenuiſſima earum Phylura, coronarum lemniſcu celebres, antiquorumque honore. Idem viceſimo primo: *Craſſus dives, primus argento auroque folia imitatus, ludis ſuis coronas dedit. acceſſeruntque & lemniſci: quos adjici ipſarum coronarum honos erat, propter Etruſcas, quibus jungi niſi aurei non debebant. Puri diu fuere ii. Calare eos primus inſtituit Publius Claudius Pulcher: bracteaſque etiam phylura dedit.* Hæc Plinius.



In veterum coronis qui fuerint iſti *lemniſci*, & quomodo poſiti, poſſe cognoſci arbitror ex vetuſta illa querna corona Burdigalenſis marmoris, cujus effigiem damus. *Palmas lemniſcatas* dixit Cicero in oratione pro Sexto Roſcio Amerino, quas *lemniſci* ornarent. *Vinetus.*

4. *Lemniſco ornata eſt*] *Palma* victoribus dari ſolebant, ſed in nobiliore victoria *lemniſcis* ornabantur, ut & coronæ. de Coronis Plinius lib. XXI, cap. III: *Acceſſeruntque & lemniſci, quos adjici ipſarum coronarum honos erat.* hinc à Cicerone dicitur: *palma lemniſcata* pro Roſcio. *lemniſcum* aut *lemniſcatam* coronam ſignificaſſe Maro videtur lib. V Æneid.

Puniceis ibant evincti tempora tæniis.

Eſt autem *lemniſcus* Syracuſanum verbum, quo ſtricta anguſtaque tænia ſignificatur. Athenæus lib. VI. ἐκ τούτου περιστεραὶ καὶ φάσσαι καὶ τρυγόνες καθ' ὅλην ἐξίπταντο τὴν ὁδὸν λημνίσκοις τοὺς πόδας δεδεμέναι πρὸς τὸ ῥᾳδίως ὑπὸ τῶν θεωμένων ἁρπάζεσθαι. Turnebus lib. XVIII Adv. cap. III. Vide Scalig. lib. V de Emend. Temporum.

5. *Longæva tantum*] Sic ſe *ſenem*, *Paulinum* vero *juvenem* dicit Auſonius multis aliis locis, ut Epiſtolæ viceſimæ quartæ, verſu quadrageſimo ſeptimo, ac centeſimo & viceſimo primo. *Vinetus.*

6. *Ante cygnum*] Sic ſupra *vera magnetis*, ut vir incomparabilis emendavit. Ita *Daphne* prima brevi apud Statium lib. I Sylv. Carm. II. ſi modo vera eſt lectio, quam puto:

Hanc ſi Theſſalicos vidiſſes, Phœbe, per agros,
Erraret ſecura Daphne. ſi littore Naxi
Theſeum juxta foret hac conſpecta cubile,
Gnoſida deſertam profugus liquiſſet & Evan.

Vulgata minus eleganter:

Erraret Daphne ſecura. in littore Naxi.

7. *Gangeticus ales*] Phœnix, à Gange fluvio Indiæ. *Vinetus.*

8. *Regie pavo tuos*] *Regie*, ſic vet. cod. virili genere. quæ plenior eſt lectio ac ſincerior, quam ut legas, *Regia*, ad avem referens, quod ſolet fieri. Eſt quippe mas in eo genere ſtellata ac gemmanti cauda, non au-

 tem

Cedimus ingenio, quantum præcedimus ævo.
Aſſurgit muſæ noſtra camœna tuæ.
Vive, vale: & totidem venturos ' congere Ianos,
Quot

tem fœmina. Eleganter vero dixit in pavone *oculos*, Argi fabulam ſecutus, non rem ipſam. Quanquam eſt finiti quoque numeri pro infinito quædam ratio. Porro *phœnicem* mille annis vivere hic aſſerit: Firmianus, Claudianus, & Martialis totidem; Herodotus, Pomponius, & Poëta Ovidius quingentis. Plinius Manlium ſequutus, ſexcentis ſexaginta. Solinus, quadraginta & quingentis, Heſiodus portentoſe magis quam vere, novem ipſi corvorum ætates tribuit. Reddit & varias de ea nonnullorum opiniones Tacitus. ita plerumque in eadem re probatiſſimi authores diſſident. Quin & ſibi etiam contradicere Auſonium, decernet aliquis, quando in Ternario prius ſcripſerit, *phœnicem* novem corvorum ætates ſeneſcere. Verum ego arbitror in ea ave ipſum quoque agnoviſſe fabuloſitatem, quam & Plinius ſuſpicatus eſt, ut in corvorum, cornicumque longævitate Macrob. ideoque Heſiodi licet carmen æmulatus, cornicis, cervi, corvi, phœniciſque ætatam ſcribens, ab Heſiodo diverſus abiit, ac pro arbitrio ad ternarium, novenariumque numeros contulit, rem cenſeri nugatoriam ac fabuloſam, non ignarus. Heſiodus enim *Cornicem* novem vivere ætates hominum collegit, cervum autem cornicis quatuor, corvum ejus tres, hujus *phœnicem* novem. Nymphas denique phœnicis decem. Ejus carmina ſunt hæc:

Ἐννέα τοι ζώει γενεὰς λακέρυζα κορώνη
Ἀνδρῶν ἡβώντων. ἔλαφος δέ τε τετρακόρωνος.
Τρεῖς δ' ἐλάφους ὁ κόραξ γηράσκεται, αὐτὰρ ὁ φοῖνιξ
Ἐννέα τοὺς κόρακας. δέκα δ' ἡμεῖς τοὺς φοίνικας
Νύμφαι ἐϋπλόκαμοι κοῦραι Διὸς αἰγιόχοιο.

Auſonius autem ſic:

Ter nova Neſtoreos implevit purpura fuſos,
Et toties trino cornix vivacior ævo.
Quam novies terni glomerantem ſæcula tractus
Vincunt æripedes ter terno Neſtora cervi.
Tris quorum ætates ſuperat plebëius oſcen.
Quem novies ſenior Gangeticus anteit ales.

Hos autem verſus quiſque ſua diligentia legat. Reliquum vero nobis eſt, ut admoneamus, non videri quidem ipſos eo loco referendos quo in Gripo nunc habentur, ſed poſt ſextum ab initio verſum, ut cum hominum ætate connectantur, non ſolum monſtratu Heſiodi, verum etiam quod (ſi diligentius rem æſtimes) ſparſa, minuſque cohærentia reddantur reliqua. Durum hoc delicatioribus fortaſſe fuerit, ſed ſane fuerit, dum ne commonentem tantum me damnare audeant, atque etiam conſiderent, id quod in periocha XIV Odyſſ. quodque in Epigrammate ſeptem ſapientum indicavimus, & quod etiam in Moſella fluvio allaturi fuimus, niſi aliis interim animadverſum, imprimique curatum foret. ubi tres una ſerie in partem longe diverſam atque aviam rejecti indigne ferebantur hi verſus:

Cæruleos nunc Rhene ſinus, hyaloque virentem
Pande peplum, ſpatiumque novi metare fluenti
Fraternis cumulandus aquis, nec præmia in undis.

Mar. Accurſius.

8. *Regie pavo*] Mollius alter Voſſianus: *Regie pave, tuos.*

9. *Congere*] Alii emendarunt *con-*
ſtr.

Quot tuus, aut noſter conſeruere patres.

ſere, ſed vetus exemplar *congere*, quo propemodum ſcriptum modo ab authore facit, ut exiſtimem, quod alibi ad Georgium, ſuper iiſdem faſtis pari commutatione cavit, ne verbum idem bis inculcaretur:

Tu quoque venturos per longum conſere Ianos,
Vt mea congeſſit pagina præteritos.

Horum vero illud hemiſtichium, *venturos per longum conſere Ianos* illexiſſe arbitror in errorem. *Mariang. Accurſ.*

9. *Totidem venturos congere*] Reponendum: *conſere Ianos.* oſtendit verſus ſequens:

Quot tuus aut noſter conſeruere patres.

Grævius.

9. *Congere Ianos*] Scribendum. *conſere*, uti monuimus ad carmen de Faſtis ad Heſperium.

AVSONIVS
PAVLINO SVO
S. D.
Epiſtola XXI.

QVanto me affecit beneficio, non delata quidem, ſed [1] *ſuſcepta querimonia mea, Pauline fili! veritus diſplicuiſſe oleum, quod miſeras, munus iteraſti. addito etiam* [2] *Barcinonenſis muriæ condimento, cumulatius præſtitiſti.* [3] *Scis autem me id nomen*

1. *Suſcepta querimonia mea*] Lege: *ſuſpecta.* Suſpicabatur enim Paulinus Auſonium queri de primo munuſculo. Itaque iteravit illud. *Scaliger.*

2. *Barcinonenſis muria*] *Barcino* urbs eſt Hiſpaniæ: quo religionis gratia Paulinum aliquando ſeceſſiſſe diximus; verum ex eo loco, quomodo in patria *muriam* habuerit, non divinamus. *Muria* autem proprie, aqua ſalſa, ex ſola aqua & ſale confecta; ut muriæ etiam duræ faciendæ rationem monſtrat Columella duodecimo: GARVM vero ex inteſtinis piſcium ſale maceratis. ſed *muriam* etiam eſſe dictam, quæ ex piſcibus fieret, ſicut garum, auctor eſt Martialis libro tertiodecimo: ubi ſic de ſe *muriam* loquentem inducit:

Antipolitani, fateor, ſum filia thunni;
Eſſem ſi ſcombri, non tibi miſſa forem.

Vinetus.

2. *Barcinon. muria*] Vide Lucianum in Εὐχαῖς, Auctorem Exegeſios totius mundi p. 38. Iſidorum lib. XX. Etymol. c. 3. &c.

3. *Scis autem*] Auſonius non vult ſequi opinionem vulgi temere *muriam* pro *garo* uſurpantis. Aliud enim *muria*, aliud *garum*. Nam *muria* ex thynnorum, *garum* ex ſcombrorum tabe conficiebatur. quæ & *liquaminis* nomine, & *liquoris ſociorum* vocabatur. At muria pauperum tantum erat, ut ex Martiale cognoſcimus, & ex Perſio. Contra garum divi-vocatur, ut tum, propterea *faſtoſum* à Martiale legitur in veteribus membranis:

Accipe faſtoſum munera prima garum.

A *muria* arida ταρίχη piſcium *Muriatica* vocarunt Romani, quæ omnino uno nomine Septentrionalium lin-

men MVRIÆ*, quod in uſu vulgi eſt, nec ſolere, nec poſſe dicere: quum ſcientiſſimi veterum, & Græca vocabula faſtidientes,* [4] *Latinum in* GARI *appellatione non habeant. Sed ego quocumque nomine loquar,* [5] *liquor iſte* SOCIORVM *vocatur. Vale.*

Iam patinas implebo meas, ut parcior ille
Majorum menſis [6] applaria ſuccus inundet.

Quid autem tam amabile, tamque hoſpitale, quam quod tu, [7] *ut me*

lingua hodie dicuntur *Stockfiſch.* Quod alibi explicamus ex Plauto in Pœnulo. Nam niſi diu aqua macerata, & rude aut bacillo verberata, non coquuntur. *Scaliger.*

4. *Latinum in* GARI *appellatione*] Γάρος, hoc eſt *garus*, maſculini eſſe generis ſcripſit Suidas, & ante Suidam Athenæus libro ſecundo, qui & Æſchyli auctoritate id probavit; verum Euſtathius in Σ Iliados Homeri, *τὸ γάρον* etiam, id eſt hoc *garum*, dici monuit: quod non probavit ille, ſed memini ipſe legere apud Dioſcoridem libro ſecundo, *γάρον δέ ἐστι, τὸ ἐκ ταριχηρῶν ἰχθύων, καὶ κρεῶν κατασηπομένων.* Ac apud Strabonem tertio de inſula Scombroaria: *ἣν καλοῦσι Σκομβροαρίαν ἀπὸ τῶν ἁλισκομένων σκόμβρων, ἐξ ὧν τὸ ἄριστον σκευάζεται γάρον.* Latini autem, neſcio, an alio genere id verbum Græcum uſurparunt, quam neutro, ut Martialis libro tertiodecimo:

Ebria Bajano veni modo concha Lucrino,
Nobile nunc ſitio luxurioſa garum.

Vinetus.

5. *Liquor iſte*] Seneca in prima quinctadecimi Epiſtolarum ad Lucilium: *Quid illud Sociorum garum, pretioſam malorum piſcium ſaniem, non credis urere ſalſa tabe præcordia?* Plinius nono Naturalis Hiſtor. de mullis piſcibus: *Marcus Apicius ad omne luxus ingenium mirus, in Sociorum garo (nam ea quoque res nomen invenit) necari eos præcellens putavit: atque è jecore eorum, alecem excogitare provocavit.* Idem triceſimo ſecundo: *Suntque qui præcipue contra omnia aurium vitia laudent gari excellentis Sociorum cyathum.* Et triceſimo primo: *Aliud etiamnum liquoris exquiſiti genus, quod garon vocavere, inteſtinis piſcium, ceteriſque, quæ abjicienda eſſent, ſale maceratis: ut ſit illa putreſcentium ſanies. Hoc olim conficiebatur ex piſce, quem Græci Garon vocabant. nunc e Scombro piſce laudatiſſimum in Carthaginis Spartariæ cetariis. Sociorum id appellatur, ſingulis millibus nummum permutantibus congios pæne binos. Nec liquor ullus pæne, præter unguenta, majori in pretio eſſe cœpit, nobilitatis etiam gentibus.* Ita pluribus locis *garum ſociorum* celebravit Plinius. Sed undenam iſtud Græcorum *garo*, cognomen *Sociorum* ab Romanis adjectum? de quo, etiam ante nos quæſierunt Georgius Merula, & Cornelius Vitellius. ſuſpicatique ſunt, quia ex Hiſpania, in qua *Barcino* eſt, *Carthagoque* illa *Spartaria*, & à *ſociis* populi Romani, mitteretur initio Romam garum, *garum Sociorum* ideo eſſe appellatum. *Vinetus.* Vide quæ Manilius extremo libro v.

6. *Apalaria ſuccus inundet*] In Gloſſis Iſidori lego, *applaria.* Nam in illis gloſſis *Applare*, eſt cochlear. ut ab *olla*, *ollar*, ſeu *ollare*: ita ab *appla* vaſe, *applar.* In Gloſſario S. Germani male *Appia.* lego *Appla*, εἶδος σκεύους, ὡς Πακούιος. Sic à *calpa* Græco (nam eſt κάλπη) fecerunt *Calpar.* Scaliger.

7. *Ut me participes delicias tuas*] Duriſſima locutio, nec, quod ſciam, ulli ve-

me participes, delicias tuas in ipſa primitiarum novitate defraudas? ô melle dulcior, ô gratiæ venuſtate feſtivior, ô ab omnibus patris ſtringende complexu! [8] *Sed hæc, atque alia hujuſmodi documenta liberalis animi,* [9] *alicui fortaſſe, & aliquando, quamvis rarius: illud de epiſtolarum tuarum eruditione, de poëmatis jucunditate,* [10] *de inventione, & concinnatione, juro omnia, nulli unquam imitabile futurum, etſi fateatur imitandum. De quo opuſculo, ut jubes faciam. Exquiſitius univerſa limabo: & quamvis per te* [11] *manus ſumma contigerit, cælum ſuperfluæ expolitionis adhibebo: magis ut tibi pa-*
ream

li veterum uſitata, qui vel accuſ. perſonæ cum genitivo, aut ablativo rei, vel accuſativum rei cum ablativo perſonæ & præpoſitione uſurpant. Diſtinguo igitur, ac lego, *ut me participes, delicias tuas in ipſa pr. nov. defraudas.* & revera ita ſenſus poſtulat. noſter Epiſt. III:

Defraudata mea non ſunt hoc fercula menſa.
Veſcente te fruimur magis.

8. *Sed hæc*] Munera, *oleum*, & *muriam*, quæ liberalem animum teſtentur, miſerit fortaſſe aliquis alius: quamvis raro id fiat. *Rarius* tamen in editione Badiana eſt *rarus.* Vinetus.

9. *Aliquis fortaſſe*] Legendum: *ſed hæc, atque alia hujuſmodi documenta liberalis animi, alicui fortaſſe,*&c. ſcilicet, *imitabilia futura.* eſt namque ἀντίθεσις inter *alicui* & *nulli.* Iam aliquoties hic librariorum error à nobis caſtigatus eſt: quem tamen in Annæo Seneca needum deprehenſum miror. Is Epiſt. LIII de Podagra ita loquitur: *Pedes dolent, articuli punctiunculas ſentiunt, adhuc diſſimulamus, & aut talum extorſiſſe nos dicimus, aut in exercitatione aliqua laboraſſe. Dubio & incipiente morbo quæritur nomen. qui talaria cœpit intendere, & utroſque pedes dextros fecit, neceſſe eſſe podagram fateri.* Lege: *Cui talaria cœpit intendere, & utrumque pedem diſtorſit.* Pro deum atque hominum fidem, exclamabit forſan aliquis, quid depravare ſcriptores optimos eſt, niſi hoc eſt? Bona verba quæſo: mox aliter ſentiet. fuit in MSS. libris: *utroſque pedes deſtros infecit.* in quibuſdam τὸ *dextros* non apparuit. reſpice lector literarum ductus, & confer *diſtortum fecit* cum *deſtros infecit.* Nunc demum tibi fucum factum à librariis perſentiſcis. primum *utroſque pedes*, pro *utrumque pedem* Latine poſſe dici non puto. deinde de τὸ *diſtorſit*, explicuerunt per *diſtortum facit:* quæ gloſſa corrupta in *diſtros infecit*, vel *deſtros infecit*, vel *dextros fecit*, alteram quoque induxit corruptelam, ut pro *utrumque pedem, utroſque pedes* ſcriberetur, ut nempe cum τῷ *dextros* conveniret. Scio & ab aliis hunc locum tentatum; inter ceteros autem ab inſigni Viro, & ſummo Critico, Tan. Fabro, in ſuis ad Phædrum notis. Is ita conjecit: *Vbi talaria c. int. & utroſque pedes tumefecit, neceſſe eſt*, &c. Acute ſane, ut eſt ingenii vir ille perſpicaciſſimi; ſed neſcio quo pacto minus δεξιῶς. Ita ego cenſeo: quid alii, quid ipſe pronunciaturus ſit, ubi hæc legerit, αὐτὸ τὸ ἔργον δείξει.

10. *De inventione & continuatione*] Lege cum papyraceo, *concinnatione. Concinnare* enim, ut nemo neſcit, perpolire eſt & affabre componere. Sic verbo eo Auſonius uſus eſt in præf. Eid. 4. ipſo vero hoc nomine Epiſt. 7. 15, 17, & alibi ſæpe.

11. *Manus ſumma contigerit*] Perfeceris ipſe & omnibus ſuis partibus id opus abſolveris, ut nihil amplius

ream, quam ut perfectis aliquid adjiciam. Interea tamen,[12] *ne ſine corollario poëtico tabellarius tuus rediret, paucis jambicis præludendum putavi: dum illud, quod à me heroico metro deſideras, inchoatur. Iſti tamen,*[13] *ita te & Heſperium ſalvos habeam,*[14] *quod ſpatio lucubratiunculæ unius effuſi,*[15] *quanquam hoc ipſi de ſe probabunt, tamen nihil diligentiæ ulterioris habuerunt. Vale.*

Iambe[16] Parthis, & Cydonum ſpiculis,
Iambe pinnis alitum velocior,
[17] Padi ruentis impetu torrentior,
[18] Magnaſonoræ grandinis vi denſior,

Flam-

deſideretur. *Summam manum addere*, adagium apud Eraſmum. *Vinetus.*

12. *Ne ſine corollario*] Marcus Varro quarto de lingua Latina: *Corollarium eſt additum præter quam quod debitum. Ejus vocabulum fictum à corollis: quod hæ, quum placuerant auctores, in ſcena dari ſolitæ.* Vinetus.

13. *Ita te*] *Te*, tam mihi carum, quam proprium filium, & filium meum *Heſperium*, vos tam *habeam ſalvos*, quam hoc verum, quod ſcribo. Iurantis eſt hoc. *Vinet.* vide Briſſon. in Formulis, & Savaronem ad Sidonium pag. 442.

14. *Quod ſpatio unius lucubratiunc.*] Ocyus dele τὸ *quod*, cui nullus hic alius uſus, quam ut ſolæcam reddat orationem. *Gronovius.*

15. *Quanquam hoc ipſi de ſe probabunt*] Ita vetuſtus Codex habet. Sed & in Epiſtola ad Probum: *Nam quis*, inquit, *hos diu cogitaret? quod ſane ipſi de ſe probabunt.* Vtrobique ex imitatione Papinii ad Stellam ita præfati: *Quanquam vereor, ne verum iſtuc verſus quoque ipſi de ſe probent.* Mariang. Accurſius.

15. *Quanquam hoc ipſi de ſe probabunt*] Quod dico de meis verſiculis, hoc ij, vel tacente me, de ſeipſis. Cicero primo de natura Deorum: *Iſta enim à vobis quaſi dictata redduntur: quæ Epicurus oſcitans hallucinatus eſt, quum quidem gloriaretur, ut videmus, in ſcriptis ſe magiſtrum habuiſſe nullum: quod & non prædicanti tamen facile quidem crederem, ſicut mali ædificii domino glorianti ſe architectum non habuiſſe.* Imperitus quidam pictor, ut refert Plutarchus in libro de pueris inſtituendis, quum Apelli eximio pictori oſtendiſſet imaginem, & dixiſſet: *Hanc modo pinxi*, reſpondit Apelles, *Etiam ſi non diceres, video, quod celeriter picta fuit.* Statius Papinius ad Stellam: *Nullum enim ex illis biduo longius tractum. quædam & ſingulis diebus effuſa. Quamvis metuo, ne verum iſtuc verſus quoque ipſi de ſe probent.* Sidon. Apollinaris in libri ſeptimi Epiſtola nona: *Vereor, ne ipſi amplius lectioni, quæ hoc de ſe probat, quam mihi credas.* Vinetus.

16. *Parthis*] *Parthi* Aſiæ & *Cydones* Cretæ inſulæ gens, arcu & ſagittis utrique olim præſtantiſſimi. Eſt hoc in Gallo Virgilii:

— Libet Partho torquere Cydonia cornu
Spicula. --- Vinet.

17. *Padi ruentis*] Pomponius Mela ſcribit libro ſecundo, *Padum*, qui & *Eridanus* prius dictus fuit, quum in mare Adriaticum exit, tam citum proſilire, ut diſcuſſis fluctibus, diu qualem emiſit undam, agat: ſuumque etiam in mari alveum ſervet. *Vin.*

18. *Magna ſonoræ*] Non contemnendum, quod in papyraceo, *Magnumſonoræ gr.* ut ſit ὑφέν.

19. *Perſei*

Flammis coruſci fulminis vibratior,
Iam nunc per auras [19] Perſei talaribus,
Petaſoque [20] ditis Arcados vectus, vola.

Si

19. *Perſei talaribus*] Quarto Metamorph. Ovidii. *Vinetus.*

20. *Ditis Arcados*] Dei Mercurii, deorum nuncii in Cyllene monte *Arcadiæ* nati, & nutriti, ut Mela, & Servius ſcribunt. unde illi *Cyllenii* cognomentum. Πέτασος vero galerus, pileus viatorum. unde *petaſatus* apud Ciceronem, & Suetonium. *Vinet.*

20. *Petaſoque ditis Arcados*] Notaverat in margine Scaliger, *vide proverbium* Ἀΐδου κυνῆ. *non intellexit bonus Vinetus.* ſubiit igitur me ſtatim admiratio, quid huc *Orci galea* faceret. illam etenim ii geſtare ferebantur, qui quippiam latenter agerent. fingitur enim nigerrima: (videſis Homer. lib. v Iliad. ejuſque Scholiaſten, Ariſtophanem in Acharnenſibus, Lucianum in bis accuſato, alioſque) unde & Mercurius *galero cooperto capite pingitur*, inquit Fulgentius, *quod omne negotium ſit ſemper abſconſum.* Sed ea ratio huc non facit. Non enim, ut ſe abſcondat, *Iambum* armare vult *petaſo* Poëta, ſed ut celerius pergat. fingitur enim alatus. Simili fere modo feſtinationem Catullus exprimit Carm. LVI ad Camerium: *Non cuſtos ſi ego fingar ille Cretum, Non ſi Pegaſeo ferar volatu, Non Ladas ſi ego, Pennipeſve Perſeus*, &c. De κυνῆ vero ſive petaſo, clarius Scholiaſtes Ariſtophanis in Aves, ubi Piſthetærus Iridem ita compellat:

Ὄνομα δέ σοι τί ἐστι, πλοῖον, ἢ κυνῆ; Πλοῖον μὲν, inquit, καθὸ ἵπταται, καὶ τοῖς πτεροῖς διαμπέτεται ὡς κώπη. κυνῆ δὲ, ὅτι ἔχει περικεφαλαίαν τὸν πέτασον, ὡς Ἑρμῆς ἄγγελος ὢν παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Ἰνάχῳ ἐπὶ τῆς Ἴριδος. Γυνή τις ἤδε Κυλληνᾶς Ἀρκάδος κυνῆ. Φασὶ δὲ καὶ κυνέαν τὸν πέτασον λέγεσθαι ἐν Πελοποννήσῳ. πέτασον γὰρ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς φορεῖ ὁ Ἑρμῆς, ὥσπερ ὃν τὴν κυνῆν εἶπε. qui & alibi nomen accepiſſe ἀπὸ κυνείων δερμάτων (unde conficiebantur) & cœlo pluvio geſtari ſolitam fuiſſe κυνῆν annotavit. Heſychius: Κυνῆ Βοιωτία. ἐχρῶντο γὰρ διαφόροις. ἀλλ' αἱ ἐν Βοιωτίᾳ καλαὶ κυναῖ, ὡς οἱ κατ' ἀγρὸν ἐφόρουν. Apud Athenæum lib. 5, in pompa Ptolom. Philadelphi adoleſcentes producuntur χιτῶνας ἔχοντες ἡνιοχικοὺς, καὶ πετάσους. quod aurigis & iter facientibus familiaris eſſet *petaſus.* Hinc Statius de Mercurio lib. VII Thebaid. in initio:

Atque illum Arctoæ labentem cardine portæ
Tempeſtas æterna plagæ, prætentaque cælo
Agmina nimborum, primique Aquilonis hiatus
In diverſa ferunt: crepat aurea grandine multa
Palla, nec Arcadii bene protegit umbra galeri.

Nec aliter Arnobius lib. 6: *Formatur cum petaſo Gnatus Maja, tanquam viam aggredi præparet, & ſolem, pulveremque declinet.* Eſt item inter nummos meos mediæ magnitudinis æreus, antiquiſſimus, ac priſcæ reipublicæ, cujus in altera parte Mercurii caput *petaſo alato* munitum, in altera vero navis roſtrata cum inſcriptione, ROMA. Albricus, in libello de Deorum imaginibus, ſemialbum & ſeminigrum Mercurii pileum fuiſſe dicit, *quod de albis nigra, & de nigris alba faceret Mercurius.* Petaſi porro Mercurialis, omniumque ejus inſignium meminerunt Apulejus in Apologia, Athenæus lib. XII, pag. 537. Martianus Capella lib. II. Deſcribit autem elegantiſſime huic ferme ſimilem Hebr. Sacerdotum Galerum Divus Hieronymus, de veſte Sacerdotali: *Quar-*

Si vera fama eſt Hippocrene, quam pedis
Pulſu citatam cornipes fudit fremens:
Tu fonte in ipſo procreatus Pegaſi,
[21] Primus novorum metra junxiſti pedum:
Illicque muſis concinentibus novem,
Cædem in [22] draconis concitaſti Delium.
Per hanc ſalutem præpes [23] & volucripes
Paulini ad uſque mœnia. Hebromagum loquor.
Et protinus, jam ſi reſumtis viribus
Alacri refecti corporis motu viget,
Salvere juſſum mox repoſce mutuum.
Nihil moreris: jamque dum loquor, redi,
Imitatus illum [24] ſtirpis auctorem tuæ:
[25] Tripli-

tum genus eſt, inquit, *veſtimenti rotundum pileolum, quale pictum in Vlixeo conſpicimus, quaſi ſphæra media ſit diviſa, & pars una ponatur in capite. Hoc Græci & noſtri τιάραν, nonnulli galerum vocant, Hebræi Miznepheth: non habet acumen in ſummo, nec totum uſque ad comam caput tegit; ſed tertiam partem à fronte inopertam relinquit: atque ita in occipitio vitta conſtrictum eſt, ut non facile labatur ex capite.*

21. *Primus novorum*] Quia primus verſus fuit iſte:

Ἴη παιάν, ἴη παιάν, ἴη παιάν.

Primus ergo verſus Iambus. Inde Hexametrum ad ejus ſimilitudinem confectum volunt. Alii primum hunc Iambum fuiſſe dicunt:

Ἄνθρωπ' ἄπληστε, τὴν σκάφην ἀναστρέψεις.

& à muliere lavante pannos dictum in Archilochum. *Scaliger.*

22. *Draconis*] Pythonis. de quo eſt fabula primo Metamorphoſeon Ovidii. Terentiani verſus ſunt de hac fabula:

Hexametros tradit genitos duo prima vetuſtas.
Herous ille eſt. hunc vocant Iambicum.
Nam pedibus ſenis conſtare videmus utrumque:
Diverſa quanquam lex ſit ambobus pedum.
Additur hæc gemino non abſona fabula metro,
Seu vera res eſt. ſpectet auctorem fides.
Quum puer infeſtis premeret Pythona ſagittis
Apollo, Delphici feruntur incolæ
Hortantes acuiſſe animum bellantis, ut illos
Metus habebat, aut propinqua adoria.
Tendebat geminas pavida exclamatio voces,
Ἴη Παιάν. ἴη Παιάν. ἴη Παιάν.
Spondeis illum primo natum cernis ſex.
Ex parte voces concitas læti dabant,
Ἴη Παιάν. ἰη Παιάν. ἰη Παιάν.
Et hinc pedum tot ortus eſt Iambicus.

De qua etiam quæ Athenæus, & Pollux ſcripſerunt, in ſuæ Grammaticæ librum quartum Aldus Manutius tranſcripſit. *Vinetus.*

23. *Et volucripes*] Vt, *Volucripes dimetria*, in extremo Iambico ad Probum. *Vinet.*

24. *Stirpis auctorem tuæ*] *Pegaſum* auctorem fontis Hippocrenes: ex quo fonte natus videris. *Vin.*

25. *Tri-*

[25] Triplici furentem qui Chimæram incendio
Supervolavit, tutus igne proximo.
Dic & Valere: dic, Avere te jubet
[26] Amicus, & vicinus, & fautor tuus,
Honoris auctor, altor ingenî tui.
Dic & magiſter, dic parens, dic omnia
Blanda atque ſancta caritatis nomina.
Aveque dicto, dic Vale, & actutum redi.
Quod ſi rogabit, quid ſuper ſcriptis novis
[27] Maturus ævi, nec rudis dijudicem:
Neſcire dices, ſed paratum jam fore
Heroïcorum verſuum plenum [28] eſſedum.
[29] Cui ſubjugabo de molarum ambagibus,
Qui machinali ſaxa volvunt pondere,
Tripedes caballos terga ruptos verbere:

His

25. *Triplici furentem*] *Chimæra* mons Lyciæ, flammas, ut Ætna, evomebat, ſed tripertito ore, ut monſtrum finxerunt. Hanc, ait Heſiodus in Theogonia:

— Πήγασος εἷλε καὶ ἐσθλὸς Βελλεροφόντης. Vinetus.

26. *Amicus*] Agnoſcit hæc omnia Paulinus in extrema Epiſtola ſecunda ad Auſonium. *Vinet.*

27. *Maturus ævi*] Ego ſenex, non tamen imperitus nec adhuc delirans. *Ita ævi maturus Aceſtes* dictus Virgilio ✝ſ. 73 quinti Æneidos. *Vin.*

28. *Eſſedum*] Plauſtrum. Vnde *eſſedarius* apud Ciceronem ad Trebatium, *eſſedi* rector, auriga. *Idem.*

29. *Cui ſubjugabo*] Iocularis allegoria Politiani, qui putavit Scazontem deſignari illis verſibus. Simpliciter enim intelligendi ſunt, neque indigent ulla interpretatione. Hoc enim jocans dicit: tot millia verſuum parata habere, ut iis vehendis opus ſit *machinariis equis*. qui quia male ſemper accipiuntur, & omnium jumentorum ærumnoſiſſimi ſunt, propterea vocat *terga ruptos verbere*, item *Tripedes*. Contingit enim ſæpe, ut crus unum illis frangatur, vel, ut claudicantes & inutiles equi piſtrino dedantur. Denique tales ſunt machinarii equi, quales deſcribit. Iis ſe impoſiturum ait verſus ſuos. & quare illis potius quam valentibus equis? quia libet Auſonio ridere. Apage Politiani argutias. Nam ſi, ut ille multis verborum ambagibus conatur perſuadere, hoc verum eſſet: quis eſſet is ſtupor Auſonii, volentis trochæum in Scazontem includere? Ait enim:

Mihique ſimilis, ſemper adverſus tamen,
Nec par nec impar, qui trochæus dicitur.

Non enim ille pes in Scazonte locum habet. Sed, ut dixi, *tripedes caballos* vocat, quod claudi equi ſæpe ad machinas molarias damnantur. Hoc explicat magis, cum Plautum in Curculione imitatus ait, *dactylum vehi crucianti canterio*. *Crucians* canterius idem qui ſupra, *terga ruptus verbere*, & ærumnoſus *caballus*. Scaliger.

29. *Cui ſubjugabo*] Locum hunc expli-

His ut vehantur tres ſodales nuntii.
Fors & rogabit, quos ſodales dixeris
Simul venire: dic, [30] Trinodem dactylum
Vidi paratum [31] crucianti canterio:
Spondeus illi lentipes ibat comes,
Paribus moratur qui locis curſum meum:
Mihique ſimilis, ſemper adverſus tamen,
Nec par, nec impar, qui Trochæus dicitur.
Hæc fare curſim, nec moratus pervola,
Aliquid reportans interim munuſculi
De largitate muſici promtarii.

explicare conatus eſt Angelus Politianus cap. 64 Miſcellaneorum. *Vinetus.*

30. *Trinodem dactylum*] Tribus conſtantem ſyllabis. *Vinet.*

31. *Crucianti canterio*] Equo non gradario, ſed ſuccutienti torquentique ſeſſorem. Ergaſilus in Captivis Plauti:

Tum piſcatores, qui præbent populo piſces fœtidos:
Qui advehuntur quadrupedanti crucianti canterio. Vin.

AVSONIVS PAVLINO SVO.

Epiſtola XXII.

[1] MVltas, & frequentes mihi gratiæ tuæ cauſas, & occaſio ſubinde nata concinnat, & naturæ tuæ facilitas benigna conciliat, Pauline fili. Nam quod nihil, poſcente me,

1. *Multas &*] Eruditiſſima & elegantiſſima eſt epodice epiſtola, quam mittit Paulino pro cauſa procuratoris quondam ſui. *Lucaniacus* erat villa Auſoniana. Eam Paulinus *Lucanum fundum* vocat. Erat autem is fundus ad ripam Duranii ſitus. Oppidum vero Paulini *Hebromagus* ad confluentes Duranii & Garumnæ duorum ingentium & nobilium fluviorum. Quod oppidum quia in modum caſtrorum horreis publicis, & turribus poſtea amplificatum fuit ab uno ex Paulini poſteris Pontio Leontio, *Burgus* vocatum fuit. Ita enim eo tempore opportuna bello, & munita annonæ copia caſtra vocabant. Gloſſarium, *Burgus*, Turris, πύργος. Id etiam patet ex Vegetio & Hiſtoria Burgundiorum: item ex Sidonio Apollinare, cujus Panegyricum carmen in hunc Burgum exſtat, à munitione enim horreorum & propugnaculorum propterea vocatum fuiſſe mani-

me, abnuis, magis acuis procaciam quam retundis : ut nunc quoque in cauſa Philonis procuratoris quondam mei experiere : qui apud Hebromagum conditis mercibus, quas per agros diverſos coëmit, conceſſo [2] *ab hominibus tuis uſus hoſpitio, immature periclitatur expelli. Quod niſi indulſeris, rogante me, ut & mora habitandi ad commodum ſuum utatur,* [3] *& nauſo,* [4] *aliave quavis navi uſque ad oppidum præbita,* [5] *frugis aliquantulum noſtræ advehi poſſit, Lucaniacus ut inopia liberetur mature, tota illa familia hominis litterati* [6] *non ad Tullii*

manifeſto canit his verſibus :

Cernere jam videor, quæ ſint tibi Burge futura.
Dicêris ſic. namque domus de flumine ſurgunt,
Pendenteſque ſedent per propugnacula Thermæ.

Horrea vero alibi in eodem poëmate deſcribit :

Deſuper in longum porrectis horrea tectis
Creſcunt, atque amplis anguſtant fructibus ædes.
Huc veniet, calidis quantum metit Africa terris :
Quantum vel Calaber, quantum colit Apulus acer :
Quanta Leontino turgeſcit meſſis acervo :
Quantum Mygdoniis committunt Gargara ſulco.

Cum tanta copia frumenti illuc invehatur, manifeſtum eſt quare Auſonius ſubſidium frumentarium petat à Paulino. Igitur *Philo* iſte procurator, ſeu, ut ipſe malebat nominari, *Epitropus* Auſonii, magnam vim frumenti ex Santonibus & vicinis locis coegerat, ac in horreis *Hebromagi* condiderat. poſtea, ut ſcribit Auſonius, *immature periclitabatur expelli* : cum tamen antea indultum ei eſſet ab hominibus Paulini hoſpitium in ipſa Hebromago. Nunc ipſius nomine Paulinum obteſtatur Auſonius, *ut mora habitandi ad commodum ſuum utatur*, & liceat illi in portu Hebromagi negotiari, & exportare fruges ad portum Condatem, ubi erat *Lucaniacus* Auſonii. *Scaliger.*

2. *Ab hominibus tuis*] *Homines* vocat Auſonius, qui pertinent ad domum alicujus. Vnde Gallice *Homagium* dicimus. Ita vocantur ab Impp. Conſtantio, & Conſtante Augg. L. IIII. C. de dignitatibus. Si vis amplius de iis noſcere, conſule Epiſtolam Theodahadi Regis Gottorum ad Theodoſium *hominem ſuum*, lib. x, variarum Caſſiodori. *Scaliger.*

3. *Et nauſo*] Hoc navigii genus ſive rectus ejus ſit *nauſus*, ſive *nauſum*, aliunde non novi. Gallicum nomen putat Lilius Ferrarienſis de Navigiis. *Vinetus.*

4. *Aliave quavis navi*] Vetus exemplar Ioannis Tilii, *aliave qua navi*, non male. *Vinet.*

5. *Frugis aliquantulum noſtræ advehi poſſit, Lucaniacus ut inopia liberetur*] Sic omnes noſtri codices. Lectio tamen hæc neſcio quo pacto mihi non placet. Legerem potius, *frugis aliquantulum noſtro advehi poſſit Lucaniaco, ut inopia liberetur.* Vinetus. Bene ſe habet vulgata. Philo namque frumentum coëmerat, ſed deerat navis, qua illud Hebromago *Lucaniacum* adveheret.

6. *Non ad Tullii Frumentariam*] Ita Priſcianus, ut lib. 6, de nominibus in *on*, *Frumentariam* appellat Marci Tullii Ciceronis orationem in Verrem, *Omnes qui alterum, judices*, quam Aſconius *de frumento*. *Curculio* autem vermis dicitur frumentum exedens, unde nomen eſt paraſiti apud Plau-

Tullii frumentariam, ſed ad Curculionem Plauti pertinebit. Hóc quo facilius impetrarem, aut quo majorem vereréris moleſtiam, ſi negares; concinnatam jambis ſignatamque ad te epiſtolam miſi, ne ſubornatum diceres tabellarium, ſi ad te ſine ſigni fide veniret. Signavi autem; non [7] ut Plautus ait,

[8] Per ceram, & lignum, literaſque interpretes,

ſed per pöeticum characterem [9] magis notavimus, tanquam ſignum impreſſum judicares.

Philon, meis qui villicatus prædiis,
 Vt ipſe vult [10] epitropos;
(Nam glorioſum Græculus nomen putat,
 Quod ſermo fucat [11] Doricus)
[12] Suis querelis aſſerit noſtras preces: 5
 Quas ipſe lentus proſequor.
[13] Videbis ipſum, qualis adſtet comminus,
 Imago fortunæ ſuæ,
Canus, comoſus, [14] hiſpidus, trux, attubus,
 [15] Teren-

Plautum, & inde comœdiæ. *Vinetus.*

7. *Vt Plautus ait*] In prima ſcena Pſeudoli. *Vinet.*

8. *Per ceram & linum*] Lege cum altero Voſſiano, *lignum.* Ligneis enim tabellis ceram inducebant, in eaque ſtilo literas exarabant. Vidit & Muretus lib. IX Var. Lect. cap. VI.

9. *Magis notavimus*] Hæc corrupta eſſe, quivis deprehendet. pro *notavimus* in papyraceo erat *nota minus.* fortaſſean Auſonius ſcripſerit, *ſed per pöeticum characterem magis notum, ut hunc tanquam ſignum impreſſum judicares.* Tò *minus* dubitantis librarii eſt, utrum τὸ *magis notum* eſſet præferendum. Baſilius Magnus ad Gregor. Theologum: Γράμμα ἦλθέ μοι πρώην παρὰ σοῦ ἀκριβῶς σόν· οὐ τοσοῦτον τῷ χαρακτῆρι τῆς χειρὸς, ὅσον τῷ τῆς ἐπιστολῆς ἰδιώματι.

10. *Epitropos*] ἐπίτροπος procurator, qui res & negotia aliena procurat. *Vinetus.*

11. *Doricus*] *Græcus*, ut Cleobulus in Ludo Sapientum. *Vinet.*

12. *Suis querelis aſſerit noſtras preces*] Id eſt, adſciſcit. qua notione etiam in impreſſis aliquot & ſcriptis Statii codicibus invenias Sylv. I. in equum Maxim.

--- Hinc obvia limina pandit,
Qui feſſus bellis adſerta munere prolis
Primus iter noſtris oſtendit in æthera divis.

pro quo alii *adſcita.* non male; nam ſic etiam noſter de Cæſs. in Hadriano: *Adſciti quantum præmineant genitis.*

13. *Videbis iſtum*] Malo cum ſcripto codice, *videbis ipſum.*

14. *Attubus*] Legendum, *attubus.* vetus Gloſſarium: *Attubus,* μογιλάλος, μογγός, ἄτυπος. Sane intererat ſtudioſæ juventutis hunc locum inemendatum non relinquere. Terentianum Phormionem vocat, quod horridus & incultus eſſet. quod patet ex oratione Ciceronis pro A. Cæcinna:

[15] Terentianus Phormio.
[16] Horrens capillis ut marinus aſperis
Echinus, aut verſus mei.
Hic ſæpe falſus meſſibus [17] vegrandibus,
Nomen peroſus villici,
Semente ſera, ſive multum [18] præcoqua,
Et [19] ſiderali inſcitia,
Cœlum laceſſens, ſeque culpæ ſubtrahens,
Reos peregit cœlites.
Non cultor inſtans, non [20] arator gnaruris,
[21] Pro-

cinna: *Non minus niger, quam Terentianus ille Phormio.* Scaliger.

14. *Hiſpidus, trux, attubus*] Apulejus lib. I Floridor. *Eo genitus Marſyas, cum in artificio patriſſaret tibicinii, Phryx cetera & barbarus, vultu ferino, trux, hiſpidus, illutibarbus, ſpinis & pilis obſitus, fertur,* &c.

15. *Terentianus Phormio*] Scribit Quinctilianus libro ſexto de riſu, Ciceronem pro Cæcina in teſtem Sextum Clodium Phormionem dixiſſe: *Nec minus niger, nec minus confidens, quam ille Terentianus eſt Phormio.* Vinetus.

16. *Horrens capillis*] Notiſſimus eſt verſ. Horatii ex epodo in Caniniam. *Scaliger.*

16. *Horrens*] Horatius in ode quincta Epodi:

Horret capillis ut marinus aſperis
Echinus, aut currens aper. Vinetus.

17. *Vagrandibus*] Aulus Gellius libro quincto noct. Attic., dicit particulam *va* in hac compoſitione tum intenſionem, tum minutionem ſignificare. Ovidius tertio Faſtorum:

--- Vagrandia farra coloni,
Quæ male creverunt, veſcaque parva vocant.

Ita Feſtus *vagrande*, male grande ſignificare ait, & *vagrandem* fabam minutam. Sed & *vagrande*, valde grande eſſe apud Lucilium oſtendit Nonius Marcellus. *Vinet.*

18. *Præcoqua*] Præmatura & ante tempus facta. Sic *præcoquum* apud Martialem libr. XIII, Epigrammate XXVI. ſed *præcox* apud Columellam, & Quinctilianum. *Vin.*

19. *Siderali inſcitia*] *Siderum* ſcientiam agricolis eſſe neceſſariam, Heſiodus, Virgilius, Columella, Plinius, docuerunt; ut ſciant ex aſtris quando ſerendum ſit: cujus quum imperitus eſſet *Philon*, nunquam ſuo tempore ſementem faciebat. *Idem.*

19. *Et ſiderali inſcitia*] Minutius Felix in Octavio pag. 16: *Relinquenda vero aſtrologis prolixior de ſideribus oratio, vel quod regant curſum navigandi, vel quod arandi, metendique tempus indicant.* Adeatur Virgilius in Georgicis, aliique rei ruſticæ ſcriptores.

20. *Arator gnaruris*] Ut Plautus:

Simul hanc rem mecum volo vos eſſe gnarures. Scaliger.

20. *Non arator gnaruris*] Sic vetus exemplar. Gloſſema id incompertum pluribus atque his imprimis, qui *gnarus eſt* ejus loco reponendum judicarunt. *Gnarurem* dici *gnarum*, ſcientemque invenimus apud Placidum, Grammaticum neſcio quem, ut verum fatear, ſed authoritatis ejus, ut qua parte proſit, explodendus non ſit. Videtur Etymologia proprior, ut *gnaruris*, gnarus ruris accipi oporteat, ſed non tam ad peritum referatur

[21] Promuſque, quam condus magis,
Terram infidelem, nec feracem criminans,
Negotiari maluit.
[22] Mercatur * quoquo foro venalium.
[23] Mutuatur ad Græcam fidem.
Sapienſque ſupra Græciæ ſeptem viros,
[24] Octavus acceſſit ſophos.
[25] Et nunc paravit triticum caſco ſale;
Novuſque pollet [26] emporus.
Adit inquilinos, rura, vicos, oppida.

[27] Soli,

ratur agricolam, quam in præſtantem aliorum quoque ſtudiorum transferatur: quo fere modo *adorea* à farris honore unamquamque gloriam ſignificat. ut prætercam, quod vir bonus, vel ſolo *coloni* nomine monſtrabatur, ampliſſimeque laudari credebatur: & cætera quæ M. Cato I. de re Ruſtica, & Plin. XVIII Natur. Hiſt. exequitur. *Mariang. Accurſius.*

20. *Gnaruris*] In vetere eſt gloſſario & contrarium *Ignaruris:* & inde verbum *Gnarurat.* Vinetus.

21. *Promuſque*] *Promus* magis, quam *condus.* Qui quæſita promere, inſumere, prodigere novit melius, quam quærere, condere, ſervare. Adagium apud Eraſmum. *Vinet.*

22. *Mercatur rem*] Placet, quod parens meus excogitaverat: *Mercaturit quoquo foro venalium.* Scaliger.

22. *Mercatur . . . quoquo foro venalium*] Sic vetuſtiſſimæ impreſſiones. Quem verſum Iodocus Badius ſyllaba *rem* ſupplevit inter Paulini ſcripta. Sed ſi voculam iſtam ſcirem de ſuo ſic interjeciſſe, quæ nec ſenſui, nec jambico ſatis quadrat, *in* mallem, quam *rem. Mercatur in quoquo foro venalium.* Vinetus.

22. *Mercatur * quoquo*] Antiquæ editiones: *quo.* forte: *Mercatur ergo quot foris venalia.* Grævius.

22. *Mercatur * quoquo*] Subſcribo conjecturæ Vineti.

23. *Mutuatur*] In hoc medio verbo ſynalœphe ſit, neceſſe eſt, ut fiat ſpondeus ex tribus ſyllabis, quarum prima & ultima ſunt longæ. Sed *mutatur* habet Venetum exemplar vetuſtiſſimum. Vinetus.

23. *Mutuatur*] *Mutatur* eſt in altero codice. unde legendum ſuſpicor, *Mutator ad Gr. fidem.* Sic infra:

Ac lucra damnis, damna mutans fraudibus,
Se ditat, & me pauperat.

24. *Octavus acceſſit ſophos*] Σοφοὶ, *ſapientes* Græciæ *ſeptem* ſupra fuerunt numerati. quibus per ironiam annumeratur octavus, ſiquis ineptus ſe quippiam ſapere putet. Adagium eſt apud Eraſmum, & *Tertius è cœlo cecidit Cato.* Vinetus.

25. *Et nunc parav.*] Lego:
Et nunc paravit caſeo intritum, & ſale:
Alioqui præter ineptam ſententiam erat in verſu vitium. Intrita nunquam ſine caſeo fere, & ſale. *Scaliger.*

25. *Caſeum tritico & ſale*] Emenda cum Voſſiano ſecundo: *Et nunc paravit triticum caſco ſale.* Vſus eſt antiquo vocabulo, ad exprimendam *ſalis* vetuſtatem, ejus bonitatem per jocum elevans. nec aliter Vgolettus edidit, ut poſtea vidi. vide porro Eraſmum in Adag. *Caſcus Caſcam ducit.*

26. *Emporus*] Id eſt ἔμπορος, *mercatorem* ſignificat, ſed eum proprie mercatorem, qui mari, & nave aliena

[27] Soli, & ſali commercio.
Acatis, phaſelis, lintribus, [28] ſtlatis, rate,
Tarnim & Garumnam permeat.
Ac lucra damnis, damna mutans fraudibus,
Se ditat, & me pauperat.
[29] Is nunc ad uſque vectus [30] Hebromagum tuam,
Sedem locavit mercibus.
* * * * *
Vt inde nauſo devehat
* * * * *
Noſtros

na negotiatur, ut Heſychius, & Euſtathius tradunt. *Vinetus.*

27. *Soli & ſali commercio*] Paulinus ad Cytherium, de Iona:

Exul ſoli, & hoſpes ſali.

Sidonius Apollin. lib. VIII, Epiſt. IX:

Iſthic Saxona cærulum videmus,
Aſſuetum ante ſalo, ſolum timere.

28. *Stlatis*] *Stlatam* ſcribit Feſtus navigii genus eſſe latum magis quam altum, a latitudine ſic appellatum, qua conſuetudine veteres locum & litem, *ſtlocum* & *ſtlitem* dixiſſe ſcribit Quinctilianus libro primo de Grammatica. In gloſſario tt geminat *Stlatta*: exponiturque πειρατικοῦ σκάφους εἶδος. Vinetus.

29. *Is nunc*] Verſus multo plures videntur deeſſe in hac epiſtola, quam re vera deſint. Nam ita videtur ſcripſiſſe Auſonius:

Is nunc ad uſque vectus Hebromagum tuam.
Sedem locavit mercibus:
Vt inde nauſo, ſive navi deferat
Noſtros in uſus, ut refert.

Quod ita explendum eſſe Auſonius docet in præcedenti Epiſtola: *ut nauſo aliave quavis navi*, &c. Scaliger.

30. *Hebromanum tuam*] Sic in omnibus noſtris codicibus quod & *Hebromagus* ſcriptum reperi, & *Ebromagus*, in Paulini vero extrema Epiſtola quincta ad Severum Sulpicium, etiam *Ebromagnus*. Hic autem locus quis ſit, defeſſus ſum quæritare. de quo vide, ſiquid comperi: Auſonius *Lucaniaci* agebat, & Lucaniaco has dedit litteras, ut jam ante monuimus. Lucaniacus autem erat paullum ſupra *Liburniam*, confluentemque *Duranii*, & *Lilla*, ut extrema Epiſtola nos docuit. Duranius Lila adauctus *Garumnæ* commiſcetur ſeptem, ut putatur, leucis infra Liburniam: per quos fluvios *Philonem* negotiari modo dixit Auſonius. *Hebromani* dominus erat Paulinus, ut hoc probat: *Is nunc aduſque vectus Ebromanum tuam*, & illud ſupra. *Qui apud Ebromanum conditis mercibus, quas per agros diverſos coëmit, conceſſo ab hominibus tuis uſus hoſpitio*, & reliqua. Supra Liburniam Paulinum aliquod habuiſſe prædium, nuſquam legi: nec ibi unquam quodquam loci nomen audiſſe memini, quod *Ebromani* veſtigium aliquod retineat. Infra vero eſt *Burgus*, parvula urbs. quam condidiſſe Paulinos, poſſediſſeque in Epiſtol. XIX oſtendimus. Infra Burgum, & in eadem ripa, eſt *Blavia*, cujus fecit Auſonius mentionem in Epiſtola decima. ac infra Blaviam, in eadem ripa, *Embrau*, ſive ut alii appellant, *Brau*, prima ſyllaba truncantes, quam putant eſſe præpoſitionem ſuam *en*, hoc eſt, *in*. Hunc vicum eſſe ſuſpicor, quem *Ebromanum*, *Ebromagumve* Auſonius & Pau-

Noſtros in uſus, ut refert,
Hunc ego paucis ne graveris hoſpitem.
* * * *
Adjutus ut mox navis auxilio tuæ,
[31] Ad uſque portus oppidi,
[32] Iam jam Peruſina, & Saguntina fame,
Lucaniacum liberet.
Hoc ſi impetratum munus abs te accepero,
[33] Prior colêre, quam Ceres.
[34] Triptolemon olim, [35] ſive Epimenidem vocant,
[36] Aut

linus appellarunt, quatuor tantum leucis à Burgo diſtantem: & quam dicebat Severus Sulpicius, Paulinum, unius hortuli cauſa, quo ſe in ſolitudine oblectabat, reliquiſſe. *Vinetus.*

31. *Aduſque portus oppidi*] *Portas* pro *portus* fortaſſe legas. ſed quod hoc oppidum? *Vinet.*

32. *Iam jam Peruſina & Saguntina fame*] *Peruſia* & *Peruſium* civitas eſt Tuſciæ. Quæ quanta laborarit fame, quum in ea Lucius Antonius Marci frater ab Auguſto diutius obſideretur, cognoſces ex Appiani quincto civilium, Livio, Paterculo, Suetonio. Abiit ergo in proverbium *Peruſina fames* ſimiliter atque *Saguntina*, cujus fuit mentio facta in Edyllio de vita humana. Ceterum miror, ſi ſic hoc loco *Peruſina* conſiſtere poſſit, pyrrhichio pede pro jambo in ſecunda ſede metri jambici. Hoc enim nomen duas primas ſyllabas apud omnes alios poetas corripit. Auſon. itaque hîc potius crediderim ſcripſiſſe:

Iam jam pereſam vel Saguntina fame,

ut quidam codices habent. *Vinetus.*

32. *Peruſina & Saguntina*] Potuiſſet minori labore, & compendio breviore Vinetus emendaſſe:

Peruſina vel Saguntina fame.

ſed indulget ſibi in hiſce noſter.

33. *Prior colêre*] Prætereris deæ *Cereri* quæ inveniſſe dicitur fruges, & tradidiſſe mortalibus: quum prius glande veſcerentur. Virgilius, Ovidius quarto Faſtorum, Hyginus, Plinius. *Vinetus.*

34. *Triptolemon*] Inventis à Cerere frugibus, *Triptolemus* curru draconibus juncto vectus, orbem terrarum obſevit. Idem Hyginus, Servius, & alii. *Vinet.*

35. *Sive Medem*] Sic quidam ex noſtris libris. alii *n* pro *m*, *Meden*, alii *o* pro *e*, *medon*. quicquid ſit id nominis mihi incogniti. Annis autem poſt quatuor, quam hæc noſtra fuiſſent emiſſa, Andreas Schottus Antverpianus, qui tum in Hiſpania agebat, ſcripſit *Meden* iſtum, de quo me laborare cernebat, ex *Epimeniden* corruptum videri, diſſyllabum ex pentaſyllabo, verſumque ſtare poſſe, ſi ſyllaba una exemta ſic legeretur:

Triptolemon olim, ſive Epimeniden vocant.

Heſychium vero citabat ſuæ conjectationis auctorem: Βουζύγης ἥρως Ἀττικὸς, ὁ πρῶτος βοῦς ὑπὸ ἄροτρον ζεύξας, Ἐπικαλεῖται δὲ Ἐπιμενίδης. Ex hoc itaque ſagaciter odoratus videtur vir doctiſſimus, quomodo hîc legendum foret: itaque lecturus ſum, dum aliquis aliquid aliud, quod melius videatur, afferat. Boſius autem Lemovix mihi oſtendit fragmentum commentariorum in Virgilium: quæ in verſum undeviceſimum primi Georgicôn habebant eadem.

[36] Aut B[ullianum] Buzygen,
T[u] vocabo poſtferendos nomini.
Nam munus hoc fiet tuum.

eadem, qua ſcribit Heſychius de *Buzyge* & *Epimenide*, ſed ex aliis auctoribus, hoc modo: *Ergo Oſiris ſignificatur, ut Philoſtephanus* περὶ εὑρημάτων, *vel Epimenides, qui poſtea Buzyges dictus eſt ſecundum Ariſtotelem.* Vinet.

35. *Triptolemon olim*, &c.] Lege:

Triptolemon olim, ſive Epimenidem vocant,
Aut Bulianum Buzygem.

Quis enim ſit *Medes*, neminem ſcire puto; neque etiam quare Buzyges *Tullianus* dicatur. Omnino itaque ſcribendum *Bullianus*, ſive *Bulianus*, à *Bulia* civitate Atticæ. *Is. Voſſius.*

36. *Aut Tullianum Buzygen*] Buζύγης hic ſuis eſt, ut etiam Euſtathio in Σ Ἰλιάδος, *Buzyges* apud Varronem ſecundo de re Ruſtica. ubi dicitur à pecore bubulo Athenis *Buzyges* nobilitatus fuiſſe. Plinii vero ſunt verba hæc ſeptimo Naturalis Hiſtoriæ de rerum inventoribus. *Bovem, & aratrum, Buzyges Athenienſis, ut alii, Triptolemus.* Nomen ergo à *bubus jugandis* huic fuit. *Vinet.*

AVSONIVS PAVLINO.

Epiſtola XXIII.

PRoxima quæ noſtræ fuerat querimonia chartæ,
Credideram, quod te, Pauline, inflectere poſſet,
[1] Eliceretque tuam blanda objurgatio vocem.
[2] Sed tu juratis velut alta ſilentia ſacris
Devotus teneas, perſtas in lege tacendi.
[3] Non licet: an ne pudet, ſi quis tibi jure paterno
Vivat amicus adhuc, maneaſque obnoxius heres?
Ignavos agitet talis timor. [4] at tibi nullus

1. *Eliceretque tuam*] Pulmann. in margine: *tuas blanda objurgatio muſas.* cui concinit Paullinus:

Quid abdicatas in meam curam, pater,
Redire Muſas præcipis?

2. *Sed tu juratis*] *Myſteria* priſci dixerunt Græci, Cereris deæ ſacra, à verbo μύειν, ut eſt in vetuſtis in Ariſtophanem comicum ſcholiis, quod ſignificat os claudere. quibus myſteriis, initiiſque, ut Cicero vocat ſecundo de legibus, qui initiati fuerant, & devoti, nefas erat enunciare quicquam de arcano illorum ritu. *Vinetus.*

3. *Non licet*] Initiatorum hoc fuiſſe ſolemne verbum videtur, *Non licet.* quum à curioſis rogati de ſuorum myſteriorum arcanis, reſpondebant ſibi non eſſe fas de iis quicquam eloqui. *Vinet.*

4. *Ac tibi nullus*] Scribo, *At* ex Vett. Codd. in eandem ſententiam ad Nepotem ſuum:

Degeneres animos timor arguit. at tibi conſta
Intrepidus. Mariang. Accurſius.

Sit metus : & morem miſſæ, acceptæque ſalutis
Audacter retine. vel ſi tibi proditor inſtat,
[5] Aut quæſitoris gravior cenſura timetur,
Occurre ingenio, quo ſæpe occulta teguntur.
[6] Threïcii quondam quam ſæva licentia regis
Fecerat elinguem, per licia texta querelas
Edidit, & tacitis mandavit crimina telis.
[7] Et pudibunda ſuos malo commiſit amores
Virgo, nec erubuit tacituro conſcia pomo.
[8] Depreſſis ſcrobibus vitium regale miniſter
Credidit idque diu texit fidiſſima tellus :
Inſpirata dehinc vento cantavit arundo.
[9] Lacte incide notas : areſcens charta tenebit
[10] Semper inadſpicuas : prodentur ſcripta favillis.

[11] Vel

5. *Aut quæſitoris*] Vel ſi forte times, ut ne intercipiantur tuæ litteræ, in quibus ſit aliquid arcanæ rei, vel quod alioqui nolis ab omnibus legi, poteris ingenioſe huic malo varia remedia invenire. Et ſic cum amico ſuaviſſimo Auſonius lepide jocari pergit. *Quæſitor* autem proprie, qui & *Quæſtor*, Prætor dicebatur, qui judiciis publicis præerat. *Vinetus.*

6. *Threïcii*] Thraciæ rex *Tereus Philomēlam* uxoris ſuæ Procnes ſororem per vim ſtupraverat, & illi *linguam*, ne facinus eloqueretur, abciderat: ſed hæc ut --- *grande doloris.*

Ingenium eſt, miſeriſque venit ſollertia rebus,
Stamina barbarica ſuſpendit candida tela,
Purpureiſque notas filis intexuit albis
Indicium ſceleris : perfectaque tradidit uni :
Vtque ferat dominæ geſtu rogat. illa rogata
Pertulit ad Prognen. nec ſcit, quid tradat in illis.

Ovidius ſexto Metamorphoſ. *Vinet.*

7. *Et pudibunda*] *Cydippe*, ſed ab amante Acontio falſa. Vide eorum Epiſtolas inter Ovidianas. *Vinetus.*

8. *Depreſſis ſcrobibus*] *Midæ* regis Phrygiæ aſininas *auriculas* prodidit famulus inter arundines in ſcrobe occultus, undecimo Metamorphoſeon Ovidii. *Vinet.*

8. *Depreſſis ſcrobibus*] Petronius :

Sic commiſſa ferens avidus reſerare miniſter,
Fodit humum, regiſque latentes prodidit aures.
Excepit nam terra ſonos, calamique loquentes
Invenere Midam, qualem narraverat index.

Alluſit Heliodorus lib. II Æthiopicor. *Εἶπεν ἂν τάχα καὶ τοῖσδε τοῖς καλάμοις, κατὰ τὸν μῦθον, εἰ μή σοι περιέτυχεν*

9. *Lacte incide notas*] *Inſcribe* inter Paulini Epiſtolas, pro iſto *incide*. Vin.

9. *Lacte incide notas*] Recte. nam *inſcribe*, quod in editione Epiſtolarum Paulini reperiſſe ſe monuit Vinetus, hujus verbi ſcholion eſt, itidem in textum olim pro genuino relatum in Solone. unde nos ſuo merito ejecimus.

10. *Semper in auſpiciis*] Legendum

[11] Vel Lacedæmoniam ſcytalen imitare, libelli
Segmina Pergamei tereti circumdata ligno
Perpetuo inſcribens verſu; qui deinde ſolutus
Non reſpondentes ſparſo [12] dabit ordine formas,
Donec conſimilis ligni replicetur in orbem.
[13] Innumeras poſſum celandi oſtendere formas,
Et clandeſtinas veterum reſerare loquelas,
Si prodi Pauline times, noſtræque vereris
Crimen amicitiæ. [14] Tanaquil tua neſciat iſtud.

Tu

ex vetere libro, *inaſpicuis*, hoc eſt, *δυσοράτοις*. Scaliger.

10. *Semper in auſpicuis*] Quod hoc loco perſtringit Auſonius de *Lactea ſcriptura*, hoc ſic habet. In charta *lacte*, ſicut atramento fit, quippiam exarato. Id quum fuerit ſiccum, nulla litera videri poterit: ſed expaſſa charta ſuper tabulam, quæ ad regulam plana ſit, totam ſcripturam favilla non modice calida obruito. Paulo poſt favillam excutito. Videbis ſubatram ſcripturam, quam feceras lacteam. Idem efficietur, pulchriore etiam ſcriptura, ſi ſuper prunas, aut flammas luminum, aliorumve ignium, modico intervallo, ab ea parte, quæ ſcripta non eſt, chartam expandas; ſed hîc periculum eſt ab incendio. *Vinetus.*

10. *Semper inaſpicuis*] Legimus mutata diſtinctione & una litera:

Lacte incide notas; areſcens charta tenebit
Semper inaſpicuas: prodentur ſcripta favillis.

Gronovius. Confirmatur hæc incomparabilis viri emendatio lectione, quam in antiquo codice inveniſſe ſe teſtatur Pulmannus. In eo quippe: *Semper in adſpicuas prodentur ſcripta favillas..* unde ob malam diſtinctionem veræ lectioni à librariis vim factam perſpicuum eſt.

11. *Vel Lacedamoniam*] Clandeſtinas quaſdam literarum formulas ſuper opertis rebus, & ſcribendi latebris reſerans, verſus eſt; coagmentatis perperam elementis, atque amota quæ ſuperinduci ſolet notula, mendoſus. Lege igitur *Lacedemoniam* pro *Lacedamonias*. Eſt *ſcytale* ſurculus teres, & arcanarum quoddam litterarum genus, ab *Lacedamomis* inventum, ejuſdem cum ſurculo, quo involvebatur, nominis, *ὡς τῷ μετρῶντι τὸ μετρούμενον* quod Plutarch. ait in Lyſandro. meminit abunde Gellius. Cicero quoque ad Atticum, *habes σκυτάλην Λακωνικήν*. Mariang. Accurſ.

11. *Vel Lacedamoniam*] Quod genus hoc eſſet ſecretiorum literarum exponet tibi pluribus Plutarchus in Lyſandro, Scholiaſtes Thucydidis ad lib. 1. Aul. Gellius lib. 17 noct. Atticar. & Ioannes Tzetzes in ducenteſima quinquageſima octava ſecundarum Hiſtoriarum, ac Eraſmus in Adagiis. *Vinetus.* Plura Meurſius in Miſcellan. Laconicis.

12. *Dabit ordine formas*] Ita pro *dedit*, poſtulante ſenſu, ex Lugdunenſi libro, & vetere Pulmanni codice emendavimus.

13. *Innumeras poſſum*] Aliquot ultra viginti tradidit Æneas in Poliorceticis cap. XXXI. nonnullas Gellius lib. XVII, cap. IX. complures in ſua Cryptographia Illuſtriſſimus Auguſtus Dux Luneburgenſis.

14. *Tanaquil tua*] Vxorem ſanctiſſimam Paulini, cujus meminit Ambroſius

Tu contemne alios; nec dedignare parentem
Adfari verbis. Ego ſum tuus altor, & ille
Præceptor primus, primus largitor honorum,
Primus in Aonidum qui te collegia duxi.

broſius Epiſt. xxxvi, vocat *Tanaquilem* Auſonius, ridens ſcilicet: quia ei erat addictus Paulinus. Et, ut ex eodem loco Ambroſii cognoſcimus, videtur ſecutus uxoris conſilium Paulinus in ſeceſſu Nolano. Quare vocat eam feminam *Tanaquilem* poeta noſter: quia illis temporibus ita ſolerent uxores vocare, quæ imperabant maritis. Sidonius: *Temperat Lucumonem noſtrum Tanaquil ſua.* Notum de *Tanaquile* Romana. neque neceſſe hic de illa verba facere, ut ad hæc accommodemus: cum vulgatiſſima ſint. *Scaliger.*

14. *Tanaquil tua*] Paulini uxorem *Theraſiam*, probam in primis feminam, & piam, à mariti propoſito nihil diſcrepantem, ut Divus Ambroſius memoriæ prodidit, Auſonius quum *Tanaquilem* hîc vocaſſet, neſcio quam ob cauſam, niſi forte, quod quemadmodum ſuæ *Tanaquilis* Tarquinius Priſcus Romanorum rex, ſic *Theraſiæ* ſuæ conſilio & juſſu pleraque gereret Paulinus, moleſte tuliſſe videtur Paulinus in Epiſtola ad Auſonium prima & ſecunda: & Lucretiæ illi pudiciſſimæ matronæ comparari maluit, quam iſti *Tanaquili*, ambitioſæ mulieri, & ſagæ. Sidonius libri quincti Epiſt. 7 de ſuo Tetrarcha: *Temperat Lucumonem noſtrum Tanaquil ſua: & aures mariti, viroſa ſuſurronum face completas, opportunitate falſi ſermonis eruderat.* Iuvenal. lib. 11:

Ante tamen de te Tanaquil tua: quando ſororem
Efferat & patruos. --- Vinetus.

15. *Præceptor ...... primus largitor honorum*
Primus in Aonidû qui te collegia duxi] Interſtitium hoc, quo facile defectus dictionis unius oſtendatur, promptam etiam ingenioſis materiam tribuit, in hunc modum corrigendi:

Præceptor primus, primus largitor honorum.

Vetus autem Codex ita habet:

Præceptor primus, veterum largitor honorum. Mariang. Accurſius.

15. *Primus largitor*] Vetus codex: *veterum largitor honorum.* Vinetus.

15, *Primus largitor honorum*] Malui Vineti ſequi editionem, quam veteris libri auctoritatem: natum namque eſt interſtitium ex repetitione ejuſdem vocabuli, dum ſemel τὸ *primus* negligitur. dein, ut illud expleretur, inſertum eſt τὸ *veterum*. Vide quæ ſupra a nobis dicta ſunt ad Eclogar. de luſtral. agonibus.

AVSONIVS PAVLINO S.

Epiſtola XXIV.

[1] DIſcutimus, Pauline, jugum, [2] quod certa fovebat
Temperies: [3] leve quod poſitu, & tolerabile junctis,
Tra-

1. *Diſcutimus Pauline jugum*] Tres, uno die Epiſtolas Paulinus ab Auſonio accepit: quarum prima eſt, hæc: *Diſcutimus Pauline, &c.* Secunda: *Proxima*

Tractabat paribus concordia mitis habenis,
Quod per tam longam ſeriem volventibus annis
[4] Fabula non unquam, numquam querimonia movit,
Nulla querela loco pepulit, non ira, nec error,
[5] Nec quæ compoſitis maleſuadæ credula cauſis,
Concinnat veriſimilis [6] ſuſpicio culpas.

Tam

xima quæ noſtra. Tertia: *Agnoſciſne tuam*, &c. Is enim ordo Epiſtolarum Auſonii eſſe debet. Nam quarta quæ & ultima, eſt illa: *Quarta tibi hæc notas*, &c. Tres autem Epiſtolas Paulinum uno die & ſimul accepiſſe tum hæc demonſtrant,

Trina etiam vario florebat Epiſtola textu:
Et numeroſa triplex pagina carmen erat.

tum etiam illa magis declarant:

Ante ſalutifero felix quam charta libello,
Dona negata diu multiplicata dares.

Scaliger.

1. *Diſcutimus Pauline jugum*] In veteri libro hic erat titulus: *Incipit alia ad eundem, cum ille ad alta nota magis reſponderet, neque ſe venturum polliceretur.* Licet ineptus ſit, diſſimulare tamen nolui.

2. *Quod nota*] Legitur & *certa*, pro *nota* hoc loco; ac in verſu ſequenti, *venerabile* pro *tolerabile*. Alludere autem videtur Auſonius ad illud, *Par jugum*: quod inter adagia exponit Eraſmus. *Vinetus.*

3. *Leve quod poſitu*] Quod erat juſtum, non durum, facile, quod non premebat. Sic & ſuperius de Claris urbibus, *diſpoſitus*: & *precatu* Epiſt. XXI: *Noſtro reddi te poſſe precatu.* Grævius.

4. *Fabula non unquam, nunquam querimonia movit*] Hic verſus quinctus fuit in ſola ſcriptorum Paulini Aſcenſiana editione. quem Ariſtarchus obeliſco ſuo, ut reor, confodere non dubitaret. *Vinetus.*

5. *Nec quæ compoſitis*] Ita ex vetere libro lege. *Scaliger.*

5. *Nec quæ compoſitis*] Cajus Lælius quum apud Ciceronem dixiſſet: *Amicitiam niſi inter bonos eſſe non poſſe*, boni viri & ſapientis eſſe dixit hæc duo tenere, in amicitia: *Primum, nequid fictum ſit, neve ſimulatum. deinde, non ſolum ab aliquo allatas criminationes repellere, ſed ne ipſum quidem eſſe ſuſpicioſum, ſemper aliquid exiſtimantem ab amico eſſe violatum.* Vinetus.

5. *Nec quæ compoſitis maleſuadæ*] Quo pertineat *maleſuadæ* nemo facile exputabit. Pulmannus cum nonnullis aliis: *male ſuadet credula canis.* Ex his veſtigiis vera lectio mihi ſubolevit: *male ſuada & credula vanis.* Suſpicio quæ male ſuadet, & credula eſt vanis, quæ ſibi ipſa fingit. *Gravius.*

5. *Maleſuada cred. cauſis*] Nihil hic eſſe mutandum Epiſtola Paulini docet, qua ad hæc Auſoniana reſpondet:

Quo rumore pius facilis tibi fama per aures
Irrupit, pepulitque animum? contraque vetuſtam
Experta pietate fidem nova vulnera movit,
Læderet ut natis placidum maleſuada parentem?

6. *Suſpicio*] Nomen hoc, ſic puto, ſcriptum reperio in cunctis exemplaribus vetuſtis, eodem prorſus modo, cum ipſo verbo *ſuſpicio*, non *ſuſpitio*, nec *ſuſpectio*. Secunda ſyllaba ubique longa, ut hoc loco, ita & in Paulini Epiſtola ad Auſonium:

Duceret in ſanctum ſuſpicio falſa parentem.

Et apud Martialem in Epigrammate quadrageſimo ſexto libri undecimi:

Tam placidum,tam mite jugum:quod [7] uterque parentes
Ad ſenium noſtri traxere ab origine vitæ :
Impoſitumque piis heredibus, uſque manere
Optarunt, dum longa dies diſſolveret ævum.
Et manſit, dum læta fides, nec cura laborat
Officii ſervare vices : ſed ſponte feruntur
Incuſtoditum ſibi continuantia curſum.
Hoc tam mite jugum docili cervice ſubirent
[8] Martis equi, ſtabuloque feri Diomedis abacti :
[9] Et qui mutatis ignoti Solis habenis
Fulmineum Phaethonta Pado merſere jugales.
[10] Diſcutimus Pauline tamen : nec culpa duorum
Iſta, [11] ſed unius tantum tua. namque ego ſemper
Contenta cervice feram. [12] conſorte laborum

De-

Oblinitur minima ſiqua eſt ſuſpicio rima.

ac in principio Eunuchi Terentii :

Suſpiciones, inimicitiæ, induciæ.

Similiterque apud Plautum,& alios : quum ea corripiatur in *ſuſpicio* verbo. in Bucolico nono Virgilii :

Daphni, quid antiquos ſignorum ſuſpicis ortus ? Vinetus.

7. *Vterque parentes*] Quis non videt ſcribendum:*utrique parentes*? Grævius.

8. *Martis equi*] Δεῖμος, & Φόβος Servio in hunc nonageſimum primum verſum tertii Georgicôn :

Martis equi bijuges, & magni currus Achillis.

ſed quum dixiſſet Homerus Iliad. *O*, de deo Marte :

Ὣς φάτ', καί ῥ' ἵππους κέλετο Δεῖμόν τε, Φόβον τε
Ζευγνύμεναι. --- ſcripſit Euſtathius eos errare, qui Δεῖμον, & Φόβον hoc eſt *Metum*, & *Terrorem*, eſſe putant equorum, quum ſint filiorum ſatellitumve *Martis* nomina. quomodo ſenſiſſe videtur Statius, quum dixit tertio Thebaidos :

Fræna miniſtrat equis Pavor armiger.

Quinctus Calaber vero Marti equos attribuit quatuor octavo prætermiſſorum ab Homero, Borea, & Erinny genitos, ignem naribus efflantes, quorum ſunt nomina : Αἴθων, Φλόγιος, Κόναβος, Φόβος. Vinetus.

9. *Et qui mutatis --- Fulmineum --- jugales*] *Et qui jugales.* Equi.

--- *Pyrois, Eous, & Æthon,*
Solis equi, quartuſque Phlegon. ---

Secundo Metamorphoſeon Ovidii. *Fulmineum.* *fulminatum*, & ab Iove, *fulmine* è ſummo cœlo dejectum in Padum Italiæ fluvium. *Vinet.*

10. *Diſcutitur Pauline tamen*] Lege: *Diſcutimus*, ut in bonæ notæ ſcripto Pulmanniano. Eſt enim repetitio prioris ſententiæ, quæ confirmatur eo, quod ait, *nec culpa duorum iſta.* ſe enim diſcutere *jugum* innuit, ſed culpam Paulini eſſe : quod ipſe ſolus non poſſit deficiente ſodali *jugum* amicitiæ perferre.

11. *Sed unius tantum tua*] Sic & Propertius lib. III, Eleg. XXIV:

Tu bene conveniens non ſinis eſſe jugum.

12. *Conſorte*] Socio, & participe laboris in ferendo communi jugo. *Vinetus.*

13. Nec

Deſtituor. [13] nec tam promtum geſtata duobus
Vnum deficiente pari perferre ſodalem.
Non animus, vireſque labant: ſed iniqua ferendo
Conditio eſt oneri, quum pondus utrumque relicto
Ingruit; acceduntque alienæ pondera libræ.
Sic pars ægra hominis trahit ad contagia ſanum
Corpus: & exigui quamvis diſcrimine membri,
Tota per innumeros artus compago vacillat.
[14] Obruar uſque tamen, veteris ne deſit amici
Me durante fides: memorique ut fixa ſub ævo
Reſtituant profugum ſolatia caſta ſodalem.
Impie, Pirithoo [15] disjungere Theſea poſſis,
Euryalumque ſuo ſocium ſecernere Niſo.
Te ſuadente fugam, Pylades liquiſſet Oreſtem;
Nec cuſtodiſſet Siculus vadimonia Damon.
Quantum oblectamen populi, quæ vota bonorum
Sperato fraudata bono? gratantia cuncti
Verba loquebantur. jam nomina noſtra parabant
Inſerere antiquis ævi melioris amicis.
Cedebat Pylades: Phrygii quoque gloria Niſi
Iam minor, & promiſſa obiens vadimonia Damon.
[16] Nos documenta magis felicia: qualia magnus
[17] Scipio, longævique dedit ſapientia Lælì.

Nos

13. *Nec tam promt. geſta . . . duobus. Vnum deficiente pari proferre ſodalem*] Legendum *perferre*. ſubductam præterea librarii dictionem rati, ſpatium hic inter *geſta* & *duobus* reliquere. Quid ſi legatur *geſtata*. Nam & his Paulinus ita reſpondit:

Diſcuſſiſſe jugum quereris me, quo tibi doctus
Iunctus eram ſtudiis. hoc nec geſtaſſe quidem me
Aſſero. Mariang. Accurſius.

14. *Obruar uſque*] Hi ſeptem verſus ſpurii videntur: quos ſolus Paulini liber habuit. Iſta autem amicorum paria celebrant *Pirithoum* & *Theſeum* Virgilius, Hyginus, Servius, *Euryalum*, & *Niſum* Virgilius. *Pyladem*, & *Oreſtem* Hyginus, Ovidius. *Damonem* & *Phintiam* Cicero tertio de Officiis, Valerius libro quarto de amicitia, & Plutarchus *περὶ πολυφιλίας*. Vinetus.

15. *Disjungere Theſea poſſis*] Lege, *poſſes*. Grævius.

16. *Nos documenta magis felicia*] Exempla feliciora, quam quæ Græca ſunt prolata. *Theſei* namque *Pirithoique* amores Valer. Maximo non ſatis placent. *Vinetus.*

17. *Scipio*] Publ. Cornel. *Scipio*, & Caj. *Lælius*. Cicero de amicitia. *Vin.*

 18. *Diſ-*

Nos ſtudiis animiſque iiſdem, miracula cunctis:
Hoc majora, pares fuimus quod [18] diſpare in ævo.
Ocyus illa [19] jugi fatalis ſolvere lora
Pellæum potuiſſe ducem reor, abdita opertis
Principiis, & utroque caput celantia nodo.
[20] Grande aliquod verbum nimirum diximus, ut ſe
Inferret nimiis vindex Rhamnuſia votis;
Arſacidæ ut quondam regis non læta triumphis
Grandia verba premens ultrix dea Medica belli
[21] Siſtere Cecropidum in terris monumenta paranti
Obſti-

18. *Diſpare in ævo*] Auſonius major natu erat. *Vinetus.*

19. *Iugi fatalis*] Vt in Epiſtola ad Paulum. *Pellæus* autem *dux* Alexander Magnus, ex *Pella* Macedoniæ civitate. *Vinet.*

20. *Grande aliquod*] Timet, ut quum ita magnis efferret laudibus ſuam amicitiam, nequid jactantius arrogantiuſque dictum Nemeſi videatur, quod caſtigari debeat. de qua dea plura diximus in Epigramma XXI. ARSACIDÆ autem unde ſint dicti Perſarum, Parthorum, Medorumque reges, docebunt Iuſtinus quadrageſimo primo, Ammianus viceſimo tertio, Strabo, Suidas, Servius. *Vin.*

20. *Grande aliquod verbum*] *Οὐ γὰρ ἐᾷ φρονέειν ἄλλον μέγα ὁ θεὸς, ἢ ἑωυτόν*, inquit Artabanus ad Xerxem, aliaque plura in eum ſenſum. De Nemeſi quædam Brodæus ad lib. I Antholog. Græcæ, cap. 31. & lib. 4, c. 12. Hinc Cajus Cæſar exſtructo illo per tria & amplius paſſuum millia ponte inter Baulos & Puteolos Neptuno & Invidiæ ſacra fecit, *μὴ καὶ βασκανία τις αὐτοῦ, ὡς ἔφασκε, γένηται.* uti eſt apud Dionem. Adi & Pauſaniam in Atticis pag. 62. noſter autem Virgilium ſuum reſpexiſſe videtur, qui lib. X Æneid.

Dixerat ille aliquid magnum, vimque afferre verbo
Crediderat. ubi Servius: *proverbialiter dictum eſt, ac ſi diceret, non mirum ſic occiſum eſſe, qui ſibi plurimum arrogabat.* Ammianus lib. XXII de Euſebio Conſtantii Auguſti cubiculario: *Quem ab ima ſorte aduſque jubendum Imperatori pene elatum, ideoque intolerabilem, humanorum ſpectatrix Adraſtia aurem, quod dicitur, vellens, monenſque, ut caſtigatius viveret, reluctantem præcipitem tanquam è rupe quadam egit excelſa.* notare etenim verba nimis ſuperba credebatur. Callimachus hymno in Cererem de Eriſichthone:

Εἶπεν ὁ παῖς. Νέμεσις δὲ κακὴν ἐγράψατο φωνάν.

Vide eundem hymno in Dianam extremo: Athenæum lib. VIII, p. 334. Lil. Gyraldum Dialogo XIX de Nemeſi, & quæ jam ante in notis ad Auſonii præcedentia tum nos, tum alii.

21. *Siſtere Cecropidum in terris monumenta parenti*] Legendum *paranti*. Pernotus eſt Marathon ingenti hac Perſarum clade, qua victi, fugatique ab Athenienſibus fuere. Ejuſdem argumenti Græcum quoque Epigramma tranſtulit Auſonius *εἰς Νέμεσιν*. Cujus illud, *καὶ Πέρσαις τοῦ πολέμου Νέμεσις*. videl. *ἔστηκα*, quod Auſonius, nem ſane ipſam explicans, vertit:

Punio ſic Perſas vaniloquos Nemeſis.

nonnihil eo pertinet ex eadem Epiſtola.

Vltro etiam victis Nemeſis ſtetit Attica Perſis. Mariang. Accurſius.

21. Ce-

Obſtitit : & [22] Grajo jam jam figenda tropæo,
Vltro etiam victis [23] Nemeſis ſtetit Attica Perſis.
Quæ tibi Romulidas proceres vexare libido eſt ?
In Medos, Arabaſque tuos per nubila, & atrum
Perge chaos. [24] Romana procul tibi nomina ſunto.
Illic quære alios oppugnatura ſodales :
Livor ubi iſte tuus, ferrugineumque venenum
Opportuna tuis [25] inimicat pectora fucis.
Paulinum, Auſoniumque, [26] viros, quos ſacra Quirini
Purpura, & auratus trabeæ velavit amictus,
Non decet inſidiis [27] peregrinæ cedere divæ.
Quid queror, [28] eoique inſector crimina monſtri ?
[29] Occidui me ripa Tagi, me Punica lædit

Bar-

21. *Cecropidum*] Cecropidarum, *Athenienſium*, à ſuo rege *Cecrope*. *Vinetus.*

22. *Grajo jamjam fingenda tropæo*] Lege : *figenda tropæo*. *Tropæum figere*, non *fingere* dicimus. nec hic *fingenda*, id eſt, ſculpenda vel formanda intelligitur, ſed *figenda*, id eſt collocanda, ſtatuenda. Huic enim reſpondet, *ultro etiam ſtetit*. Sed & ita v. c.

23. *Nemeſis Attica*] *Rhamnuſia* verſu quinquageſimo ſecundo, & centeſimo nono. Eſt *Rhamnus* Atticæ vicus. *Vinetus.*

24. *Romana procul*] Verſus trecenteſimus ſeptuageſimus nonus Moſellæ. *Vinet.*

25. *Inimicat*] Inimica facit. Horatius in Ode ultima lib. IV. *Vin.*

26. *Viros, quos ſacra*] Romanos, & Conſulares viros. *Idem.*

27. *Peregrinæ*] Non Romanæ deæ. Plinius 28 Naturalis Hiſtoriæ : *Alii Græcam Nemeſim invocantes. Cujus ob id Romæ ſimulacrum in Capitolio eſt. quamvis Latinum nomen non ſit.* Id.

28. *Eoi monſtri*] *Vltricis deæ*, monſtroſæ & terribilis : quam Græcia & Oriens ante coluit, quam Romani & Heſperiæ gentes. *Idem.*

29. *Occidui*] *Tagus* Hiſpaniæ fluvius in Oceanum exit *occiduum* per Luſitaniam. BARCINO vero Tarraconenſis Hiſpaniæ civitas eſt, in littore maris interni ſita. Hæc *Barcelona* hodie vulgo dicitur. Amœnam appellat Paulinus verſu centeſimo & triceſimo primæ Epiſtolarum ad Auſonium : qualem hodie prædicant, qui inſpexerunt : ſed quo *Punicam* vocet Auſonius, hoc, puto, ſignificat, à Carthaginenſibus, qui *Pœni* ſunt, Hiſpaniam aliquando tenentibus, conditam fuiſſe. *Barce* namque Africæ urbs fuit, ſed *Barcam* fuiſſe cognominatum Amilcarem Hannibalis illius clariſſimi patrem, Plutarchus in Catonis Majoris vita, & Appianus in Hannibalicis, ſunt auctores. invenioque apud Livium in principio viceſimi primi, & alibi, familiam, ex qua fuit Amilcar, *Barcinam* cognominatam, ac etiam cum ſpiritu *Barchinam* : ut urbs *Barcino* in Auſonii litteris, ac apud Plinium, Βαρκινων quoque in Geographicis Ptolemæi, *Barchino* etiam aſpirata reperitur in Epiſtola 6 Paulini ad Severum Sulpicium. Poteſt ergo Βάρκας ille, vel ejus *Barcinorum* quiſpiam, quam condidiſſet Hiſpaniæ rector civitatem, à ſe *Barcinonem* nuncupaviſſe.

Barcino, [30] me bimaris juga ninguida Pyrenæi.
[31] Mœnibus è patriis [32] forſan quoque veſtis & oris,
Quemque ſuo longe dirimat provincia tractu
Trans montes, ſolemque alium, trans flumina & urbes,
Et quod terrarum, cœlique extenditur inter
[33] Emeritenſis Anæ, latæque fluenta Garumnæ.
Quod ſi intervallis ſpatium tolerabile limes
Poneret exiguus, (quamvis longa omnia credant,
Qui ſimul eſſe volunt) faceret tamen ipſa propinquos
Cura locos, mediis jungens diſtantia verbis.
[34] Santonus ut ſibi Burdigalam, mox jungit Aginnum
Illa

viſſe. Agebat autem Paulinus *Barcinone*, quum hæc ſcriberet Auſonius. *Vinetus*.

30. *Me bimaris*] *Pyrenæus* Gallias Hiſpaniaſque diſterminans, promuntoria in duo diverſa maria projicit, Oceanum & Internum. *Vinet*.

31. *Mœnibus è patriis*] Legitur, cum *& patrio*, tum *è pario*, pro *è patriis*: quod quid ſibi velit, non video. nec toti hi tres verſus. Παρεμβεβλημένους ſuſpicor: ut poſt *Barcino*, *me*, continuo ſequatur: *Et quod terrarum*. Vin.

32. *Forſan*] Quamquam depravatos hoſce verſus emendare nequeam, videtur tamen pro *forſan quoque veſtis & oris*, legendum eſſe, *tota trieteride terris*. nam ſic in ſuis Paullinus: *Defore me patriis tota trieteride terris*, &c. quorum verborum nullum apud Auſonium veſtigium eſt, niſi quod hoc loco illa corrupta fuiſſe odoratus ſum. Plures porro hic excidiſſe verſus cenſeã, aut hunc unicum non ſuo loco inſertum eſſe. ſequens ita reſtitui, & cum prioribus connecti poterit:

Queque ſuo longe dirimit provincia tractu. in v. c. fuit, *quemque ſua longe dirimat pr. tractu.*

33. *Emeritaque Amnis*] Lege, uti in veteri libro deprehendi: *Emeritenſis Ana*. Heinſius.

34. *Santonus ut ſibi*] Dictum *Santonus* Mediolanum, ut Lutetia *Pariſius*, Auguſta *Vindelicus*. Item apud Frontinum libro de Coloniis: *Colonia Tarquinius*, *Colonia Graviſcus*, *Colonia Vejus*. Quod ideo noto, ne quis barbare dictum putet fretus auctoritate Beati Rhenani, hominis magni nominis, & eruditiſſimi. His autem Auſonius ſignificat *Burdegalam* mediam ſitam inter *Mediolanum* Santonum, & *Aginnum* Nitiobrigum: quemadmodum *Arelas* inter *Viennam*, & *Narbonem*. Aginnum, ut jam dixi, civitas *Nitiobrigum*, vel, ut in aliis invenio, *Nitiobrogum*. Vt perperam illi judicarint, qui *Ageſinates* Plinii pronunciarunt eſſe *Aginnates*. Quomodo iidem poſſunt eſſe Aginnates, & Ageſinates? Præterea cum Ageſinates Plinio ſint Pictonibus vicini, quis putarit eoſdem eſſe cum Aginnatibus, cum inter illos & Pictones minimum iter quinque dierum interjectum ſit? Sed, ut jam dixi, Nitiobrigum ſeu Nitiobrogum *Aginnum* eſt. Apud eundem paulo poſt quam Ageſinatum meminit, corrigendus eſt locus in verbis ſequentibus: *Rurſus*, inquit, *Narbonenſi provincia contermini Ruteni*, *Cadurci*, *Antobroges*, *Tarneque amne diſcreti à Toloſanis Petrocorii*. Lege: *Cadurci*: *Nitiobroges*, *Tarne amne diſcreti à Toloſanis*: *Petrocorii*, &c. Eorum Epiſcopi Phœbadii

badii meminerunt Hieronymus, & Severus Sulpicius & ipſe quoque Nitiobrix. Ejuſque eruditiſſima Epiſtola, de qua idem Hieronymus ſcri... in Arrianos ſcripta, ante hos paucos ... nos ab Henrico Stephano excuſa eſt. Ta... n Aginnates nomen corruperunt, & vo... nt *Feudarium*. Quin & corrupte *Fegadius* ...rum eſt apud Sulpicium & *Ganidius*. Vt..bique legendum *Phœbadius*. Eum vocat Epiſcopum ſuum Sulpicius, unde indubitate iſtum Sulpicium Elegantiſſimum ſcriptorem colligitur Nitiobrigem fuiſſe. Aquitanus quidem dicitur à veteribus, ſed unde domo, tacetur. Infra *Noverus* eſt pagus in agro Santonico, in quo habuit prædia Auſonius. De quo ſuperius ad Axium Paulum ſcribens meminit:

> *Santonicamque urbem vicino acceſſimus agro.*

At *Lucaniacus* fuit ſuburbanum Burdegalenſe duabus plus minus leucis Vaſconicis ab urbe diſtans. Eſtque illud *hæredium*, in quod ſuperius luſit ſtylo Lucilliano. At Noverus erat non longe Mediolano Santonum. Et cum ſcribit:

> *Ingreſſuſque ſui celebrata per oſtia portus,*
> *Et ſua præteriens jamjam tua limina pulſat.*

non eſt accipiendum de Lucaniaco, ſed de Novero. Præteriens enim confluentes Duranii & Garumnæ, ubi erat portus *Hebromagi*, à tergo ex altera ripa tribus miliaribus Vaſconicis relinquit Lucaniacum, & pergit ad Santonos, ubi erat Noverus pagus. quod ex illis cognoſcimus, quæ ſupra citavimus Item ex Epiſt. ad Tetradium Satyrarum poëtam:

> *Cur me propinquum Santonorum mœnibus*
> *Declinas?* ---

In Antonini Itinerario legimus: *Blaviam, Tamnum, Novioregum, Mediolanum Santonum, Aunedonacum, Rauranum.* Vbi *Novioregum* dictum eſt, aut pro illo pago *Novero*: aut, quod magis puto, *Noverum* pro *Novioregum* legendum eſt. Aberat autem Noverus Mediolano Santonum XVII. M. P. hoc eſt leucis Vaſconicis IV. cum triente. *Rauranum* vero Paulinus in Epiſt. ad Auſon. *Raraunum* vocat, uti in veteri libro, & primis editionibus habetur. Quod fuit ignobiliſſimum & obſcuriſſimum oppidum, aut vicus, ut ex eadem Epiſt. apparet, in Pictonibus. Mirum porro à Paulino poni fundum Auſonianum in Pictonibus, cum Auſonius ipſe in *Santonibus* ponat, & re vera in aliis cenſeri non debet. Noverogus enim, in quo pago erat rus Auſonii, diſtabat Raurano M. P. LII. hoc eſt leucis Aquitanicis plus minus XVI. Tres fundos autem Auſonium habuiſſe comperio: unum in Santonibus, in pago *Novero*, ſeu Noverogo: alterum ſuburbanum in portu Condatenſi ad Duranium *Lucaniacum*, quem Paulinus hic *Lucanum fundum* vocat; tertium ſupra Burdigalam, quod *Marcjalium* vocat Paulinus, cujus locum non deſignat. Hoc ita eſſe patet ex verbis ipſius Paulini totidem fundos Auſonianos numerantis. Adde etiam quartum in Bojis, quem puto eſſe *Pauliacum*. Scaliger.

34. *Santonus ut ſibi*] *Santonus* hic videtur dici *Santonum* metropolis Mediolanum; ſed apud Lucan. primo:

> --- *gaudetque amoto Santonus hoſte*,

incertum, *Santonus* utrum gentem ſignificet, an urbem. Numerantur autem leucæ duæ & viginti inter *Santonos* urbem, & Burdigalam: inter Burdigalam, & AGINNUM duodeviginti. Parvum hoc oppidum eſt in altera Garumnæ ripa ſitum, *Agenum* vulgo, ſed Ἀγιννον apud Ptolemæum, ut *Aginnum* in hac Auſonii Epiſtola. De *Arelate*, *Vienna*, *Narbone*, *Toloſa*, carmen VIII, XII, XIII Clararum urbium. Ceterum quod hoc loco dixit Auſonius, *Arelatem à Narbone, & Vienna*, pari abeſſe intervallo, hæc itinera non eſt ſubtiliter dimenſus. Abeſt à Narbone tridui fere itinere, ſed ab Vienna aliquanto plus. Narbo vero à Toloſa fere quatridui. *Vinetus.*

35. Ca-

Illa ſibi, & populos Aquitanica rura colentes:
Vtque duplex Arelas, Alpinæ tecta Viennæ,
Narbonemque pari ſpatio ſibi conſerit: & mox
Quincuplicem ſocias tibi Martie Narbo Toloſam.
Hoc mihi ſi ſpatium vicinis mœnibus eſſet.
Tunc ego te ut noſtris aptum complecterer ulnis:
Adflaretque tuas aures noſtræ aura loquelæ.
Nunc tibi trans Alpes, & marmoream Pyrenen
[35] Cæſareæ Auguſtæ domus eſt. [36] Tyrrhenica propter
Tarraco, & oſtriſero ſuperaddita Barcino ponto.
[37] Me juga Burdigalæ, trino me flumina cœtu
Secernunt turbis popularibus: otiaque inter
Vitiferi exercent colles, lætumque colonis
[38] Vber agri, tum prata virentia, tum nemus umbris
Mobilibus, celebrique frequens eccleſia vico:

[39] Tot-

35. *Cæſarea Auguſtæ domus eſt*] *Cæſarauguſta* apud Strabonem, Melam, Plinium: *Cæſarea Auguſta* duabus integris vocibus apud Ptolemæum, Auſonium hoc loco, & Paulinum in Epiſtola priore ad Auſonium: *Salduba* dicta prius, quam à *Cæſare Auguſto* transnominaretur, hodie *Sarragoza*, Hiſpaniæ Tarraconenſis civitas, ſicut & *Tarraco*, & *Barcino*. Agebat autem hoc tempore Barcinoni Paulinus, non Cæſar Auguſtæ, vel Tarraconi, ſed *Cæſar Auguſtam*, *Tarraconem*, & *Barcinonem*, hoc loco nominavit Auſonius pro qualibet Hiſpaniæ *Tarraconenſis* civitate, in qua Paulinus ageret, dum vult ſignificare, in qua Hiſpaniæ provincia, trans montes Pyrenæos, procul Burdigala ageret. *Vinet.*

36. *Tyrrhenica propter Tarraco*] Numerant Hiſpani leucas, quas ex quaternis fere millibus paſſuum faciunt, Cæſarauguſta ad *Tarraconem*, triginta: ad Barcinonem, quadraginta: à Barcinone vero ad Tarraconem duodecim. quæ ſunt ambæ maritimæ, Cæſarauguſta mediterranea ad fluvium Hiberum. Sed Hiſpanum mare & Balearicum, Paulinus etiam *Tyrrhenum* nuncupat verſu centeſimo & triceſimotertio Epiſtolæ Paulini ad Auſonium prioris: quum *Tyrrhenum* proprie dicatur Græcis quod Latinis *Tuſcum*, Tuſciam, Etruriamque alluens mare. Hinc arbitror Tarraconem eſſe *Tyrrhenicam* nuncupatam potius, quam quod à *Tyrrhenis* hoc eſt ab Italis hominibus ſit condita. Eam namque belligerantes in Hiſpania Scipiones condidiſſe Plinius & Solinus ſunt auctores. *Vin.*

37. *Terjuga Burdigalæ*] Sic fortaſſe melius, quam quomodo alii habent libri, *Me juga*, Nam juga Burdigalæ quæ dicere poſſit, non video: ſed *terjugum* dixiſſe poteſt, ut *tergeminum* Virgilius, & *tergemus* idem ipſe Auſonius in Gripho. ut ſit hujus loci ſenſus, & ordo: *Terjuga*, hoc eſt tria flumina ſunt inter me & populum Burdigalenſem. *Idem.*

38. *Vber*] *Vbertas*, fertilitas. Virgilius verſu ducenteſimo ſexageſimo ſecundo

[39] Totque mea in Novero ſibi proxima prædia pago,
Diſpoſitis totum vicibus variata per annum;
Egelidæ ut tepeant hyemes, rabidoſque per æſtus
Adſpirent tenues frigus ſubtile aquilones.
Te ſine ſed nullus grata vice provenit annus.
Ver pluvium ſine flore fugit. canis æſtifer ardet.
Nulla autumnales variat Pomona ſapores.
[40] Effuſaque hyemem contriſtat Aquarius unda.
[41] Agnoſciſne tuam, Ponti, dulciſſime, culpam?
Nam mihi certa fides, nec commutabilis unquam
Paulini illius veteris reverentia durat:
Quæque meo, atque tuo fuerat concordia patri.

[42] Si

ſecundo ſeptimi Æneidos. *Vinetus.*

39. *Totque mea in Novero*] In quibuſdam codicibus eſt *Novaro*, in Lugdunenſibus membranis, *Nabaro* quicquid hic loci ſit apud Tranſcarantonanos Santones. Ibi enim ut quærendum putem pagum hunc facit, quod qui dixit in Epiſtolis ſuperioribus, ſe *prope urbem Santonos rus habere*, hic ſe ſcribat *in ſuo rure* eſſe, quod *tribus fluminibus* à patria *Burdigala* ſeparetur, quos tres fluvios non video, quoſnam potius intelligam, quam *Garumnam*, qui, qua parte ſunt Santones, Burdigalam præterfluit: *Duranium*, qui quinque leucis infra Burdigalam, Garumnæ conjungitur: *Carantonum*, qui Santonorum mœnia alluit, decem & ſeptem leucis à Garumnæ & Duranii confluente. Vltra hunc Carantonum, eſt propius Angeriacum quam Santonos, vicus *Les Noulïers*, qui *Novalarii* & Eccleſia Sancti Petri de *Novalariis*, in Romani pontificis & Santonenſis diplomatibus Latinis appellatur: ſiquis forte velit hunc *Noverum*, *Novarum*, *Nabarum*, Auſonii pagum eſſe. *Vinetus.*

40. *Effuſaque hyem. contr. Aquarius unda*] *Vrna* ſcripſit Auſonius, non *unda*. Gronovius.

41. *Agnoſceſne tuam*] Non video, cur alterius Epiſtolæ principium hoc eſſe debeat, ut in vetuſto Lugdunenſi codice, ſed eo ſolo, reperimus, cum hoc Titulo: AVSONIVS PAVLINO. *Vinetus.*

41. *Agnoſceſne tuam*] Rectius quod in Lugdunenſi libro: *Agnoſciſne.* Hoc autem in eodem initium erat alterius ac novæ Epiſtolæ, ut jam Scaliger notavit, qui dividendo ſimul & transponendo ex tribus quatuor Epiſtolas confecit. contra quam fieri debuiſſe ex epiſtolis Paullini colligo. Prima Auſonii interciderat, quemadmodum prima Paullini videtur innuere, ubi dicit ſe toto quadriennio nullam ab Auſonio epiſtolam accepiſſe. Non excuſaret ſe Paullinus, niſi ex Auſonianis ternis, quarum principium *Proxima quæ noſtra*, &c. didiciſſet, quartam, quæ ordine prima fuerat, ſcriptam quidem, non tamen fuiſſe perlatam. hac igitur amiſſa ad trium, quas acceperat, epiſtolarum moleſtam ſibi querelam reſpondet: ita tamen, ut ordinem non adeo accurate ſervet, ſed modo ex hac, modo ex illa quædam refutanda decerpat. Verſu centeſimo legebat Barthius, *canis æſtifer aret.*

42. Si

[42] Si tendi facilis cuiquam fuit arcus Vlixei,
Aut præter dominum vibrabilis [43] ornus Achillei,
Nos quoque tam longo Rhamnuſia fœdere ſolvet.
Sed cur tam mœſto ſero triſtia carmina verſu?
[44] Et non in meliora animus ſe vota propinquat?
Sit procul iſte metus. certa eſt fiducia nobis,
Si genitor natuſque Dei pia verba volentum
Accipiat, noſtro reddi te poſſe precatu:
Ne ſparſam raptamque domum, lacerataque centum
Per dominos, veteris Paullini regna fleamus.
Teque vagum toto quam longa Hiſpania tractu,
Immemorem veterum, peregrinis fidere amicis.
Accurre ô noſtrum decus, ô mea maxima cura,
[45] Votis, ominibuſque bonis, precibuſque vocatus,
Adpro-

42. *Si tendi facilis*] *Vlixis arcum* ſolus *Vlixes tendere* poteſt, viceſimo primo Odyſſeæ: & *Achillis haſta* ſolus *Achilles* uti, ſextodecimo & undeviceſimo Iliados. Hoc ergo vult Auſonius dicere ſuam amicitiam diſſolutum iri nunquam. *Vinet.*

43. *Ornus Achilli*] Græcis *μελίαι* dicitur, quæ Latinis *fraxinus*. quæ arbor ſatis omnibus nota, quia ſemper ad *haſtas* utiliſſima habita eſt, & ex ea fere factæ ſunt, Homerus *μελίας*, hoc eſt fraxinos, *haſtas* appellavit: ut ſecundo Iliados:

Αἰχμηταὶ μεμαῶτες ὀρεκτῇσι μελίῃσι.

& ſextodecimo libr. ac undeviceſim.

Πηλιάδα μελίην. τὴν πατρὶ φίλῳ πόρε Χείρων.

de *Achillis haſta* loquens, in *Pelio* monte nata. Plinius 16 Nat. Hiſtor. de fraxino arbore: *Procera hac, ac teres, pennata & ipſa folio, multumque Homeri praconio, & Achillis haſta nobilitata.* Achillis ergo haſta fraxinus, quæritur, quando, *ornus* dicta eſt Auſonio, &, ut puto, Valerio Flacco 1 Argonauticôn, ante Auſonium:

Nec Peleus fretus ſoceris; & conjuge diva,
Defuit. ac prora ſplendet tua cuſpis ab alta,
Æacide. tantum hac altis excelſior haſtis,
Quantum Peliacas in vertice vicerat ornos:

an ſpecies pro ſpecie ſit poſita, an vero idem ſit fraxinus & *ornus*. Plinius fraxini facit duo genera Campeſtrem & Montanam, ſi forte eorum alterum ſit ornus, ut ſenſiſſe videtur Ruellius. *Vin.*

44. *Et non in meliora*] Fortaſſe corrigendum,

Et cur non meliora animo ſe vota propinquant?

ſed nihil muto. *Mariang. Accurſius.*

44. *Et non in meliora*] *Meliora* ſperare deberem, inquit, de amico. Notandum autem PROPINQVO cum accuſativo, ut verbum activum: quomodo uſurpaſſe videtur Virgilius verſu ducenteſimo & quinquageſimo quarto decimi Æneidos:

--- Tu rite propinques
Augurium. Idem.

45. *Votis ominibuſque*] Horatius in quincto Carmine libri quarti:

Votis,

Adpropera: dum tu juvenis, dum noſtra ſenectus
Servat inexhauſtum tibi gratificata vigorem.
[46] Et quando iſte meas impellet nuntius aures?
Ecce tuus Paullinus adeſt. jam ninguida linquit
Oppida Iberorum, [47] Tarbellica jam tenet arva.
Hebromagi jam tecta ſubit; [48] jam prædia fratris
Vicina ingreditur; jam labitur amne ſecundo;
Iamque in conſpectu eſt; [49] jam prora obvertitur amni;
Ingreſſuſque ſui celebrata per oſtia portus
Totum occurſantis populi prævertitur agmen:
Et ſua præteriens, jam jam tua limina pulſat.
[50] Credimus, an qui amant, ipſi ſibi ſomnia fingunt?

AVSO-

Votis, ominibuſque, & precibus vocat. Vinetus.

46. *Et quando iſte meas*] Scitus me hercle, & elegans verſus eſt, quem pro hoc Pulmanni vetus liber ſubſtituit:

En erit ut noſtras hic nuntius excitet aures? nec quem præferam video. idem liber mox, pro *totum occurſantis*, &c. habuit:

Prævertit cunctos, ut te amplectatur, amicos.

47. *Trebellica jam tenet*] Emendandum *Tarbellica*. *Tarbelli* enim Aquitaniæ populi, Pyrenæis montibus adjacentes, ex Hiſpana Vaſconia profectis occurrunt. *Mariang. Accurſius.*

47. *Tarbellica jam tenet arva*] Pyrenæos montes jam tranſiit: & eſt in Aquitania: ubi ſunt *Tarbelli*. Vinetus.

48. *Iam prædia fratris*] De his prædiis Hebromano vicinis, nihil comperi, neque de Paulino Paulini fratre. *Vinet.*

49. *Iam prora obvertitur amni*] Iam appellit Paulinus. In tertio verſu ſexti Æneidos:

Obvertunt pelago proras. --- Vinet.

50. *Credimus*] Hoc ne verum, quod dico, an vero falſum, ut amantis deſiderantiſque ſomnium? Eſt hic verſus, pænultimus Eclogæ Virgilii octavæ. *Vin.*

50. *Credimus? an qui amant*] Charinus apud Terent. in Andria Act. v, Sc. vi de Pamphilo: *Num ille ſomniat ea, quæ vigilans voluit?* Publius Syrus: *Amans, quod ſuſpicatur, vigilans ſomniat.* Plutarchus in Erotico: Καὶ ὐχ, ὥς τις εἶπεν, αἱ ποιητικαὶ φαντασίαι διὰ τὴν ἐνάργειαν ἐγρηγορότων ἐνύπνιά εἰσιν· ἀλλὰ μᾶλλον αἱ τῶν ἐρώντων διαλεγομένων ὡς πρὸς παρόντας, ἀσπαζομένων, ἐγκαλούντων. Baſilius M. Epiſt. ad Gregorium Theologum: Μόλις γὰρ ἀπέγνων τῶν ματαίων ἐλπίδων, ἃς ἐπὶ σοὶ εἶχόν ποτε, μᾶλλον δὲ τῶν ὀνείρων, εἰ δεῖ ἀληθέστερον εἰπεῖν. ἐπαινῶ γὰρ τὸν εἰπόντα, τὰς ἐλπίδας εἶναι γρηγορούντων ἐνύπνια. Horatius lib. iii, Od. iv:

Auditis? an me ludit amabilis inſania?

& Ode xxvii:

Vigilans ne plore
Turpe commiſſum? an vitiis carentem
Ludit imago
Vana, quæ porta fugiens eburna
Somnium ducit?

AVSONIVS PAVLINO SVO S.

Epiſtola XXV.

[1] QVarta tibi hæc notos detexit epiſtola queſtus,
Pauline: & blando reſidem ſermone laceſſit.
Officium ſed nulla pium mihi pagina reddit,
[2] Fauſta ſalutigeris adſcribens orſa libellis.
Vnde iſtam meruit non felix charta repulſam,
Spernit tam longo ceſſatio quam tua faſtu?
[3] Hoſtis ab hoſte tamen per barbara verba ſalutem
Accipit: & Salve mediis intervenit armis.
[4] Reſpondent & ſaxa homini. percuſſus ab antris
Sermo redit. [5] redit & nemorum vocalis imago:
Littorei clamant ſcopuli, dant murmura rivi,
[6] Hyblæis apibus ſepes depaſta ſuſurrat.

Eſt

1. *Quarta tibi*] Ex tribus, quas ante hanc ſcripſiſſe ſe ad *Paulinum* in Hiſpania commorantem hoc loco ſignificat Auſonius, una interciderit, niſi forte velis, vetuſto Lugdunenſi codice auctore, ut ante monuimus, primam illarum, *Diſcutimus*, in duas dividere. ſed nihil neceſſe eſt exſtare, quæcunque ſcripſit unquam Auſonius. Qui pergit his queri litteris, quod nihil reſcribat Paulinus: & Hiſpaniæ, quæ ipſum retinebat, nihil non mali imprecatur. mox vetus liber, *detexit*, pro *direxit*. Vinetus.

1. *Quarta tibi*] Titulus huic Epiſtolæ erat in Voſſiano optimo libro: *Cum Pontius Paulinus Iunior quartis jam literis non reſpondiſſet, ſic ad eum ſcriptum eſt.*

2. *Fauſta ſalutigeris*] Latini ſuas literas à *ſalute* auſpicabantur: quam illi optabant, ad quem ſcribebant. *Vinet.*

3. *Hoſtis ab hoſte tamen*] Phædra Hippolyto apud Ovidium:

Inſpicit acceptas hoſtis ab hoſte notas.

Vin.

4. *Reſpondent & ſaxa homini*] Id eſt, reſonant, ἀντηχοῦσι. Cicero pro Archia: *Saxa & ſolitudines voci reſpondent.* Perſius: --*ſonat vitio percuſſa, maligne Reſpondet viridi non cocta fidelia limo.*

5. *Reboat nemorum*] *Redit & nemorum*, Vet. Cod. *Idem.*

5. *Redit & nemorum*] Veriſſima lectio. nam τὸ *reboat* & *reſultat* ex interpretatione ſunt.

6. *Hybleis apibus ſep. dep. ſuſ.*] ita iſta reconcinnato. Item:

Cumque ſuis loquitur tremulum coma pinea ventis. Item:

Dindyma Gargarico reſpondent cantica luco.

Quæ omnia Correctorum audacia contaminarat. *Scaliger.*

6. *Somniferumque canit ſæpes depaſta ſuſurrum*] Lugdunenſes membranæ: *Hy-*

Eſt & arundineis modulatio muſica ripis:
[7] Cumque ſuis loquitur tremulum coma pinea ventis.
Incubuit [8] foliis quotiens levis eurus acutis,
[9] Dindyma Gargarico reſpondent cantica luco.
Nil mutum natura dedit. non aëris ales,
Quadrupedeſve ſilent, habet & ſua ſibila ſerpens,
[10] Et pecus æquoreum tenui vice vocis anhelat.
[11] Cymbala dant flictu ſonitum, [12] dant pulpita ſaltu
Icta pedum. [13] tentis reboant cava tympana tergis.

Iſia-

Hyblais apibus ſapes depaſta ſuſurrat. ſed utrocunque modo ſcripſerit Auſonius, dixerat Virgilianus Melibœus:

Hinc tibi, quæ ſemper vicino ab limite ſapes,
Hyblæis apibus florem depaſta ſalicti,
Sæpe levi ſomnum ſuadebit inire ſuſurro. Vinetus.

7. *Cumque ſuis loquitur tremulum*] Sic Vetus Codex; pro: *Atque arguta ſuis loquitur coma*, &c. *Mariangel. Accurſius.*

7. *Atque arguta*] Theocriti primum bucolicum incipit:

Ἁδύ τι τὸ ψιθύρισμα, καὶ ἁ πίτυς, αἰπόλε, τήνα,
Ἁ ποτὶ ταῖς παγαῖσι, μελίσδεται.

Habuit autem hic vetus exemplar Lugdunenſe, & Mariangeli: *Cumque ſuis loquitur tremulum coma.* alii, *Atque arguta ſuis loquitur.* Vinetus.

8. *Foliis acutis*] Quæ *capillata* vocavit Plinius XVI Nat. Hiſt. *Vinet.*

9. *Dindymaque Idæo*] Idem vetus liber: *Dindyma Gargarico.* Sunt autem *Dindymus*, *Gargarus*, & *Ida*, montes Trojæ: quibus in locis dea Cybele, quæ & Rhea, deorum mater cognominata, colebatur. De qua, & iiſdem locis ſic Claudianus primo de raptu Proſerpinæ:

Hic ſedes auguſta deæ, templique colendi.
Religioſa ſilex. denſis quam pinus obumbrat
Frondibus. & nulla lucus agitante procella
Stridula coniferis modulantur carmina ramis.
Terribiles intus thyaſi, veſanaque miſto
Concentu delubra gemunt. ululatibus Ide
Bacchatur. timidas inclinant Gargara ſilvas. Vin.

10. *Et pecus æquoreum*] Proverbium, *Mutus magis, quam piſcis.* De quo vide Eraſmum in centuria quincta Chiliadis primæ Adagiorum. *Idem.*

11. *Cymbala dant flictu ſonitum*] Pro afflictu, id eſt, ictu, quemadmodum vetus Commentator Virgilii expoſuit. Virgilius nono Æneidos:

Sternitur omne ſolum telis. tum ſcuta, cavaque
Dant ſonitum galeæ flictu. pugna aſpera ſurgit. Id.

12. *Dant pulpita*] *Pulpita*, tabulas ſcenæ expoſuit Acro in verſum ducenteſimum & quinctumdecimum De arte poëtica:

Tibicen, traxitque vagus per pulpita veſtem.

Ligno enim ſternebantur *pulpita.* Idem Horatius verſu ducenteſimo ſeptuageſimo nono ejuſdem Carmin.

Æſchylus, & modicis inſtravit pulpita tignis.

Erat autem proprie in theatro ante ſcenam pulpitum, locus quinque pedes altus: in quo fabulæ agebantur. *Idem.*

13. *Tentis reboant*] Lucretius ſecundo de *Cybeles* ſacris:

Tym-

Iſiacos agitant [14] Mareotica ſiſtra tumultus.
[15] Nec Dodonæi ceſſat tinnitus aheni,

In

Tympana tenta tonant palmis, & cymbala circum
Concava, rauciſonoque minantur cornua cantu.
Et Phrygio ſtimulat numero cava tibia menteis.

Tympanum inſtrumentum erat muſicum, cribro ſimile, ex ligno & pelle extenta ab altera parte: quod virga percuſſum reſonabat. Sic Heſychius, & Iſidorus tympanum definiunt. de cujus etymo, quod bonus hic vir tertio etymologiarum traditum voluit, non hercle intelligo; ſed Homeri & Ariſtophanis interpretes à verbo τύπτειν, ut ſit *tympanum* quaſi *typanum* quoddam, quemadmodum etiam τύμπανον, τύπανον, ſine μ prima ſyllaba brevi legitur apud poëtas, ut primo Argonauticôn Apollonii:

Ῥύμβῳ, καὶ τυπάνῳ Ῥείην Φρύγες ἱλάσκονται.

& alia quoque ſignificatione in Epigrammate Lucillii, libro ſecundo Anthologias, capite *εἰς Ἀστρολόγους.*

Ἄξιοί εἰσι τυχεῖν πάντες ἑνὸς τυπάνου;

Hic enim *typanum* idem ſignificat, quod *tympanum* in Pluto Ariſtophanis, quum exclamat ille:

Ὦ τύμπανα, καὶ κύφωνες, οὐκ ἀρήξετε;

quæ *tympana* vetus commentator, & Suidas, Βάκλα interpretantur, hoc eſt, *bacula*, & fuſtes, quibus homines cædebantur. ſed alia etiam ſunt ſignificata *tympani* apud Virgilium, Vitruvium, & alios, ad hunc Auſonii locum nihil pertinentia. Addit autem Iſidorus de ſuo *tympano*: id eſſe ſymphoniæ dimidium: quam ſic definit, quum συμφωνία apud ſuam gentem non ſit aliud, quod equidem legere meminerim, quam conſonantia, & concentus: *Symphonia vulgo appellatur*, inquit, *lignum cavum, ex utraque parte pelle extenta: quam virgulis hinc & inde muſici feriunt. fitque in ea, ex concordia gravis & acuti, ſuaviſſimus cantus.* Sic ille, quicquid id illis temporibus inſtrumenti muſici fuerit Symphonia, quæ ſi *taburino* noſtro, quo in choreis minore, in militia, majore utimur, videtur uſu diſſimilis fuiſſe, figura certe ſimilis fuit; ut jam dubitare non poſſimus, quin *tympana* ſint, quibus Italicæ, Narbonenſes, Hiſpanicæ, aliæ mulierculæ ſe oblectant, ad eorum ſtrepitum, quæ digitis potius quam virgulis pulſant, carmina ſua accinentes: quomodo etiam olim in Cereris Bacchique ſacris feminas putamus factitaſſe, easque ſolas, niſi ſiqui evirati viri, molles & effeminati, pro feminis hic ſint habiti, ut Atys ille Berecyntius apud Catullum. Cribra ſunt mera, & ſic dimidiati *taburini*, ſi pergamenas pertundis, & crepitacula tollis, laminulaſque æreas, quæ majoris ſtrepitus cauſa ligno ſolent addi. Aliud *tympani* genus abiegnum, quo ſcribit Suidas Indos olim uſos eſſe in prœliis. Aliud rurſus æreum, dimidiati globi forma, quos Hiſpani *Atabalos* vocant. Aliaque apud alias gentes *tympana*. Hujus autem verſus primum verbum eſt *Tacta* in quibuſdam exemplaribus: in aliis *Icta*. iſtudque *reboare* Catullus *remugire*, & *reciepare* quoque dixit. *Vinetus.*

14. *Mareotica*] Ægyptiaca. Μαρεία namque, & Μαρεῶτις auctore Stephano περὶ πόλεων, urbs eſt & lacus juxta Alexandriam Ægypti. *Vinet.*

15. *Nec Dodonai*] *Dodona* urbs Epiri, & nemus Iovi ſacrum quondam, ubi oraculum Iovis clariſſimum: quod undique cingebant *pelves*, ut hic ait Auſonius, vel, ut Virgilius, *lebetes*, tintinabulave ærea.

quæ

In numerum quotiens radiis ferientibus ictæ
Reſpondent dociles [16] modulato verbere pelves.
Tu velut [17] Oebaliis habites taciturnus Amyclis,
[18] Aut tua Sigalion Ægyptius [19] oſcula ſignet,
[20] Ob-

quæ vento agitata, vel, ut aliis placet, ab vate ſcutica, aut radio itidem æreo, percuſſa (quidam tradunt unum pulſari ſolitum, & reliqua inde cuncta ſonare, quod inter ſe contingerent) longe reſonabant. Hinc adagium, *Dodonæum as*, in hominem improbæ, importunæque loquacitatis. Fabulam referunt Plinius, Suidas, Fanenſis capite nonageſimo ſeptimo Collectaneorum, Crinitus, Eraſmus. Virgilius autem quum dixit in ſexta Ecloga:

Tum vero in numerum Faunoſque ferasque videres
Ludere, ---

illud *in numerum*, exponit vetus commentator, ad modum rhytmi & cantilenæ, vel ad certam modulationem. *Vinetus.*

16. *Moderato verbere*] Emenda cum vetere libro & ſcribe, *modulato*.

17. *Oebaliis*] *Laconicis*. AMYCLÆ fuerunt ex centum Laconiæ urbibus: quas Lacedæmonis filius Amyclas condidit, auctore Stephano; ſed ſunt, qui velint alias Amyclas eſſe, quas ſilentium proverbio perdidiſſe dicitur, nempe urbem Italiæ, inter Cajetam & Tarracinam, ab iiſdem tamen Laconibus conditam. Vide Servium in illud decimi Æneidos:

---*tacitis regnavit Amyclis.* Vinetus.

18. *Aut tua Sigalion*] De *Sigalione*, hoc eſt *Harpocrate*, non pauca olim adoleſcentes diximus apud Varronem in Conjectaneis noſtris. Sed nondum tamen mendum omne ex Varronis verbis ſublatum eſt, nam unius literulæ mutatione pro ET, legendum AT: *Hi Dei*, inquit, *idem qui in Ægypto Serapis, & Iſis. At ſi Harpocrates digito ſignificat.* Dicerem plura, inquit, de iis Diis? ſed *Harpocrates* prope eſt, qui digito imperat mihi ſilentium. Nam ubicunque colebantur Serapis & Iſis, ibi & ſemper *Harpocratis* ſimulacrum erat. Cauſſam ex Varrone reddidit piiſſimus ac eruditiſſimus ſcriptor Aur. Auguſtinus lib. XVIII, cap. V. ita loquens de Serapide: *Conſtitutum eſt etiam de illo, ut quiſquis hominem eum dixiſſet fuiſſe, capitalem penderet pœnam. Et quoniam in omnibus fere templis, ubi celebatur Iſis, & Serapis, erat etiam ſimulacrum, quod digito labiis impreſſo admonere videretur, ut ſilentium fieret. Hoc ſignificare idem & Varro exiſtimat, ut homines eos fuiſſe taceretur.* Hæc Auguſtin. Quin etiam, quod magis miremur, aliquid divini ponebant ἐν δακτύλῳ κατασιγάζοντι. Quod dicerent quoſdam Deos natos eſſe eo digito labris non ſolum admoto & impreſſo, ſed etiam annexo. Suidas de Heraiſco Ægyptio: Ἦν δὲ αὐτοῦ καὶ ἡ πρώτη γένεσις τῷ ὄντι μυστική. λέγεται γὰρ κατελθεῖν ἀπὸ τῆς μητρὸς ἐπὶ τοῖς χείλεσιν ἔχων τὸν κατασιγάζοντα δάκτυλον. οἷον Αἰγύπτιοι μυθολογοῦσι γενέσθαι τὸν Ὧρον, καὶ πρὸ τοῦ Ὥρου τὸν ἥλιον. & quæ ſequuntur. Vt veram cauſſam hanc putem, quare *Harpocrates* digito labris impreſſo pingeretur. Eam autem, quam reddit Varro, ἀλληγορικὴν puto. *Scaliger.*

18. *Aut tua Sigalion*] *Sigaleon* ſcribit Lilius Gregorius, primo Syntagmate de diis, παρὰ τὸ σιγᾶν, & λαοὺς, id eſt à *ſilendo*, & *populo*: quod ſcilicet populus ſilentium indiceret. Is eſt *Harpocrates*: quem Oſiridis & Iſidis numinum ſuorum filium exiſtimaverunt Ægyptii, ac ita finxerunt, ut digito ori oppreſſo ſilentium indiceret. qualis apud Romanos dea Angerona. Angelus Politianus capite octogeſimo tertio Miſcellaneor. *Vin.*

19. *Tua*

[20] Obnixum Pauline taces. agnoſco pudorem:
[21] Quod vitium fovet ipſa ſuum ceſſatio jugis.
Dumque pudet tacuiſſe diu, placet officiorum
Non ſervare vices: & amant longa otia culpam.
[22] Quis prohibet Salve atque Vale brevitate parata
Scribere? feliceſque notas mandare libellis?
Non ego longinquos ut texat pagina verſus
Poſtulo: multiplicique oneres ſermone tabellas.
[23] Vna fuit tantum, qua reſpondere Lacones,
Littera: & irato regi placuere negantes.
Eſt etenim comis brevitas. ſic fama renatum
Pythagoram docuiſſe refert, quum multa loquaces
Ambiguis ſererent verbis, contra omnia ſolum
Eſt, reſpondebat, vel Non. O certa loquendi
Regula!

19. *Tua oſcula ſignet*] *Os* tibi claudat. *Oſculum* in primitivi ſignificatu conſiſtere docuit contra Priſcianum Quinctianus Stoa in Epographia. *Vinet.*

20. *Obnixum*] *Obnixe.* quantum potes. Sic malim legere, quam *obnixus* Vin.

21. *Quod vitium*] Baſilius Olympio: Ἔγραφες ἡμῖν πρότερον μὲν ὀλίγα· νῦν δὲ οὐδὲ ὀλίγα. καὶ ἔοικεν ἡ βραχυλογία προϊοῦσα τῷ χρόνῳ παντελὴς γίνεσθαι ἀφωνία. ἐπανέλθε τοίνυν ἐπὶ τὸ ἔθος. &c.

22. *Quis prohibet Salve*] Plinius l. I, Epiſt. XI: *Olim nullas mihi epiſtolas mittis. Nihil eſt, inquis, quod ſcribam. At hoc ipſum ſcribe, nihil eſſe quod ſcribas: vel ſolum illud, unde incipere priores ſolebant*: Si vales bene eſt, ego valeo. *Hoc mihi ſufficit.* Baſilius ad Firminum: Οὐκ ἂν πλῆθος γραμμάτων ἐπιζητοῦμεν· ἀλλ' ἤρκει ἡμῖν τοσοῦτον, ὁ δεῖνα τῷ δεῖνι. ὑγιαίνειν ἡμᾶς ἴσθι, καὶ ἔρρωσο.

23. *Vna fuit tantum*] Vide Plutarchum in libro περὶ ἀδολεσχίας. Vinetus.

23. *Vna fuit tantum*] Inepti ſunt, qui ȣ hanc literam fuiſſe autumant, qua Lacedæmonii Philippo Regi reſponderunt; quæ nota eſt nuper reperta, non literæ. *O* fuit, cujus nomen negandi vim habebat. hanc ad differentiam τοῦ *O* (quod *mega* vulgo appellamus, quum non opus ſit ita diſtinguere) addito *υ* antiqui pronunciabant, non autem ſcribebant. Libet hic adſcribere verba Euſtathii è principio commentarii in υ Iliad. quibus hæc confirmantur: Ἱστέον δὲ ὅτι τὸ ε στοιχεῖον εἰ ἔλεγον οἱ παλαιοὶ προστιθέντες τὸ ι. ἵνα τῇ διὰ διφθόγγου ἐκτάσει δύνωνται παρισάζειν καὶ αὐτὸ τὰ ἄλλα στοιχεῖα. τοῦτο δὲ ποιοῦσι καὶ ἐπὶ τοῦ μικροῦ ο. κἀκεῖνο γὰρ διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν οὖ λέγουσιν. *Muretus*, Quin & clare liquet ex ipſo noſtro Auſonio in literis Græcis & Latinis, ubi inquit: Ω *quod & OY Græcum compenſat Romula vox* O; multo vero clarius ex A. Gellio, apud quem Nigidius lib. XIX, cap. ult. ita loquitur: *Græcos non tantæ inſcitiæ arceſſo, qui ου ex ο & υ ſcripſerunt, quanta qui ει ex ε & ι. Illud enim inopia fecerunt, hoc nulla re ſubacti.* plura qui volet, adeat G. Ioan. Voſſium lib. I de Arte Gramm. p. 64. & Salma-

Regula ! nam brevius nihil eſt, nec plenius iſtis :
Quæ firmata probant, [24] aut infirmata relidunt.
Nemo ſilens placuit : multi brevitate loquendi.
Verum ego quo ſtulte dudum ſpatioſa locutus
Provehor ? ut diverſa ſibi vicinaque culpa eſt,
Multa loquens, & cuncta ſilens ! non ambo placemus ?
Nec poſſum reticere, jugum quod libera nunquam
Fert pietas, nec amat blandis [25] poſtponere verum.
Vertiſti Pauline tuos dulciſſime mores ?
[26] Vaſconis hoc ſaltus, & ninguida Pyrenæi
Hoſpitia, & noſtri facit hoc oblivio cœli ?
Imprecer ex merito quid non tibi [27] Iberia tellus ?
Te populent Pœni : te perfidus Annibal urat :
[28] Te belli ſedem repetat Sertorius exſul.
[29] Ergo meum, patriæque decus, [30] columenque ſenati,
[31] Bil-

Salmaſium in notis ad duas inſcriptiones pag. 37, & 237.

24. *Aut infirmata reclinant*] Vett. Codd. *relidunt.* Mariang. Accurſ.

25. *Poſtponere verum*] Ita legend. pro *deponere.* Idem.

26. *Vaſconis hoc ſaltus*] Morum mutationem facit *Vaſconum ſaltus. Vaſconiæ ſaltus* dicit Paulinus, quum reſpondet Auſonio verſu centeſimo Epiſtolæ primæ. *Vaſconum* autem nomen adhuc retinuerunt in Pyrenæo circa Bajonam Tarbellorum urbem, quos *Baſcos* vocitamus, lingua & moribus à Gallis & Hiſpanis diſcrepantes : ceterum quos vetuſti ſcriptores Strabo, Plinius, Ptolemæus, deſcripſerunt *Vaſcones*, eorum fines in eodem Pyrenæo latius patuerunt, ut qui nunc Guipuſquoi, & Navarri appellantur, olim *Vaſcones* fuiſſe videantur. Iidem *Gaſcones*, ut idem ſunt *Guilielmus* & *Vuilielmus* apud nos, *Galerius* & *Valerius*, *Gardo* & *Vardo*, verum qui dicuntur in Aquitania *Gaſcones*, hi ſic ſunt dicti à Pyrenaïcis illis *Vaſconibus* : qui ſaltus ſuos aliquando egreſſi, circiter annum à Chriſto nato quingenteſimum & nonageſimum, ut ex Gregorii Turonenſis libro nono rerum Francicarum colligere mihi videor, in media Aquitania conſederunt : quæ ab ipſis *Gaſconia* eſt cognominata. *Vinetus.*

27. *Iberica tellus*] Optimus liber : *Iberia tellus.* ita *Galliæ*, pro *Gallicæ*, inveniſſe ſe apud Salluſtium notavit Nonius.

28. *Te belli*] Plutarchus Appianus, Seneca, Eutropius. *Vinetus.*

29. *Ergo meum*] Paulinum. Ad hæc reſpondet Paulinus ad verſum centeſimum & quadrageſimum quartum Epiſtolæ prioris ad Auſonium. *Columen* & *culmen*, *ſenatuſque* & *ſenati* hic legit Mariangelus. *Vinet.*

30. *Culmenque ſenatus*] Vetuſtum exemplar, *columenque ſenati.* Ad Probum Præf. Præt. *Dico hunc ſenati præſulem.* Et paulo poſt : *Columen curulis romulæ.* Et in Ludo ſeptem ſapientum : *Fructi eſt optimi.* Nomina quippe iſta inflexionis quartæ tam varie

 mutata

[31] Bilbilis, [32] aut hærens ſcopulis Calagorris habebit?
[33] Aut quæ [34] dejectis juga per ſcrupoſa ruinis
Arida torrentem Sicorim [35] deſpectat Hilerda?
Hic trabeam Pauline tuam, Latiamque curulem
Conſtituis, patrioſque iſtic ſepelibis honores?
Quis tamen iſta tibi tam longa ſilentia ſuaſit?
Impius [36] ut nullos hic vocem vertat in uſus:
Gaudia non illum [37] vegetent: non dulcia vatum
Carmina, [38] non blandæ modulatio flexa querelæ,
Non

mutata ſunt olim veteribus, ut *ſenati* vel *ſenatuis* pro *ſenatus* dixerint caſu patrio. *quæſti* & *quæſtuis, parti* vel *partuis, anuis, domuis, tumulti, fructi*, atque alia innumera. *Mariang. Accurſ.*

31. *Bilbilis*] Vrbs Celtiberorum, gentis Hiſpanicæ, patria poëtæ Valerii Martialis. Gerundenſis Epiſcopus, qui abhinc annos centum paralipomena ſuæ Hiſpaniæ ſcribebat, *Bilbilim* inter deletas Hiſpaniæ urbes recenſet in extremo libro primo. *Vinetus.*

32. *Aut hærens ſcopulis*] *Montana* in verſu centeſimo & viceſimo Epiſtolæ Paulini ad Auſonium primæ. Hæc autem Fabii Quinctiliani patria in Carmine primo de Profeſſoribus, *Calagoris, Calaguris* in vetuſto codice, ut varie ſcriptum nomen hoc, elatumque inveniri in antiquis ſcriptoribus, annotavimus in Lucium Senecam, *Calahorra* hodie dicitur, clara civitas ad Hiberum ſita, Vaſconum Hiſpanienſium, ut Strabo & Ptolemæus tradunt, & ſic in petris Pyrenaïcis. *Vinet.*

33. *Aut quæ — Hilerda*] *Ilerda* Græcorum, & Vibii Sequeſtri, ſed *Hilerda* Phocæ, nunc *Lerida*, urbs eſt citerioris Hiſpaniæ ad ortum vergens magis, quam Calagorris, & Bilbilis apud Ptolemæum, memorata carmina carmine viceſimo quarto de Profeſſoribus. *Vin.*

34. *Dejectis ruinis*] Ad hunc Auſonii locum Paulinus quum reſpondet Epiſtolæ prioris verſu centeſimo viceſimo primo, *jacentem Hilerdam* dicit. Ceterum à quo diruta fuerit hæc civitas, dicere non poſſum. *Idem.*

35. *Deſpectat*] Deorſum ſpectat. ſicut *deſpicit*, deorſum aſpicit, ut primo Æneidos:

--- quum Iupiter æthere ſummo
Deſpiciens mare velivolum, terraſque jacentes.

Lucanus autem ſic de Sicori & Hilerdæ ſitu in principio quarti Pharſaliæ:

Colle tumet modico, lenique excrevit in altum
Pingue ſolum tumulo. Super hunc fundata vetuſta
Surgit Hilerda manu. Placidis prælabitur undis
Heſperios inter Sicoris non ultimus amnes. Id.

36. *Vt nullos*] Quiſquis, Pauline, tibi fuit iſtius tanti ſilentii auctor, homo ſceleratus, is in perpetuum ipſe ſileat, nec ei ſua vox ulli uſui unquam eſſe poſſit. *Vt* ergo pro utinam, quomodo in Adelphorum Terentii actu quarto:

Deſeſſus ſum ambulando. ut, Syre, te cum tua
Monſtratione magnus perdat Iuppiter.

Idem.

37. *Vegetent*] Recreent. oblectent. *Id.*

38. *Non blandæ modulatio flexa querelæ*]

Non fera, non illum pecudes, non mulceat ales,
Non quæ paſtorum nemoralibus abdita lucis
Solatur noſtras [39] Echo reſecuta loquelas.
Triſtis, egens, deſerta colat: tacituſque pererret
[40] Alpini convexa jugi: [41] ceu dicitur olim
[42] Men-

rela] Elegiacum carmen. Horatius de arte poetica:

Verſibus impariter junctis, querimonia primum,
Poſt etiam incluſa eſt voti ſententia compos.
Quis tamen exiguos elegos, ---

& quæ ſequuntur. *Modulationem* autem dixit *flexam*, quod in modulando, canendoque, vox inflectatur. *Vinetus.*

39. *Echo reſecuta querelas*] Sic in Epigrammate nonageſimo nono: & melius verbo *ſolatur* convenit *querelas*, quam, quod habebat vetus codex, *loquelas*. Vinet.

40. *Alpini convexa jugi*] Legito: *Alpinis connexa jugis.* *Alpes* pro Pyreneis. Etiam Gellius *Alpinos Hiſpanos* ex Catone dixit. Sic enim loquens de Catone ita ſcribit: *Cum de Hiſpanis Alpinis ſcriberet, qui circa Iberum colunt, verba hæc poſuit,* &c. & Auſonius ipſe:

Nunc tibi trans Alpes, & marmoream Pyrenen.

Procopius: ἄχρι εἰς Ἄλπεις τὰς ἐν ὄρει τῷ Πυρηναίῳ οὔσας. Ἄλπεις δὲ καλεῖν τὴν ἐν στενοχωρίᾳ δίοδον οἱ ταύτῃ ἄνθρωποι νενομίκασι. Scaliger.

40. *Alpini convexa jugi*] Curva montium Pyrenæorum juga. Sed, *Alpinis connexa jugis*, vetus liber. *Vinet.*

41. *Ceu dicitur olim*] Pont. Paulinus Aquitanorum procerum princeps, cum in Aquitania, quod in illa nimis omnibus notus eſſet, Chriſtianæ pietati vacare non poſſet, cum uxore religioſiſſima ſeceſſit in Hiſpaniam, ut libertate Chriſtiana, & otio frueretur. Id quod ipſe diſertim in ſuis ad Auſonium Epiſtolis docet. Inepte quidam dubitant de iſto, an ſit Paulinus Nolæ Epiſcopus: cum Ambroſius Epiſtola XXXVI manifeſto ſcribat hunc poſtea divenditis omnibus quæ habebat in Aquitania, cum eadem uxore in Nolanum agrum ſeceſſiſſe. Auſonius ſeceſſum illius adſcribit animi morbo, quo ferunt laboraſſe *Bellerophontem.* Quod purgat Paulinus in ſua ad eum Epiſtola: --- *non anxia Bellerophontis Mens eſt.* --- Eodem modo Rutilius de Monachis:

Proceſſu pelagi jam ſe Capraria tollit,
Squallet lucifugis inſula plena viris.
Ipſi ſe monachos Grajo cognomine dicunt:
Quod ſoli nullo vivere teſte volunt.

Aliquanto poſt:

Sic nimiæ bilis morbum aſſignavit Homerus
Bellerophonteis ſollicitudinibus.
Nam juveni offenſo ſævi poſt tela doloris
Dicitur humanum diſplicuiſſe genus.

In eadem epiſtola Paullinus ſcribit:

Quique ſuperba tua contemnis mœnia Roma
Conſul, arenoſas non dedignare Vaſatas.

Quibus verbis ſabuloſum, & arenoſum Vaſatum ſolum, ut & hodie conſtat eſſe, ſignificat. Unde Sidonius ad Trigrettium ita ſcribit: *Tantumne te Vaſatium civitas non ceſpiti impoſita, ſed pulveri: tantum Syrticus ager, ac vagum ſolum, & volatiles ventis altercantibus arenæ ſibi poſſident: ut te magnis flagitatum precibus, parvis ſeparatum ſpatiis, multis exſpectatum diebus attrahere Burdigalam non poteſtates, non amicitiæ, non opimata vivariis oſtrea queant? an temporibus hibernis viarum te dubia ſuſpendunt? Et quia ſolet Bigerricus*

[42] Mentis inops, cœtus hominum, & veſtigia vitans,
Avia perluſtraſſe vagus loca Bellerophontes.
Hæc precor. [43] hanc vocem Bœotia numina Muſæ
Accipite: & Latiis vatem revocate Camœnis.

A V-

ricus turbo mobilium aggerum indicia confundere, quoddam vereris in itinere terreno pedeſtre naufragium? Non potuit melius ſolum Vaſaticum deſcribi. Quinetiam hodieque totum illum tractum Vaſatium uſque ad fluvium Aturrum patria lingua vocamus *Landas*, hoc eſt, deſerta, & inculta ſola. Hoc enim propter arenoſam ſoli naturam Arenoſum ſolum *ſyrtes* vocabant temporibus Auſonianis. ut Sidonius *agrum ſyrticum* dixit in verbis jam à nobis prolatis. Sic Prudentius *ſyrtes* dixit pro deſerto, ut cum agit de Helia:

Caſto fruentem ſyrtium ſilentio. Item:
Nec reſponſa refert Libycis in ſyrtibus Ammon. Scaliger.

41. *Ceu*] Sicut dicitur. ut fama eſt. Hipponous, homo Corinthius, Neptuni filius, qui Glauci putabatur, filii Siſyphi, Βελλεροφόντης & Βελλεροφῶν dictus fuit poſt quam Belleron interfeciſſet, Corinthiorum primatem virum. Vide, quæ de eo Homerus Iliados ſexto, Apollodorus ſecundo Bibliotheces, Hyginus, vetus Ranarum Ariſtophanis interpres, Tzetzes in verſum ſeptimum decimum Alexandræ Lycophronis, & Tzetzes alter in ſecundis Hiſt. *Vinet.*

42. *Mentis inops*] Homer. IV Iliad. de Bellerophonte:

Ἤτοι ὁ κὰπ πεδίον τὸ Ἀλήϊον οἶος ἀλᾶτο,
Ὃν θυμὸν κατέδων, πάτον ἀνθρώπων ἀλεείνων.

Quæ Cicero lib. III Tuſc. Q. ita vertit:

Qui miſer in campis mœrens errabat Aleis,
Ipſe ſuum cor edens, hominum veſtigia vitans.

43. *Hanc vocem Bœotia numina Muſæ*] Sic Vetus Codex. legitur etiam *nomina*. neutrum improbandum. Illæ enim Parnaſſum Heliconemque Bœotiæ habitaſſe memorantur, unde ſint *Parnaſſides, Pegaſides, Heliconides.* Illæ conſecrata loca habuiſſe Theſpiis, Pieria, Aonia, Bœotiorum. unde *Theſpiades, Pierides, Aonides.* Ideoque tam Bœotiæ locorum numina putantur, quam à variis ejuſdem locis nomina diverſa ſortiuntur. Malim tamen, *Nomina*, quam *Numina*. Paulinus enim, qua Epiſtola Auſonio reſpondet, ſuper hac particula, *muſas* per annominationem deridens, inquit, *ſine numine nomina Muſas.* Mariang. Accurſius. Vide quæ nos ad Emeritam in Vrbibus. Adſcribam tamen Paulini verſus, ita uti diſtinguendi ſunt: nam è vulgata diſtinctione, nec ſenſus elici poteſt, nec conſtructionis ratio animadverti. Hi igitur ſunt:

Non his numinibus tibi me patriaque reduces.
Surda vocas, & nulla rogas (levis hoc feret aura,
Quod datur in nihilum) ſine numine nomina Muſas.

Accedebam autem & ego in initio huic Mariangeli ſententiæ, *nomina* præferentis; verum quo magis conſidero, eo magis incertus hæreo. Poteſt enim Paulinus Auſonii verba correxiſſe, tanquam falſa, nempe quod Muſæ *nomina* tantum vana eſſent, non autem *numina*, quomodo eos Auſonius indigitaverat. Imo revera fallitur Accurſius. nam *Non his numinibus*, nempe Muſis, *tibi me patriaque reduces* dicit Paulinus, eas ergo invocaverat Auſonius ut deas, non tanquam *nomina Bœotia.*

1. *Gratia-*

AVSONII AD GRATIANVM IMP. DISCIPVLVM

[1] Gratiarum actio pro conſulatu.

AGO tibi gratias, Imperator Auguſte; ſi poſſem, etiam referrem. [2] Sed nec tua fortuna deſiderat remunerandi vicem: nec noſtra ſuggerit reſtituendi facultatem. [3] Privatorum iſta copia eſt, inter ſe eſſe munificos. tua beneficia ut majeſtate præcellunt, ita mutuum non repoſcunt. Quod ſolum igitur noſtra opis eſt, gratias ago: verum ita, ut apud Deum fieri amat, ſentiendo copioſius, quam loquendo. atque [4] non in ſacrario modo imperialis oraculi, qui locus horrore tranquillo & pavore venerabili raro eundem animum præſtat & vultum: ſed uſquequaque gratias ago, tum tacens, tum loquens, tum in cœtu hominum, tum ipſe mecum, & cum voce patui, & cum meditatione ſeceſſi, omni loco, actu, habitu, & tempore. Nec mirum, ſi ego terminum non ſtatuo

1. *Gratiarum actio*] GRATIANVS IMPERATOR AVSONIVM præceptorem ſuum diſcipulus haudquaquam ingratus, *Conſulem* quum feciſſet, egit Auſonius hac oratione gratias de tanto honore. Noſtri autem putant Chronici & Conſulatum Auſonii & Probini Hermogeniani in annum à nato Chriſto trecenteſimum & octogeſimum ſecundum incidiſſe. Cujus conſulatus mentio fit in Proſperi, Caſſiodori, & Marcellini Comitis Chronicis, & lib. 11. C. Iuſtiniani, Titulo ſexageſimo nono. *Vinetus.*

2. *Sed nec tua fortuna*] Mamertinus Conſul fuit cum Nevita anno Chriſti trecenteſimo & ſexageſimo quincto, pro quo honore egit & is quoque gratias Iuliano Auguſto. quæ oratio exſtat; in qua extrema ſunt hæc: *Abſit, Auguſte, & iſtud ſancta divinitas omen avertat, ut tu à quoquam mortalium expectes vicem beneficii: verumtamen quod ſolum vel accipere poteſt iſta fortuna, vel à nobis opibus tuis tribui, immortalitatem munerum tuorum colam officiis ſempiternis.* Vinet.

3. *Privatorum iſta copia eſt*] Hoc poſſunt homines privati. *Idem.*

4. *Non in ſacrario modo*] *Sacrarium proprie,* inquit Servius, *locus eſt in templo, in quo ſacra reponuntur: ſicut donarium eſt, ubi ponuntur oblata.* Auſonius autem *ſacrarium, conſiſtorium* poſtea appellabit, ut ſit hic *ſacrarium Imperialis oraculi,* locus quaſi ſacer, ſanctus & auguſtus: ubi Imperator tribunal habebat, jus dicebat, negotia decidebat. *Id.*

5. *Tam*

ſtatuo [5] *tam grata profitendi, quum tu finem facere neſcias honorandi. Quis enim locus eſt, aut dies, qui non me hujus aut ſimilis gratulationis admoneat? admoneat autem? ô inertia ſignificationis ignavæ! quis, inquam, locus eſt,* [6] *qui non beneficiis tuis agitet, inflammet? Nullus, inquam, Imperator Auguſte, quin admirandam ſpeciem tuæ venerationis incutiat: non palatium,* [7] *quod tu, quum terribile acceperis, amabile præſtitiſti: non forum, & baſilica olim negotiis plena, nunc* [8] *votis, votiſque pro tua ſalute ſuſceptis: (*[9] *Nam de ſua, cui non te imperante ſecuritas?) non curia honorificis modo læta decretis, olim ſollicitis mœſta querimoniis:* [10] *non publicum, in quo occurſus gaudentium plurimorum neminem patitur ſolum gratulari: non domus commune ſecretum. Lectus ipſe ad quietem datus, beneficiorum tuorum reputatione tranquillior. Somnus abolitor omnium, imagines tuas offert.* [11] *Ipſa autem ſedes honoris, Sella curulis,*

5. *Tam grata profitendi*] Lego: *tam grate profitendi.* Sic in eadem hac oratione: *Qui hoc non ſingulis factis, ſed perpetua grate agendi benignitate meruiſti.*

6. *Qui non beneficiis agitet inflammet?*] Lege: *agitet & inflammet?* Mariang. Accurſius.

6. *Qui non beneficiis tuis agitet, inflammet*] Sana hæc omnibus videntur, vix mihi. Et quid ſi legam: *qui non penè facibus, ſtimulis, agitet, inflammet?* Valens Acidalius.

7. *Quod quum terribile acceperis*] Valentinianum Gratiani patrem, Aurelius Victor, Hieronymus, & alii, ſeveriorem fuiſſe tradunt. *Vinetus.*

8. *Votis, votiſque pro tua ſalute*] *Votis pro tua ſal.* Tilianus codex. *Vinet.*

8. *Non forum & baſilica, olim negotiis plena, nunc votis, votiſque pro tua ſalute ſuſceptis*] Poteſt aliquem delinire vocis repetitio. Malim tamen: *nunc notis votiſque.* Intelligo literas, tabulas, inſcriptiones, quibus vota ſignabant. Horatius lib.4, Oda 8: *Non inciſa notis marmora publicis.* Noſter ad Theonem: *Mellonis albam paginam, Notaſque furva ſepia.* Gronovius.

9. *Nam de ſua cui non,* &c.] Expreſſit illa Plinii in Panegyrico ad Trajanum: *Non te diſtringimus votis. non enim pacem, non concordiam, non ſecuritatem, non opes oramus, non honores: ſimplex* cunctaque iſta complexum *unum omnium votum eſt,* SALVS PRINCIPIS. Mox pro, *ſomnus ab. omn. im. tuas affert*, legendum eſt, *offert.*

10. *Non publicum*] Vbi populus verſatur, & populi frequentia eſt, extra ædes, foris, in viis: ex qua *publici* ſignificatione, dicimus abſtinere, & carere *publico*: egredi, & prodire in *publicum.* Vinetus.

11. *Ipſa autem ſedes*] Sic lege, non *iſta.* quo legendum modo non ambigitur, vel eo quod in voce ipſa quædam emphaſis exprimitur, & quod pronomen dignitatis habetur. Prætermittuntur hæc ſæpenumero, quod quanti ſint momenti prima fronte non apparet. Ceterum è re videtur inſpicere, quonam modo in pleriſque hic Ciceronem æmulatus fuerit Auſonius. IV enim invectiva in Catilinam ita legitur: *Ego ſum ille conſul, P. C. cui non forum, in quo omnis æquitas continetur, non Campus Martius, conſularibus auſpiciis conſecratus, non curia,*

lis, glorioſa pompis imperialis officii, in cujus me faſtigio (ex qua mediocritate?) poſuiſti, quotiens à me cogitatur, vincor magnitudine, & redigor ad ſilentium, non ingratus beneficiis, ſed oppreſſus. ades enim locis omnibus. Nec jam miramur licentiam poëtarum, [12] *qui omnia Deo plena dixerunt. Spem ſuperas, cupienda prævenis, vota præcurris: quæque animi noſtri celeritas* [13] *Divûm inſtar affectat, beneficiis praeuntibus anteceditur. Præſtare tibi eſt, quam nobis optare, velocius. Ago igitur gratias, optime Imperator. Ac ſi quis hunc ſermonem meum iiſdem verbis tam ſæpe repetitum inopiæ loquentis aſſignat,* [14] *experiatur hoc idem proſequi: ſed nihil poterit proferre facundius. Aguntur enim gratiæ, non propter majeſtatis ambitum, nec ſine argumentis. Imperatori fortiſſimo: teſtis eſt uno pacatus anno & Danubii limes, & Rheni. Liberaliſſimo: oſtentat hoc dives exercitus. Indulgentiſſimo: docet ſecuritas erroris humani. Conſultiſſimo: probat hoc tali Principe Oriens ordinatus. Piiſſimo: hujus vero laudis locupletiſſimum teſtimonium eſt* [15] *pater divinis honoribus conſecratus: inſtar filii ad imperium* [16] *frater adſcitus:* [17] *à contumelia belli patruus vindicatus: ad præfecturæ collegium* [18] *filius cum patre conjunctus: ad conſulatum* [19] *præceptor electus.* [20] *Poſſem ire per omnes appellationes tuas, quas olim virtus dedit: quas proxime fortuna*

ria, ſummum auxilium omnium gentium, non domus commune perfugium, non lectus, ad quietem datus, non denique hac ſedes honoris, ſella curulis, unquam vacua mortis periculo atque inſidiis fuit. Mariang. Accurſius.

11. *Ipſa*] Al. *iſta.* recte. *Acidalius.*

12. *Qui omnia Deo plena*] Vt Aratus in Phænomenis, & *Iovis omnia plena*, Virgil. in Palæmone. *Vinetus.*

13. *Divum inſtar*] *Divinum inſtar*, quidam libri. ac infra Tilianus, & *nihil poterit*, pro *ſed nihil poterit.* Vinet.

14. *Experiatur hoc idem proſequi*] Malim, *perſequi.* ut mox: *& breviter omnia, quæ novimus, indicare, nec perſequi.*

15. *Pater*] Valentinianus, à filio inter divos relatus eſt poſt mortem, ut Iulius Cæſar, Auguſtus, & alii multi. *Vinetus.*

16. *Frater*] Valentinianus Iunior. Scribit autem Victor, hunc adhuc quadriennem ad Imperium eſſe accitum. *Vinet.*

17. *A contumelia belli*] Gratianus patruo Valente à Gothis occiſo, Theodoſium in conſortium aſſumſit Imperii, eique Orientem, ipſe ſibi Occidentem reſervans, commiſit. Qui Theodoſius mortem Valentis ultus eſt, & Gothos e Thracia pepulit. *Vin.*

18. *Filius cum patre*] Auſonius filius cum patre Iulio Auſonio. *Idem.*

19. *Præceptor*] Ipſe Auſonius Gratiani præceptor. *Id.*

19. *Ad conſulatum præceptor electus*] Credo verius, *evectus.* Acidalius.

20. *Poſſum ire*] Lege *Poſſem.* Acidal.

21. *Vota*

ſortuna conceſſit: quas adhuc indulgentia divina meditatur. [21] *Vocarem Germanicum, deditione gentilium: Alemanicum, traductione captorum: vincendo, & ignoſcendo, Sarmaticum. Connecterent omnia merita virtutis, & cognomina felicitatis: ſed alia eſt iſta materia, & ſuo parata ſecreto: quum placuerit ſignanter, & breviter omnia, quæ novimus, indicare, nec perſequi:* [22] *ut qui terrarum orbem unius tabulæ ambitu circumſcribunt, aliquanto detrimento magnitudinis, nullo diſpendio veritatis. Nunc autem, quod diei hujus proprium,* [23] *de Conſulatu gratias agam. ſed procurrunt & aliæ dignitates, atque in vocem gratulationis erumpunt, ac ſe prius debere profitentur. Tot gradus* [24] *nomine Comitis propter tua incrementa congeſti:*

21. *Voca*] Gratianum vocet aliquis *Germanicum, Alemanicum, Sarmaticum*: qui ſunt victoriarum tituli. De iſta autem Germanorum deditione nihil comperimus: ALEMANNI qui quondam fuerint, docet Beatus Rhenanus in Germaniæ antiquitatibus. Quorum triginta millia Gratianus ſtravit apud Argentarium Galliæ oppidum, ut Sextus Victor, Hieronymus, Ammianus Marcellinus libro ultimo, Oroſius ſeptimo, ſcribunt, non procul eo, quod Argentoratum & *Straſburgum* hodie appellamus, quemadmodum idem Rhenanus tradit tertio rerum Germanicarum; verum captos quo traduxerit, neſcio, ni forte trans Rhenum, unde venerant. SARMATÆ Sauromatæve, qui hodie Poloni fere ſunt, quum Pannonias vaſtaviſſent, ut iidem Ammianus, Hieronymus, & Oroſius prodiderunt, ad eos ulciſcendos è Gallia Valentinianus Imperator magnis itineribus contenderat: ſed prævenit mors. Gratianus vero eos debellavit, ut dicit Auſonius hoc loco, & ignovit. *Vinetus.*

21. *Voca Germanicum*] Lege: *vocarem.* Requirit utrumque hoc, id quod ſequitur: *Connecterem omnia merita virtutis.* Acidalius.

21. *Voca Germanicum*] Vide quæ Freherus ad Moſellæ ✝ſ. 1x.

22. *Vt qui terrarum*] Florus in procemio lib. 1: *Tamen quia ipſa ſibi obſtat magnitudo, rerumque diverſitas aciem intentionis abrumpit, faciam quod ſolent, qui terrarum ſitus pingunt: in brevi quaſi tabella totam ejus imaginem amplectar.*

23. *De conſulatu gratias agam*] Plinius in Panegyr. pag. 163. ed. Lipſii: *In conſuetudinem vertit, ut conſules publica gratiarum actione perlata, ſuo quoque nomine, quantum debeant Principi, profiteantur.* Mamertinus in Panegyr. *Huc accedit, quod ipſa hæc urbs, atque hoc auguſtiſſimum conſilii publici templum officium hujus orationis efflagitant,* &c. *Hi cives & hi populares tui ſilere me non ſinunt, nec patiuntur, ut quiſquam alius auſpicatiſſimo die apud te ac de te loquendi munus uſurpet, quam is, qui ampliſſimo ſit præditus magiſtratu.*

24. *Nomine Comitis*] *Comitum* cum diverſa eſſent munera apud Principes Romanos, eorum etiam diverſa genera, & nomina fuerunt. Invenies namque in Codice Iuſtiniani, apud Ammianum, Caſſiodorum, & alios ſcriptores, commemoratos *Comites palatii, Comites ſtabuli, Comites ſcrinii, largitionum, rerum privatarum, Orientis,* & alia genera. Dicit ergo Auſonius multis iſtis ſe *Comitatibus* honoratum eſſe apud Valentinianum Augu-

congeſti: ex tuo merito, te ac patre principibus, quæſtura communis: [25] *& tui tantum præfectura beneficii: quæ & ipſa non vult* [26] *vice ſimplici gratulari, liberalius diviſa quam juncta: quum teneamus duo integrum,* [27] *neuter deſiderat ſeparatum. Sed illa, ut paulo ante promiſi, habebunt ſui muneris peculiare ſecretum. Conſulatus hic meus orat, atque obſecrat, ut* [28] *obnoxiam tibi uni ſinas fieri ejus dignitatem, quem omnibus prætuliſti.* [29] *Quot quidem & ipſe ſibi invenit gradus?* [30] *cum clariſſimo viro collega meo honore conjunctus, nuncupatione prælatus,* [31] *Conſul ego, Imperator Auguſte, munere tuo,* [32] *non paſſus ſepta, neque campum,* [33] *non ſuffragia, non puncta,* [34] *non loculos:*

Auguſtum, propter diſcipulum ſuum Gratianum: cui gratias agit. *Vinetus.*

24. *Nomine Comitu*, &c.] Diſtingue poſt *congeſti*, & *ex tuo merito* cum ſequ. conjunge. nam propter *tua incrementa, ex tuo merito*, & *tui beneficii* ſingula ſingulis honoribus adnectuntur.

25. *Et tui tantum beneficii*] Et præfectura Galliarum procurrit: ad cujus collegium filium cum patre conjunxiſti, ſicut ſupra dictum fuit: & qua tu me & patrem meum ſolus honoraſti, Valentiniano patre tuo mortuo. *Vinet.*

26. *Vice ſimplici*] Quia duo ſumus. *Vin.*

27. *Neuter deſiderat ſeparatum*] Ea noſtra eſt concordia, in communi Præfectura. *Idem.*

27. *Neuter deſiderat ſeparatum*] Forſan melius, *deſideret*, ſubintellecta copula.

28. *Obnoxiam tibi uni*] Vt tibi ſoli debeatur mea dignitas, quem prætuliſti. *Vinetus.*

29 *Quod*] Quam rem, gradus & ordo à te ſervatus in nuncupatione, ſibi comparavit. *Vinet.*

29. *Quod quidem & ipſe ſibi invenit gradus, cum*] Lege: *innuit.* Ac forte junctim, *ſubinnuit.* Idem innuit prior meus in conſulatu gradus, quod orabat ipſe conſulatus. Nam ad illa verba ſententia revocanda: *Conſulatus hic meus orat atque obſecrat, ut obnoxiam tibi uni ſinas fieri ejus dignitatem, quem omnibus prætuliſti.* Acidalius.

29. *Quod quidem & ipſe*] Affectum hunc locum ita eſſe reſtituendum cenſeo: *Quot quidem & ipſe ſibi invenit gradus?* hoſce gradus vero enarrare pergit. Sic ſupra: *Tot gradus nomine Comitis propter tua incremeta*, &c.

30. *Cum clariſſimo viro collega meo*] *Anicio Hermogeniano Olybrio*, in vetuſtis inſcriptionibus: quas in commentarium Iambici Epiſt. Auſonii tranſcripſimus. *Vinetus.*

30. *Collega meo*] Bene, qui ita; peſſime, qui *in eo* ediderunt. *honore conjunctus*, & *dignitate prælatus* ſibi opponuntur. nec poteſt hic locum habere præpoſitio, niſi ut omnem, quæ huic antitheſi ineſt, elegantiam tollat. Lege hæc, quiſquis es, quovis modo: ſtatim cenſeas hanc, quam ſequimur lectionem alteri illi longe eſſe anteferendam. Plinius in eadem cauſa ad Trajanum: *Concedito me non pro me magis munere iſto, quam pro collega meo Cornuto Tertullo C. V. fungi.*

31. *Conſul ego, Imperator Auguſte, munere tuo*] Eodem modo Mamertinum Iuliano Imperatori adulatum legerat Auſonius. *Vinetus.*

32. *Non paſſus Septa*] *Septa*, quæ & mox *Ovilia* dicentur, loca erant in Campo Martio cancellis undique clauſa: in quæ populi centuriæ ingredie-

loculos : [34] *qui non prenſaverim manus, nec conſalutantium confuſus occurſu,* [35] *aut ſua amicis nomina non reddiderim, aut aliena impoſuerim :* [37] *qui tribus non circumivi, centurias non adulavi, jure* [38] *vo-*

grediebantur, magiſtratum electuræ. Sed de iis, quæ ad hunc intelligendum locum pertinent, conſule Nicolaum Gruchium de Comitiis. *Vinet.*

32. *Non paſſus ſepta,* &c.] Mamertinus : *Quid? quod nihil ſperanti mihi de honoris augmento perfertur nuntius, conſulem me creatum, ſine impendio, quod jam diu paucis : ſine labore, quod nunquam : ſine petitione, quod nemini. Quis ignoras, tum quoque, cum honores Pop. Roman. ſuffragiis mandabantur; multos fuiſſe candidatorum labores : ediſcenda omnium nomina tribuum ; homines, atque etiam ſinguli ſalutandi, prehenſanda obviorum manus,* &c.

33. *Non ſuffragia, non puncta*] *Suffragium* eſt ſententia, & ut vulgo loquimur, vox ejus, qui eligit. Ferebantur autem *ſuffragia voce*, vel *ſcripto*. *Voce*, cum clare nominabatur, qui eligebatur magiſtratus. *Scripto* vero, quum nomen ejus in tabella ſcribebatur. Qua poſteriore ferendi ſuffragii forma ſic utebantur in Conſularibus comitiis : ut de hoc genere hic agitur. Ingredienti in *Septa* illa ad eligendum populo tabulas dabat, qui *Diribitor* mox appellabitur, tot cuique, quot candidati, & competitores erant. In iis candidatorum omnium nomina ſcripta ante fuerant. Eligebat quiſque, quam vellet unam, & in ciſtam conjiciebat. Omnes ita ubi conjeciſſent ſingulas, educebat alius è ciſta cunctas : & inſpiciebat, quod nomen unaquæque ſcriptum habebat. Hæc *ſuffragia* erant, & voces eligentium. quæ in alia tabula in educendo *punctis* numerabantur : & quorum punctorum numerus major, magiſtratum obtinebat. *Vinetus.*

34. *Non loculos*] Vt qui largitionibus populum corrumpebant, *ſuffragia* & magiſtratus coëmentes. *Vinet.*

35. *Qui non prenſaverim manus*] Candidati eorum *manus*, quos rogabant, *prehendebant*. unde *prehenſare*, & *prenſare* frequentativa forma frequenter prendere, & ſic ambire magiſtratum. *Vinet.*

36. *Aut ſua amicis*] Qui ſunt *amici* hac in re, tibi definiet Quinctus Cicero in lib. de Petitione Conſulatus ad Marcum fratrem. Magiſtratus autem petitores, eos, quos ſalutabant, prenſabantque, ſuo per ſe nomine appellabant. quod Cajum Antonium facere poſſe Quinctus ibi negat, fratris competitorem. Erat enim id difficillimum in turba, ut plerumque amicos nullis nominibus appellare poſſet Candidatus, & ſæpe alienis appellaret. *Vinetus.*

37. *Centurias non adulavi*] Quinctus Cicero : *Opus eſt magnopere blanditia : quæ etiam ſi vitioſa eſt, & turpis in cetera vita, tamen in Petitione neceſſaria. Tibi enim quum deteriorem aliquem aſſentando facit, improba eſt : quum amiciorem non tam vituperanda : petitori vero neceſſaria eſt. Cujus & frons, & vultus, & ſermo, ad eorum, quoſcunque convenerit, ſenſum & voluntatem, commutandus eſt.* Scribit autem Nonius Marcellus, ADVLATIONEM eſſe proprie canum : & ἀπὸ τῆ δήλυ. hoc eſt *ſervo* tractum putat vocabulum Laurentius Valla. Adducit vero Nonius Accii verſum ex Tragœdia Prometheo, quem & apud Ciceronem in Tuſculana ſecunda invenies, & Lucretii alium ex libro quincto, ubi veteres illi *adulare* pro *adulari* dixerunt. quos hoc loco eſt Auſonius imitatus. De iſtis autem tribubus, centuriis, claſſibus, lege Gruchium. *Vinet.*

38. *Vo-*

[38] *vocatis claſſibus non intremui,* [39] *nihil cum ſequeſtre depoſui,* [40] *cum diribitore nil pepigi. Romanus populus, Martius campus, equeſter ordo, roſtra, ovilia, Senatus, curia,* [41] *unus mihi omnia Gratianus. Iure meo, Auguſte Maxime, affirmare poſſum, incolumi omnium gratia,* [42] *qui ad hunc honorem diverſa unquam virtute venerunt, venturique ſunt, (ſuus enim cuique animus, ſuum meritum, ſibique mens conſcia eſt) jure, inquam, meo affirmare poſſum, me mihi videri à cæteris eſſe* [43] *ſecretum. Sunt quos votorum cruciat inanitas: non optavi. quos exercet ambitus: non petivi.* [44] *qui aſſiduitate expri-*

38. *Vocatis claſſibus non intremui*] Lege: *jure vocatu.* Grævius.

39. *Nihil cum ſequeſtre depoſui*] *Apud ſequeſtrem.* Plinius in præfatione ad Titum Imperatorem (quem *Facundiſſimum* compellaſſe, pro eo quod vulgo *Iucundiſſime Imp.* legitur, ex tota ſerie præfationis, Suetonio, Ioanne Antiocheno in Excerptis à Valeſio editis animum advertimus) *Cum apud Catonem*, inquit, *illum ambitus hoſtem, & repulſis tanquam honoribus indeptis gaudentem, flagrantibus comitiis pecunias deponerent candidati, hoc ſe facere pro innocentia (quod in rebus humanis ſummum eſſet) profitebantur. Inde illa nobilis M. Ciceronis ſuſpiratio: ô te felicem, M. Porci! à quo rem improbam petere nemo audet.* Vide & Suetonium in Iulio cap. 19. Ciceronem pro Plancio, & in Epiſt. xv, lib. iv ad Atticum, &c.

40. *Cum diribitore nihil pepigi*] *Diribitores* dicebantur, qui populo in *Septa* ingredienti *tabellas*, ut paullo ante diximus, *diribebant*, diſtribuebant, miniſtrabant. Qui & ipſi poterant pacta promiſſaque pecunia, corrumpi. Nam quum, quot candidati ejuſdem magiſtratus erant, tot tabellas ſingulis ſuffragatoribus daret *Diribitor*, poterat hic in amici gratiam ſupprimere aliquam ex tabellis, & pauciores *diribere*, quam eſſent competitores. Vide, quid in cauſa Clodii accidiſſe referat Cicero in nona Epiſtolarum ad Attic. *Vinetus.*

40. *Cum diribitore nil pepigi*] Alii plerique: *cum diſtributore.* Io. Conr. Hedenus.

41. *Unus mihi omnia Gratianus*] Ita ſibi non videntur tyrannidi ſatis adulari poſſe Plinius, Mamertius, Auſonius in agendo gratias pro ſuis conſulatibus. Regibus Cæſarum, Auguſtorum, Imperatorumque nominibus, in urbem receptis, cœperunt ſtatim *otioſa tribus* eſſe, ut cum Ammiano dicam libro quartodecimo, *pacataque centuriæ: & nulla ſuffragiorum certamina remanſerunt.* Iulius enim Cæſar, horum primus Imperatorum, bellis civilibus toto orbe compoſitis, ſtatim ubi Romam rediit, cœpit honores ex ſua voluntate præſtare: qui ad populum antea referebantur. Hinc Modeſtinus Iuriſconſultus, Maximini Auguſti doctor, ad legem Iuliam de ambitu, *Hæc*, inquit, *lex in urbe hodie ceſſat: quia ad curam Principis, magiſtratuum creatio pertinet, non ad populi favorem.* Vinetus.

42. *Qui ad hunc honorem diverſa unquam virtute venerunt*] Τὸ *virtute* hunc locum non decere arbitror, niſi & *votorum inanitas*, & *ambitus*, & *nundinatio* ſunt virtutes. Potius *via*, vel *diverſo unquam itinere.* Proximo capite: *quod ad honoris viam pertinet.* Et ſic Iuvenali *via proceſſus.* Gronovius.

43. *Secretum*] Aliter veniſſe ad conſulatum, quam alios. *Vinetus.*

44. *Qui aſſiduitate exprim.*] Quinctus Cicero: *Prodeſt quidem vehemen-*

 ter,

exprimunt: non coëgi. [45] *qui offeruntur occaſione : non affui. quos juvat opulentia : obſtat temporum diſciplina. non emi : nec poſſum continentiam jactare ; non habui. unum præſtare tentavi, & hoc ipſum quaſi meum vendicare non poſſum : in tua enim poſitum eſt opinione, ſi merui. Feciſti autem, & facies alios quoque conſules, piiſſime Gratiane, ſed non & cauſa pari. Viros gloriæ militaris : habent enim tecum, ut ſemper laboris,* [46] *ita dignitatis plerumque conſortium, virtutis quam honoris antiquiore collegio. Viros nobilitatis antiquæ :* [47] *dantur enim multa nominibus ; & eſt Roma pro merito. Viros fide inclytos, & officiis probatos : quorum me etſi non ſecerno numero, tamen, quod ad honoris viam pertinet, ratione diſpertio.* [48] *Quar-*

ter, nuſquam deeſſe, ſed tamen hic fructus eſt aſſiduitatis non ſolum eſſe Romæ atque in foro, ſed aſſidue petere, ſæpe eoſdem appellare. Vinetus.

45. *Qui offeruntur occaſione*] Vt Publius Cornelius Scipio Æmilianus : qui quum Quæſtoriis comitiis ſuffragator Quincti Fabii Maximi fratris filii, in Campum Martium deſcendiſſet, Conſul iterum à populo reductus eſt. Valerius libri octavi capite ultimo. Erat autem Auſonius in Gallia : Gratianus in Pannonia, ut dicet infra. *Vinet.*

45. *Qui offeruntur occaſione*] Acidalius, *quibus*. Male, nam pronomen iſtud & in præcedentibus & in ſequentibus refertur ad candidatos, non ad conſulatus. Non male Vinetus exemplo minoris Africani utitur. Propius tamen ſic videtur explicandum : qui forte tum temporis occurrunt Principi aut in comitatu ſunt, quum comitia ordinat. *Gronovius.*

45. *Qui offeruntur occaſione*] Forte collegam denotat, de quo poſtpaulo : *Sed tamen ad hoc dictum erexerant animos, qui libenter clariſſimum virum collegam meum, quem præſentem habebat occaſio, prælatum credidiſſent.* Nihil hic mutandum. Latinus Pacatus de Theodoſio : *Solus igitur, Auguſte, ſolus, inquam, omnium, qui adhuc imperaverunt, ut princeps eſſes, præſtitiſti. Alios emta legionum ſuffragia, alios vacans aula, alios affinitas regia impoſuere reipublicæ ; te nec ambitus, nec occaſio, nec propinquitas principem fecerunt.*

46. *Ita dignitatis plerumq;*] Quos ob res tecum militiæ præclare geſtas, conſulatibus exornas : & in his tuos facis collegas, ut Probum, Equirium, Merobodem jam inter alios evexiſti. *Vinetus.*

47. *Dantur enim multa nominibus*] Siqui reſtant Fabii, Scipiones, Metelli, & alii ex antiquis illis claris familiis, ac ſiqui Romæ ſint nati, hi ceteris præferuntur. *Vinet.*

47. *Dantur enim multa nominibus & eſt Rom. pro merito*] Non ſatisfacit vocabulum Vrbis, utcumque explicet Vinetus : quaſi nulla eſſet nobilitas civis Romani, niſi præciſe *Romæ* nati. Deſidero, *proſapia, genus, fortuna*, aut aliquid ſimile. *Gronovius.*

47. *Dantur enim multa nominibus*] Seneca de Benef. lib. IV, c. XXX: *Aliquando daturum me etiam indignis quædam non negaverim, in honorem aliorum: ſicut in petendis honoribus quoſdam turpiſſimos nobilitas induſtriis, ſed novis, prætulit. Non ſine ratione : ſacra eſt magnarum virtutum memoria: & eſſe plures bonos juvat, ſi gratia bonorum non cum ipſis*

[48] *Quartum hunc gradum novi beneficii tui, Auguſte, conſtituis* [49] *auferre tibi ipſi, quo alter ornetur: bona animi tui ad alienam referre præſtantiam, eruditionemque naturæ, quam Deo & patri & tibi debes, ad alterius efficaciam* [50] *gratius retorquere, quam verius.*

ipſis cadat. Ciceronem filium qua res conſulem fecit, niſi pater? &c.

48. *Quartum hunc gradum*] Lego: *Quartus hic gradus novi beneficii tui, Auguſte. Conſtituis auferre*, &c. Niſi quis malit, *quantus hic gradus n. b. t. Auguſte?* nam pro *quartum, quantum* fuit in papyraceo Voſſiano. Præferam tamen, quam indicavi, lectionem. Tres enim gradus meminerat Auſonius beneficii, cum dixiſſet, *quot quidem & ipſe* conſulatus *ſibi invenit gradus?* horum primus, quod *nuncupatione* fuerit *prælatus:* alter, quod *munere tuo, non paſſus ſæpta*, &c. tertius fuit; quod *non pars* cum ceteris *cauſa* conſul factus fuerit. Quartus hic gradus eſt, quod in conferendo conſulatu ſibi ipſe Gratianus aufert, quo Auſonium ornet, bonaque animi ſui ad Auſonii præſtantiam refert, *&c.* Conſulatum enim hic *novum* appellat *beneficium* reſpectu priorum, Quæſturæ, & præfecturarum, quibus Auſonius à diſcipulo Gratiano fuerat ornatus. Ergo *τὸ novi* hic verbum non eſt, ſed epitheton *τοῦ beneficii*, ad augendam illius magnitudinem. Poteſt autem & ſic legi: *Quartus hic gradus novi beneficii. Tu, Auguſte, conſtituis*, &c.

49. *Deferre tibi ipſi*] Non ſatis accipio *demere* vel *debere*, utrumque ſequentia probant. Lege & *quo* ſine accentu. Paulo poſt: *Te ſæpius hoc honore defraudas, ut & aliis largiaris.* Acidalius.

49. *Deferre tibi ipſi*] Editiones vetuſtiores: *efferre.* Lege: *auferre.* nihil certius. *Gravius.*

50. *Rectius*] Pulchrius, venuſtius. Illud autem, quod in Tiliano fuit codice, *ad alterius efficaciam gratius retorq.* pro, *ad alterius gratiam rectius retorq.* quid ſit, non intelligo. *Vinetus.*

50. *Bona animi tui ad alienam referre præſtantiam eruditionemque naturæ, quam Deo & Patri & tibi debes, ad alterius gratiam rectius retorquere quam verius*] In Til. cod. fuit: *ad alterius efficaciam gratius retorquere q. v.* quod non intelligere ſeſe ait bonus Vinetus. At ego non intelligo quemadmodum *rectius* & *verius* hic tanquam diverſa ponantur. nam *rectius* pro pulcrius, venuſtius, ei non invideo. Quin vera eſt ſcripta lectio: *efficacia* enim eſt quaſi Auſonii, qui doctrina & inſtitutione ſua tantum valuerit apud Gratianum, ut eum indole atq; ingenio præſtantem effecerit. Atque in principem ait facere *gratius quam verius*, id eſt, non quia revera ſic ſe res habeat, ſed quod Princeps, dum ſe vult præceptori gratum præſtare, plus ei tribuat, quam revera debeat. Sed nec ſuperiora bene habent. Quid eſt enim *eruditio naturæ?* Qua fronte ſuam dicat Auſonius *præſtantiam?* Scribo: *bona animi ſui ad alienum referre: præſtantiam conditionemque naturæ, quam Deo & patri & tibi debes, ad alterius efficaciam gratius retorquere quam verius. Alienum* puta animum, & quidem ipſius Auſonii. *Gronovius.*

50. *Ad alterius gratiam rectius*] Non intelligere ſe dicit Vinetus variantem Tiliani Codicis lectionem: *Ad alterius efficaciam gratius retorquere quam verius.* verum hæc melior videbitur, ſi quis recte perceperit. Gratianus in literis ſuis ſcripſerat, quod mox ſequitur, *ſolvere ſe, quod debebat*, nempe præceptori ſuo Auſonio. Auſonius non vult agnoſcere Gratia-

Tua hæc verba ſunt à te mihi ſcripta : SOLVERE TE, QUOD DEBEBAS: ET ADHUC DEBERE, QUOD SOLVERIS. *O mentis aureæ dictum bracteatum! ô de pectore candidiſſimo lactei ſermonis alimoniam! Quiſquamne tam parcus eſt in oſtentatione beneficii? quiſquam pondus gratiæ ſuæ vim meriti profitetur alieni? quiſquam denique quod indulget, quaſi ab obnoxio deſeratur, pretium mavult vocare, quam donum?* Certent *huic ſententiæ veteres illi &* [51] *Homerici oratores, ſubtilis deducta oratione Menelaus, & inſtar profundæ grandinis* [52] *ductor Ithaceſius, & melleo delibutus eloquio jam tertiæ Neſtor ætatis :* [53] *ſed neque ille concinnius eloquetur, qui ſe Laconica brevitate collegit : neque ille contortius, qui cum ſenſibus verba glomeravit :* [54] *nec iſte dulcius, cujus lenis oratio mulcendo potius, quam extorquendo perſuaſit. Solvere te dicis, quod debebas : & debiturum eſſe, quum ſolveris. Auguſte juvenis, Cœli tibi &* [55] *humani generis rector hoc tribuat, ut* [56] *prælatus antiquis,* [57] *quos etiam elegantia ſententiæ iſtius anteceſſiſti, vincas propria ſingulorum : in Menelao regiam dignationem, in Vlixe prudentiam, in Neſtore ſenectutem.* [58] *Subjiciet aliquis, iſta quidem adeptus es : ſed effare, quo merito? Quid me oneras* [59] *ſciſcitator?* RATIONEM FELICITATIS NEMO REDDIT. *Deus, & qui Deo proximus, tacito munera diſpertit arbitrio : & beneficiorum ſuorum indignatus per homines ſtare judicium, mavult*

num ſibi quidquam debere, *ſed gratius, quam verius retorquere ad efficaciam* ſuæ (Auſonii) inſtitutionis, *eruditionem natura, quam* Gratianus *Deo Parenti & ſibi debebat.* ejuſdem ſignificationis eſt, quod præceſſerat, *bona animi ſui ad alienam referre præſtantiam. Gratia* enim erat Gratiani, non vero Auſonii. *efficaciam* hanc mox appellat *vim meriti alieni.*

51. *Homerici oratores*] Quorum facta mentio etiam in Iambico Epiſtolæ & in Grammaticis Criſpo & Vrbico. *Vinetus.*

52. *Ductor Ithaceſius*] *Ithacæ* inſulæ *rex* Vlixes. *Vinet.*

53. *Sed neque ille*] Menelaus Lacon. *Vin.*

54. *Nec dulcius, cujus lenis oratio*] Plurimi *iſte* interſerunt : *nec iſte dulcius.* Hedenus.

55. *Humani generis rector hoc tribuat*] Alii ſubornant, *tribuebat.* Heden.

56. *Prælatis antiquis*] Corrige vitium typogr. & lege *prælatus.*

57. *Quos etiam elegantia*] Non ſuo loco *etiam.* Sententia hic poſtulat : *vincas etiam propria ſingulorum.* Acidalius.

58. *Subjiciet aliquis : Iſta quidem adeptus es, &c.*] Forte : *Objiciet.* Nec ſecus cap. 9: *Et rurſum aliquis objiciet.* non *adjiciet.* Gronovius.

59. *Sciſcitator*] Qui *ſciſcitatur*, verbale apud alios hauddum mihi lectum, quod obſervarim. *Vinetus.*

60. *Mira-*

mavult de ſubditis dediſſe [60] *miraculum. Quo, inquis, merito? ego nullum ſcio, niſi quod tu, piiſſime Imperator, debere te dicis: & hoc debere latiſſime pertinet: ſive hoc eruditionis tuæ fenus exiſtimas: ſive te pondere conceptæ ſponſiònis exoneras: ſeu fideicommiſſum patris exſolvis: ſeu* [61] *magnanimitate cœleſti, oſtentatione ſuppreſſa, Dei munus imitaris. Debere te dicis. Cui? quando? quo nomine? lege ſyngrapham, nomina creditorem,* [62] *accepti & expenſi tabulæ conferantur: videbis alio ſummæ iſtius tranſire rationem. Tibi cœpit Deus debere pro nobis. Quid autem mihi debes,* [63] *gratiſſime Imperator? Patitur enim humanitas tua, ut præter regias virtutes privata appellatione lauderis. quid tu mihi debes? & contra, quid non ego tibi debeo? Anne quod docui? hoc ego poſſum verius retorquere, dignum me habitum, qui docerem: tot facundia, doctrinaque præſtantes, inclinata in me dignatione præteritos, ut eſſet, quem tu matura jam ætate ſubcinctum per omnes honorum gradus feſtinata bonitate proveheres:* [64] *timere ut videreris, ne in me vita deficeret, dum tibi adhuc aliquid, quod deberes præſtare, ſupereſſet. Negat Cicero conſularis ultra ſe habere, quod cupiat. Ego autem jam conſul, & ſenex, adhuc aviditatem meam fatebor. Te videre ſæpius in hoc magiſtratu, Gratiane, deſidero:* [65] *ut & ſex Valerii Corvini,* [66] *&*

60. *Miraculum*] Miramur, cujus rei cauſam non cernimus. *Vinetus.*

61. *Magnanimitate, cœleſti oſtentatione ſuppreſſa*] Aliter cum Rhenano diſtinguit Cunr. Rittershuſius: *magnanimitate cœleſti oſtentatione ſuppreſſa.* Hedenus.

62. *Accepti & expenſi tabulæ*] Libri, in quibus ſcriptum ſit, quicquid ſit acceptum, & quidquid expenſum. *Vinetus.*

63. *Gratiſſime Imperator*] Alludit ad nomen *Imperatoris*, mox *privatam* hanc vocans *appellationem.*

64. *Timere ut videreris, ne in me vita deficeret, dum tibi adhuc aliquid, quod deberes præſtare, ſupereſſet*] Deleo præpoſitionem IN, dicimus enim *deficere aliquem. Deberes* non moveo; poteſt enim intelligi: debere te putares. Alioqui commodius foret, *quod decréras præſtare.* i. propoſueras tibi, etiamſi non deberes. *Gronovius.*

65. *Ut & ſex Valerii Corvini*] Sic omnia noſtra éxemplaria. *Corvini:* quum *Corvum* una ſyllaba brevius, hunc vetuſta Romana marmora vocent. Eſt quem *corvus* avis cum Gallo pugnantem, tribunum militum, adoleſcentem, juviſſe fertur. unde illi hoc cognomen. Fuit autem inſequenti anno, quam iſtum Gallum ſic vicit, & obtruncavit, Conſul primum creatus, tres & viginti ſolum natus annos, ab Vrbe condita quadringenteſimo & ſexto. Quem Cicero De ſenectute, & Plinius libro ſeptimo Naturalis Hiſtoriæ, auctores ſunt, centum annos impleviſſe, & inter ejus primum ac ſextum conſu-

ſeptem Caji Marii, [67] *& cognominis tui Auguſti tredecim conſulatus unus æquipares.* [68] *Tibi plures poteſt ætas & fortuna tua præſtare: verum ego in numero parcior, quia tu in munere liberalior: ipſum enim te ſæpius hoc honore defraudas, ut & aliis largiaris. Scis enim, Imperator doctiſſime (rurſum enim utar laude privata) ſcis, inquam,* [69] *ſeptem ac decem Domitiani conſulatus,* [70] *quos ille, invidia alteros provehendi, continuando conſeruit,* [71] *ita in ejus aviditate deriſos,* [72] *ut hæc eum pagina Faſtorum ſuorum, immo faſtidiorum, fecerit inſolentem, nec potuerit præſtare felicem. Quod ſi Principi honoris iſtius temperata,* [73] *& quæ vocatur aurea, debet eſſe mediocritas;* [74] *quid privati ſtatus*

latum quadraginta ſex annos interfuiſſe. *Vinetus.*

66. *Et ſeptem Caji Marii*] Hic ſeptuagenarius obiit, quum *ſeptimum Conſul* primus omnium fuiſſet, ut ſcribit Cicero tertio de Natura Deorum, & Plutarchus in ejus vita. *Vinet.*

67. *Et cognominis tui*] Auguſti Octaviani Cæſaris, qui obiit quartodecimo Calendas Septembris, hora diei nona, ſeptuageſimo ſexto ætatis ſuæ anno, diebus quinque & triginta minus. Vide Suetonium de *tredecim* ejus *conſulatibus.* Vin.

68. *Tibi plures poteſt ætas*] Hæc quum ab Auſonio Conſule optarentur, natus erat Gratianus Imperator annos non plus undeviginti: & annis poſt quinque fuit interfectus, ut Hieronymus, & Proſper ſua tempora computarunt. *Idem.*

69. *Septem ac decem Domitiani*] Suetonius de hoc tyranno: *Conſulatus,* ait, *ſeptem & decem cepit: quot ante eum nemo. ex quibus ſeptem medios continuavit. Omnes autem pæne titulo tenus geſſit. Nec quenquam ultra Calendas Maji, plures ad Idus uſque Ianuarias. Alios* autem ſcribebat Tilianum exemplar, alia *alteros. invidia alteros proveh.* Idem habebat: *ut hæc eum pag.* alia: *ut hoc eum pagin.* Id.

70. *Quos ille, invidia alteros provehendi*] Aliæ editiones *illi.* Hedenus.

71. *Ita in ejus aviditate deriſos*] Plinius in paneg. ad Trajanum p. 114. ed. Lipſianæ: *Non te ad exemplar ejus voco, qui continuis conſulatibus fecerat longum quemdam & ſine diſcrimine annum: his te confero, quos certum eſt, quoties conſules fuerunt, non ſibi præſtitiſſe.* Xiphilinus: Οὐ μὴν ἀλλ' ἐπὶ πλεῖον ἐπαρθεὶς ὑπ' ἀνοίας, ὕπατος μὲν ἔτη δέκα ἐφεξῆς, τιμητὴς δὲ διὰ βίου πρῶτος δὴ καὶ μόνος καὶ ἰδιωτῶν καὶ αὐτοκρατόρων ἐχειροτονήθη.

72. *Vt hoc eum pagina Faſtorum ſuorum immo faſtidiorum, fecerit inſolentem, nec poterit præſtare felicem*] Hic infuſcatum aliquid eſſe ſatis liquet. Suſpicabar: *ut tot eum paginæ faſtorum, ſuorum immo faſtidiorum, fecerint inſolentem, nec potuerint p. f. Tot paginæ,* quod toties faſtis conſul inſcriptus eſſet. quæ ſcilicet erant totidem teſtimonia faſtidientis omnes claros homines, & eos honore juſto, quantum poterat, fraudantis. *Gronovius.*

73. *Et quæ vocatur, aurea*]

Auream quiſquis mediocritatem
Diligit, tutus caret obſoleti
Sordibus tecti: caret invidenda
Sobrius aula.

Horatius decimo Carmin. lib. II. *Vinetus.*

73. *Temperata, & quæ vocatur aurea debet eſſe mediocritas*] Diſt. *Temperata, & quæ vocatur, aurea debet eſſe mediocritas.* Acidalius.

74. *Quid privatis ſtatus hominibus?*] Henr.

ſtatus hominibus, quid æquanimis, quid jam ſenibus erga ſe oportet eſſe moderaminis? Ego quidem, quod ad honores meos pertinet, & vota ſaturavi: tu tamen, imperator optime, tu piiſſime, tu quem non fatigat liberalitas, niſi quando ceſſavit: tu, inquam, indulgentiſſime Gratiane, ut ad benefaciendum [75] *ſubito es necopinus ingenio, adhuc aliquid, quod hoc nomine mihi præſtetur,* [76] *invenies. Sic intellexere omnes. ſic nobis ordinem ipſe feciſti. ſic amicus Deo es, ut à te jam impetratum ſit,* [77] *quod optatur: a quo & quod nondum optamus, adipiſcimur. Et rurſum aliquis adjiciet, aut ſermone libere, aut cogitatione liberius: Nonne olim, & apud veteres, multi ejuſmodi doctores fuerunt?* [78] *an tu ſolus præceptor Auguſti? immo ego cum multis conjunctus officio, ſed cum pauciſſimis ſecretus exemplo. Nolo* Con-

Henr. Stephanus: *privati ſtatus hominibus*. Hedenus.

75. *Subito es necopinus ing.*] Quemadmodum *inopinatus*, ita *necopinatus* dixerunt antiqui Latini. Sic enim legunt quidam locis aliquot apud Ciceronem, ut ſecundo de officiis: *ſi perſpiciunt necopinata quadam bona*. Vnde adverbia ſunt apud Titum Livium obſervata, *necopinato* & *exnecopinato*, pro, de improviſo, & *inopinanter*, *Necopinus*, ſicut *inopinus*, quod dixit multis locis, ut in extremo quincto Æneidos, Virgilius:

Vix primos inopina quies laxaverat artus,

ante Auſonium dixiſſe Ovidium memini primo Metamorphoſeon:

Nocte gravem ſomno, necopina perdere morte,
Me parat. Vnde *necopinans* in Andria Terentii:

Id voluit, nos ſic necopinantes duci falſo gaudio. Vinetus.

75. *Subito es nec opinus ingenio*] Scripſerim: *ſubito es, nec opino ingenio*. Grævius.

76. *Invenies*] Corrige audacter, *invenis*. res jam peracta eſt, & id illud beneficium nimirum conſulatus collatum. ſed *adhuc aliquid* invenerat Gratianus, ut prior conſul Auſonius renunciaretur. *Sic intellexere omnes*, qui aderant, additum aliquid honori, cum *ſic ordinem* Gratianus *faceret*.

77. *Quod optatur ab aliquo; & quod nondum*] Emenda ex vetuſto Codice: *à quo & quod nondum optamus adipiſcimur*. in quam ſententiam dictum ſupra: *Præſtare tibi eſt, quam nobis optare, velocius*. Mariang. Accurſius.

77. *Quod optatur ab aliquo, & quod nondum optamus, adipiſcimur. Et rurſum aliquis adjiciet*, &c.] Lego *adipiſcamur*. *At*, vel, *Sed rurſum aliquis objiciet*, ut ſupra: *Subjiciet aliquis: Iſta quidem adeptus es*: Vbi forte etiam *objiciet* legendum. Et infra: *Ecce aliud quod aliquis opponat*. Acidalius.

77. *Et rurſum aliquis adjiciet*] Non muto. forte tamen melius, *objiciet*.

78. *An tu ſolus precept. Auguſti?*] Symmachus ad Auſonium l.1, Ep.xx. *Sed enim præterea etiam Camænarum religio & ſacri fontis advertitur, quia iter ad capeſſendos magiſtratus ſæpe literis promovetur. Hæc parentum inſtituta conſulatus tui argumenta ſunt, cui morum gravitas, & diſciplinarum vetuſtas, curulis ſellæ inſigne pepererunt. Multi poſt hæc adnitentur artes bonas, & laudis germanas & meras literas. Sed cui eveniet aut tam felix diſcipulus, aut tam memor debitor? Eruditiſſimus Imperator, & opum largus* & be-

Conſtantini temporum taxare collegas : [79] *Caſares docebantur.* [80] *ſuperiora contingam.* [81] *Dives Seneca ,* [82] *nec tamen conſul , arguetur rectius , quam prædicabitur , non erudiiſſe indolem Neronis ,* [83] *ſed armaſſe ſævitiam.* [84] *Quintilianus conſularia per Clementem orna-*

& honorum , quaſi pro uſura tibi prima detulerit , ita ſuper ſortem fenoris reddit.

79. *Caſares docebantur*] *Caſares* hic appellantur, qui Imperatoris erant filii, ſive natura ſeu adoptione. Conſtantinum Auguſtum bonas artes plurimi feciſſe præcipue ſtudia litterarum , ſcribit Aurelius Victor. Ejus filius ex Minervina concubina fuit Criſpus: quem Lactantius Firmianus *Latinis litteris erudiit , vir omnium ſuo tempore eloquentiſſimus , ſed adeo in hac vita pauper , ut plerumque etiam neceſſariis indiguerit , nedum deliciis.* Sic Hieronymus Euſebii interpres. Idem princeps Dalmatium , fratris filium, Cæſarem fecit , juſſitque cum filiis imperare : cujus Dalmatii liberos litteras docuit Exuperius Rhetor, quem inter Profeſſores Burdigalenſes ſeptimodecimo carmine celebrat Auſonius. *Vinetus.*

80. *Superiora extinguam*] Scribe *contingam.* & negationis particulam dele. *Mariang. Accurſius.*

80. *Superiora*] Quæ ſupra & ante Conſtantinum fuerunt, contingam , & narrabo , non quæ ipſe vidi. Sic *contingam* Mariangelus ex vetuſto codice , pro *extinguam.* Vinetus.

81. *Dives Seneca*] Suillius apud Tacitum *dicit Senecam* intra quadriennium amicitiæ diſcipuli Imperatoris, ter millies ſeſtertium paraviſſe. *quid exiſtimemus* , inquit Budæus , *eum habuiſſe octavo ejuſdem imperii anno?* quando illam ad Neronem habuit orationem, quæ eſt apud eundem Tacitum libro quattodecimo. Vult autem idem Budæus libro quincto de aſſe , ter millies ſeſtertium , valere ſeptuagies quinquies centena millia aureorum , hoc eſt, ut Galli loquimur, ſeptem *milliones* , quingenta millia aureorum *ſcutatorum.* Vinetus.

82. *Nec tamen Conſul*] Quis ergo eſt Annæus Seneca , quo *Conſule* , & Trebellio Maximo , temporibus Neronis , Senatuſconſultum Trebellianum octavo Calendas Septembris eſſe factum ſcribit Vlpianus libro triceſimo ſexto Digeſtorum Iuſtiniani , & repetit ipſe Iuſtinianus ſecundo ſuarum inſtitutionum ? Sed Conſul non fuit hic Seneca ordinarius: quem nec in Caſſiodori , nec in alterius cujuſquam faſtis invenies. Suffectus fuit alteri in partem anni. quod genus *Conſules* veretur Auſonius appellare, ut de Cornelio Frontone mox cognoſces *Vinet.*

83. *Sed armaſſe ſævitiam*] Clementem quidem diſcipulum ſuum Neronem Cæſarem videri volebat Seneca: ideoque de clementia ad eum ſcripſit , ſed nihil profecit. *Vin.*

83. *Sed armaſſe ſævitiam*] Hoc nomine accuſatus Socrates , quod Critiam & Alcibiadem docuiſſet. Cicero lib. 3 de Oratore , cap. 14, verba faciens de eloquentia: *Quo major,* inquit , *eſt vis , hoc eſt magis probitate jungenda , ſummaque prudentia : quarum virtutum expertibus ſi dicendi copiam tradiderimus, non eos quidem oratores effecerimus , ſed furentibus quadam arma tradiderimus.* Plinius lib. III, Ep. III. *Proinde faventibus diis trade eum præceptori a quo mores primum , mox eloquentiam diſcat , quæ male ſine moribus diſcitur.* vide quæ Æſchines contra Timarchum , Quintilianus lib. XII, cap. 1. & Lucian. in Lapithis.

84. *Quintilianus Conſularia*] Hoc malim exiſtimare , quam quod multi putant à Iuvenale ſignificari, *Quinctilianum* fuiſſe Conſulem , cum Satyr. VII ſcribit :

Quinti-

ornamenta ſortitus, honeſtamenta nominis potius videtur, quam inſignia poteſtatis habuiſſe. [85] *Quomodo Titianus magiſter?* [86] *ſed glorioſus ille municipalem ſcholam apud* [87] *Viſontionem Lugdunumque varian-*

Quintilianus habet ſaltus. exempla noverum
Tranſi fatorum: felix & pulcher & acer
Appoſitam nigra lunam ſubtexit aluta.
Si fortuna velet, fies de Rhetore Conſul.
Si volet hæc eadem, fies de Conſule Rhetor. Turnebus.

84. *Quinctilianus Conſularia*] Marcus Fabius Quinctilianus Hiſpanus, auctor inſtitutionum oratoriarum, ſub Domitiano Imperatore floruit, ut ipſe teſtatur in prooemio quarti illorum duodecim librorum. Sub eodem principe fuerunt Clementes duo, Marcus Arricinius *Clemens*, & Titus Flavius *Clemens* patruelis ejus: qui multum quidem aliquandiu apud eum valuerunt auctoritate & gratia, ſed quos tandem Conſulares interemit, ut Suetonius ſcripſit. Vter horum Quinctiliano conſulatum obtinuerit neſcio: qui de hoc ejus honore alibi nihil legi. Quem quoniam agnoſcere non poſſum inter eos, qui in Faſtis poni ſolebant, Conſulem ordinarium fuiſſe non puto, ſed ſuffectum alteri in partem anni. *Vinetus.*

85. *Quomodo Titianus magiſter*] Cuſpinianus & Onuphrius, videndum, an recte cenſuerint, hunc Conſularem, & ludi-magiſtrum *Titianum*, Fabium Titianum eſſe, qui poſt Auſonium cum Aurelio Symmacho Conſul fuit. Primum enim unde norunt Fabium illum Titianum, litterarum Profeſſorem fuiſſe, & principum liberos docuiſſe? Deinde, an non prius dixit Auſonius, exempla ſe prolaturum non ſuorum, ſed ſuperiorum temporum? Poſtremo, ſi Auſonius, quo anno Conſulatum geſſit, has egit diſcipulo gratias, quomodo in iis potuit ejus Conſulatum meminiſſe, qui hauddum Conſul fuerat? Adde quod hæc Auſonii verba de Titiano: *non ætate ſed vilitate conſenuit*, de alio non videntur intelligi poſſe, quam de mortuo quopiam Titiano. Fuerit itaque potius hic Titian. Viſontienſis Lugdunenſiſque ludimagiſter, Iulius ille *Titianus* Maximini Iunioris præceptor, ut ſcripſimus in Iambicum Epiſtolæ XVI: quem ſuus diſcipulus Cæſar, & pater Auguſtus, brevis Imperii uterque, ad Conſulatum evexerunt, ſed non ordinarium. *Vinetus.*

85. *Quomodo Titianus magiſter? ſed glorioſus*] Nomen Imperat. fuit vox: *Quomodo.* An *Commodo?* neſcio. Nam Maximini (Iunioris ſc. teſte Capitolino in Maximin. Iuniore: *Oratore uſus eſt Titiano filio Titiani ſenioris.* uti Caſaubonus legit.) præceptorem fuiſſe Titianum ajunt. Quære in Capitolino. Capitolinus non meminit Titiani, ſed adverſarii ejus Frontonis, Rhetoris Latini, quo uſus eſt dicendi magiſtro L. C. Ap. Commodus Verus. Vide Caſauboni notas in Capitolini Maximinos. Si rectum; detrahendum ſignum interrogationis: ſi vulgatum verum; non *ſed* legendum, ſed *ſcilicet*. Acidalius.

85. *Quomodo Titianus magiſter? ſed glorioſus ille*, &c.] Til. codex, *glorioſus.* ut etiam vult Acidalius. Suſpicor ab Auſonio fuiſſe: *ſed glorioſulus ille.* Gronovius.

85. *Quomodo Titianus magiſter*] Forte fuit: *quomodo & Titianus magiſter: ſed* &c.

86. *Sed glorioſus ille municipalem ſcholam*] *Municipia* dicebantur certa quædam oppida, à Roma, ut Arpinum Ciceronis. *Municipes* vero, qui ex ipſo municipio erant, ut Arpina-

variando, non ætate quidem, ſed vilitate conſenuit. Vnica mihi amplectenda eſt [88] *Frontonis imitatio: quem tamen* [89] *Auguſti magiſtrum ſic conſulatus ornavit, ut præfectura non cingeret.* [90] *Sed conſulatus ille cujuſmodi? ordinario ſuffectus,* [91] *bimeſtri ſpatio interpoſitus, in ſexta anni parte conſumtus: quærendum ut reliquerit tantus orator, quibus conſulibus geſſerit conſulatum. Ecce aliud, quod aliquis opponat: In tanti te ergo oratoris faſtigium glorioſus attollis? cui talia requirenti reſpondebo breviter.* [92] *Non ego me contendo Fron-*

pinates, jure & legibus ſuæ civitatis & municipii utentes, ſed civitate tamen Romana donati, & cives effecti Romani, muneris tantum cum populo Romano honorarii participes: à quo *munere capeſſendo*, inquit A. Gellius, appellari videntur, nullis aliis neceſſitatibus, neque ulla populi Romani lege aſtricti, quum nunquam populi Romani eorum populus fundus factus eſſet. *Vinetus.*

86. *Sed glorioſius ille*] Omnes ita editiones. alter Voſſianus, *ſed glorioſus ille.* recte. omnes enim præ ſe noſter contemnit, uno excepto *Frontone*, quem ſe tamen *præfectura* honore ſuperare dicit. poſſet & legi, *ſed glorioſulus ille*, ſi cum Apulejo res foret. nam noſter in hiſce caſtior.

87. *Viſontione*] Hodie *Bezanſon*, maxima Sequanorum metropolis in vetuſto provinciarum nomenclatore. *Vinetus.*

88. *Frontonis imitatio*] *Frontonis* hujus *Conſulis*, & Auguſtorum, hoc eſt Lucii & Antonini *magiſtri* meminit vetus inſcriptio: quam apponam, ut huic loco illuſtrando facem præferamus. *M. Aufidio Frontoni Pronepoti M. Corneli Frontonis. Oratoris Conſulis. Magiſtri. Imperatorum. Luci & Antonini. Nepotis. Aufidi. Victorini Præfecti. Vrbis. bis Conſulis. Fronto. Conſul. Filio dulciſſimo.* Fortaſſe apud Auſonium ſcribendum fuerit *Auguſtorum*, non *Auguſti*. Nam ſcribebant ſemper compendioſe *Augg.* Scaliger.

88. *Frontonis imitatio*] *Frontones* multos fuiſſe oſtendunt, Catanæus in Epiſtolas Plinii, & Egnatius in Capitolini Antonin. Philoſophum. Hic *Marcus Cornelius Fronto* ſummus orator, Auguſtorum Antoninorum Marci Philoſophi, & Veri præceptor fuit. Cui Marcus tantum detulit, inquit, Iulius Capitolinus, ut ei ſtatuam in ſenatu petierit. Eum vidiſſe & audiviſſe ſe, ſcribit Aulus Gellius tertiodecimo & undeviceſimo noctium Atticarum. Meminit & Sidonius Apollinaris. *Vinetus.*

89. *Auguſti*] Scaliger *Augg.* quæ conjectura eſt haud aſpernanda. Sed numero forte ſingulari Poëta uſus eſt, ut rem elevet, minuatque.

90. *Sed conſulatus ille cujuſmodi*] Auſonium ſcripſiſſe credo: *ſed & conſulatus ipſe cujuſmodi?* ſic melius. ſententia cohæret. *Acidal.*

91. *Bimeſtri ſpatio*] Ordinationes illas Conſulum, quæ *nundina* dicta ſunt, pro lubitu ac voluntate Imperatorum plures paucioreſve fuiſſe conſtat: ſed plerumque ſenas, ita ut in binos ſemper menſes novi conſules crearentur. vide, quæ de hiſce nundinis conſularibus Caſaubonus & Salmaſius ad Hiſt. Aug. ſcriptores.

92. *Non ego me contendo Frontoni*] Locum hunc citat Budæus in commentariis linguæ Græcæ. ubi monet eadem ſignificatione conferendi, comparandi, componendi, committendive, verbo *contendere* etiam uſum eſſe Cornel. Tacitum. Apud quem leges libro quarto: *Sed nemo annales noſtros*

Frontoni, ſed Antonino præfero Gratianum. Celebrant quidem ſollennes iſtos dies omnes ubique urbes, quæ ſub legibus agunt, [93] *& Roma de more,* *& Conſtantinopolis de imitatione,* [94] *Antiochia pro luxu,* [95] *& Carthago diſcincta,* [96] *& domus fluminis Alexandria:* [97] *ſed Treviri principis beneficio: & mox cum ipſo aucto-*

ſtros cum ſcriptura eorum contenderit. Et tertiodecimo: *Adnotabant ſeniores, quibus otium eſt vetera & præſentia contendere.* Eadem ſignificatione Mirmilloni Thracem *contendi* dixit idem Auſonius in Technopægnio. *Vinetus.*

92. *Non ego me contendo Frontoni*] Sidonius Carm. IV:

Res minor ingenio nobis, ſed Cæſare major.
Vincant eloquio, dummodo nos domino.

93. *Et Roma de more*] Quum ſtaret Romana reſpublica, *Romæ* creabantur Conſules & alii magiſtratus, & Romæ Conſulatus inibantur. at poſtquam ea extincta, Cæſares, & Auguſti rerum potiti ſunt, deſignabantur ab ipſis ſolis magiſtratus, ubicunque terrarum eſſent: deſignatique, quibuſcunque in civitatibus eſſe contingeret, Calendis Ianuariis ibi magiſtratum inibant. Sic Iovinianus Auguſtus cum filio Conſulatum iniit in Galatia, ut ſcribit Ammianus in extremo libro viceſimo quincto: & Auſonius in Gallia, Treviris, & non Romæ: ut hic ipſe refert. eumque diem ineundis magiſtratibus deſtinatum, non ſolum ea civitas, ubi tunc erat novus Conſul, verum etiam aliæ urbes per orbem Romanum celebrabant, ut hoc loco dicit Auſonius. *Vinetus.*

94. *Antiochia pro luxu*] De *Antiochenſium* deliciis & *luxuria*, plura tibi narrabit Iuliani Auguſti Miſopógon. Syriæ metropolis eſt Antiochia, & tota Syria omnibus voluptatum illecebris abundat, ut meminit Ammianus libro viceſimo ſecundo, & Athenæus quincto. *Vinet.*

94. *Antiochia pro luxu*] Non video, quare hic omiſſa ſit copula, cum omnibus reliquis ſit addita. crediderim excidiſſe negligentia vel feſtinatione librariorum.

95. *Et Carthago diſcincta*] Dixerat Virgilius in extremo octavo Æneid.

Hic Nomadum genus, & diſcinctos Mulciber Afros.

Ambigit vero vetus commentator, cur Virgilius Afros dixerit *diſcinctos*: *Vel habitum eorum oſtendit*, inquit, *qui uſque in talos fluebat: quod Plautus videt in Pœnulo dicens, Quæ eſt illa avis? quum Afrum vidiſſet veſtem demiſſam trahentem. aut diſcinctos dixit, inhabiles militiæ. Omnes enim, qui militant, cincti ſunt. Aut certe inefficaces, ut contra, præcinctos, ſtrenuos dicimus.* Vinetus.

96. *Et domus fulminis Alexandria*] Habent libri noſtri, alii *domus*, *domum* alii: alii *fulminis*, *fluminis* alii: & ad unum ex Nili oſtiis ſita eſt hæc Ægypti *Alexandria*: ſed uni ex Ptolemæis ejus civitatis regibus cognomen fuit κεραυνός, id eſt *fulmen*: quem ſcribit Euſebius annum ſecundum Olympiadis centeſimæ & viceſimæ quartæ regnaſſe. *Vinet.*

96. *Domus fulminis Alexandria*] Sive *domus fluminis*, ſive *donum fluminis* cum veteribus libris ſcribimus; (neutra enim lectio accuratiori interpretatione indiget) ſaltem τὸ *fulminis* explodendum eſt. nimis enim longe petetur explicatio, ſi ad Ptolemæum κεραυνὸν decurrendum erit.

97. *Sed Treviri*] Civitas vero Galliæ *Treviri*, celebrant iſtos dies ex principis Gratiani beneficio, ipſeque adeo beneficii auctor, qui Auſonium fecit Conſulem, hominem Gallum, & Gal-

auctore beneficii. loca inter ſe diſtant, vota conſentiunt. Vnus in ore omnium Gratianus, poteſtate Imperator, virtute victor, [98] *Auguſtus ſanctitate,* [99] *Pontifex religione, indulgentia pater,* [100] *ætate filius,* [101] *pietate utrumque. Non poſſum fidei cauſa* [102] *oſtendere imagines majorum meorum, ut ait* [103] *apud Salluſtium Marius: nec deductum ab Heroibus genus, ad deorum ſtemma replicare: nec ignotas opes,* [104] *& patrimonia ſparſa ſub regnis: ſed ea quæ nota ſunt, dicere potius quam prædicare, patriam non obſcuram,* [105] *familiam non pœnitendam, domum innocentem, innocentiam non coactam, anguſtas opes, verumtamen* [106] *libris & liberis dilatatas: frugalitatem ſine ſordibus, inge-*

& Galliæ Præfectum. *Treviris* ergo erat Gratianus, & Conſulatum Auſonius *Treviris* iniit. *Vinetus.*

98. *Auguſtus Sanctitate*] Ovidius primo Faſtorum:

Sancta vocant Auguſta patres. auguſta vocantur
Templa, Sacerdotum rite dicata manu.
Hujus & Augurium dependet origine verbi,
Et quodcunque ſua Iuppiter auget ope. Vinetus.

99. *Pontifex religione*] In vetuſtis marmoribus legitur: FLAVIVS GRATIANVS, PIVS, FELIX MAXIMVS, VICTOR, AC TRIVMFATOR SEMPER AVGVSTVS, PONTIFEX MAXIMVS, GERMANICVS MAXIMVS, ALEMANNICVS MAXIMVS, FRANCICVS MAXIMVS, GOTHICVS MAXIMVS, TRIBVNICIÆ POTESTATIS TERTIVM. Vinet.

100. *Ætate filius*] Nondum attigerat annum ætatis viceſimum Gratianum. *Vin.*

101. *Pietate utrumque*] Et *pater* & *filius pietate.* Lacunam autem quum hic haberent vetuſtiſſimæ impreſſiones, ut Badiana anni milleſimi quingenteſimi & undecimi à Chriſto nato, eam quiſpiam verbo *ſuperat* replendam cenſuit, ſatis inepte. quo loco ſiquid deeſt, oratio potius deeſt, quam una dictio. *Idem.*

102. *Oſtendere imagines*] *Oſtentare* legit Mariangelus e Salluſtio. *Heden.*

103. *Apud Salluſtium*] In Iugurthino. ſed illic *oſtentare* pro *oſtendere.* Vinetus.

104. *Et patrimonia ſparſa*] Capitolinus de Gordiano primo: *Ipſe Cos. ditiſſimus ac potentiſſimus Romæ Pompejanam domum poſſidens, in provinciis tantum terrarum habens, quantum nemo privatus.* Ammianus lib. XXVII de Probo: *Ab urbe Probus accitus, claritudine generis, & potentia, & opum amplitudine cognitus orbi Romano, per quem univerſum pene patrimonia ſparſa poſſedit.*

105. *Familiam non pœnitendam*] Similiter fere Auctor Panegyrici ad Piſonem:

— *Tu Piſo latentem*
Exſere. Non humilis domus, & ſincera parentum,
Sed tenuis fortuna ſua caligine celat.

ubi male in vulgatis: *Nos humilis domus.*

106. *Libris & liberis*] Paronomaſia eſt. Significatque Auſonius tum patris, & ſuis, & aliorum ſuorum literis & eruditione, tum ſua, fratrum, & filiorum ſuorum, virtute, & honoribus, claram evaſiſſe ſuam familiam. *Vinetus.*

106. *Anguſtas opes, verumtamen libris*

ingenium liberale, animum non illiberalem, victum, veſtitum, ſuppellectilem, munda, non ſplendida: veteribus ut illis conſulibus ([107] excepta, quæ tum erat, bellicarum collatione virtutum) ſi quis me conferre dignetur, ſeponat opulentiam, non derogaturus induſtriam. Verum quoniam gratiis agendis jam dudum ſuccumbo materiæ: tu orationi meæ, Gratiane, ſuccede. Tu Gratiane, qui hoc nomen ſic per fortunam adeptus es, ut nemo verius ambitione quæſierit: (neque enim juſtius Metellus cognomento Pius, patre revocato, qui eſſet impius exſulante; aut verius Sylla Felix, [108] qui felicior ante, quam vocaretur; [109] quam tu Gratianus: [110] cui & hoc nomen eſt, & illa Metelli Syllæque cognomina). Tu, inquam, Gratiane, qui hoc non ſingulis factis, ſed perpetua [111] grate agendi benignitate meruiſti; cui, niſi ab avo deductum eſſet, ab omnibus adderetur: Tu ipſe tibi, inquam, pro me gratiam refer: tu, tuæque virtutes: bonitas, qua in omnes prolixius es, perpetuus in me. pietas, qua orbem tuum temperas, [112] quamque in ulciſcendo patruo probas, tuendo in fratre cumu-

libris & liberis dilatas] Alii libri, *dilatatas.* rectiſſime. Alias ſuſpicari liceat, *ditatas.* Acidalius.

107. *Excepta qua tamen erat bellicarum collatione virtutum*] Alii libri *erant.* rectius. *Acidal.*

108. *Qui felicior ante, quam vocaretur*] Vide Plinium libro ſeptimo Naturalis Hiſtoriæ. *Vinetus.*

108. *Qui felicior ante*] Sidonius Apollinaris lib. II, Epiſt. XIII, de Petronio Maximo: *Profecto invenies hominem beatiorem prius fuiſſe, quam beatiſſimus arbitraretur.* Plinius lib. V, Epiſt. XVIII de Nerva: *Neque enim dubito eſſe amœniſſimam, in qua ſe compoſuerat homo felicior ante, quam feliciſſimus arbitraretur.*

109. *Quam tu Gratiane*] Legendum *Gratianus.* Neque juſtius, inquit, Metellus *Pius*, aut verius Sylla *Fœlix* cognominatus eſt, quam tu *Gratianus.* Mariang. Accurſius.

110. *Cui & hoc nomen eſt*] Imitatur Plinium in Panegyr. de Trajani cognomine *Optimi* loquentem, qui, quia longior locus eſt, à me non deſcribetur. Diſtinguit inter nomen & cognomen. Imperator nomen habebat laudatiſſimum *Gratiani*: cognomina vero *Felicis* & *Pii*, quæ Sylla Metelluſque ſingula habuerant, ipſe quoque præter illud nomen Gratiani acquiſiverat. Eſt etenim vulgatiſſima illa in nummis inſcriptio: *Imperator Pius Felix Auguſtus*, &c. ab Antonino Commodo primum uſurpata, quantum ex antiquis numiſmatibus didici. Sic in ipſis Gratiani Nummis, quos ex argento & ære poſſideo, D N. GRATIANVS P. F. AVG.

111. *Grate agendi*] *Gratianus* ergo, qui *gratus* ſit, & grate agat. Sed ab avo Gratiano Funario Gratianus hic Auſonii diſcipulus appellatus eſt. Vide tabulam de hac familia in commentario Epigramm. tertii *Vinetus.*

112. *Quamque in ulciſcendo patruo probas, tuendo*] Mirum omitti hic magnum pietatis argumentum illud, quod & ſupra, & infra iterum inculcat, de *patre conſecrato.* Supra ita; *Piiſſime,*

cumulas, ornando in præceptore multiplicas. Agat gratias clementia, quam humano generi impertis: liberalitas, qua ditas omnes: fortitudo, qua vincis; & [113] *mens iſta aurea, quam de communi Deo plus quam ullus hauſiſti. Agant & pro me gratias voces omnium Galliarum: quarum præfecto* [114] *hanc honorificentiam detuliſti. Vltra progredior; & hoc quia debere te dicis, agat, quæ optime agere poteſt, vox iſta, quam docui. Iam dudum autem quam grati animi, tam ſermonis exigui, ut ſupradictum eſt. ſuccumbo materiæ, neque adhuc illa* [115] *perſtrinxi, quæ ne* [116] *infantiſſimus quidem, niſi idem impiiſſimus, eminentia per famam, & omnium gaudiis teſtata ſupprimeret; quæ ſupra vires dicendi meas poſita cunctor attingere, aut ingrati crimine arguendus, aut temerarii profeſſione culpandus: tamen alterum quum ſubeundum ſit,* [117] *audaciam quam malevolentiam malo reprehendi. Tu Auguſte venerabilis, diſtrictus maximo bello, aſſultantibus tot millibus barbarorum, quibus* [118] *Danubii ora prætexitur, comitia conſulatus mei armatus exerces.* [119] *Tributa iſta, quod in urbe Sirmio geruntur, an,* [120] *quod in procinctu, cen-*

Piiſſimo. hujus vero laudis locupletiſſimum teſtimonium eſt pater divinis honoribus conſecratus, inſtar filii ad imperium frater aſcitus, &c. Infra: *ſcilicet ut in conſecrando patre, in ulciſcendo patruo, cooptando fratre feciſti.* Sed an hic etiam proba vox *tuendo?* tale quid voluiſſe videtur dicere, quale de eo geminis iſtis dixit locis. Tamen bene conſequuntur illa ſe verba, *ulciſci, tueri, ornari*, & adeo ob hoc nihil mutandum. *Acidalius.*

113. *Mens iſta aurea, quam de communi Deo plus quàm ullus*] Recte. Sed al. *unus*. quod mihi argutius videtur. *Acidal.*

114. *Hanc honorificentiam*] Hunc honorem. *Honorificus, magnificus, beneficus, maleficus* ſunt apud Ciceronem: ac *magnificentia*, & *beneficentia*, ſed non, quod ſciam, *honorificentia* & maleficentia. *Vinetus.*

115. *Perſtrinxi*] Attigi, commemoravi. *Vinet.*

116. *Infantiſſimus*] Qui *nihil fari* ſciat. valde indiſertus. *Vin.*

117. *Audaciam, quam*] Malo temerarius dici, quam ingratus. *Idem.*

118. *Danubii ora prætexitur*] Nonnullis placet, *protexitur.* Hedenus.

119. *Tributa iſta quod in urbe Syrmio*] Erratum quadruplex; verum illud inſignius, quod pro *tributa*, *tribunitia* nuper emendantes imprimi curam adhibuere. *tributa* ſane *comitia* emendatiſſimorum non ſegnius opinione, quam uſu confirmantur. Primum itaque in hunc modum emendandum, & connectendum credimus: *Tributa iſta, quod in urbe Sirmio geruntur, an quod in procinctu, centuriata dicentur? an (ut quondam) Pontificalia vocabuntur, ſine arbitrio multitudinis, ſacerdotum tractata collegio? ſic potius, ſic vocentur, qua tu Pontifex maximus Deo participatus habuiſti.* Scribit Gell. lib. xv, ex Lælii Felicis ſententia: *Cum ex generibus hominum ſuffragium feratur*, curia-

centuriata dicentur? an (ut quondam) [121] *pontificalia vocabuntur, ſine arbitrio multitudinis ſacerdotum tractata collegio?* [122] *Sic potius, ſic vocentur, quæ tu Pontifex maximus Deo participatus habuiſti. Non eſt ingenii mei, piiſſime Imperator, talia comminiſci. verba ſunt literarum tuarum: quibus apud*

curiata comitia *eſſe: cum ex cenſu & ætate*, centuriata: *cum ex regionibus & locis*, tributa. Centuriata *autem* comitia *intra pomærium fieri nefas eſſe, quia exercitum extra urbem imperari oporteat, intra urbem imperari jus non ſit, propterea centuriata in Campo Martio haberi, exercitumque imperari præſidii cauſa ſolitum, quoniam populus in ſuffragiis ferendis eſſet occupatus.* Item in eodem libro & hæc ſcripſit: tria *genera* teſtamentorum *fuiſſe, unum quod* Calatis comitiis *in concione populi fieret*; *alterum* in procinctu, *cum viri ad prælium faciendum in aciem vocabantur*; *tertium* per *familiæ* emancipationem, *cui æs & libra adhiberetur.* Eſt & *tributorum comitiorum* mentio tum pluribus, tum Ciceroni non infrequens. *Mariang. Accurſius.*

119. *Tributa iſta in urbe Sirmio*] *Tributa comitia* nomen à *tribubus* habuerunt, quia tributim, in tribus triginta quinque diviſus populus Romanus ſuffragium ferret: & quia, quod plures tribus ex eo numero juſſiſſent, vel vetaſſent, hoc ſpectaretur. *In urbe Sirmio.* quæ urbs pro Roma ſit. Probat autem Gruchius *Tributa comitia* tam extra Romæ pomœrium, quam intra, haberi ſolita. Oppidum Pannoniæ *Sirmium.* Vinetus.

120. *Quod in procinctu*] *Procinctas claſſes* dicit Gellius libr. primo, quum in hoſtes inſtructa acie progredi cœptum eſt. Et Feſtus *procinctos milites*, quaſi præcinctos & expeditos exponit. Romanis mos fuit, ſicut ſcribit Plutarchus in Cajo Marcio Coriolano, ut pugnaturi priuſquam clypeos ſumerent, togam præcingerent, quum ſaga non haberent. Hinc PROCINCTVS verbale ſubſtantivum, & inde *in procinctu* dictum, quum ex caſtris in prælium exitum eſt, ut *teſtamentum in procinctu*, apud Gellium libro quinctodecimo, quum viri ad prœlium faciendum in aciem vocabantur: quod uno vocabulo *procinctum teſtamentum* appellat Iuſtinianus libro ſecundo Inſtitutionum, quod ſine ſcripto fiebat, ſed tribus aut quatuor audientibus, quem vellet hæredem miles nominabat: ut ibidem ſcribit Plutarchus. *In procinctu* ergo de ſuo Conſulatu geſta comitia dicit Auſonius, quod Sirmii cum magnis copiis erat Gratianus cum Sarmatis & aliis Barbaris belligerans. *Vinet.*

120. *An (ut) quod in procinctu*] Dele *ut*, vel *quod.* Acidalius.

121. *Pontificalia*] Comitia hæc non veniunt dicenda, ad quæ populus non conveniebat. ſcribit autem Dionyſius Halicarnaſſenſis libro ſecundo, quod uno ex Pontificibus mortuo, ſufficiebatur in ejus locum alius, non à populo, ſed ab ipſis Pontificibus deſignatus. verum Cnæus Domitius Ahenobarbus Domitii Neronis Imperatoris Atavus Tribunus plebis anno ab Vrbe condita ſexcenteſimo & quinquageſimo primo, infenſior Pontificibus, quod alium, quam ſe, in patris ſui locum cooptaſſent, legem tulit, ut ſacerdotes, quos antea collegæ ſufficiebant, populus crearet. Ita Vellejus Paterculus, & Sueton. Tranquillus memoria prodiderunt. *Vinetus.*

122. *Sic potius, ſic vocentur*] Vulgo omnes: *vocetur.* Hedenus.

123. Et

apud me auctoritatem ſummi numinis, [123] *& vim tuæ voluntatis amplificas. ſic enim loqueris:* CVM DE CONSVLIBVS IN ANNVM CREANDIS SOLVS MECVM VOLVTAREM, VT ME NOSTI, [124] VT FACERE DEBVI, VT VELLE TE SCIVI, CONSILIVM MEVM AD DEVM RETVLI. EJVS AVCTORITATI OBSECVTVS, TE CONSVLEM DESIGNAVI, ET DECLARAVI, ET PRIOREM NVNCVPAVI. *Cujus orationis ordo lucidior? quæ doctrina tam diligens proprius comitiorum verbis loqui, nec vocabulis moris antiqui nomina peregrina miſcere? Valete modo claſſes populi, &* [125] *urbanarum tribuum prærogativæ,* [126] *& centuriæ jurevocatæ. Quæ comitia pleniora unquam fuerunt, quam quibus præſtuit Deus conſilium, Imperator obſequium? Et nunc ego, piiſſime Imperator, ne faſtigium auditorii ſacri dictorum tuorum timidus interpres offendam,* [127] *divinitatis tuæ prope cum piaculo verba tranſ-*

123. *Et ut tua voluntatis*] Tò *ut* recte omittere Stephanum docet Rittershuſius. *Hedenus.*

123. *Et ut tua voluntatis*] Deeſt in ſecundo papyraceo τὸ *ut*. neque ſane, niſi *vim tua voluntatis* legamus, quis ſenſus horum verborum ſit, facile percipi poteſt. poſſet aliquis ſuſpicari legendum hic eſſe *volutationis*, pro *voluntatis*, & in ſequentibus, *ut ſanctius fieret quod volvebas*, pro, *volebas*; quia in Gratiani literis eſt *volutarem*; & totus ſermo de conſilio & deliberatione, non autem de voluntate eſt, quæ, niſi latiſſima vocabulum ſignificatione ſumas, à conſilio longe abeſt.

124. *Atque ut facere debui*] Tò *atque* delendum conjicio, quoniam mox in ſecundo Voſſiano, *& velle te ſcivi* pro, *ut*: unde has copulas ab librario inſertas exiſtimo. liquet ex ſequentibus, ubi repetit.

125. *Vrbanarum tribuum prærogativa*] *Tribuum* triginta quinque quatuor quidem *Vrbanas*, & ceteras appellat *Ruſticas* libro duodeviceſimo, cum Aſconio Pediano, Plinius, ſed *urbanarum* ſiqua fuerit prærogativa ſupra alias, non memini legere: quum prærogativam ſorte fieri ſolitam doceat Gruchius. *Vinetus.*

126. *Et centuria jurevocata*] *Jurevocata centuria* & *tribus*, quæ ſint, ex iis Aſconii Pediani cognoſci poſſe arbitror: *Prærogativæ ſunt tribus, quæ prima ſuffragium ferunt ante jure-vocatas. Mos enim fuerat, quo facilius in comitiis concordia populi firmaretur, bina omnino de iiſdem candidatis comitia fieri. Quarum tribus prima, prærogativa dicebantur: quod prima rogarentur, quos vellent Conſules fieri. ſecunda, jure-vocata: quod in his, ſequente populo, ut ſæpe contigit, prærogativarum voluntatem, jure omnia complerentur.* Vinet.

127. *Divinitatis tua prope*]. Credo fuiſſe: *divinitatis tua propemodum.* in libris: *divinitatis tua probem cum piaculo.*

128. *Eru-*

tranſcurro. QVVM DE CONSVLIBVS, *inquis*, IN ANNVM CREANDIS. [128] *Erudita vox, & cura ſollemnis!* SOLVS MECVM VOLVTAREM. [129] *O profundi altitudo ſecreti! habes ergo* [130] *conſiliatorem, & non metuis proditorem.* [131] VT ME NOSTI. *quid familiarius?* VT FACERE DEBVI. *quid conſtantius?* VT VELLE TE SCIVI. *quid dici blandius poteſt?* CONSILIVM MEVM AD DEVM RETVLI. *& quemadmodum* SOLVS, *cui præſto eſt* [132] *tam grande conſilium? an plenius cum*

128. *Erudita vox, & cura ſolennis. Solus mecum*] Omittunt alii libri iſta, *& cura ſolennis:* leguntque *& cum ſolus mecum.* Ego video ex his, *& cum ſolus*, facile potuiſſe fieri, *& cura ſolennis:* Superflua tamen vix putem. Certe ſi aliena illa, non video, quid iſta hic faciant, *& quum.* Non profecto ad nexum ſequentium poſuit Auſonius, qui nihil tale addit in reliquis. Vt omnino credam, legitima eſſe, *& cura ſolennis:* cum & ſenſui optime conveniant, & tam facile *ſolennis* occaſione τῦ *ſolus* in aliis omitti, & *cura* in *cum* mutari potuerit, quam in aliis eadem ob eandem literarum ſimilitudinem geminari. *Acidalius.*

128. *Erudita vox: & quum ſolus*] Valde mihi placet, quod in altero Voſſiano repperi: *Erudita vox & cura ſolennis.* quæ vero cura principi magis ſolennis fuit, quam de conſulibus creandis volutandi? lege meo periculo: *Erudita vox, & cura ſollemnis! ſolus mecum volutarem*, &c. peſſime hæc omnia in hactenus editis expreſſa ſunt. ad ſingula commata Auſonius cum exclamatione reſpondet. quare iſtius quem dixi, libri fidem ſequutus ſum.

129. *O profundi altitudo ſecreti*] Voſſianus alter: *altitudo conſilii.* quod non admittendum, uti patet ex eo, quod ſequitur: *& non metuis proditorem.*

130. *Conſiliatorem*] *Conſilii datorem.* Plinius in Epiſtola ſeptima decima libri quarti, hoc verbali ſic uſus eſt ante Auſonium: *Ille meus in petendis honoribus ſuffragator & teſtis, ille in inchoandis deductor & comes, ille in gerendis conſiliator, & rector.* A deponente *conſiliari*, quod verbum frequentius in Hieronymi Latinis e Græco, Hebraicoque factis quam apud ſcriptores Hieronymo antiquiores. Vnum indicaſſe locum nobis ſatis fuerit, in Pſalmo triceſimo, vel ut alii numerant, triceſimo primo: *In eo dum convenirent ſimul adverſum me, accipere animam meam conſiliati ſunt.* Ante Hieronymum vero, illo verbo fuerat uſus Horat. in verſu centeſimo & nonageſimo ſexto libri De arte poëtica:

Ille bonis faveatq;, & conſilietur amice.

Sic enim ibi legit Luiſinus Vtinenſis: & *conſilietur*, conſilia afferat, expoſuit: ubi ante legebamus *concilietur*, neſcio quo ſenſu. Et ejus participio in Ode tertia tertii Carminum:

Gratum elocuta conſiliantibus
Iunone divis.

At ejuſdem gerundio Cicero, libro Epiſtolarum ad Atticum quinctodecimo: *Tu quid egeris tua, cum, triſti, tum etiam difficili ad conſiliandum legatione, vehementer expecto. Eſt enim inexplicabilis.* Vinetus.

131. *Vt me noſti: quid familiarius? ut facere debui: quid conſtantius? ut velle te ſcivi: quid dici blandius poteſt?*] Ita hæc rectius interjici ſingula ſingulis opinor, quam omnia disjuncta poſt ſimul poni. *Acidalius.*

131. *Vt me noſti, ut facere debui*] Acidalio hic omnes, præter Scaligerum, ſubſcribunt. *Hedenus.*

132. *Tam grande conſilium*] *Concilium*

cum Senatu, cum equeſtri ordine, cum plebe Romana, cum exercitu tuo, & provinciis omnibus deliberaſſes? CONSILIVM MEVM AD DEVM RETVLI. *Non ut, credo, novum ſumeres: ſed ut ſanctius fieret, quod volebas.* [133] EJVS AVCTORITATI OBSECVTVS: *ſcilicet ut in conſecrando patre, in ulciſcendo patruo, in cooptando fratre feciſti.* TE CONSVLEM DESIGNAVI, ET DECLARAVI, ET PRIOREM NVNCVPAVI. *Quis hæc verba te docuit? Ego tam propria & tam Latina neſcivi.* DESIGNAVI, ET DECLARAVI, ET NVNCVPAVI. *Non fit hoc temere. habet moras ſuas diſpertitis gradibus tam matura cunctatio.* [134] *Has ego literas tuas ſi in omnibus pilis atque porticibus,* [135] *unde de plano legi poſſint, inſtar edicti pendere mandavero: nonne tot ſtatuis honorabor, quot fuerint paginæ libellorum?* [136] *Sed ad blandiora feſtino. Ab hac enim*

lium legitur in vetere libro. *conſilium* ponitur hic pro ipſis conſiliariis.

133. *Ejus auctoritati obſequutus*] Alio genere characterum etiam illa debebant ſcribi, *ejus auctoritati obſequutus*: nam ſunt & ipſa ex literis Gratiani, & iis quoque interpretationem ſuam ſubjicit: quod ut pateat, ſic ſcribe & diſtingue: *quod volebas. Ejus auctoritati obſequutus: ſcilicet, ut in conſecrando patre, in ulciſcendo patruo, in cooptando fratre feciſti.* Male hic Stephanici *patre* pro *fratre*. Acidalius.

134. *Has ego literas tuas,* &c.] Scribendum: *ſi in omnibus pilis.* Scimus hanc conjunctionem ſæpe prætermitti, ſed Poëtarum conſuetudine. Vſus autem eſt juris diſciplinæ verbis. Nam & vetuſti quoque lapides ſingularibus elementorum figuris hodie quoque ita retinent: V. D. P. L. R. P. pro eo quod eſt, *unde de plano legi recte poſſit*: ſed hæc & cætera, quæ compendiariis notis, uſu veterum, in legibus ſignificarentur, abolenda Iuſtiniani auctoritas Cod. de veteri jure enucl. & ſanxit, & cavit: Quoniam cum varie ac pro cujuſque captu (corruptis jam moribus) ſæpe interpretarentur, non judiciis ſolum moram aut ambiguitatem, ſed errorem quoque parere jam cœperant. *Mariang. Accurſius.*

135. *Vnde de plano legi poſſint*] Ex antiquis formulis fuit hoc: *Vnde de plano legi poſſint.* Cui adverbium, *recte*, addit antiquiſſimum illud monumentum, quod ex ahenea tabula deſcriptum, mihi nuper Luteria miſit Franciſcus Guillioteria. EX. EA DIE. QVA. TRIBVTVS. FACTVS. ERIT. APVD. FORVM PALAM. VBEI. DE. PLANO RECTE. LEGI. POSSITVR. PROSCRI.... & Vlpianus Iuriſconſultus apud Iuſtinianum, de Inſtitoria actione, libro quartodecimo Digeſtorum: *De quo palam proſcriptum fuerit, ne cum eo contrahatur, is præpoſiti loco non habetur. Proſcribere palam, ſic accipimus, claris literis, unde de plano recte legi poſſit, ante tabernam, ſcilicet, vel ante eum locum; in quo negotiatio exercetur, non in loco remoto, ſed in evidenti.* Vinetus.

136. *Sed ad pleniora feſtino*] Id melius,

enim literarum ad me datarum parte digreſſus, eo quoque deſcendiſti, ut quæreres, qualis ad me trabea mitteretur. Omne largitionum tuarum miniſterium ſollicitudine fatigaſti. Non ergo ſupra conſulatum mihi eſt adhibita per te cura tam diligens, pro me cura tam felix? In Illyrico arma quatiuntur. Tu mea cauſa per Gallias civilium decorum indumenta diſpenſas. Loricatus de toga mea tractas. [137] *In procinctu, & cummaxime dimicaturus,* [138] *palmatæ veſtis meæ ornamenta diſponis: feliciter, & bono omine. Namque iſte habitus, ut in pace conſulis eſt, ſic in victoria, triumphantis. Parum eſt, ſi qualis ad me trabea mittatur interroges: te coram promi jubes. Nec ſatis habes, ut* [139] *largitionum miniſtri ex more fungantur: eligis ipſe de multis: & quum elegeris, munera tua verborum honore proſequeris.* PALMATAM, *inquis,* TIBI MISI, [140] IN QVA DIVVS CONSTANTIVS PARENS NOSTER INTEXTVS EST. *Me beatum! cujus inſignibus talis cura præſtetur. Hæc plane, hæc eſt picta, ut dicitur veſtis, non magis auro ſuo, quam tuis verbis. Sed multo plura ſunt in ejus ornatu, quæ per te inſtructus intelligo. Geminum quippe in uno habitu radiat nomen Auguſti. Conſtantius in argumento veſtis intexitur: Gratianus in muneris honore ſentitur. Acceſſit tam impenſo beneficio tuo pondus quorundam ſciſcitatione cumulatum. Interrogatus, quem priorem decerneres conſulem,* NEC DVBITANDVM *eſſe dixiſti tu: &, qui tecum boni ſunt, dubitare non poterant. Sed tamen ad hoc dictum erexerant*

lius, quam quod al. *blandiora.* Acidal.

137. *In procinctu & cummaxime dimicaturus*] Hoc verum. alia falſa. *Acidalius.*

137. *Et maxime dimicaturus*] Excidit particula *cum*, aut ab imperitis deleta. Scribe: *in procinctu cummaxime dimicaturus.* i. e. ſtatim, in præſenti. Dixi ad Suetonium. *Gravius.*

137. *Maxime dimicaturus*] Repoſui ex MS. *cummaxime dimicaturus.*

138. *Palmata veſtis mea ornamenta diſponis*] Gloſſam credo: *veſtis.* Acidal.

139. *Largitionum miniſtri -- elegeris, munera tua verborum honore proſequeris*] Poſtrema hæc ſic recte: male aliter. In primis ſcribo *largitionem.* *Fungi* cum accuſandi caſu Auſonio familiare. *Acidal.*

140. *In qua divus Conſtantius*] Ita *Conſtantius*, & non *Conſtantinus*, legendum hic. Conſtantius enim Conſtantini Magni filius, Auguſtus, è vita abiit anno Chriſti trecenteſimo & ſexageſimoquarto, uxore Fauſtina prægnante relicta. *unde edita Poſtuma*, ait Ammianus libro viceſimo primo, *ejuſque nomine appellata* Conſtantia *quum adoleviſſet, matrimonii jure copulata eſt Gratiano.* Vinet.

 141. *Stu-*

xerant animos, qui libenter clariſſimum virum collegam meum, quem præſentem habebat occaſio, prælatum credidiſſent. Fatigantes tamen, quod intellexerant, requirebant. Hic tu, ſicut mihi renuntiatum eſt, noto illo pudore tuo pauliſper hæſiſti: non rationis ambiguus, ſed eorum dubitationem vultu & rubore condemnans, qui [141] *ſtudium ſuum interpretationis errore palpabant. Deinde illico ſubdidiſti:* QVID DE DVOBVS CONSVLIBVS DESIGNATIS QVÆRITIS, QVIS ORDO SIT NVNCVPATIONIS? [142] ANNE ALIVS, QVAM QVEM PRÆFECTVRA CONSTITVIT? *O felicem verecundiam tuam, cui iſta popularis ratio tam prudenter occurrit!* [143] *Sciſti aliud, Gratiane, quam diceres: ſed propter quorundam verecundiam dicere noluiſti. Scrupuloſus hic mihi locus eſt: & propter eam, quam nunquam appetivi, gloriam, recuſandus. cum prior renunciatus ſim, ſatis eſt tuum tenere judicium: interpretes valete meritorum. Neque autem ego, ſacratiſſime Imperator, in tenui beneficio gradum nuncupationis amplector.* [144] *Num eſt hæc gloria ignota Ciceroni?* Præ-

141. *Studium tuum*] Male *ſuum* alii. *Acidalius.*

141. *Studium tuum*] Legebam ex veteri libro, *ſtudium ſuum*, interpretabarque, Amicos alterius conſulis, quem libenter prælatum credidiſſent, ambiguum dictum Gratiani aliter accepiſſe ac dictum fuerat, & ſtudium ſuum in Collegam Auſonii, ſecus quam par erat Imperatoris verba interpretando foviſſe. Nunc τὸ *ſtudium tuum* defendi poſſe video, ſi *palpare* pro *pertentare* capias. Potior mihi tamen altera illa lectio, quam è ſcripto libro depromſi.

142. *Anne alius*] *Alium*, non recte. *Acidalius.*

143. *Sciſti aliud*] Qui me collegæ meo prætuliſti, non ob aliam cauſam, quam quod tuus fui præceptor. *Vinet.*

143. *Sciſti aliud quam*] Al. *quod*, vere. *Acidalius.*

144. *Num eſt hæc gloria ignota Ciceroni*] Sunt hæc quidem quæ citantur ab Auſonio, ex oratione in Piſonem. ubi tamen non Conſulem, ſed Ædilem priorem ſcriptum legitur: *Me*, inquit M. Tullius, *cum quæſtorem imprimis, ædilem priorem, prætorem primum cunctis ſuffragiis Pop. Rom. faciebat, homini illi honorem, non generi, moribus, non majoribus meis, virtuti perſpectæ, non auditæ nobilitati deferebant.* Vel igitur & in Auſonio *ædilem* reponendum, vel è duobus locis hæc ſumſiſſe ac junxiſſe arbitrandum eſt. non multo namque poſt in hunc modum in eadem legitur oratione: *me cuncta Italia, me omnes ordines, me univerſa civitas non prius tabella, quam voce priorem Conſulem declaravit.* Mariang. Accurſius.

144. *Num eſt hæc gloria ignota Cic.*] Obſervatione hoc loco non indignum, nuncupatis duobus Conſulibus, ut inſtitutum obſervabatur, eum majori honore dignum habitum & affectum, qui prior nuncuparetur. Meminit hujus ſuæ prælationis noſter, eumque honorem non minus certe

Prætorem me, *inquit*, populus Romanus primum fecit, conſulem priorem. *Ex ipſa ejus ſententia intelligitur commendabilius ei videri uni, quam pluribus eſſe præpoſitum. Nulla enim eſt quidem contumelia ſecundi: ſed ex duobus gloria magna prælati. Alexandri Macedonis hoc fertur, quum legiſſet* [145] *illos Homericos verſus, quibus Hectore provocante è novem ducibus, qui omnes pugnare cupiebant, unum deligi placeret ſortis eventu, trepida ubi conceptione votorum Iovem Optimum Maximum totus precatur exercitus, ut Ajacem, vel Tydei filium, aut ipſum regem ditium Mycenarum ſortiri patiatur Agamemnonem: Occiderem, inquit, illum, qui me tertium nominaſſet. O magnanimitatem fortiſſimi viri! nominari inter novem tertius recuſabat; ubi certe pluribus antecelleret, quam ſubeſſet. Quanta hic verecundia gravaretur poſterior de duobus? Eſt enim in hoc numero arduæ* [146] *plena dignationis electio. Cum univerſis mortalibus duo, qui fiant conſules, præferuntur, qui alteri præponitur, non uni, ſed omnibus antefertur. Exſpectare nunc aures præſentium ſcio, & eminere in omnium vultu intelligo,* [147] *quid deſiderio concipiatur animorum. Exiſtimant enim, quum ea, quæ ad grates agendas pertinebant, ſummatim tenuiore filo, ut dicitur, deducta libaverim, aliqua me etiam de majeſtatis tuæ laudibus debere perſtringere. Quanquam me iſtam dixerim ſepoſuiſſe materiam, & in tempus aliud reſervare, nihilominus tamen, ut nunc aliqua contingam, nutu & prope murmure cohortantur. Itaque faciam; quando cogunt volentem. ſed majoribus ſeparatis, tenuiora memorabo, nulla ſpe ad* ple-

certe Tullio venditat, epiſtola ad Syagrium:

Et prior indeptus faſces, Latiamque curulem,
Conſul collega poſteriore fui.

Vetus hic prærogativæ mos nobis etiam obſervatus eſt apud Livium lib. XXIX de Scipione: *Trajiceret, & ſpei concepta; quo die illum omnes centuria priorem Conſulem dixiſſent, primo quoque tempore compotem P. R. faceret.* Barthius. Cicero in Orat. de Toga candida apud Aſconium: *Neſcis me Pratorem primum eſſe factum: te, conceſſione competitorum, & collatione centuriarum, & meo maxime beneficio è poſtremo in tertium locum eſſe ſubjectum?*

145. *Illos Homericos verſus*] Ἰλιάδος η.

Ζεῦ πάτερ, ἢ Αἴαντα λαχεῖν, ἢ Τυδέος υἱὸν,
Ἢ αὐτὸν βαϲιλῆα πολυχρύσοιο Μυκήνης. Vinetus.

146. *Plena dignationis electio*] Recte. An tamen, *ardua plane dignationis electio?* vulgatum rectum. *Acidalius.*

147. *Quod*] Lege: *quid.* Acidalius.

148. *Quo*

xerant animos, qui libenter clariſſimum virum collegam meum, quem præſentem habebat occaſio, prælatum credidiſſent. Fatigantes tamen, quod intellexerant, requirebant. Hic tu, ſicut mihi renuntiatum eſt, noto illo pudore tuo pauliſper hæſiſti: non rationis ambiguus, ſed eorum dubitationem vultu & rubore condemnans, qui [141] ſtudium ſuum interpretationis errore palpabant. Deinde illico ſubdidiſti: QVID DE DVOBVS CONSVLIBVS DESIGNATIS QVÆRITIS, QVIS ORDO SIT NVNCVPATIONIS? [142] ANNE ALIVS, QVAM QVEM PRÆFECTVRA CONSTITVIT? O felicem verecundiam tuam, cui iſta popularis ratio tam prudenter occurrit]! [143] Sciſti aliud, Gratiane, quam diceres: ſed propter quorundam verecundiam dicere noluiſti. Scrupuloſus hic mihi locus eſt: & propter eam, quam nunquam appetivi, gloriam, recuſandus. cum prior renunciatus ſim, ſatis eſt tuum tenere judicium: interpretes valete meritorum. Neque autem ego, ſacratiſſime Imperator, in tenui beneficio gradum nuncupationis amplector. [144] Num eſt hæc gloria ignota Ciceroni? Præ-

141. *Studium tuum*] Male *ſuum* alii. *Acidalius.*

141. *Studium tuum*] Legebam ex veteri libro, *ſtudium ſuum*, interpretabarque, Amicos alterius conſulis, quem libenter prælatum credidiſſent, ambiguum dictum Gratiani aliter accepiſſe ac dictum fuerat, & ſtudium ſuum in Collegam Auſonii, ſecus quam par erat Imperatoris verba interpretando foviſſe. Nunc τὸ *ſtudium tuum* defendi poſſe video, ſi *palpare* pro *pertentare* capias. Potior mihi tamen altera illa lectio, quam è ſcripto libro depromſi.

142. *Anne alius*] *Alium*, non recte. *Acidalius.*

143. *Sciſti aliud*] Qui me collegæ meo prætuliſti, non ob aliam cauſam, quam quod tuus fui præceptor. *Vinet.*

143. *Sciſti aliud quam*] Al. *quod*, vere. *Acidalius.*

144. *Num eſt hac gloria ignota Ciceroni*] Sunt hæc quidem quæ citantur ab Auſonio, ex oratione in Piſonem. ubi tamen non Conſulem, ſed Ædilem priorem ſcriptum legitur: *Me*, inquit M. Tullius, *cum quæſtorem imprimis, ædilem priorem, prætorem primum cunctis ſuffragiis Pop. Rom. faciebat, homini illi honorem, non generi, moribus, non majoribus meis, virtuti perſpectæ, non auditæ nobilitati deferebant.* Vel igitur & in Auſonio *ædilem* reponendum, vel è duobus locis hæc ſumſiſſe ac junxiſſe arbitrandum eſt. non multo namque poſt in hunc modum in eadem legitur oratione: *me cuncta Italia, me omnes ordines, me univerſa civitas non prius tabella, quam voce priorem Conſulem declaravit.* Mariang. Accurſius.

144. *Num eſt hac gloria ignota Cic.*] Obſervatione hoc loco non indignum, nuncupatis duobus Conſulibus, ut inſtitutum obſervabatur, eum majori honore dignum habitum & affectum, qui prior nuncuparetur. Meminit hujus ſuæ prælationis noſter, eumque honorem non minus certe

Prætorem me, *inquit*, populus Romanus primum fecit, conſulem priorem. *Ex ipſa ejus ſententia intelligitur commendabilius ei videri uni, quam pluribus eſſe præpoſitum. Nulla enim eſt quidem contumelia ſecundi: ſed ex duobus gloria magna prælati. Alexandri Macedonis hoc fertur, quum legiſſet* [145] *illos Homericos verſus, quibus Hectore provocante è novem ducibus, qui omnes pugnare cupiebant, unum deligi placeret ſortis eventu, trepida ubi conceptione votorum Iovem Optimum Maximum totus precatur exercitus, ut Ajacem, vel Tydei filium, aut ipſum regem ditium Mycenarum ſortiri patiatur Agamemnonem: Occiderem, inquit, illum, qui me tertium nominaſſet. O magnanimitatem fortiſſimi viri! nominari inter novem tertius recuſabat; ubi certe pluribus antecelleret, quam ſubeſſet. Quanta hic verecundia gravaretur poſterior de duobus? Eſt enim in hoc numero arduæ* [146] *plena dignationis electio. Cum univerſis mortalibus duo, qui fiant conſules, præferuntur, qui alteri præponitur, non uni, ſed omnibus antefertur. Exſpectare nunc aures præſentium ſcio, & eminere in omnium vultu intelligo,* [147] *quid deſiderio concipiatur animorum. Exiſtimant enim, quum ea, quæ ad grates agendas pertinebant, ſummatim tenuiore filo, ut dicitur, deducta libaverim, aliqua me etiam de majeſtatis tuæ laudibus debere perſtringere. Quanquam me iſtam dixerim ſepoſuiſſe materiam, & in tempus aliud reſervare, nihilominus tamen, ut nunc aliqua contingam, nutu & prope murmure cohortantur. Itaque faciam; quando cogunt volentem. ſed majoribus ſeparatis, tenuiora memorabo, nulla ſpe ad* ple-

certe Tullio venditat, epiſtola ad Syagrium:

Et prior indeptus faſces, Latiamque curulem,
Conſul collega poſteriore fui.

Vetus hic prærogativæ mos nobis etiam obſervatus eſt apud Livium lib. XXIX de Scipione: *Trajiceret, & ſpei conceptæ, quo die illum omnes centuria priorem Conſulem dixiſſent, primo quoque tempore compotem P. R. faceret.* Barthius. Cicero in Orat. de Toga candida apud Aſconium: *Neſcis me Prætorem primum eſſe factum: te, conceſſione competitorum, & collatione centuriarum, & meo maxime beneficio è poſtremo in tertium locum eſſe ſubjectum?*

145. *Illos Homericos verſus*] Ἰλιάδος η.
Ζεῦ πάτερ, ἢ Αἴαντα λαχεῖν, ἢ Τυδέος υἱὸν,
Ἢ αὐτὸν βαϲιλῆα πολυχρύσοιο Μυκήνης. Vinetus.

146. *Plena dignationis electio*] Recte. An tamen, *ardua plane dignationis electio?* vulgatum rectum. *Acidalius.*

147. *Quod*] Lege: *quid.* Acidalius.

 148. *Quo*

plenum exſequendi : ſed univerſi ut intelligant, eorum, [148] *quæ intus prædicanda ſunt, à me poſcendam eſſe notitiam, ab aliis dignitatem. Nec excellentia, ſed quotidiana tractabo.* [149] *Nullum tu unquam diem ab adoleſcentia tua, niſi adorato Dei numine,* [150] *& reus voti, & illico abſolutus egiſti; lautis manibus, mente pura,* [151] *immaculabili conſcientia, & quod in paucis eſt, cogitatione ſincera. Cujus autem unquam egreſſus auſpicatior fuit, aut inceſſus modeſtior, aut habitudo cohibitior, aut familiaris habitus condecentior, aut militaris accinctior? in exercendo corpore quis curſum tam perniciter incitavit? quis palæſtram tam lubricus expedivit? quis ſaltum in tam ſublime collegit?* [152] *Nemo adductius jacula contorſit, nemo ſpicula crebrius jecit,* [153] *aut certius deſtinata percuſſit. Mirabamur* [154] *poëtam, qui infrenos dixerat Numidas : & alterum, qui ita collegerat, ut diceret in equitando* [155] *verbera & præcepta eſſe fugæ, & præ-*

148. *Quæ intus prædicanda ſunt*] Domeſtica, & quæ nemo poteſt noſſe melius quam præceptor, & qui ſemper tecum ab incunabulis convixit. *Vinetus.*

148. *Quæ intus prædicanda ſunt*] Quid hîc *intus*? forte idem quod domeſtica. Infra : *Poſſim videri familiaris notitiæ ſecretus interpres, domeſtica iſthæc non tam prædicare, quam proderè.* Item infra : *Atque iſta dixi de cognitis mihi atque intra aulam familiaribus.* Acidalius.

149. *Nullum te unquam diem*] Iudicio Rittersh. *tu* rectius legit H. Stephanus. *Hedenus.*

150. *Et reus voti*]. *Voti reus, debitor* inquit Servius in verſum ducenteſimum & triceſimum ſeptimum quincti Æneidos : *Vnde vota ſolventes, dicimus abſolutos.* Vinetus.

151. *Immaculabili*] *Immaculata* dicunt alii, ſed neutrum apud vetuſtiores Latinos legere memini. *Vinet.*

152. *Nemo abductius*] *Adductius* in Tiliano codice. Virgilio *adducere* pro intorquere, rotare, producere, uſurpatum eſſe probat Nonius Marcellus. & quum dixit quincto Æneidos :

Poſt acer Mneſtheus adducto conſtitit arcu,
Alta petens : pariterque oculos, telumque tetendit.

Figuram agnoſcit hypallagen Servius : *Nam adducitur telum,* inquit, *& arcus intenditur.* Vin.

152. *Nemo abductius*] An, *adductius?* Acidalius.

152. *Nemo abductius jacula contorſit*] Conjecturam Acidalii Virgilii autoritate confirmat Rittershuſ. *Hedenus.*

153. *Aut certius deſtinata percuſſit*] Vide quæ ad Carm. 11 notata ſunt. Cedrenus pag. 259 de Gratiano : Ἐπὶ τοσοῦτον εὐστόχως ἐτόξευεν, ὡς λέγειν τινὰς, τὰ Γρατιανοῦ βέλη φρένας ἔχειν.

154. *Poëtam, qui infr. Numidas*] Virgilium quarto Æneidos :

Et Numidæ infreni cingunt, & inhoſpita Syrtis.

Silius Italicus primo Punicorum :

Hic paſſim exultant Numidæ gens inſcia freni :
Quis inter geminas per ludum mobilis aures
Quadrupedem flectit non cedens virga lupatis. Vinetus.

155. *Verbera & præcepta*] Equos inci-

præcepta ſiſtendi. Obſcurum hoc nobis legentibus erat. intelleximus te videntes, quum idem arcum intenderes, & habenas remitteres: aut equum ſegnius euntem verbere concitares, vel eodem verbere intemperantiam coerceres. Qui te viſi ſunt hoc docuiſſe, non faciunt: imo qui viſi ſunt docuiſſe, nunc diſcunt. In cibis autem, cujus ſacerdotis abſtinentior cerimonia? in vino, cujus ſenis menſa frugalior? Operto conclavis tui non ſanctior [156] *ara Veſtalis, non Pontificis cubile caſtius, nec pulvinar Flaminis tam pudicum. In officiis amicorum non dico* [157] *paria reddis: antevenis, & quotiens in obſequendo* [158] *præcedimus, erubeſcis pudore tam obnoxio, quam in nobis eſſe deberet ab Imperatore præventis. In illa vero ſede,* [159] *ut ex more loquimur, conſiſtorii, ut ego ſentio, ſacrarii tui, nullus unquam ſuperiorum aut dicenda penſius cogitavit, aut conſultius cogitata diſpoſuit, aut diſpoſita maturius expedivit. Et aliqua de oratoriis virtutibus tuis dicerem, niſi vererer mihi gratificari.* [160] *Non enim Sulpicius acrior in concionibus, nec majoris Gracchi commendabilior modeſtia fuit,* [161] *nec patris tui gravior auctoritas. Qui tenor vocis, quum incitata*

incitari & retineri verberibus. *Vinet.*

156. *Ara Veſtalis*] De iis, & Pontificibus, & Flaminibus, Iovis, Martis, Quirini & aliorum ſacerdotibus, plura Lilius Gregorius in libris De diis gentium, ex Livio, Plutarcho, & aliis Latinis Græciſque ſcriptoribus. *Vinetus.*

157. *Paria reddi*] Credo melius, *reddis.* Acidalius.

158. *Prævenimus*] Id melius, quam *præcedimus.* Acidal.

159. *Vt ex more loquimur Conſiſtorii*] Neſcio quam novum voluerit eſſe vocabulum Nicolaus Perottus *conſiſtorium.* quod hodie quidem pro loco ſumitur, in quo Pontifex Romanus cum ſuis purpuratis conſultandi cauſa conſiſtit: ſed apud Sidonium Apollinarem, Ammianum Marcellinum, Auſonium, Capellam, Imperatoris eſt, & non Pontificis, *Conſiſtorium*, unde *Conſiſtorianos* appellavit Ammianus libro 15, & 31. qui titulo decimo libri duodecimi Codicis Iuſtiniani, *Comites Conſiſtorii*, & *Comites Conſiſtoriani* vocantur. Quorum opera & conſilio Princeps in Imperii adminiſtratione utebatur. Auſonius autem putat, quod vulgo ſuis temporibus dicebatur *Conſiſtorium*, id prius *ſacrarium* fuiſſe appellatum. *Vinetus.*

160. *Non enim Sulpicius acrior*] Hic eſt orator ille eximius *Publius Sulpicius* apud Ciceronem tertio De oratore: qui tribunus plebis legem tulit Sulpiciam: & bello Civili Marii & Syllæ periit, ut ſcribit Titus Livius libro 77. *Vinet.*

161. *Nec patris tui gravior auctoritas*] Sextus Victor de Valentiniano Gratiani patre: *Fuit vultu decens, ſollers ingenio, animo gravis, ſermone cultiſſimus, quanquam enim ad loquendum parcus, ſeverus, vehemens*, & reliqua. *Vinetus.*

161. *Nec majoris Gracchi commendabilior*

incitata pronuncias! quæ inflexio, quum remiſſa! quæ temperatio, quum utraque diſpenſas! Quis oratorum læta jucundius, facunda cultius, pugnantia denſius, denſata glomeratius, aut dixit, aut, [162] *quod eſt liberum, cogitavit? Vellem, ſi rerum natura pateretur, Xenophon Attice, in ævum noſtrum venires, tu qui ad Cyri virtutes exſequendas* [163] *votum potius, quam hiſtoriam commodaſti: quum diceres,* [164] *non qualis eſſet, ſed qualis eſſe deberet. Si nunc in tempora iſta procederes, in noſtro Gratiano cerneres, quod in Cyro tuo non videras, ſed optabas. Atque iſta* [165] *omnia, quæ quaſi punctis quibuſdam acuminata ſignavi, ſi facundia pro voluntate* [166] *ſuppeteret, quamquam non copioſus, exſequerer, ubertatem ſtilo rerum magnitudine ſuggerente. Sed nec hujus diei, nec hujus iſta materiæ. Qui dicturi eſtis laudes principis noſtri, habetis velut ſeminarium, unde orationum veſtrarum jugera compleatis. Ego iſta perſtrinxi, atque ut ſciunt omnes, poſſum videri familiaris notitiæ ſecretus interpres domeſtica iſtæc non tam prædicare, quam prodere. Atque ut iſta dixi de cognitis mihi, atque intra aulam familiaribus: poſſem & foris celebrata memorare; niſi omnia omnes, & ſeparatim ſibi quiſque noviſſet. Poſſem pari brevitate* [167] *dicere, qua ſuperiora:* EMENDATISSIMI VIRI EST [168] PIGENDA NON

bilior modeſtia fuit, nec patris tui gravior autoritas] *Pater Gratiani* an uſque adeo gravis in dicendo, neſcio. De oratoria quidem *auctoritate* loquitur. Et quidam libri τὸ *tui* omittunt. Vnde ſuſpicabar ne ſcribendum foret, & *fratris gravior auctoritas*. Noti eloquentiæ laudibus fratres *Gracchi*, Tiberius & Cajus. Sed eorum *minor hic multo quam alter, major & præſtantior*: ut Vellejus noſter ait. An tamen & huic tam *gravis* in dicendo *auctoritas* nondum legi. *Acidalius.*

162. *Quod eſt liberum*] An *liberius*. ſupra: *aut ſermone libere, aut cogitatione liberius.* Acidal.

163 *Votum potius quam hiſt.*] Illuſtrat hæc Oizelius in notis ad Aul. Gellium pag. 768.

164. *Non qualis eſſet*] Hoc dicit Cicero in prima Epiſtola ad Quinctum fratrem. Cyrum illum regem Perſarum à Xenophonte Athenienſi non ad Hiſtoriæ fidem fuiſſe ſcriptũ, ſed ad effigiem juſti imperii. *Vinetus.*

165. *Omnia quaſi punctis*] Tilianum exemplar, *omnia quæ punctis*. Vinet.

166. *Suppeteret, quanquam non copioſus exequerer, ubert.*] Lego: *ſuppeteret, & quanquam non copioſius exequerer ubert.* Vberius inquit iſta exequerer, ſi non pro voto facundus eſſem, atque etiamſi non eſſem: ipſa enim magnitudo rerum orationi ſubminiſtraret: Sed nec temporis hujus ſunt, nec mei argumenti. *Acidalius.*

167. *Dicere ſuperiora*] Lege: *dicere, qua ſuperiora*. Acidal.

168. *Pœnitenda non facere*] *Pigenda*, pro *pœnitenda*, melius, Tilianus codex.

NON FACERE. *at tu nunquam pœnitenda feciſti, & ſemper veniam pœnitentibus obtuliſti.* PVLCHRVM EST INDVLGERE TIMENTIBVS. *ſed tu perpetuæ bonitatis edictis occurriſti omnibus, ne timerent.* MAGNIFICVM LARGIRI HONORES. *tu honoratos & liberalitate ditaſti.* LAVDABILE EST IMPERATOREM FACILES INTERPELLANTIBVS PRÆBERE ADITVS, NEC DE OCCVPATIONE CAVSARI. *tu confirmas adire cunctantes: etiam querimoniis explicatis, ne quid adhuc ſileatur, interrogas. Celebre fuit Titi Cæſaris dictum,* PERDIDISSE SE DIEM, QVO NIHIL BONI FECERAT. *ſed celebre fuit,* 169 *quia Veſpaſiani ſucceſſor dixerat: cujus nimia parſimonia, & auſteritas vix ferenda miram fecerat filii lenitatem. Tu Valentiniano genitus, cujus alta bonitas, præſens comitas, temperata ſeve-*

dex, & Pariſienſis editio. *Vinetus.*

169. *Quia Veſpaſiani ſucceſſor dix.*] Ad auctoritatem inſigni alicui & laudabili dicto vel facto conciliandam auctoris quam plurimum conferre videtur dignitas. Notarunt id aliqui veterum atque inter eos Euripides in Hecuba ℣ſ. 294:

— Λόγος γὰρ ἔκ τ' ἀδοξούντων ἰὼν
Κἀκ τῶν δοκούντων αὐτὸς οὐ ταυτὸν σθένει.

M. Antoninus Philoſ. in Epiſt. ad Verum apud Vulcatium in Av. Caſſio: *Ejus autem* (Hadriani) *exemplum ponere, quam Domitiani, qui primus hoc dixiſſe fertur, malui. Tyrannorum enim etiam bona dicta non habent tantum auctoritatis, quantum debent.* Plin. lib. v, Epiſt. III: *Neronem enim tranſeo: quamvis ſciam non corrumpi in deterius, quæ aliquando etiam à malis, ſed honeſta manere, quæ ſæpius à bonis fiunt.* Idem in Panegyrico: *In his enim, quæ à malis bene fiunt, hic tenendus eſt modus, ut appareat auctorem diſplicuiſſe, non factum.* Illuſtre hujuſce rei exemplum reliquere Lacedæmonii. vide Gellium lib. XVIII, cap. III: Æſchinem in Timarchum pag. 25, ed. x Rhetorum: & Plutarchum περὶ τοῦ ἀκούειν p. 71, ed. Steph. Gr. Plinius lib. VI, Epiſt. XXIV: *Quam multum intereſt quid à quo fiat? Eadem enim facta claritate vel obſcuritate facientium aut tolluntur altiſſime, aut humillime deprimuntur.* Agathias Anthol. lib. I, cap. LXI:

Οὐτιδανοὶ μερόπων, εἰ καὶ μέγα ῥέξομεν ἔργον,
Οὔτινος ἐς μνήμην δηρὸν ἐπερχόμεθα.
Οἱ δ' ἀγαθοί, κἂν μηδέν, ἀναπνεύσωσι δὲ μοῦνον,
Ὡς Λίβυς εἶπεν ἀνήρ, τοῦτ' ἀοίδιμόν τι μένει.

Sed &, ut hic noſter demonſtrat, multum valet ad augendam meriti benignitatiſque gratiam, ſi is, in cujus locum ſucceſſerit aliquis, diverſo genere vitæ uſus ſit. Hinc quia Domitiani fuerat inviſa crudelitas, multo gratior Nervæ bonitas fuit, quem *parentem* cum noſter, tum Plinius appellavit; imo tota reſpublica. Multus quoque eſt Plinius, quem noſter æmulatur, in conferendis Trajani virtutibus cum Domitiani vitiis, ut eo majorem illis ſplendorem conciliet.

 170. *Opti-*

ſeveritas fuit, parto & condito [170] *optimæ reipublicæ ſtatu, intelligis poſſe te eſſe leniſſimum ſine diſpendio diſciplinæ. Neque vero unum aliquod bonum uno die præſtas: ſed* [171] *indulgentias ſeculares per ſingula horarum momenta multiplicas. Vel illud unum cujuſmodi eſt,* [172] *de condonatis reſiduis tributorum? quod tu quam cumulata bonitate feciſti!* [173] *Quis unquam imperatorum hoc provinciis ſuis aut* [174] *uberiore indulgentia dedit, aut certiore ſecuritate proſpexit, aut prudentia conſultiore munivit?* [175] *Fecerat & Trajanus olim: ſed partibus retentis, non habebat tantam*

170. *Optime reipublica ſtatu*] Lege: *optima*. Grævius. *optimo*, MS.

171. *Indulgentias ſæculares*] Ait *ſæculares indulgentias* ab Imperatore præſtitas: quia videlicet ejuſmodi *indulgentias* ſuperiores Imperatores ad certum tempus præſtitiſſent, puta annales, aut quinquennales. Id quod licet cognoſcere ex Novella Imp. Iuſtiniani CLXIII. quam legito, ut totus hic locus illuſtretur. *Scaliger.*

171. *Sed indulgentias ſæculares*] Largitates, munificentias, condonationes, tantas ſingulis horarum momentis, quantas vix quiſquam credat uno ſæculo præſtari poſſe. *Vinetus.*

172. *De condonatis reſiduis tributorum*] Quæ tributa & pecuniæ publicæ ſub Valentiniano, & ſuperioribus etiam Imperatoribus, non fuerant ſoluta, & debebantur, Gratianus condonavit debitoribus. *Vinet.*

173. *Quis unquam Imperatorum*] Ait provinciis quibuſdam Imperatores tributa remittere ſolitos. Erant ergo privilegia iſta: cum ad univerſos uſque liberalitas principis non extenderetur. verbi gratia, Nerva Italiæ tantum remiſit vehiculationem. Quod patet ex ejus pulcherrimo numiſmate, in cujus altera parte duo equi paſcentes cum inſcriptione hac: VEHICVLATIONE ITALIÆ REMISSA. De Trajano quod ait, hunc ſenſum habet: cum vetera reſidua condonaſſe, nova retinuiſſe. Id quod ex ejus nummo apparet: in cujus altero latere forma Trajani cum ejus elogio: in altero hæc verba incolumia leguntur. RELIQVA VETERA H-S NOVIES MILL. ABOLITA. Quæ inſcriptio interpretatur mentem Auſonii. Mirum tamen quod & Auſonius, & numiſma attribuunt Trajano, id primo Adriano, & ſoli inter Principes factum adſcribi Inſcriptione illa, quæ Romæ eſt in ponte S. Mariæ. Ex ea enim hæc verba id volunt: *Quod primus omnium Principum & ſolus remittendo* H S *novies millies centena millia.* N. *debitum fiſci, non præſentes modo, ſed & poſteros ſuos præſtitit hac liberalitate ſecuros.* Auſonius VETERA RELIQVA ABOLITA expreſſit, cum dicit *portio conceſſi debiti.* ut per *amaritudinem ſervati*, quod poſtea ſtatim dicit, intelligamus nullam levationem tributi in poſterum. *Scaliger.*

174. *Vberiore te indulgentia*] In aliis *te* non eſt. Recte. *Acidalius.*

175. *Fecerat & Trajanus*] Maria Catanæus in exponendo Panegyrico, quem Trajano Auguſto pro Conſulatu Plinius dixit, hujus loci meminit. Anno ab Vrbe condita ſeptingenteſimo & quinquageſimo nono, Marco Æmilio Lepido, Lucio Aruntio Conſulibus, Cæſar Auguſtus, quum non ſuppeteret pecunia ad alendos ſuos viginti tres exercitus, conſtituit, quaſi Iulius Cæſar ita ſcriptum in commentariis reliquiſſet, ut hæredes, & quibus aliquid mortis cauſa

tantam oblectationem conceſſi debiti portio, quanta ſuberat amaritudo ſervati. [176] *Et Antoninus indulſerat: ſed imperii non beneficii ſucceſſor invidit, qui ex documentis tabuliſque populi condonata repetivit.* [177] *Tu argumenta omnia flagitandi publicitus ardere juſſiſti. Videre in ſuis quæque foris omnes civitates conflagrationem ſalubris incendii. Ardebant* [178] *ſtirpes fraudum veterum: ardebant ſeminaria futurarum. Iam ſe cum pulvere favilla miſcuerat,* [179] *jam nubibus fumus involverat: & adhuc* [180] *ob-*

cauſa donaretur, hæreditatis donationiſque viceſimam partem penderent: *Τὴν εἰκοστὴν τῶν τε κλήρων, καὶ δωρεῶν, ἃς ἂν οἱ τελευτῶντές τισι, πλὴν τῶν πάνυ συγγενῶν, ἢ καὶ πενήτων, καταλείπωσι*, ait Dion libro quinquageſimo quinto. In hac viceſima quid Nerva ab Auguſto duodecimus, & quid Nervæ ſucceſſor Trajanus emendarit, mitigaritque, leges in Plinii Panegyrico: quam Auſonius ſuum Gratianum prorſus extinxiſſe ſcribit. Sed de iſto tributo plura Andreas Alciatus in capite ſexto libri tertii Diſpunctionum. *Vinetus.*

175. *Fecerat & Trajanus olim*] Meminit Plinius in Panegyrico, Trajanum legem de vigeſima hereditatum fiſco inferenda non quidem abrogaſſe, ſed molliviſſe tamen, extendendo gradus cognationis, qui ea lege non tenerentur, nec non certam hereditatis ſummam definiendo, ſic ut, ſi hereditas eſſet infra hanc ſummam, heres vigeſimam dare non teneretur. Major multo fuit liberalitas Hadriani, de qua Lipſius ad hunc Plinii locum, Spartianus, Cedrenus, Nicephorus Calliſti, aliique.

176. *Et Antoninus indulſerat*] *Leges etiam addidit de viceſima hæreditatum.* His tantum pauculis Iulius Capitolinus viceſimæ meminit in vita Marci Antonini Philoſophi: cujus filius & ſucceſſor Commodus Antoninus tyrannus fœdiſſimus fuit, qui de viceſima, & ejus reſiduis quæ ſtatuerit, alibi non legi. *Vinetus.*

177. *Tu argumenta omnia flagitandi*] In quibus ſignificat actiones fiſci, etiam juſtas, & quæ locum habent, cremari juſſas à Gratiano. Quibus verbis Auſonianis legem VI de Iure Fiſci C. lib. X. Franc. Roaldus, eruditiſſ. juris antiſtes interpretatur. Verba hæc ſunt ex illa lege: *Iuſtas, & quæ locum etiam habent, fiſci actiones præcipimus concremari ob hoc ſolum, quod ſuis temporibus prolatæ non ſunt: ut jam calumnia privatorum eo ſaltem arceantur exemplo quo juſtas Fiſci lites ſilere præcipimus.* Scaliger.

177. *Tu argumenta omnia*] Hoc poteſt feciſſe videri Gratianus avi ſui Conſtantini Auguſti exemplo: qui ſic ſcribit ad Provinciales in principio decimi Codicis Iuſtiniani: *Iuſtas etiam, & quæ locum habent, fiſci actiones præcipimus concremari,* &c. Vinetus.

178. *Stirpes*] Cauſæ, ſeminaria. habet attamen *ſemina* Tilianus cod. *Vinet.*

179. *Iam nubibus fumus involverat*] Lege: *inoluerat. obnoxios* vocat eos, à quibus tributa exigebantur. lib. I. C. Th. de eq. collat. *viceni ſolidi per ſingulos equos, qui à colonis, atque obnoxiis exiguntur.* Scaliger.

179. *Iam nubibus*] Fumus ardentium librorum jam in ſummum aërem pervenerat, *involverat*que, implicuerat, confuderat ſe nubibus, ipſaſq; adeo nubes ſuperaverat. *Vinet.*

179. *Iam nubibus fumus involverat*] Scalig. *inoleverat:* male. Vulgatum verum, ut aut activum paſſive capias,

quod

[180] *obnoxii in paginis concrematis* [181] *ductus apicum, & ſeſtertiorum notas* [182] *cum juvantia de ratione cernebant:* [183] *quod meminerant lectum, legi poſſe, etiam tunc verentes. Quid te, Imperator Auguſte, indulgentius? quid poteſt eſſe conſultius? Quæ bona præſtas, efficis ne caduca ſint: quæ mala adimis, proſpicis ne poſſint eſſe recidiva. Hæc provincialibus indulgentiæ bona.* [184] *Quid illa noſtro ordini?* [185] *quid illa militibus? Anto-*

quod elegans, & Auſonio non infrequens, aut particulam *ſe* ex prioribus repetitam hic ſubintelligas: quod æque bonum. *Acidalius.*

180. *Obnoxii*] Debitores reſiduorum. *Vinetus.*

181. *Ductus apicum*] Figuras litterarum. *Vinet.*

182. *Cum juvantia de ratione cernebant*] Lego: *cum titubantia, & trepidatione cernebant.* Ex inepto modo ſcribendi *tituvantia*, fecerant, *juvantia.* Scaliger.

182. *Cum juvantia de ratione cernebant*] Hic vero placet Scaliger, *cum titubantia, & trepidatione cernebant.* Acidalius.

182. *Et ſeſtertiorum cum juvantia de ratione cenſebant*] Lego: *cum ingenti trepidatione.* Gronovius.

182. *Cum juvantia de ratione*] Nemo doctorum ex his ſe tricis expedit. Hotomannus: *cum denariaria ratione cernebant quas,* &c. legit. Cl. Gronovius: *cum immani trepidatione.* ſive, *ingenti*, vel *inſana* mavis. & aliter, ut liquet, Scaliger. quare, lector, quidquid conjicere tibi placuerit, per me jus eſto. In ſcripto altero eſt, *conjuvantia*; in Pulmanniano, *cum* XXX. quæ nota lectum à librario *cum triginta*, perſuadet. Malim: *conniventi*, vel *conlucenti de ratione cernebant.* Potius tamen *conniventi*; ſolet enim quæ comburitur charta ita in ſe reflecti, ut in ea conſcriptæ literæ connivere videantur.

183. *Quod meminerant* ✠ ✠ *legi poſſe, & veteres*] Hæc fracta & mutila. Sed vetuſtiores libri vocem inferunt *lectum*, & quidam pro *veteres*, habent *verentes.* Vnde commode legam: *Cernebant, quod meminerant lectum, legi poſſe etiam verentes.* Intuentes nempe ardentescum maxime paginas cum trepidatione verebantur, ne legi adhuc etiam id poſſet, quod lectum meminerant. Hoc teneam. Olim ſane ita conjeceram, *Cernebant: Quod meminerant lectum, legi id poſſe verentes.* Acidal.

183. *Quod meminerant legi poſſe & veteres*] Voſſianus alter: *meminerant lectum legi poſſent & veteres.* Quid hinc elici poſſit, vix invenio. conjicio tamen fuiſſe, *quod meminerant lectum, legi poſſe etiam tunc verentes.* Fuit forte in notis, *et̃ tc̃ verẽtes.* Simile quid Dictyi Cretenſi videtur accidiſſe l. 1: *Qua poſtquam Agamemnon accepit, obviam cunctorum ſententiis ire pergit. Itaque atroci vultu exitium ſacerdoti comminatur, ni recederet: perditum ſenem atque extrema metuentem imperfecto negotio ab exercitu dimittit.* Vbi fuiſſe *per-t̃ium* notatum, facile inducar ut credam, pro *perterritum.* Hæc ſcripſeram, cum deinceps ejuſdem fere ſententiæ fuiſſe Acidalium comperi. Verum Celeberrim. Gronovius, *quod meminerant legi poſſe & lituras*, acutiſſime conjicit; in cujus ſententiam pedibus irem, ſi ſcriptorum codicum conſenſu niteretur.

184. *Quid illa noſtro ordini?*] Hæc, & quæ ſequuntur, ita diſtinguenda eſſe arbitratus ſum. nec in eo aberravi, ſi quid Acidalii judicio tribuendum eſt, quem idem ſenſiſſe nuper didici. *Quid illa n. ordini?* ſubintellige, *bona tuæ indulgentiæ*, præſtita

Antoninorum comitas fuit; [186] *& jam inde Germanicorum, cohorti amicorum & legionibus familiaris humanitas. Sed ego nolo benevolentiam tuam* [187] *aliorum collatione præcellere. Abundant in te ea bonitatis & virtutis exempla, quæ ſequi cupiat ventura poſteritas: & ſi rerum natura pateretur, adſcribi ſibi voluiſſet antiquitas. Neceſſe eſt tamen aliquid comparari, ut poſſit intelligi, bona noſtra quo præſtent. Ægrotantes amicos Trajanus viſere ſolebat: hactenus in eo comitas prædicanda eſt. Tu & viſere ſolitus, & mederi, præbes miniſtros, inſtruis cibos, fomenta diſpenſas, ſumtum adjicis medelarum, conſolaris affectos, revaleſcentibus gratularis. In quot vias de una ejus humanitate progrederis? Legionibus univerſis, ut in communi marte evenit, ſi quid adverſi acciderat,* [188] *vidi te circumire tentoria,* [189] *Satin ſalvæ, quærere: tractare vulnera ſauciorum: & ut ſalutiferæ apponerentur medelæ, atque ut non ceſſaretur, inſtare. Vidi quoſdam faſtidientes cibum te commendante ſumſiſſe. Audivi confirmantia ad ſalutem verba profari: occurrere deſideriis ſingulorum, hujus*

ſtita commemorem, aut recenſeam? Illa tua indulgentia non alia fuit quam comitas Antoninorum. Philoſophum innuit, quem *plenum officii* vocat Symmachus lib. I, Epiſt. XIII. plura invenias apud Capitolinum in ejus vita.

185. *Quid illa militibus*] Scribit Capitolinus Romanos exercitus, cognita adverſa valetudine Marci Antonini Philoſophi, vehementer doluiſſe, quia illum unice amabant. *Vinetus.*

186. *Et jam inde Germanicorum*] Locus ſatis obſcurus. comparat Gratianum Germanico Cæſari (de quo plura Tacitus) & Antonino Imperatori, quorum prædicata fuerit ſingularis erga milites & amicos humanitas comitaſque. Male igitur interpunctum textum emendatiore, ut ſpero, diſtinctione perſpicuum magis, & aliquantum faciliorem reddidi.

187. *Aliorum collatione præcellere*] Malim: *percellere*, id eſt, minuere, deprimere, leviorem facere. Vbi enim comparatio eſt, ibi ſemper exemplum poſterius prioris magnitudinem non exæquat, niſi ſuperaſſe dicatur. Sed Gratiani benignitas Antonini vel Germanici humanitate multis partibus major fuit.

188. *Vidi te circumire tentoria*] Plinius de Trajano: *Quid cum ſolatium feſſis, ægris opem ferres? Non tibi moris tua inire tentoria, niſi commilitonum ante luſtraſſes, nec requiem corpori, niſi poſt omnes dare.*

189. *Satin' ſalva*] Ita Romani ſolebant interrogare, ubi quid mali accidiſſet, aut accidiſſe ſuſpicio eſſet, aventes cognoſcere, quo in ſtatu res eſſent. Tit. Livius lib. I de Lucretia: *Quærentique viro, ſatin' ſalva? Minime, inquit. Quid enim ſalvi eſt mulieri, amiſſa pudicitia?* Et decimo de Conſulibus Appio & Volumnio, *ſatin' ſalva*, inquit, *Luci Volumni? ut ſeſe in Samnio res habent? Quæ te cauſa, ut provincia tua excederes, induxit?* & quadrageſimo de rebus Macedonicis: *Poſtero die Perſeus*

hujus ſarcinas mulis aulicis vehere: his ſpecialia jumenta præbere: illis miniſteria perditorum inſtaurare lixarum: aliorum egeſtatem tolerare ſumtu: horum nuditatem velare veſtitu. omnia agere indefeſſe, & benigne, pietate maxima, oſtentatione nulla: omnia præbere ægris, nihil exprobrare ſanatis. Inde cunctis ſalute noſtra carior factus, meruiſti, ut haberes amicos obnoxios, promtos, devotos, fideles, in ævum omne [190] *manſuros: quales caritas, non fortuna, conciliat. Concludam deinceps orationem meam, piiſſime Auguſte, ſermonis magis fine, quam gratiæ. namque illa perpetua eſt: & ſpatio non tranſmeabili, terminum calcis ignorat.* [191] *Flexu tamen parvo, nec à te procul, convertar ad Deum. Æterne omnium genitor, ipſe non genite; opifex, & cauſa mundi, principio antiquior, fine diuturnior,* [192] *qui templa tibi, & aras penetralibus initiatorum mentibus condidiſti: tu Gratiano humanarum rerum domino, ejuſmodi ſemina noſtri amoris* [193] *inoleſti, ut nihil in digreſſu ſegnior factus, meminiſſet & relicti: illuſtraret abſentem, præſentibus anteferret. Dein quia intereſſe primordiis dignitatis* [194] *per locorum intervalla non poterat;*

Perſeus, quum primum conveniendi poteſtas patris fuit, regiam ingreſſus, perturbato vultu, in conſpectu patris, tacitus procul conſtitit. Cui cum pater, ſatin' ſalva, & quænam ea mœſtitia eſſet, interrogaret eum. Terentius in actu quincto Eunuchi:

> *Quid eſt quod trepidas? ſatine ſalva? Dic mihi.* Vinetus.

190. *Manſuros, quales charitas potius, quam fortuna conciliat*] M. *quales charitas, non fortuna conciliat.* Vtrumque rectum, & non rectum. Sed ex utraque rectam unam facio: *manſuros, prorſus quales charitas, non fortuna conciliat.* Cum multa congeſſiſſet auctor vocabula, jam defeſſus, aut nulla reperiens amplius, unum addit, in quo ſunt omnia. Ei locutioni nihil magis quàm illud *prorſus* ſervit. quod cum in *potius* degeneraſſet, transpoſuerunt; & addito *quam*, ejecto *non* lectionem veram interpolarunt. *Acidalius.*

191. *Flexu tamen parvo*] Ad imitationem Plinii in fine Panegyrici: *In fine orationis præſides cuſtodeſque Imperii Deos, ego Conſul pro rebus humanis, ac te præcipue Capitoline Iupiter, precor*, &c.

192. *Qui templa tibi*] Paulus in Epiſtola priore ad Corinthios. *Vinetus.*

193. *Inoleſti*] pro *inoleviſti.* ab *inoleo*, quod non tam uſitatum, quam *inoleſco*, hic habet ſignificationem activam, pro impoſuiſti, indidiſti: quum *inoleſcere* neutram habeat, pro concreſcere, & augeri apud Virgilium & alios. *Vinet.*

194. *Per locorum intervalla*] Gratianus erat Sirmii in Pannonia, uti ſupra dictum fuit, quando Conſulem deſignavit Auſonium. Auſonius vero in Gallia. Inter quæ loca ſunt plus mille & quingenta milliaria, & ſic plus ſeptuaginta quinque dierum iter, ſiquis vicena milliaria in ſingulos dies dinumeret, ut prætorem Ro-

poterat; ad ſollemnitatem condendi honoris occurreret, beneficiis ne deeſſet officium. Quæ enim [195] *memoria unquam tranſcurſum tantæ celeritatis,* [196] *vel in audacibus Græcorum fabulis, commenta eſt? Pegaſus volucer actus à Lycia, non ultra Ciliciam permeavit.* [197] *Cyllarus atque Arion inter Argos Nemeamque ſenuerunt.* [198] *Ipſi Caſtorum equi,* [199] *quod longiſſimum iter eſt, non niſi mutato vectore tranſcurrunt.* [200] *Tu Gratiane, tot Romani imperii limites, tot flumina & lacus, tot veterum interſepta regnorum, abuſque Thracia,* [201] *per totum, quam longum eſt, latus Illyrici, Venetiam, Liguriamque, & Galliam veterem, inſu-*

Romanum feciſſe diximus in Epiſtolam v Auſonii. Quod iter, neſcio quot diebus confecerit Gratianus, quando ita celeriter, ut hoc loco dicit Auſonius, in Galliam recurrit: ut initium Conſulatus præceptoris ſui, præſentia ſua honoraret: ſed Calendis illis Ianuariis ſi Treveris fuit, ubi Auſonius Conſulatum ſuum iniit, miror, quod poſt quartodecimo Calendas Februarii.id eſt nonodecimo die ejuſdem Ianuarii, Sirmii eſſe potuerit: ubi eo die Theodoſium creaviſſe Imperatorem ſcribit Marcellinus Comes. *Vinetus.*

195. *Memoria*] Hoc loco, antiquitas, literæ, Hiſtoria vetus, ſcriptores ipſi, qui res antiquas memorarunt. *Vinet.*

195. *Quæ enim memoria, memoria, inquam*] Voſſianus alter: *quæ enim memoriam unquam memoria.* Adeo futilis, imo etiam dura, hæc eſt anadiploſis, ut vix Auſonianam eſſe, verum potius corrigentis ſe librarii exiſtimem. Malim ego: *quæ enim memoria unquam tranſcurſum*, &c. illud *unquam* non alienum aut ſpurium eſſe liquet, quod nec *vel in audacibus Græc. fabulis* ullum conſimilis celeritatis exemplum reperiatur.

196. *Vel in audacibus*]

--- *& quicquid Græcia mendax*
Audet in hiſtoria, ---

Ait Iuvenalis libro quarto. *Vinetus.*

197. *Cyllarus atque Arion*] Caſtoris equus eſt: quem Virgilius tertio Georgicôn quum Polluci attribuit, fratrem pro fratre poſuit licentia poëtica, ut ſcribit Servius. *aut certe* ait idem commentator, *Pollucem pro Caſtore poſuit, quia ambo licenter & Polluces & Caſtores vocantur.* Ἀρείων, hic proprium equi, quem cognoſces ex Homeri Iliad. lib. XXIII. Statii quarto ſextoque Thebaidos, & Apollodori Bibliotheces tertio, Neptuno in equum transformato, & Erynni, genitum: à Neptuno Læpreo regi Hallatti, quæ eſt Bœotiæ urbs, donatum: à Læpreo, Herculi: ab Hercule, Adraſto Argivorum regi. *Vinet.*

198. *Ipſi Caſtorum equi*] Caſtor & Pollux, Iovis filii, Græcis *Διοσκου-ροι*, Latinis, modo *Polluces*, modo *Caſtores.* Vin.

199. *Quod long. intereſt*] Apage *intereſt.* leg. *iter eſt.* Acidalius.

199. *Quod longiſſimum intereſt*] In MS. fuit *intereſt.* al. *iter eſt.* pro varianti lectione. quæ melior.

200. *Tu Gratiane*] Ridicula ſane adulatio, qua generoſiſſimus Princeps equis, brutis animantibus, confertur; aut ſtulta comparatio, qua vel celebratiſſimorum equorum Domini ſubricentur, laudatis ipſis equis, vel ipſi Gratiano laus tribuitur, quæ ejus equo debebatur, ſi modo uno equo, ac non potius pluribus uſus fuerit.

201. *Per totum, quam longus eſt, locum Illyrici*] Pulmannus: *lacus Illyrici.* Lege:

inſuperabilia Rhætiæ, [202] *Rheni aquoſa, Sequanorum invia,* [203] *porrecta Germaniæ, celeriore tranſcurſu, quam eſt properatio noſtri ſermonis, evolvis, nulla requie otii, ne ſomni quidem, aut cibi munere liberali, ut Gallias tuas inopinatus illuſtres: ut conſulem tuum, quamvis deſideratus, anticipes: ut illam ipſam, quæ auras præcedere ſolet, famam,* [204] *facias tardiorem. Hoc ſenectuti meæ, hoc honori à te datum. Supremus ille Imperii, & conſiliorum tuorum Deus conſcius, & arbiter, & auctor, indulſit, ut ſellam curulem (cujus ſedem* [205] *frequenter ornabis) ut prætextam meam purpuræ tuæ luce fucatam, ut trabeam non magis auro ſuo, quam munere tuo ſplendidam, quæ ab Illyrico ſermonis dignitas honeſtavit, apud Gallias illuſtriora præſtares: quæſtorem ut tuum, præfectum ut tuo prætorio, conſulem tuum, & quod adhuc cunctis meis nominibus anteponis, præceptorem tuum, quem pia voce declaraveras, juſta ratione prætuleras, liberali largitate ditaveras, Auguſtæ dignationis officiis conſecrares.*

Apud Gratianum Auguſtum.

AVSO-

Lege: *per totum, quam longum eſt, Illyrici latus.* Grævius.

202. *Rheni accolas*] Lego: *Rheni aquoſa.* Acidalius.

203. *Porrecta Germania*] Germania eſt proprie quam à Gallia Renus diſterminat: ſed *Germania* etiam dicta fuit ea Galliæ pars quam ſecundum Renum Germani Gallis primum ademerunt: eamque Ptolemæus diviſit in Superiorem & Inferiorem Germaniam: *Inferiorem* quæ ab Oceano ad Moſellam fluvium eſſet appellans: *Superiorem* alteram à Moſella. Hæc eſt, ſuperior, inquam, Germania, illa Galliæ pars à Sequanis ad Moſellam: in cujus ripa ſiti ſunt Treviri, quo venit Gratianus, quam *porrectam*, patentiorem, planioremque ſuperioribus ejus Galliæ partibus Auſonius dicit. *Vinetus.*

204. *Facias tardiorem*]Famam prævertas, antecedas: In Gallia fuiſti ante, quam rumor ullus de tuo adventu fuiſſet obortus. *Vinet.*

205. *Frequenter ornabis*] Frequenter Conſul ipſe futurus, ut Octavianus Auguſtus tredecies, Domitianus ſeptieſdecies, Diocletianus decies. Qui tamen ante Auſonium Gratianus quater jam Conſul fuerat, poſt ſemel tantum fuit. Annis namque poſt Conſulatum Auſonii quinque à Maximo Tyranno fuit occiſus. *Vin.*

1. Hea-

AVSONII BVRDIGALENSIS PERIOCHÆ IN HOMERI ILIADEM ET ODYSSEAM.

In Iliadem.

SI Homerum ſcriptorem Troici belli eatenus, qua Iliadem ſuam incipit, quaque finit, percenſeamus: orſum ab iracundia Achillis ad ſepulturam Hectoris, quattuor & viginti libros contexuiſſe monſtrabimus. Hæc ejus ſpecies apparet ſummam cutem primi operis intuenti. Verum hoc ſcripturæ ipſius tempus Trojano bello non totum, ſed pæne ultimum fuit. Nam ſi ratio putanda eſt oppugnationis decennis, nonus fere annus, idemque prope finem ſui, ea negotia continebit; quæ ab injuria Agamemnonis, ac Briſeidis uſurpatione, uſque ad funus Hectoris digna memoratu erunt: [2] *illa temporum ſeries, quæ ab ejuſdem belli cauſis, atque origine, pertinet ad urbis excidium. Atqui ex eo eveniet, ut ignaris judicandi,* [3] *& poëticæ œconomiæ expertibus; multa nobilia ab exordio belli uſque ad Achil-*

1. Περιοχὴ] Complexio, & comprehenſio, breviſque expoſitio; atque ſumma eorum, quæ aliquo ſcripto tractantur, *argumentum* vulgo Latine dictum. Quas ſcripſit Auſonius *Periochas*, argumenta ſunt quid ſingulis libris contineatur breviſſime exponentia. Qualia quæ exſtant Græce à Græcis ipſis hominibus facta, & poëtæ ipſius Græcis præſcripta, hæc non περιοχαὶ, ſed ὑποθέσεις inſcribuntur. & ſic quæ ab antiquis Grammaticis in Ariſtophanis, & aliorum veterum Græcorum ſcripta fuerunt edita argumenta, *hypotheſes* dici video: ut idem ſit hac in re perioche, hypotheſis, & argumentum. *Vinetus.*

2. *Illa temporum ſeries, quæ ab ejuſdem*] Neque ſenſum horum aſſequor ullum, nec video qui cum aliis cohæreant, niſi excidit particula negandi, & fuit: *non illa temporum ſeries.* Nonus, inquit, annus continet res ab injuria Agamemnonis ad funus Hectoris geſtas; non omne id tempus (ſcilicet eas continet,) quod ab origine belli ad excidium urbis patet. *Gronovius.*

3. *Et œconomiæ expertibus*] MS. Codex: *& poëticæ œconomiæ expertibus.* οἰκονομίαν enim hic per abuſionem

 poſuit

Achillis jurgium omiſſa videantur. Nec minus multa ab Hectoris funere aduſque deletum Ilium. Quorum quidem maxima exſpectatio erat, propter tam longi certaminis conſummationem: ſed ut divinum poëtam nihil, quod illuſtre fuerit, omiſiſſe appareat: atque omnia, quæ finiri oportuit, contigiſſe: breviter, & in epitomæ ſpeciem, belli Troici cauſam originis, apparatuſque, quæ annis ſuperioribus acciderunt, retexuimus. Horum omnium prima origo eſt Paridis judicium inter Deas: denique claſſis contextio: qua idem Paris in Europam navigavit. Tum raptio Helenæ: quæ opinione veterum bipertita eſt: quod plerique Helenam juxta Homericum plaſma ad Trojam deportatam fuiſſe exiſtimaverunt: [4] nonnulli autem opinati ſunt, quum Alexander curſu deerraſſet, delatuſque ad Ægyptum fuiſſet, cognita hoſpitalis fœderis injuria, [5] per Ægyptium regem ſervantiſſimum juſti virum, Helenam cum iis, quæ una cum eadem fuerant abrepta, Paridi ſublatam, expugnatoque demum Ilio Menelao reſtitutam.

poſuit, ut M. Tullius ad Atticum in prima Epiſtola lib. VI. Quintilianus: *Hermagoras judicium, partitionem, ordinem, quaque elocutionis ſunt, ſubjecit œconomiæ.* Quæ Græce appellata ex cura rerum domeſticarum, & hic per abuſionem poſita, nomine Latino caret. *Mariang. Accurſius.*

3. *Oeconomia*] Ordinis, diſpoſitionis, collocationis poëticæ, Græcum eſt *οἰκονομία*. Vinetus.

4. *Nonnulli autem*] Herodotus libro ſecundo. *Vinet.*

5. *Per Ægyptium Regem*, &c. *Helenam cum his*] Emendandum puto ſic: *Helenam cum his, quæ una cum eadem fuerant arrepta, Paridi ſublatam.* Confirmatur id nonnihil ex Herodoto in Euterpe. qui & Regem ipſum Proteum fuiſſe tradit. *Mariang. Accurſ.*

Periocha libri primi Iliados.

Iram diva refer nati Peleos Achillei
Peſtiferam: quæ mille dedit diſcrimina Achivis.

Chryſes Apollinis ſacerdos, ob redimendam filiam quum Agamemnoni ſupplicaſſet, [1] contumelioſe repulſus, Deum precatur ultorem. Inſecuta ſubinde gravi peſtilentia, quum Græcorum exercitus interiret; cogit Achilles concilium: & ab eodem invitus Calchas morbi

1. *Contumelioſe repulſus*] Sic vetus Codex; cum antea, *& contumelioſe.* Conjunctiva enim particula eradenda eſt, ne participium *repulſus* in verbum tranſire cogatur, quod eſt *repulſus eſſet.* Mariang. Accurſius.

2. *Ca-*

morbi cauſam compellitur indicare. Qua cognita, Agamemnon concitatur in Achillem: qui percitus iracundia, etiam [2] *cædem regis audebat, niſi eum in ultimum furorem progredi Minerva vetuiſſet. A quo Briſeis concubina in locum Chryſeidis, quæ patri reddebatur, abducta eſt. Inde Thetis mater ad cœlum, lacrymas & contumeliam filii miſerata, proficiſcitur. Quæ fiducia defenſi* [3] *quondam cum Ægeo-*

2. *Cædem regis audebat*] Pro *auſus fuiſſet*. Sic Tacitus lib. I Annal. cap. XXXV: *Ferrum à latere diripuit, elatumque deferebat in pectus, ni proximi prenſam dexteram vi attinuiſſent.* Optatus Milevitanus lib. IV: *Cujus doctrina, niſi Nicæno Concilio a trecentis decem & octo Epiſcopis diſſiparetur, pectora multorum ſicuti cancer intraverat.* Virgilius lib. II, ỳſ. 54:

Et ſi fata Deûm, ſi mens non læva fuiſſet,
Impulerat ferro Argolicas fœdare latebras.

In Catalectis vett. Poëtt. pag. 91:

Non illa, Heſperidum ni munere capta fuiſſet,
Quæ volucrem curſu vicerat Hippomanem.

Nec aliter Græci. Theocrit. in Pharmaceutr.

Ἤνθον γὰρ κ᾽ ἠγὼ, ναὶ τὸν γλυκὺν, ἤνθον, Ἔρωτα.

Homerus Odyſſ. lib. XX:

Κτήσιππ᾽, ἦ μάλα τοι τόδε κέρδιον ἔπλετο θυμῷ.
Οὐκ ἔβαλες τὸν ξεῖνον· ἀλεύατο γὰρ βέλος αὐτός.
Ἦ γάρ κέν σε μέσον βάλον ἔγχεϊ ὀξυόεντι,
Καί κέ τοι ἀντὶ γάμοιο πατὴρ τάφον ἀμφιπονεῖτο.

Sed & Itali hanc modi *ἀλλοίωσιν* obſervant. Arioſto nel canto I, ſtanza 67:

Muto reſtava, mi cred' io, ſe quella
Non li rendea la voce, e la favella.

E nel medeſimo, ſtanza 74:

Miſero il Cavalier, ſe giungea a pieno,
Che ne calci tal poſſa havea il cavallo,
Ch' havria ſpezzato un monte di metallo.

3. *Quondam cum Ægeone Iovis ultum iri affectanti*] MS. Codex, *affectans*, ut ad *Thetidem* refetatur. poſſit autem prior ipſa lectio fortaſſe non mutari: quæ cum impeditior videretur, commutandi materiam dederit, ac nonnullis etiam imprimendi, *Ægeo* pro *Ægeone*. Videtur ergo intellectus eſſe talis: Thetis, ea fiducia quod una cum *Ægeone Iovem* olim defendiſſet, obteſtatur ſummum Deorum ultum iri injuriam affectanti ſc. Achilli. Etenim *ulciſci* quis *injuriam* amico, dici conſuevit, qui illatam amico ipſi injuriam vindicat. Apud Homerum hanc fabulam Achilles matri commemorat, qua poſſe eam contendit impetrare ab Iove, ut injuriam ab Agamemnone animadvertat, favendo ſc. Trojanis. Conjuraſſe itaque in Iovem, ait, Neptunum, Iunonem, Palladem, alioſque Deos (tametſi Lucianus, quodam Martis ac Mercurii dialogo, hos ipſos tres duntaxat fuiſſe refert) cumque eum comprehendere tentarent, miſeratam Thetidem protinus Centimanum (quem & Briareum Dii, & *Ægeonem* mortales appellent) in cœlum perduxiſſe. Atque ita Iovi aſſidentem illum conſpicati Cœlicolæ, quamprimum perterriti nec vincla patri, nec perniciē intentare ſunt auſi. Rem ſignaſſe ipſam Tertullianus videtur in Apologetico: *Iovem*, inquit, *ne eandem vim a ceteris cælitibus experiretur, opera cujuſdam monſtri liberatum.* Mariangel.

Ægæone Iovis, ultum iri affectans injuriam, obteſtatur ſummum deorum, [4] *ut Trojanos in rebus belli ſuperiores eſſe patiatur. Quibus Iuno compertis, iracunde adverſum conjugem commovetur. Sed gliſcens jurgium, per deridiculum, miniſtrante Vulcano, ſimul conſilii ſpecie intercedente, lenitur.*

4. *Vt Trojanos in rebus belli ſuperiores eſſe patiatur*] Suſpecta mihi τὸ *in rebus*: & videntur inculcata ab aliquo, qui non intelligebat ſatis expleri ſenſum, ſi tantummodo habeatur: *ut Trojanos belli ſuperiores eſſe patiatur.* Eſt enim *belli* idem quod *in bello*, ut quum dicunt *domi belliqueque.* Gronov.

Periocha II Iliados.

Cœleſtes, hominumque genus ſuperabile curis,
Tranquilla obſcuri carpebant munera ſomni.
At non pervigilem nox irrequieta Tonantem
Leniit, immodicos volventem corde paratus,
Cædibus ut Grajum læſum ulciſcatur Achillem.

IVpiter Agamemnonem ſomno monet prœlii faciendi tempus adeſſe: ne cunctetur dimicare. Tum ille in concilium proceribus advocatis, mandatum Iovis, & ſpeciem nocturnæ quietis explanat. Mox in concione, multitudine congregata, [1] *pertentat militum voluntatem: utque depoſito bello ad ſua quique redeant, cohortatur.* [2] *Iamque omnibus navigationem adornantibus, fœda diſceſſio ab Vlixe*

1. *Pertentat militum voluntatem*] Scribendum: *pratentat*, hoc eſt, experitur, periculum facit, πειρᾶται, ἀποπειρᾶται. Mariang. Accurſius.

1. *Pertentat militum vol.*] Sic Cornelius Nepos, Tacitus lib. VI Ann. cap. 20, Plaut. in Sticho act. 1, ſc. 2. ſic ut cum Mariangelo in *pratentat* mutare non opus ſit.

2. *Iamque omnibus navigationem adhortantibus*] Relegendum, *adornantibus*, ut lectio prior fuerat, hoc eſt, inſtruentibus, armantibus & præparantibus. Terent. in Eunucho: *ita jam adornabat fugam.* Traxiſſe arbitror in errorem, quod Homerus ait: Τοῖσδ' ἀλλήλοισι κελεύειν ἅπτεσθαι νηῶν. Licet autem in Poëta ipſo contemplari, ſoluta concione univerſam pene multitudinem gregatim ad naves contendiſſe, & jam præparari quæ ad navigationem facerent cœpiſſe, ut nulla fere ſpes revocationis videretur, niſi fandi artifex Vlyſſes à Pallade mandato Iunonis admonitus eos à reditu prohibuiſſet, & qua precando, quaque metum intentando, vix ægreque ex ipſis navibus retraxiſſet. Conſentaneum itaque videbatur, præparationem hanc in complexione atque epitome ipſa recenſeri. Qua hercle nobis cognita, quis non eas ſecum inter ſeque omnium adhortationes ſubintelligat? *Mariang. Accurſius.*

3. *De-*

Vlixe cohibetur : à quo etiam Therſites [3] *deformis , & loquax , in Heroum*

3. *Deformis & loquax*] Dele τὸ *loquax* , quod ex interpretatione eſt τῆ *verborum licentia promtus.* Scatent etiamnunc optimi auctores hiſce variorum ſcholiis. Adducam unum, alterumve exemplum , reliqua opportuniori loco reſervans. Curtius l. IV, c. X: *Ingemuiſſe etiam Alexandrum morti, & non parcius fleviſſe , quam ipſe lacrymaretur. Ob hac ipſa* (non *ipſe*) *amantis animus in ſollicitudinem ſuſpicionemque revolutus eſt, deſiderium captivæ profectum à conſuetudine ſtupri eſſe.* Inſulſum eſt , quod vulgatæ quædam (neſcio ſane an omnes) habent , *profecto à conſuetudine ſtupri ortum eſſe conjectans.* Valerius Maximus lib. V, c. IX, IV: *Seductam uxorem ſimpliciter rogavit, ne ſe ulterius celaret , ſive illum adoleſcentem ſubjeciſſet,ſive ex alio concepiſſet. Aſſeveratione deinde ejus & jurejurando nihil tale ſuſpicari perſuaſus , in locum deſertum* , &c. ita ſcriptus liber. in vulgatis , *ſuſpirans ſuppliciter.* & *ſuſpicari debere.* Salluſtius cap. XIV belli Catil. *Pudorem , pudicitiam , divina atque humana promiſcua habere.* editi habent , *amicitiam pudicitiam.* Sed cum in ſcripto non eſſet , ab aliena manu eſſe animadverti, uti infinita alia, quemadmodum cum bono Deo in ipſa , quam parare inſtitui , Salluſtii editione me demonſtraturum ſpero. Cornelius Nepos in Alcibiade : *& (id quod nunquam antea uſu venerat, niſi Olympiæ victoribus) coronis aureis , æneiſque vulgo donabantur.* Quis quæſo paulo oculatior non videt τὸ *aneis* è margine in contextum irrepſiſſe, quod inepti librarii vix credere audebant coronas aureas à vulgo collatas fuiſſe; ideoque dubitantes adſcripſerant margini *aneis*,tanquã ſi prima lectio vitio affinis foret.poſtea acceſſit copula; quæ viris eruditis multum faceſſivit negotii. Sed abunde , quæ dixi, ex Plutarcho probaverim, cujus hæc ſunt verba , in vita Alcibiadis : πλεῦσαι δ' εἰς ἐλπίδας τῶν πολεμίων, καὶ πρὸς τὸ θαρρεῖν διαλεχθεὶς, καὶ παρορμήσας, στεφάνοις μὲν ἐστεφανώθη χρυσοῖς, ᾑρέθη δὲ, &c. Vbi nulla certe ænearum coronarum mentio eſt. Non negem tamen probabilem Mureti conjecturam eſſe , qui pro *aneis* , *taniis* reponit, quibus item donari ſolitos Olympionicas probat. Quin nec facile mihi quiſquam perſuaſerit apud eundem in Eumenis vita τὸ *ſcriba loco* eſſe genuinum. Nam quæ hæc eſt ταυτολογία ; *Itaque eum habuit ad manum , ſcribæ loco.* & mox: *Nam apud nos revera , ſicut ſunt , mercenarii ſcribæ exiſtimantur.* ejuſdem τὸ *ſicut ſunt* farinæ eſſe cum prioribus , mea quidem eſt opinio : alii forſitan aliter ſentiant. Idem in Iphicrate : *Ille è contrario peltam pro parma fecit , à quo poſtea peltaſtæ pedites appellantur , ut ad motus , concurſuſque eſſent leviores.* Qui in cæteris animo adhuc dubio ac ſuſpenſo fuerit , hic ſane vix ſe teneat , quin commentum hoc librarii manifeſtum eſſe pronunciet , *à quo poſtea pelt. ped. appellantur.* bonus profecto Latinitatis auctor dixiſſet , *appellati ſunt* , aut τὸ *poſtea* neglexiſſet. Miror autem Reineſium , eruditum ſane ac perſpicacem virum , in emendando Plutarchi de flum. loco, quem cap. I Variar. Lect. profert , non vidiſſe τὸ βαρέως eſſe ab interprete ; genuinum autem μισοπονήρως in locum haud ſuum rejectum fuiſſe, ac ſimpliciter , abſque ulla mutatione , & ſine copula , legendum : Ἡ δὲ τὸν ἀγανακτούμενον Δία, οἱ δὲ ἀτιμώμενοι θεοὶ τὴν πρᾶξιν μισοπονήρως συγκινοῦντες, εἰς ὁμώνυμα ὄρη μετέβαλον ἀμφοτέρους. nam τὸ βαρέως eſt interpretatio τοῦ μισοπονήρως. Sic apud Suidam in χαίρειν, vox abundat. Τὸ γὰρ δὶς πρὸς τὸν αὐτὸν πειράζειν. Dele πειράζειν, pro quo Caſaubonus ad Polybium pag. 1026, λίθον προσκόπτειν legit ; immemor eorum quæ ad Theo-

 plura-

Heroum contumelias verborum licentia promtus, cum acerba objurgatione pulſatur. ᐧ *ipſe Minervæ monitu cunctos à profectione deterret. Sumto deinde cibo armatur exercitus. Neque ſecius a Trojanis inſtructa acies, Iride ita monente, producitur.* · *Sequitur enumeratio copiarum viritim: ut per catalogi ſeriem milites, naves, duces patriæ referantur.*

phraſti Characteres monuerat, ſæpe dimidiata tantum referri adagia: quod monitum nec Faber advertit in notis ad Longinum, pag. 10. ubi pro φωρίου τινὸς ἐφαπτόμενος, legit, φωρίου κυνὸν ἐφαπτόμενος. Sic Cicero lib. II de Oratore, cap. LVII: *Et docebo ſus, ut ajunt, Oratorem eum*, &c. ubi τὸ *Minervam* neglectum eſt. Aliqua quinetiam, quæ huc faciunt, apud Muretum invenias lib. x Varior. cap. XIV. Idem Caſaubonus p. 1028. Suidæ vocem reddere conatur, quæ ejus nunquam fuit, pro καὶ Φιλίππου τοῦ Περσέως υἱοῦ, πάλιν reponens. Sed Φίλιππος ὁ Περσέως æque ἐλλειπτικῶς dicitur ac Περσεὺς ὁ Φιλίππου. Sed ne in his longior ſim, unum addam Nepotis locum in vita Attici: *Hunc enim in omni procuratione reip. auctorem habebant.* vulgo, *actorem, auctoremque* legitur. Quis autem neſcit illa millies in ſcriptis confundi? unde hic natum ex geminatione mendum. Sed & in Ciceronis oratione pro Sextio eadem geminatio vitioſa eſt: *Cato dux & auctor & actor rerum illarum fuit* cui ruſticæ non ſint aures, facile mecum τὸ *& actor* inducet.

Periocha III Iliados.

[1] Argivos ſua quemque acies in bella ſequuntur.
Diſpoſiti in turmas equitum, cuneoſque pedeſtres,
Turbida clangentes confundunt agmina Troës.

I*Nſtructum prœlio exercitum, priuſquam feriret acies, Priamus ſpectat è muris:* [2] *& monſtratu Helenæ de viris inſignibus edocetur. Dehinc Menelaus ad ſingulare certamen ab Alexandro provocatur. Qui fruſtra Agamemnone dehortante congreditur, facta inter utroſque populos ſponſione, & fœdere per ſacra firmato, ſub ea conditione, ut victorem Helena cum dote ſequeretur. Sed ſuperatus Paris, regreſ-*

1. *Argivos ſua quoſque*] Legendum eſt, *quaque.* Nec temere aliunde, quam ex Homero ipſo intellectus aperitur, qui eſt, *Quaque acies ſequuntur Argivos in ſua bella; Troes autem diſpoſiti in turmas equitum, cuneoſque pedeſtres, clangentes turbida confundunt agmina.* Mariang. Accurſius.

1. *Argivos ſua quemque*] Prolepſis eſt, Figura lexeos. Acies ſequuntur Græcos duces in prœlia, unumquemque ſua acies. *Vinetus.*

2. *Et monſtratu*] Sic Seneca. *Monſtratione.* Terentius in actu quarto Adelphorum. *Vinet.*

1. *Inp-*

regreſſuſque ad urbem, jurgio uxoris excipitur. Ab Agamemnone fœderis pacta repetuntur.

Periocha IV Iliados.

[1] Iuppiter interea cum Diìs genitalibus una
Concilium cogit ſuperum, de rebus Achivis.

I*Ovi placet delere Trojam: ad quod pertinacia Iunonis urgetur. Quumque id fieri Minerva properaret,* [2] *diſcidium fœderis comminiſcitur: & Pandarum ſagittandi peritum aſtu ſuadentis aggreditur, ut clam vulnerato Menelao belli cauſa crudeſcat. Quo facto, à Græcis prœlium inſtauratur: congreſſiſque exercitibus mutua clade decernitur.*

1. *Iuppiter interea* &c.] Ego *Deos Genitales* reor dici, ut parentes & auctores & procreatores rerum omnium, & animantium. Movet me, quod ἀειγενέτας ab Homero vocari Deos reperio; hanc vocem Grammaticis modo Deorum immortalium æternitati, modo perpetuæ eorum procreationi attribuentibus: quam poſteriorem ſignificationem Poëtas ſecutos eſſe exiſtimo. *Turnebus.*

1. *Iuppiter interea cum*, &c.] Ego legendum exiſtimo:

Iuppiter interea cum Diis Genialibus una
Concilium cogit ſuperûm, de rebus Achivûm.

Non *genitalibus*. Videntur enim *Geniales* ii dici, qui cum Iove accumbant ſemper, & ejuſdem menſæ velut genio cenſeantur, quorum quidem duodecim nominat Ennius, & eo numero ſex ſc. ab utroque ſexu putabantur ſimul diſcumbere, unde ducta δωδεκάθεος cœna Auguſti, de qua notiſſima res ex Suetonio. Non ignoro alteram lectionem etiam poſſe defendi, neque eam quidem oppugnatum veni. *Barthius.*

2. *Diſsidium fœderis comminiſcitur*] Non melius *diſsidium fœderis* dicitur quam *diſcordia fœderis, diſſenſio fœderis:* hoc eſt, omnia inepte. Legendum vero, *diſcidium fœderis*. hoc eſt, quod vulgo ruptionem vel rupturam dicunt. Paſſim hæc duo vocabula non modo librarii, ſed etiam docti viri poſt renatas literas confuderunt. Notavimus de iis ad tomum alterum T. Livii. *Gronovius.*

2. *Diſsidium fœderis*] Scribendum *diſcidium*. Barthius. ita & Cel. Grævius in ſuis ad me literis. Lucret. lib. II:

Conciliis & diſcidiis exercita crebris.

Periocha V Iliados.

Hic & Tydidem monitum Tritonia Pallas
Audaci virtute replet. vomit aurea flammas
Caſſis, & undantem clipeus defulgurat ignem.
Ipſe autumnali clarum micat æmulus aſtro.

Diomedes auxilio Minervæ ſtrenue prœliatur. Venus quoque filio ſubvenire conata, vulnere affecta digreditur. Mars etiam fit ſaucius, exceditque bello. Sequitur Tlepolemi, Sarpedoniſque congreſſio; & Tlepolemus Herculis filius certamine victus occiditur.

Periocha VI Iliados.

Solæ decertant acies ſine numine divum,
Ceſſante auxilio; [1] ſua cuique exorſa laborem,
Fortunamque ferunt, proprii diſcrimine fati.

Trojanis fortuna inclinatiore pugnantibus, vates Helenus ſuadet, ut Minerva placetur. Igitur Hecuba ab Hectore monita, ut peplum in arcem inferat, peragit vota cum matribus. Alexander objurgatus à fratre pergit in prœlium. Glaucus Lycius, Ætoluſque Diomedes congreſſi ut dimicarent; quum jam certamen oriretur, paterna inter ſe hoſpitia recordati, facta armorum permutatione, diſcedunt.

1. *Sua cuique exorſa laborem*] Sic vet. Codex. Virgilianum enim eſt: *--- ſua cuique exorſa laborem Fortunamque ferent.* Mar. Accurſ.

Periocha VII Iliados.

Hæc ubi dicta dedit, portis ſeſe extulit Hector.

Minervæ Apolliniſque conſenſu, fortiſſimus Græcorum ab Hectore provocatur. Novem ducibus ad dimicandum paratis, pugnaturum deligi placet ſortis eventu. [1] *Ab Ajace Telamonio prœlium ſingulare conſeritur. In quo Hector, lapide ictus, in ſuorum ſe reci-*

1. *Ab Ajace Telamonio prælium, &c.*] Pertinax & indigna menda hunc locum occupavit hactenus, atque inolevit, Auſonio perinde ut Homero, veritatique contraria. Etenim, quod Hector lapide ictus in ſuorum ſe receperit multitudinem XIV Iliad. continetur. Hoc autem prælio, pari fere gloria, pares viribus, munerantes ſeſe invicem, diſceſſerunt. Unde & Ovidius Homerum ſecutus in oratione illa egregia Vlyxis contra Ajacem, ait:

Sed tamen eventus veſtræ fortiſſime pugnæ
Quis fuit? Hector abit violatus vulnere nullo.

Corruiſſe quidem Hectora ab Ajace ictum lapide diſſimulandum non eſt, ſed Ajacem ille prior ſaxo altero percuſſerat. memorandum, Quis excipiet hoc loco ictum Hectorem vehemen-

recipit multitudinem. Perſeverante certamine caduceator Idæus intervenit. Tum invicem miſſis muneribus pugna ſedatur. Hector Ajacem gladio, Ajax Hectorem balteo muneratur: interceſſu noctis exercitus quique in ſua diſcedunt. Die altero, interfectorum humatio procuratur. Græcorum etiam navalia, foſſa ac vallo circumdata, muniuntur.

hementius & collabentem? Quid eſt autem, quod ait, *in ſuorum ſe recipit multitudinem?* quid, *perſeverante certamine?* Excludenda igitur illa tota viderentur: *In quo Hector lapide ictus in ſuorum ſe recipit multitudinem.* Quæ temere atque imprudenter inculcata, aliud erroris adminiculum per contagium paravere. *Miſſis muneribus*, pro *datis*, aut aliud quod addivines ſimile. Poterunt fortaſſe vetuſta nacti exemplaria, meliora aliquando ſubſtituere. Nos enim falſa tantum ac ſuperflua convellimus Homerica lege; nil utique immutantes. Nam quod ſingulare hoc certamen Dion Chryſoſtomus & fictum & falſum contendit, quodque pugnæ diremtionem, muneraque ipſa male verſa, ſtultam æque rem atque vanam contemnit, frivoli omnino apud me momenti ſemper fuit. Præcipiti namque vel in Græcos ſimultate, vel in Homerum calumnia, vir alias graviſſimus, Philoſophiæ ſuæ rationem non ſatis habuit; effecitque potius, ut pro Chryſoſtomi nomine, quod ſibi ſcriptis aliis pepererit, longe diverſum adoptarit jam Criticoſtomi. *Mariang. Accurſius.*

Periocha VIII Iliados.

¹ Aurora in croceis fulgebat lutea bigis.

Acto deorum concilio, Iupiter pro parte pronunciat, Sua quiſque exercitus ſorte decernat: Nullus deorum odio in alteros vel favore procedat. In Idam montem ipſe digreſſus. unde Græci immiſſo terrore conterriti, turpi fuga ad munimenta compulſi, foſſa & aggeribus ſeſe tuentur. Iunonem ac Minervam Græcis auxiliari volentes, monitis Iovis Iris exterret: diremtoque ob noctem certamine, victores Trojani in ipſo prælii loco excubias obſidionis inſtituunt: multiſque ignibus factis per totam noctem de belli ratione conſultant.

1. *Aurora in croceis*] Verſus eſt viceſimus ſextus libri ſeptimi Æneidos Virgilii, niſi quod illic eſt *roſeis* hic *croceis*. Voluit Auſonius interpretari Græcum Κροκόπεπλος. Vinetus.

Periocha IX Iliados.

Interea vigilum excubiis cohibentur Achivi.

Græcis & præterita dimicatione perculſis, & inſtante conterritis, proceres ab Agamemnone convocantur. Quibus rex fuga

 conſi-

conſilia, & apparatum ordinandæ per noctem navigationis indicit, Diomede, & Neſtore dehortantibus. ſuadente autem Neſtore Ajax & Vlixes legantur ad Achillem, dona ingentia pollicentes, ſi deſiſtat iraſci, & ſe auxiliatorem feſſis rebus accommodet. Sed Achille in iracundia pertinaciter permanente, legati Achivorum, re non impetrata, irriti revertuntur.

Periocha x Iliados.

Cætera per naves ſomno ſopita manebat
Turba ducum, ſolum cura anxia vexat Atridem.

VLixes & Diomedes ſpeculatum nocte progreſſi, Dolonem conſpicantur, qui & ipſe promiſſis Hectoris incitatus, Græcorum conſilia exploratum prodierat: & fateri univerſa compulſum eodem loco interficiunt. A quo de adventu Rhœſi Thracum regis edocti, [1] ipſum etiam cum duodecim obtruncant: equoſque ejus præmium ſimul & teſtimonium graſſationis abducunt, inſignes candore & celeritate, ut & nivibus, & ventis antecederent.

1. *Ipſum etiam cum duodecim obtruncant*] Lege: *ipſum cum* XII *obtruncant, equos etiam ejus*. Homerus enim ait, duodecim viros, Thraces itidem, ac poſtremo regem ipſum à Diomede letho datum. Ovidius in Ibin:

Nec tu quam Rhœſus ſomno meliore fruaris,
Quam comites Rhœſi, tu necis ante diem.

Nam Dictys præterquam in regiam ſedem graſſatos Diomeden atque Vlyſſem non meminit. *Mariang. Accurſius*. Sincerior hic editio fuit Vgoletti, in qua, *ipſum & cum eo duodecim obtr.*

Periocha xi Iliados.

[1] Tithoni croceum linquens aurora cubile
Spargebat terras, referens opera, atque labores.

AB omnibus Græcis egregie quidem, ſed improſpere dimicatur. Quorum proceribus vulneratis, incognitæ multitudini pugna committitur. Qua afflictione fortunæ Achilles pauliſper inflexus, Patroclum mittit præſentia cogniturum. Qui quum adverſi ſtatus nuntius

1. *Tithoni croc.*] Et hoc diſtichon à Virgilio mutuatus Auſonius. Prior enim verſus eſt primo Georgicôn. quarto & nono Æneidos: *Spargebat lumine terras*, iiſdem quarto & nono: ſed *referens opera atque labores*, undecimo Æneidos. *Vinetus.*

nuntius reverteretur, Eurypylum contemplatur ægrum ex vulnere; ſomentiſque medicæ artis admotis, redintegrat ſanitati.

Periocha XII Iliados.

Actorides fovet Eurypylum dum vulnere feſſum.

[1] R*Es dubiæ apud Græcos, vel potius afflictæ, ultimæ fortunæ ſtatu aguntur, præſtantibus procerum vulneratis, cætero exercitu fugato aut formidine perculſo. Trojani navalium munimenta reſcindunt: vallumque transgreſſi auguriis juvantur ex eventu ambiguis. Itaque & pars muri ab Sarpedone convellitur, & ab* Hectore *ictu lapidis porta diſcutitur, & in ipſis navalibus pugna conſeritur.*

1. *Paris dubiæ apud Græcos vel,* &c.] Duplex mendum ſingula invertit, legendum igitur *Res* non *Paris*, & *ſtatu* non *ſtatui* ex MS. codice. Proſunt nonnihil etiam, quæ in Periocha ab hac tertia ſequuntur: *Iupiter ſomno expergitus videt ſtatum certaminis innovatum, pellique Trojanos.* Mar. Accurſ.

Periocha XIII Iliados.

Iuppiter admovit Troas, atque Hectora claſſi.

N*Eptunus miſeratione commotus, Argivorum tuendis navibus auxiliator accedit: & uſurpata vatis effigie, Ajaces duos in prœlium cohortatur: nec minus cæteram multitudinem præſentia majeſtatis inſtigat. Idomeneus egregio certamine eminet. Trojani jam referentes gradum, firmati rurſum per Hectorem, contrahuntur, & ingenti clamore utrinque certatur.*

Periocha XIV Iliados.

Concuſſit, quamvis potantem, Neſtora clamor,
Attonitaſque aures pepulit gravitate tumultus.

I*Vno vinculum Veneris, cui Ceſto nomen eſt, mutuata, ad Iovem pergit in ſeceſſum montis Idæ: exoratoque Somno, ut eum committeret in ſoporem, dehinc* [1] *vigilias ejus uxoriis labefactat illecebris.*

Cujus

1. *Vigilias ejus uxoris*] Emendo, *uxoriis*, thetico nomine. *Mariang. Accurſius.*

1. Iupo

Cujus ignoratione Neptunus abutitur: fortunamque Græcorum promtius auxiliando reſtituit, Ajace Locro ultra cæteros prœliante.

Periocha xv Iliados.

Iam vallum foſſamque ſuper Trojana juventus
Inſtiterat, captæ minitans incendia claſſi.

[1] *IVpiter ſomno expergitus, videt ſtatum certaminis innovatum, pellique Trojanos, Græcis opem ferente Neptuno. Itaque* [2] *aſpere Junone increpata, & minaciter per Iridem conterrito fratre, jubet auxiliatorem deſiſtere. ipſe Apollinem recreando allegat Hectori: monetque pro Phrygibus belli inſtaurare fortunam. Tum & Ajax Telamonius ſtrenue prœliatur: & ab eodem plurimis hoſtium interfectis, conflagratio claſſis arcetur.*

1. *Iuppiter ſomno expergitus*] Ζεὺς ἐγερθείς. Participium eſt *expergitus*, eſt penultima brevi: ut apud Lucretium in extremo tertio:

--- *Nec quiſquam expergitus exſtat.*

frequens apud Appulejum. Intereſſe ſcribit Diomedes libro primo inter participia, *experrectus* ab *expergiſcor*, & *expergitus* ab *experger*, & *expergefactus* ab *expergefio*: quod is *expergitus* dicatur, qui non excitatus ſomno, ſponte vigilet: *Experrectus*, à quiete impeditus: *expergefactus*, qui per alium ſomno excitatus ſit. hoc inverſum legimus apud Feſtum Pompejum: ut *expergitus*, ſit ab alio excitatus, quem ſoleamus dicere *expergefactum*: *Experrectus*, qui per ſe vigilare cœpit. *Vinetus.*

2. *Aſpere Iunone increpata*] Vt Homerus ait, increpata Iuno Iridem juſſu Iovis arceſſit. Cui mandat ipſe Iupiter, ut in aciem delapſa, Neptunum minis quoque additis imperet ab ope Græcis ferenda deſiſtere, prælioque abſtinere. Sit igitur fortaſſe corrigendum, ut in MS. cod. comperimus: *Aſpere Iunone increpata, & minaciter per Iridem fratre conterrito, jubet auxiliatorem deſiſtere.* Neque ſegnius poterit, remota conjunctionis particula, ita legi: *Aſpere Iunone increpata, minaciter per Iridem conterritum fratrem jubet auxiliatorem deſiſtere.* Mar. Accurſius. Vgolettus melius: *conterrita, fratrem jubet* &c.

Periocha xvi Iliados.

Dum face, dum ferro celſam oppugnare carinam
Troes, & Argolici pergunt defendere reges:

ACHILLES Græcorum ſtatum jam ſub extrema ſorte miſeratur. Armis ſuis Patroclum permittit armari. Qui cum Myrmidonum produxiſſet exercitum, conſternatoſque Trojanos Achillis ſpecie ſefel-

feſelliſſet, [1] ruentes ſupra vallum, & invicem officientes, cæco pavore uſque ad campi aperta compellit. Deinde congreſſus Sarpedonem perimit: multiſque hoſtium cæſis, ipſe ab Hectore interficitur, prius ab Euphorbo vulneratus.

1. *Ruentes ſupra vallum & invicem officientes*] Legitur, ex aliorum caſtigatione, *effugientes.* ut autem ſolœciſmi fœditas abſit, ſecundam tantum vocalem in quartam circumducendam potius redigendamque credimus, ac ſcribendam, *invicem officientes*, id eſt mutuo impedientes, atque alter alterum proculcantes. Quod inopina trepidaque formidine ruentibus contingit. *Mariang. Accurſius.*

1. *Invicem officientes*] Ita Mariangelus emendandum cenſuit, quod *efficientes* & *effugientes* libri omnes habebant. Effuſe fugientes Trojani, ſibi invicem officiebant, & impedimento erant, ſuper alios aliis præcipitantibus, ut dicetur in proxima Periocha. *Vinetus.*

1. *Ruentes ſupra vallum & invicem officientes*] Hoc Mariangeli eſt, cum foret in libris, *effugientes*, vel *efficientes.* Lego *effligentes.* Gronovius.

Periocha XVII Iliados.

Actoridem cæſum nec te Menelaë fefellit.

C*Irca interemtum Patroclum pugna contrahitur. Cum [1] in diverſa exercitus contenderent: Græci, ut corpus defenderent; Trojani, ut ad ludibrium [2] cadaver abriperent: à Menelao Euphorbus occiditur: & ad oſtentationem glorioſi facinoris Achillis exuviis Hector armatur. Antilochus ad Achillem, nuntius cladis acceptæ, Menelao inſtante, feſtinat. Qui & ipſe poſtea cum Merione intra navalium munimenta ſe recipit, quum tota moles belli Ajacibus ingruiſſet.*

1. *In diverſa exercitus contenderent*] Ita vetus exemplar. nec *eriperent*, ſed *arriperent.* Alterum, elegantia, alterum proprietate ſermonis magis amplectendum. *Mariang. Accurſius.*

2. *Cadaver eriperent*] Mariangeli liber *arriperent*; ſcribe *abriperent.* Sic ſæpe alibi; & apud Statium lib. II Achilleid. lege:

--- Thalamiſne hac tempora noſtris?
Hicne eſt liber Hymen? ô dulcia furta, doliquè!
O timor! abripitur miſera permiſſus Achilles. ita enim libri.

Periocha XVIII Iliados.

Dum furit in medio belli vis ignea Martis.

A*Chilles in miſerabilem modum Patrocli deflet interitum. quem vi doloris affectum conſolantibus verbis mater* allo-

alloquitur: nec inultum amicum fore pollicens, perlaturum ſeſe Vulcani arma promittit. Interea & Iris ab Iunone dimittitur. cujus inſtantia Achilles extra vallum, quamquam inermis, egreditur: conterritiſque Trojanis ſuper alios aliis præcipitantibus, late fuga, & latius formido porrigitur. Eodemque tempore & [1] *Vulcanus exoratus à Thetide, tota nocte, quam longa eſt, cæleſtia in gratiam Nymphæ arma molitur.*

1. *Vulcanus exhortatus*] Rectius: *exoratus*, Accurſ. & Vgolettus, ut Per. XIV.

Periocha XIX Iliados.

[1] Oceanum interea ſurgens aurora reliquit.

Achilles armis cæleſtibus ope Vulcani, & munere matris, inſtruitur. Dein Græcorum primoribus in concilium vocatis, [2] *iracundiam ſub abolitione deponit: & promiſſis ab rege muneribus coram concione ditatur. Tum militibus cibum capere juſſis, ipſe abſtinet. infeſto deinde atque intento exercitu pergit in prœlium.*

1. *Oceanum*] Hic verſus frequens apud Virgilium, primus eſt & undevicesimus Æneidos. *Vinetus.*

2. *Iracundiam ſua abolitione deponit*] Immo *ſuam*. Gronovius. Malim, *ſub abolitione*, ut Vgolettus edidit.

Periocha XX Iliados.

Iamque adeo celſis armati è navibus ibant,
[1] Millia, quot magnis unquam venere Mycenis.

At integris amborum copiis inter utroſque exercitus pugna conſeritur. Dein permiſſu Iovis, in partes deorum ſtudia dividuntur. Quum pro Græcis Iuno & Minerva decertarent, [2] *neque ſecius eos Neptunus, & Mercurius, & Vulcanus aſſererent: Trojanos Apollo cum Venere, & Diana cum matre; Mars etiam, & cum eis Scamander, adjuvarent: tum Æneam, diis, & viribus iniquis cum Achille congreſſum, quamquam ſtudens Græcis, nube circumdatum Neptunus eripuit.*

Perio-

1. *Millia, quæ magnis unquam*] Verſus trecenteſimus & triceſimus primus ſecundi Æneidos:
Millia quot magnis nunquam venere Mycenis. Vinetus.

2. *Neque ſecius eos*] Legendum: *Cum non ſecius Græcos Neptunus & Mercurius*, &c. *Barthius.*

1. In

Periocha XXI Iliados.

Intulerat fluvio trepidas fuga fœda catervas.

TRojanis uſque ad Scamandri fluminis alveum fuga & terrore compulſis, quum jam longius abeundi ſpatium non pateret, [1] *in ipſo amne * * quum flumen exundat,* [2] *ibi ab Achille duodecim Trojanorum juvenum vinciuntur: qui Patrocli inferiis immolarentur. Ipſe Vulcanus ardoribus ſuis vim torrentis exurit. Tum in campum Achille progreſſo, paſſim ſtudia deorum pro ſua ſingulari parte depugnant. Trojanorum exercitus inſtante victore in mœnia urbis impingitur.*

1. *In ipſo amne cum flumen exundat*] Hæc vitioſa ſunt. forte, *quamquam flumen exundabat, ab Ach.*

2. *Ibi ab Achille* XII *millia Trojanorum juvenes vincuntur*] Expungenda eſt illa dictio, *millia.* & legendum non *vincuntur* ſed *vinciuntur.* Homerus enim ait, Achillem alveo Scamandri fluminis cum innumeros trucidaſſet, cæde fatigatum vivos inde duodecim delectos juvenes captivos Græcis ſociis ad navem deducendos tradidiſſe, ut Patrocli deinde manibus immolarentur. Meminit & XXIII rhapſodia eorum non ſemel, & Ovid. in Ibin ait:

Vt quorum Æacides miſit violentus in altum
Corpora cum ſenis altera ſena rogum.

Vt ſint & hæc ipſa ἀληθέστερα τῶν ἐπὶ Σάγρᾳ. Maro quoque inter ingentem hoſtium cædem *Æneam pietate gravem*, juſtitia, rebuſque præclare geſtis nobilem, inducere non dubitavit, qui viventes octo Iuvenes raperet, Pallantis umbris immolandos, Homerum, velut arbitror, ſequutus. Neque tamen ſecius Imperatoris Auguſti notam, duorum ſub exemplo heroum, deterſurus. Authoritate cujus (ut quidam tradidere) trecenti ex deditiis capta Peruſia electi, ad aram Divi Iulii hoſtiarum more, mactati ſunt. Cujus immanitatis opinio ut credatur, ſævum ſuppliciorum genus, aliis quandoque ab eo inflictum, facit. Rurſus, ne fidem omnino res capiat, gentium mitiſſima etiam in juſtas pœnas Romana majeſtas prævenit. Vnde autem tantum nubis caſtigantium mentibus inciderit, ut XII millia conſcripſerint, equidem arbitror ob tantillam literam, quæ in *vinciuntur* verbo deſideraretur. Homericæ quippe lectionis expertes maluerunt dictionem millia contexere, quam duodecim tantum ſuperatos à Græcorum ſtrenuiſſimo, putare. *Mariangel. Accurſius.*

Periocha XXII Iliados.

Pulſa metu Phrygios luſtrabant agmina muros.

HEctor ſingulari certamine cum Achille congreditur, Priamo atque Hecuba, ne pugnaret, orantibus; Minerva è contra-

contrario ſpecie Deiphobi, ut dimicet adhortante. [1] *Hector interfectus, & religatus ad currum, ter circum mœnia Trojana raptatur: deinde lacerum corpus defertur ad naves,* [2] *ultione Patrocli, & victoris iracundia, ad ulteriora ſupplicia reſervandum.*

Perio-

1. *Hector interfectus & religatus ad currum ter circum mœnia Trojana raptatur*] Etſi dixerit Virgilius:

Ter circum Iliacos raptaverat Hectora muros.

Homerus tamen ipſius circum Patrocli ſepulchrum funebres poſt ludos neque hoc, ſed libro ultimo aſſeruit. Alterutrumne verum fuerit, vel utrumque fictum, Hiſtoriarum fide hic inquiri non oportet. Quando Homericum plaſma per ſingula ſequutum Auſonium, vix eſt (ut opinor) qui vel ſaltem ambigat. Fortaſſe vero inde ortus error fuerit, quod hac ipſa rhapſodia fugientem illum ter circum Pergama ab Achille inſectatum, Homerus tradidit. Quæ res, velut etiam in epitomen primum redigenda, uno verſiculo ante librum ipſum, pro totius argumento, comprehenſa legitur. Illud certe arbitrari, ſtultum infantiſſimumque fuerit, aut eum de Virgilio ſumſiſſe rem conſulto, aut ita quoque ab Homero ſcriptum ratum, amplius non quæſiſſe, cum illum toto opere imitandum, pro archetypo, Maronem ſtatuiſſe ſibi, intelligeret. Equidem, quod periochas haberi ipſas corruptiſſimas ſitu, temporumq; vitio intueor, priuſquam hæc ita nullo modo potuiſſe ſcribi ab Auſonio contendere deſiſtam, ejus eſſe univerſas, minus impie negaverim. *Mariangel. Accurſius.*

1. *Et religatus ad currum, ter circum mœnia Trojana raptatur.*] Veteris Tragœdiæ diſtichum eſt in prima Tuſculana Ciceronis:

Vidi, videre quod me paſſa ægerrime,
Hectorem curru quadrijugo raptarier.

Vbi Cicero illud *raptare*, trahere exponit: *Trahit Hectorem ad currum, religatum Achilles*, inquit. &, *Non igitur Hectora traxiſti, ſed corpus, quod fuerat Hectoris.* ac Auſonius ipſe in Epitaphio Aſtyanactis:

— Illiaci Neptunia mœnia muri
Viderunt aliquid crudelius Hectore tracto?

Idem quoque verbum in ℣ſ. ducenteſimo & ſeptuageſimo ſecundo ſecundi Æneid. *— mæſtiſſimus Hector Raptatus bigis. —* & quadringenteſimo & octogeſimo ſeptimo primi:

— Ter circum Iliacos raptaverat Hectora muros.

Eadem trahendi ſignificatione. Ceterum unde iſtam Hectoris occiſi raptationem circum muros Trojanos acceperit Virgilius? & quem alium hæc fabula auctorem habet quam Homerum? Qui ſcribit Hectorem, ter quidem circum muros Trojanos ab Achille actum fuiſſe, ſed adhuc viventem, & fugientem Achillem; cui ſe viribus imparem eſſe ſentiebat. poſtquam vero victus, & interfectus fuiſſet, Achillem per pedes ad ſuas naves recta traxiſſe ab eo loco, ubi illum peremerat. Libro vero ultimo Hectorem ter quidem tractum ab Achille fuiſſe dicit, ſed circum Patrocli tumulum, non Ilii mœnia. Miratur itaque non ſine cauſa Mariangelus, quod Auſonius, qui librorum Homeri periochas ſuſcepiſſet ſcribendas, ab illo deſciverit hoc loco in Virgilii, aut alicujus vetuſtioris Latini hominis gratiam. *Vinetus.*

2. *Vltione Patrocli*] Vgolettus, *ultioni Patr.* quod ſi placet, mox ut *victoris iracundia* legatur, neceſſe eſt.

2. *Fati-*

Periocha XXIII Iliados.

Troja vacat lacrymis, ludis Argiva juventus.

FVnebres ludi in honorem Patrocli frequentantur. Quibus Diomedes equis ſuperat, lucta & curſu Vlixes, alioque alii genere certationis anteſtant.

Periocha XXIV Iliados.

Quiſque ſuas repetunt miſſo certamine naves.

IVpiter Thetidem mittit ad filium, cum mandatis ejuſmodi, ut in defunctum ſævire deſiſtat, [1] fatique hominum in exanimo hoſte

1. *Fatique hominum in exanimo hoſte vereatur*] Homerica quidem *Thetis* ad Achillem Iovis perfert mandatum hujuſmodi: Succenſere ei Deos omneis, ipſumque præ cunctis Iovem, quod inſanienti animo vinctum apud naves Hectoris cadaver detineat. Id itaque ſolvat, acceptiſque muneribus Priamo reſtituat. Verba igitur illa, *fatique hominum in exanimo hoſte vereatur*: cum neque de Homero ſumta ſint, nec cognoſci ſatis poſſe videantur, in medio relinquimus, tolline commodius, an emendari in his debeat *fata*. Quomodo & noviſſime imprimi curatum eſt. Cum autem ſententiam ipſam ex libro Triſtium tertio deſumſerit, quo loco inſultantem commonens Ovidius ac deterrens, ait:

Humanaque memor ſortis; quæ tollit eoſdem,
Et premit, incertas ipſe verere vices.

conſiderandum ulterius, an dictio *vices*, ſubducta eſſe potuerit, ac legendum, *fatique hominum vices.* ut ſit intellectus, exemplo Hectoris exanimi, vices humanæ ſortis Achilli verendas. Et cum nihil omnino affirmatum à me velim, non ſit & illud etiam fortaſſe diſſonum putare, perinde ſubtractum nomen, *memor*, ac ſcribendum, *fatique hominum memor exanimum hoſtem vereatur.* Codex quippe MS. ita habet, *fatique hominum, exanimum vereatur hoſtem.* Nec quenquam confuſio hæc rerum, modo additarum, modo ademtarum in Periochis, movere debet, quam olim ſacra ipſa divini vatis poëmata ſenſerint. Dum lacera illa quidem confuſaque antea Piſiſtratus collegit, ac diſpoſuit, ſpurioſque verſus Ariſtarchus notavit, ac diſpunxit. *Mariang. Accurſius.*

1. *Fataque hominum in exanimo hoſte vereatur*] Nulla talis ſententia apud Homerum. *Fatique* pro *fataque* habet vetus Pariſienſis editio: & in antiquo libro Mariangelus reperit, *fatique hominum exanimum hoſtem vereatur.* ubi legeret: *fatique hominum memor exanimum hoſtem vereatur.* Vinetus.

1. *Fataque hominum in exanimo hoſte vereatur*] Bene fecerunt Mariangelus & Vinetus quum notarunt in ſcriptis & vet. editione eſſe *fatique.* Hoc antiquum & doctum & haud dubie Auſonii: quæ præterea mutarunt, ex ignorantia hujus dicendi generis orta ſunt. Afranius Emancipato: *Optandum uxorem, quæ vereatur viri*

hoſte vereatur, ad ſepulturam corpore reſtituto. Ejuſdem juſſu & Iris cohortatur Priamum, ut auro filium rependat exanimum. Qui Mercurio duce inter nocturnas hoſtium profectus excubias, Achilli ſupplex advolvitur: redemtumque filium juſtitio publico & deflet, & ſepelit.

Idem Compitalibus: *Si non verear, nemo vereatur tui.* Varro Sardis Venalibus: *Non te tui ſaltem pudet, ſi nihil mei reverebare.* Sic enim legendum. Plura Nonius Marcellus. *Gronovius.*

PERIOCHA
I LIBRI ODYSSEÆ.

[1] Dic mihi Muſa virum, captæ poſt tempora Trojæ
Qui mores hominum multorum vidit & urbes.

M*inerva in Ithacam, Iove ita volente, deſcendit:* [2] *Mentiſque Taphiorum ducis ſumit effigiem, ſuaſura Telemacho, ut ad Neſtorem Menelaumque feſtinet: qui recens domum*

1. *Dic mihi Muſa virum, captæ poſt mœnia Trojæ*, &c.] Horatii verſus hi ſunt. Namque ille prior ex Homero tranſtulit. Sed in quibus ſemper fuerit non *mœnia* ſed *tempora*. Detulit ingenue hoc illi Auſonius, quod non putaverit Poëta modeſtiſſimus felicius à ſe unquam convertendos eos, quam ab Horatio ſemel fuerint. Ideoque nec verbum *tempora* in *mœnia* commutaſſe crediderim. Cum præſertim etiam vim quandam miſeræ, infeliciſque ſignificationis ea voce exprimi non ignorarit, ut apud Ovid.

Forſitan & Pylius citra Trojana perïſſet
Tempora.

& apud M. Tull. *In ipſa novitate meorum temporum.* & , *ô tempora, ô mores!* Neque par conditio eſt ejus carminis, ex VIII Periocha Iliad.

Aurora in croceis fulgebat lutea bigis.

licet apud Virgil. lib. VII legatur:

Aurora in roſeis fulgebat lutea bigis.

Maro enim non unius imitatione loci pangere id potuit. Auſonio locum manifeſtum tractanti de Virgiliano quidem demere, Homerico tamen addere non licuit. Apud quem tale eſt:

Ἠ'ὼς μὲν κροκόπεπλος ἐκίδνατο
πᾶσαν ἐπ' αἶαν.

Denique in Horatio, *Tempora* permutari mox debere, arbitror. In Virgilio non abſurdum videri, ſi vel, *Croceis* legeretur. Quod in periocha perinde defendendum eſt, ac *roſeis* excludendum. *Mariang. Accurſius.*

1. *Dic mihi*] Horatii ſunt hi duo verſus de Arte poëtica. *Vinetus.*

2. *Mentoriſque Taphiorum Regis*] Linenda *Regis* particula. quid eſt enim *Regis*, *Ducis*. & legendum *Mentis*, non *Mentoris*. Homerus:

Εἰδομένη ξείνῳ Ταφίων ἡγήτορι
Μέντῃ.

Fuit autem is patre natus Anchialo, Taphiiſque imperavit. *Mentor* vero ſocius Vlyſſis fuerat, quem ille ſolvens Ithaca univerſæ domui præfecit.

domum regreſſi, certi aliquid de Vlixe noviſſent. Tunc Phemius cithariſta, adhibitus convivio procorum, inchoat flebilem cantilenam navigationis improſperæ, quæ profectos ab Ilio Græcos diverſis ſparſit exiliis. quem Penelope,[3] *degreſſa Chalcidico, argumento tam miſerabilis offenſa materiæ, ut alia concinat, adhortatur.*

Perio-

Sumta cujus forma in ſequenti, & tertia atque etiam antepenultima, & noviſſima Rhapſodia, adſtitiſſe Vlyſſi Minervam cum Poëta finxerit, proximitas & ſimilitudo nominum errorem peperit, ſeu quod, cum ejus quæ rhapſodia γ. continetur in Mentorem mutationis mentio à Cicerone facta fuerit, Græcarum literarum inſciis immutandi protinus audaciam ſuaſit. Scribit enim l. IX Epiſt. ad Atticum: *Hic ego vellem habere Homeri illam Minervam ſimulatam Mentoris.* cui dicerem:

Μέντορ, πῶς τ' ἄρ' ἴω, πῶς τ' ἄρ προσπτύξομαι αὐτόν; Mariang.

3. *Digreſſa Chalcidico*] Chalcidicum, quod ab urbe *Chalcidica* dictum tradit Feſtus, quod genus ædificii ſit, parum novimus. Id legerant apud Vitruvium, Feſtum, Arnobium, Auſonium, Mariangelus, Philander, Daniel Barbarus. Legimus & nos apud Hyginum: *Merope credens eum eſſe filii ſui interfectorem, qui dormiebat, in Chalcidicum cum ſecuri venit, inſcia, ut filium ſuum interficeret.* quæcunque pars ea fuerit ædium Polyphantis, ubi ille dormiret. Auſonius vero hoc loco, & in periocha libri viceſimi tertii, *Chalcidicum* vocat, quod Homerus ὑπερῷον, *locum in ſuperiore ædium parte*, ubi feminæ ſolerent commorari. Idem vocabulum legitur in Actis Apoſtolorum de Tabitha, *cœnaculum*que vertit vetus interpres. Cœnacvlvm namque appellarunt initio Latini: ut ſcripſit Varro lib. 4 de lingua Latina, locum, ubi cœnabant: ſed poſteaquam in ſuperiore parte cœnitare cœperunt, ſuperioris domus univerſa, *cœnacula* fuerunt dicta. Cœnaculum quoque dixit idem interpres quod in Matthæi Euangeliſtæ Græcis ἀνώγεον. Quod vocabulum eſſe idem atque ὑπερῷον videtur. *Vinetus.*

3. *Degreſſa*] Sic vet. Codex. Deſcendiſſe quippe illam, ὑπερῷα, quod eſt apud Homerum, indicat, de qua voce Pollux in primo. & Heſychius, ὑπερώϊον, ὑπερῷον, ἀνώγαιον οἴκημα. Tum vel maxime, quod Periocha penultima, primum rhapſodiæ carmen, quo eadem pars Vlyſſeæ domus, eodemque nomine attingitur, ita fuerit interpretatus:

Chalcidicũ greſſu nutrix ſuperabat anili.

Chalcidicum (inquit Feſtus) *genus ædificii, ab urbe Chalcidica dictum.* M. Vitruvius libro tantum V, *Chalcidica* nominat, *quæ in extremis Baſilicis, cum locus eſſet amplior in longitudine, conſtituerentur.* Meminit & Euſebius, Domitiani temporib. Romæ facta Minervæ *Chalcidicæ.* Cæterum, ejus argumento materiæ Penelopen non fruſtra offenſam, Homerus inducit. neque enim eo ſolum poterat offendi, quod Græcorum ei naufragiorum memoria refricaretur, verum etiam quod omen fieri videretur Vlyſſi, tot maria tot annis obeunti. *Mariangel.*

3. *Degreſſa Chalcidico*] Abſque dubio *Chalcidicum* Gynæconitis fuit (quod & δίστεγον) ideoque *degreſſa Chalcidico*, noſter dixit: quod veteres in ſublimi ædium parte mulieribus thalamos conſtruxerint, ut minus facilis ac proclivis ad eas eſſet aditus, minuſque ipſæ virorum alienorum conſpectui, & alloquiis eſſent obnoxiæ.

 1. Ro-

Periocha II Odyſſeæ.

Oceano extulerat [1] roſeos aurora jugales.

TElemachus Ithaceſios proceres cogit ad curiam: atque ibidem de contumelia domus, & bonorum profligatione conqueſtus, conſilia profectionis exponit, Antinoo reſiſtente: qui eum priuſquam mater nuberet, abire prohibebat. Qua altercatione diu protracta, concilium diſſolutum eſt. Telemachus ad litus procis ignorantibus pergit: adſtantem ſibi adorans Minervam, peregrinationi accommoda parat, hortante maxime dea: quæ populum, ipſumque Telemachum [2] Mentoris ſimulatione fallebat. Inſtructo ergo remigio, & nave deducta, Telemachus & Minerva de portu veſpere inſtante ſolverunt.

1. *Roſeos*] Sic & vet. Codex. quin inſpectione quoque dignum potius videri debet, quod carmen Homericum, tribus librorum initiis ſemper idem, noſter ſemper varium reddiderit. Periocha ſiquidem VIII, ita vertit:
Iam cœlum roſeis rutilat Tithonia bigis.
Mariangelus Accurſius.

2. *Mentu ſimulatione*] Præterquam quod ex Homero ſatis liqueat, *Mentoris* hic pro *Mentis* legendum eſſe, confirmat hanc emendationem cum adductus à Mariangelo ex Cicerone locus, tum Athenæus lib. v, p. 191.

Periocha III Odyſſeæ.

Iam Sol Oceano radiatos promſerat ortus.

TElemachus Neſtorem de patre percontatus, nihil novi accipit ab ignorante: verum idem ſenex ſequenti die, cum Piſiſtrato filio ut ad Menelaum pergat, hortatur. [1] Nec mora facta conſilio. Nocte quippe ea, quæ conſecuta eſt, apud Pheras oppidum [2] hoſpitio Dioclis diverſati, altera Lacedæmonem pervehuntur.

1. *Nec mora facto conſilio*] Cod.MS. *nec mora facta conſilio*: hoc eſt, poſt eam deliberationem nihil morati ſunt, Nimirum parænetice, *ubi conſulueris mature facto opus eſt*. Mariang. Accurſ.

2. *Hoſpitio Dioclis verſati*] Fuit, opinor: *diverſati*. Vt Per. 19: *Vlyxemque apud ſe hoſpitio diverſatum comminiſcitur*. Gronovius. Grævius.

Periocha IV Odyſſeæ.

Iamque adeo ventum validæ Lacedæmonis arces.

TElemachum, & qui cum eo venerant, Menelaus comiter hoſpitio accipit. ſaneque ſub veſpera quædam de Vlixe cognoſcunt. Die vero altera, totum navigationis ordinem Menelaus explanat: quodque in Ogygia inſula, promiſſis & illecebris nymphæ Calypſonis, [1] *Vlixes remoratur, exponit. Quæ quidem Proteus eidem narraverat de Græcorum ducibus requirenti. Proci autem poſtquam de abitu Telemachi compererunt, inſtructa deductaque navi, viginti, qui ſeſe legerant, navigavere, redeunti inſidias molientes.* [2] *Circa Aſteriam ergo inſulam, quæ Ithacam Samumque interjacet, deliteſcentes, occaſionem fraudis exſpectant.*

1. *Vlyxes remoratur, exponit*] Priſcianus jubet *remoretur*. Gronovius.

2. *Circa Aſteriam*] Homerus ipſe ait, Ἀστερὶς οὐ μεγάλη. item Plinius. nam *Aſteria* & ea creditur, quæ mox *Rhodos* appellata eſt, & quæ *Delos* Cycladum media & clariſſima. Verumtamen & hæc ipſa quoque eſt Aſteria, quam Homerus *Aſteridem* nominat, ut Strabo aſſerit. Quare ſi Aſteriam hoc loco legeris, eadem quidem inſula ſignificabitur, ſin Aſteridem, Homerus planius repræſentabitur. *Mariang. Accurſius.*

Periocha V Odyſſeæ.

Liquerat in tepido Tithonum Aurora cubili.

MErcurius in Ogygiam inſulam devolat, ut Iovis monitis Calypſo conterrita Vlixem patiatur diſcedere. Qui contextu [1] *ratis temere properatæ navigationem ſolus aggreditur. Duodevigeſima die, tempeſtate commota, ex iracundia infeſtante Neptuno, trabium compago diſſolvitur. quo caſu proditur ultimæ ſpei: & irritis conatibus nando* [2] *ab Ino dea miſericorde ſervatur.* [3] *Quæ*

1. *Ratis temere properare*] Corrige: *ratis temere properatæ*. Gronovius. nec aliter Barthius in Adverſariis. Αὐτολόχητον, αὐτοκάβδαλον σκάφος vocat Lycophron: & ejus interpres, αὐτοσχέδιον, τὸ εἰκῆ καὶ ὡς ἔτυχε γεγονός, quod ad verbum, *ratis temere properata*.

2. *Ab Inone dea miſericorde ſervatur*, &c.] Exemplar manuſcriptum *Ino* habet, Græca formula: quomodo & in ſuperiore quoque periocha, *Calypſus* non *Calypſonis*, ſcriptum reliquiſſe Auſonium affirmare non dubitaverim. Etenim Latini ſermonis leni-

³ *Quæ calanticam capiti ſuo demtam natanti accommodat. Cujus ille ſuſtentatu ad uſque Phæacum litus evadit.*

lenitas inconditum eum aſperumque vocis ſonum, uſu tamen veterum non improbatum, ægre pati jam aſſuevit. *Mariang. Accurſius.*

3. *Qua Calanticam capiti*] hoc eſt tegmen muliebre, quod capiti *innectitur.* Græcus enim *κρήδεμνον* habet *κεφαλοδέσμιον* videlicet ἢ ἐπιβόλαιον. ideoque *velum* etiam invenias qui verterint. Et ad Paulum ſcribens Auſonius, Mnemoſynen Muſarum matrem *Credemnocomam,* ab hoc videlicet tegmine, appellavit:

Μνημοσύνης κρηδεμνοκόμου πολὺ
inclyta τέκνα. Mariangel.

3. *Calanticam*] Non dubito, quin idem prorſus ſit hac in re *credemnum* & *calantica.* Quæ definierunt Nonius & Euſtathius, ille *calanticam,* tegmen muliebre, quod capiti innectitur: hic, in quartum decimum Iliados librum, *credemnum,* capitis tegmen, humeros uſque demiſſum: Κεφαλῆς κάλυμμα, παρείμενον μέχρι τῶν ὤμων. In Odyſſeæ libro primo, Penelope malas *credemno* velatas habet:

Ἄντα παρειάων σχομένη λιπαρὰ
κρήδεμνα.

Et Auſonius Κρηδεμνόκομον Mnemoſynen Muſarum matrem dixit: ut *credemnum* eſſe videatur & *calantica,* qualibus utuntur Pariſienſes matronæ, & *Capas* vocitant, reliquo capitis ſui ornamento ſuperponentes. Ceterum quam debeat habere ſecundam ſyllabam *calantica,* ambigitur. Philippus Beroaldus, Mariangelus, Alexander ab Alexandro, Perottus, Baïfius, Nizolius, aliique multi viri docti, *calanticam* per *n* liquidam legerunt apud Appulejum, Auſonium, Nonium Marcellum, & Iuſtinianum: ſed *Calauticam,* *u* pro *n,* ſcribit exemplar illud Florentinum in his Vlpiani, titulo ſecundo libri triceſimi quarti Digeſtorum: *Ornamentorum hæc, vitta, mitra, ſemimitra, calautica, acus cum margarita, quam mulieres habere ſolent.* Legitur in vetere Gloſſario *cacautica,* *u* etiam quinćta nominis litera, ſed *c* pro *l* tertia, quod eandem Florentinam *calauticam* eſſe diceres. Exponitur quidem εἶδος ζώνης, hoc eſt ſpecies cinguli, ſed *Inonis calanticam* Hyginus balteum etiam appellavit, quod balteum cinguli quoque ſpecies eſt. In commentariis vero Servii nec *n* inveni, nec *u.* Sic enim habent in verſum noni Æneidos ſexcenteſimum & ſextumdecimum:

Et tunica manicas, & habent redimicula mitra,

Pilea virorum ſunt, mitræ fœminarum, quas calaticas dicunt. Vinetus.

Periocha VI Odyſſeæ.

Carpebat ſomnos dudum ærumnoſus Vlixes.

Vlixes poſtquam ad Phæacum litus enaverat, fatigationem diluit ſomno. Sed ¹ quum virgo Nauſicaa regis Alcinoi, ludum in acta cum æqualibus exerceret, ſomno excitatus, ut erat nudus

1. *Quum virgo Nauſicaa regis Alcinoi, ludum in acta*] Hic Auſonius quidem uſus eſt dictione Græca, ſed non omnino apud alios inventu rara. nam & Flaccus ea & Virgil. utitur, in v hic Æneid. in v ille Argonauticon. ſed & Cicero. Ideoque depravari locus videtur ab immutantibus *in ludum acta* vel *intacta.* Nam Homerus ipſas virgines exercuiſſe pilæ ludum aſſe-

nudus, erupit, [2] foliorum oppoſitu pudenda velatus: & [3] quum ſupplex ad genua regiæ virginis advolveretur, Minervæ [4] inſtinctu movit miſericordiam ſalutarem: [5] impoſituſque carpento, & veſte donatus uſque ad templum Minervæ, quod ante urbem eſt, ita ſuadente virginis pudore, provehitur: ibique familiare ſibi numen ſolita veneratione precatur.

aſſerit παρὰ θῖν' ἁλὸς, hoc eſt in maris litore, quo lotas veſtes explicuerant. Claudianus:

Non talem Trivia confert laudator Homerus
Alcinoo genitam, qua dum per littora veſtes,
Explicat, & famulas exercet læta choreis,
Auratam jaculata pilam, poſt naufraga ſomni
Ocia progreſſum foliis expavit Vlyſſem.

Auſonius: *In acta*, ἀκτῇ enim littus, ſed amœna proprie ac ſecreta littorum ſignificat. quod, verbum de verbo exprimens, ad Auſonium in quadam Epiſtola Paulinus dixit:

--- *Blanda poſito locupletis in acta*
Litoris. Mariang. Accurſ.

1. *In acta*] In littore. Græcum eſt ἀκτῇ. *Vinetus.*

2. *Foliorum oppoſitu*] Scribe: *appoſitu.* Heinſius. In Priapejis:

Hujus & Alcinoi mirata eſt filia membrum
Frondenti ramo vix potuiſſe tegi.

3. *Cum ſupplex ad genua regiæ virginis advolveretur*] Vt Homerus quidem ait, Vlyſſes ſecum cogitans, an ad ejus pedes ſupplex procideret, an ſic procul ſuppliciter precaretur, ut & qua urbem iretur, oſtenderet, & veſtem aliquam largiretur, hoc ſatius duxit, ne ſi propior fieret, injuria puellam provocaret. Accedit & illud ſignandum, rhapſodia hac commonitum ab Nauſicaa Vlyſſem, ut cum ad Areten ejus matrem ventum eſſet, ad genua ſupplex procumberet, quo eam ſibi propitiam redderet. idque eum exſequi, ut præceptum erat, inducitur ſequenti rhapſodia. *Mariang. Accurſius.*

4. *Inſtinctu*] Legitur & *inſtructu.* neutrum improbandum. *Mariangel.*

5. *Impoſituſque carpento*] Hoc *carpentum*, ἀπήνη eſt apud Homerum, & ἅμαξα. Qui non dicit Vlixem fuiſſe carpento impoſitum, ſed Nauſicaam, quæ ſola carpentum conſcendit, juſſiſſe ſequi carpentum & mulos, cum ancillis. *Vinetus.*

Periocha VII Odyſſeæ.

Orabat ſuperos dudum Laertia proles.

[1] M*inerva in puellæ ſpeciem mutata, Vlixem primum in oppidum, mox in domum regiam ducit. Quumque Arete uxor Alcinoi, & unde veſtem haberet, & [2] cujas eſſet, & qua ſorte*

1. *Minerva in puella*] Vetus Exemplar: *Minerva puellæ ſpeciem mutuata.* Vocat eam virginem Homer. Neeniden. Mariang. Accurſius.

2. *Cujas eſſet*] C.V. *qui adeſſet.* Legendum videtur, *quis eſſet*, vel potius *cujas eſſet*, τίς, πόθεν εἰς ἀνδρῶν; *quis es, & unde gentium?* Mar. Accurſ.

ſorte delatus, ſermone ipſius comperiſſet: bonum animum habere juſſus, ſuadente veſpera, concedit quieti.

Periocha VIII Odyſſeæ.

Iam cœlum rutilat roſeis aurora quadrigis.

ALcinous navigationis ærumnam ſummatim ab Vlixe cognoſcit. Exinde juſſis primoribus in curiam convenire, adventum hoſpitis, & infortunia diutinæ jactationis explanat. Accitoque ad convivium Vlixe, citharam jubet pulſare Demodocum. qui quum de Dureo equo, & de Troïco cantaret excidio, lacrymas Vlixi, memoria fortunæ ſuperioris, elicuit. quas cum occultare ſedulo conaretur, aut vultu diſſimulans, aut veſte detergens, oculos in ſe omnium, & maxime regis advertit. Tum Alcinous, cauſa fletuum cognita, [1] *ut cuncta ex ordine tolerata diſſereret, benigne omnia pollicitus adhortatur.*

1. *Vt cuncta ex ordine*] MS. verius, commodiuſque in hunc modum habet: *Vt ordine tolerata diſſereret, benigne pollicitus adhortatur.* Mar. Accurſius.

Periocha IX Odyſſeæ.

Tum vice ſermonis fatur Laertius heros.

QVattuor iſtinc libri de Vlixis errore contexti ſunt. Namque ab Alcinoo rogatus ſeriem multiplicis erroris exponit, ut ab Ilio profectus, primum ad Ciconas delatus ſit, atque illic expugnata Iſmaro civitate, multis amiſſis fugatus abſceſſerit, utque inde Maleam Laconicæ promontorium [1] *circumegerit, ac deinde Lotophagos venerit,* [2] *mox ad Cyclopum inſulam, quæ Lotophagis adja-*

1. *Circumegerit*] Verbum *circumago* quum non aliud legere meminerim, quam activum, *circumegerit*, quod hic ſcribunt omnes noſtri libri, mendoſum eſſe ſuſpicor, pro *circumierit*. Vinetus.

1. *Vt quæ inde Maleam Laconicæ promontorium circumegerit, ac deinde Lotophagos venerit*] Lego: *ac dein ad Lotophagos venerit*. & *Laconiæ* vel *Laconices*, ut Vibius Sequeſter fere nunquam aliter. Qui vero *Pialeam* pro *Maleam* nuper impreſſere, non video quem ſequantur, aut quonam pacto promontorium in libro ſtatuerint, quod in terris non fuerit. *M. Accurſius.*

2. *Mox ad Cyclopum inſulam, quæ Lotophagis adjacebat, cum una nave proceſſerit*] *Adjacet*, inſtanti tempore, quam *adjacebat*, ſcribendum potius exiſtimaverim. Ne mutata poſtea naturæ facies intelligatur. Quod nec alibi negle-

neglectum ab Auſonio apparet: ut in Periocha VIII: *Quæ Ithacam Samumque interjacet.* Frequens & apud Homerum eſt, κεῖται. Animadvertendum & illud, in recenſendis erroribus, quos Vlyſſes pertulerit, ex ſua quaq; rhapſodia Homericam prorſus œconomiam ordinemque ſervaſſe Auſonium. Homerus enim(quod Penelopæ quoque renarrare eum in penultima inducit)perveniſſe primum,ait,ad Ciconas, mox ad Lotophagos, poſt quos ad Cyclopes, ad Æolum, ad Leſtrygonas, ad Circen, ad Cimmerios, in Siciliam (Sirenibus, videl. Scylla & Charybdi præteritis) in Ogygiam Calipſus, in Phæaciam, denique in terram patriam. Quorum ſeriem errorum nec Tibullus omiſit. Vnde ne quem forte ejus, qui doctiſſimus idemque cultiſſimus jure ſibi primum vendicavit inter commentatores locum, authoritas dubitare hic, aut ſecus certe credere impellat, Servii Honorati quadruplex una vel mendum vel erratum palam faciendum nobis eſt: ſimulque amolienda plurimorum imbecilla credulitas. Qui tantum circa commentaria oſcitabundi inhærentes, meliora uſque adeo non quærunt, curantque, ut contumaces quoque interſtructis (veluti Vlyſſes ipſe Sirenum cantus) auribus prætereant. Virgilius itaque derelictum in Sicilia Achemenidem Ithacenſem Adamaſci filium ab Vlyſſe cæteriſque ſociis, ſibi quiſque fuga conſulentibus, Æneam poſtea iis littoribus appulſum navi inter ſuos recepiſſe, atque ab immanſueti Polyphemi feritate liberaſſe, ſcribit. Servius id fieri non potuiſſe autumat, ac diſſentire eum ab Homero pariter ac tempore, contendit. In his enim verſibus:

Vidi egomet duo de numero cum corpora noſtro
Prenſa manu magna, medio reſupinus in antro.

Frangeret ad ſaxum. Ita ejus paſſim commentaria leguntur. *Homerus dicit quatuor à Polyphemo interemtos. Qui etiam ſcribit Æneam prius quam Vlyſſem ad Siciliam veniſſe. Ergo vel diſſentit, vel dicit, duos vidiſſe, ſed quot occiderit neſcire.* Nec multo poſt, *Vlyſſes*, inquit, *ad Polyphemum venit relicta Calypſo, cum qua fuerat decem annis. Vnde (ut ſupra diximus) Virgilii dictis diſſentit temporum ratio.* Primus igitur bis repetitus error ille eſt, non prius in Ogygiam Vlyſſem Homerica deſcriptione (quod paulo ante ſuo ordine rettulimus) delatum quam in Siciliam pervenerit. Ideoque nec temporibus, nec, quem maxime ſecutus eſt, authore Virgilium argui. Aliud vero mendacium, æque manifeſtum, quod nec perveniſſe quidem, nedum prius vel poſterius, Æneam ad Cyclopes, unquam meminit Homerus. Tertium, quod ſex à Polyphemo interemtos ac comeſos ejus ſocios, non quattuor, rhapſodia IX tradit. Quartum, quod non decem, ſed ſeptem cum Calypſo annis demoratum, rhapſodia VII oſtendit. Licet Ovidius *ſex* dixerit, de Ponto:

An grave ſex annis pulchram foviſſe Calypſo?

Vbi *ſeptem* etiam reponendum non inepte quis conjiciat. Niſi tam hoc in Ovidio ferendum videatur, quam in Statio, qui Vlyſſis ſocios, cum Homerus dixerit in porcos transformatos, in luporum ora verſos, edidit. Tam paucis verbis tot errores (dicet aliquis) in Servio! Nos etiam per univerſa commentaria, ſed Servii eos eſſe, haud facile affirmaverimus. Non hercle magis, quam alterius cenſeri, quæ viciſſim egregiæ eruditionis, miræque brevitatis, Maronis Poëtarum ſummi virtutem auxerunt. Quis enim addita pleraque in ejus ſcriptis, mutilata plurima, commutata innumera, negare auſit? Quis præterea interpres adeo inconditus tantum in eruditione virum in minutiſſima quæque lapſum toties affirmet? Quid eſt autem, quod in bonis aliis, qui olim ſcripſerint, mendas accuſamus, tegimus, in li-

adjacet, cum una nave proceſſerit: eaque ſedulo occultata, ipſe cum duodecim ſociis, in antrum Polyphemi penetraverit: qui cruentis dapibus expletus, quas cæde ſociorum ejus inſtruxerat, vino etiam, quod Vlixes ingeſſerat, temulentus, quum in ſomnum procubuiſſet, ab Vlixe cæcatus, pœnas immanitatis exſolvit.

brarios plerumque rejicimus, Servium tamen die dicta reum agimus? apertoque in eum titulo invehimur? neque ejus commentaria exſcripta toties animadvertimus, nuſquam eadem? Haud ego tamen arbitrabor, nihil quicquam inveniri apud Servium, quod vel improbari jure, vel contemni poſſit, atque omnibus acquieſcendum. Quin commonendi quoque lapſus, ſed modeſte, ſed citra calumniam. Nec diſſimulabimus, in pleriſque exemplaribus ita legi, ut non ab Homero, ſed Hiſtoricorum fide dictum videatur, Æneam priuſquam Vlyſſem in Siciliam delatum. Verba ipſa hæc ſunt: *Ante ad Siciliam Æneas, quam Vlyſſes veniſſe dicitur.* Quibus tamen haud utique error abeſt. quando etiam qui cum Virgilio conveniant ſcriptores ſeſe Græci offerant. Dictys ſiquidem Cretenſis, gravis alias, nec incelebris Hiſtoriæ Trojanæ author, hinc illum rapuiſſe navigationis curſum aſſerit ad Lotophagos, ad Cyclopas, in Æoliam, ad Circen, ad Calypſo, ad Inferos, ad Alcinoum. *Mariang. Accurſius.*

Periocha x Odyſſeæ.

Æoliam ventorum agimur patriamque domumque.

H*Inc refert Æoliam ſe fuiſſe pervectum, doniſque donatum ab Æolo rege ventorum, qui omnibus comiter præbitis, quo ſecurior navigaret, ventos etiam dederit utre concluſos: utque, quum jam Ithacæ propinquaret, refuſus ſit in ſoporem;* [1] *ſociique ejus opes aliquas in ſcorto ineſſe exiſtimantes, dormiente ipſo vincula diſſolverint: adverſiſque flatibus* [2] *ab viſa jam patria*

1. *Sociique ejus opes aliquas in lora*] Scribendum puto *Lura*, ut ſit ejus pars pro toto utre. *Lura* enim (ut Marcellus ſcribit) *os culei* vel *utris* ſignificat. Vnde *lurcones* capacis gulæ homines, & bonorum ſuorum conſumtores. Nec deerunt qui *ſoro* ſcriptum magis putent, ventorum ipſam thecam loculumque interpretantes, Græca voce, *σορός*. in quo Apim taurum olim poſitum, *Sorrapim*, mox *Serapim* appellatum, Nymphodorus tradit. Nec prætereundum, reperiſſe quidem nos in Codice non multæ fidei, *In ſcorto eſſe exiſtimantes.* Mar. Accurſ.

1. *In lora*] Ita legendum. Feſtus: *Lura os culei, vel etiam utris.* Turneb.

1. *In lora ineſſe*] *Loram* ſuſpicari liceat utrem quondam dictum, qui ex bubulo corio eſſet: quaſi ſuos concluſiſſe ventos Æolum fabulatur poëta. *Vinetus.*

2. *Ab ipſa patria*] Scribendum: *ab viſa jam patria.* Nam modo dixit proximum Ithacæ fuiſſe. *Barthius.* Confirmat hanc emendationem illud Macarei apud Ovidium lib. 14 Metamorph. de Vlyſſe:

— *fla-*

patria ſint relati. Inde ut Antiphatem, Læſtrygonaſque delatus ſit. Ibi amiſſis una minus ceteris navibus, Circeum luttus acceſſerit: ibique veneficio potentis deæ [3] *Eurylochus, & præmiſſi cum eo ſocii* [4] *in ferarum ora converſi ſint. Ipſe etiam ſimilia paſſurus, Mercurio procurante vitaverit; ceteroſque ſocios ad ſpeciem priſtinam redigi, virtutis admiratione, compulerit.*

— flatuque ſecundo
Lucibus iſſe novem, & terram adſpexiſſe petitam.

& quæ Homerus lib. x Odyſſ.

Τῇ δεκάτῃ δ' ἤδη ἀνεφαίνετο πατρὶς ἄρουρα.
Καὶ δὴ πυρπολέοντας ἐλεύσσομεν ἐγγὺς ἐόντας.

3. *Eurylochus & præmiſſi cum eo ſocii, &c.*] Homerus, præter *Eurylochum*, mutatos duos & viginti aſſerit in porcos, qui cum eo prius, ſorte ducti, flentes miſſi fuerant,

— ἅμα τοῖγε δύω καὶ εἴκοσ' ἑταῖροι
Κλαίοντες. Ipſe enim ſolus, fraudem ſuſpicatus, prodigioſam Circes domũ ingreſſus non eſt, & pharmaco abſtinuit, ac viſo ſociorum monſtro (*— ſiqua fides augentibus omnia muſis*) duri fati nuncius ad Vlyſſem contendit. Hinc & Naſo xiv Metam. ait:

— ſuis ſolum caruiſſe figura
Vidimus Eurylochum, ſolus data pocula fugit.

Sed mirum eſt, dignumque obſervatione, quod is, cum Homerum plane fuerit ſecutus, ſorte lectos ait *Eurylochum* ac ſocios viginti unum. Quorum quatuor & nominat. Ita enim Macareum inducit:

Sorte ſumus lecti. Sors me, fidumque Polyten,
Eurylochumque ſimul, nimiique Elpenora vini,
Biſque novem ſocios Circæa ad mœnia miſit.

Quo autem modo ex Homero omnes ejus ſocios præter Vlyſſem transformatos dixerit Boc. non etiam intelligo. Putabat Socrates, idcirco dictam Circen commutaſſe homines in porcos, quod his multis fere illos enutriret, quæ non eſurientes, minimeque ſitientes, ad edendum atque ad bibendum irritarent. Vlyſſem autem qua Mercurii conſilio, qua ſua abſtinentia ſuem factum non fuiſſe. Vitanda itaque ciborum, poculorumque imprimis ea genera, præcipiebat. Author Xenophon. Meminit & Plutarchus in libello de Nugacitate. *Mariangel. Accurſ.*

3. *Eurylochus, & præmiſſi cum eo*] *Eurylochum* excipit Homerus: qui renunciare poſſet Vlixi, quid aliis accidiſſet. *Vinetus.*

4. *In ferarum ora*] In ſues Homerus. *Vinet.*

Periocha xi Odyſſeæ.

At poſtquam ventum ad naves & littora ponti.

Digreſſus à Circe Avernum pervenit: qui locus deſcenſus ad manes exiſtimatur. Ibi ſacris rite perfectis, ſcrobem complet ſanguine victimarum: & circum volitantibus animabus nullam ſinit hauſtum cruoris attingere, niſi, ut Circe monuerat, prius Tireſias vates inde libaſſet. Ibi & heroidas plurimas videt.

Qua-

Quarum enumerationem multa veterum ſabularum venuſtate contexit.

Periocha XII Odyſſeæ.

Iamque adeo Oceani liquidos pede liquerat amnes.

COmpertis à Tireſia vate, quæ oportuit ſcire, regreditur ad Circen: ab eaque, ut evitet mala cetera, edocetur: ut Sirenas prætereat, letalem navigantium cantilenam: ut Scyllam prætervehatur, & Charybdim, freti Siculi famoſa portenta. Quibus malis non ſine gravi perpeſſione ſuperatis, [1] *Trinacriam pervehitur, ubi incuſtodita Solis armenta fruſtra prohibente ipſo, ceteri ſocii, penuria cogente, dilaniant: diriſque prodigiis admiſſa boum cæde terrentur:* [2] *ac mox inde navigantes, fulmine ad unum omnes intereunt, excepto Vlixe: qui fragmento carinæ cohærens, & adminiculo ejus adjutus, ad Ogygiam inſulam ſolus enavit.*

1. *Trinacriam pervehitur*] Non *Trinacriam*, i. e. *Siciliam*, ſed *Thrinacriam*, aliam Homero inſulam ſignificari, qui ejus Odyſſeam tranſtulere, rem prorſus novam conantur inducere, eo Θρινακίην dictitante. Miror autem non animadvertiſſe, quod ipſa, quæ à noſtris Sicilia, *Sicania*, *Trinacria*, *Trinacris*, *Triquetrave*, nuncupari conſuevit, à Græcis etiam *Trinacria*, *Trinacris*, *Thrinax*, & *Thrinacia* dicitur. Strabo: *Eſt quidem Sicilia triangula ſpecie, & propterea Trinacria quidem prius; mox Trinacis appellata eſt, tranſlato in conſonantiorem vocem vocabulo.* Meminit etiam Stephanus, *Mariang. Accurſius.*

1. *Trinacriam*] Siciliam. quam Homerus Θρινακίαν appellavit. *Vinetus*,

2. *Ac mox inde navigantes*] Ita Exemplar MS. eſt enim cum ſuperiore colo ſubnectendum: ut intelligamus, ob mactatos boves, & in Sicilia portentis territos, ac deinde navigantes fulmine disjectos, merſoſque. *Mariang. Accurſius.*

Periocha XIII Odyſſeæ.

Conticuere omnes, intentique ora tenebant.

ENarratis omnibus, quæ in multiplici errore pertulerat, à principibus Phæaciæ viris donis plurimis honoratur: à quibus remigio, & neceſſariis omnibus navis inſtruitur; dormienſque in Ithacam quietiſſima navigatione devehitur. Atque illic in portu patrio cum muneribus univerſis quieſcens, & omnium ignarus exponitur; Phæacibus eo dormiente remeantibus.

Perio-

Periocha XIV Odyſſeæ.

Egreditur portu, tenuis quo ſemita ducit.

[1] *SOmno expergitus Vlixes portum & litus patriæ non ſine animi conſternatione cognoſcit: admiraturque, ut advectus, ut expoſitus, ut relictus ſit, ut cuncta neſciret. Requirit univerſa donorum: quæ poſtquam incolumia videt, quam poteſt tutiſſime occultat; conſiliiſque à Minerva confirmatus, ad ſervum ſuum Eumæum ſubulcum ſimulatus accedit, naufragi, & mendicantis imitatu. Interrogatus deinde quis eſſet,* [2] *ait ſe eſſe Creſſium: in Ægyptum* [3] *navigantem Trojam fuiſſe delatum. Eumæum etiam cum affectione mœſtiſſima perurgens, & cogente denique veſpere, & imbre continuo, ſagulo amicitur. atque ibidem multa ſecum volvens, tandem concedit quieti.*

Perio-

1. *Somno experrectus Vlyſſes, portum & litus*] Totum id cum ſuperiore periocha connectendum fuit, cumque ita eſſe, ordine monſtretur Homerico, non *confirmatus*, in noviſſima particula, ſed *confirmatur*, emendandum videretur. Ego autem in conjecturam vero proximam adducor, ita quædam hic præpoſtere temerarios retuliſſe librarios, uti ſuo ea loco integra pepulerint, convellerintque. Homerus ſane nequaquam cognoviſſe eum litus patriæ affirmat, cum quia diutius abfuerit, tum quod eum nebula Minerva ſepſerit, ne à quoquam antea agnoſceretur, quam ipſum omnia componere, procorumque contundere proterviam, monuiſſet. Qui poſtquam circumductis in omnem partem oculis ſatis admiratus eſt, ignarus quam orbis partem teneat, Phæacumque munera repetiit, exhibita Minerva nubem ſcidit, & ſolum patrium agnoſcere permiſit. Sit itaque hoc fortaſſe modo digerendum, connectendumque: *Somno experrectus admiratur, ut advectus, ut expoſitus, ut relictus ſit, ut cuncta neſciret. Requirit univerſa donorum, quæ poſtquam incolumia videt, quam poteſt tutiſſime occultat; conſiliiſque à Minerva confirmatus, portum & litus patriæ non ſine animi conſternatione cognoſcit.* Mariang. Accurſius.

1. *Somno expergiſcitus*] *Expergitus* legendum hic puto, ut in periocha libri quinctidecimi Iliados. *Vinetus.*

2. *Ait ſe eſſe Creſſium*] Quomodo legendum videri poteſt, dum ne nomen ejus id eſſe putetur. Cujus etiam Homerus hic non meminit, *Cretenſem* illum ſe finxiſſe tantum teſtatus. idque mox repetit, & nomen ſimul explicat, *Æthonem.* Eſt autem ex inclinatione Græca Κρησιος. Cætera, quæ in hac periocha ſequuntur, tam mutilata ſunt, quam falſa. *Mariang. Accurſius.*

3. *Navigantem Trojam*] In ipſo eſt Homero, iſtum *Creſſium*, poſtquam ab Ilio capto, in Cretam ſuam rediiſſet, in Ægyptum ſponte navigaſſe, ſed nec quæ ſequuntur in hac Periocha Græcis ſatis conſentiunt. *Vinetus.*

3. *Navigantem Trojam*] Malim: *Troja.*

1. *It*

Periocha xv Odyſſeæ.

[1] It Lacedæmonias arces Tritonia Pallas.

Telemachus à Minerva per ſomnium commonetur, domum ut rediret. [2] matureque digreſſus cubili, à Menelao veniam reverſionis exorat. qua comiter impetrata, regreditur ad navem in portu Pylio manentem. Piſiſtratoque ad urbem, [3] atque ad patrem remiſſo, ipſe propere ſolvit è litore, comite navigationis aſſumto Theoclymeno vate Argivo, uno ex iis, quos Melampus Amythaonis erudivit. Vitatiſque inſidiatoribus procis, advehitur in patriam. Et ſociis quidem portum petere juſſis, ipſe diverſo itinere ad agrum Eumæumque proficiſcitur.

1. *It Lacedamonias arces*] De voce quidem *arces* conſtare videtur, vel eo, quod in quarta Periocha ſcriptum ab eodem eſt:

Iamque adeo ventum valida ad Lacedamonis arces.

Prima vero particula non ſegnius in verbum *it*, quam in præpoſitionem *ad*, quæ ſit apud Homerum *εἰς*, tranſire poterit:

Ἡ δ' εἰς εὐρύχορον Λακεδαίμονα Παλλὰς Ἀθήνη
ᾤχετ' Ὀδυσσῆος μεγαθύμου φαίδιμον υἱόν.

Nec obſtiterit ſententia interciſa verboque nullo fulcta: cum ſit & in cæteris factitatum. *Mariang. Accurſ.*

2. *Maturoque*] Emenda: *matureque.* & mox *diverſo*, ex MS. pro *adverſo.* Mariang. Accurſius.

3. *Atque ad patriam emiſſo*] Prætulerim: *atque ad patrem remiſſo.* & ſic legendũ eſſe ex Homero liquet. Paulo ſupra legerim: *At Lacedamonias,* &c.

Periocha xvi Odyſſeæ.

Commune Eumæus mapale & divus Vlixes.

Telemachus Eumæum nuntium reditus mittit ad matrem. Ipſe, Minerva ita volente, patrem cognoſcit: & cum eo deinceps agenda diſponit. Penelope autem cognito reditu filii, in conventum procorum, qua verecundia ſinebat, egreditur. increpatiſque inſidiatoribus filii, non minus irata, quam mœſta diſcedit.

Periocha xvii Odyſſeæ.

Iam cœlum roſeis rutilat Tritonia bigis.

Telemachus anxiæ matri ordinem peregrinationis enarrat. Vlixes ad oppidum, Eumæo opitulante, perducitur. Domum, in qua proci epulabantur, ingreſſus, emendicat cibos, miſerabiliter ambien-

ambiendo. Inde ab Antinoo injurioſe afficitur. Cui Penelope diras ob inhumanum facinus imprecatur. [1] *A qua miſſus Eumæus eſt, ut hoſpes, ſic enim ſe ferebat,* [2] *ad eam provocaretur. Qui tum quidem invitatus gratiam facit: ſed venturum ſeſe ad veſperam pollicetur.*

1. *A qua miſſus Eumaus eſt*] Legendum: *à qua miſſus Eumaus, ut hoſpes ad menſam provocaretur; qui tunc,* &c. *Barthius.*

2. *Ad eam provocaretur. Quod tum quidem*] Lego: *ad eam vocaretur. qui tum quidem invitatus gratiam facit,* Gronovius.

Periocha XVIII Odyſſeæ.

Irus adeſt [1] populi per mendicabula notus.

MEndicante intra proprios lares Vlixe, alius quoque pari egeſtate Irus acceſſit, popularis Ithaceſius, ſtipes in triviis ſolitus rogare. Iurgium ergo inopiæ communis æmulatione conſeritur, quod ex verbis proceſſit ad manus, hortantibus procis, quo magis rixa crudeſceret, propoſitoque præmio caprini ventris omento. Victor igitur Vlixes, ſeminecem Irum extra januam projicit, ridicula adhortatione compellans. Penelope etiam munera ſibi à procis, pro opibus cujuſque conferri, ſingulorum ſtudia experiens, depoſcit, quæ mature, utpote à cupientibus, offeruntur.

1. *Populi per mendicabula*] Æque recte: *populo.* Homero πανδήμιος πτωχὸς, lib. XVIII Odyſſ.
Ἦλθε δ' ἐπὶ πτωχὸς πανδήμιος, ὃς κατὰ ἄστυ
Πτωχεύεσκ' Ἰθάκης, &c.

Periocha XIX Odyſſeæ.

At parte interiore domus ſecretus Vlixes.

VLixes cum Telemacho arma omnia de medio amoliuntur, procis perniciem comparantes: nequid aut munimenti, aut teli relinqueretur, qui vel cavere vim, vel inferre poſſent. Ad Penelopen inde accitu ipſius pergit: ibique, ut Eumæo dixerat, Cretenſem ſe eſſe mentitur, Vlixemque apud ſe hoſpitio diverſatum comminiſcitur. Mox quum Euryclia ejus nutrix, hoſpitalis officii cauſa, pedes ejus elueret, tactu manus animadvertit cica-

cicatricem, quam habebat ex vulnere, [1] *in Parnaſſo quondam ſuis dente percuſſus. Quo argumento alumnum ſuum eſſe agnoſcit. Sed ab eodem, nequid ultra vel quærat vel garriat, coërcetur.*

1. *In Parnaſſo quondam*] Commodius ſcribitur, *in Parneſſo*, cum vocali ſecunda, hoc eſt, ἐν Παρνησῷ. ut ſit non mons Parnaſſos, ſed urbs Παρνησός. ad quam veniſſe illum aſſerit Homerus, ut Autolycum maternum avum videret. *Mar. Accurſius.*

1. *In Parnaſo*] Ἐν Παρνασῷ. Homero Παρνησὸς dictus fuit hic Phocidis mons; ſed vulgo Παρνασὸς, auctore Euſtathio, hoc eſt *Parnaſus* unico *ſ. Vinetus.*

Periocha xx Odyſſeæ.

Iamque procos genua amplectens orabat Vlixes.

EPulantibus procis [1] *Cteſippus in Vlixem crus bubulum jacit: ſed deſtinatione non potitur. Theoclymenus autem apud Ithacenſes* [2] *divinationis expertus, imminens procis vaticinatur exitium. Quorum multa cavillatione deriſus, menſa & domo, tamquam furioſus, excluditur.*

1. *Ereſippus*] Scribe: *Cteſippus*; hoc eſt, Κτήσιππος. Mariang. Accurſius.

2. *Divinationis ex parte*] Sic codicum noſtrorum vetuſtiſſimus, pro *divinationis experta.* idemque *Ereſippus* pro *Cteſippus*, hoc eſt Κτήσιππος. Vinetus.

2. *Apud Ithacenſes divinationis experta*] Atqui novus hoſpes erat. Sic enim apud Homerum Eurymachus:

Ἀφραίνει ξεῖνος νέον ἄλλοθεν εἰληλουθώς.

retinui igitur *divinationis expertus*, id eſt, artis ſuæ divinandi nunc primum apud Ithacenſes periculum faciens.

Periocha xxi Odyſſeæ.

Hic mentem dedit Icariæ Tritonia Pallas.

VLixes Eumæo & Philœtio, fidei eorum induſtriæque confiſus, quis ſit revelat. Et poſtquam facta cognitio eſt, cædem procorum [1] *tempore inſtrui placet. Quos Vlixes aſtu aggreditur, ut ipſum quoque intendendo arcum vires ſeniles explorare patiantur, quem uni quondam Vlixi facilem ſi quis intenderet, habiturus eſſet præmium jus Penelopes nuptiarum. Sed prohibentibus procis, ne id ridiculus & mendicus auderet, quod fruſtra juven-*

1. *Tempore inſtrui*] Editiones aliæ, *pro tempore inſtrui.* Sed *tempore*, vel *temperi*, ſi pro *mature* ponitur, probum eſt.

2. *Quo-*

juventus tam lecta tentaſſet, dat Telemachus Vlixi, ceteris abnuentibus, experiendi poteſtatem. Et hinc naſcitur admiratio prima virtutis, dedecore ſuo ceteris erubeſcentibus, [2] *quorum ignaviam ſenex, & mendicus arguerit.*

2. *Quorum ignaviam ſenex mendicus*] MS.Codex: *ſenex & mendicus.* Mariang.

Periocha XXII Odyſſeæ.

Squallentes humeris habitus rejecit Vlixes.

VLixes loco ulteriore capto intendit arcum, omnibuſque foribus occluſis, ne qua pateret effugium, pleroſque vino ſaucios, aut novitate rei ſtupidos, aut quidlibet aliud meditantes conficit. Quum primum omnium confixiſſet Antinoum, qui audacia, & petulantia ceteros ſuperaverat: Eumæus, & Telemachus, & Philœtius ſumtis & ipſi armis, egregia in conſternatos cæde graſſantur. Iamque omnibus interemtis, duobus tantummodo parcitur: Phemio citharœdo, qui miniſterii cauſa adhibitus, [1] *nihil omnino in Vlixis domo, quod contumelioſum eſſet, ediderat: & Medonti præconi, cujus modeſtiæ etiam Telemachus ſuffra-*

1. *Nihilominus in Vlyſſis domo quod contumel.*] Dictio *nihilominus*, intellectum frangit. Emendandum igitur fortaſſe fuerit, *nihil*, aut *nihil omnino*, aut etiam, *nihil minus in Vlyſſis domo, quam quod contumelioſum eſſet ediderat.* Sed tam hoc, quam quod ſequitur multomagis in medio relinquimus. An ſcil. ſcribi debeat: *Et Medonti Præconi*, pro *Medonti uni.* A ſuo enim utriuſque officio eos nominari nonnihil intercedebat, ut apud Homerum: *Φήμιον ἀοιδὸν καὶ κήρυκα Μέδοντα.* Qui etiam utrumque à Telemacho protectum, liberatumque Vlyſſis cæde, monſtravit. Sed mirum eſt, quonam modo *Medontem* hunc, probatum in Vlyſſis domo, atque à procacitate aliorum ſecretum Ovidius *dirum* appellaverit, interque petulantiſſimos retulerit, in Epiſtola Penelopes ad Vlyſſem:

Quid tibi Piſandrum, Polybum, Medontaque dirum
Eurymachique avidas, Antinoique manus,
Atque alios referam?

Nec Planudes aliter interpretatur, quam καὶ τὸν δεινὸν Μέδοντα. Importunum ergo viſum iri multis ſcio, in ea Epiſtola quicquam immutari, quæ nullius non verſata manu jam fuerit. Ideoque quod affirmari fere poſſe videbatur, tantum admonere libet, nominis ſimilitudine, *Amphimedonta* reponendum. Vt legatur:

Quid tibi Piſandrum, Polybum, Amphimedontaque dirum.

Quem & Homerus hac ipſa rhapſodia cum Piſandro, Polyboque junctim fere percurrit:

Εὐρυνόμος τε, καὶ Ἀμφιμέδων, Δημοπτόλεμός τε,
Πείσανδρός τε, Πολυκτορίδης, Πόλυβός τε δαΐφρων. Mariang. Accurſius.

ſuffragabatur, [2] *& qui cum Telemacho erant. Melanthium famulorum Vlixis unum, qui procorum proterviam ſemper armaverat, cruciabiliter occidunt. Puellas inde duodecim, quæ cum procis flagitioſe conſueverant, ſuſpendio perimunt. Vlixes cæde ad plenum perpetrata, ignem adolet: incenſoque ſulfure domum piaculo purgat.*

2. *Et qui cum Telemacho erant*] Vera hæc, ni cum ſequentibus jungantur, haudquaquam eſſe poſſunt ex Homero. ſed & omnem ſeriem interturbant. *Mariang. Accurſius.*

Periocha XXIII Odyſſeæ.

Chalcidicum greſſu nutrix ſuperabat anili.

E*Vryclia nutrix geſtæ rei nuntia, Penelopen de ſomno excitat.* [1] *Quæ advenientem ad ſe maritum non temere ipſum eſſe perſuadet. quadam cubiculi lege, & genialis lectuli poſitu ſibi tantum & Vlixi cognito, an ipſe ſit maritus, explorat.* [2] *In cœtum deinde conveniunt, totamque noctem mutuo ſermone conſumunt. Et hinc quidem elegans replicatio laborum, quos Vlixes pertulit, mira concinnatione colligitur.*

1. *Quæ advenientem*] Lege: *quoi.* Barthius.

2. *In coitum deinde conveniunt*] Turpior demonſtratio, quam vel Auſonii moribus conveniat, vel ab Homero dictum fuerit, qui rem mira verecundia velavit. Quare unius tantum literæ mutatione, ex MS. Codice emendandum crediderim, *incœtum.* Nam & in Polygitonem, eodem velamento ſcriptum eſt:

Verbaque laſcivos meretricum imitantia cœtus. Item:

Fœmineos cœtus & non ſua bella laceſſunt. Mariang. Accurſius.

Periocha XXIV Odyſſeæ.

Tartaream vocat in ſedem Cyllenius umbras.

P*Rocorum animas recenti & communi cæde congeſtas, catervatim Mercurius ad inferna compellit. Tunc circa Agamemnonem manes heroici congregantur.* [1] *Miratique lectorum juve-*

1. *Miratique lectorum juvenum gregem*, &c.] Incondita quidem hæc, & minus plana, ni ex MS. Codicib. in hunc modum reponantur: *Miratique lectorum juvenum cum grege denſitatem, uno agmine commeantem, cauſas interitionis accipiunt.* Mariang. Accurſius.

juvenum congregem denſitatem, uno agmine commeantum, cauſas interitionis accipiunt. Tum apud inferos quoque virtus Vlixis, & Penelopes pudicitia prædicantur, ab Agamemnone præ ceteris, [2] *cui diſpar fuerat in utroque fortuna. Vlixes ad Laërtem patrem in agrum profectus, &* [3] *inopinato reditu, & rerum geſtarum relatu, affecit ſenem:* [4] *afficitur ab eo cognitis quas exantlaſſet æru-*

1. *Iuvenum gregem denſitatemque uno agmine commeantem*] Sic vetuſtiſſima Pariſienſis editio. Mariangelus ex antiquioribus libris reponendum cenſuit: *juvenum cum grege denſitatem uno agmine commeantem*. ſed quid hic iſtud, *cum grege?* Ego, ſi certo ſcirem, in vetuſtis exemplaribus reperiri præpoſitionem, ex ea, & illo *gregem, congregem* facere non dubitarem: ſi ſic legerem, *Mirantique lectorum juvenum congregem denſitatem uno agmine commeantem*. Hoc enim compoſito vocabulo locis aliquot uſus eſt Auſonius. *Vinetus*. Lege, *commeantum*. Grævius.

1. *Miratique lect. juven. cum grege*] Recte Vinetus prætulit *congregem*. quo vocabulo Auſonius ſæpius uſus eſt. Sed & porro quod ſequitur, *uno agmine commeantem*, legendum eſt, *commeantium*; perfacili errore: qualis fere ille eſt, quem in Horapolline notavi lib. II, cap. LXXII: ἐὰν γάρ τις, inquit de Hyæna, τὸ δέρμα τούτου περιβάληται, καὶ παρέλθῃ διά τινων ἰχθρῶν, οὐ μὴ ἀδικηθήσεται ὑπό τινος, ἀλλὰ παρέρχεται ἀφόβως. Lege: καὶ παρέλθῃ δι' αὐτινων θηρίων. poſſet tamen retineri, διά τινων: ſed pro ἰχθρῶν, θηρίων legendum eſſe Plinius evicerit, qui lib. XXVIII, c. VIII de Hyænis hæc ait: *Præcipue Pantheris terrori eſſe traduntur, ut ne conentur quidem reſiſtere: & aliquid de corio earum habentem non appeti*. Hæc an ad Pantheras ſolas, an & ad reliquas omnes feras pertineant, haud liquido dixerim; certe ad feras, non ad homines pertinent.

2. *In utroque*] Fortuna (inquit) Agamemnoni diſpar fuit in utraque re, in virtute videlicet, qua vir ille rebus præclare geſtis inter Græcos præſtare non potuit, turpi morte potitus, & uxoris Clytæmneſtræ impudicitia. *Mariang.* Forte, *in utrumque*. Grævius.

2. *Cui diſpar fuerat in utraque fortuna*] Vlixi contigit uxor pudica, Penelope: Agamemnoni impudica, Clytæmneſtra. Vlixes domum reverſus, pœnas de procis ſuæ conjugis ſumſit: Agamemnon ab eodem bello Trojano domum reverſus, occiſus fuit ab uxore ſua, & ejus adultero Ægiſtho. Sic Agamemnoni fortuna fuit diſpar in utraque, tam in virtute, quam in pudicitia. *Vinetus.*

3. *Inopinato & reditu, & rerum geſtarum relatu*] Sic meorum exemplarium vetuſtiſſimum, quomodocunque alia. Idem mox habebat, *ærumnas*, alia *ærumnis*. Debet autem ſcribi per *t* non per *c* verbum *exantlo*: quod à Græco fit ἐξαντλῶ, *exhaurio* ſignificante. Cicero in Lucullo: *Credoque Clitomacho ita ſcribenti, Herculis quondam laborem exantlatum à Carneade*. Et ſecundo de Divinatione: *Tot nos Trojani belli exantlabimus annos*. Vinet.

4. *Afficitur ab eo cognitis*] *Cognitu*. Sic in Vet. MS. Poteſt etiam hoc ſchemate dictum videri, *Afficitur ab eo cognitu*, ſc. ærumnarum, *quas ærumnas exanclaſſet*. Apulejus: *Variorum populorum cognitu*. Symmachus: *Poſtquam de meo cognitu amara legiſti*. Porro in verbo *exanclare* ſunt qui innovare conentur *exantlare*. Non deſunt &, qui Auſonium inſimulent, quod Quintilianus id vitandum duxerit, ut nimis priſcum, & ab ultimis oblitera-

 tiſque

ærumnis. Subinde & patres procorum, neces juvenum properant ultum ire: conſilioque, [5] & vi communicatis, ante expectatum, agro ſuperveniunt. Sed eos jam comitatior Vlixis fundit, fugatque. Verum gliſcentibus odiis, & majore ſeditione aut tumultu ſpectato, ex ſententia Iovis in Ithacam Minerva deſcendit: & conciliata utrinque pace, ſtudia, & motus partium, rerum geſtarum [6] abolitione componit.

tiſque repetitum temporibus. Equidem Auſonium ita ab iſtorum vindico calumnia, ut M. Fabio nihil derogem. Itaque hoc tantum meminerimus, uſum eo verbo principem Latini ſermonis Marcum Tullium non ſemel, poſt eum bonos fere omnes. Tempeſtate quoque noſtra univerſos bonos, doctoſque intelligo. Stultis enim, qui & ipſi ſcripſerint, nuſquam eſſe locum convenit. Eſt certe apud Græcos ἀντλῶ *haurio*, quod verbum & Latini quoque ſuſceperunt veteres. Compoſitione poſtea cum ἐξ, quod per *t* literam debuerat, per *c* manſit *Examlare*. cognatione qua ſe elidunt, impelluntque hæ literæ, ut *pretium* & *precium*, *vitium* & *vicium*, cæteraque notiſſima. *Mariang. Accurſius.*

5. *Et vi communicationis*] Abſciſſa dictione, corrigendum arbitramur *communicatis*. ut intelligatur non avidius, quam cautius, nec audacius, quam pro viribus, ſed conſilio his adhibito. *Mariang. Accurſius.*

6. *Abſolutione*] Lege: *abolitione*, hoc eſt, *ἀμνηστίᾳ*, quæ eſt oblivionis lex. *Gravius.*

Paucu-

PAucula hæc, Benevole Lector, dum in aliis occupantur operæ, & in aliquod tempus editio differtur, è variis, quos legebam, ſcriptoribus collecta, non contemnenda eſſe duxi; verum potius ſub finem operis conjicienda. Si quid in iis boni, non me pœnitebit operæ: ſin mala omnia, ſuum certe locum obtinebunt, id eſt, negligentur.

OMISSA COMMISSA
AD
EPIGRAMMATA.

CArm. I, Num. 3: Quæ de *alis Victoria* commentatores attulerunt, pervulgata ſunt: poſſentque innumera teſtimonia cum ex antiquis ſcriptoribus, tum è numiſmatibus colligi. Deſcribit illam, ſeu depingit potius Prudentius lib. II adv. Symmachum in initio:

— Aurea quamvis
Marmoreo in templo rutilas Victoria pinnas
Explicet. & mox:
--- Non pexo crine virago:
Nec nudo ſuſpenſa pede, ſtrophioque revincta,
Nec tumidas fluitante ſinu veſtita papillas.

Num. 5: *Bellandi fandique potens*] Eleganter Silius de Pediano lib. XII:

Hunc pater Eridanus, Venetæque ex ordine gentes,
Atque Apono gaudens populus, ſeu bella cieret,
Seu Muſas placidus, doctaque ſilentia vita
Mallet, & Aonios plectro mulcere labores,
Non ullum dixere parem: nec notior alter
Gradivo juvenis, nec Phœbo notior alter.

Ovidius de Ponto IV, 8, ad Germanicum:

Nam modo bella geris, numeris modo verba coërces:
Quodque aliis opus eſt, hoc tibi ludus erit.

Sidonius Apollin. lib. VIII, Epiſt. VI: *Cajum Cæſarem dictatorem ſtudia certandi, dictandi, lectitandique ſibi mutuo vindicavere.*

Num. 8: Meminit eorundem noſter Eidyll. VIII:

Qua vaga Sauromata ſibi junxerat agmina Chunus.

Plura Freherus ad Moſellam, v. 9. Vide & de eorundem origine Iornandem de rebus Geticis cap. XXIV, deque eorum vultu ac facie, Sidon. Carm. II.

Carm. III, Num. 1: *Tibi Nile ſecundus*] Aliud agit Muretus cum lib. XIII Var. cap. XX, ex Arriani verbis Nilo præponi Danubium colligit. Arriani verba ſunt: Ἀπὸ δὲ τῆς μάχης τριταῖος ἀφικνεῖται Ἀλέξανδρος ἐπὶ τὸν ποταμὸν τὸν Ἴστρον, ποταμῶν τῶν κατὰ τὴν Εὐρώπην μέγιστον ὄντα, καὶ πλείστην γῆν ἐπεξερχόμενον. *Nilus* revera fluvius Libyæ eſt, cujus eſſe Ægyptum partem Geographi ſtatuunt. Priſcianus in Periegeſi de Nilo:

Hinc fluvii pinguis deſcendunt flumina Nili
Partibus à Libycis, qui currens Solis ad ortus

Siris

Siris ab Æthiopum populis cognomine
fertur.

Non igitur, quod Muretus voluit, Nilo majorem dixit eſſe *Danubium* Arrianus, ſed Europæorum fluviorum maximum. Nilus ſecundum plurimos extra Europam, & proprius eſt fluvius Africæ.

Carm. IV, Num. 2: Servius ad Virgil. IV. *Imperiis gravidam*: explicat, *quaſi parituram imperia, vel unde multi imperatores poſſunt creari.*

Carm. V, ℣ſ. 1: *Nunc te marmoreum*] Imitatus eſt quoque Virgilium Silius Ital. lib. VII:

At dum decreſcit matrum metus, hoc
tibi, diva,
Interea velamen erit, ſi pellere noſtris
Marmaricam terris nubem dabis, omnis
in auro
Preſſa tibi varia fulgebit gemma corona.

Carm. VIII, Num. 2: Quomodo & Sarisberienſis citat lib. V, c. XVII, de nugis curial. & Vgolettus edidit Venetiis A. 1501. *Agathoclem* ipſum quod attinet, refert Plutarchus in libello De non invidioſa ſui laudatione, regem illum cum poculis primum aureis tornatiſque, dein figulinis propinaſſet juvenibus, dixiſſe: τοιοῦτό ἐστι τὸ ἐνδελεχὲς καὶ φιλόπονον, καὶ ἀνδρεῖον. ἡμεῖς πάλαι ταῦτα, νῦν δ' ἐκεῖνα ποιοῦμεν.

Carm. XII, Num. 3: Livius lib. XXV: *Si in occaſionis momento, cujus prætervolat opportunitas, cunctatus paulum fueris, nequidquam mox amiſſam queraris*; ſive ut alii melius, *quæras.*

Eod. ℣ſ. 8: *Ne tenear fugiens*] Artemidorus lib. 1, cap. 22, cum calvitiem occipitis magnum in ſenecta infortunium deſignare dixiſſet, addit: αἱ γὰρ ψιλότητες οὐδενὶ διαφέρουσιν, ἢ ὅτι κατ' ἔλλειψιν γίνονται θερμοῦ, ἢ ὅτι μηδενὸς ἐπιλαβέσθαι παρέχουσιν. ita enim iſtic legendum, pro καὶ ὅτι παρέχουσιν.

Carm. XIII, Num. 2: *Vtere tene tuo*] Celeberrimi Grævii ſententiam pulchre confirmat Ovid. V Faſt. 353:

Et monet ætatis ſpecie, dum floreat, uti:
Contemni ſpinam, cum cecidere roſa.

hæ enim cum floribus reliquis veru ſunt germina.

Eod. ℣ſ. 3, 4: Auctor Priapejorum:

Da mihi, quod cupies fruſtra dare forſitan olim,
Cum leget obſeſſas invida barba genas.

ubi τὸ *invida* fruſtra à Lindenbrogio ſollicitatur, qui *ninguida* ſubſtituit. *Invida barba* dicitur, quæ quaſi invidet pueris, libidinoſum ſui fructum aliis præbere, patique geſtientibus. illa namque genas veſtiente delicati puſiones fiebant exoleti, tondebanturque.

Carm. XVII, Num. 3: Vide quæ Caſaub. ad Theophr. Eth. Char. c. 3. Tertullianus de Cultu fem. cap. VIII, *colorare canitiem* dixit. & B. Cyprianus ejus diſcipulus tractatu de Lapſis, *capillis mendacio colorare*; item & de Habitu virginum, *mutare adulterinis coloribus crinem*, uſurpavit. Factitaſſe id præter ceteros Demetrium Poliorceten Ælianus tradidit, l. IX Var. Hiſtor. Inventrix Medea fuit. Clemens Alexandr. Strom. lib. I: Μήδειά τε ἡ Αἰήτου, ἡ Κολχὶς, πρώτη βαφὰς τριχῶν ἐπινόησεν. Vide carpentem delicias haſce Clementem Alexandrinum lib. 2, c. 8, & 10. & lib. 3. c. 2. Pædagogi.

Carm. XIX, Num. 2: Martial. lib. IV Epigr.

Diligat illa ſenem quendam: ſed & ipſa marito,
Tum quoque cum fuerit, non videatur anus.

Eodem Epigr. neſcio quo pacto pro *ſcire avi meritum*, à typothetis *ſcire avi incertum* ſubjectum eſt. quod mendum ut benevolus Lector corrigat, rogamus.

Carm. XX, Num. 1, 2: *Theſide Hippolyto* &c.] Prudent. Carm. XI, περὶ ϛεφ. de Hippolyto Martyre:

Ille ſupinata reſidens cervice, Quis, inquit,
Dicitur? affirmant dicier Hippolytum.
Ergo ſit Hippolytus: quatiat turbetque jugales,

Inter-

Intereatque feris dilaceratus equis.

P. Rutilius in Itiner. I:

Nominibus certos credam decurrere mores:
Moribus an potius nomina certa dari?

Exemplum habes apud Auſonium noſtrum in Parental. c. XI, de Paſtore. D. Hieronymus ad Gerontiam: *Nunc de Gerontia ſermo eſt, quæ quodam vaticinio futurorum, ac Dei præſidentis auxilio, nomen accepit.* Efficacius aliquantum Victor Vticenſis: *Victoria auctrix ſui nominis*, lib. 3. de Perſecut. Vandalor. Multi ſunt in hiſce ad nomina alluſionibus veteres, quorum aliqua ad Epiſtolam Auſonii ad Probum exempla notavimus. adi & Victor, l. 36, c. 24. Var. Poſſis huc referre, quod apud Fulgentium Rabirius de Methenia:

Abſtemium vinolenta fugit Methenia nomen.

Erat autem præter hanc divinandi, ſeu potius boni augurii ominiſque captandi rationem, alia è nominibus; quum literarum cujuſque nominis numeri inibantur, ut ex illa numerorum collatione de cujuſque hominis fortuna conjiceretur. Terentianus de literis:

Et nomina tradunt ita literis peracta,
Hac ut numeris pluribus, illa ſint minutis,
Quandoque ſubibunt dubia pericula pugnæ.
Major numerus qua ſteterit, ſavere palmam:
Præſagia lethi minima patero ſumma.
Sic Patroclon olim Hectorea manu periſſe,
Sic Hectora tradunt cecidiſſe mox Achilli.

Π	80	Ε	5	Α	1
α	1	κ	20	χ	600
τ	300	τ	300	ι	10
ρ	100	ω	800	λ	30
ο	70	ρ	100	λ	30
κ	20			ε	5
λ	30			υ	400
ο	70			ς	200
ς	200				
	871		1225		1276

Carm. XXVI, Num. 4: *Et atriarum pegmata*] Heſychius: σταθμοὶ, τὰ ἑκατέρωθεν τῶν θυρῶν ξύλα; ἃ νῦν πήγματα καλοῦμεν. vide Vitruvium.

Carm. XXVII. Num. 3. *Alcides.*] Ita & Apulejus in Apologia Diogeni & Antiſtheni pera & baculo contentis *Herculem* addidit, qui *neque una pelle veſtitior fuit, neque uno baculo comitatior.* Tertullianus in Apologetico cap. XIV: *Sed & Diogenes neſcio quid in Herculem ludit.* ubi tamen pro Diogene *Diagoram* aliqui ſubſtituunt, de quo Theodoretus, Clemens Alexandrinus, &c. Clavam quoque pro baculo *Cynicis* D. Auguſtinus tribuit lib. XIV Civ. Dei, cap. XX.

Carm. XXXIV, ℣ſ. 9: *Iraſcor Proculo*] Voſſii liber papyraceus & editio Vgoletti habebant, *Agat iraſcor.* forte non ad Proculum, ſed ad Latinum Pacatum referendum erit hoc Epigramma: ut fuerit,

Pacato iraſcor. de cujus *facundia* nihil dicam. Lector ipſe ex panegyrico judicet. Noſter, quod *honorem* ejus attinet, Proconſulem Pacatum fuiſſe docet præfat. in Lud. VII Sapp.

Carm. XXXV, ℣ſ. 9: Rutilius Numatianus Itiner. I:

Sola manent interceptis veſtigia muris.
Ruderibus latis tecta ſepulta jacent.
Non indignemur mortalia corpora ſolvi:
Cernimus exemplis oppida poſſe mori.

Petronius Piſaurenſis: *Pyramidas*, &c.

Concutiat ſternetque dies: quoque altius exſtat
Quodque opus, hoc illud carpet edetque magis.

Plinius ad Trajanum: *Arcus enim & ſtatuas, aras etiam, templaque, demolitur & obſcurat oblivio, negligit carpitque poſteritas.* ubi fruſtra Lipſius, *demolitur ætas, obſcurat oblivio*, corrigit. Ætas enim hic per vocabulum *poſteritatis* deſignatur. Dein & *oblivio* monumenta illa *demoliri* recte dicitur, quæ per oblivionem poſterorum non reficientium aut inſtaurantium tempore conſumuntur. Sic quoque τὸ

carpit explicandum eſt. præterea, ſicut *demoliri* & *obſcurare* oblivioni adſcripſit, ita *carpere* & *negligere* poſteritati, quæ per oblivionem & negligentiam opera iſta non habet ſarta tecta.

Carm XXXIX, Num. I: Expreſſum eſt hoc Epigramma ex illo Martialis lib. I, 58:

Qualem Flacce velim, quæris, nolimve puellam?
Nolo nimis facilem, difficilemque nimis.
Illud, quod medium eſt, atque inter utrumque, probamus.
Nec volo quod cruciat, nec volo quod ſatiat.

Eod. Num. 3: *Femina, cui jungar*] Guarini:

Era un nò, che voleva: un atto miſto
Di rapina, e d'acquiſto:
Vn negar ſi corteſe, che bramava
Quel, che negando dava.

Carm. XLIV, ℣ſ. 3: *Hoc genere & chordas*] Horatius lib. 2, ſerm. 3:

Si quis emat citharas, emtas comportet in unum,
Nec ſtudio citharæ, nec Muſæ deditus ulli;
Si ſcalpra & formas non ſutor: nautica vela
Averſus mercaturis: delirus & amens
Vndique dicatur merito.

Carm. LV, Num. I: *Lais anus*] Sic & apud Gruter. in Inſcript. p. V. 6:

IOVI. IVNONI. MINER.
ANTONIA. M. LIB.
APHRODISIA. SCYPHOS. H.
VENEREVM. SPECVLVM.
DONVM. DEDIT.

Feminas *conſilium formæ à ſpeculo petere*, ut ait Tertullianus cap. XII de Vel. virgin. ſi quis velit adſtruere, actum agat. *rem feminarum* vocat Phædrus. vide quæ Satyricus in Othonem, & Clemens Alex. lib. III Pædag. cap. 2, pag. 200.

Carm. LXVII, Num. I: *Me minabat*] Præter ea, quæ Vinetus notavit, paucula hæc, dum aliud ago, veterum exempla occurrerunt. Ieremias in Threnis, A. III. *Me minavit & adduxit in tenebras.* Feſtus: *Inigere pecus, agere, id eſt, minare.* Idem in *Agere. Agere modo ſignificat ante ſe pellere, id eſt, minare.* Gregor. Magnus lib. I Dialog. *Qui jumenti perditi damna libenter ferens, patienter etiam flagellum, quod tenebat, diripientibus obtulit, dicens: tollite ut habeatis, qualiter hoc jumentum minare valeatis.* Victor lib. 2, Perſ. Vandal. *Omniſque illa beatorum turba expellentibus quibuſdam Æthiopibus minata eſt foras.* & mox: *à Mauris tamen crudeliter minabantur.* Paul. Diaconus lib. XVIII Hiſt. Miſcellæ: *Imperator vero à ſe confirmatum exercitum contra Choſroem minabat.* ubi male vulgo, *conformatum.*

Carm. LXIX, ℣ſ. 4: *Pavaque de pavo*] Simile prodigium apud Aurelium Victorem de Cæſſ. invenias, inter omina labentis in deterius Imperii connumeratum: *Nam cum Pontificum lege hoſtia mactarentur, ſuis utero maris feminarum genitalia apparuere.* Procuratum illud à Philippo Imperatore ſanctione, qua virilis ſcorti uſus removebatur. Verba Aurelii ſunt: *Quod fruſtratum iri exiſtimans Imperator Philippus, tum quia forte prateriens filii ſimilem promerito ephebum conſpexerat, uſum virilis ſcorti removendum honeſtiſſime conſultavit.* ἀντὶ τοῦ *promerito ephebum*, lego, *meritorium ephebum*, vel, *ſtupro merentem ephebum.* quomodo alii correxerint, reſpicere non licuit.

Ibidem Num. 4: Prudentius in hon. Quirini Martyris:

Iam plenus titulus tui eſt
Et vis prodita numinis,
Quam gentilis hebet ſtupor.

Ita hæc legenda ſunt, perperam ab aliis mutata.

Carm. LXX, Num. 2: Sarisbērienſem p. 444, D. Auguſtinum de Civ. Dei, lib. X, cap. 30. quæ & Origenis fuit opinio; Photius Epiſt. I. vide Huetii viri eruditiſſimi Origeniana, lib. II, quæſt. IX.

Num. 3: *Felles pullaria*] Feſtus: *Antiqui puerum, quem quisamabat, pullum ejus dicebant.*

Num.

Num.7, adde: Vide Plinium l.xi, c.28. & xxx, c.iii. Horapollinem l.i, c. 10. Euſtath. in Hexaëmeron.

Carm. lxxii, Num.4: *Auctorem ut feriant*] Prudent. in paſſ. Laurentii:

Hoſtile ſed ferrum retro
Torquens in auctorem tulit.

Carm.lxxiv, Num.2: hæc(*Lectica enim tam mortui quam vivi divites efferebantur*) poſt Gellii verba transpone.

Carm. lxxvi, ℣ſ. 1: *Latratus catulorum*] D. Auguſtinus lib.xiv Civ.D. cap. 23: *Quidam voces avium, pecorumque, & aliorum quorumlibet hominum ſic imitantur atque exprimunt, ut niſi videantur, diſcerni non poſſint.* Artifex in ea re fuit Helena: ſic ut *Echus* inde cognomen tulerit. vide Phot.pag. 480 Biblioth. & Phædrum de ſcurra.

Carm. lxxvii, Nûm.2: Non aliter edidit Vgolettus. itidem neglecta eſt eliſio ab Auſonio in Carmin. ad Syagrium: *Hic ego Auſonius.* inprimis id ab antiquis factitatum, ubi majos præcedit diſtinctio. cujuſce rei exempla paſſim occurrunt.

Carm. lxxix, Num. 1: *Hoc quod amare*] Guarini:

Amor — ---
Fammi giuſtizia. o creſci in lui la fede,
Se 'n me creſci il deſio.
O ſpegni co 'l ſuo fuoco il fuoco mio.

Carm.lxxxii, Num.1, adde: Gregorius Theologus ad Nectarium: Ἡ μείζων δὲ χάρις τὸ τυχεῖν τῆς δισογεσίας, ἣν ἀπαιτοῦμεν. Gnome Græca: ὡς μέγα τὸ μικρὸν ἐστιν ἐν καιρῷ δοθέν. Exemplum in Scipione apud Polyb. in Excerptis à Valeſio editis, p. 158.

Carm. lxxxix, Num. 4: *Scantiniam metuens*] Prudentius in Agone Romani:

Sed credo magni limen amplectar Iovis:
Qui ſi citetur legibus veſtris reus,
Laqueis minacis implicatus Iulia,
Luet ſeveram victus & Scantiniam.

plura de legibus hiſce ad hoc Auſonii Eprigramma Ant. Auguſtinus in lege Titia, & Nic. Loënſis l.9, c.9.

Carm. xci, Num. 3, ante: *Eadem in amore pio*, &c. Plato apud Valer.M. lib. iv, cap. 1 de Xenocrate: *Adjecit, non eſſe credibile, ut quem tantopere amaret, ab eo invicem non diligeretur.* Dante nel canto xxii del Purgatorio:

Acceſo di virtu ſempr' altro acceſe,
Pur che la fiamma ſua pareſſe fuore.

Carm. xcii. Num. 7, poſt (*Tilianus codex exhibet*) inſere:

Phædra & Eliſa tibi dent laqueum aut gladium.
Præcipitem pelago vel Leucados elige rupem.

Mox ſub finem ejus notæ, ſubjunge: Arnobius lib. iii de Venere: *Ergone dea cogente innectuntur cervicibus laquei, conſcenduntur ardentes rogi, & per vaſtas atque altiſſimas rupes jaciunt ſe paſſim voluntariis ſaltibus præcipitati?* quo loco vix alium aptiorem ad hos verſus illuſtrandos reperias. Variant capropter in Oenones morte commemoranda poëtæ: quorum quidam ferro incubuiſſe, alii laqueo gulam ſibi fregiſſe, nonnulli præcipitem ſeſe dediſſe de ſcopulo tradunt. teſtis Lycophronis Scholiaſtes p. 16. Et quia paratæ id genus mortes, ideo Arrius Antoninus Chriſtianis ad mortem ſeſe ultro offerentibus, paucis duci juſſis, dixit, ὦ δειλοί, εἰ θέλετε ἀποθνήσκειν, κρημνοὺς, ἢ βρόχους ἔχετε. Tertullianus ad Scapulam, c. v. Horatius in illa deſperantis Europæ venuſtiſſima querela, lib. iii, od. 27:

Quid mori ceſſas? potes hac ab orno
Pendulum zona bene te ſecuta
Lædere collum.
Sive te rupes & acuta letho
Saxa delectant, age te procellæ
Crede veloci.

Idem Epod. xvii:

Voles modo altis deſilire turribus,
Modo enſe pectus Norico recludere,
Fruſtraque vincla gutturi innectes tuo,
Faſtidioſa triſtis ægrimonia.

Reſpice & Ariſtophanis Ranas in Colloquio Bacchi & Herculis.

Carm.civ, ℣ſ.ult. *Te tamen & cultus*] D.Cyprianus de Habitu virg. *Virgo non eſſe tantum, ſed & intelligi debet, & credi: ut nemo, cum virginem videbit, dubitet an virgo ſit. Parem in ſe omni-*

omnibus præſtet, nec donum corporis cultus infamet. Quid comta procedit, quaſi maritum aut habeat, aut quærat? & paullo ante: *Continentia vero & pudicitia non in ſola carnis integritate conſiſtit, ſed etiam in cultus & ornatus honore pariter ac pudore.* Tertullianus de Cultu femin. cap. XII: *Cur non mores meos habitus pronuntiat, ne ſpiritus per aures ab impudentia violetur? liceat videri pudicam; certe impudicam non licet.* Idem ibid. cap. XIII: *Pudicitia Chriſtiana ſatis non eſt eſſe, verum & videri. Tanta enim debet eſſe plenitudo ejus, ut emanet ab animo in habitum, & eructet à conſcientia in ſuperficiem; ut & foris inſpiciat quaſi ſupellectilem ſuam, & conveniat ſidei continenda in perpetuum.* Auctor libelli de Pudicitia, inter opera D. Cypriani: *Non eſt pudica, quæ affectat animum alterius movere, etiam ſalva corporis caſtitate. Longe abſint, quibus pulcritudo non ornatur, ſed proſtituitur.* Ovidius IV Faſtor. de Claudia:

Caſta quidem, ſed non & credita. rumor iniquus
Læſerat: & falſi criminis acta rea eſt.
Cultus, & ornatis varie prodiſſe capillis,
Obfuit ad rigidos, promtaque lingua, ſenes.

Carm. CV, Num. I, poſt *anima dim. mea.* D. Auguſtinus lib. IV Confeſſ. *Bene quidam dixit de Amico ſuo, Dimidium animæ meæ: Nam ego ſenſi animam meam, & animam illius unam fuiſſe animam in duobus corporibus: & ideo mihi horror erat vita, quod nolebam dimidius vivere: & ideo forte mori metuebam, ne totus ille moreretur, quem multum amaveram.* Idem in lib. Retract. *In quarto libro* (Confeſſionum) *cum de amici morte animi mei miſeriam confiterer*, dixi, *quod anima noſtra una quodam modo facta fuerit ex duabus*, &c. *Quæ mihi magis declamatio levis, quam gravis confeſſio videtur: quamvis utcumque temperata ſit hæc ineptia, in eo, quod additum eſt* forte. Mox poſt Plautinum verſum adde: Plutarchus in Erotico: ὁ μὲν γὰρ Ῥωμαῖος Κάτων ἔλεγε τὴν ψυχὴν τοῦ ἐρῶντος ἐνδιαιτᾶσθαι τῇ τοῦ ἐρωμένου. Rutilius Itinerar. I, de Albino:

Invitum triſtis tandem remeare coëgi.
Corpore diviſo mens tamen una fuit.

Idem:

Exornent virides communia gaudia rami,
Provecta eſt animæ portio magna meæ.

Sidonius Carm. XXI:

Namque animæ noſtræ portio major eras.

Vetus Epigramma:

Ablatus mihi Criſpus eſt, amici:
Pro quo ſi precium dari liceret,
Noſtros dividerem libenter annos.
Nunc pars optima me mei reliquit.
Conſumtus male debiliſque vivam,
Pluſquam dimidium mei receſſit.

Carm. CVI, Num. 2: Ovid. lib. II Triſt.

Utque ſedet vultu faſſus Telamonius iram,
Inque oculis facinus Barbara mater habet.
Sic madidos digitis ſiccat Venus uda capillos,
Et modo maternis tecta videtur aquis.

Carm. CXII, ℣ſ. I: *Nemo bonus Brito eſt*] Sive Silvio huic privatim, ſeu publice infenſus fuerit Auſonius, juſtam tamen cauſſam non habuit, ut omnes omnino Britannos malos eſſe pronuntiaret. Magnas, fateor, irarum cauſas *Rutupinus* ille *latro*, Maximus Tyrannus, præbuit, qui e Britannia in Galliam trajiciens, Gratianum Auſonii diſcipulum, per Andragathium Comitem, dolo circumventum interemit. Hinc iniquior Auſonius in omnes, etiam innoxios. Hunc & alios innuit tyrannos D. Hieronymus, quum libro adv. Pelagianos Britanniam *fertilem tyrannorum provinciam* appellat.

Carm. CXVI, Num. I: *Quod eſt beatum*] Tertullianus de Teſtim. Animæ, c. 2. ad hanc Epicureorum opinionem reſpiciens: *Sic Deum*, inquit, *honorantes, dum curis obſervationis & moleſtiis animadverſionis abſolvunt, cui ne iram quidem adſcribunt. Nam ſi Deus inquiunt iraſci-*

iraſcitur, corruptibilis & paſſionalis eſt. Porro quod patitur, quod corrumpitur, etiam interitum poteſt capere, quem Deus non capit. Horatius, Epicuri de grege porcus, lib. I, Satyra V, de Gratiæ familiari miraculo loquens:

--- Namque Deos didici ſecurum agere ævum:
Nec ſi quid miri faciat natura, Deos id
Triſteis ex alto cœli demittere tecto.

Carm. CXVIII, Num. 7: *D.* Auguſtinus lib. I Confeſſ. *Quod ſi proponam Grammaticis, interrogans, utrum verum ſit, quod Æneam aliquando Carthaginem veniſſe Poeta dicit? indoctiores neſcire ſe reſpondebunt: doctiores autem etiam negabunt verum eſſe.* Priſcianus in Periegeſi:

Quæ regnans felix Dido per ſecula vivit,
Atque pudicitiam non perdit carmine ficto.

Plura hac de re Macrobius lib. V Saturnal.

Carm. CXXII, Num. I: *In Fauſtulum*] Recte judicavit Scaliger, quum jocum hunc plane inſulſum & frigidum cenſuit. Talis ille alterius Græculi, qui de lapide, quem Cyclops ad obruendam Vlyſſis navem projiciebat, dixit: Φερομένου δὲ λίθου αἶγες ἐνέμοντο ἐν αὐτῷ. Namque, ut ait Demetrius Phalereus, ἐκ τοῦ ὑπερβεβλημένου τῆς διανοίας καὶ ἀδυνάτου ἡ ψυχρότης.

Carm. CXXXVIII, Num. 3: *Iam ſolæciſmus eris*] Morem illum ſcribendi *i* pro *æ*, notavit etiam L. Holſtenius in notis ad Paſſionem SS. Perpetuæ & Felicitatis, pag. 96. ubi *Catechumini* ſcribitur, ut apud Optatum Milev. *Philuminus:* quod & apud Nonium in *Factio*. Sed locus eſt corruptus, atque ita emendandus: Cæcilius Filumina: *Ita eorum famam occultabit factio.*

Carm. CXL, Num. I: P. Syrus: *Omne dixeris maledictum, quum ingratum dixeris.*

Carm. CXLI, Num. I: *Diſcere ſi cupis*] Legebam ante hanc viri mihi amiciſſimi emendationem:

Diſcere ſi cupias, doctus quam multa, licebit. Ita & Vgolettum edidiſſe poſtea vidi. ideſt, Vtut multa didiceris, licebit tamen alia quam plurima, quæ ſuperſunt, addiſcere, ſi diſcendi cupidus fueris. quam multa enim ſunt quæ neſcimus?

Carm. CXLIII, ℣ſ. I: *Fortuna numquam*] Infinita ſunt veterum in Fortunæ inconſtantiam dicta & ſententiæ: præ ceteris autem huc apprime facit illud Horatii, lib. III, od. 29:

Fortuna ſævo læta negotio, &
Ludum inſolentem ludere pertinax,
Tranſmutat incertos honores,
Nunc mihi, nunc aliis benigna.

Carm. CXLV, Num. I: *Vt natus mortalis*] Cicero l. III Tuſc. q. 17: *Qua tamen ita dicet dupliciter te eſſe injuſtum, cum & alienum appetas, qui mortalis natus conditionem poſtules immortalium.* Eadem fere loquendi figura dixit Virgilius lib. I Æneid.

Quiſquis es, haud credo inviſus cœleſtibus auras
Vitales carpis.

id eſt, inviſus es. & Phædrus lib. I: *Ego primam tollo, nominor quia leo;* id eſt, quia leo ſum. Idem lib. III. *Vir natus quod rem feminarum attigerit.* ad quem plura Rigaltius. Apollonius Dyſcolus in libello de Pronom. MS. in quo Corinnæ verba: Μέμφομαι ἰώνγα τὴν λιγυρὰν Μυρτίδα, ὅτι βανὰ φῦσ' ἔβα Πινδάροιο ποτ' ἔριν. Sophocles Electra: Πέφυκεν ἐσθλὸς εἰς ἀρκεῖν φίλοις. ubi Scholiaſtes: πέφυκεν, ἀντὶ ὑπάρχει. Idem ibidem: Γυνὴ μὲν οὐδ' ἀνὴρ ἔφυς.

Fastorum Carm. I, ℣ſ. 5: *Vigilatas accipe noctes*] Lucretius lib. I:

Sed tua me virtus tamen, & ſperata voluptas
Suavis amicitiæ, quemvis perferre laborem
Suadet, & inducit noctes vigilare ſerenas,
Quærentem dictis quibus, & quo carmine demum
Clara tuæ poſſim præpandere lumina menti,
Res quibus occultas penitus convisere poſſis.

AD

AD EPHEMERIDA.

TOtius diei negot. Num.5: Tertullianus de Cultu fem. c. 1: *Satis igitur uſa eſtis divitiis atque deliciis: ſatis dotum veſtrarum fructum cecidiſtis.*

Ibidem Num.9: Vti & Ariſtot. de Arte Poëtica: *διὸ*, inquit, *καὶ ἰαμβεῖον καλεῖται νῦν, ὅτι ἐν τῷ μέτρῳ τούτῳ ἰάμβιζον ἀλλήλους.* Sed verior eſt Heſychii ſententia, qui *ἀπὸ τῆς Ἰάμβης*, femina quadam, *ἰαμβίζειν* derivatum refert; de qua & Proclus.

Parecbaſi, Num.ult. Pro *τίς ἰς;* lege, *τίς εἰς;* ubi litera *ἰῶτα* præter mentem excidit.

Oratione, Num. 2, adde: Prudentius in Agone Romani:

Deus perennis, res inæſtimabilis,
Non cogitando, non videndo clauditur:
Excedit omnem mentis humanæ modum,
Nec comprehendi viſibus valet noſtris.

Videatur & initium Apotheoſis, quæque Apulejus in Apologia, & in notis Pricæus pag. 153.

Ibidem ℣ſ. 9: *Ipſe Dei verbum*] Prudentius in Agone Romani:

Verbo creavit omniformem machinam
Virtus Paterna ſemper in verbo fuit.

Tertullianus in Apologetico, c. XXI: *Apud veſtros quoque ſapientes ΛΟ'ΓΟΝ, id eſt, ſermonem atque rationem conſtat artificem videri univerſitatis.* Iuſtinus Martyr. adhort. ad Græcos, pag. 12. Lactantius IV, 9.

Ibidem Num.8: *Stirpis adoptivæ*] Prudentius in Apotheoſi ℣ſ. 338, adv. Iudæos:

Heu frondoſa prius ramis felicibus arbor!
Pinguibus heu quondam radix oleagina baccis!
Ecce tibi inſerto revireſcit nunc oleaſtro
Truncus, & externi veſtitur cortice libri, &c.

Ibidem ℣ſ. 20: *Cernere quem licuit*] Prudent. in Agone Romani:

Hic ſe videndum præſtitit mortalibus.
Mortale corpus ſumſit immortalitas,
Vt dum caducum portat æternus Deus,
Tranſire noſtrum poſſit ad cœleſtia.

& paulo poſt:

Hinc nos & ipſum non perire credimus
Corpus, ſepulcro quod vorandum traditur.
Quia Chriſtus in ſe mortuum corpus cruci
Secum excitatum vexit ad ſolium Patris,
Viamque cunctis ad reſurgendum dedit.

Ibidem Num 17: *Si lapides non juro Deos*] Particula *ſi* veteres in obteſtatione utebantur. Prudent. in Paſſ. S. Vincent.

Si rite ſollemnem diem
Veneramur ore ac pectore:
Si ſub tuorum gaudio
Veſtigiorum ſternimur.

Horatius lib. III, od. 18:

Si tener pleno cadit hædus anno,
Largo nec deſunt Veneris ſodali
Vina cratere.

Idem Satyr. VI, l. II:

Si neque majorem feci ratione mala rem,
Nec ſum facturus vitio culpave minorem.

& in carmin. ſæculari:

Supplices audi pueros Apollo,
Roma ſi veſtrum eſt opus.

Sæpiſſime apud Terentium reperias: ut & apud Ovidium lib. III Faſtor. verſ. 310. & in Paſſione S. Perpetuæ. pag. undecima.

Ibidem Num.19: *Miſſumque duobus*] Τὸ *miſſumque*, quamvis mihi non probetur, defendi tamen iſtis verſibus poteſt, quos Serapis Thuli regi Ægyptiorum oraculum conſulenti reddidiſſe fingitur:

Πρῶτα θεὸς, μετέπειτα λόγος, καὶ πνεῦμα σὺν αὐτοῖς·
Σύμφυτα δὲ τρία, πάντα καὶ εἰς ἓν ἰόντα.

Celeberrimi Grævii conjecturam ſtabilit Prudent. hymno VI Cathemer.

O Trinitatis hujus

Vis

Vis una, lumen unum,
Deus ex Deo perennis,
Deus ex utroque miſſus.

Ἐκπορεύεται Græcis dicitur Spiritus Sanct. ex Patre & filio: qui tamen inter ſe, & à Romana Eccleſia diſſentientes, graviſſimis turbis & noxio ſchiſmati cauſam præbuere, Spiritum S. ex Patre *per filium*, non *ex filio* procedere docentes. vide de his Poſſinum in notis ad Pachymerem, & Montacutium in Photii Epiſt. 2.

Ibidem ℣ſ. 67: *Et ſemper Genitor*] Pithœus hunc verſum citans, legit: *Et pater & conjunx, ſine vulnere nom. hujus.* utrum ex antiquo aliquo libro, an memoria lapſus, haud facile dixerim.

Ibidem verſ. 73: *Nec timeat mortem*] Infra in Sapientibus Periand.

Mortem optare malum, timere pejus.

Martialis lib. x, ep. 47:

Summum nec metuas diem, nec optes.

Ibid. Num. 31: Gregor. Nazianzenus:

Σὲ καὶ νῦν εὐλογοῦμεν
Χριστέ μου, λόγε θεοῦ,
Φῶς ἐκ φωτὸς ἀνάρχου.

Prudentius in Agone Romani, de Deo Patre:

Lux ipſe vera, veri & auctor luminis,
Cum lumen eſſet, lumen effudit ſuum.
Ex luce fulgor natus eſt hic Filius.
Vis una Patris, vis & una eſt Filii,
Vnuſque ab uno lumine ſplendor ſatus
Pleno refulget claritatis lumine.

& in Apotheoſi:

Totus & ex toto Deus eſt, de lumine lumen.

Tertullianus in Apologetico, c. xxi: *Ita de ſpiritu ſpiritus, & de Deo Deus, ut lumen de lumine accenſum.* Iuſtinianus tit. 1. Cod. *Deum de Deo, lumen de lumine.* & deinceps: *Ex Deo vero Deum verum.* atque ita Concilium Nicænum, Photius Epiſt. 1. Victor. pag. 26. Perſecut. Vandal.

Ibid. Num. 32, 33: Nec non Prudentius in Paſſione Vincentii:

Pſallentis audit inſuper
Pradulce carmen martyris:
Cui vocis inſtar æmula
Conclave reddit concavum.

Hiſtoria converſionis S. Afræ: *& dum orationem finiſſet, juſſit nos ſibi reſpondere, & dicere* AMEN. vide quæ Iuſtin. Martyr Apologetico ſecundo. B. Chryſoſtomus Homil. xxxv. Paſſio S. Perpetuæ & Felic. p. 10. Ritus autem iſte τοῦ *Amen* reſpondendi è Veteri lege deductus ac derivatus eſt, ut è Deuteronomii cap. 27, verſ. 26, patet. Alius eſt ille *Antiphonarum*, quamquam perſimilis, cum extrema canticorum, vel ipſa cantica diviſa per amœbæas reſponſiones occinuntur. Qui ritus in Orientali Eccleſia quando vel ortus, vel celebratus ſit, Euſebius in Hiſtor. Eccleſ. & ex eo Nicephorus Calliſtus lib. 2. cap. 16. & lib. 13, cap. 9. te docebunt. In Occidentali Eccleſia primus Mediolani D. Ambroſius inſtituit, cum à Iuſtina oppugnatus per aliquot dies cum populo in Eccleſia detineretur: D. Auguſtinus lib. ix Confeſſion. Pſalmos autem alternis cantari primus Flavianus Antiochiæ Epiſcopus juſſit, teſte Cedreno pag. 249. Edit. Xylandri. Meminit item Antiphonæ in S. Euchariſtia à plebe celebratæ B. Cyprianus in tractatu de precat. Dominica.

Locus ordin. coqui, Num. 2: *Ad quintam*, &c.] Sidonius Apollinaris lib. 2, epiſt. 9: *Ecce & ab Archimagiro adventans, qui tempus inſtare curandi corpora moneret: quem quidem nuncium, per ſpatia clepſydræ horarum incrementa ſervantem, probabat competenter ingreſſum quinta digrediens.*

De Somniis (pag. 105.), Num. 2: Poſt *Herodotum lib. 7, cap. 16.* adde Baſilium M. homilia in Iulittam martyra, Prudentium Cathemer. hymno vi. Theocritum Eidyll. xxii.

Ibidem ℣ſ. 8: *Per mare naufragum*] D. Hieronymus Apol. 1 adv. Ruffinum: *Quoties vidi me eſſe mortuum & in ſepulcro poſitum, quoties volare ſuper terras, & montes ac maria natatu aëris transfretare? Cogat ergo me non vivere, vel pennas habere per latera, quia vagis imaginibus mens ſæpe deluſa eſt.*

eſt. Plura de ſomniis, (nam in iis totus eſt) eruditiſſimus nugator Artemidorus in Onirocriticis.

Ibid. verſ. 10: *Infandas etiam veneres*] Aliqua de his legere eſt apud Pſeudo-Iuſtinum Martyrem, quæſt. XXI ad Orthodoxos, & D. Auguſtinum lib. X, Confeſſionum.

Ibid. verſ. 24: *Et geminas numero portas*] Sophocli διστοὶ ὄνειροι dicuntur in Electra, quod ambiguam habeant interpretationem. Et ita quoque geminæ ſomni portæ poſſent explicari: nam non tam falſa ſunt, quam videntur, ut vult Artemidorus; verum non recte explicantur; imo quædam nec ſomnia ſunt. Lucianus autem & auream ſomniorum portam in Gallo confinxit.

AD PARENTALIA.

CArm. III, Num. 8: *Hinc tenus Europam*] Quemadmodum Aſia & Africa ſingulæ ſuam minorem Aſiam & Africam habent, ita & Europa ſuam *Europam*, in qua Conſtantini Vrbs Vide quæ de hoc loco Abr. Ortelius in Theſauro ſuo Geogr. Nec in majoribus id tantum mundi partibus uſitatum, ſed & in regionibus compluribus, ut in Italia, Græcia, &c. qua de re notas Gothofredi conſule, ad Auctorem Exegeſios pag. 39.

Ibidem Num. 10: Eadem ferme, quæ hic Scaliger de fatis advocandis attulit, apud Caſaubonum reperias in comment. in Perſii Sat. 2, p. 198.

Carm. IV. ℣ſ. 19: *Formula vitæ*] Sidonius lib. V, ep. XI: *In quo docendo inſtituendoque plurimum lator, maximam me formulam vitæ de moribus tuis mutuaturum.*

Ibid. Num. 11: Themiſtius quoque Conſtantinopolin ὅλης τῆς γῆς δεύτερον ὀφθαλμὸν, orat. de fraterno Amore; & Ariſtides in oratione Monodica de Smyrna, illam τῆς Ἀσίας ὀφθαλμὸν, vocarunt. Vellejus lib. 2, de Pompejo: *Effoſſumque alterum imperii R. lumen.* Artemidorus lib. 1, cap. 28: Τὸ δὲ ἀμβλυώττειν τῷ παῖδας ἔχοντι, σημαίνει τοὺς παῖδας νοσῆσαι. ἐοίκασι γὰρ οἱ ὀφθαλμοὶ παισὶν, ὅτι καὶ ποθεινοὶ, καὶ τοῦ σώματος ὁδηγοί εἰσι καὶ ἡγεμόνες, ὥσπερ οἱ παῖδες ἐν γήρᾳ γενομένων τῶν γονέων. & paulo poſt: ἔτι καὶ τοῦτο χρὴ σκοπεῖν, ὅτι ὁ μὲν δεξιὸς ὀφθαλμὸς σημαίνει τὸν υἱὸν, καὶ ἀδελφὸν, καὶ πατέρα· ὁ δὲ ἀριστερὸς θυγατέρα, καὶ ἀδελφὴν, καὶ μητέρα. δύο δὲ υἱῶν ὄντων, ἢ θυγατέρων δύο, ἢ δύο ἀδελφῶν, ὁ μὲν δεξιὸς τὸν πρεσβύτερον υἱὸν ἢ ἀδελφὸν, &c. σημαίνει.

Carm. VIII, Num. 1: *Segregus arbitrio*] Τὸ *Segregus* defendi poteſt illo Martiani lib. IX: *Hæ igitur modo diſpares numero, nec diſſgrega venuſtate eruditionis.*

Carm. XI, Num. 1: Aliqua etiam Caſaubonus ad Perſium p. 202.

Ibid. ℣ſ. 11: *Non fuit artificis*] Python Ænius apud Plutarchum De non invidioſa ſui laudatione, ad invidiam declinandam, quam ſe incurrere ex ingeſtis laudibus ob interfectionem Cotyos animadvertebat, Ταῦτα, inquit, Ἄνδρες Ἀθηναῖοι, θεῶν τις ἔπραξεν, ἡμεῖς δὲ χεῖρας ἐχρησάμεν. Quin & ſcelus voluntarium apud Sophoclem in Electra conſolandi gratia ad Deos refertur. Sic enim ad Electram Chorus de cæde Agamemnonis:

Δόλος ἦν ὁ φράσας, ἔρος ὁ κτείνας,
Δεινὰν δεινῶς προφυτεύσαντες
Μορφὰν, εἴτ' οὖν θεὸς, εἴτε βροτῶν
Ἦν ὁ ταῦτα πράσσων.

Carm. XII, Num. 5: *Sed ſeria vitam*] Rutilius Itinerar. 1:

Vita flore puer, ſed gravitate ſenex.

Hilarius Arelatenſis in vita S. Honorati: *Et vere erat in illis ſenectus, non annis cana, ſed gratiis; non carioſis artubus, ſed moribus vetuſta.*

Carm. XIV, Num. 6: *Indole maturus*]

turus] Vide quæ ad Epitaph. Carm. XXXII notavimus.

Carm. XIX. ℣ſ. 8: *Quod gereret totam*] *Gerere domum*, pro adminiſtrare rem familiarem, non memini me legiſſe. nec damno tamen. puto nihilominus olim ſcriptum fuiſſe:

Quod regeret totam femina ſola domum;

tranſpoſitis tantum literis.

Garm. XXIV, Num. 7: *Eſſe clienta tibi*] Feſtus: *Clientam* pro *cliente* Plautus dixit.

AD PROFESSORES.

CArm. I, Num. 4: *Multa eſt prætexta*] Dupliciter hoc explicare poſſis. nam & ita capias, ut dicat multum eſſe prætextatorum numerum, quos docuerit Minervius, unde laudari potius debeat: vel potius, complures ſe geſſiſſe magiſtratus, qui toga prætexta inſignes erant. hoc eſt, quod ait:

Teque canam de te, non ab honore meo.

quod & ipſum ambigue dictum eſt. *Prætextatos* autem Grammaticorum Rhetorumque Scholas frequentaviſſe adeo obvium eſt, ut Suetonius in Q. Cæcilio Grammatico notet, ipſum Scholam aperuiſſe, *ſed ita, ut paucis, & tantum adoleſcentibus præciperet, prætextato nemini: niſi ſi cujus parenti hoc officium negare non poſſet.*

Eodem Num. 8, ante, *adeantur porro comment.* Suetonius de claris Rhetor. *Veteres controverſia aut ex Hiſtoriis trahebantur, ſicut ſane nonnullæ uſque adhuc: aut ex veritate ac re, ſiqua forte recens accidiſſet.* & mox: *Olim autem eas appellationes Græci συντάξεις vocabant; mox Controverſias quidam, ſed aut fictas aut judiciales.*

Eodem Num. 15: Hæc Scaliger à Xylandro mutuatus eſt, qui in notis ad Cedrenum vocem ταῦλα explicat. Sic & de μιλιταρίῳ eadem idem Xylander monuerat. Nec hanc fraudem Scaligeri, ſed memoriæ lapſum puto, non recordantis alibi ſe legiſſe. Sic & Fruterius aliquoties Auſonium in Veriſimilibus ſuis emendavit: quas tamen emendationes ſibi Scaliger vendicat.

Carm. IV, Num. 12: Græciſmus notus. Sic Perſius in Prologo:

Negatas artifex ſequi voces.

& Satyr. I:

Callidus excuſſo populum ſuſpendere naſo.

qui præter ceteros in hiſce multus. *Præditus porrigere*, &c. quod Græci οἷός τε ἂν τ̄ τ̄ ἀνθρώπων βίον τῇ ἰδέλχῇ περιεκτείνειν. Latini quoque eo ſenſu *paratus* dixere; ut apud Iuvenalem, *Laudare paratus.* & apud Horatium:

Sollers ponere nunc hominem, nunc Deum.

Ibidem Num. 14: Ita & Carm. I Profeſſor.

Nullo felle tibi mens livida, tum ſale multo
Lingua dicax, blandis & ſine lite jocis.

Carm. VI, Num. 6: Imo hæc certiſſima conjectura eſt. Sic & Prudentius primam in *ænigmate* corripuit, in Apotheoſi:

Legis in effigie ſcriptum per ænigmata Chriſtum.

quem poëtam qui legerit, aut adverterit diphthongos ſeu Græcorum vocales longas, quæ duarum brevium inſtar ſunt, omiſſa altera vocali corripientem, minus id in noſtro mirabitur. Fuit hæc illius ævi licentia, quam in Auſonio pluribus locis indicamus. *Eres* autem pro *Hæres* ſæpiſſime in marmoribus occurrit: quod & notis in illa veteri inſcriptione deſignari exiſtimem, quæ ab Vrſato inter Patavina monumenta recen-

recenſetur pag. 249, nec ab illo explicari potuit:

L. M.
E. Sex. L. H.
In. F. P. xiix.
In. A. P. xxxii.

Id eſt, *Locus Monumenti. Eredes ſequetur locus hic, in fronte pedes* xiix, *in Agrum pedes* xxxii. nam pro Sex, abſque dubio Seq. ſcribendum eſt.

Carm. viii, Num. 3: *Vos levis caſpes*] Quamquam hæc notiſſima ſunt, elegantem tamen Tertulliani locum quin adſcribam, continere me non poſſum. Ille igitur de Anima cap. iv: *Quid quod*, inquit, *ut ſentienti maledicis, cujus memoriam cum alicujus offenſæ morſu facis? Terram gravem imprecaris, & cineri penes inferos tormentum. Æque ex bona parte, cui gratiam debes, oſſibus & cineribus ejus refrigerium comprecaris, & ut bene requieſcat apud inferos cupis.*

Carm. ix, ℣ſ. 2: *Nomen Grammatici*] *Quos Græci* Grammaticos, *Latini* Literatos *vocabant. Eorum erat explicare Poëtas, in eoſque commentari. Docuerunt etiam veteres Grammatici Rhetoricam: ſecundum quam conſuetudinem poſteriores quoque, quamquam jam diſcretis profeſſionibus, nihilominus quadam genera inſtitutionum ad eloquentiam præparandam retinebant, ut problemata, periphraſes, elocutiones, ethologias, atque alia id genus: ne ſcilicet ſicci omnino atque aridi pueri Rhetoribus traderentur*, Suetonius in libello de Illuſtr. Gramm. Sextus Aurelius Victor in Epitome, de Pertinace Imp. *Fuit doctor literarum, quæ à Grammaticis traduntur.*

Carm. x, Num. 14: *Pictonica*] Sic in MSS. libris Canonum Eccleſ. Africanæ legas: *Et non ſolum ad ipſum ſanctum fratrem noſtrum Conſtantinopolitanum Epiſcopum, ſed etiam Alexandrina & Antiochena venerabiles ſacerdotes.* pro quo in Edit. Iuſtelli *Alexandrinum & Antiochenum* legitur, ut ego arbitror, non recte.

Carm. xi, Num. 4: Quod ait, *quietis manibus*, è veteri formula eſt, quietem ſecuritatemq; compoſitis cineribus comprecantium. Sic in Inſcriptione veteri, quæ inter Comaram & Iavarinum in Hungaria inter antiqua rudera reperta eſt, *Æternæ quieti & perpetuæ ſecuritati* reperias. Sed adſcribam totam; imo potius Epiſtolam integram inſeram, quæ ab adoleſcente tunc temporis annorum circiter viginti ſcripta, nec ingrata, ut ſpero, lectori, nec inutilis erit. Defungar ſimul officio, munificentiam erga me Illuſtriſſimi ac fortiſſimi Herois Nicolai Serinii, grate commemorans. Obiit hoc Croatiæ Hungariæque lucidum ſidus ante annos pauculos: cujus virtutes & animi decora, prudentiam, fortitudinem, clementiam, liberalitatem, eruditionem ſi tenuiter tantum delibare voluero, complures paginas implevero. Linguarum quidem complurium ita callens fuit, ut qui illum ignorantes loquentem audirent, ſive ille ſenſus ſuos Hungarica, Croatica, Slavonica, lingua exprimeret (quæ dialecto potiſſimum variant) ſive Germanica, Latina, Italica, Turcica proloqueretur, quænam ipſi vernacula foret, ambigerent. De rebus præclare geſtis nihil dicam. Tam enim earum, quas ab ineunte adoleſcentia ad vitæ uſque terminum patravit, quam nuperi cum Turcis in Hungaria belli ſuo cum maxime ductu profligati memoriam nulla temporum delebit injuria. Vos autem Serinii Manes Avete: & ſi ſentire datur poſt fata quietis, hanc Illuſtriſſ. Veſtri nominis pertenuem commemorationem, ab animo grato, Veſtræque gloriæ deditiſſimo profectam volentes accipite, ac æternum Valete.

Splen-

Splendidiſſimo ac Ornatiſſimo Iuveni

NICOLAO WITSEN,

Amico ſingulari,

IACOBVS TOLLIVS

χαίρειν καὶ εὐπράττειν.

PRomiſeram in prioribus, ſatisfacturum me petitioni tuæ & amicorum, qui accuratam itineris Græcenſis enarrationem deſiderabant. Maluiſſem ſuperſedere hoc labore, ne, cum domum reverſus fuero, fabularum materies circumciſa ſit. Eo namque ingenio plerique homines ſunt, ut e longinquis terris recens reduces non de ſitu terrarum, urbiumve tantum, verum de eventis quoque ſingulis compellare aveant, & quidquid notatu miratuque dignum acciderit, curioſe exquirere: quorum deſideria ſi abſens expleveris, neque novi quidquam præſens adferas, evileſcit continuo illa, quam conceperant, de tanto itinere opinio: vixque ſatisfeciſſe illis officio videris, qui non in eruendis cujuſque loci memorabilibus fueris attentior. Dabo tamen meritis erga me tuis hunc paucarum horarum laborem, ſervatoque temporis & rerum ordine ſingula, quæ veſtris auribus digna ſunt, recenſebo.

Quatridui iter erat Vienna Græcium, quod propter fœdiſſimas tempeſtates, aliaque ex equorum vehiculorumque penuria incommoda, longe graviſſimum fuit. Aſpera ſylvoſorum montium juga negabant quandoque equorum operam: & quo altiora eorum culmina, eo major corpora noſtra laſſitudo occupabat. Menſis erat Iunius, qui cum maxime ſerenum cœlum ſpondere debuiſſet, continuam tunc temporis hyemem effundebat. Hinc concurrentes per præcipitia aquarum rivi viarum aditus inundabant: inde humidi undique patularum arborum rami tranſeuntium ora & oculos conſpurcabant. Quin, quod recreare animum debuerat, conſortium hominum, commiſerationis partim, partim indignationis materiam ſuppeditabat.

Quis tumidum guttur miratur in Alpibus? ait Satyricus: at nos & mirati ſumus, & vix à lacrymis nobis temperare potuimus, ubi pleroſque horum montium incolas ita deformatos vidimus. Sed quota pars hæc juſti doloris erat? miſeri homines, quorum guttura tumor ille altius obſederat, vix mentis compotes erant. Vidi, quibus ſtrumæ capitis æquarent magnitudinem, in dextrum vel ſiniſtrum humerum prolapſæ: in aliis ovi, in quibuſdam pomi grandiuſculi ſpeciem referrent. Eadem fere & æqualis erat ſtultitiæ exuberantia; quæ quam moleſta peregrinantibus eſſe poſſit, ego exemplo fuerim, cui maximum aliquando ruendi in præcipitia periculum ex illo hominum genere obtigit, dum obviis in anguſtiſſimo tramite aſinariis cedere volentem ex improviſo à tergo retinent. Aderat bonis hiſce viris, præter ea quæ dixi, procax quædam & illiberalis irridendi peregrinos lubido: videbamurque iis parte quadam corporis debiles. Sic Lybicis mulieribus, queis in tantam magnitudinem mammæ excreverant, ut poſt humeros abditis infantibus ubera

admoverent, vix dejerantes fidem feciſſe maritos Syneſius refert, non ceterarum quoque gentium feminas eadem pectoris ſarcina dehoneſtari. Sed æquiores illæ tamen peregrinis: quarum namque caſtigatiores forte mammas eſſent contuitæ, confluentes ad inuſitatum ſpectaculum collatis ubertim muneribus alienigenum decus proſequebantur. Noſtri vero illi inhoſpitales nimium; ad quos cum ſubito reſpiceremus, aut ciconiarum colla curvari, aut auriculas aſini agitari manu, aut æſtuantem canis linguam protendi deprehendebamus. Ceterum cibi potuſque ubique affatim erat. Haſce anguſtias vix eluctati, pervenimus tandem ſole jam occaſo *Gracium.* Caput ea Styriæ *Mura* fluvio rapidiſſimo adjacet, qui in ſuprema Styria ſcaturiens, perque montium anfractus delapſus, complures undique rivulos recipit, quibus auctior mœnia Græcii mordet, atque inde per diſtincta amœniſſimis campis juga profluens *Dravo* fluvio miſcetur. Oppidum ipſum modicum eſt, & elegans, rotunde oblongum, leniterque arcem verſus acclive, quæ arduæ & excelſæ rupi impoſita tutiſſimum accolis contra Turcarum incurſiones receptaculum eſt. Ædificia privata ſatis magnifica & ampla ſunt; quæ, ut verum fatear, nitorem mediocri civitati haud modicum conciliant. Templa ædeſque ſacræ & publicæ, quemadmodum ubique, ita & hic privatarum domuum elegantiam longe ſuperant. Celebre eſt oppidum anniverſariis nundinis, quas Hungari, Itali, Croati, Auſtrii, ceterique vicini frequentant. Quare quidquid mercium quæque regio fert, illic diſtrahitur: inde in Moraviam, Bojohemiam, & loca vicina deportatur. Vltra Muram ſuburbium habet late diffuſum, multiſque domibus frequens: ad utramque vero ripam aut feracia camporum æquora, aut frugiferos colles; quorum læta viridi germine facies non minus omnium oculos ad ſeſe trahit, atque ſonori decurrentis fluvii ſuſurri accolarum aures demulcent. Erat, ut jam ante indicavi, illuc mihi adeundi cauſſa iter Cæſaris, cui poſtridie quam ego adveneram, ut Duci Styriæ, ſacramentum ab oppidanis præſtitum eſt. Occurrebant ei adventanti proceres ad primum ab urbe lapidem, ubi defixa aliquot tentoria nobilium turbam vix capiebant. His cinctus Imperator, turmis aliquot equitum comitatum proſequentibus, inter æneorum tormentorum ſtrepitus, clangoremque tubarum urbem verſus equo vehebatur, uſquedum non longe à porta deſcendens, ex obviorum conſulum manibus claves reciperet, iiſque deducentibus per tergeminos arcus triumphales, digeſtorumque civium manipulos, *Feliciter, Feliciter* acclamantium, in aulam properaret.

Dum hic aliquamdiu commoror, cognitus eſt mihi Decus illud Hungaricæ gentis, Heros NICOLAVS SERINIVS, cujus crebræ & felices in Turcicam ditionem eruptiones id commeruere, ut & illarum fama omnem Chriſtianum orbem impleret, & ipſum SERINIVM nomen Turcis terrori eſſet. Itaque quod de Hunniade factitatum legimus, quodque veteres apud Batavos Druſos Tiberii frater evicit, infantium ploratus ſolo adventantis Serinii nomine comprimuntur. Plurimum eapropter debeo Illuſtriſſimo Comiti PÖTTINGIO, cujus inſignis erga me favor ad interiorem familiaremque tanti viri notitiam mihi aditum dedit. Diſcedente namque Imperatore in Carniam & Carinthiam, cum affinem ſuum inviſere in animum induxiſſet, me quoque perquam comiter & benevole invitavit, uti ſecum proficiſcerer. Arripui utraque, quod ajunt, manu tam exoptatam occaſionem: tertioque ex eo die *Cxackethurnum*, quæ Comitis Serinii arx & ſedes belli eſt, pervenimus. Omnis hæc regio cumprimis fœcunda, & omnis frumenti optimique


miqueVini feraciſſima eſt: videnturque Ceres & Iacchus certaviſſe, uter hanc oram in tutelam ſuam reciperet. Excellit inter vina Lutenbergenſe, cujus cum ſapor quovis melle dulcior ſit, qua in re Hiſpanicis vinis cedere debeat, neſcire me profiteor. Celebre & in Croatia, & in Auſtria, alibique, Hungaricum vinum eſt, quod ab adjacente *Tokairo* cognomen accipit: verum mea quidem ſententia hoc fortius, & ad inebriandos, illud ſuavius & ad recreandos homines provenire dicendum eſt. In itinere vix quidquam niſi *Rackelsburgum*, quod oppidulum potius quam oppidum dicendum eſt, oculos noſtros advertit. Monſtrata eſt mihi è longinquo ab Illuſtriſſimo Comite *Stridonium* patria S. Hieronymi, ad manum dextram Carinthiam verſus. Vbi *Crackothurnum* appropinquare cœpimus, obvii fuere admiſſis equis complures ſpeculatores, qui Comitem Serinium de adpropinquationis noſtræ momentis certiorem facerent. Itaque cum mille circiter paſſus abeſſemus, occurrit Affini ſuo Comiti Pöttingio, equo vectus, omni circum familia itidem in equis proſequente: mox dimiſſo equo inter mutuos amplexus in currum adſcendens, per digeſtas militũ ſtationes in palatium deducit. Erat id valde ſplendidum & amplum, egregieque contra Turcarum vim munitum, circumdatum ferme ex omni parte palude, quæ cuniculos arceret. Vnum latus tantum, quod pagum proſpectat, ſolido ſolo innititur, eo firmiori opere præcinctum. Mirabamur in tanta circumjectarum nationum barbarie cultiſſimas ædes, lectam familiam, ditiſſimam ſupellectilem, & ſummum ubique nitorem. Suſpenſæ erant in *porticibus* exuviæ Turcarum, arcus, pharetræ, mallei, clypei, reliquaque id genus arma: quorum tamen ſplendorem fulgor acinacum Damaſcenorum ſuperabat. Erant in iis, quorum capula auro argentoque erant ornata: quorundam vaginæ inſertis gemmis illuſtres oculorum aciem præſtringebant. Videre erat in *atriis* ſuſpenſa vexilla, quæ ex Turcis capta, multoque ſanguine fœdata, non incruentam neque imbellem victoriam denotabant. Monſtrabantur ibidem *tabulæ*, in quis res fortiter à Comite geſtæ depictæ erant. Vnius memini, in qua reſpiciens caput Turcæ præcidit, qui prehenſo à tergo ſagulo elata dextra mortem minabatur. Fuerat hoc primum juveni militiæ rudimentum: ex uno diſce cetera. Tertio, quartove, ex quo veneramus, die deducti ſumus in *bibliothecam*, quam inſignem & omni librorum copia refertam habebat: inde in *armamentarium*, quod, ultra quam credi poteſt, æneis tormentis, bombardis, haſtis, acinacibus, aliiſque armorum generibus inſtruxerat. Acceſſit huic humanitati ampliſſimum auctarium, κειμηλιοθήκη aperta, in qua præter alia haud ſpernenda numiſmatum antiquorum copia. Erat in iis *Alexander Magnus* ex auro & ære, erant *Othones* argentei, *Vitellius*, *Ovidius*, *Horatius*, *Peſcennius Niger*, multique alii (quorum nummi rariores) ex ære. Erant effigies Regum, Principum, clarorumque virorum, minuta & orbiculari forma, torno, ut ſuſpicor, elaboratæ. Monſtrabantur mihi præ ceteris effigies *Martini Lutheri* & uxoris *Catharinæ* perquam elegantes. Inde digreſſi in *hortos* Comitis perreximus, quorum nitorem elegantiamque verbis exprimere non poſſum. Aſſequeris tu fortaſſis cogitatione, dum veteres Alcinoi hortos tibi ob oculos proponis. Sequentem diem *venando* conſumſimus; multoque cum gaudio trepidantes capreas in caſſes egimus. Leporum, perdicum, & coturnicum captura huic venationi acceſſio erat. Eodem die, ſi recte memini, omnes Comitis *equi* ſub oculos noſtros traducti jucundiſſimum ſpectaculum præbuere. Laudabat ex iis maxime Heros Serinius equum ætate feſ-

 ſum,

fertur. Hiſce in diebus lubido me viſendi *Waradinum* cępit, quod oppidum trans Dravum fluvium jacet. Eſt illud quidem magni momenti ad reprimendam vim Turcarum; ceterum ſi ad magnitudinem ædiumq; ſplendorem ſpectes, Græcio longe inferius. *Dravus* fluvius latitudine Vahali noſtro par eſt, qui in Rhæticis Alpibus oriundus non longe infra Quinque Eccleſias in Danubium influit. Cum decem præterpropter dies Czackothurni contrivíſſemus, cœpit ſeſe Ill. Comes Pottingius itineri accingere. Verum interea dum vaſa colligimus, Inſcriptione te beabo, quam inter antiqua rudera repertam in area arcis ſuæ Heros Serinius muro inſeri curaverat. Ejus exemplum hoc eſt:

P. CORNELIVS.
CLAVA FORIS.
T. F. ANN. XXV.
CLAVDIA. P. F.
DACVMENA.
ANN. XXXXV.
FAVENTINA ERES.
FACI. CVRA.

Effigies utriuſque lapidi inciſæ erant: & in ſupremo margine viſebantur duo capricorni, & totidem delphines, ſinguli in ſingulos angulos disjuncti: unde primo ſuſpicabar Auguſtæo ævo vixiſſe. Adjungam itidem duas alias, quarum exemplum amicus quidam ſubminiſtravit, qui eas viderat & deſcripſerat. Inventæ fuerant inter Comaram & Arrabonē in Hungaria, cum ann. CIↃ IↃC LIV. Illuſtriſſimus Comes à Buchaim Comaræ præfectus ad reſarciendos oppidi muros aliquot foſſores eruendis dirutæ quondam in vicinia civitatis ruderibus immitteret. Earum prior hæc eſt:



ſ. M. AVREL. VALENTINO V. LEG. TR. *id eſt Tribuno; niſi τὸ TA cognominis legionis initium ſit.*

ÆTERNÆ. QVIETI. ET. PERPETVÆ.
SECVRITATI. M. AVR. Q. VALENTI. V. LEG. TA.
QVI. VIX. ANN. LIII. STIP. XXXII. M. AVR. ALEXANDER.
PRIMIPILARIS. FRATRI. ET. IVLIA. THEODORA.
CONIVGI. ET. AVRELIAS. SOSICRATIA, ET. VALENTINA.
PATRI. PIENTISSIMO.
FAC. CVR.

Reperta in hoc ſepulchro *lucerna* ardens, quæ ad primum aëris ſenſum exſtincta eſt. Cadaver quoque, ut apparebat integrum, mox ubi contigere, in pulverem dilapſum eſt. Lapides ſepulchrum conſtituentes erant quatuor quadrati, in ſe invicem compacti, viridique bitumine ad defendendum aërem commiſſi, adeo duro, ut malleorum ictibus reſiſteret. Supra inſcriptionem ad manum dextram caput viri, ad ſiniſtram fœminæ, infra duo infantes, & in medio hominis figura cubantis & inflexo cubito libro innitentis conſpiciebantur. Alteri lapidi, qui capiti objectus, eques cum armigero inſculpti erant. Sed eccam alteram:

D. M.
M. VAL. VALERIANO...LEG.
IIII. F. L. VIXIT. AN. XLII.
ET. M. VAL. VLPIO. EQ. PV-
BLI. FIL. VIXIT. AN. VIII. SIMVL.
CONDITIS. VLPIA. PARA-
TIANA. MARITO. ET. FILIO.
ET. VLPIA. VALERIA. FILIA.
HAEREDES. F. C.

Narrabat mihi amicus ille, multos in hoc ſepulchro fuiſſe inventos aureos torques, armillas, anulos, aliaque *κειμήλια*, quæ fures illi vere foſſores Raſcianis mercatoribus vendiderant. Sed, quod pæne dixiſſe oblitus fueram, ſita eſt Arx *Czackothurnum* duo milliaria cis confluentem Muræ & Dravi, diſtatque Græcio viginti ſex mill. *Caniſcha* vero, quod proximum Turcarum munimentum, quatuor. Non contentus Comes Serinius Affinem omni honore atque benevolentia demeruiſſe, valedicentem ſibi inſigni equo Turcico donavit: nec non famulis quoque ejus luculenta munera dilargitus eſt. Eidem Comitis *liberalitati* acceptos fero tres libros Turcicos, tria ſudaria (quorum unum floribus acu pictis variegatum, alterum auro & argento diſtinctum eſt), duo cochlearia cum theca coriacea argenteis floribus ornata, vas potorium coriaceum, ut & magni precii acinacem Damaſcenum. Sic hilare pariter atque liberaliter accepti Græcium reverſi ſumus. Proxima occaſione de moribus Hungarorum, aliiſque, quæ huc faciunt, plura: nunc laſſa manus geminatam operam denegat. Vale, & me ama Dabam Græcii, Anno cIↃ IↃc LX. a. d. XIV Kalend. Auguſt.

Αὐτὸς ἐφέλκεται ἄνδρα σίδηρος.

Dum hanc, quam dudum ad Amicum ſcripſeram epiſtolam relego, continere me non potui, quin ineditas aliquot inſcriptiones auctarii vice ſubjungerem. Deſcriptæ mihi eæ ſunt præterita æſtate in oppido Vangionũ Wormatia ex antiquis ſaxis, quæ inter alia rudera, dum exſtruendo munimento foſſam repurgant, opifices eruerant. Atque id eo lubentius facio, quod complures aliæ in eodem oppido puerorum nequitia ac petulantia ita fuerant corruptæ, ut nullo pacto deſcribere potuerim. Sed bene Opitius, qui in Var. lectionibus inſcriptionum iſtarum nobis exemplum reliquit. Idem accidiſſe quoque ad Coloniam Agrippinam duabus aliis adverti, quas ex Auſtria redux ante hos decem annos deſcripſeram. Ne igitur qualiacumque hæc antiquitatis monumenta depereant, malui non ſuo loco ac tempore ab oblivione illa vindicare, quam dubiæ & ancipiti fortunæ committere.

In

In foſſa ipſa: *Eques armatus, ſequentibus duobus peditibus.*

PAETVS MV ---------
EQVES ALÆ AGRIPPIN.
--- NATIONE. TREVIR.
-- ANNOR. XXXV. STIP.
-- XXIIII --- SIT. P. F.
-- FRATRES. POSVERVNT.

M. SEMPRONI
VS. L. F. DOMO
TERMECTINVS
ANNO XX. . . . . . *
DEC. EQVES ALÆ
SEBOSIANÆ
H. S. E.
* STIP. forte

Termeſtinorum meminit Salluſtius lib. II Hiſt. apud Nonium in *Satias*. Populus citerioris Hiſpaniæ Tacito l. IV Ann. c. 45. oppidum *Termes*. Floro l. III, c. XXII.

Ad portam Martis: *Eques dextra lanceam, ſiniſtra ſignum militare ferens; armis & gladio ornatus, calcans duos captivos ſub clypeo.*

O. CARMINIO P. F.
CL. ---------
HISPANORVM ALÆ...
STIP. XXV. SIGNIFERO
SACER IVLIVS H. E. F.

Conſimilis alia ſine ſigno.

LICINIVS CLOSS. L.
F. HELVETIVS ANN.
LXVII. EQVES ALÆ.
HISP. STIP. XXVI. H.
TIB. IVL. CAPITO. H.

Ibidem: *Eques armatus.*

ARGIOTALVS.
SMERTVLITANI.
F. NAMNIS. EQVES.
ALÆ. INDIANÆ.
STIP. X. ANNO.
XXX. H. S. E.
HEREDES. POSVE-
RVNT.

Ala Indiana meminit alius vetus lapis in agro Colonienſi inventus. vide Gruter. p. 541, n. 7.

ALBANO. VITALI.
EQ. ALÆ INDIANÆ.
TVR. BARBI. CIVI.
TREVERO. ANN.
XXX. S † P. X.
H. EX T. F. C.

Ibidem.

VEIAGENVS
SISGI. F. MIL
ES EX COH
ORTE RAETO
AN. XLVI. STIP.
XXIV. NATVS MI
ONTE ------
H. E.

Ibidem.

-- V -- S
--- NI. F.
MILES. EX.
COHORTE.
PRÆTOR. ET.
VINDOL. F.
ANN. XL ---
STIP. XXIV.
H. S. E.
FRATER. P.

In aula Civium, vulgo *im Burgerhoff*, monumentum integrum, in cujus anteriori lapide:

SPECTATIÆ SPECTATÆ CONIVGI
CARISSIMÆ LVTTONIVS LVPVLVS
CONIVNX INFELICISSIMVS CVM
FILIABVS POSVIT. F. C.

Coloniæ Agrippinæ:
Tubicen cum tuba.

C. VETIENI C. ---
PVPINIA VFRIQVE
TVBICEN EX ----
LEGIONE XX ----
-------- ENTQV -
--- E ---------

Carm. xii, Num. 1: Eſt & hoc nomen multo uſitatius. Ne enim ad notum illud *Thalaſſio, Thalaſſio*, canticum recurram, Auſonii quoque gener *Thalaſſius* appellatus fuit, Parental. xiv.

Carm. xxii, ℣ſ. 5: De Pontificum libris & antiquis fœderibus, Horat. lib. 2, Epiſt. 1:

Sic fautor veterum, ut tabulas peccare vetantes
Quas bis quinque viri ſanxerunt: fœdera regum
Vel Gabiis, vel cum rigidis æquata Sabinis;
Pontificum libros, annoſa volumina vatum,
Dictitet Albano Muſas in monte locutas.

Quintilianus lib. viii, cap. xi Inſtit. *Obſcuritas fit etiam verbis ab uſu remotis: ut ſi commentarios quis pontificum, & vetuſtiſſima fœdera, & exoletos ſcrutatus auctores, id ipſum petat ex his, ut quæ inde contraxerit non intelligat.*

Carm. xxiii, ℣ſ. 13: *Senſus ſi manibus ullus*] In hanc ſententiam verbis aliis Auſonius aliquoties in Parentalibus luſit. Vide Ciceronem pro Archia circa finem, Briſſonium de formulis, & Savaronem ad lib. 2, Epiſtol. 8, Sidon. Apollinaris.

Carm. xxiv, Num. 1: *Acilio Glabrioni*] Meminit Anicii Acilii Glabrionis vetus ſaxum: .. D. D. N. N. ÆTERNIS. PRINCIPIBVS HONORI.... ANICIVS. ACILIVS. GLABRIO. FAVSTVS V. C. PRÆF. VR.... FATALI CASV. SVBVERSAM. IN. FORMAM. PRISCI. VSVS.

AD EPITAPHIA.

Carm. ix, Num. 1: Haud inepte adeo, ut poſtea ex Eraſmo didici, qui ex Pauſaniæ Meſſeniacis adagium refert, Νεοπτολέμειος τίσις, in eos dictum, qui ea patiuntur, cujuſmodi in alios patrarunt.

Carm. xii, ℣ſ. 3: *Audaci ſaltu*] Is ritus fuit appellentibus ad terram peregrinam, præſertim hoſtilem, ut ſaltu ſe è navi in eam demitterent: Ovidius 1 Faſtor. v. 507. Iuſtinus de Alexandro M. Suetonius de Iulio Cæſare, cap. 59.

Carm. xiv, Num. 2, adde: Eſt vero ille, quem Libanius citat, Poëtarum Lyricorum Princeps Pindarus in Olympiis. Ita quoque Hectora Lycophron κίονα καὶ ἔρεισμα πάτρας appellavit.

Carm. xxxi, Num. 2: Tertullianus de Teſtim. animæ, c. iv: *Nam ſi de aliquo jampridem defuncto tamquam vivo quis requirat, præ manu occurrit dicere*, Abiit. *Iam & reverti debet.* Ita hæc verba diſtinguenda certum eſt. nam illa, *Iam & reverti debet*, ſunt ab argumentatione Tertulliani, quam perſpicue cognoſces, ſi τὸ *ergo*, quod ſubintelligitur, de tuo addas.

AD CÆSARES.

IN Octav. Auguſto, ℣ſ. 4: *In terris poſitum*] Horatius Epiſt. 1, lib. 2 ad Auguſtum:

Præſenti tibi maturos largimur honores.
Iurandaſque tuum per nomen ponimus aras.

Sueton. in Auguſto c. 59 & 60. Aurel. Victor de Cæſ. in Auguſto, Dio l. li.

In Nerone, Num. 1: Aurel. Victor de Nerone: *Namque eo dedecore reliquum vitæ egit, uti pigeat pudeatque memorare hujuſcemodi quemquam, nedum rectorem gentium fuiſſe.* Tertullianus de ſpectac. cap. xix: *Sed ethnicis reſpondi. Ceterum abſit, ut de iſtius ſpectaculi averſione diutius diſcat Chriſtianus: quamquam nemo hæc omnia plenius*

nius exprimere poteſt, niſi qui adhuc ſpectat. Malo non implere, quam meminiſſe.

In Veſpaſianô, Num. 1: *Rarum alius*] Egregiam hanc magni viri emendationem illa Flori adſerunt, lib. 1, cap. 3: *Sic (rarum alias decus) unius manu parta victoria eſt.* Eadem ferme, quæ hic noſter de Patre, Victor de Tito filio refert: *Qua eo*, inquit, *amplius grata fuere, quod ex nonnullis à privato adhuc patratu aſperior, luxuriaque & avaritia amans credebatur fore. Sed hæc in melius converſa adeo ei immortalem gloriam contulere, ut deliciæ atque amor humani generis appellaretur.*

Æl. Hadrian. Num. 2, adde: Incertus Auctor Paneg. ad Maximianum & Conſtantinum, de Conſtantino: *Siquidem ipſum imperium hoc fore pulcrius judicabas, ſi id non hereditarium ex ſucceſſione creviſſes, ſed virtutibus tuis debitum à ſummo imperatore meruiſſes.*

Caracalla, Num. 3: *Tu Caracalla magis*] Spartianus in Caracalla cap. IX: *Ipſe Caracalli nomen accepit à veſtimento, quod populo dederat, demiſſo uſque ad talos, quod ante non fuerat: unde hodieque Antoniniana dicuntur caracallæ hujuſmodi, in uſu maxime Romanæ plebis frequentata.* Qui locus utrum depravatus ſit, an vero depravatum nactus fuerit Auſonius exemplar, qui Spartianum legiſſe potuit, haud liquido dixerim. Prona ſaltem & facilis mutatio fuit τοῦ *in uſu*, in *irriſu*. quæ tamen, ſi accuratius examinetur, haud abſurda videbitur. Vulgata namque lectio, aut ſi hanc ſpernas, ea prout à Caſaubono emendata eſt, ταυτολογίαν quandam præ ſe fert. Nam *in uſu eſſe* & *frequentari* ejuſdem ſignificationis ſunt. quamquam & ita explicari poteſt: *in uſu frequentata*, id eſt, in uſu frequenti fuere. Pro *maxime R. plebis* cenſet Caſaubonus ſcribendum, *maximo R. plebi*; ſed male: *maxime* etenim hic potiſſimum, vel plurimum ſignificat. *in uſu plebis frequentatæ veſtes* ſunt, quibus plebs frequenter utitur. Sed, ut dixi, non abſurda mihi lectio videtur, *irriſu maxime plebis Romanæ frequentata*. Is enim vulgi mos, atque ea natura eſt, ut quæ nova, ſi non extra omnem quoque fuerint culpam, irriſu & ſannis excipiat. quod in inviſo ſimul imperatore factitatum, ſi non aliis, mihi certe probabile eſt. Illa præterea verba, *quod ante non fuerat*, non facile crediderim eſſe Spartiani, ſed hominis alicujus inepti, qui ea adinſtar gloſſematis margini illeverat. Pro vulgata facit Victor, qui Caracallam coëgiſſe plebem refert, ut ad ſe ſalutandum *caracallis talaribus* induti introirent. Diverſus abit Dio, lib. LXXVIII, aitque Baſſianum τοὺς στρατιώτας μάλιστα ἀμφιεννύναι juſſiſſe. De hac veſte plura Salmaſ. ad Spartianum.

In Opilio Macrino, Num. 2, *Poeta Græcus:* adde, apud Ariſtotelem lib. v Ethic.

Εἴκε πάθοι τά κ' ἔρεξε, δίκη κ' ἰθεῖα γένοιτο.

ita hic verſus apud Ariſtotelem legitur. Phædrus de Vulpe & Ciconia: *Sua quiſque exempla debet æquo animo pati.* Ioh. Biclarenſis in Chronico: *Andeca vero regno privatus tondetur, & honore presbyterii poſt regnum honoratur. Non dubium, quod in Eborico Regis filio, Rege ſuo, fecerat, patitur.*

AD CLARAS VRBES.

CArm. II, Num. 6: Nunc muto ſententiam, & cum Voſſiano libro, *Quo numine Divum*, corrigendum ſtatuo. Decepit me veteris libri auctoritas: ſed in eo ſæpius ita peccatum.

Carm. III, Num. 14: Poſt Cedreni verba: Ambigua ſunt illa Themiſtii in Oratione de fraterno amore: ἢ τοῖς Πελοπίδαις μὲν ἐξήρκει χρυσοῦν μόριον, τὸ περὶ τὸν ὦμον ἐξαιρούμενον πρὸς ἀπόδειξιν τῆς συγγενείας. Antigonus Cary-

ſtius cap.121: Γίνεται δέ τινας καὶ ἐκ χωλῶν, καὶ ἐκ τυφλῶν, ὁμοίως τυφλοὺς, ἐ χωλούς· ἤδη δέ τινας καὶ στίγματα συνεσχηκέναι.

Carm.IV, Num.2: *Trevericaque urbis ſolium*] Ita Treveros appellat, quia ſedes Imperatorum fuit. Vide de hac urbe Freherum in Moſellam. Auctor Exegeſios totius mundi, de Gallia: πόλιν δὲ μεγίστην φασὶ ἔχειν, ἣ καλεῖται Τρέβερις, ὅπου καὶ οἰκεῖν ὁ Κύριος λέγεται.

Carm.V, Num.2, ante, *mox Palatinaque domus*: Manilius lib. IV:

-- Dabit ſtudia, & doctas producet ad artes;
Nec triſte ingenium, ſed dulci tincta lepore
Corda creat.

Carm. VI, Num. 2: *Penuque potentem*] Campaniam, cujus *Capua* caput fuit, κτλλάζελον τῇ βασιλευούσῃ Ῥώμῃ fuiſſe dicit Auctor Exegeſios totius mundi à Gothofredo editus.

Carm.VII, Num. 1: *Non erat iſte locus*] Mirari ſe dicit Iacob. Gothofredus in not. ad Auctorem Exegeſios, quod cum Mediolano ſeptimum locum adſignaverit Auſonius, nonum *Aquileja* tribuat; & quaſi ex merito recenti: utpote quæ jam fuerit Italiæ ſic proprie dictæ metropolis, & apud Exegeten hunc, nec non Vopiſcum in Floriano ante Mediolanum commemorata.

Carm. VIII, Num. 3: *Gallula Roma Arelas*] In libello ab Epiſcopis provinciæ Viennenſis Leoni Papæ anno CCCCL oblato, *mater omnium Galliarum* vocatur. Huc tranſlata item ſedes præfecti prætorio Galliarum, quæ antea Treveris fuit. Si quæ porporro in provinciis præcipuæ urbes, ac Romæ magnitudine vel auctoritate ſimiles forent, eas ſuæ provinciæ *Romas* appellabant, quum nullo alio pacto ac modo inſignitius poſſent laudare. Sic noſter paulo ante de Capua, *Roma altera quondam*: quo nomine illam quoque Cicero ornat Philipp. XII, cap. 3. uti & Cyzicum Florus. De Conſtantinopoli pervulgatum eſt, eam *Novam Romam* à Conſtantino dictam; & ita indigetatur in Canone III Concil. Conſtantinopolitani ſecundi, item apud Caſſiodorum de Orthographia ex Priſciano. Plura Savaro ad lib. I, Epiſt. XI, Sidon. Apollinaris.

Ibid. ℣ſ. 6: *Per quem Romani*] Auctor Exegeſios de Gallia: Ὁμοίως δ' ἔχει ἄλλην πόλιν ἐν πᾶσι αὐτῇ βοηθοῦσαν, ἥ ἐστιν ἐπὶ τῆς θαλάττης, ἣν λέγουσιν Ἀρέλατον, ἣ ἀπὸ παντὸς κόσμου ἐμπορείας λαμβάνουσα τῇ προειρημένῃ πόλει ἐκπέμπει.

Carm.XIII, Num.11: *Pario de marm. templum*] Capitolium. nam & in provinciis urbes clariores ſua habebant, ad exemplum matris Romæ, Capitolia, Palatia, Circos, Theatra, &c. Vide quæ M. Velſerus in commentar. ad Converſionem S. Afræ num. 32.

AD SAPIENTES.

LVd.ſept.Sap. Num.2: *Ignoſcenda*] Apulejus in Apologia: *Idque eos arbitror, non tam ignoſcendi, quam cognoſcendi cauſſa deſiderare.*

Ibidem ℣ſ. 15: *Et correcta magis*] Terentianus de Syllabis:

Acrius vos pendite iſta, quam malignus moris eſt,
Hoc domi clauſum manebit, nec ſinam naſci prius,
Scrupulum quam veſtra demat hunc mihi ſententia.
Corrigenda ſi qua ſane viſa vobis hinc erunt,
Non ero ſtulte repugnans, aut amans prave mea.
Quin ſtatim culpanda delens prabeam rectis locum

haud multum diverſa Horatius in fine Artis Poëticæ.

In Ludio, Num. 11: *Dixi requodam*] Idem error apud Prudentium in vita Rom. Martyris:

Qui-

Quinos ſupinat, obvias offert genas.
legendum enim: *Cimos ſupinat*, vel *Cinos*. Gloſſarium: *Cinum*, ἐπισκύνιον. *Cinnus* νεῦμα. Et Italica lingua, & vero Gallica uſurpant, *Cenno*, *accennar*, *accenner*. Ioſeph. Scaliger.

In Solone, Num. 2, adde: Sophocles Electra,

Καίτοι τοσοῦτόν γ' οἶδα κ' ἀμαυρὰν ὅτι
Ἀλγῶ ἐπὶ τοῖς παροῦσι. Idem ibid.
Αἴγισθον ἐνθ' ᾤκησεν ἰσορῶ πόλει.

Ad quem locum plura de hac conſtruendi ratione Scholiaſtes. aliqua item Livinejus ad cap. 36 Paneg. à Nazario Conſtantino dicti.

In Chilone, Num. 1: *Oculi ſpectando dolent*] Non immutabimus, quia Plauti eſt. quare non recte addiderunt copulam, *oculique*. Iul. Cæſ. Scaliger.

In Periandro, Num. 6, adde: ita quoque auſpicatur librum ſeptimum Nicephorus Calliſti.

In dictis Sapientum, Cleobulo, Num. 1, adde: Apoſtolius in Proverbiis, Ἀδικεῖ τοὺς ἀγαθοὺς ὁ φειδόμενος κακῶν.

AD VERSVS PASCHALES.

Edyll. 1, Num. 3: *Et devota pii myſta*] *Myſta* hic ſunt Catechumeni, qui in Chriſtiana pietate ac religione inſtituebantur, quibus ſacra adita nondum erant reſerata. Catechumenos autem jejunia ſervaſſe conſtat, tam in Eccleſia Occidentali, quam Orientali, priuſquam ſacroſancto baptiſmatis lavacro abluerentur, & ad ἐπόπτειαν, ſacramque ſynaxin admitterentur. Teſtis erit nobis S. Leo Papa I. qui Epiſtola IV ad Epiſcopos per Siciliam conſtitutos hoc docet: *His itaque, fratres chariſſimi, talibus ac tantis exiſtentibus documentis, quibus omni ambiguitate ſubmota evidenter agnoſcitis in baptizandis electis, qui ſecundum Apoſtolicam regulam & exorciſmis ſcrutandi, & jejuniis ſanctificandi, & frequentibus ſunt prædicationibus imbuendi, duo tantum tempora, id eſt Paſcha & Penteceſten eſſe ſervanda.* Item Socrates Hiſt. Eccleſ. l. 7, c.17. narrat Paulum Novatianorum Conſtantinopoli Epiſcopum noluiſſe Iudæum quendam ſacro baptiſmatis lavacro mundare, niſi prius in fide Chriſtiana inter Catechumenos eruditus fuiſſet, multiſque diebus jejunaſſet: ὃν πρότερον δ' ἔφη δώσειν τὸ βάπτισμα, εἰ μὴ κατηχηθείη τὸν περὶ τῆς πίστεως λόγον, μετὰ τοῦ νηστείαις σχολάσαι ἡμέρας πολλάς. Eumque morem retineri vult Ordo ſervandus in admittendis ad fidem Chriſtianam Sarracenis apud Orientales Chriſtianos: προηγουμένως μὲν ὁ προσιὼν τῇ ὀρθῇ πίστει νηστεύει ἐπὶ ἑβδομάδας δύο, καὶ διδάσκεται τὴν ἐν τοῖς θείοις καὶ ἁγίοις εὐαγγελίοις παραδοθεῖσαν ἡμῖν ὑπὸ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ προσευχήν. Iejuniis ergo purgantur myſtæ, & dogmata Chriſtiana audiunt, in iiſque erudiuntur, & à falſarum opinionum ſordibus purgantur, antequam ad baptiſmum accedant. Myſtæ ergo ſunt Catechumeni hoc loco; & duo ſequentes verſus adverſativa particula eos à baptizatis diſtinguunt:

At nos æternum cohibentes pectore cultum,
Intemeratorum vim continuamus honorum.

Catechumeni vero *continuare* non poterant, qui nondum inchoaverant, nec ad ſacram ſynaxin & ἀγάπην erant admiſſi. *Bullialdus in not ad Theonem Smyrnæum.* Erudita quidem, & digna illo viro obſervatio de jejuniis Catechumenorum: non tamen, ut arbitror, ad mentem Poëtæ. Nam ſi *Myſta* Catechumeni, quo quæſo pacto præter ceteros jejunarunt, quum jam tum quadrageſimale jejunium ab Eccleſia fuerit receptum? Nam ante quidem Conſtantini tempora Iejunium Chriſtianis liberum, nec ulla

nulla vel lege vel conſuetudine, quæ legis inſtar eſt, adſtrictum fuit, ut ex Tertulliano diſcimus contra Pſychicos. At poſtquam diſcuſſis perſecutionum tempeſtatibus ſerena pacis tranquillitate frui cœpit Eccleſia, libertatem in ſe vertit; & quæ reſpirare debuerat, humanis ſemet regulis & conſtitutionibus tantum non ſuffocavit. Sive illas ſuperſtitioſorum hominum ſimplicitas ſub imagine zeli ac fervoris adinvenit, ſeu conſuetudo gentilium ad Chriſtianam fidem converſorum pedetentim introduxit: dum primum, quæ gentilibus uſurpata, Chriſtiana ſpecie fucantur: deinde illa ipſa, quæ alliciendis tantum ethnicis donabantur, uſu pravo in legem tranſeunt. Non quod jejunia non probem, ſed quod ex hac libertatis a Domino datæ circumciſione id hominibus incommodi accidere animadverto, ut ſæpius peccent. Quod ſi namque vel ipſa jejunii natura, vel antiquitus in eccleſia uſurpata conſuetudo reſpiciatur, cogi nec poteſt, nec debet. Non enim a cibis abſtinentia, niſi voluntas libera hanc quaſi animaverit, jejunium eſt: multo vero minus, quum carnium eſu interdicto, piſcium aliorumve ciborum deliciæ permittuntur. Non ita Chriſtus, non SS. Patres. Legantur Tertullianus, Hieronymus, Baſilius M. Ambroſius, Chryſoſtomus: reſpiciatur Eccleſiæ veteris Hiſtoria. Pane & aqua, atque his ſæpiſſime non niſi poſt occaſum ſolem ſumtis, jugibuſque precibus tolerata jejunia deprehendemus: Eaque in quaternos, ſenos, pluresve dies, pro cujuslibet viribus ac voluntate, ac tandem ad duas quatuorve ſeptimanas diemque quadrageſimum producta. Monachis tandem ſeverius illa ex præſcriptis regulis celebrantibus, conſuetudo, & mox lex in Eccleſiam fluxit: quæ quidem ſi conſuetudo tantum, non vero lex eſſet, improbari vix poſſit, niſi cum non recte, nec ex antiqua formula obſervatur. Nunc autem quotusquiſque ſervat jejunia? vix alias libentius plurimi cœnant. At quia lex eſt, hinc ex inobſervata lege peccatum: ubi vero peccati fomes & cauſa, quæ charitas? ſi non adeſt charitas, quid de vera Eccleſia pronunciabimus? materne an noverca dicenda erit, quæ quum complura poſſit arcere peccata admonendo & cohortando, jubendo filios peccatis involvit? Sed quo me veritatis ac Chriſtianæ concordiæ amor abrupit? Hoc volebam, *Myſtas* hic initiatos dici, & Chriſtiana fide imbutos, qui quadrageſimale jejunium obſervabant. Adverſativa particula non perſonas diſtinguit, ſed cultum divinum perpetuum & æternum, à temporali aliqua & exacta magis religioſi cultus obſervatione: & mox liquet: nam ſubjicit eveſtigio Poëta:

Annua cura ſacris, jugis reverentia nobis.

Ibidem Num. 9, ante, *Fretus enim quarta decl.* inſere: Sed nec Lucilii hoc fragmentum eſt, verum Licinii. Soſipater Chariſius l. 1: *Fretus, hujus fretus.* Porcius Licinius, ut Plinius ex eodem ſermonis dubii libro ſexto refert, *ſalſi fretus.*

Ibid. ✝ſ. 28: *Omnia ſolus habens*] Auctor Panegyrici Maximiano & Conſtantino dicti: *Nec tamen miranda iſta in te eſt, Maximiane, animi magnitudo, in quem dii immortales tanta congeſſerunt & naturæ bona, & ornamenta fortunæ, ut quamvis maxima largiaris, ita penes te ſint omnia, quaſi ea ſolus obtineas. Ut enim ille, qui omnes aquas cœlo & terris præbet Oceanus, ſemper tamen in motibus ſuis totus eſt, ita tu potes imperium, Maximiane, donare; non potes non habere.* vide & Ariſtidis Orat. de Cyziceno templo pag. 423. & Themiſtium de Amore fraterno.

AD

AD EPICEDION.

EDyll. II, Num 2, adde: Rutilius Numatianus Itiner. I:

Cognomen verſu Veneris, cariſſime Rufe,
Illo te dudum pagina noſtra canit.

ita namque illic legendum; non, *Rufi.* Virgil. de Allia:

Quoſque ſecans infauſtum interluit Allia nomen.

Martialis lib. VII, ep. 24:

Et majus nomen Atridas.

Ibid. ℣ſ. 17: *Non auxi, non minui rem*] Schol. Iuvenalis ad Sat. I: *Moris erat antiquis, ne quis adderet poſſeſſionibus ſuis, aut de illis minueret.* Lege: *nequid adderent aut minuerent.* Horatius lib. 2, Sat. VI:

Si neque majorem feci ratione mala rem,
Nec ſum facturus vitio culpave minorem.

AD PROTREPTICON.

EDyll. IV, Num. 2: Æliani locum, ubi vitioſe ἔμπτισον pro ἐμπτισσόν. & mox, τὸ μὲν ἐνέπτισον, pro ὃ μὲν ἐνέπτισον impreſſum eſt, Faber in editione nupera correxit, reponendo; καὶ τὸ μὲν ἐμπτισσὸν, ὅτι ποτέ ἐστι τὸ ἐμπτισσόν, ἤδ' ἐγὼ δαίτα.

Ibid. ℣ſ. 6: *Grajo Schola nom. dicta eſt*] Heſychius: Σχολὴ, οὐ μόνον τὸ μηδὲν δρᾶν, ἀλλὰ καὶ τὸ περί τι σχολάζειν, καὶ ἡ διατριβή. Feſtus: *Scholæ dictæ ſunt, non ab otio ac vacatione omni, ſed quod ceteris rebus omiſſis vacare liberalibus ſtudiis pueri debent.*

Ibidem Num. 14: *Degeneres animos timor arguit*] Prudent. Pſychom. 249:

Mens humilis, quam degenerem trepidatio prodit.

Ibid. ℣ſ. 27: *Plagaque ſonantes*] Prudentius præfat. Cathemer.

Ætas prima crepantibus flevit ſub ferulis.

Ibidem ℣ſu 55: *Facies pueraſcere ſenſus*] Symmachus lib. IV, Epiſt. XX: *Dum filius meus Græcis literis initiatur, ego me denuo ſtudiis ejus velut æqualis adjunxi. repueraſcere enim nos pietas jubet, ut literarum dulcedinem liberis noſtris labor participatus inſinuet.*

Ibid. Num. 52: Quod ſi tamen τὸ *oneratus* admittere lubeat, occurret eveſtigio ineptia repetitæ in iiſdem vocibus paronomaſiæ, quo nihil frigidius. Mox enim ſequitur,

--- *honor inclytus, hunc tu*
Effice ne ſit onus.

Statius lib. VI Thebaid.

Quis Manalia Atalantes
Neſciat egregium decus, & veſtigia cunctis
Indeprenſa procis. Onerat celeberrima natum.
Mater, & ipſe procul fama jam notus, &c.

plura Savaro ad Sidonium pag. 447.

AD CVPIDINEM CRVCIFIXVM.

EDyll. VI, Num. 4: Imo potius nihil mutandum præter diſtinctionem: Sic Ovidius,

Exercent memores plusquam civiliter iras.

Idem V Faſtorum 630. & Triſtium lib. V, verſ. 2.

Ibidem Num. 10: Anacreon apud Hephæſtionem de metris:

Ἀρθεὶς δηὖτ' ἀπὸ Λευκάδος πέτρας.
Ἐς πολιὸν κῦμα κολυμβῶ μεθύων ἔρωτι.

Ibid. Num. 12: *Nullo moderamine*

Pœna

Pœna Adfigunt] Ita ex aliorum opinione edidi. Non tamen volens lubenſque, nam licet Pœnæ furiæ ſint, ut apud Silium lib. I,

Atque omnes adſunt Pœnæ ;

& mox *Ancipitum Furiarum* noſter mentionem faciat, malim tamen ſimpliciter explicare, nihil de pœna deminuunt aut detrahunt, pœnam nulla ex parte moderantur. Τὸ *Afficiunt*, pro quo Barthius & Scriverius *Adfigunt* maluere, eapropter videtur commodius, quod jam *ſuſpenſum* præceſſerit. quid enim *Adfigere* aliud, niſi ſuſpendere?

AD BISSVLAM.

EDyll.VII, Num. 2, pro *Ita Manilius* repone: Ita D. Hieronymus ad Lætam: *Getarum rutilus & flavus exercitus Eccleſiarum circumfert tentoria.* Item Manilius.

AD PRECATIONEM.

EDyll.VIII, Num. 8, poſt Varronis verba: ſed nihil mutandum. Sic Manilius lib. IV: *Et Thrace Martem ſortita colonum.* & latius D. Auguſtinus lib. X, de Civ. Dei, cap. I.

Ibid. Num. 14: Lucianus in Icaro Menippo: Ὅτι δὲ μεταβαίνειν ἐπὶ τοὺς Σκύθας, πλανωμένους ἐπὶ τῶν ἁμαξῶν ἦν ἰδεῖν. Horat. lib. III, od. 24:

Campeſtres melius Scythæ,
Quorum plauſtra vagas rite trahunt domos,
Vivunt, & rigidi Getæ.

Statius lib. V Sylv. 2:

--- *Mutatoreſque domorum*
Sauromatas.

AD MOSELLAM.

EDyll.X, Num. 134: *Tales Cumano*] Intricata, & male diſtincta periodus obſcurior viris eruditis fuit. Conabimur igitur, ut ab explicatione noſtra aliquantum lucis accipiat. *Tales ludos*, inquit, quales nautarum concurrentium jam retuli, Bacchus etiam *deſpectat in æquore Cumano*, quum Venus turbam ſuam ſimulare prælia jubet, *qualia*, vel quæ, depugnata ſunt ad *Actium*: aut quum *Euboica cymbæ referunt* pugnam cum Pompejo ad *Mylas*; quæ præliorum ſimulacra *innocui* tantum ſunt *ratium pulſus*, & *pugnæ jocantes naumachiæ*, *quales* in levore viridis aquæ *reparat* & repercutit mare ad *Pelorum Siciliæ*. Hoc enim hic eſt *reparare ſub imagine viridi*: nempe effigiem in liquida unda reddere. De reipſa Virgil. *Nuper me in littore vidi.* Theocritus de Cyclope, & mox noſter. De colore viridi cœruleove maris plura Gellius.

Ibidem ℣. 241: *Scrutatur toto populatrix turba profundo*] Statius in Sylvis de Scylla:

--- *Siculi populatrix virgo profundi.*

Idem lib. IX Theb.

--- *Arcani quotiens devexa profundi*
Scrutantem delfina vident.

Ibid. Num. 172: Manilius l. III:

--- *Nec Perſica bella profundo*
Indicta, & magna pontum ſub claſſe latentem
Immiſſumque fretum terris, iter æquoris undis:
Non Reges Magnos.

Ibid. Num. 181. *Patrii pepulere dolores*] Malim: *repulere.*

Ibid. Num. 255: *Præfecturarum*] Sirmondus ad Epiſtol. 2, lib. I, Sidonii Apollinaris, Vicarios Præfectorum ab Auſonio innui putat, qui proximo gradu à *Præfectis* erant. Fuiſſe autem Præfecti Prætorio Italiæ Vicarios tres, Vrbis Romæ, Italiæ

&

& Africæ: totidem Præfecti Prætorio Galliarum; unum Hiſpaniarum, alterum Britanniarum, tertium ſeptem provinciarum per Gallias. nobis tamen noſtra placet explicatio, quam ad verſum 399 propoſuimus.

AD GRIPHVM.

EDyll.xi, Præfat. pag.449, lin.ult. *Totam Grammaticam*] Lege partim ex veteri libro, partim ex certa conjectura: *Totam Grammaticam & Muſicã, libroſque Medicinos, ter maximum Hermetem amatorem primum Sophia.* Scalig.

Edyll. Num. 1: Iam didiceram ex Barthii Adverſariis Politianum Gelliani *Griphi* nodum diſſolviſſe: verum quum nec Politiani Miſcellanea ad manum, nec ille hoc Oedipo contentus eſſet, imo nullum hujuſce ſolutionis in editione nupera ab Oizelio parata veſtigium appareret, diverſam à mea interpretatione, & minus rectam fuiſſe mihi imaginabar. Sed quum ille idem quod ego conjecerit, te monendum, Lector, duxi, ne me eorum unum exiſtimares, qui aliena mella cum fucis ſibi vindicantes deprehenſo tandem furto riſum debent, dum non debitam laudem fruſtra captant. Quare hoc te unice rogatum velim, ut ſi forte emendationum, quas, prout occurrebant, ſparſim meis notis inſerui, hanc vel illam apud alios inveneris, ita cogites, in his ſtudiis tractandis fieri non poſſe, quin idem ſæpe plures ſentiant. Id humanius ac candidius eſt, quam quod quidam faciunt: qui mox eos, qui, ſeu per imprudentiam, ſive per inopiam librorum, doctorum veſtigiis inſiſtentes emendatum jam aliis locum ignari corrigant, ſublegiſſe dicunt, plagiique calumnia conterrent. Vt enim de me nihil dicam, Celeberrimi Viri Gronovius & Græviuſ, quorum eruditio invidiam dudum ſuperavit, iiſdem pæne verbis quandoque corrupta ac depravata aliquot Auſonii loca integritati ſuæ reſtituerunt. Quapropter illa utriuſque viri ſeorſim ſuis locis adnotavi, ne vel hic vel ille ſua laude fraudaretur: quæ quidem eos manet ſempiterna; quorum doctis, atque diuturno legendi emendandique uſu confirmatis curis omnis poſterorum ætas perpetuas grates aget. Nos autem, quos nec Bigotius, nec Heroes Galli, imo nec ullus diligentiæ ſtimulus erigit, unam ſi exceperis bonæ famæ cupiditatem, in deſerto noſtro jacebimus, & optime nobiſcum agi putabimus, ſi primos hoſce conſurgendi conatus malignitas invidentium non retuderit.

Eod. Num. 4: *Omnia in iſtis*] Confirmat hanc veteris libri lectionem Theon Smyrnæus cap. 42, Mathem. περὶ τριάδος: Ἥτις πρώτη ἀρχὴν καὶ μέσα καὶ τελευτὴν ἔχει. διὸ καὶ πρώτη λέγεται πάντα εἶναι. quæ omnia optime huc quadrant. Licet enim in univerſum de *triade* dicatur, quod habeat initium, medium, & finem, videtur hoc tamen, exempli, ut puto, cauſa, Auſonius ad hominem reſtringere, cujus *initium* illud cenſendum eſt; cum formatur; *medium*, cum natus eſt; *finis*, mors.

Ibid. ℣ſ. 17. *Ales cinnameo*] Amplectitur emendationem Scaligeri Cl. Giſb. Cuperus lib. 2. Obſ. c. 16: ſed *nimbum* aliter accipit, & cum Servio lucem divinam exponit, qua deorum capita ſolent cingi; quamque cum reliquis honoribus adulatores Imperatoribus ſuis tribuerunt, inter quos Mamertinus in Paneg. ad Maximianum cap. 3: *Et illa lux divinum verticem claro orbe complectens.* Sed an hunc nimbum *cinnameum* dixiſſe veriſimile eſt, cujus ligni, ſeu potius corticis, obtuſus color, longeque à rutilo fulgore diverſus? Dubitavi aliquando an CYANEO NIMBO reſcribendum eſſet. ita enim Euſtathius Antioch. in Hexaëmero: Ὁ δὲ φοῖνιξ μέγεθος μὲν ἔχει ταῶνος, διαφέρει δὲ τῷ κάλλει τοῦ ταῶνος.

πεπῶνος τῇ χροιᾷ. κεκέρασται γὰρ αὐτοῦ χρυσῷ καὶ πορφύρᾳ τὰ πτερά, δίφυει δὲ κύκλῳ στεφάνου ἡ κεφαλὴ αὐτοῦ κεκόσμηται φυσικῶς. ἔστι δὲ ὁ κύκλος κυάνεος, καὶ ῥόδοις ἐμφερής. εὐειδὴς δὲ ὢν τῇ θέᾳ, καὶ ἀκτῖσι κομῶν, ὥσπερ ἥλιος ἐφ' ὕψους ἵσταται. De *ındo* vero *cinnameo* præter Plin. Alcimus quoque Avitus teſtatur:

Hic quæ donari mentitur fama Sabæis,
Cinnama naſcuntur, vivax quæ colligit ales,
Natali cum fine perit, nidoque peruſto,
Succedens ſibi quæſita de morte reſurgit.

Ibid. Num. 47, adde: Commodius, ut arbitror, & facilius hoc ænigma intelligetur, ſi per quadratum ſchema demonſtretur. ex. gr.

• • •	Hic in priore ternario eſt
• o •	numerus *par*, nempe bina-
• • •	rius; *impar*, qui totus ter-

narius; & *medius*, ſive unitas ipſa, quæ nec par nec impar dici poteſt, quoniam revera numerus eſſe non putatur, ſed numeri principium. Illa igitur unitas, ſive τὸ ἕν, (nam μονὰς confuſe diceretur) *dividit tres, quinque, ſeptem*, ut ſuperius oſtendimus: & in toto numero poſitus ſub acumine centri, ut ex quadrato hoc ſchemate liquet, diſtinguit ſolidos trientes *&c.* omnia vero nunc plana ſunt.

Ibid. Num. 60: *Regnata Coloſſo Rhodos*] Manil. lib. IV:

Virgine ſub caſta felix terraque marique
Es Rhodos hoſpitium recturi principis orbem,
Tumque domus vere ſolis, cui tota ſacrata es,
Quum caperes lumen magni ſub Cæſare mundi.

AD TECHNOPÆGNION.

EDyll. XII, De Diis (p. 478) ỳſ. I: *Sunt & cælicolum*] Lege:

Sunt etiam divum Monoſyllaba priva Deum: Fas.

nam male hodie legitur,

--- *monoſyllaba prima Deum Fas.* Scaliger. Minus recte, ut opinor. quis ènim conjunxerit *Divûm Deûm?* dein, niſi *prima* ſcripſiſſet Auſonius, qua ratione intuliſſet: *poſt hanc Rhea?*

De literis (p. 490), Num. 22: *Hac gruis effigies Palamedica porrigitur* Φ] Malim: *Hac grui effigie Palam.*

In Grammaticomaſtige, ỳſ. 5: *Dic quid ſignificent*] Repone:

Dic quid ſignificent Catalecta Maronis in his, Al,
Et quod Celtarum poſuit non Lucidius Tau,
Et quod germano miſtum male letiferum Min?

Ita enim & legendus ex correctione noſtra, & ſupplendus ex veteri libro Auſonius noſtras, poëta poſt tempora Domitiani omnium eruditiſſimus, & in cujus lectione nemo operam ſuam luſerit. Sed quod ipſe ignorat, aut, quod verius puto, ſciſcitabundus quærit tamquam ænigma proponens, non tamquam ænigmatis ignarus, illud nos igitur in notis noſtris ad Virgilii Catalecta fuſius explicamus. *Scaliger.*

AD CENTON. NVPTIALEM.

EDyll. XIII, Præfat. Num. 22, adde: Vt hæc à tironibus percipiantur, *trigoni* diviſio ſubjungenda eſt. Ejus tria genera ſunt, *æquilatus*, ἰσόπλευρον; vel *crure pari* ἰσοσκελὲς, vel *in omnibus impar*, quod Græci σκαληνὸν vocant. Tres ibidem ſunt anguli trigoni, *rectus*, γωνία ὀρθὴ, ex æqualitate & ſimilitudine conſtans; *obtuſus*, ἀμβλεῖα, & *acutus*, ὀξεῖα: quorum hic ſuperat, ille ſuperatur, ſive ut Græci loquuntur, hic ὑπερέχει, ille, non obtuſus, ὑπερέχεται.

Doctiſſi-

Doctiſſimo atque Ornatiſſimo Juveni

JOANNI DE DIEMERBROUCK,

J. U. D. & in Curia Trajectina Cauſarum Patrono diſertiſſimo,

JACOBUS TOLLIUS S.P.D.

ET ipſa res, & exemplum Poëtæ, quem æmulatus ſum, me non invitum monuit, mi DIEMERBROUCKI, ut innoxio luſui contra malignos obtrectatores patronum quærerem, in cujus ſinum nigro dente impetitus confugeret. Non deerunt enim, quamvis dedita opera Græcum mihi ſcriptorem legerim, & aliqua, quæ non minus lepide, licet minus ſevere intexi potuiſſent, omiſerim, qui laſciviam carpent, quam nec ipſi fortaſſis intelligent: melius potuiſſe collocari tempus objicient, & alia ejus argumenti, quæ mea neſcit innocentia. Verum ut illi ſuo, ita nos noſtro vivimus ingenio: quod ſi tibi, tuique ſimilibus bonis ac doctis hominibus placuerit, quid malevoli dicant, non dicant, pili non faciemus, rumoreſque ſenum ſeveriorum omnes unius aſſis æſtimabimus. Ad hæc ſi tu cauſam meam ſuſceperis, triumphabimus: ſed, quod nec tute negaveris, triumphum caſtellanum. Illud tamen merito quis reprehendat, quod in cædendis verſibus aliquantum mihi indulſerim, cum Græca poëſis, inprimis autem Theocritica, non tantis, quantis Latina, cæſuris abundet. Stultus mihi labor videbatur ineptiarum: quumque laſſatum ſeriis animum vellem reficere, moroſæ anquiſitionis tædio refugiebam fatigari. Vale Amice Jucundiſſime, & hoc rude cari ſodalis opuſculum lubens ſuſcipe. Vale.

ΓΑ'ΜΟΣ Α'ΓΑΜΟΣ.

CENTO THEOCRITICUS,

Edit. Criſpin. α φ ο. ad Imitationem Centonis Auſoniani.

8 ΔΑ'φνιδι τῷ χαρίεντι συνήντετο, † τᾶς ποτ' ἐκνίσθη, 4
5 Ἀσκητὰ πέπλῳ καὶ ἄμπυκι † ἁ Γαλάτεια, 6
15 Καλλίστα παίδων † ποτιδεῖν, ἁπαλωτέρα δ' ἀρνὸς, 11
7 Πᾶν ἐπ' ἀλαθείᾳ πεπλασμένον ἐκ Διὸς ἔρνος.
6 Πρᾶτος δ' ἄρξατο Δάφνις, † ἔχων ὑποκάρδιον ἕλκος, 11
16 Θαρσήσας· † χαλεπὸς γὰρ ἔσω θεὸς ἧπαρ ἄμυσσεν· 13
18 Χαίροις, ὦ † χαρίεσσα κόρα· τίνος οὕνεκα φεύγεις; 11
11 Φεύγεις δ' ὥσπερ ὄϊς πολιὸν λύκον ἀθρήσασα.
28 Δάφνις ἐγὼ, Λυκίδας δὲ πατὴρ, μήτηρ δὲ Νομαίη.
1 Δάφνις † ἐπιστάμενος λιγυρὰν ἀναμέλψαι ἀοιδάν. 17
3 Ἠνὶ δέ τοι δέκα μᾶλα φέρω, † μέγα χρῆμα Λακαινᾶν, 18
11 Ὦ λευκὰ Γαλάτεια, † τὸ πᾶν λίθος, ὦ κυανόφρυ, 3
14 Πράττομες οὐχ ὡς λῶς'. † ἐμὲ γὰρ δέος ἴσχει ὀκνηρόν· 25
14 Ἄλλος τοι γλυκίων ὑποκόλπιος. † ἀλλὰ καὶ οὕτως 24
3 Τὶν ὅλος ἔγκειμαι· τὺ δέ μευ λόγον οὐδένα ποιῇ.
17 Κάλλει ἀριστεύοισα θεάων· † ἦ ῥά ποτ' ἦσαν 12
Χρύσειοι πάλαι ἄνδρες, ὅκ' ἀντεφίλασ' ὁ φιλαθείς.
9 Τέττιξ μὲν τέττιγι φίλος, μύρμακι δὲ μύρμαξ,
Ἴρηκες δ' ἴρηξιν· † ἐγὼ δ' ἐπί τιν μεμάνημαι. 10
3 Θᾶσαι μὰν θυμαλγὲς ἐμὸν ἄχος· † ἦ ῥά γε λεύσσεις; 4
24 Οὐ δύναμαι ζῆν, † εἴτι θεοὶ νοέοντι πονηρόν. 25
19 Οἴμοι ἐγὼ μέγα δή τι δυσάμμορος. † εὗρον ἀγῶνα, 22
3 Νῦν ἔγνων τὸν Ἔρωτα. † καὶ ὡς οὐκ ἐστιν ἀλύξαι 25
Ἀνθρώποις, ὅτι μοῖρα κατὰ κλωστῆρος ἐπείγει.
15 Ὦ θεοί, † εἴκε μόνον τὸ καλὸν στόμα τευ ἐφίλασα. 2
1 Χ' ὡ μὲν τόσσ' εἰπὼν ἀπεπαύσατο. † τὸν δ' Ἀφροδίτα 1
Ἤθελ' ἀνορθῶσαι, † τὸ οἱ ἥπατι πᾶξε βέλεμνον· 11
19 Ἡ δὲ μεταστρεφθεῖσα· † γέλως δέ οἱ εἴχετο χείλευς· 7

12 Ἤλυ-

12 Ἤλυθες, ὦ φίλε κοῦρε. † τὸ δὴ μάλα θυμὸν ἰαίνει 7
Ἀμέτερον. † κάμνοντι τὸ καρτερὸν ἀνδρὶ ἐοικώς. 1
16 Τίς τῶν νῦν τοιόσδ᾽; † ὡς κωτίλα ῥήματα φράσδεις; 21
1 Πλῆρές τοι μέλιτος τὸ καλὸν στόμα, † ἁδὺ τὸ πνεῦμα. 8
11 Ἀλλ᾽ ἀφίκευ τύ ποτ᾽ ἀμέ· † τό τοι καὶ κέρδιον αὐτῷ· 26
1 Δεῦρ᾽ ὑπὸ τὰν πτελέαν ἑσδώμεθα. † ὧδε πεφύκει 5
Ποία, χ᾽ ἁ στιβὰς ἅδε, καὶ ἀκρίδες ὧδε λαλεῦντι.
5 Ἀλλὰ γὰρ ἕρφ᾽· † ἀγαθός τις ἐπέπταρεν ἐρχομένῳ τοι. 18
15 Τὶν δὲ χαριζομένα † μὲν ἀλαθέα πάντ᾽ ἀγορεύω. 5
28 Πολλοί με μνώοντο, νόον δ᾽ ἐμὸν οὔτις ἕαδε.
4 Θαρσεῖν χρή. † τοῦ ἔρωτα καλεύχεο Δάφνι λυγιξεῖν· 1
Ἆρ᾽ οὐκ αὐτὸς ἔρωτος ὑπ᾽ ἀργαλέω ἐλυγίχθης;
25 Τὼς ἔλεγεν· † κρύφας δὲ δίδοι πυθέοντι μερίμνας. 17
2 Χεῖρος ἐφαψαμένη, † πολυδέρκεται ἄνδρα γελοῖον, 1
17 Ἐκ θυμοῦ στέργοισα. † Νόῳ δ᾽ ὅγε πολλὰ μενοίνα. 26
11 Ἀλλὰ τὸ φάρμακον εὗρε, † τὸ καὶ μακάρεσσιν ἀγαστόν. 1
26 Ἦμαρ ἦν τὸ μεσηγύ, † καλὸν θέρος ἁνίκα φρύγει, 6
7 Ἁνίκα δὴ καὶ σαῦρος ἐφ᾽ αἱμασιαῖσι καθεύδει.
23 Ἄμφω ἐρημάζεσκον ἀποπλαγχθέντες ἑταίρων·
22 Οὐδεὶς δ᾽ ἐν μέσσῳ γείτων. † Χείρεσσι φίλῃσι 17
19 Εἴρυεν οὐκ ἀέκουσαν. † ἀπ᾽ ὀφθαλμῶν δὲ κακὸν πῦρ 25
Ἐρχομένοις λάμπεσκε. † καὶ οἱ λέχος εὔθυνον ὧραι 19
27 Ἐν καθαρῷ λειμῶνι· † τὸ δ᾽ ἐγγύθεν ἱερὸν ὕδωρ 7
Νυμφᾶν ἐξ ἄντροιο κατειβόμενον κελάρυσδεν.
13 Ἔνθεν βούτομον ὀξύ, † καὶ εἰλιτενὴς ἄγρωστις, 13
15 Χλωραὶ δὲ σκιάδες. † μαρύεται ὑψόθι κισσός. 1
16 Πᾶς δ᾽ ὑπὸ κόλπου χεῖρας ἔχων † διαθρύπτεται ἤδη. 15
17 Ἡ δέ οἱ εὐμενέουσα παρίστατο. † εἶχε δὲ δεῖμα 22
25 Ἀνδρὸς ὀρέξασθαι, ξιφέων τ᾽ ἀνέχεσθαι ἀμυχμόν,
15 Ὀκτωκαιδεκέτης. † μέμαεν δέ μιν ἐξερέεσθαι. 26
Ἄψ δ᾽ ὄκνῳ ποτὶ χεῖλος ἐλάμβανε μῦθον ἰόντα.
16 Ἀλλ᾽ ἴσος γὰρ ὁ μόχθος. † ὀρίνθη δὲ πλέον ἢ πρίν. 23
19 Ὀψὲ δὲ δὴ μάλ᾽ ἔπειτ᾽ ἀνενείκατο παρθένος αὐδήν.
5 Μὴ σπεῦδ᾽, οὐ γάρ τοι πυρὶ θάλπεαι. † ἔξελε χεῖρα. 28
15 Ὤ μοι δειλαία· † τὺ κακᾶς ἠρίσσαο νίκας. 4

1 Οὐ θέμις, ὦ ποιμάν. † τὶν δ᾽ οὐ μέλει, οὐ μὰ Δί᾽ οὐδέν. 11
3 Ὤ μοι ἐγὼ τί πάθω; τί ὁ δύσσοος; † ἔρρ᾽ ἀπ᾽ ἐμεῖο· 21
22 Οὐ γὰρ νικαξῆ κατὰ τὸν νόον. † οἶδα τὸ μέλλον. 24
7 Ἄμμιν δ᾽ ἁσυχία τε μέλοι. † τίν᾽ ἔχεν με δοκεῖς νῦν; 14
19 Ὣς εἰποῖσ᾽ ἀνόρουσε. † πάλιν δέ μιν ὦσεν ὀπίσσω. 26
30 Ἀλλὰ πέλεξ † κραιπνῇσι βιαζομένα παλάμῃσι 19
23 Τῆλις ἐν φύλλοισι τεθαλόσιν ἐξεζανύσθη.
26 Ἔνθα καὶ ἄρρηκτόν περ ἔχων ἐν στήθεσι θυμὸν,
3 Τὰν βαίταν ἀποδὺς, † βαίνει λέχος ἐς φιλεούσης. 17
17 Στειβόμενος καθύπερθε, † καὶ εἰς ἓν παιδὶ κάθευδε, 21
14 Πάντ᾽ ἐθέλων κατὰ καιρόν. † ἔπος δ᾽ ὅγε τοῖον ἔειπεν. 26
11 Νῦν μὰν, ὦ κόριον, † τί μοι ἔτρεμες; ὡς μάλα δειλά. 28
19 Θάρσει παρθενική. † πεῖρα θὴν πάντα τελεῖται. 15
22 Καὶ σύγε μὴ τρέσσης· † τόγε μὰν τεὸν ἀδὺ τέτυκται, 3
18 Ὦ καλὰ, ὦ χαρίεσσα. † καλῶς μάλα τοῦτο, γ᾽ ἴσαμι. 5
26 Ἦ ῥά· καὶ ἐσσομένως † ἀπὸ τὰν μίαν ᾤχετο χλαίναν. 18
2 Ἐπράχθη τὰ μέγιστα· καὶ † εἰς ἐνὶ χεῖρας ἄειρον, 23
18 Ποσσὶ περιπλέκτοις, † φόνον ἀλλάλοισι πνέοντες. 23
2 Καὶ ταχὺ χρὼς ἐπὶ χρωτὶ πεπαίνετο, καὶ τὰ πρόσωπα
Θερμότερ᾽ ἦν ἢ πρόσθε. † αἴδαν τ᾽ εἰς ἔσχατον ἐλθὼν 16
22 Ἤνυσ᾽ ἰδὼν τὸν ἄεθλον, † ἐπεὶ καὶ πρῶτος ἔρεισδεν. 6
23 Χερσὶ πτυσσόμενος. † τί γὰρ κάλλιον ἀνδρί κεν εἴη; 17
1 Τανίκα κεκμακὼς ἀμπαύεται † ὕπνον ἰαύων, 3
26 Παυσάμενος ἔργοιο, τό οἱ μετὰ χερσὶν ἔκειτο.
19 Ἡ δέ μιν ἀμφαφάεσκε, † καὶ ὄμμασι λοξὰ βλέποισα, 21
26 Ὢ πόποι, οἷον τοῦτο; † τί νῦν ὦ ζυρὲ πέπονθεις; 10
Οὔτε τὸν ὄγμον ἄγειν ὀρθὸν δύνα, ὡς τοπρὶν ἄγες.
22 Μὴ λαθόμην; τί τὸ χρῆμα; † καὶ ἕδραθες ὦ φίλε γαμβρέ; 18
8 Οὐ χρὴ κοιμᾶσθαι βαθέως † γάμον ἐκτελέσαντα. 23
26 Εἴπ᾽, ἄγε νῦν, † οὐ γόννις ἐὼν κεκλήσεθ᾽ ὁ πύκτης; 23
25 Ναὶ γὰρ ἐμὸν γλυκὺ φέγγος, † ἔχεις πάλαι ὧν ἐπεθύμεις. 10
8 Μυκητᾶν ἐπίκρε βοῶν, † μὴ φείδεο τέχνης. 23
24 Οὐ δέ κε τὰς σβέσσαι τὸν ἐμὸν πόθον, † ἀλλὰ μάχου μοι. 1
18 Ὄλβιε γαμβρ᾽, † ἄμμες γὰρ ἐρίσδομες, ὅσις ἀρείων. 5
21 Τοίαδε μυθίζοισα † βαρεῖ ἐνεδήσατο δεσμῷ, 25

15 Στι-

15 Στήθεσι φαινομένοις, † καὶ ἁδύ τι ποππυλιάσδει, 5
1 Πάντα δόλον τεύχοισα. † τὸ δ' ἔξοχον ὤπασε δῶρον. 26
19 Ὅσσε δ' ὑπογλαύκεσκε, δι' ἵμερον ἀστράπτοντε.
23 Ἔνθα μάχη δριμεῖα πάλιν γένεθ'. † οἱ δ' ἐκέχυντο. 7
11 Ἀλλ' αὐτὸς ποιοῦτος † ἀπὸ στέρνων πλατὺς ἥρως 25
22 Οὔπω τὸν μέσσατον δρόμον ἄνυεν. † ἐκ μεγάλου δὲ 23
Αἶψ' ὀλίγος γένετ' ἀνδρός. † ἀνέσχε τε νεῖκος ἀπαυδῶν 23
Ἀμφοτέρας ἅμα χεῖρας, ἐπεὶ θανάτου σχεδὸν ἦεν·
26 Ἥλιος μὲν ἔπειτα ποτὶ ζόφον ἔτραπεν ἵππους,
Δείελον ἦμαρ ἄγων. † ὁ δὲ εἰς χθόνα κεῖτο νενευκώς. 23
6 Ταῦτα δ' ἴσως ἐσορῶσα † ποδῶν ἐκμάσσεται ἴχνη, 17
19 Ἀμφί ἑ παπτήνασα † ποτ' ἄντρα τε καὶ ποτὶ ποίμνας, 6
19 Παλλομένη κραδίαν. † χὠ βωκόλος ἐξεγέλασσεν. 4
28 Ὣς οἱ μὲν χλοεροῖσιν ἰαινόμενοι μελέεσσιν
Ἀλλήλοις ψιθύριζον, † ἐπί σφισι γαυρόωντες. 26
24 Χαίρετέ τοι φιλέοντες. † χαίρετε πολλάκι Μοῖσαι, 1
Χαίρετ'. ἐγὼ δ' ὔμμιν καὶ εἰς ὕστερον ἅδιον ᾀσῶ.

ΤΕΛΟΣ.

AD ROSAS.

E Idyl. XIV, Num. 9: Nec dubitabit quiſquam huic emendationi album calculum adjicere, cui hæc ejuſdem Theocriti lecta fuerint, è Carm. XV:

Ἀνθεῖν δ' ἅμμες νιν ἅμα δρόσῳ ἀθρόαι ἔξω
Οἰσεῦμες ποτὶ κύματ' ἐπ' ἀιόνι πτύοντα.

Venus ad ſorores lecturas flores, apud Claudian. lib. 2 de Raptu Proſerpinæ, ỷſ. 119: -- *Nunc ite ſorores,*
Dum meus humectat flaventes Lucifer agros
Roranti prævectus equo.

Orpheus in hymno ad Horas:
Πέπλους ἑννύμεναι δροσόεις ἀνθῶν πολυθρέπτων.

AD BONVM VIRVM.

E Idyll. XVI, Num. 19, adde: D. Hieronymus Apolog. 3. adv. Ruffinum: *Pythagorica & illa præcepta ſunt, Amicorum omnia eſſe communia: &, Amicum ſeipſum eſſe alterum: duoxumque temporum maxime habendam curam, mane & veſperi, id eſt, eorum quæ acturi ſumus, & eorum quæ geſſerimus.*

Ibidem Num. 22, ante, *Veſpere porro à recto* &c. inſere: item Heinſium ad Silium Ital. p. 80. & D. Auguſtinum lib. VII de Civ. Dei. c. XV.

AD ΝΑΙ` , καὶ 'ΟΥ Πυθαγορ.

Eidyll. xvii, Num. 2: *Eſt & non*] pro *ναὶ καὶ οὔ*, vetus quoque N.T. interpres uſurpavit Matthæi v.37: *Sit autem ſermo veſter Eſt Eſt; Non Non.* Quo alludens Auctor Status Religionis Galliæ ſub Henrico II, & Carolo IX regibus, ſcite ſane & eleganter dixit; *Religio noſtra non admittit Eſt & non, verum tantum Eſt, Eſt; Non, Non.* S. Baſilius M. de Spiritu Sancto: *Τὸ ναὶ καὶ τὸ οὒ συλλαβαὶ μὲν δύο, ἀλλ' ὅμως τὸ κράτιστον τῶν ἀγαθῶν ἡ ἀλήθεια, καὶ ὁ ἔσχατος ὅρος τῆς πονηρίας τὸ ψεῦδος, τοῖς μικροῖς τούτοις ῥήμασι πολλάκις ἐμπεριέχεται.* D. Hieronymus lib. 1 adv. Pelagium: *An ignoras omne, quod dicitur, aut eſſe, aut* non eſſe?

AD EPISTOLAS.

Epiſt. iv, verſ. 13: *Poterunt tua dicta videri*] Manilius lib. v:

Externis tamen aptus erit, nunc voce poëtis
Nunc ſaturo geſtu, referetque affectibus ora,
Et ſua dicendo faciet.

Ibidem Num. 40, adde: Immo Nic. Heinſius in notis ad Claudian. raptum Proſerp. l. 1, ℣ſ. 122. ubi de Enna, & Ennæa diva plura.

Ibidem Num. 64: *Meloniis albam filiam*] Ariſtides in ſerm. ſacris p. 602, quum oracul. Delphicum accepiſſet,

Ἐμοὶ μελήσει ταῦτα, καὶ λευκαῖς κόραις,

acceptis honorificis literis, ita illud interpretatus eſt, ut per puellas candidas, epiſtolas ſignificari crederet. *τὰς μὲν οὖν κόρας τὰς λευκὰς, εἰς τὰς ἐπιστολὰς εὐθὺς ἔλαβον.*

Epiſt. v, Num. 18: *Subter paradas*] *Parada* ſunt integumenta navigiorum ad arcendum ſolem, frigus, & reliquas cœli injurias. Sirmondus ad Sidonium.

Epiſt. vi, Num. 3: *Metoche ſed iſta*] Vera hæc lectio, & fruſtra ab aliis ſollicitata. Sext. Empyricus adv. Mathemat. cap. x extremo: *Καὶ Θέων μὲν τὸ ὀνομαστικόν. θετικὸν δὲ μετοχή ἐστι.* & paulo ante: *Καὶ κατὰ τὸν ὅμοιον τρόπον μένων, θέων, νέων, μετοχικὰ ὄντα καὶ ὀνομαστικὰ, διαφέροντες λαμβάνεις τοῖς κλίσεις.*

Epiſt. viii, Num. 6, adde: Sed τὸ *nobis* defendi poteſt, ſic ut humane nimis ſe quoque culpa videatur deſidiæ onerare, qua ſolus teneretur Paulus, niſi in tempore occurreret.

Epiſt. ix. Num. 28, adde: Quæ autem Burdigalenſis Poëta *Collegia Plautina* nominat, ea D. Hieronymus in Apolog. pro libris adv. Iovinianum editis *Plautinas familias* appellavit, homines nempe ventri & voluptati deditos: *Inventa ſunt*, inquit, *Plautina familia, & scioli tantum ad detrahendum*, &c.

Epiſt. xi, circa finem, Num. 15: *Etiam de pronuntiatione videres*] D. Hieronym. in Epitaph. Nepotiani: *Et quidquid minus in opuſculo erat, diſtinctione moderata, & pronuntiationis varietate penſabat: ut in recitando ille ipſe vel placere quotidie, vel diſplicere videretur.* Vide Gell. lib. 13, cap. 30. Vinetum ad Epiſt. iv, & Protrepticon.

Epiſt. xii, ℣ſ. 4: *Ἐν ἤματι γηράσκοντες*] ex Theocrito, Edyll. xii:

— *Οἱ δὲ ποθεῦντες ἐν ἤματι γηράσκουσιν.*

Ibidem ℣ſ. 7: *Θεράποντες inertes*] ex Heſiodo in Theogonia, *Ἀοιδὸς Μουσάων θεράπων.*

Epiſt. xvi ad Probum, Num. 2, adde: D. Hieronymus ad Florentium, *Habeo alumnos, qui antiquariæ arti ſerviant:* loquens de libris mittendis.

Ibidem Iambico, Num. 31: In eodem, quo Scaliger, errore verſabatur Caſaubonus in not. ad Perſium, ubi *mammam* pro matre dici notat, ego pro nutrice accipio. Locus Hieronymi, a Turnebo citatus, eſt ex epiſtola ad Heliodorum de vita Eremit.

Ibidem *vſ.* ult. *Aveque dicto*] Sidonius lib. IX, ep. IX: *Vnde Ave dicto, mox Vale dicimus.* Artemidorus lib. III, cap. 44. Ἴδιον πάσης ἐπιστολῆς τὸ χαίρειν καὶ ἔῤῥωσο λέγειν. Noſter epiſt. ult. ad Paulin.

Quis prohibet Salve atque Vale brevitate parata
Scribere?

Epiſt. XVIII, Num. 21, adde: Heſychius, Ἀμιναῖον δι' ἑνὸς ν τὸν οἶνον λέγε. ἡ γὰρ Πολιτεία Ἀμιναία λέγεται.

Epiſt. XIX, Num. 4, adde: Hiſce jam notatis pari, qua ego, diligentia fuiſſe Iuſtum Lipſium comperio, qui, excepto Statii loco, reliquorum Auctorum teſtimonia in ſuis ad Taciti Germaniam notis exhibuit.

Epiſt. XXII, Num. 14, adde: Silius Ital. l. IV: — *Squalore huic hiſpida diro*
Et villoſa feris horrebant pectora ſetis.
ad quem aliqua Heinſius in crepundiis Silianis huc facientia exempla collegit.

Epiſt. XXIV, Num. 13: *Nec tam promtum*] Sic ferme Electra apud Sophoclem:

Καί μοι τὸν ἐμὸν πέμψατ' ἀδελφόν·
Μόνη γὰρ ἄγειν οὐκέτι σωκῶ
Λύπης ἀντίῤῥοπον ἄχθος.

Ibidem *vſ.* 36: *Te ſuadente fugam*] Ad imitationem Martial. lib. VII, ep. 24:

Te fingente nefas Pyladen odiſſet Oreſtes:
Theſea Pirithoi deſtituiſſet amor.
Tu Siculos fratres, & majus nomen Atridas,
Et Ledæ poteras diſſociare genus.

Ibid. Num. 20, adde: Ovidius V Faſtor. 539:

Verba movent iras non circumſpecta deorum.

& Triſt. V, el. 8:

Nec metuis dubio Fortunæ ſtantis in orbe
Numen, & exoſa verba ſuperba deæ?

Orpheus hymno in Nemeſin:

— Οὐ δή σε λήθει
Ψυχὴ ὑπερφρονέουσα λόγων ἀδιακρίτῳ ὁρμῇ.
Πάντ' ἐσορᾷς, καὶ πάντ' ἐπακούεις, πάντα βραβεύεις.

Epiſt. XXV, Num. 16: *Moderato verbere*] Adde: Sueton. Auguſto, c. 57: *Non ſolum fauſtis ominibus, ſed & modulatis carminibus proſequebantur.* Auſonius in Oratione:

Conſona quem celebrat modulato carmine plebes.

Non diffiteor tamen τὸ *moderato* poſſe retineri; ut apud Ciceronem, tertio Paradoxo: *Hiſtrio, ſi paulo ſe movit extra numerum, aut ſi verſus pronunciatus eſt ſyllaba una brevior aut longior, exſibilatur & exploditur: in vita, quam omni geſtu moderatior, omni verſu aptior eſſe debes, ut in ſyllaba te peccare dicas?* ubi tamen Caſaubonus quoque *modulatior* legi mallet, in notis ad Perſium.

AD GRATIARVM ACTION.

PAg. 702, Num. 22, adde: D. Hieronymus ad Evagrium: *Hæc legi in Græcorum voluminibus, & quaſi latiſſimos terrarum ſitus in brevi tabella volui demonſtrare, non extendens ſpatia ſenſuum atque tractatuum, ſed quibuſdam punctis atque compendiis infinita ſignificans.* Idem in Epitaphio Nepotiani: *Et ſicut hi, qui in brevi tabella terrarum ſitus pingunt: ita in parvo iſto volumine cernas adumbrata, non expreſſa ſigna virtutum.* Sic & aliquoties alibi. omnia namque piget deſcribere.

Pag. 711, Num. 76: *Invenies*] Corrige, & lege: *invenis.* res jam peracta eſt, & illud novum beneficium colla-

collatum; nempe, quod primus conſul fuerit creatus. Ergo non ad futurum referendum. Sed ut magis illud extollat, quod jam præteritum eſt, Rhetorice ad præſens tempus revocat. Mox pro *adjiciet*, malim *objiciet*.

Pag. 718, Num. 113: *De Communi Deo*] Hæc magis oratorie quam pie. Ita enim Ethnici opinati ſunt, animas noſtras *divinæ auræ particulas* eſſe, ut ex Horatio, & Macrobio diſcimus. Item Manilio lib. IV in fine. Refutat Caſaubonus in not. ad Perſium pag. 278.

Pag. 726, Num. 148: *Quæ intus prædicanda ſunt*] Id eſt, quæ *interiorem ejus ac familiarem vitam* ſpectant, ut ait Sueton. in Aug. c. LXI. Aurelius Victor in Epit. de Theodoſio: *Iam illa minutiora, & ut dicitur, intra aulam, quæ quidem, quia occulta ſunt, magis natura hominum curioſa oculos auresque ad ſe trahunt*. Atque hæc ſunt, quæ cum bono Deo, cui Laus & Gratia, ad Auſonium congeſſimus.

TV, IESV CHRISTE, ζωαρκέος ὦ ἀεναε πηγῆς,
Ψυχῇ μὲν φάος ἁγνὸν ἐμῇ πολύολβον ὀπάζοις,
Ἀχλὺν ἀποσκεδάσαντας ὀλεσίμβροτον, ἰολόχολον,
Σώματι δ' ἀρτεμίην τε καὶ ἀγλαόδωρον ὑγείην.

GASPERIS BARTHII
AD AVSONIVM RELIQVA.

NOn inepte fortaſſe faciam quædam connotando, cum duplici quidem emolumento prodeſſe poſſint, nimirum Poëtices, & Philologiæ etiam metris non admodum deditæ ſtudioſis. Quod in Virgilio notarunt docti ponere illum excurrentes à verſu ſyllabas, idem moris frequentat & Auſonius noſter. Vt Epiſt. IX:

— cultuque carentia
Helleſpontiaci qua protegit æquor Abydi.

Eclogario:

Atque diu curſu peragit ſol aureus altero
Autumni æſtatiſque ſimul confinia miſcens.

Sed contractione ſive complexione talia poſſunt etiam explicari: ut alibi, Epiſt. XXII.

Mutuatur ad Græcam fidem,

Epiſt. XVI:

Sylvios Iülus miſcuit.

Eidyll. II: *— ſimul omnium*
Multiplici illuſtres vidit honore domos.

Ephemeride:

— ſanctaſque fores palatiaque aurea Specto. —

Eadem:

Deeſſe fidem latis. —

Parentalium Epigr. XXIV:

Duodeviginti functus Olympiades.

Heroum XII:

Captus pellacis Laïrtiadæ inſidiis.

Eadem media producta extulit Eſ dyll. II:

Victum, habitum, mores, ſemper eadem habui.

Sic & Prudentius. Et videatur ſeculo indulſiſſe Auſonius; ego vero alicujus veteris autoritati potius exiſtimo, ſæpe expertus eum nihil fere ſine ea uſurpare. *Ambitus*, media producta notavimus alibi: at ab eodem *ire*, *aditus* & *obitus* correptam habent. Auſon: *— viros morte obita celebres.* Ovidius Faſtor. IV:

Sol aditus, quam quæris, ait, ne vana labores,
Nupta Iovis fratri.

Valerius Flacc. lib. I:

— Nate indignos aditure labores.

Cum *Adorea* ſecundam producat, *adoris* tamen correptam proponit Auſon. Monoſyllab.

— *Ador*

— *Ador atque Aderis de polline pultiſicum far.*

Gannius vetus Poëta, niſi tamen nomen corruptum eſt, apud Priſcian. lib. VI:

Illam ſponte ſatos Aderis ſtraviſſe maniplos.

Qui & producit alio loco:

Emicat in nubes nidoribus ardor Aderis.

Bis monoſyllabum correptum legitur apud Auſon. Epitaph. XXXIII:

Lata bis octono tibi jam ſub conſule pubes.

Contraria ratione alibi. Ea licentia ſæpius utuntur poëtæ, ut ob cæſuram brevem ſyllabam potentia longam ponant. In eo genere frequens eſt Auſonius, ad Syagrium:

Cujus ego comes, & quæſtor, & culmen honorum.

Ephemeride:

Et coruſcantis oculos laceſſunt fulgura lucis.

Parental. XVII:

Mente bonus, ingenio ingens.

Parental. XXIX:

Æmilia vix nota mihi ſoror accipe queſtus.

Eclogario:

Et dodrans quadrante ſatus auctore carebit.

Idem Epiſt. V:

Reſciſſo diſce componere nomine verſum.

Epiſt. X:

Aut avus, aut proavus antiquior.

Abſurdi vero aliquot verſus in Auſonio occurrunt, qualis hic videri queat:

Nec tu Martio Narbo ſilebere, nomine cujus.

Et in Eclogario alius:

Hydrus, Chiron, thuribulum quoque piſcis & ingens.

Et alter in eodem, ſed qui correctione indigere videtur:

Celſior his Saturnus, tardior omnibus aſtris.

Scribe:

Tardior omnibus his Saturnus celſior aſtris.

Longe ita melior ſtructura erit. Sed & alterum ſic ſcriptum à Poëta exiſtimo:

Thuribulum, Chiron, Hydrus quoque, piſcis & ingens.

Quem ad meliorem memorationem ſequentis ævi aliquis corrupiſſe videtur. Vt non dubito Eclogarium hoc Auſonii in Scholis prælectum fuiſſe, forte & ab Ludimagiſtro aliquo ex majoribus ejus operibus concinnatum:

Controverſus, o — ſuum ambiguum habet. Sidonius:

— *tyrannicarum declamatio controverſiarum.*

Auſonius Ephemeride:

Sunt & qui fletus & gaudia controverſa
Conjectent.

Vtraque cum vulgo dicant, Prudentio viſum eſt ſcribere:

— *frivola utraque & utraque nihil.*

Idem capital admiſit Auſonius Epigramm. XCII:

Suaſiſti, Venus, ecce duas dyſeros ut amarem;
Odit utraque: aliud da mihi conſilium.

Et quicquid apud eruditiſſimum hunc Poëtam legas, jubeo meo periculo cenſeas apud Lucillium, Ennium, aut tales legere; quos & coluit Auſonius, & ubi duriuſculus eſt, ſponte imitando reducere in memoriam atque auctoritatem voluiſſe videtur. Ita Porphyrius:

Sic voti compos exciſaque arma cernens.

Idem:

Vtraque jam theatris
Redduntur & Choreis.

Sic contra regulas etiam pædagogorum eſt *utrobi* ab Auſonio correptum: in Gripho verſ. 63,

Interdictorum triplex genus, unde repulſus
Vi fuero, aut utrobi fuerit; quorumve bonorum.

Sed τὸ *utraque* habes & prima Epiſt.

Et placuiſſe reor geminis ætatibus, ut ſe
Non feſtinato tempore utraque daret.

Vero cum acuatur adverbiorum more, ut poſterior ſit extenta merito, ab Auſonio tamen corripitur Epigramm. cxv:

Pars te Furippum vocitat, pars vero Furippum.

Epiſt. vi:

--- ſed eſt diſcrimen utrique
Poma ut mala voces, carmina vero mala.

Veriſimilis, tanquam diſparatis vocibus, ſecunda protenta dicam eodem auctore. Epiſt. xxiv:

Concinnat veriſimilis ſuſpectio culpas.

Eadem ratio eſt poſterioris in *velis*, quam vulgo corripiunt; at Poëta iſte contra, Epigr. cxli:

Quæ noſti, meditando velis inoleſcere menti.

Et Martial. lib. xii, Epigr. xxxiv:

Si vitare velis acerba quadam.

Sed τὸ *veri* in compoſitione potius breve habendum; ut apud eundem, Cæſaribus:

Matriquecida Nero.

Te ipſum tanquam una voce notandum ab eodem Poëta corripi, ſine Ludi Sapientum:

Chilo cui patria eſt Lacedæmon, noſce teipſum.

Ita enim eo loco vetus lectio, nec video cauſas cur mutent poſteriores Typographi.

T etiam literam producere Auſonium eſt notandum: Epigr. lxxiii,

Falſum convicit illico haruſpicium.

Quomodo & Martialis, qui minime omnium licentioſus, ut loquuntur, creditur lib. x, Epigramm. lx:

Iura trium petiit à Cæſare diſcipulorum.

Spondiacos verſus ſpernunt vulgo. At uno pede excepto talem habeas apud hunc vatem Epiſtol. iv:

Nodoſas veſtes animantum Nerinorum.

Græcorum voces Latine enuntiat idem: ut Epigramm. cxxxviii:

Da rectum caſum, jam feliciſſimus eris.

Rudes ſunt bonæ mentis, cum *rudimenta* primis prioribus corripiunt vulgo, adeoque rudunt, non poëtantur. Auſonius contra Eidyll. xv:

Dura rudimenta & juvenum temeraria pubes.

Valer. Flacc. lib. iii:

Grata rudimenta Herculeo ſub nomine pendent.

Re ſyllabam ambiguam priſcis poſitam uno & eodem carmine in *reperire* demonſtrat Auſonius, contra morem Latinorum, non Græcorum, quibus *Ares Ares* licet ſonare. Epigramm. xxiii:

At qui condiderat, poſtquam non reperit aurum,
Aptavit collo, quem reperit, laqueum.

Quod in *veriſimilis* notavi modo i. produci, etiam in *Regifugio* fit apud eundem Poëtam Eclogario:

Nec Regifugium pulſis ex urbe tyrannis
Lætum Romanis fas reticere diem.

Re vero longum eſt in illo quoque, ubi geminatio ſine omni fit exemplo, Parentalium iv:

--- in Tetricos recidit Imperium.

Quia producta poſteriore apud eundem viſitur Prof. viii:

Sed quia noſtro docuere in ævo
Commemorandi.

Cujus non memini nunc exemplum.

Quatuor brevi prima enunciavit Ennius Annalibus lib. i:

Cedunt ter quatuor de cœlo corpora ſancta.

Quod imitatus Auſonius Cleobulo:

Gradibus propinquis in quatuordecim ſedes.

nec ſcio an ullus alius Poëtarum, certe non memini.

Putreſe cum ſecunda conjugatione dicatur, tamen in compoſito correptum notatur. Prudent.

--- Tumulis putrefacta jacebant,

Auſon. Epigr. cviii:

Vlcera membrorum ſcabie putrefacta foventem.

In contrahendis nonnullis etiam priſcorum licentiam ſequitur Auſonius. *Prout*, una ſyllaba eſt Moſella verſu cccLxxii:

Mille alii, prout quemque ſuus magis impetus urget.

Pue-

Pueritiei quadriſyllabum eſt Profeſſor. x. Sic *abiit* diſſyllabum, Epitaphio xxxi:

Diogenes obiit? non obiit, ſed abiit.

Ita *porge* ἀντὶ *porrige*, Eidyll. iv:

-- vel re vel ſpe mihi porge fruendum.

Profectus à proficiendo prima correpta apud eundem legitur, contra uſum vulgarem. Protreptico:

Pellexi, ut mites peterent per acerba profectus.

Pariter *probroſus*: Auſonius Cæſarib.

Interitus dignos vita properante probroſa.

Plateſſa, genus piſcis hodie in Belgio & Germania notiſſimum, prima brevi licet notare ex eodem, cum neſciam an in ullo alio Poëta reperiatur. Epiſt. iv:

Carroco, letalis trygon, molleſque plateſſa.

Sed nos ſatis fortaſſe diu nugas cörraſimus, etſi nil præter ſolitum vel in talibus egerimus.

VITA

VITA AVSONII,
EX
SCALIGERO.

IVlius Auſonius patria Coſſione Vaſatum, domo Burdegala, arte medicus, uxorem duxit *Æmiliam Æoniam*, natam Aquis Tarbellicis patre *Cæcilio Argicio Arborio Æduo*, primarii generis viro in Sequanis: qui temporibus tyrannicis, cum ſumma rerum recidiſſet in Tetricos, proſcriptus, omnibuſque facultatibus lapſus venit in Aquitaniam, ad civitatem Tarbellorum Aquas: quod eſt oppidum ad æſtuaria Aturri fluminis ſitum. Ibi uſus conditione honeſtæ mulieris, ſed in tenui re, *Æmilia Corinthia Maura*, ex ea ſuſcipit liberos *Æmilium Magnum Arborium*, & *Æmiliam Æoniam*, quæ nupta fuit *Iulio Auſonio* Vaſatenſi. Ex hoc matrimonio quatuor liberi ſuſcepti, *Æmilia Melania*, Decius Magnus AVSONIVS, *Iulia Dryadia*, *Avitianus*. In his *Æmilia Melania* lactans obiit. Avitianus vixdum pubertatem egreſſus, magnæ ſpei adoleſcens, magniſque tum in arte medicina progreſſibus, in mediis parentum votis, acerba morte interceptus eſt: duobus ſuperſtitibus, ſorore *Dryadia*, ac *D. Magno Auſonio*. *Dryadia* Pomp. Maximo Rhetori nupſit: quo adhuc juvenis viduata permanſit in cœlibatu ad ſexageſimum uſque annum, quo ultimam diem obiit. Itaque tres illi ſunt liberi, quos præter *Auſonium* ſuſtulit *Iul. Auſonius*, homo ſane domi nobilis, & apud ſuos maximus, tum arte, quam profitebatur, in qua tum primas obtinebant homines in Palatio noti Siburrus, vir Præfectorius, Eutropius, ac *Iulius Auſonius* ipſe: tum etiam præfectura Illyrici, quam ei detulit Valentinianus ſenior, à quo artis medicinæ cauſa in Palatium arceſſitus fuerat: fratribus ſuis longe felicior. quorum alter CL. *Contentus* ingentem pecuniam in Britanniis fenori occupatam, ac immanibus mercedibus multiplicatam morte præventus externis hominibus diripiendam reliquit: ita ut nihil ex ea ſorte ad fratrem Iulium perveniret. alter autem *Iulius Callipio*, homo prodigo ingenio, & infræni ac effuſiſſima liberalitate, quam homines ſcurræ, & urbani comitatem ſolent appellare, patrimonio exhauſto, nepotes ex fratre & ſorore nomine tenus heredes habuit. Vxorem eam unicam habuit, cum qua triginta ſex annos ſine ulla animi læſione vixit. Obiit nonagenarius, omnibus & membris & ſenſibus integer: tam ſecundæ apud Aquitanos famæ, ut ab illis cum aliquo ſeptem Sapientum contenderetur. Atque ſcitum ejus in ore omnium verſabatur: *Beatum eſſe, non qui non habet,*

qua

qua cupit, ſed qui non cupit, qua non habet. Atque de eo jactabant Aquitani, *Quemadmodum Auſonius neminem ſibi propoſuit imitandum: ita Auſonium nemo nunc poteſt imitari.* Reliquit libros de re medicina, quibus Vindicianus plurimum ſe adjutum fuiſſe teſtatur. Eloquentiæ non ita ſtuduit: cum hoc ſæpius diceret, *Satius eſſe, ſi moribus antiquorum prudentum viveremus, quam ſi eorum tantum lingua & arte loqueremur.* Hoc itaque tanto viro naſcitur Burdegalæ *Decius Magnus Auſonius* nomine avi materni, cognomine patris. Cujus futuræ indolis ea ſigna ſtatim data ſunt, quod cum ejus formam, ac thema *Cacilius Argicius Arborius*, vir Matheſeos ſtudiis inſtructiſſimus perſcripſiſſet, opinione hominum majus neſcio quid de puero ſtatim concipere viſus eſt. Quod alta mente repoſtum ita penitus inſedit curioſo ſeni, ut etiam amiſſo filio majore triginta annorum, unicum *Auſonium* nepotulum in amiſſi ſolatium ſibi relictum eſſe ſæpe prædicaret. & hanc cauſſam eſſe, quare patienter filio careret. Quare ab ipſis primum lucis rudimentis cura *Æmiliæ Corinthiæ Mauræ*, aviæ ſuæ diligentiſſime educatus, ac duarum materterarum, *Hilariæ*, & *Iuliæ Cataphroniæ*, devotæ virginitatis feminarum, mollibus imperiis ſubactus, jam diſciplinæ maturus, *Æmilio Magno Arborio* avunculo traditur, Toloſæ, & Narbonis Rhetori, cauſarumque apud Hiſpaniæ tribunalia diſertiſſimo actori. Qui & ipſe quoque mira de indole Auſonii quotidie prædicare ſolitus, ſecum bene agi dicebat, quod *Auſonius* nepos natus eſſet, eamque ſuam felicitatem ducere maximam. Hoc igitur in bonis diſciplinis, ac utraque lingua uſus præceptore, eos in illis progreſſus fecit, ut in tantum, & talem, poëtam, quantum & qualem videmus hodie, evaſerit. Annos triginta natus primum Grammaticus ad docendum Burdigalæ lectus, deinde, cum Rhetore Burdigalenſibus opus eſſet, paulo poſt ad Rhetoricæ cathedram promotus eſt, Acilio Glabrione Grammatico in ejus locum ſuffecto. In quo munere docendi permanſit, donec à Valentiniano ſeniore, cum jam Iul. Auſonius pater in Palatio eſſet, ad docendos liberos, Gratianum, ac Valentinianum acciretur. Quorum ſigna ſæpe comitatus eſt, ita tamen, ut militans aliquid ſemper ſcriberet, quicquid temporis videlicet ceſſaretur a bello. Maxime, cum de præda ei puella, ſcita forma, nomine Sulpitilla Biſſula obveniſſet, in eam delicatiſſimis epigrammatis in ipſa expeditione luſit. Quod accidit quo tempore ad Lupodunum & Nicri fluvii caput in finibus Suevorum magna Alemanorum, & aliorum Barbarorum ſtrages à Valentiniano patre, & Gratiano Augg. data eſſet. Quæſtor ab Augg. patre, & filio factus, mox duplici præfectura præcinctus, prima Italiæ, altera Galliarum, cum adhuc eſſet Treveris, abſens Conſul a Gratiano Sirmii deſignatus, declaratus, ac prior renunciatus eſt. eique in Gallias

ab

ab eodem Aug. miſſa palmata, in qua D. Conſtantius intextus erat. collegam in conſulatu ſuffectum habuit Olybrium Hermogenianum V.C. Ac diu poſt in Palatio manſit: & proconſul Aſiæ, mox & vicarius diœceſeos Africanæ fuit. Treveris agens cœpit amœnitatem ejus tractus, & fluminis Moſellæ delicias admirari. Quo argumento mirum in modum oblectatus, cœpit illud poëtica ſcriptione periclitari. Id quod ei, ut alia omnia, feliciter ceſſit. Exſtat ejus ea de re eruditiſſimus, ac venuſtiſſimus Panegyricus. Gratiano de vivis ſublato fraude Maximi tyranni, coactus adhuc in Palatio manere, poſtea tamen Maximo ad Aquilejam cæſo, miſſione à Theodoſio impetrata, in patriam, hoc eſt in nidum ſenectæ ſe contulit. Ibi reliquum ætatis, quod fuit in paternis prædiis cum amicis molliter, ac tranquille ſenex traduxit. Matrimonium unum ſancte coluit, ducta *Attuſia Lucana Sabina*, *Attuſii Lucani Taliſii* ſplendidi civis Burdigalenſis filia. quam minorem XXVIII annorum amiſit. Eam uſque adeo dilexit, ut ſecundi matrimonii fortunam tentare noluerit: quippe qui amplius XLV annos poſt ejus mortem cœlebs vixerit. Liberos ex ea ſuſtulit *Auſonium* patri, & avo cognominem, quem infantem amiſit. item *Heſperium Aquilium*, quem proconſulem ipſe præfectus Prætorio, & præfectum Prætorio Conſul vidit. Item & filiam, quæ nupta fuit Val. Latino Euronio Thalaſſio, juveni domi nobiliſſimo; qui & præfectus, & præſes Illyrici, & Rationalis fuit. Plurimum affectus ſuos amavit, præſertim nepotem ex filia *Auſonium*, ad quem protrepticon carmen mittit. *Herculano* tamen ex ſorore *Dryadia* nepote à ſe primum inſtituto, deinde ſucceſſore ſibi in cathedra relicto offendebatur, luxum ejus, diſſolutos mores, ac præceps ingenium plurimum gravatus. In præcipuis amicis coluit *Syagrium*, *Gregorium*, *Tetradium* Satyrarum ſcriptorem, *Clementinum Theonem* poëtam Medulum; *Axium Paulum* Rhetorem, ac poëtam, Bigerritanum; *Q. Symmachum* V.C. præfectum Vrbi, quem ut & *Gregorium*, *filium* vocat. Sed præter alios *Pontium Paulinum*, qui primum inter amicos locum apud illum obtinuit, dum in Aquitania manſit. At poſtquam tranquillioris vitæ, ac ſolitudinis Chriſtianæ deſiderio in Hiſpaniam ſeceſſiſſet, immane quantum iniquo animo id factum tulit Auſonius: adeo ut in exprobrationem uſque beneficiorum ira provectus pene paternæ illius in eum caritatis oblitus fuerit. Nam *Paulinus* multum infra ætatem Auſonii olim ab eo inſtitutus fuerat: ab eodem in Palatium promotus. nec negabat Paulinus. Nam manifeſto teſtatur ſe ei omnia accepta referre, diſciplinam, dignitatem, literas, linguam, togam, & famam. Quare & eo nomine patronum, patrem, præceptorem vocat. Tamen tanquam ingratum ſugillat Auſonius, quod obnixo, & obſtinato ad taciturnitatem animo ſibi toties ſcribenti non reſpon-

reſponderet. Coluit & *Latinum Drepanium Pacatum*, Aginnatem, proconſulari dignitate: cujus nobiliſſima eſt oratio Theodoſio dicta. Tres fundos magnificis prætoriis inſtructos habuit: Lucaniacum, Noverogum, Marojalium. Scripſit multa. Quorum major pars ad nos pervenit: Faſti, quos ab urbe condita ad ſuum conſulatum ſcripſerat, item chronica Cor. Nepotis, & Apologi Æſopi, quos pedeſtri ſtilo conſcripſit, perierunt.

VITA AVSONII, EX VINETO.

SI prima eſt auctoris vita in iis, quæ conſideranda auctorum expoſitionem aggredienti cenſentur, ab *Auſonii* vita & nos exordiamur, primumque de nominibus ejus quæramus. Ipſe, qui multis ſe locis nominat, nuſquam vocat aliter, quam AVSONIVM, ut in Epigrammate de Faſtis ſuis ad Proculum, in extremo Moſella, in Iambico ad Probum, & in Epiſtola ad Theonem. Et Symmachus, quando ad eum ſcribit, chronicique Proſper Aquitanus, Aurelius Caſſiodorus, & Marcellinus Comes, quando Conſulatus Auſonii meminerunt, *Auſonium* tantum nuncupant. Plura ille non habuit nomina in exemplari illo Lugdunenſi, ſed tria reperi in minus antiquo Ioannis Tilii Enguliſmenſis, *Decius Magnus Auſonius*: & quattuor in Iodoci Badii Typographi Pariſienſis editione, *Decius Magnus Auſonius Paonius*. Quorum primum qui pro prænomine accipiunt, & ſic vulgo notant, D. hi vellem mihi probarent, prænomen aliquando fuiſſe *Decius*: quod nomen fuit Publiorum *Deciorum* Murium, qui naſcentis Imperii Romani temporibus ſe pro patria, diis Manibus devoverunt. Quinctus, Sextus, Decimus, numeralia nomina, pro prænominibus fuerunt uſurpata, & ſic notabantur, *Q. Sex. D.* Quam rem qui parum noverunt, vereor, ut ne notam *D.* pro Decio multi acceperint, qui pro *Decimo* debebant. D. Iunium Silanum, & D. Iunium Brutum, non Decios ſed Decimos eſſe in antiquis libris obſervavimus, quum Senecæ & Eutropii hiſtorias emendaremus. & ſic in multis membranis Iuvenalem poëtam vidimus non Decium, ſed Decimum Iunium Iuvenalem omnibus expreſſis literis appellari: ut novis exemplaribus noſtris D. Iunius Iuvenalis, Decimus Iunius Iuvenalis nobis eſſe debere videatur. De *Auſonii* ergo prænomine nihil comperi: ſed qui primus ejus nominibus notam D. præfixit, unde Decius iſtud manaſſe arbitror, hanc pro Decio

ſive

ſive Decimo poſuiſſe ſuſpicor. Fuerunt enim, & in iis Abbas Trittenhemius, qui *Auſonium poëtam*, epiſcopum Burdigalæ fuiſſe putaverint: ac inter Divos exiſtimaverint relatum: quum nec inter præſules, nec inter ſanctos ſuos eum agnoſcant Burdigalenſes. Ceterum perſancte colunt Enguliſmenſes, qui Santonibus ſunt confines, & pro magno habent numine, Auſonium quendam, quem ſuorum Epiſcoporum fuiſſe primum, & à Santonibus Enguliſmam accerſitum dictitant. *Auſonius poeta* agrum apud Santones habuit, ut meminit in Epiſtolis ad Axium Paulum & Tetradium: ubi extremis vitæ ſuæ temporibus, lubens commorabatur. Quibus vero temporibus volunt Enguliſmenſes Auſonium ſuum vixiſſe, ea non male quadrant cum Auſonii poëtæ ſeculo. Primis autem illis Eccleſiæ Chriſtianæ temporibus quia deligebantur Epiſcopi, viri eruditione, vitæque integritate ceteris præſtantes: illique oblatum ab Eccleſia munus recuſare ſine grandi flagitio non audebant, poteſt Auſonius Burdigalenſis è Santonico ſuo ad ſummum Enguliſmam ſacerdotium accitus fuiſſe. Sed poteſt & alius ab hoc fuiſſe Enguliſmenſis ille, quem quiſpiam Auſonium Burdigalenſem ex eo eſſe crediderit, quod à Burdigala non plus ſexaginta millia paſſuum abſit Enguliſma. Quod vero ad *Magni* cognomentum attinet, poteſt aliquis exiſtimare Auſonium poëtam eo titulo cohoneſtatum fuiſſe propter egregiam eruditionem, & quos geſſit ſummos honores: ſed poteſt & ab avunculo *Æmilio Magno Arborio* accepiſſe videri, cui carus fuit non minus quam patri, & in diſciplinis omnibus puer, juvenis, vir, accuratiſſime inſtitutus, quemadmodum ipſe memoriæ prodidit Auſonius in carmine tertio Parentalium, & in ſextodecimo Profeſſoribus. *Paonii* autem appellationem non aliunde ortam exiſtimo, quam quod ſemidoctus quiſpiam, qui eundem putaret eſſe Auſonium, patrem medicum, & filium Auſonium poëtam, Pæonium pro medico Auſonium poëtam vocaverit, à Pæone illo, deorum medico apud Homerum Iliados libro quincto.

Burdigalenſis itaque poëta quibus ſit dictus nominibus, prætarquam uno, quo ſe ipſe nuncupavit, nobis eſt incompertum: cui pater fuit *Iulius Auſonius*, Vaſatenſis civis, Medicinæ Profeſſor, Græce doctior quam Latine: quem commemorat primum filius in Parentalibus, & epicedio honoravit: quæ utraque carmina ſatis multa de Auſonio medico dabunt, ſiquis de illo plura noſſe cupiet. Is autem ex patria Burdigalam commigravit longe celebriorem civitatem clarioremque, ab Vaſatis millia paſſuum circiter quadraginta diſtantem: ac ita Burdigalæ genitus Auſonius poëta, patriam ſuam Burdigalam nuncupat in extremo carmine de claris Vrbibus, quod eſt de Burdigala: in verſu quadringenteſimo & quadrageſimo nono Moſellæ, & alibi. Matrem autem habuit *Æmiliam Æoniam* ex Aquis Auguſtis: inter

inter quod oppidum Tarbellorum & Vaſatas ſunt millia paſſuum circiter centum. Sed de *Auſonii* genere plura qui volet, univerſum in tabula extremo Parentalium commentario ſubjecta expoſuimus. Qui cum Latinas Græcaſque literas ſub *Æmilio Magno Arborio* avunculo, Tiberio Minervio, aliiſque præceptoribus ad unguem didiciſſet, in poëticaque excelleret, *Grammaticam* primum, deinde Rhetoricam, propinquorum aliquot, multorumque aliorum virorum doctiſſimorum exemplo, in patria docere cœpit. Sic enim de ſe ipſe memoriæ prodidit in carmine viceſimo quincto de Profeſſoribus Burdigalenſibus, in Protreptico ad Nepotem, & in Semigræca ad Paulum Axium Epiſtola. Quæ profeſſio diligens & in primis docta, Auſonium apud ſuos Gallos, exteraſque gentes adeo clarum reddidit, ut inter omnes iiſdem literis nobiles, quos ea tempora plurimos habebant, eum delegerit Valentinianus Imperator, cui filium ſuum Gratianum in diſciplinam traderet. Fuit eidem Principi filius alius, qui patris nomen geſſit, Gratiano annis duodecim natu minor, de quo eſt quinctum Auſonii Epigrammatum, & ad Imperium à fratre acciti, mortuo patre, mentio in Gratiarum actione pro Conſulatu, cæterum diſciplinæ nuſquam meminit Auſonius. *Gratiano* vero *præcepiſſe* ſe diſerte meminit in eadem Gratiarum actione. Auguſtis autem ſuis dum ob ſingularem eruditionem & mores probatiſſimos acceptiſſimus eſt Auſonius, nullos non adipiſcitur *honores* eorum beneficio. in quibus, multos gradus nomine Comitis, Quæſturam, Præfecturas, ac Conſulatum ipſe recenſet in Epigrammatibus de Faſtis ſuis, in carmine quarto Parentalium, extremo carmine de Burdigala, Epicedio, extremo Protreptico ad Nepotem, Gratiarum actione, Epiſtolis ad Vrſulum, & Paulum, & Paulinum, ac alibi. CHRISTIANVS fuit, & literarum Chriſtianarum apprime ſciens, ut teſtantur ipſius verſus Paſchales & Rhopalici, & Paulini Epiſtola *Deſore*. Vxorem habuit *Attuſiam Lucanam Sabinam*: cujus mortem deflet in nono carmine Parentalium. Eam juvenis amiſit annos natam non plus viginti octo: nec poſtea duxit aliam. Ternos ex illa ſuſcepit liberos, quaternosve: de quibus plura nos in id carmen nonum Parentalium.

Theodoſius Auguſtus quanti fecerit Auſonium, ſuis ipſe Princeps literis ad eum ſcriptis teſtatus eſt: quæ ante Auſonii Epigrammata poni ſolent: ſed aliis amicis non caruit multis Auſonius. in quibus, quos ipſe ſuis ſcriptis celebravit, hi fere ſunt: *Probus* Præfectus Prætorio, ad quem miſit Epiſtolam cum carmine Iambico, quæ numeratur tertia inter Auſonii Epiſtolas. *Proculus* poëta: ad quem ſcribit Epigrammaton triceſimum tertium, & aliud rurſus Epigramma de ſuis Faſtis. *Gregorius* quidam, quem *filium* vocat, quum ei mittit Cupidinem Cruci affixum. *Drepanius Pacatus*, cui dedicat

Ludum ſeptem Sapientum, & Technopægnion, & edyllium de Vita humana, ubi & *filium* vocat. *Symmachus*, cui mittit Griphum Ternarii numeri, & epiſtolam, quam inter ipſius epiſtolas quartam numeramus. *Pontius Paulinus* Burdigalenſis, cui miſit Technopægnion & literas multas. *Axius Paulus* orator poëtaque, ad quem mittit Biſſulam, & Centonem nuptialem cum multis literis. *Vrſulus* Grammaticus, & Tetradius poëta: ad quos ſingulæ exſtant literæ: *Theon*que Medulenſis, ad quem quaternæ. Quorum quæ manent ad Auſonium epiſtolæ, pauculæ ſunt, una, illa Theodoſii Imperatoris, ſex ſeptemve Symmachi, & Paulini duæ.

Quibus autem Conſulibus ſit *natus* Auſonius poëta, & quibus è vita migrarit, nuſquam legimus. Suam *Sabinam* uxorem anno ætatis duodetriceſimo mortem obiiſſe ſcribit, ſed ipſe tunc quot annos natus eſſet, tacuit: qui tamen poſt eam mortuam, annis triginta ſex aut quadraginta quinque carmen illud lugubre de conjuge ſcribebat, quod nonum eſt in Parentalibus. *Vixit* autem, uti diximus, Valentiniano, Gratiano, & Theodoſio Imperatoribus: quorum primus Valentinianus imperare cœpit anno urbis milleſimo centeſimo & octavodecimo: qui fuit annus Chriſti trecenteſimus & ſexageſimus ſextus. Poſt quem annum vixerit adhuc annos minimum viginti tres. In carmine namque de Aquileja mentionem facit de Maximi tyranni nece: quem Aquilejæ Theodoſius extinxit, anno Chriſti trecenteſimo & octogeſimo octavo. Meminit autem ſenii ſui multis locis. Senem ſe Conſulem eſſe factum dicit ad Gratianum diſcipulum. Heredium ſuum poſt Conſulatum celebravit: & Paulo Paulinoque quæ ſcripſit, *ſenem ſe poſt Conſulatum ſcripſiſſe* dicit.

Opes illi non defuiſſe veriſimile eſt, viro multis honoribus functo, & tot tantiſque Principibus cariſſimo, ceterum nulla earum mentio. Parvum erat heredium, quod ipſe carmine celebravit. Prædii quod apud Santones habebat, locis aliquot meminit, ut ſupra indicavimus. Pontius Paulinus in epiſtola *Defore*, ſcribit illum Burdigalæ prædium habuiſſe, ac aliquot alia aliis in locis: ſed hæc quanta fuerint, & quam magni reditus, non addidit.

Quod autem ad ejus ſcripta attinet, quæ jam ex iis impreſſa in lucem exierunt, ea monſtrabit index libri, quæ ſint: quorum nullus nec in novis exemplaribus, nec in veteribus ordo certus: ſed quæ nos quam potuimus optimo, conſtituimus. Plura autem ſcripſerat, quam exſtant. *Faſtos* namque ſuos Epigrammatibus quatuor celebrat, quam ſcriptorum ejus potiſſimam partem ſtudioſi omnes valde deſiderant. Quæ utinam in aliqua vetere Bibliotheca tandem aliquando reperiantur: quemadmodum Parentalia, Commemoratio Profeſſorum Burdigalenſium, Epitaphia Heroum, & alia quædam ejus Carmina, de quibus hauddum quicquam audieramus, Charpinus in Araris

inſula

inſula nuper forte reperit. De quibus ſcriptis, deque ipſo adeo auctore quid ſit ſentiendum, ſi quis forte roget, Symmachus plurimi facit aliquot epiſtolis, ſed amicus fuit hic intimus. Qui verò nuper de hoc judicarunt, ii non ſibi conſtant. Quidam namque nihil non admirantur in eo: ac laudant. Alii multa reprehendunt, in primiſque Carminum aliquot laſciviam Chriſtiano nomine prorſus indignam, ſed qui nec Epigrammaton ſecundum videntur legiſſe, nec epiſtolæ ad Paulum partem Centoni ſubſcriptam. Iudicii parum & nitoris nonnullis, veluti Lilio Gregorio de poëtis, in illo eſſe viſum eſt: ſed dubito, hi Critici an unquam cogitarint, inter exſtantia Auſonii ſcripta eſſe poſſe multa, quæ non vulgaverit ipſe, ſed poſt ejus mortem liberi ac amici. *Carmen patris ad filium* ſuus monebat titulus in ſuo illo Lugdunenſi libro, inchoatum duntaxat, repertum fuiſſe, & de liturariis deſcriptum. *Rhopalicam orationem* animi gratia ſcripſiſſe arbitror, ut tentaret, eo difficili genere aliquid condere, quod amicis fortaſſis oſtenderet, non autem, ut aliquando vulgaret rem verbis parum Latinis ſcatentem, & multis locis ſyllabarum tempora non ſatis obſervantem. *Ad Theonem* vero familiariſſimum ſuum, congerronem lepidiſſimum, aliquas literas ſcientem, quippe qui verſus etiam factitaret, quos Auſoniacis ſcilicet jocoſe opponeret: ad Theonem ergo iſtum quam peſſimos potuit verſus per deridiculum condidit Auſonius.

Auſonius Salve charo mihi dico Theoni. &
Villa Lucani mox potieris aco.

Quamobrem conſiderent Ariſtarchi iſti, Plautum de induſtria aliquando locutum eſſe barbare, & quæcunque exſtant Auſonii ſcripta, non fuiſſe ab eo ipſo in lucem data, ſed pleraque, poſtquam diem obiiſſet, in ejus liturariis, uti diximus, reperta, amicos edidiſſe, ut inchoata erant, rudia & impolita: qui nihil non luce dignum exiſtimabant, quod tantus vir aliquo modo ſcripſiſſet. Ingenium & eruditio fuit in illo multa, ſed *ſtilus tempora illa*, inquit Eraſmus in Ciceroniano, *aulæ delicias & licentiam reſipit.*

D. AVSONII VITA,
EX LIBRO V
PETRI CRINITI
DE POETIS LATINIS.

D. Auſonius, *genere* Gallus, *patria* Burdigalenſis fuit: quæ res aperte indicatur, cùm locis pluribus, tum præcipue his verſibus:

Burdigala eſt natale ſolum, clementia cœli
Mitis, ubi & rigua larga indulgentia terra.

Vixit, ut conſtat, imperantibus Valentiniano & Valente Auguſtis, quibus magnopere acceptus traditur ob ingenium, atque excellentem doctrinam: ſed longe nobilior factus eſt ſub Gratiano Cæſare, quem in Latinis literis, atque honeſtis diſciplinis magna diligentia erudivit, ut paullo poſt dicemus. *Parentem* habuit nomine Auſonium, profeſſione medicum, multiſque ac variis honoribus illuſtratum: quod ipſe poëta Auſonius teſtatur eo carmine, quo pietatem ſuam profeſſus eſt in deplorando obitu patris. Quidam imperitiſſime faciunt, qui ad hunc poëtam ea referunt, quæ ad patrem Auſonii pertinent. Cæſar Valentinianus tantum conceſſit moribus, atque doctrinæ Auſonii, ut eum præcipue delegerit inter ceteros omnes, qui Gratianum filium inſtrueret, ejuſque ingenium Latinis literis erudiret. Quocirca maximam *nobilitatem* adeptus eſt, adeo ut paulo mox patrocinio Cæſ. Gratiani provectus fuerit ad Conſularem dignitatem quam honeſtiſſimis ſuffragiis, ut abunde percipitur ex illa nobili *Gratiarum Actione*, qua Imperatori optimo, & diſcipulo humaniſſimo gratulatur. Permulta compoſuit & proſa oratione, & carmine. Librum *Epigrammatum* magna ex parte à Græcis poëtis acceptum, in Latinos numeros convertit, mira elegantia, parique ingenio. Fuit enim Græce, ac Latine peritiſſimus. Item *de* iis *Vrbibus* ſcripſit, quæ nobiliores, atque clariores haberentur, vario, & multiplici genere carminum: ex quo poëmate quædam veluti fragmenta adhuc leguntur. Puellam nomine *Biſſulam* multis carminibus celebravit, admiratus egregiam illius formam, ſingularemque venuſtatem. De fluvio *Moſella*, qui Lingonum fines prætergrediens in Rhenum influit, in quo maximam laudem, ut eſt auctor Symmachus, jure optimo ſibi vindicavit. Siquidem incredibili elegantia utitur in eo deſcribendo. *Faſtorum* præterea libros abſolvit, opus magni laboris, ac multarum vigiliarum. à principio enim Vrbis conditæ auſpicatus eſt, continuato ordine uſque ad ſuum conſulatum, ut his verſibus teſtatur:

Vrbis ab æterna deductam Rege Quirino
Annorum ſeriem cum Procule accipies,
Mille annos, centumque, & bis fluxiſſe novenos
Conſulis Auſonii nomen aduſque leges.
Fors erit ut luſtrum cum ſe cumulaverit iſte
Confectam Proculus ſignet Olympiadem.

Inter *amicos* præcipue habuit Tetradium Gallum, Paulinum poëtam, & Heſperium. quorum ſtudium, atque benevolentiam pluribus, ac variis Epiſtolis teſtatur. Symmachus autem vir conſularis, & apprime doctus, tantum poëtæ Auſonio detulit, ut aſſertum ab eo

ſit,

ſit, neminem eſſe omnium mortalium, quem in officio amicitiæ illi compararet. Exſtant adhuc epiſtolæ ipſius Symmachi, velut optimi teſtes tam mutuæ, tamque ſingularis inter ſe neceſſitudinis. Neque dubium eſt eundem Auſonium inter Chriſtianos relatum, quod illius opera multis locis demonſtrant. De obitu ipſius nihil certi habetur ex veterum lectione: etſi quidam tradunt nonagenarium periiſſe. in quo magno errore decipiuntur, cum id ad parentem Auſonii pertineat.

D. AVSONII VITA, EX LILII GREGORII GYRALDI DE POETARVM HISTORIA DIALOGO X.

POſt hos vero fuit inter Epigrammatarios D. AVSONII Galli imago, qui & *Pæonius* cognominatus eſt ab aliquibus. *patrem* hic ſibi cognominem habuerat, qui in medica facultate non ignobilis fuit. Nec vos aliter intelligatis patris ipſius Epicedion, in quo pater ipſe, non filius, de ſe loqui inducitur, vitamque ſuam explicat, ut in ejuſmodi poëmatis plerumque fieri ſolet: ex qua re facilis fuit lapſus quibuſdam alioqui doctis, ut patris vitam, filio ineptè adſcripſerint. Fuit autem *patria* Burdigalenſis, quæ Galliarum adhuc eſt civitas, ut idem de ea canit in catalogo urbium. nam quòd aliqui Vaſſatem eum faciunt, eo ſcilicet ipſius verſiculo;

Vaſſates patria, ſed Lare Burdigalæ;

eadem, quam modò dixi, ratione falluntur: id enim ex patris perſona dictum eſt. Chriſtianus quidem Auſonius fuit, ut ex ejus verſibus, & item Paulini ejus diſcipuli facilè colligimus: ſed petulantior tamen, & laſcivior, quàm ut inter Chriſtianos numerari dignus ſit. *Floruit* in primis Gratiano & Valentiniano Auguſtis imperantibus: quin & Gratiani ipſius magiſter fuit, à quo & Conſulatu, & Conſulari dignitate ornatus eſt: *Conſul* enim cum Olybrio fuit, unde & ejus annus à ſcriptoribus eſt notatus: tametſi in Proſperi Chronico pro Auſonio *Muſonius* legatur. *Filios* verò tres habuit, Heſperium, & Gregorium, & tertiam feminam, ex qua & nepotem ſuſcepit ſibi cognominem, ad quem exſtat poëma protrepticon. *Fratrem* etiam habuit Maximi nomine, non filium, ut falſo quidam putavere. Symmacho, & Drepanio, aliiſque viris doctiſſimis familiariſſime eſt uſus.

Auſonii *diſcipulus Paulinus* fuit, quem, ut meminiſſes, inter Chriſtianos poëtas recenſuimus. Sunt qui Sulpicillam ab hoc Auſonio amatam putent, ex his Fulgentii Placiadis verbis: *Sulpicilla Auſoniana loquacitas deperiit*. ego hac de re nihil vobis ajo. Biſſulam certè puellam pluribus, ut videre poteſtis, carminibus celebrat. Quæ verò, & qualia ſcripſerit, ex ejus, quæ ſuperſunt, poëmatibus facilè reſcire poteſtis: nam præter ea & annales, quos ille *Faſtos* vocavit, ſcripſit, ab Vrbe condita ad ſua uſque tempora, hoc eſt, ut ipſe cecinit;

Vrbis ab æterna deductam rege Quirino,
Annorum ſeriem cum, Procule, accipies,
Mille annos, centumque, & bis fluxiſſe novenos,
Conſulis Auſonii nomen aduſque leges.

Atque hæc vobiſcum de Auſonii vita: plura verò de ipſo, ceteriſque aliis omnibus ſcio me vobis dicere potuiſſe, ſed minutias, & nitellas, ut dicitur, omnes colligere, curioſi potius, quam diligentis fuerit. Rectè tu quidem, inquit Piſo: quin illud in præſentia ex te, Lili, ſcire avemus, quo in poëtarum numero Auſonium reponis? Quibus equidem inquam: non facile vobis dixerim, hoc quando tempore Auſonium ego haud multi facio, mutata videlicet ſententia, cum puer adeo eum complexus fuerim; ut ejus fere verſus omnes memoriæ mandaſſem, ea ab aliis ductus via, quibus cum verſabar: quin & ea ætate *Griphum* ipſius ternarium ſum interpretatus. at in eo quidem eruditio multa, varietas, & curioſitas; judicii vero, & nitoris, ut quidem mihi nunc videtur, parum. Sunt ejus quædam, quæ à Græco in Latinum tranſtulit, in quibus argutiæ, ſalis, & leporis ſatis, quæ legiſſe aliquod eſt operæpretium. Sunt & qui alterum Burdigalenſem Pontificem Auſonium faciant, qui cum Martino & Ambroſio de re Chriſtiana Treveris in Synodo tractaverit, Maximi videlicet tempeſtate, huicque *Moſellam* poëma attribuunt. ego nihil ſtatuo: neque enim mihi eorum auctoritas ſolida videtur.

INDEX

INDEX
RERVM ET VERBORVM
IN
AVSONIVM.

Notarum Explicatio.

Cæſ.	De Cæſaribus,	Pag. 215
Eclogar.	Eclogarium,	538
Edyll.	Edyllia,	294
Ephem.	Ephemeris,	94
Epigr.	Epigrammata,	1
Epiſt.	Epiſtolæ,	567
Faſt.	Faſtorum Epigr. IV,	91
Grat.	Gratiarum Actio,	699
Her. Epitaph.	Heroum Epitaphia,	189
Omiſſ.	Omiſſa Commiſſa,	773
Par.	Parentalia,	107
Per.	Periochæ,	737
Præf.	Præfationes tres,	
Prof.	Profeſſores,	144
Sapp.	Sapientum Ludus,	264
Vrbb.	Vrbium nobilium ordo,	228

In ipſo Indice

Obſervandum, ſi tres numeri concurrant, priorem (Romanum) eſſe Opuſculi in partes ſuas diviſi; ſequentem versûs, ubi hi numerati, aliàs Notæ; tertium paginæ, addito a, b, columnæ.

A*bare*. Epiſt. I, 14. Pag. 568, b.
Abjicere, *objicere vitam*. Sapient. Solone, 26. 276, a.
Abire, mori. Epitaph. XXXI, 2. 198.
Omiſſ. 792, b.
Ablativus IV declin. in *ui*. Prof. III, 6. 152.
Abricanti. Epiſt. IX, 32. 604, b.
Accepti & expenſi tabula. Gr. Act. 62. 709.
Accuſativus loco nominativi. Sapient. Solone, 7. 270.
Achemenia tela, Babylonicæ. Epigramm. XXXVII, 2. 30.
Achates in deliciis Arſinoæ. Edyll. X, 316. 404, a.
Achillis impietas punita. Epigr. LXXII, 1. 50.
Achillis Epitaphium. Epit. IV. 192.
— *ornus* nulli *vibrabilis*. Epiſt. XXIV, 108. 688, a.
Achillei, pro Achilli, *Achillis*. ibid.
Acilii è Trojanis oriundi. Prof. XXIV, 4. 187.
Acilius Glabrio, Profeſſ. Burdig. Profeſſ. XXIV. 186.
Acindynus & *Chreſtus* fratres. Epigramm. XL. 33.

Acta, litus. Per. Odyſſ. VI, 1. 759, a.
Actiacus triumphus. Edyll. X, 211. 387, a.
Actio *ter primum* Demoſtheni. Prof. I, 19. 146, a.
Actiones Fiſcales remiſſæ. Grat. Act. 177. 731, b.
Adagio, hæc. Præfat. 3 Edyll. XII, 6. 476.
Ad Cleanthen Stoicum diſputator. Profeſſ. XV, 11. 175. XX, 1. 181.
Adductius. Grat. Act. 152. 726, a.
Ad eundem lapidem bis offendere. Epiſtol. XI, 12. 615, b.
Aditus facilis in Imperatore laudabilis. Gr. Act. 729.
Admirabilis equi Epitaphium. Epitaph. XXXV. 211.
Adoneus, Bacchus. Epigr. XXX, 6. 27.
Adonidis fabula. Edyll. VI, 11. 325. Edyll. XII, de Hiſtor. 482.
Ad perpendiculum ſeque ſuoſque habuit. Par. V, 8. 119.
Adſciti quantum præmineant genitis. Cæſar. Hadriano XV, 2. 222.
Adventoria, Metatoria epiſtola. Edyll. IV præfat. 306, a.
Adulo, adulor. Grat. Act. 37. 704, b.
Adultera venefica. Epigr. X. 11.
Ædui, hodie Burgundiones. Par. II, 2. 111.
Æmilia Æonia, mater Auſonii; ejus vita & mores. Par. II. 111.
Æmilia Corinthia Maura. Par. V. 119.
Æmilia Dryadia. Par. XXV. 139.
Æmilius Magnus Arborius. Par. III. 112. Prof. XVI. 176.
Æmilia Hilaria. Par. VI. 120.
Æmilia Melania. Par. XXIX. 141.
Ænigmatum ſolutores quid meruerint. Epiſt. IV, 99. 588, b.
Æolum anni decem menſium. Epiſt. VII, 8. 595. b.
Æquanimus. Edyll. III, 10. 304.
Æquor cereum, pro tabellis cera obductis. Epigr. CXLVI, 13. 89.
Æquoreus amnis, qui aquas in mare exonerat. Vrb. IX, 4. 243, b.
Ære dirutus. Edyll. XIII præfat. 29. 508. b.
Æripedes cervi. Edyll. XI, 14. 454, b.
Æſopi venuſtas. Epiſt. XVII, 14. 641, a.
— fabulæ a Titiano tranſlatæ. Epiſt. XVI, 80. 636, b.
Ætates Animalium. Edyll. XVIII. 533.
Ætatis in puellis commendatio. Epigr. XIII, 1. 14.
Ætnea Ceres. Epiſt. IV, 47. 579, a.
Ævum nomina non onerant. Epiſt. I, 18. 569, b.
Affectare, verbum Veneris. Edyll. VI, 41. 332, a.
Afranius tractavit amores puerorum. Epigr. LXXI, 4. 49, b.
Africa an mundi pars tertia. Epiſt. XIX, 8. 655, b.
Agathocles Siciliæ tyr. *fictilibus cœnare* ſolitus. Epigr. VIII, 6, 9 & ſeq. *figulo genitore ſatus*. ibid.
Agamemnonis Epitaphium. Epit. I. 190.
Ageſinnates Plinii. Epiſt. XXIV, 79. 684, b.
Aginnum Nitiobrigum. Epiſt. XXIV, 79. 684, b.
Aglaus fines agellii proprii nunquam excefferat. Sapient. Solone, 27, 28. 276.
Agna, agnus. Epigr. LXIX, 5. 44.
Agones Capitolini, in queis omne genus artif. certabant. Prof. V, 7. 157, a.
— Græciæ *luſtrales*. Eclog. de luſtr. Agon. 564.
Agricius, Rhetor. Prof. XIV, 3. 173.
Ajacis tumulus. Epit. III. 191.
Ajax in florem mutatus. ibid. & Edyll. VI, 12. 325, a.
Airenſis Epiſcopatus. Epiſt. XI, 17. 617, a.
Αἰχμαλωτεύειν Virgilii. Edyll. XIII, 19. 519, b.
Al Virgilianum, pro *allium*. Edyll. XII. in Gramm. 496.
Ala Indiana. Omiſſ. 791.
— Seboſiana. ibid.
Alauſa, piſcis. Edyll. X, 127. 378, b.
Alburnus, piſcis. Edyll. X, 126. 378, a.
Alceſtis *in nece functa viri*. Par. XXX, 6. 142.
Alcimus Alethius, Rhet. Prof. II. 148.
Alcon medicus *divis fatiſque potentior*. Epigr. LXXIII, 3. 51. LXXIV. 52.
Ale-

Alemanni ad Argentarium à Gratiano cæſi. Grat. 21. 702.
Alethius Minervius. Prof. VI, 161.
--- *Alcimus*, rhetor. Prof. II. 148.
Alexander M. *lora jugi fatalis, cum ſolvere non poſſet, abſcidit*. Edyll. VII præfat. 338.
--- *Pythia ſpecum, quo die nefas erat, penetravit*. ibid. 339, b.
Alexandria, munita Nilo. Vrb. III, 6. 231.
--- *turbida vulgo*. ibid. 4. 230.
--- *domus fluminis, donum fluminis, fulminis*. Gr. Act. 96. 715, b.
Aliſontia fl. Edyll. x. 371.
Alexandri M. dictum de voto exercitus Græcor. Gr. Act. 725.
Alphei & Arethuſæ fab. Vrb. XI, 1. 249, a.
Alpini, Hiſpani. Epiſt. XXV, 70. 697, a.
Altiſonum cæl, cœlum. Edyll. XII, Grammaticomaſt. 497.
Alvus genitalis. Eclogar. de rat. Puerp. II. 542, a.
Amantium mortes quales plerumque? Epigr XCII, 7. 62, a.
Omiſſ. 777, a.
Amazones Threiciæ, Thraciam primum tenuere. Epigr. I, 15. 4.
Ambiguitas vitæ eligendæ. Edyll. XV. 524.
Amen in Pſalmorum cantu Plebs in Eccleſia veteri accinere ſolita. Ephemer. Orat. 85. 103.
Omiſſ. 781, b.
Amici veri, *quales caritas non fortuna conciliat*. Gr. Act. 190. 734, a.
Amicorum aliquot paria. Epiſt. XXIV, 34. 681.
Amicus *pars major animæ noſtræ*. Epigr. CV, 8. 67. Omiſſ. 778, a.
Amicam qualem velit. Epigr. XXXIX. 31. & LXXVIII. 54.
Aminenm vinum. Epiſtol. XVIII, 31. 649, b.
Ammonius Anaſtaſius, Gramm. Burdigal. Prof. x. 168.
Amoris mutui votum, ad Cupid. & Venerem. Epigr. LXXIX. 54.
--- -- cauſa. Epigr. XCI. 60
--- deſperati remedia laqueus, gladius, præcipitium. Epigr. XCII, 12. 62, b.
Ancillarum feſta. Eclogar. de Feriis. 16. 562, a.
Ancipites Furiæ, pro ſævientes. Epigramm. XCV, 64. Edyll. VI, 33. 336, b.
Ancon Tarbellicus. Edyll. x, 466. 437, a.
Androgyni. Epigr. LXIX, 4. 44.
Animalium Ætates. Edyll. XVIII. 532.
Antelogium. Epiſt. XVI, 10. 631, b.
Anteperire, ὑφεῖν. Epigr. XXXIV, 2. 28.
Amphimachi Epitaphium. Epit. XVII. 201.
Ampliata ambigua judicio. Epiſt. XI, 3. 614, a.
Amyclas qui ſilendo viceris. Prof. XV, 6. 174. Epiſt. XXV, 26. 693, a.
An, pro ſive, *Rex an Tyrannus*. Sap. Solone. 19. 275, a.
Anaſtaſius Ammonius. Prof. x. 168.
Anas fl. hodie Guadiana. Vrb. IX, 2. 244, a.
--- *Emeritenſis*. Epiſt. XXIV, 74. 684, a.
Anates maritæ. Epiſt. III, 12. 573.
Anicia, ſedecennis matronæ, Epitaphium. Epiſt. XXXII. 209.
Aniciorum ſtemmata. Epiſtol. XVI, 34. 633, a.
Annia ſtirps. Epiſt. XVI, 32. 633, a.
Anniani Feſcennini. Edyll. XIII, 14. 517, a.
Annus magnus. Edyll. XVIII, 15. 536.
--- *Metonis*. Epiſt. II, 12. 571.
--- Æolum x menſium. Epiſt. VII, 8. 595.
Antilochi. Epitaphium. Epitaph. VII. 194.
Antilochus *ſervato patre obiit*. ibid.
Antiochia, Phœbeæ lauri domus. Vrb. III, 1. 229.
--- *turbida vulgo*. Vrb. III, 4, 5. 230, a.
--- luxu diffluens. Gr. Act. 93. 715, a.
Antoninus *Pius vocatu conſultiſque*. Cæſ. XVI. 223.
Antoninus Philoſophus *ſcita Platonis flexit ad imperium*. Cæſ. XVII. 223.
--- remiſit tributorum reſidua. Gr. Act. 731.
--- in amicos *comitas*. Gr. Act. 733.
--- *Baſſianus Caracalla*, Imp. Cæſar. XXII. 225.
--- *Elagabalus*, Imp. Cæſ. XXIV. 227.

Antiphonarum uſus in Eccl. veteri. Ephemer. Orat. 85. 103.
Omiſſ. 781. b.
Antiſthenes *inventor primus Cynices.* Epigr. xxvii. 23.
Antiqua novis præferri ſolent. Epigramm. ix, 3. 10.
Antiquarii, καλλίγραφοι. Epigr. cxlvi, 1. 88, a. Epiſt. xvi. 630, a.
Antiquiſſimarum hiſtoriarum indagator Victorius ſubdoctor. Profeſſor. xxii. 184.
Ἀειδοπόλος χρείαμβος. Epiſt. xiv, 27. 624, b.
Apollinis ſcitum reſponſum de vii Sapientibus. Sapp. Solone, 6. 274.
Apollo *Belenus.* Prof. iv, 9. 154, b.
--- *Elagabalus.* Cæſ. xxiv, 1. 227, a.
Apologi Titiani. Epiſt. xvi. 629.
Aponus fons potu bonus. Vrb. xiv, 33. 161, b.
Applar, Applare. Epiſt. xxi, 6. 662, b.
Apulejus in vita Philoſophus, in epigrammatis amator. Edyll. xiii, fin. 516.
Ἄπτερα urbs Cretæ. Edyll. xi, 21. 456.
Aqua rerum principium. Sapp. in Thalete. 282.
Aquæ, Aug. *Aquitana,* Aquenſes. Parent. xxiv, 7. 137, a.
Aquila vel *equi ſenectus.* Prof. iv, ult. 156.
Aquileja, mænibus & portu celeberrima. Vrb. vii, 4. 237.
Ara Veſtalis. Gr. Act. 156. 727, a.
Ara, ſaxa, margines. Epiſt. ii, 13. 571, a.
Arare littus. Epiſt. iv, 2. 575, b.
Arborius, ſororis Auſ. filius, maritus Veriæ Liceriæ. Par. xvi. 130.
Arborum ψιθύρισμα. Epiſt. xxv, 14. 691, a.
Arcas Mercurius. Edyll. vii, 22. 344, a.
Arcadicum pecus, aſini. Epigr. lxxvi, 4. 53, a.
Arelas, Gallula Roma. Vrb. viii, 2. 239.
— male exiſtim. *Mamiliaria.* ibid. a.
— *præcipitis Rhodani interciſa fluentis.* ibid. 4. 241.
— *duplex.* Epiſt. xxiv, 81. 686.
— Mater omnium Galliarum. Omiſſ. 794, a.
Archemorus. Eclog. de luſtr. agon. 564.
Ἀρχὴ τὸ ἥμισυ παντός. Epigr. lxxxi, 1. 55.
Architecti nobiles. Edyll. x, 307, ſeq. 397, a, b, ſeq.
Aremorici. Prof. x, 24. 169, a.
Arenarum cultor. Epiſt. iv, 2. 574.
Aretalogus. Epiſt. xiii, 1. 621, b.
Arethuſæ & Alphei fabula. Vrb. xi, 1. 249, a.
Architectonices tres partes. Edyll. xi, 43. 462.
Arganthonii ſenectus. Epiſt. x, 6. 608, b.
Ariadnes & Theſei fabula. Edyll. vi, 31. 331.
Argentoratenſis, Argentuarenſis clades. Edyll. x, 3. 351, a.
Arion, equus. Epitaph. xxxv, 9. 212.
Ariſta, pro ſpinis. Edyll. x, 86. 372, b.
Ariſtarchus, Gramm. Sap. præf. xii, 5. 265, a.
Ariſtippus ſpargit aurum in mediis ſyrtibus. Edyll. iii, 13. 304.
Ariſtotelis carmen. Epit. i, 3. 190.
Arſinoë, regina. Edyll. x, 315. 403.
Arvum genitale. Eclogar. de Puerper. ii, 5. 542, a.
Artemiſiæ mors. Edyll. vi, 24. 329, a.
Arx munitior in civitate locus. Edyll. xii, de Inconnexis, 3. 478, a.
As, & ejus partes. Eclogar. de rat. Libr. 18. 539, a.
Ἀσκητεύαν. Parent. vi, 8. 120.
Aſcanius regnavit annos xxx. Epiſtol. vii, 13. 596.
Aſiaticum dicendi genus. Edyll. xi, 73. 467.
Aſſerit preces ſuas noſtris querelis. Epiſtol. xxii, 5. 670, b.
Ἀπαντισμόν, adventorium, metatorium. Edyll. iv præf. 1, 306, a. Epiſt. xiv, 35. 625, b.
Aſper, Grammaticus. Epiſt. xviii, 27. 649, a.
Aſtyanactis Epitaphium. Epit. xv, 200.
Athena Terrigenis patribus. Vrb. x, 1. 247.
-- Pallados & Conſi certamen. ibid.
Atlas Herculis præceptor. Edyll. iv, 21. 310, b.

Attius Patera. Prof. iv. 152.
Attius Tiro Delphidius. Prof. v. 156.
Argenti letalia pondera vivi. Epigr. x, 3. 11.
Argyripa à Diomede condita. Epitaph. vi, 4. 194.
Arma ſupervecti in bello fortiter occumbentes. Epigr. xxiv, 2. 21.
Arpi à Diomede conditi. Epit. vi, 4. 194.
Aſſerere vota. Ephem. Orat. 80. 102.
Ἀστερὶς inſula. Periocha Odyſſ. iv, 2. 757, a.
Attuſia Lucana Taliſia. Par. xxi. 134.
Attuſia Lucana Sabina. Par. ix. 122.
Attuſius Lucanus Taliſius. Par. viii. ibid.
Attubus. Epiſt. xxii, 9. 670, b.
Aturrus fluv. Aquitaniæ, Par. iv, 11. 117. Edyll. x, 468. 437, b.
Atyrenſiũ civitas. Epiſt. xi, 17. 617, b.
Auctorem ut feriant tela retorta ſuum. Epigr. lxxii, 8. 51.
Avelis Numida. Epiſt. xix, 16. 656.
Aves præpetes, inhibræ, ſuperæ, inferæ in auguriis. Epigr. i, 2. 2, a.
Augeas rex. Edyll. xix, 7. 536.
Auguſta Trevirorum. Vrb. iv. 233.
— Bracarorum. Vrb. ix, 5. 246, a.
Avitianus, frater Auſonii. Par. xiii. 127.
Auguſta, ſancta. Gr. Act. 716, a.
Auguſti Cæſaris xiii *Conſulatus*. Gr. Act. 710.
Αὔλακας torquere. Epiſt. x, 10. 609.
Aurium tinnitus inter omina. Edyll. xi, 20. 455, b.
Auſonius D. Magnus Pæonius Gallus appellatur in MSS. & faſtis Capitolinis. Epigr. [illegible] 1, a.
Conſul, A. V. C. 1118. Faſtor. ii. 92. & 141. 93.
— ejus ſtemma, cum omni cognatione. Par. in fine. 143.
— in pueritia Græcas literas reſpuit. Prof. viii, 9. 13.
— Quæſtor, Præfectus, Conſul. Edyll. iv, 90. 319, a.
— *nomen Italum*. Epiſt. xvi, 76. 636.
— *nomen Latium*. Edyll. ii, 1. 297, b.
— Paulini Præceptor, altor, fautor. Epiſt. xxiii, 35. 678, b.
— Villæ. Epiſt. xxiv, 79. 684, a.
— vita & habitus. Gr. Act. 716.
Auſonius, pater. vide Iul. Auſonius. 110.
Auſonius, Auſonii filius. Par. x. 124.
Auſteru doctus jungere temperiem. Parent. xxii, 8. 135.
Automedon flagrifer. Epiſt. xiv, 10. 623.
Auxilius Grammatic. Epigr. cxxxviii. 84.
Axius Paulus, Rhetor. Epiſt. viii, & ſeq. 598.
Axona præceps fluv. Edyll. x, 461. 434, b.

B.

BAcchus *Oſiris*, *Phanaces*, *Adoneus*, *Ignigena*, *Cornutus*, *Titanoletes*, *Dionyſius*, *Liber*. Epigr. xxix, xxx. 25, a, ſeq.
— Deus Poëtarum. Profeſſ. xxi, 9. 182, a.
— *Thyonianus*. Edyll. xiii præf. 11. 501, a.
Bagocaſſis, *Bajocaſſis*. Prof. iv, 7. 153, a.
Vellocaſſi, Bajeus. ibid.
Bajona. Epiſt. xi. 617, b.
Barba quo die ponenda. Eclog. 552.
— invida. Omiſſ. 774, a.
Barbus, piſcis. Edyll. x, 94. 374.
Barcino civitas Hiſp. Tarraconenſis. Epiſt. xxiv, 68. 683, b.
— *Punica*. ibid.
Barcinonenſis Muria. Epiſt. xxi, 2. 665.
Barcino ſuperaddita oſtrifero ponto. Epiſt. xxiv, 89. 686.
Baſſianus. v. Caracalla. 225.
Beatum & æternum Epicuri. Epigramm. cxvi. 71.
Belenus, Apollo Gallorum. Prof. iv, 9. 164.
Bellandi fandique potens Gratianus. Epigr. i, 5. 2. Omiſſ. 773, a.
Bellerophontis fabula. Epiſt. xxv, 72. 698, a.
Benearnum. Epiſt. xi. 617, a.
Beneficia principum non repoſcunt mutuum. Gr. Act. 699.
Bias, Sapiens. Sap. 284 & 287.
Bigerri, populi ad Pyrenæos. Epiſtol. xi. 616, b.
Bigor-

Bigorra caſtrum. Epiſt. xi. 617, a.
Bilbilis. Epiſt. xv, 57. 696.
Bingium. Edyll. x, 1. 348, & 350.
Bis ad eundem lapidem offendere. Epiſtol. xi, 12. 615.
Bis pueri ſenes. Edyll. iv præf. 6. 308, b.
Biſſula. Edyll. vii. 341.
Biſſula naſcentis conſcia Danubii. Edyllio vii, 2. 341.
Bituriges Cubi & Vibiſci. Vrb. xiv, 1. 257, a.
Blavia militaris. Epiſt. x, 16. 613, b.
Bojates. Epiſt. xi, 17. 617, b.
Bojona. Epiſt. xi. 617, b.
Boli, jactus teſſerarum. Prof. i, 26. 147.
Bononia Belgarum. Vrb. xiii, 9. 254, b.
Bracara dives, hodie Braga in Portugallia. Vrb. ix, 5. 245, b.
Bractea fucus. Epiſt. xvii, 11. 640, a.
Bracteatum mentis aurea dictum. Grat. Act. 50. 708.
Brevitas non obſcura eſt aliquid *contra naturam rerum*. Epiſt. xix, 6. 655.
--- Laconica. Sap. Chilone, 7. 279.
Britones, Britanni, omnes mali. Epigr. cx. 70. & cxii. 71.
Brivates portus. Epiſt. ix, 32. 604, b.
Bubus prima brevi. Epigr. lxii. 41.
Bucolice tome. Epiſt. iv, 88. 586.
Bucula Myronis. Epigr. lviii. 40.
Burdigala, inſignis Baccho, fluviiſque, viriſque. Vrb. xiv, 2. 257.
--- patria Auſonii. ibid. 7. 258.
Burdigala vitiferi colles, latumque colonis Vber agri. Epiſt. xxiv, 92. 686.
--- nitor. Edyll. x, 19. 360.
Burdigalenſes Profeſſores. Prof. 144.
Burgus oppidum Paulinorum. Epiſtol. xxii, 35. 673.
Burra. Præf. ad Latin Pacatum.
Buzyges Bulianus, primus tauros ſubmiſit. Epiſt. xxii, 47. 675.
Byrſa arx Carthaginis. Vrb. ii, 13. 229.
Byzantina Lygos, Conſtantinopolis. Vrb. ii. ibid.

C.

C Litera *functa prius vice Gamma*. Edyll. xii, 19. 493.
Cadmi nigella filia, literæ. Epiſt. xii, 72. 585.
Cadurci. Prof. xvii, 15. 177.
Cabema, mons. Vrb. xii, 5. 251.
Cæcilius Argicius Arborius. Par. iv. 116.
Cæcus claudum ferens. Epigr. cxxxii. 83.
Cæcus clando pedes miniſtrans. Epigramm. cxxxii. 82.
Cadere ſaginam. Eph. 7, 8. 94. b.
Cænis in virum à Neptuno mutata. Epigr. lxix, 9. 45, a. Edyll. vi, 20. 317.
Cærellia Ciceroni familiaris. Edyllio xiii, 11. 516.
Cæſarea Auguſta. Epiſt. xxiv, 88. 686.
Cæsares. 215.
Cæſariem rutilam per candida colla refundis. Epiſt. iv, 43. 579.
Cæſuræ verſuum. Epiſt. iv, 83. Edyllii xiii Præfat. 15. 502.
Caji, Cajare. Epiſt. ii, 13. 571, b.
Cajus quidam *languens*. Epigr. lxxv, 1. 52.
Calagurris, patria Fabii Quintiliani. Prof. 7. 145.
--- *hærens ſcopulis*. Epiſt. xxv, 57. 696.
Calantica, Calautica. Per. Odyſſ. v, 3. 758, a.
Calathus. ejus figura. Edyll. xiv, 31. 522, a.
Calculum reducere in xii ſcriptis. Prof. i, 25. 147, b.
Caledonii Britanni. Edyll. x, 68. 368, a.
Caligula, Cæſar. Cæſ. iv. 219.
Callaici, Callæci, Gallæci. Vrb. ix, 5. 245, b.
Calippio, patruus Auſonii. Par. vii. 120.
Callicratea Epitaph. Epit. xxxiv. 211.
Calliſthenes Sybarita Γαλαξιακῶν ſcriptor. Edyll. x, 85. 372, a.
Calpe Tarteſſia. Epiſt. xix, 1. 650. & 654, b.
Campi lugentes, & *aëriis*. Ed. vi, 1. 325.
Campus papyrius. Epiſt. vii, 48. 597, a.
Campanus faſtus. Vrb. vi, 14. 236.
Canaces fabula. Epigr. lxxxiv, 5. 57. Edyll. vi, 38. 331.
Capitolia in præcipuis urbibus provinciar. Omiſſ. 734, b.
Capitis diminutio triplex. Ed. xi, 65. 466.

Capito piſcis. Edyll. x, 85. 371, a.
Caprotina Nona. Eclog. de fer. 9. 561.
Caprotina Iuno. ibid.
Caracalla cognomen Baſſiano inriſu populi inditum. Cæſ. xxii. 226, b.
Carantonus refluens Santonico æſtu. Edyll. x, 463. 434.
Caranus, *Pellæa dedit qui nomina regum*. Epiſt. xix, 17. 656, a.
Canis terreſtris, marinus, cœleſtis. Epigr. xiv. 15.
Canorus ore, *lucida facundia*. Prof. iv, 18. 55.
Capanei fabula. Epigr. lxxxiv, 8. 56.
Capitalis luxus, ore morigerantium. Epigr. lxxi, 5. 49, b.
Capitolium à Tarquinio, Catulo, & Domitiano exſtructum. Vrb. xiii, 16. 256.
Capitolina numina tria. Edyl. xi, 42. 462.
Capua, Campaniæ caput. Vrb. vi. 235.
—— affectat imperium Italiæ. Vrb. vi. ibid.
Cari ſepulcrum vacuum. Epit. xxxvii. 213.
Car ſitus in nullo pretio. Edyll. xii de Hiſtor. 487.
Carmen non molle modis. Epigr. i, 14. 4.
Caracalla veſtis. Omiſſ. 793, a.
Carroco, piſcis. Epiſt. iv, 58. 580.
Carthago, olim *Punica Byrſa*. Vrb. ii. 228.
—— *discincta*. Gr. Act. 95. 715.
Caſeum ſal. Epiſt. xxii, 27. 672, b.
Caſta puella anus eſt. Epigr. xiii, 2. 15.
Καζζωσαυγχλισμός. Epiſt. xvi, 91. 637, b.
Caſtorum equi. Gr. Act. 198. 735.
Caſtor fellator. Epigr. cxx. 74.
Caſtor ſcripſit de rebus ambiguis. Profeſſ. xxii, 7. 184, a.
Catalecta Virgilii. Edyll. xii, in Grammat. 496.
Καζζόπολις. Vrb. xiii, 21. 257.
Catenoplia. Epiſt. x, 41. 612, b.
Κατινέωπλιον. ibid. 613, b.
Catina, *ambuſtorum fratrum pietate celebris*. Vrb. xi, 2. 249.
Cathedra docentium. Prof. i, 8. 145.
Catus lingua. Par. xvii, 15. 131.
Cataphronia, v. Italia.
Cavi amnes, id eſt, *vani*. Edyll. vi, 69. 335.
Cebenna, mons. Vrb. xii, 5. 251.
Cedro chartæ *juveneſcunt*, nec tineam ſentiunt. Epigr. xxxiv, 13. 29.
Celeripes compendium. Epigr. cxlvi, 32. 90.
Cenſor Severus, v. Iulianus.
Cenſorius Atticus Agricius. Prof. xiv. 173.
Cento Nuptialis. Edyll. xiii. 499.
Cento quid ſit? ibid.
Ceres inurens januarum limina. Epigr. xxvi, 9. 23.
Centuria jure vocata. Grat. Act. 704. 720.
Centuriata comitia. Gr. Act. 719.
Cerberus, quare triceps. Edyll. xi, 9. 454.
Cerea clunes turdorum. Epiſt. iii, 2. 572.
Certa manus, inevitabilis. Par. xi, 12. 125.
Cervi aripedes. Edyll. xi, 14. 414.
Cerverum ætas. Edyll. xi, 14. ibid.
Characteres tres Orationis. Epiſtol. xvi, 11. 632. Prof. xxi. 181. Grat. Act. 708.
Charites tres. Edyll. xi, 19. 455.
Cherſiphron, Architectus celebris. Edyll. 307. 397, b.
Chalcidicum. Per. Odyſſ. i, 3. 755, a.
Chalcidia arces, Cumæ. Epiſt. xix, 18. 657, b.
Χαλκόποδες *cervi*. Edyll. xi, 14. 454, b.
Charinus Iamborum poëta. ejus lepidi verſus. Edyll. vi, 24. 329, b.
Chilo præter ceteros Laconas brevi-loquus. Sap. Chilone, 6. 279.
Chimæra triplex compago. Edyll. xi, 82. 470.
Chiron præceptor Achillis. Edyll. iv, 20. 310.
Chium qui miſcet & Amineum. Epiſtol. xviii, 31. 649.
Choaſpes fl. à ſolis Perſ. regibus potari ſolitus. Vrb. xiv, 28. 261.
Charilus, poëta. Epiſt. xvi, 8. 631.
Chordarum tria nomina. Edyll. xi, 81. 470, a.
Choriambus ἀοιδοπόλος. Epiſt. xiv, 27. 624.

Chre-

Chreſius & *Acindynus* fratres. Epigr. XL. 32.
Chrix, *ſcita*. Edyll. II, 24. 299.
Chriſtus *ex Vero Verus, de Lumine Lumen*. Ephem. Orat. 82. 102, b.
Chromii Epitaphium. Epit. XXII. 204.
Chuni truces. Epigr. I, 8. 3, a.
Cicatrices noſtras amamus. Edyll. VI præf. 6. 324.
Cicero Conſularis negat ultra ſe habere, quod cupiat. Gr. Act. 709.
— gloriatur ſe primum prætorem renunciatum. ibid. 725.
Ciceronis epiſtola ad Cærelliam petulantes. Edyll. XIII, 11. 516.
Ciceronis verſus de Signis. Eclog. 2. 548. a.
Ciceronis opulentia. Epiſt. XVII, 15. 642.
Cicum Plauti quid? Edyll. XIII præf. 6. 500, a.
Cinea Epirotæ memoria. Prof. XV, 13. 175, a.
Cineres defunctorum perfectis ſupremis demum quieſcere exiſtimati. Par. XXVII. 140, b.
Cinis ſupera, Par. XXVII, 2. 140.
Cinnameus nidus. Edyll. XI, 17. 454.
Circi oſtia XII. Epiſt. XVIII, 11. 646.
Circumagere promontorium. Periocha Odyſſ. IX. 760.
Ciſium, genus vehiculi biroti. Epiſtol. VIII, 6. 599, a.
Ciſthos, fruticis genus, ex quo Salgama fiebant. Epigr. CXXIII, 5. 76, a.
Citarius, Siculus, Gramm. Burd. Profeſſ. XIII. 172.
Κιθάρων, Κιθαιρών. Edyll. XI. 32. 459, a.
Claranus, Grammaticus. Epiſt. XVIII, 26. 649.
Clarentius, ſocer Marcelli Grammat. Narbon. Prof. XVIII, 5. 178.
Claſſes jure vocata. Gr. Act. 38. 705.
Claudit, claudicat. Sapp. prologo. 32. 269, b.
Claudius Contentus. Par. VII. 120.
Claudius Imp. *non faciendo nocens, ſed patiendo fuit*. Cæſ. V, 3. 219.
Claudus & cæcus. Epigr. CXXXII. 82. & 83.
Clazomena, de natibus. Epigr. CXXXI, 4. 82.
Cleanthes Stoïcus. Prof. XV, 11. 175.
Clementinus Poëta. Epiſt. IV, 8. 576, a.
Cleobulus, Sapiens. Sapp. 280.
Cliens fiſcus, *clienta* Tarraco. Parentalium XIV, 10. 128, b.
Clientia. Prof. V, 17. 158, b.
Clinicus. Epiſt. XII, 34. 620.
Cludit, claudicat. Sapp. prol. 33. 269, b.
Cluo, Clueo. Sapp. Cleobulo. 2. 280, a.
Clupea Araris. Edyll. X, 85. 372, a.
Clypeo Lacedæmonii in bello pulchra morte defuncti domum relati. Epigr. XXIV. 21.
Clytemneſtra, Clytemeſtra. Edyll. XI, 32. 458, a.
Cnidii nodi, pro calami. Epiſt. IV, 75. 585, b.
Cubus, cubus. Edyll. XI, 3. 452.
Cœl pro cœlo, apud Ennium. Edyllio XII, in Gramm. 11. 497.
Cælebs, de viduo. Par. VIII, 18. 122.
Cœli numeros, & conſcia ſidera fati callens. Par. IV, 17. 117.
Cœna dapalis. IX, 13. 602, a.
Cœtus, coitus. Epigr. LXXI, 1. 49. Ephemer. de Somn. II. 106. Periocha Odyſſ. XXIII. 770.
Cohors Rætorum. Omiſſ. 791.
— Prætor. & Vindol. ibid.
Collegia, Collecta, Colliphia Plautinorum paraſitorum. Epiſt. IX, 46. 606, a.
Colum, retis genus. Epiſt. IV, 55. 580, b.
Colonica, villa. Epiſt. IV, 5. 575, b.
Colonomus. Epiſt. XI, 10. 614.
Colorare canitiem. Omiſſ. 774, b.
Comere, ornare. Epigr. I, 3. 2. Vrb. VI, 17. 236.
Comitatus, Comitatus Principis, Aula. Epiſt. XVII, 20. 642.
Comitatus *frontes hominum aperit, mentes tegit*. Epiſt. XVII, 21. 643, b.
Comites Palatii, ſtabuli, ſcrinii, &c. Grat. Act. 24. 702, b.
Comitia Tributa, Centuriata, Pontificialia. Gr. Act. 718.
Commodus Imp. *criminibus faſſus matris adulterium*. Cæſ. XVIII. 224.
Comitiorum propria verba. Gratiarum Act. 722.

Com-

Compar diſcipulus, pro condiſcipulus. Prof. xxiv, 5. 187.
Compedes, quas ipſe fecit, geſtet faber. Eidyll. vii præf. 6. 340.
Compendiſfacere. Epiſt. xvii, 33. 644.
Compitalia. Eclogar. Fer. 18. 562.
Computatio per digitos. Epiſt. vii, 5. 595.
Compoſita cauſa, id eſt, fictæ, pro calumniis. Epiſt. xxiv. 7. 679.
Concharum germina baccæ. Edyll. x, 70. 369.
Conciliis animarum miſte piorum. Parental. iv, 29. 118.
Concinnatio, concinnare. Epiſt. xxi, 10. 663.
Concluſiones, periodi. Epiſt. xvii, 15. 641, b.
Concordius, Grammat. Burdigalenſis. Prof. x. 168.
Condas, Condates, portus. Epiſt. v, 30. 592, b.
Condere carmen. Prof. iii, 4. 151. & xii, 5. 272.
Conditus. Prof. xv, 17. 175.
Congerere, conſerere Ianos. Epiſt. xx, 13. 660.
Congrex. Edyll. xi, 53. 465, b. Epiſt. x, 21. 661, a. Per. Odyſſ. xxiv. 771.
Conſerere Ianos, faſces. Epiſt. xx, 13. 660.
Conſilio belloque bonus. Epit. vii, 1. 194.
Conſilio clarus & eloquio. Epit. viii, 2. 195.
Conſiliator, conſiliare. Gr. Act. 130. 721.
Conſiſtorium Principis. Gr. Act. 159. 727.
Conſocer. Par. xxii, 10. 135.
Conſponſum fœdus. Epiſt. x, 11. 611.
Conſtantini Imp. *fratres exilii ſpecie Tholoſæ ſepoſiti.* Prof. xvi, 11. 176. Gr. Act. 78. 712.
Conſtantinopolis, olim *Byzantina Lygos.* Vrb. ii. 228.
Conſtitutio de Arelate. Vrb. viii, 2. 240.
Conſus Neptunus. Epigr. xxix, 9. 45.
Conſualia. Eclogar. de Fer. 19. 562.
Conſuetudo lenit & emollit omnia. Edyll. iv, 16. 310, a.
—— *lenit laborem.* ibid. 81. 317.
Conſulatus petitio quibus moleſtiis vallata. Gr. Act. 784.
Conſulatus bimeſtres. Gr. Act. 93. 714.
Conſules ſuffecti & ordinarii. Epiſt. xx, 3. 658.
Contagia ægri corporis. Epiſt. xxiv, 28. 681.
Contendere ſe alicui. Gr. Act. 92. 714.
Contentus. v. Claudius.
Contendere Panegyricis libris. Prof. i, 13. 145.
Contenta cervice jugum ferre. Epiſtola xxiv, 22. 680.
Contortū dicendi genus. G. Act. 53. 708.
Contumelia domus de re ſtupri. Per. Odyſſ. ii. 756.
Convivium juſtum. Ephem. Loc. invitat. 5. 104.
Conus. Edyll. x, 312. 398.
Cora, pupillæ oculorum. Epiſt. xvi. 60.
Corduba, Cordoua Vrbs Hiſpaniæ. Vrb. ix, 4. 249.
Corinthia. v. Æmilia.
Corinthus, Grammat. Burdigalenſis. Prof. viii, 1. 166.
Cornicis ætas. Edyll. xi, 12. 454.
Coronę lemniſcatæ. Epiſt. xx, 6. 659, a.
Coronis, quid ſit. Prof. 185, 4. 534.
Corn. *Nepotis Chronica.* Epiſt. xvi. 630.
Correctura Iberia, Correctores provinciarum. Par. xxiv, 11. 159.
Cornix non ideo ante cycnum. Epiſt. xx, 8. 139.
Correco, piſcis. Epiſt. iv, 58. 580, b.
Corticis fluitantia retia ſignis. Edyll. x, 246. 390.
Corvinus. v. Val. Corvinus.
Corvi ætas. Edyll. xi, 15. xviii, 4. 534.
Corvi, piſces, *non duraturi poſt bina trihoria.* Epiſt. iv, 60. 580.
Corus, pro Zephyrus. Edyl. x. 316. 404.
Corydon marmoreus. Epigr. xxxi. 27.
Cos patria Hippocratis. Edyll. xii, 488.
Coſſio Vaſatū, Vaſates. Par. xxiv, 8. 138.
Coſtos, fruticis genus. Epigr. cxxiii, 5. 76, a.
Cranium hominis mortui in conviviis. Edyll. xiii præfat. 20. 504, a.
Crates, Grammat. Epiſt. xviii, 27. 649.
Crebennus, fundus Axii Pauli. Epiſtola xi, 17. 616.
Crepitus ventris dirimebat auſpicia. Edyll. xii. 489, b.
Creuſæ Creontis filiæ à Medea interfectæ fab. Epigr. cxxx, 6. 80, b.

Crines quo dic præſeces. Eclogario. 552.
Criſpa, mulier impudica. Epigr. LXXI. 49.
Criſpa, deformis aliis, poëtæ pulcra viſa. Epigr. LXXVII. 54.
Criſpus, Grammat. Burdig. Prof. XXI. 181.
Croci fabula. Edyll. VI, 11. 325.
Crœſi & Diogenis apud inferos Dialogus. Epigr. LIV. 37.
--- & Solonis hiſtoria. Sapp. Solone, II. 274.
Crucians canterius. Epiſt. XXI, 39. 668.
Crudaque adhuc matris pectora ſollicitat. Par. XXIII, 8. 136.
Cubus, cœbus, quid? Edyll. XI, 3. 452, b.
Cuculus, convitium in ſeros cultores. Edyll. X, 167. 383, b.
Cui diſſyllabum prima longa. Edyllio X, 312. 398.
Cui nullus finis cupiendi, eſt nullus habendi. Edyll. III, 15. 304.
Cultum ſpei deſerere. Par. XIII, 9. 127, a.
Cultus nimius dedecet virgines. Epigr. CIV, 6. 66. Omiſſ. 777, b.
Cum hoc, aut in hoc redi. Epigr. XXV. 22.
Cuneatum theatrum. Sapp. prolog. 21. 268.
Cupido crucifixus. Edyll. VI. 325.
Curculio Plauti. Epiſt. XXII. 670.
Curſoriæ naves. Epiſt. X, 1. 608, a.
Curſus ſandi. Prof. IV, 16. 155.
Cutem ſummam operis intueri. Per. præf. 737.
Cydippes fabula. Epiſt. XXIII, 16. 676.
Cyllari equi celeritas. Gr. Act. 735, a.
Cymbala dant flictu ſonitum. Epiſt. XXV, 20. 691.
Cymbia qua figura. Eclogar. de Fer. 24. 562.
Cynices inventor Antiſthenes. Epigrammate XXVII. 23.
Cynicorum ſupellex. Epigr. LIII. 37.
Cynoſſema Hecubæ. Epit. XXV, 6. 205.
Κύσθος, pudendum muliebre. Epigramm. CXXIII, 5. 76, a.
Cyzicus oſtreoſa. Epiſtol. IX, 29. 603, a.
Czachothurnum Arx SZRINII Comitis. Omiſſ. 786, b.

D.

D Litera. Edyll. XII, 14. 493.
Δάκτυλος ἡρῷος. Epiſt. XIV, 27. 624, b.
--- *ηγλαοσηγαίζων*. Epiſt. XXV, 27. 693, b.
Dactylus Trinodus. Epiſt. XXI, 38. 668.
Dædalus Paſiphaæ ſubſerviens in adulterio Taurino. Epigr. LX. 41.
--- *ædis Euboicæ conditor*. Edyll. X, 300. 396.
--- *pennis ſuper aëra vectus*. Edyll. XII, de Hiſtor. 486, a.
Dalmatii Cæſ. filii Narbone ab Exuperio inſtituti. Prof. XVII, 9. 176.
Damonis & Phintiæ amicitia. Epiſtola XXIV, 43. 681.
Danubius Nilo ſecundus. Epigr. III, 1. 5. Omiſſ. 774, a.
--- *Illyricis regnator aquis*. ibid. & Epigr. IV, 4. 7.
--- *penitis caput occultatus in oris*. Epigramm. IV, 1. 7.
--- *Scythico ſolvit oſtia ponto*. ibid. 5. 8.
--- *Dives aquis*. ibid.
Dapalis cœna. Epiſt. IX, 13. 602.
Daphnes fabula. Epigr. CII. & CIII. 66.
Dare fama. Prof. II, 21. 150.
Dare formam morum filiis. Prof. II, 26. 150.
Dativus IV declinationis in *u*. Ephemer. Parecb. 18. 96.
Declamationes, *ficta ludorum lites*. Prof. I, 15. 146.
--- *falſa lites*. Epiſt. VIII, 12. 600.
Dedecor alga. Epiſt. IX, 5. 601.
Deductum carmen. Edyll. X, 396. 416.
Defrudata mea non ſunt hæc fercula menſa. Epiſt. III, 17. 573.
Defulgurat. Per. Iliad. V. 743.
Deiphobi Epitaphium. Epitaph. XIII. 199.
Delenifica facundia. Epiſt. XVII. 639.
Delirus, carmen Pauli. Epiſt. XI, 7. 614.
Delphi umbilicus orbis. Epitaph. IX. 196, a.
Delphidius Rhetor. Profeſſ. V. 156.
Demoſthenis Enthymemata. Epiſt. XVII, 15. 643.

Depen-

Dependere. Edyll. XI, 27. 458. Epiſtol. IV, 66. 582.
De plano. Gr. Act. 722, b.
Depoſito prope conclamatus in avo. Edyll. V, 16. 320.
Deprehendi, de adulteris. Epigrammate XC, 4. 59.
Deſabulare. Epiſt. X, 15. 610, a.
Deſecti viri, pro eunuchis. Epigrammat. CVIII, 13. 69.
Deterere ingenium artificis. Epigr. LXIV. 42.
Detexere opus. Edyll. X, 415. 421.
Devota virgo. Par. VI, 8. 120.
Deus *principio, extremoque carens*, &c. Ephem. Oratione 3. 98.
— ὕπατος unde dictus? ibid. 13. 98, b.
— Triunus. Edyll. XI, 88. 471.
— beneficiorum ſuorum indignatur per homines ſtare judicium. Gr. Act. 708.
Deos lapides jurare. Ephem. Orat. 44. 100.
Dextra ripa Rhodani. Edyll. X, 481. 442.
Diadema, ſertum, corona, Metaphor. laus. Epigr. I, 3. 2.
Diana tria virginis ora. Edyll. XI, 18. 455.
Διάφωνοι τόνοι Epiſt. XI, 10. 614.
Δίκερως Bacchus. Epigr. XXIX. 25.
Dicta egregia auctorum turpitudine depreſſa. Gr. Act. 729.
Dictare ſatis notanda verba. Par. III, 17. 114, b.
Didius Iulianus Imp. *ſpoliis non gaudet opimis.* Cæſ. XX. 225.
Didonis & Æneæ concubitus à Marone fictus. Epigr. CXVIII. 72. Epit. XXX. 207. Edyll. VI, 38. 331. Omiſſ. 779.
Die, diei, dii. Ephem. Orat. 72. 102, a.
Dii, diei. Eclog. Rat. dier. 7 & 12. 549.
Dierum Anni vertentis ratio. Eclogar. 549.
— VII nomina. ibid. 550.
Dii Genitales. Per. Iliad. IV. 743.
Dimetria volucripes. Epiſt. XVI, 104. 638.
Diminutio capitis triplex. Edyll. XI, 65. 466.
Dindyma captiva. Epiſt. XXV, 16. 691.
Dinochares, Dinocrates, architectus. Edyll. X, 312. 398, a.
Diogenes Cynicus diſcipulus Antiſthenis. Epigr. XXVIII. 24.
Diogenes Canis. Epigr. XXVIII, 24. Epit. XXXI. 108.
Diogenes imitator Herculis. Epigramm. XXVII. Omiſſ. 775.
Diogenis ſupellex. abjicit ſcyphum. Epigr. LIII. 37.
Diogenis & Crœſi apud Manes colloquium. Epigr. LIV. 37.
Diogenis Epitaphium. Epit. XXXI. 108.
Diomedes *melior bono genitore.* Epitaph. VI. 193.
Diomedis Epitaphium. Epit. VI. ibid.
Dionyſus Bacchus. Epigr. XXIX, XXX. 25.
Diphthongi omiſſa altera vocali correptæ. Epigr. XII. 12. & CXXXVIII. 85. Prof. VI, 44. 164, a. & XV, 13. 175, a. Epit. XXI. 204, a. Edyl. XI, 36. 452, b.
Diribitores. Gr. Act. 705, b.
Dirutus ære. Edyll. XIII præf. 508, b.
Dis *nomen habet de Iove ſtygio.* Edyll. XII, In Gramm. 10. 497.
Diſcere ſi cupis, à doctis quam multa licebit. Epigr. CXLI. 87.
Diſcidium fœderis. Per. Il. IV, 2. 743.
Δὶς παῖδες οἱ γέροντες. Edyll. IV præf. 6. 308.
Diſputator ad Cleanthem Stoïcum. Profeſſ. XV, 11. 175.
Diſſonum Carmen Auſonii. Epiſt. XI, 10. 614.
Diſtinctio ſenſum auget, & ignavis dant intervalla vigorem. Edyll. IV, 49. 314.
Diverbia in Comœdia. Edyll. IV, 60. 315.
Diverſatus hoſpitio. Per. Odyſſ. III, 2. 756.
Dives *antiqua captans ſtemmata.* Epigramm. XXVI, 4. 22.
— quis vere? Epigr. CXXXIV. 83.
Divinatio è nominibus. Omiſſ. 775, a.
Divitiis quomodo utendum. Epigramm. CXLV. 87.
Divona, Daiona, fons Burdigalæ. Vrb. XIV, 31. 261.
— *medico potabilis hauſtu.* ibid.
Dixe, ſcripſe, promiſſe, pro dixiſſe, &c. Sap. Lud. 7. 270, a.

Do, pro domum apud Ennium. Edyll. xii, 12. 497.
Dodonæi tinnitus aheni. Epiſt. xxv, 23. 692.
Dodra, dodralis potio. Epigr. lxxxvi. 58.
Dogmatica lites. Edyll. xvii, 16. 532.
Domitiani xvii *Conſulatus* deriſi. Grat. Act. 69. 710.
Domitianus Calvus Nero. Cæſ. in Monoſt. 216.
— *qua duo dederant* Flavii, *tertius eripuit.* Cæſ. xii. 221.
Domnotina domus. Epiſt. vii, 55. 598.
Dona bonorum ſunt brevia: æternum, qua nocuere, dolent. Cæſ. Domitiano. 221.
Donatus ærumnis patris. Prof. v, 32. 159.
Drahonus fl. Edyll. x, 365. 410.
Drepanitanus agon. Edyll. x, 215. 387, a.
Drepanius Pacatus Procos. Sap. præf. 2. 264, a.
Druentia incerta ſparſis ripis. Edyll. x, 475. 440, b.
Druidæ, Gallorum ſacerdotes. Profeſſ. iv, 7. 153, b.
Druna fl. Edyll. x, 464. 434. & 479. 440, b.
Dryadia, filia Paulini & Megentiræ. Par. xxiii, 10. 136.
Δρώπαξ, unguenti genus. Epigrammat. cxxxi, 1. 82.
Duiona, *Divona*, fons Burdigalenſ. Vrb. xiv, 32. 261, b.
Dumniſſus, fl. Edyll. x, 8. 353, b.
Dumnotina domus. Epiſt. vii, 55. 598.
Duranius amnis. Edyll. x, 464. 434.
Duumviri in municipiis & Coloniis inſtar Conſulum. Vrb. xiv, 40. 262, b.
Dynamius, Burdigal. Prof. xxiii. 386.
Δύστερως. Epigr. xci. 60. & xcii. 61.

E.

E*Bromagus* oppidum Paullini. Epiſtol. xxii, 35. 673, a.
Ebruicanus tractus. Epiſt. ix, 32.
Ebures, Ebruicani, Eburovices. Epiſtol. ix, 32. 604.
Echo *Aëris & Linguæ filia.* Epigr. xi, 32. 12.
— *reſecuta noſtras querelas ſolatur.* Epiſt. xxv, 68. 697.
ECLOGARIVM. 538.
EDYLLIA. 294.
Edyllia, Epyllia. Edyll. i. ibid.
Ἢ τὰν, ἢ ἐπὶ τᾶς· dictum Lacænarum ad filios in bellum proficiſcentes. Epigr. xxv. 22, a.
Efferri dicuntur mortui: item ſimulacra, quæ transferuntur. Epigramm. lxxiv. 52, a.
Ἐγγύα, πάρα δ᾽ ἄτα. Sapp. Thalete, 19. 283, a.
Ἔγχελυς ἀκίνητος. Edyll. x, 107. 374.
Ehe, Hebe, conſternatæ mentis, naturaliter effutitum verbum. Parental. xvii, 11. 131.
Elegati male tecti ſpina. Epiſt. iv, 59. 581.
Elegéa, Elegia. Par. vii, 1. 120.
Elegéa, Ἐλεγεῖα. Par. xxix, 2. 141.
Elegi, *blanda modulatio flexa querelæ.* Epiſt. xxv, 65. 696.
Ἐλελίζειν. Prof. xxi, 12. 182, b.
Elementa trina. Edyll. xi, 19. 455.
Eliſa vocalis in vett. codicibus non expreſſa, non ſcripta. Prof. Coron. 10. 188.
Eloquentia hordearia Exuperii, *nihil ſolidi ſenſus edens.* Profeſſ. xvii, 6. 177.
Eloronum in Novempopulania. Epiſt. xi. 617, a.
Emendatus vir. Epiſt. xvii, 12. 640, b.
Emendatiſſimi viri eſſe pigenda non facere. Gr. Act. 728.
Emerita, *nomen Iberum.* Vrb. ix, 1. 242. & 243, b.
— Auguſta Vectonicæ. ibid.
Emporus. Epiſt. xxii, 28. 672, b.
Enallage modi indicativi pro ſubjunctivo. Per. Iliad. 1. 738, a.
Encauſtices tria genera apud veteres. Epigr. xxvi, 9. 23, a.
Endymionis fabula. Eph. 13. 95. Edyll. vi, 40. 332, a.
Enguliſma, Angouleſme. Epiſt. xv, 22. 626, a.
Eniteſcere virtute. Par. xii, 2. 126.
Ennaa Iuno. Epiſt. iv, 47. 579.
Ennius *Rudinus.* Edyll. xii, In Grammat. 496.

Ennomi Epitaphium. Epit. XXII. 204.
Enthea dæmone manas. Epigr. CVIII, 7. 69.
EPHEMERIS. 94.
Ephemeris, diarium. Eph. initio. ibid.
Epicedion in Patrem. Edyll. II. 297.
Epicuri opinio de Diis. Epigr. CXVI. Omiſſ. 778.
EPIGRAMMATA. 1.
Epimenides, ſeu *Buzyges*, primus boves ſubmiſit. Epiſt. XXII, 46. 674.
E'πισκοπτικὸν κολαβρίζιον. Edyll. IV Præf. 306, a.
Epiſtola metatoria, adventoria. Edyll. IV Præfat. 305, a.
Epiſtola Tollii de Itinere Græcenſi. Omiſſ. 785.
EPISTOLÆ. 567.
Epiſtolæ ſecretæ, occultæ, per notas. Epiſt. XXIII, 13. 676.
Epiſtolarum commercium inter hoſtes etiam uſurpatur. Epiſt. XXV, 7. 690.
Epiſtolarum initium à dicta ſalute. Epiſt. XXV, 4. 690.
EPITAPHIA Heroum. 189.
Epitropos, procurator. Epiſt. XXII, 10. 670.
Epyllia. Edyll. XI Præf. 450, b.
Equitum tres turmæ apud Rom. Edyllio XI, 80. 470.
Equi Admirabilis Epitaphium. Epitaph. XXXV. 211.
Equi ſpuma per impactam ſpongiam expreſſa. Edyll. XI Præf. 12. 449.
Equiria. Eclogar. Fer. 27. 563, b.
Eraſinus, γελωτοποιός. Edyll. VII Præf. 5. 340.
Eres, pro hæres. Omiſſ. 783.
Erinnyes agmine terno. Edyll. XI, 84. 471.
Eriphiles & Amphiarai fab. Edyl. VI, 26. 330, b.
Erminiſcius Regulus. Par. XXI. 134.
Ernaginum. Edyll. X, 464. 436, b.
Erotopægnion Lævii. Edyll. XIII, 15. 517, b.
Erubrus fl. Edyll. X, 359. 410.
Eſt & Non. Edyll. XVII. 531. Epiſtol. XXV, 41. 694.
Euchrotiæ Delphidii uxoris probra & mors. Prof. V, 38. 160, a.
Evenus à Menandro *ſapiens* vocatus. Edyll. XIII, 16. 517 & 518, a.
Everrere mare, everriculum. Edyll. X, 281. 393, b.
Eunomus medicus. Epigr. LXXV. 52.
Eunus liguritor. Epigr. CXXIII, & ſeqq. 75.
Euphemi Epitaphium. Epit. XX. 263.
Euriali Epitaphium. Epit. X. 197.
Europa in Europa. Omiſſ. 782.
Euſebius, proavus Veriæ Liceriæ. Parental. XVI, 6. 130.
Exormiſton, lampetra. Edyll. X, 111. 376.
Expetiit pœnas. Cæſ. De mort. 4. 217.
Exuperius, Rhetor Toloſæ. Prof. XVII. 177.

F.

FAbius Quintilianus Calagurritanus. Prof. I, 7. 145.
Fabulæ Æſopi à Titiano verſæ. Epiſtol. XVI, 81. 636, a.
Fama non eſt judicii ſeveritas. Sap. Solone 3. 278.
Fames Peruſina, aut Saguntina. Epiſtol. XXII, 42. 674, a.
Fario, piſcis. Edyll. X, 130. 379, a.
FASTI. 91.
Faſti Auſonii. Præf. Faſtor. Epigr. I, II, III, IV. 91 & ſeq.
Faſtigia, accentus. Epiſt. XIX, 14. 656.
Fata hominum in exanimo hoſte verenda. Per. II. XXIV, 1. 753.
Fata ſcribenda advocare. Par. III, 17. 114.
Fata tria. Edyll, XI. 19.
Favorum forma ſexangula. Epiſt. XVIII, 17. 455.
Fauſtulus, nanus Anicii Probini. Epigr. CXXII, 1. 74.
Feles pullaria. Epigr. LXX, 5. 45.
Felicis hominis Epitaphium. Epitaph. XXXVI. 213.
Felicitatis rationem nemo reddit. Gr. Act. 708.
Fera à Gratiano interfecta. Epigr. II. 4.
Feriæ Romanæ. Eclog. 538.
Ferulæ ſceptra pædagogorum. Epiſtol. IV, 1. 574.

Ficta ludorum lites, declamationes. Profeſſ. I, 15. 146.
Fidias, Phidias. Epigr. XII. 12.
Fidite ne regnis, & prole, & ſtirpe parentum. Epit. XXV, 5. 205.
Filius, in compellatione minoris natu. Epiſt. XVII, 18. 642.
Finem intueri vitæ. Sap. Solone. 13. 274.
Fiſſipes calamus. Epiſt. VII, 49. 598.
Flaminis pulvinar pudicum. Grat. Act. 727.
Flavia Gens. Cæſſ. Domitian. 221.
Flavii Conſtantini Tyranni conſtitutio de Arelate. Vrb. VIII, 2. 240, a.
Flavius Sanctus, affinis Auſonii. Parental. XVIII. 132.
Flavi Germani, quomodo? Edyll. VII, 10. 341, a.
Flavus, viridis, pallens colores, confuſi. ibid.
Flexit ſcita Platonis ad Imperium. Cæſſ. Antonino Phil. 223.
Flictu dant cymbala ſonitum. Epiſt. XXV, 20. 691.
Floralia. Eclogar. Fer. 25. 563.
Florum gratia brevis eſt. Edyll. XIV, 41. 523.
Fluſſates. Epiſt. XI. 617, a.
Fluvii quare cornigeri, & tauriformes. Edyll. X, 470. 430.
Fluviorum nomina in *a* exeuntia feminini generis. Edyll. X, 469. 438. & 483. 442, a.
Fœdera Regum. Prof. XXII, 5. 184. Omiſſ. 792.
Follis fabrilis. Edyll. X, 267. 391.
Fores frangere, amatoribus fervidis ſollemne. Epigr. XCII. 61.
Formam morum filiis dare. Prof. II. 150.
Fors Dea, fortuna. Par. IV, 24. 114.
Fortunæ varietas & inconſtantia. Epigr. CXXIII. 86.
Fritilla, turriculæ aleatorum. Prof. I, 25. 146.
Frivola gerris Siculis vaniora. Edyll. XI Præf. 4. 448.
Fronto Antonini magiſter, Conſul. Gr. Act. 714, a.
Fruge avi tui deſtituis viduam. Par. XV, 4. 129.
Fruge & flore nepotum non frueris. ibid.
Fruge floris adulti carens Rhetorica. Profeſſ. VI, 38. 168.
Frumentaria Ciceronis. Epiſt. XXII, 6. 669.
Frus apud Ennium pro fronde. Edyll. XII, In Gramm. 13. 498.
Fucare caput fuligine. Epigr. XVII, 3. 17.
Fucare carmen. Epiſt. XV, 7. 626.
Fucata pictura, depicta. Edyll. VI præf. 3. 321.
Fulmina triſulca. Edyll. XI, 9. 454.
Fundi tres Auſoniani. Epiſt. XXIV, 79. 684, a.
Funis, funalis equus. Epit. XXXV, 10. 212.
Funus aliud indictivum, aliud ſimpludearium. Edyll. XI, 36. 460.
Furippus, *fur furioſus.* Epigr. CXV. 71.

G.

Galba *privatus ſceptra mereri viſus; at imperio proditus inferior.* Cæſar. VII, 1. 220.
Galla puella ſeneſcens. Epigr. XIII. 15.
— amica Poëtæ, ejuſque *dimidium.* Epigr. CV, 4. 67.
Galli fabula. Edyll. XI, 26. 457, b.
Gallius ſcenam olim tabulatam dedit. Sapp. Prol. 16. 268.
Ganymedes *ſtat Iovis ad cyathum.* Edyll. XII, De Hiſtor. 18. 486.
Garum, liquor ſociorum, muria. Epiſtol. XXI. 662.
Garumna aequorea. Edyll. X, 483. 442, a.
— *lata.* Epiſt. XXII, 74. 684.
Gau Ennianum, id eſt, gaudium. Edyll. XII, In Gramm. 4. 496.
Gauranus mons vitibus veſtitus. Edyll. X, 157. 382.
Gebenna, mons. Vrb. XII, 5. 251.
Gedippa. Epiſt. IV, 35. 578.
Gelbis, fl. Edyll. X, 359. 410, a.
Gemmea ſuccina. Edyll. VI, 74. 336.
Generationis tria requiſita. Edyllio XI, 49. 462.
Generis neutri filii, mox morituri. Epigr. I, 6. 36.
Genethliacon ad Auſonium Nepotem. Edyll. V. 320.

Genetrix per *e*, non per *i*. Par. II, I. III.
Genitales Dii. Per. Iliad. IV. 743.
Genitalia fœdera legitimi cœtus. Epigramm. LXXI, I. 49.
Genitale arvum, Genitalis alvus. Eclogar. De rat. puerp. II. 542.
Genoni, Genauni, pop. Illyrici. Epiſtol. IX, 31. 612.
Gerere, ferre ora. Edyll. IV, 25. 311.
Germania porrecta. Gr. Aƈt. 736.
Germani oculos cœruli, comam flavi. Edyll. VII, 10. 341.
Germanici Imp. *comitas* erga milites & amicos. Gr. Aƈt. 733.
Geryones triplex. Edyll. XI, 82. 470.
Geſſoriacus pagus. Vrb. XIII, 9. 154, b.
Getæ, populus Thraciæ. Epigrammat. I, 7. 3.
Geta pellax, ſervus, bellax. Edyll. XII, De Hiſtor. 20. 486.
Gibaltar, fretum Tarteſſiacum, ex Arab. *Gibal* & *Tarts*. Vrb. IX, 4. 242.
Git, æquiparans morſu piper. Edyll. XII, De cibis 8. 482.
Glabrio Grammaticus, V. Acilius.
Gladiatores in funere. Edyll. XI, 36. 460.
Glarea, pro aggere. Epiſt. X, 15. 610.
Glauce, ſeu Creuſa, Creontis filia, à Medea interfecta. Epigr. CXXX, 6. 80.
Glauci Anthedonii fabula. Edyll. X, 276. 392.
Glauciæ Epitaphium. Epit. XXXIII. 210.
Glires dormiunt hyemem perennem. Ephem. 5. 94.
--- *opimiores ſomno*. Edyll. XII, 7. 489.
Gloſſa, linguæ, & dictionum obſcuriorum expoſitiones. Epigr. CXXVII. 77.
Glus, Glux. Edyll. XII, 8. 489.
Gnaruris. Epiſt. XXII, 19. 671.
Gnati, filii, de utroque ſexu. Edyllio II, 38. 300.
Gobio, piſcis. Edyll. X, 132. 379.
Goros, gyros. Eclogar. De Solſtitiis 8. 560.
Gorgones tres, Edyll. XI, 84. 471.
Gortynius ales. Edyll. X, 300. 396.
Gracchi Tiberii *commendabilis modeſtia*. Grat. Aƈt. 727.
Gradus pyrgorum ſeu turricularum aleator. *exciſi per cava buxa*. Profeſſ. I, 26. 147.
Græca fides. Epiſt. X, 42. 613.
Græcis *theatrum curia præbet vicem*. Sapp. prol. 7. 267.
Græcorum fabulæ mendaces. Grat. Aƈt. 735, a.
Græcenſe iter Tollii. Omiſſ. 785.
Grammaticus quis? Omiſſ. 784, a.
Grammaticus felix *excedit Grammaticos canonas*. Epigr. CXXXVI. 94.
--- uxori rixoſæ junctus. Epigrammat. CXXXVII. ibid.
Grammaticus ad Scaurum. Prof. XX, 7. 181.
Gratia, quæ tarda eſt, ingrata eſt. Epigramm. LXXXII. 56.
GRATIARVM ACTIO. 699.
Gratianus Imp. *bellandi fandique potens*. Epigr. I, 5. 2.
--- *Homerus Romanus*, adulatorie. Epigr. I, 17. 4.
--- Sagittandi peritia excellens. Epigramm. II, 2. 5.
Gratiani laudes, Gratiarum Actione tota.
Gravida imperiis Pannonia. Epigr. IV, 4. 7. Omiſſ. 774.
Gregorius. Edyll. VI.
Griphus, quid ſit? Edyll. XI. 451, a.
Griphus Ternarius. Edyll. XI. 451.
Griphum ſolventes auferebant carnes pro præmio. Epiſtol. IV, 99. 588.
Gu pro W, vel V. Vrb. IX, 2. 244, b.
Guad, Arab. fluvius. Vrb. IX. 244, b.
Guad, corruptum è Latino *Vadum*. ibid.
Guadiana olim Anas fluv. ibid.
Guneo cuncta elementa ſepulcrum. Epit. XI. 198.

H.

H *-ſpiritus, tenuiſſima vivificans*. Edyll. XII, 18. 491.
Habere fortunam reverenter. Epig. VIII, 7. 10.

Habitus forenſis, togæ. Ephem. Egreſſ. 4. 103.
Hadriani Imp. dictum: *jam hoc patri tuo negavi*. Epigr. XVII, I. 17.
Hadrianus Imp. *medius præſignis in actu*. Cæſſ. XV. 222.
--- reſidua tributorum remiſit. Grat. Act. 730.
Hamadryades intereunt cum arboribus. Edyll. XII, De Hiſtor. 7. 483.
Hammonis ridiculum reſponſum ad Olympici certaminis affectatores. Epigr. XCIII, 5. 63
Hannibalis mors. Edyll. XII, De Hiſtor. 25. 485.
Harmonius, collega Vrſuli, Grammaticus. Epiſt. XVIII, 26. 649.
Harpocrates *Sigaliō*. Epiſt. XXV, 27. 693.
Harpyiæ tres. Edyll. XI, 84. 471.
Haſta, membrum virile. Edyll. XIII. 115.
Hebromagus. Epiſt. XXII, 35. 673.
Hecate tergemina. Edyll. XI, 18. 455.
Hectoris Epitaphium. Epit. XIV. 199.
--- raptatus curru. ibid. & Perioch. Iliad. XXII, I. 752.
Hecubæ Epitaphium. Epit. XXV. 205.
Hehe, verbum conſternatæ mentis. Par. XVII, 11. 131.
Helena Echo. Epigr. LXXVI. Omiſſ. 777, a.
--- reddita Menelao ab Ægypti rege. Perioch. præf. 5. 738.
Helvius Pertinax Imp. V. Pertinax.
Hendecaſyllabi unde componantur. Epiſt. IV, 81. 586.
Herculanus, Auſ. ſororis fil. Par. XVII. 131. Prof. XI. 171.
Hercules Cynicorum Deus. Epigrammat. XXVII, 3. 23. Omiſſ. 775, b.
--- tutela Mediolani. Vrb. V, 7. 234, b.
--- *conceptus triplicata veſpere noctis*. Edyll. XI, 28. 458.
Herculis Ærumnæ. Edyll. XIX. 536.
Herculeum balneum Mediolani. Vrb. V, 7. 234.
Herediolum, majorum regna. Edyll. III, I. 303.
Hermaphroditus *ſemivir*. Epigr. LXIX. 43.
--- *Mercurio genitore ſatus, genetrice Cythere*. Epigr. C. 65.
Hermes Termaximus. Edyll. XI præfat. 15. 450.
Hermiones zona. Epigr. XCIV. 64.
Hermulæ in Circo. Epiſt. XVIII, 11. 646, b.
Heroum Epitaphia. 189.
Herûs & Leandri fab. Edyll. VI, 22. 328, a.
Heſperius. Faſtor. I. 91. Edyll. IV præfat. 305. Epiſt. III, I. 572.
Hilerda parvula. Profeſſ. XXIII. 186.
--- *arida*. Epiſt. XXV, 58. 696.
Hippocamelus. Epigr. LXX, 9. 48.
Hippolyti fabula. Epigr. XX, 2. 19. Edyll. XV, 25. 527.
Hippolytus *Virbius*. Edyll. XIII præfat. 12. 501.
Hippothoi Epitaphium. Epit. XXI. 203.
Hiſpalis urbs Hiſpaniæ. Vrb. IX. 242.
Hiſpidus, trux, attubus. Epiſt. XXII, 9. 670.
Hiſter. V. Danubius.
Homerici oratores. Gr. Act. 51. 708.
Homo vocis abſonæ. Epigr. LXXVI. 53.
--- Homini Lupus, Deus, homo. Sap. Biante. 281.
--- ternarii numeri modulo formatur, naſcitur, moritur. Edyll. XI, 5. 435.
Homines, qui pertinent ad alicujus domum. Epiſt. XXII, 2. 699, b.
Honor onus. Edyll. IV, 97. 318. Omiſſ. 797.
Honores largiri eſt magnificum. Gr. Act. 729.
Honoratus, honeratus. Edyll. IV, 97. 318.
Horis VI olim *docebant* Grammatici. Epiſt. XVIII, 10. 646.
Horrens capillis ut marinus aſperis Echinus. Epiſt. XXII, 11. 671.
Horrida fercula. Epigr. VIII, 3. 9.
Hortenſis civitas in Novempopulania. Epiſt. XI, 17. 617.
Hunni. V. Chuni.
Hw veterum Gothorum quaſi adſpiratio, pro quo Latini *V*, Æoles digamma, Galli, Itali, Hiſpani, *Gu* ſcripſerunt. Vrb. IX, 2. 245.
Hyacinthi fabula. Edyll. VI, 10. 325. Edyll. XII, De Hiſtor. 1. 482.
Hylæ fabula. Epigr. XCV. 64.

I lite-

I.

I litera. Edyll. xII, De lit. 5. 491.
I pro *ei* litera correpta. Epigr. xII, 1. 12.
--- pro *ei*. Epigr. cxxxvIII, 1. 84.
I ſimplex in *oci*, *Tarquini*, pro *ocii*, *Tarquinii*. Edyll. x, 392. 415.
I nunc &c. formula irridendi. Edyll. x, 48. 366.
Iambus acer, quare? Ephem. Tot. diei neg. 24. 95.
Ἰαμβίζειν unde? ibid. & Omiſſ. 780, a.
Iambus *velocior pinnis alitum*. Epiſtol. xxI, 16. 664.
--- *primus novorum metra junxit pedum*. ibid. 11. 666.
--- *prapes & volucripes*. Epiſt. xxI, 14. ibid.
Iambi ortus. Epiſt. xxI, 10. 666.
Iapis, nomen medici. Epigr. xx, 7. 19.
Iberia tellus. Epiſt. xxv, 53. 695.
Ibyci grues. Edyll. xII, De Hiſtor. 11. 484, a.
Icari fabula. Epiſt. xIx, 11. 483.
Ictinus Architectus. Edyll. x, 309. 397.
Iculiſma, *Inculiſma*, Engouleſme. Epiſt. xv, 22. 626.
Idalia. V. Iulia.
Idalia Venus. Par. xxvIII. 141.
Idalium nemus & opp. Cypri. Parental. xxvIII. ibid.
Ἴδμων vatis nomen. Epigr. xx, 7. 19.
Idus alma dies, geniis quoque culta Deorum. Edyll. v, 23. 321. Eclogar. de Fer. 5. 561.
Iejunia devota Quadrageſimæ. Edyl. I, 2. 294.
Ἰὴ Παιὰν, cantio, qua concitatus Apollo ad cædem Pythonis. Epiſtol. xxI, 13. 666, b.
Ἰκρία Athenis. Sapp. prologo, 16. 168, a.
Ilerda parvula. Prof. xxIII, 4. 186.
--- *dejectis juga per ſcrupoſa ruinis arida*. Epiſt. xxv, 58. 696.
Iliados Periochæ. 737.
— initium unde? ibid.
Ilithya. Eclogar. De partu 40. 545.
Illibanus, Rex. Epiſt. xIx, 16. 656.
Imago fortuna ſua. Epiſt. xxII, 8. 670.
--- *nemorum vocalis*. Epiſt. xxv, 10. 690.
Imago imaginis, Rufus Rhetor. Epigramm. LI. 36.
Imagines ferreæ vi magnetica in aëre ſuſpenſæ. Edyll. x, 315. 403.
Imminutio, pudicitiæ delibatio. Edyll. xIII. 514.
Implere numeros obſcœna pruriginis. Epigramm. cvIII, 6. 69.
In enſe cunctans Medea. Epigr. cxxx, 10. 81.
In genitore pater, in hoſte lenis. Edyll. II, 44. 301.
In oſſibus capitum bibere. Epiſt. I, 14. 568.
Inaſpicuus. Epiſt. xxIII, 22. 676.
Inceſti fœdus amoris. Edyll. x, 314. 402.
Incidere, inſcribere *nomen*. Sapp. Solone 8. 274.
Incipe. Dimidium facti eſt cœpiſſe. Epigramm. LxxxI. 55, b.
Inculiſma. Epiſt. xv, 22. 626.
Incuſus, aſper. Epigr. cxxxI, 4. 82.
Indicativus pro ſubjunctivo. Per. Iliad. I, 2. 739, a.
Indicio ſuo tamquam ſorex periit. Edyll. xI præfat. 447.
Indole maturus, funere acerbus obis. Parental. xIv, 12. 128.
Indulgentia ſeculares. Grat. Act. 171. 730, a.
Induti vermibus hami. Epiſt. Iv, 55. 580.
Infantibus olim ſui non ingeſti ſunt tumuli. Par. x, 6. 125.
Ingenuum ſignum, i. innatum. Vrb. III, 11. 231.
Ingratum gratia tarda facit. Epigrammat. LxxxII. 56.
Ingrato terra nil pejus creat. Epigr. cxL. 86.
Inguina levare dropace. Epigr. cxxxI, 1. 82.
Inimicare. Epiſt. xxIv, 63. 683.
Inoleſcere, active. Gr. Act. 734.
Inſcriptiones variæ nuper erutæ. Omiſſ. 789, & ſeqq.
Interdictorum trinum genus. Edyll. xI, 63. 466.
Interne, adverbium ultima correpta. Vrb. xIv, 14. 259.
Intritum. Epiſt. xxII, 27. 672.
Intus prædicanda. Gr. Act. 148. 726, a.

Invida barba. Omiſſ. 774. b.
Iota longum, nota figuræ ſuſpenſi. Epigr. cxxviii, ii. 78.
Iovis currus unde? Edyll.xii, De diis. 479.
Iovis *omnia plena*. Gr. Act. 12. 701.
Iovem lapidem jurare. Ephemer. Orat. 44. 100.
Iovinus. Epiſt. iv, 35. 578.
Iſocratis ſophiſtica concluſiones. Epiſtol. xvii, 15. 641.
Iſthmia feſta. Eclogar. 565.
Iſtud ætatis, ἀρχαικόν. Epit. xxxvii, i. 209.
Iter Tollii Græcenſe. Omiſſ. 785.
Iucundus, Gramm. Burdig. Prof. ix, 4. 167.
Iudicaturo duo obſtant, velox recitatio, & præſentia recitantis. Edyll. iv præf. 309.
Iugi fatalis lora, ab Alexandro M. ſoluta. Epiſt. xxiv, 48. 682.
Iulia Cataphronia. Par. xxvi. 140.
Iulia Dryadia. Par. xii. 126.
Iulia Idalia. Parent. xxviii. 141.
Iulia lex de adulteriis. Epigr lxxxix, 3. 58.
Iulia Veneria. Parent. xxvii. 140.
Iulianus Severus Cenſor. Parent. xxii. 135.
Iulianus Imp. *ſceptra brevi tenuit*. Profeſſ. ii, 22. 150.
Iulius Auſonius, ejusque vita & mores. Parental. i. 110. Edyll. ii. 297.
Iulius Caſar. Cæſſ. i. 218.
Iulius Calippio. Par. vii. 120.
Iuncus plana alvo. Epiſt. iv, 44. 578.
Iurevocata claſſes. Gr. Act. 38. 705.
Iuriſconſultus pathicus, mœcham ducens uxorem. Epigr. lxxxix. 58.
Iûs errores. Edyll. xii, De Hiſtor. 6. 483.
Ius xii tabb. *triplex*. Edyll. xi, 61. 466.
Iuſtior ordo eſt, complacuiſſe dehinc, diſpliçuiſſe prius. Cæſſ. Galba. 220.
Iuſtum funus. Parent. Præf. i, & 18. & ix, i. 108.
Iuvenalis, Iuvenilis. Prof. xv, i. 174.
Ixionis fabula. Edyll. xii, De Hiſtor. 4. 482.

K.

K *tribus tantum nominibus in Latio addita*. Edyll. xii, 19. 493.
Κλεινικὸς γάμων. Epiſt. xii, 34. 620.
Κρήδεμνον, calantica. Per. Odyſſ. v, 3. 758.

L.

L*Aborifera Muſa*. Edyll. iv, 7. 309.
Labra, χείλη τῆς πόλεως. Vrb. v, 9. 235.
Lacænarum dictum ad filios in bellum proficiſcentes, ἢ τὰν, ἢ ἐπὶ τᾶς. Epigr. xxv. 22.
Lactare, pro lactere. Epit. xxxii, 3. 209. Edyll. iv, 67. 316.
Lact, lacte, lac. Edyll. xii, In Grammat. 8. 496, b.
Lacte ſcriptæ epiſtolæ. Epiſt. xxii, 21. 676.
Lactoratenſes. Epiſt. xi, 17. 618, a.
Lalii & *Scipionis* amicitia. Epiſt. xxiv, 45. 681.
Lata operum plebes, firmus propoſiti. Edyll. x, 163. 382.
Lati mores. Vrb. v, 3. 234.
Lavii Erotopagnia. Edyll. xiii, 15. 517.
Lais Myronem fruſtratur callido reſponſo. Epigr. xvii. 17.
Lais ſpeculum Veneri dicans. Epigramm. lv. 38.
Lalli ſomniferi modi. Epiſtol. xvi, 91. 637.
Lampreda, Lampetra, muſtella. Edyll. x, 110. 376.
Laodamiæ & Proteſilai fabula. Edyll. vi, 36. 331.
Laqueata atria. Edyll. x, 49. 467.
Laqueus pro theſauro inventus. Epigramm. xxii. 20.
Lar genius domuum. Edyll. xii, De diis. 480.
Lars Aremoricus. Edyll. xii, De Hiſt. 484.
Larvæ in conviviis. Edyll. xiii præf. 20. 503, b.
Laſcivia carminis excuſata. Edyllio xiii, 7. 516.

Laſcur-

Laſcurra Epiſcopatus in Novempopulania. Epiſt. xi, 17. 617, a.
Latinus Alcimus Alethius. Prof. 11, 2. 148.
--- *Drepanius Pacatus Procos*. Sapp. præfat. 264.
--- *Euromius*, gener Auſon. Par. xiv. 128.
Laudatio eſt illecebra viventium. Profeſſ. xxv, 5. 188.
--- *oblectatio viventium*. Edyll. 11 præfat. 4. 297.
Lemniſcata corona. Epiſt. xx, 5. 658.
Lens Peluſiaca. Edyll. x11, De cibis 9. 482.
Leo à Gratiano ſagitta occiſus. Epiſtol. vi. 9.
Leontius Laſcivus. Prof. vii. 165.
Lepus captus à cane marino. Epigramm. xiv. 15.
Lesbia quarta Charitum. Epigr. cxxi. 74.
--- *quies*. Ephem. 23. 95.
Leſura fl. Edyll. x, 365. 410.
Levare, levigare. Epig. cxxxi, 1. 82.
Leucate mons, unde ſe præcipitabant amore capti. Edyll. vi, 24. 328.
Lex Papia, Iulia, Scatinia, Titia. Epigramm. lxxxix. 58 & 59. Omiſſ. 777, a.
--- de Theatro temporaneo. Sapp. prologo 14. 267.
Liba annua, in Parental. Par. xxiv, 4. 137.
Liber Bacchus. ejus varia cognomina. Epigr. xxix, xxx. 25.
Liberalia. Eclogar. Fer. 29. 563, b.
Liberi oculis comparati. Par. iv, 26. 117, b.
--- inter parentes mortuum & viventem diviſi. Par. xxii. 210.
Libertas triplex. Edyll. xi, 65. 466.
Librorum copia ſine uſu non adfert doctrinam. Epigr. xxiv. 34.
Libræ ratio. Eclogar. 538.
Licentia carminis excuſata. Epigr. ix. 20.
Liceria. V. Veria,
Liger, fl. Edyll. x, 461. 434.
Ligures fallaces. Edyll. x11, De Hiſtor. 22. 487.
Limicola oſtrea. Epiſt. vii, 36. 597.
Lirare. Epiſt. x, 9. 609, b.
Literæ longæ natura, licentia correptæ. Epigr. xii. 12, b.
Literarum monoſyllabarum enarratio. Edyll. xii. 474.
Liturarii. Edyll. xiii præfat. 10. 501. Epiſt. 11. 570.
Logodædalia. Edyll. xiii, In Grammaticomaſtige 2. 495. Epiſt. xiv, 26. 624.
Longius, pro diutius. Epit. xxxvii, 3. 214. a.
Luca boves, Elephanti. Epiſt. xv, 12. 626.
Lucanus Taliſius. Par. xx. 133.
Lucaniacus, villa Auſonii. Epigr. xxx, 25. Epiſt. xxii, 35. 673. Epiſt. xxiv, 79. 684.
Luci veteres pagorum gloria. Edyll. x, 478. 440.
Lucii prænomine notatum marmor. Epigr. xxxv. 29.
Lucilianus ſtilus. Edyl. iii præf. 2. 303.
Lucilii Tmeſes. Epiſt. v, 36. 593.
Luciolus. Prof. iii. 151.
Lucumo Samius, Pythagoras. Epiſt. iv, 68. 584.
LVDVS VII SAPIENTVM. 264.
Lugentes campi. Edyll. vi. 325.
Lumen, pro filio. Parent. iv, 26. 117. Omiſſ. 782.
--- *de lumine* Chriſtus. Ephem. 31, 82. 102. Omiſſ. 781.
Lunæ & Endymionis amores. Edyll. vi, 40. 332.
--- currui juvencæ, tauri, boves adjuncti. Epiſt. v, 1. 589. Epiſt. xix, 3. 655.
Lupa, de meretrice. Epigr. xxvi, 53.
Luperculus Martyr. Epiſt. xi, 17. 617, a.
Lupodunum. Edyll. x, 423. 423.
Luſtrales agones. Eclog. 564.
Lura, os culei. Per. Odyſſ. x, 1. 762.
Luſus quandoque pueris indulgendus. Edyll. iv, 4. 309.
Lutum Samium. Epigr. viii, 2. 9.
Lydus eſt barbarus. Edyll. xii, De Hiſtor. 20. 486.
Lygos, nomen vetus Byzantii. Vrb. 11, 13. 229.
Lyrici ter terni. Edyll. xi, 30. 458.
Lyſippus occaſionem ſimulat. Epigramm. xii, 1. 13, b.

M.

M litera *numquam ultima in Graju vocibus*. Edyll. XII, 11. 492.
Macrinus, Gramm. Burdigalenſ. Profeſſ. X. 168.
--- Imperator. Cæſſ. XXII. 226.
Maculare, pro maculari. Epigr. CXXX, 10. 81.
Maceta, Macedones. Vrbb. II.
Mænades, feminæ divino furore percitæ. Epigr. CVIII, 8. 69.
Magiſtratus initi Kal. Ian. non Romæ tantum, ſed ubique ſub Impp. Gr. Act. 715.
Magiſtratuum creatio ad Imperatores pertinebat. Gr. Act. 705.
Magnetu vera. Edyll. X, 316. 404.
Magnificum eſt largiri honores. Gr. Act. 729.
Majores poſteris lumen. Edyll. IV, 95. 318.
--- poſteris præſidium. Gr. Act. 706.
Maleſuada. Epiſt. XXIV, 7. 679.
Mali plurimi. Sapp. in Biante. 2. 284.
Μαλλαῖλαι. Epiſt. XI, 17. 617, a.
Mamma. Epiſt. I, 14. 568.
Manamen bivium fluvii. Edyll. X, 32. 363.
Manes divina habitat portio. Par. XV, 11. 129.
Manes affari *funeris inſtar habet*. Parent. Præfat. 10. 109. XIX, 13. 133. & Coronide 4. 188.
Manibus ineſſe ſenſus credebatur. Prof. XXIII, 13. 186.
Mannus, equi genus. Epiſt. VIII, 7. 599.
Marcellus, Marc. filius, Gramm. Narbon. Prof. XVIII. 178.
Margeus, Marcus. Edyll. X, 360. 410.
Marinus, Διγαπόρπ@. Epiſt. XI, 16. 616, b.
Marita anates. Epiſt. III, 12. 573.
Marii VII *Conſulatus*. Gr. Act. 710.
Marlotæ Epiſt. XI, 17. 617, a.
Mars Geticus. Epigr. I, 7. 3.
--- *Odryſius*. Epigr. I, 15. 4.
--- *Communis*. Gr. Act. 733.
Martis equi. Epiſt. XXIV, 17. 680.
Martius antiqui anni pater. Edyll. VII, 13. 344.
--- *Narbo*. V. Narbo.
Maſſilienſia oſtrea. V. oſtrea.
Matricida, ſecunda longa. Cæſſ. De mort. 7. 217.
Matrona fl. Gallos Belgaſque interſita fines. Edyll. X, 462. 434.
Matronalia feſta. Eclogar. De feſt. 7. 561.
Maximus Aquilejæ interfectus. Vrbium VII, 7. 237.
Me meminiſſe piget. Cæſſ. Nerone. Omiſſ. 792.
Medea à Timomacho depicta dubitans. CXXIX. 79.
Medea prima capillos fucare docuit. Omiſſ. 774, b.
Medeæ παρανομία ab Euripide in gratiam Corinthiorum conficta. Epigr. CXVIII, 15. 73.
Medendi triplex forma. Edyll. XI, 67. 467.
Medicina triplex. Edyll. XI, 69. ibid.
Medicus divis fatiſque potentior Alcon. Epigr. LXXIII, 3. 51.
Medici vis in ſigno Iovis. Epigrammat. LXXIV. 52.
Medimna Sicana. Edyll. XI, 46. 462.
Mediocritas honorü aurea. Gr. Act. 710.
Mediolani mira omnia. Vrb. V. 233.
--- nominis origo. ibid.
Mediolanum Herculeum. ibid. 234.
Meditatio eſt totũ. Sapp. in Periandro.
Meduli, Medoc. Epiſt. IV, init. 574, a.
Megentira, ſororis Auſ. filia. Parental. XXIII. 136.
Melania. V. Æmilia.
Meliſſus, Grammaticus. Prof. XXI, 28. 183.
Melonis alba filia, charta. Epiſt. IV, 73. 583.
Meminens. Prof. I, 40. 148.
Memoria eximia Tiberii Minervii. Prof. I, 21. 146.
Menander amabilis. Edyll. IV, 46. 313.
Menecrates, Architectus. Edyll. X, 307. 397.
Menelai Eloquentia. V. Oratio.
Menelai Epitaph. Epit. II, 307. 191.
Menelaus *nec leti paſſus tempora, nec ſenii*. Epit. II, 6. 191.
Meneſtheus, Grammat. Burdigalenſis. Prof. VIII, 4. 166.
Mens prima libri. Prof. XXV, 1. 187.

Mens noſtra particula mentis Divinæ. Gr. Act. 718.
Mens ſaucia patitur ſuos manes. Ephemer. Orat. 57. 101.
Menſi ſunt tria nomina. Eclogar. De trib. 4. 555.
Menſium nomina, dies, &c. Eclogario. 555.
Mercurius Fur. Edyll. xii, 2. 488.
Mercurii Petaſus. Epiſt. xxi, 7. 665.
Meritis anus eſt, ætate puella. Epitaph. xxxii, 6. 210.
Meroe, anus ebrioſa. Epigr. xx. 19.
Meroe, Inſula Æthiopiæ, quam Nilus facit. Epigr. xx, 9. 19, b.
Merum merum, non dilutum. Epig. xx, 12. 20.
Metanœa comes Occaſionis. Epigramm. xii, 12. 14.
Metatorium, οἶκ☉ ἀπαρτισμός. Edyll. iv Præfat. 1. 306.
Metellus Pius. Grat. Act. 717.
Μεθοδεύειν. Epiſt. vi, 6. 594.
Methodus, Metoche. Epiſt. vi, 6. ibid.
Metiſcus, auriga. Epiſt. xiv, 16. 623.
Metonis annus. Epiſt. ii, 12. 571.
Mica aurea. Edyll. xiii Præfat. 20. 504, b.
Midæ auriculæ aſininæ: fabula. Epiſtol. xxiii, 17. 676.
Min, minium. Edyll. xii, in Grammat. 4. 496.
Minare, id eſt, ducere, agere. Epigramm lxvii. 43. Omiſſ. 776.
Minerva dea lanificii. Epigr. xxxviii. 31.
Minervius, Rhetor. V. Tiberius.
Minuiſcere. Ephem. 16. 106.
Mirmilloni contenditur Thrax. Edyll. xii, 2. 488.
Moderari Geticum Martem Apolline. Epigr. i, 7. 3.
Moderata verbera, modulata. Epiſt. xxv, 85. 693.
Modi tres. Edyll. xi, 76. 469.
Modulata verbera, moderata. Epiſt. xxv, 25. 693.
Modus optimus. Sapp. Cleobulo. 6. 281.
Monoſticha. Cæſſ. 215. Eclogar. 553.
Monoſyllaba. Edyll. xii. 475.
Monſtratu. Per. Iliad. iii, 2. 742.
Morboſi homines, morbus virorum. Edyll. xi, 53. 465.
Mores veteres, antiqui, in laude. Epigramm. ix, 3. 10.
Mori inter manus parentum, res maximi ſolatii. Par. xxiii, 13. 136.
Mors etiam ſaxis nominibusque venit. Epigr. xxxv, 10. 30. Omiſſ. 775, b.
Morte obita. Prof. præfat. 4. 144.
Morte cito potiri, aut non naſci bonum. Edyll. xv, 50. 528.
Mortes grandes ſub parvo vulnere pati. Epigr. ii, 3. 5.
Mortui ter vocati nomine. Par. præfat. 14. 109.
--- an ſenſu careant, nec ne, olim dubitatum. Prof. i, 39. 148. xx, 111. 186.
--- in patriam relati. Prof. xvi, 17. 176.
Moſella. Edyll. x. 347.
Mulcato corpore. Edyll. vi, 90. 337.
Mullus, piſcis. Edyll. x, 117. 377.
Munera verborum honore proſequi. Gratiar. Act. 723.
Muræna πολαμία. Edyll. x, 107. 375, a.
Murena theatrum tabulatis ſcenis dabat. Sapp. prolog. 16. 268.
Muria Barcinonenſis. Epiſt. xxi, 2. 661.
Muriæ vox Latinis inuſitata. Epiſtol. xxi. ibid.
Mus inter quadrupedes oſcines. Edyll. xii, 11. 489.
Muſæ olim tantum tres, unde novem? Edyll. xi, 31. 458.
--- Bœotia nomina. Epiſtol. xxv, 74. 698.
Muſarum Inventa. Edyll. xx. 537.
Muſculi piſces. eorum deſcriptio. Epiſt. vii, 36. 597.
Muſica triplex. Edyll. xi, 76. 469.
Muſtella, piſcis. Edyll. x, 107. 375, a.
Mutuatur ad Græcam fidem. Epiſt. xxii, 24. 672.
Mutum nihil natura. Epiſtol. xxv, 17. 691.
Mutuum muli ſcabant. Edyll. xii præfat. 3. 476.
Mylaſena pericula. Edyll. x, 215. 367.
Myobarbum, vox è Græco & Latino mixta. Epigr. xxx. 26, a.

Myron

Myron rogat Laïdis noctem. Epigr. XVII, 17.
Myronis *Bucula.* Epigr. LVIII, & ſeq. 40, & 41.
Myrrhæ fabula. Edyll. VI, 72. 335.
Myrrhæ duo genera, ἀδρόβωλον, & μικρόβωλον. Edyll. VI, 72. 336, a.
Myſta, catechumeni, initiati. Omiſſ. 795, b.
Myſteria *jurata ſacra.* Epiſt. XXIII, 4. 675.

N.

N litera. Edyll. XII, De lit. 492.
Natta, Nattæ. Præfat. ad Pacatum.
Nænia funereis ſatis officioſa querelis. Parent. Præf. 5. 108.
Nævos noſtros & cicatrices amamus. Edyll. VI Præfat. 6. 324.
Ναὶ καὶ Οὔ. Edyll. XVII, I. 531.
Najadum & Satyrorum chori. Edyll. X, 170. 384.
Namia Pudentilla, Auſonii affinis. Parental. XIX. 132.
Namnis. Omiſſ. 791.
Narbo Martius, unde Narb. Gallia. Vrb. XIII, 10. 256.
— Colonia Iulia Paterna. ibid. 3. 253.
--- *Gallia prima togati nominis.* ibid. 10. 256.
Narciſſi fabula. Epigramm. XCVI. 64. Edyll. VI, 10. 325. Edyll. XII, De Hiſtor. 2. 482.
Nardus, Nardum, fruticis genus. Epigramm. CXXIII, 6. 76.
Narycia pix. Epiſt. IV, 18. 577.
Naſci non bonum. Edyll. XV, 20. 526.
Natus mortalis. Omiſſ. 779.
Naſtis Epitaphium. Epit. XVII. 201.
Nava fl. Edyll. X, I. 347.
Nauci Afranii. Edyll. XIII præfat. 5, 500.
Naumachia jocantes pugna. Edyll. X, 218. 388.
Nauplii vindicta. Edyll. XII, de Hiſtor. 17. 486.
Nauſum, navigii genus. Epiſt. XXII, 3. 669.
Nautalis, navalis. Edyll. X, 223. 389.
Nazarius, Profeſſor Burdigalenſis. Prof. XIV, 9. 174.
Nebula picta in pariete. Edyll. VI præfat. I. 321.
Necepſus, magos docuit myſteria vana. Epiſt. XIX, 12. 656, a.
Nemauſus fl. *vitrea luce purus.* Vrb. XIV, 33. 261.
Nemea feſta. Eclogar. 4. 565.
Nemeſis Dea *puniens vaniloquos.* Epigramm. XXI. 20.
--- mater Caſtoris, Poll. & Helenæ. Epigr. LVI. 39.
--- *Fortuna.* Sapp. Solone 52. 278, a.
— odit *grandia verba.* Epiſt. XXIV, 51. 682.
— *Eoum monſtrum.* ibid. 67. 683.
Νεοπτόλεμος πόσις. Omiſſ. 792, a.
Nepos, prodigus. Epiſt. IX, I. 600.
Nepotis Chronica. Epiſt. XVI, 2. 630.
Nepotianus, Gramm. Burdig. Prof. XV. 170.
Neronis Imp. ſcelera. Cæſſ. VI. 219.
Nerva Imp. *mente parens.* Cæſſ. XIII, 3. 221.
--- *Tetrarcha.* ibid. I, 2. 221, a. 222, a.
Neſtor *conſilio clarus & eloquio.* Epitaph. VIII. 195.
Neſtore provectior. Epigr. XIX. Edyl. XI, II. 454.
Neſtoris eloquentia. V. Oratio.
Neſtoris Epitaphium. Epitaph. VIII. 195.
Neptunus Φυτάλμιος & Παλαιγόνιος. Epigr. CVI, 4. 68.
Neptunalia feſta. Eclog. De feſtis 19. 562.
Nicer fl. Edyll. X, 423. 423.
Nidus, nimbus cinnameus. Edyll. XI, 17. 454.
Nihil nimis. Sapp. In Cleobulo 9. 281.
Nil mutuum natura dedit. Epiſt. XXV, 17. 691.
Nilus major Danubio. Epigr. III, 2. 5.
Nili fontes haud inventi. Epigr. IV, 8. 8.
Nimbus, nidus cinnameus. Edyll. XI, 17. 454.
Niobes fabula. Epigr. LXXXIV, 4. 57. Epitaph. XXVII, XXVIII, XXIX. 205, 206 & ſeqq.

Niſi & Euryali amicitia. Epiſt. xxiv, 42. 681.
Nivomagus. Edyll. x, 11. 356.
Nobilitas multis eſt pro merito. Gr. Act. 706, b.
Noctua magica, alliciens volucres & perimens. Edyll. x, 310. 398.
Nodoſa plaga, veſtes, peſtes. Edyll. x, 244. 390. Epiſt. iii, 4. 572.
Nodus Gordius ab Alexandro M. ſolutus. Epiſt. xxiv, 48. 682.
Nolanorum *luxus capitalis*. Epigrammat. lxxi, 5. 49.
Nomen ego Auſonius. Edyll. ii. 297. Omiſſ. 797, a.
Nomen fortuna, morum, vel necis indicium. Epigr. xx, 5. 19. Parent. x, 2. 124.
— male conveniens moribus. Epigramm. xl. 32. Epiſt. xvi, 45. 634.
— *Iberum*, Achæum, Iberi, Achæi. Vrb. ix. Omiſſ. 775.
Nomina nobiliorum tria. Edyll. xi, 80. 470.
Nominalia. Parental. iii, 17. 114.
Nominibus multa dantur in eligendo magiſtratu. Gr. Act. 706.
Non faciendo nocens, ſed patiendo fuit. Cæſſ. Claudio. 219.
Non licet, formula myſtarum, ne myſteria Cereris enuntient, deprecantium. Epiſt. xxiii, 6. 675.
Noſce te. Sapp. in Chilone. 9. 279.
— *tempus*. ibid. in Pittaco. 3. 285.
Nota ſervorum fugitivorum. Epigramm. xv. 16.
Notarii, eorumque ſollers agilitas. Epigr. cxlvi, 1. 88.
Novempopuli in Aquitania, qui? Parent. iii, 9. 113.
Noverus pagus. Epiſt. xxiv, 95. 689.
Nox, pro concubitu. Epigr. xvii, 1. 17.
Nubila vaga, irrequieta. Ephem. Orat. 39. 100.
Nubs. Edyll. xii, in Hiſtor. 4. 482.
Numerabile munus. Epiſt. vii, 3. 595.
Numerare, pro venerari. Edyll. iv, 97. 319, b.
Numeri innumeri, comœdia. Edyll. iv, 48. 313.
Numerorum natura. Edyll. xi, 1, 471.
Numerus perfectus coit in tres partes. Edyll. xi, 52. 463.
Numidarum peritia equitandi. Gratiar. Act. 726, b.
Nux quinquegenus. Edyll. xii, De cibis. 482.

O.

O Vel υ, nota laquei. Epigrammat. cxxviii, 12. 78.
O pro υ Græcis uſurpatum. Edyll. xii, in Literis. 491, a.
O negandi nota. ibid. & Epiſtol. xxv, 41. 694.
Obeli, ſpuriorum ſtigmata vatum. Sapp. Præf. 13. 265.
Obeſitas noxia menti. Epiſt. vii, 21. 596.
Oblectabile negotium. Epiſt. xix. 658.
Obnixum tacere. Epiſt. xxv, 28. 694.
Obnoxius pudor. Gr. Act. 158. 727.
Occaſionis deſcriptio. Epigr. xii. 12.
Occaſione offerri. Gr. Act. 706.
Occapiti calvo. Epigr. 12, 8. 14.
Occupare nummum. Edyll. xi præf. 2. 447.
Octavianum Cæſ. in terris poſitum credidere deum. Cæſſ. ii. 218.
Octimeſtris partus falſo creditus non eſſe vitalis. Eclogar. De puerper. 37. 545.
Oculi, de liberis, & dilectis. Par. iv, 26. 117. Omiſſ. 782, a.
Odryſii, gens Thraciæ. Epigr. x, 15. 4.
Odyſſeæ Periochæ. 754.
Oe pro υ. Eclog. De ſolſtit. 5. 560.
Oeconomia poëtica. Perioch. Iliad. præfat. 737.
Oloronenſes. Epiſt. xi, in fine 17. 617, a.
Olympici ludi. Eclogar. 565.
Olympiodori hiſtoria. Vrb. xiii, 9. 255, a.
Omina terna. Edyll. xi, 20. 455.
Omni, omnium, prima brevi. Prof. vi, 54. 165, a.
Onuava Dea. Profeſſ. iv, 9. 153, a.
Onus honos. Edyll. iv, 97. 319, a.
Oneratus, honeratus. ibid.
Opalia. Eclogar. Fer. 15, 562.
Opica charta. Prof. xxii, 8. 184.

Opicus magiſter, fœdus, rudis. Epigramm. CXXVIII, 2. 78.
Opilius Macrinus, Imp. quæ paſſus eſt, meruit. Cæſſ. XXIII. 226.
Ops dea. Eclogar. De feſt. 15. 562.
Opulens. Edyll. II, 7. 307.
Opus, opes Camœnarum. Profeſſ. V, 20. 159.
Orationis tria genera ab Homero in Vlyſſe, Menelao, & Neſtore expreſſa. Prof. XXI, 20. 183. Edyll. XI, 66. 467. Gr. Act. 708.
Oratorum tres cultus, Attic. Aſiat. Rhodiacus. Edyll. XI, 70. 467.
Orbitas cæcitati comparata. Par. IV, 26. 117.
Ordiri, verbum Poëtarum. Prof. III, 3. 151, b.
Orea, fræni. Eclogar. De ſolſtitio. 7. 560.
Oreiades Nymphæ. Edyll. X, 176. 384.
Oreſtis & *Pyladis* amicitia. Epiſt. XXIV, 36. 681.
Orphei tripodes. Edyll. XI, 74. 467.
Orſa lacrymabilis querela. Par. XVII, 17. 132.
Orſa prorſis modis. Prof. III, 4. 151.
Orſa Latia. Prof. XXI, 10. 182.
--- *amabilis Menandri*. Edyll. IV, 46. 313.
Oſcilla, Oſcicla, Ὀ'ςομαπίων ludus. Edyll. XIII præf. 21. 503.
Oſiris, Bacchus. Epigr. XXIX, XXX. 25.
Oſtendi tantum dicebantur, quis immatura mors. Prof. VI, 7. 163.
Oſtrea XXX Auſonio ab Theone miſſa. Epiſt. VII, 1. 595.
Oſtreorum deſcriptio. Epiſt. IX, 1. 600.
Oſtrea ſaginari ſolita. ibid. 7. 601, b.
--- Burdigalenſia, Narbonenſia, Maſſilienſia, Abydena, Bajana, Santonica, Genonica, Promotiana, Eburovicana, Aremorica, Pictonica, Caledonia, Byzantia. Ibid. 19, ſeqq. 602, b. & ſeqq.
--- Barcinonenſia. Epiſtol. XXIV, 89. 686.
Othonis Imp. mors decora. Cæſſ. Othone. 220.
Otia longa, mors. Prof. I, 41. 148.
Οὐ negativum. Edyll. XII, in Literis 5. 491, a. Epiſt. XXIII, 47. 675.
Ovilia, in campo Martio. Grat. Act. 705.
Ovum Helenes cum fratribus triplex. Edyll. XI, 10. 454.

P.

Π *beſtilis forma jugi*. Edyll. XII, 15. 493.
Pacatus Drepanius. Sapp. Præf. 264.
Padi ruentis impetus. Epiſt. XXI, 3. 664.
Paganica nomina, lumina, numina. Vrb. XIII, 9. 254. Epiſt. IV, 19. 577.
Paganus medulis, pro *e medulis*. Epiſtol. IV, Notâ 4. 574.
Pagus Geſſoriacus. Vrb. XIII, 9. 254.
Palamedis literæ. Edyll. XII, 22. 494, b.
Palmata veſtis Conſulum & triumphantium. Gr. Act. 723.
Palla veſtis Græcorum. Epigr. XXXVII. 30.
Παλμός. Edyll. XI, 18. 455.
Palpitationis omen. παλμός. Edyllio XI, 20. 456.
Panathenaicus Iſocratis. Profeſſ. I, 14. 145.
Pannoniæ *armifera*. Epigr. 3. 5.
--- *imperiis gravida*, fœcundæ Principibus. Epigr. IV, 4. 7.
Pannoſa æquora Circi. Epit. XXXV, 1. 211.
Pantheus, Bacchus. Epigr. XXIX, XXX. 25.
Papia lex de maritandis ordinibus. Epigr. LXXXIX. 58.
Parada, genus navigii. Epiſtol. V. 27. 592.
Paraſiti hiſtriones. Edyll. VII. 5. 340.
Parcæ tres. Edyll. XI, 19. 455.
Parecbaſis. Edyll. XIII. 513.
PARENTALIA. 107.
Parentalia, *dies inferiis cognatorum inſtitutus*. Par. præf. 4. 108.
Parentibus ſecunda poſt Deum debetur reverentia. Edyll. II præf. 206.
Παρρησίαι Rhetorum. Epiſt. XII, 35. 620, b.
Parnaſſus, παρνασός. Per. Odyſſ. XIX. 768.
Particulæ exclamandi extra metrum verſui additæ. Sapp. Chilone 1. 278.
Partus maturi ratio. Eclog. 541.
Paſchales verſus. Edyll. I. 294.

Paſiphae incluſa vaccæ ligneæ ab Dædalo. Epigr. LX. 41. Edyll. VI, 30. 331.
Paſſeris marini ovum coquere. Epiſt. XI, 16. 616.
Paſtor, nepos Auſonii. Par. XI. 125.
Patri negavi jam tuo. dictum Hadriani Imp. Epigr. XVII, 12. 18.
Patéra, miniſtri Apollinaris nomen myſticum. Prof. IV, 11. 155.
Patria non obſtat virtuti. Cæſſ. XXI. 225.
Patrimonia ſparſa ſub regnis. Grat. Act. 716.
Pauliacus, villa. Epiſt, V, 14. 590.
Paulinus, ſororis Auſ. gener. Parental. XXIV. 137.
Paulinus, filius Paulini & Megentiræ. Par. XXIII. 137.
Paulinus, Pontius; ejus natales, vita, &c. Epiſt. XIX & ſeqq. 650.
Pauper minus eget divite. Epigrammat. CXXXIV. 83.
Pax, nota ſilentii. Edyll. XII, In Gramm. 15. 499.
Pegaſi fabula. Epiſt. XXI, 20. 666.
--- celeritas. Gr. Act. 735.
Pegmata atriorum; ornamenti genus in principum domibus. Epigrammat. XXVI, 10. 23.
Pellæi reges. Epiſt. XIX, 11. 656.
Pellax. Epit. XII, 4. 198.
Pelopidarum ingenua nota. Omiſſ. 793.
Penelopes pudica verecundia. Epigramm. CXXXV. 83.
--- *proci nebulones.* Epiſt. IX, 14. 602.
Pennis purpureis cervi perterrefacti, & in caſſes acti. Epiſt. IV, 27. 577.
Per ceram & lignum ſignare. Epiſt. XXI, 8. 670.
Per inania, per inane. Edyl. VI, 17. 326.
Perca, piſcis. Edyll. X, 115. 377.
Pereger, Peregris. Epiſt. XVII, 21. 642.
Perfungi leviore malo. Epigr. XXXIV, 4. 28.
Pergamus ſervus fugitivus. Epigr. XV. 16.
Pergula, tuguriolum. Epiſt. IV, 4. 575.
Periander, Sapiens. Sapp. 286.
Pericula Mylaſena, ludicrus agon. Edyll. X, 215. 387.
PERIOCHÆ in Homeri Iliadem & Odyſſeam. 737.
Perlongum, id eſt, diu. Faſt. Epigr. I, 7. 91.
Perpetis avi nomina. Faſt. Epigr. I, 3. 91.
Pertentat voluntatem militum. Perioch. Iliad. II. 740.
Pertinax Imp. *decretis proditus non ſtudiis.* Cæſſ. XIX. 225.
Peruſina fames. Epiſt. XXII, 42. 674.
Petaſus Mercurii. Epiſt. XXI, 7. 665.
Petitio honorum quibus moleſtiis fuerit vallata. Grat. Act. 703.
Petorrita ſubjuncta mulis. Epiſt. V, 33. 593. VIII, 5. 599.
Φ *Palamedica porrigitur gruis effigie.* Edyll. XII, 22. 494.
Phædra & Hippol. fabula. Edyll. VI, 32. 331.
Phænon ſtella Saturni. Edyll. XVIII. 11. 535.
Phaëthontis fabula. Epiſtol. XXIV, 19. 680.
Phalæcium carmen. Epiſt. IV, 83. 586.
Phanaces, Bacchus. Epigr. XXIX, XXX. 25.
Phidias inſignis ſculptor. Epigr. XII, 1. 12.
Philippi, Philippei nummi. Epiſt. V, 17. 591.
Philo, Architectus. Edyll. X, 303. 396.
Philo Procurator Auſonii. Epiſt. XXII, 1. 670.
Philoctetes pathicus. Epigr. LXXI, 3. 49.
Philomela fab. Edyll. XII, De Hiſtor. 486. Epiſt. XXIII, 13. 676.
Philomuſus Grammaticus emtis libris doctum ſe fore putans. Epig. XLIV. 34.
Philopœmenis mors. Edyll. XII, Hiſtor. 13. 484.
Philoſophiæ tres partes. Edyll. XI, 24. 457.
Phœbadius Epiſc. Aginnenſis ſcripſit eruditam epiſt. in Arrianos. Epiſtol. XXIV, 79. 685, a.
Phœbicius, Grammat. Burdigalenſis. Profeſſ. X. 168.
Phœnix cinnameo; *cyaneo nimbo*, *nido.* Omiſſ. 799, b.

Phœnicis ætas. Edyll. xi, 16. 454. xviii, 6. 335.
Phormio Terentianus. Epiſt. xxii, 10. 670.
Phryx eſt femineus. Edyll. xii, De Hiſt. 22. 486.
Phyllis. Epigr. cxxiii, 1. 75.
Phyſices tria prima. Edyll. xi, 48. 463.
Pia verba, vota innoxia, rei divinæ copia eſt. Eph. Parecb. 10. 96.
Picena oliva. Epiſt. iii, 1. 572.
Pictonica, Pictavica, ſc. urbs. Prof. x, 41. 170.
Picturatum inſtar. Edyll. vi, 29. 331.
Pigenda non facere eſt viri emendatiſſimi. Gr. Act. 728.
Piger ſanus, febriente nequior. Epigrammat. cxvii. 52.
Pila. Gr. Act. 722.
Pila, χηλαί. Epiſt. ix, 30. 604.
Πινδαρικῶν ῥυθμῶν ἄνομος δίαιτα. Epiſt. xiv, 30. 625.
Pirithoi & *Theſei* amicitia. Epiſt. xxiv, 34. 681.
Pirithoo disjungere Theſea poſſis. ibid.
Piſcationis per hamum deſcriptio. Edyll. x, 248. 391.
Pitana, urbs Laconicæ. Epigr. xxiv, 3. 21.
Pius, id eſt, benevolus, favens. Edyll. i, 26. 295.
PIVS, FELIX, Principum cognomina. Gr. Act. 717.
Plaga fallit lumina. Epigr. ii, 6. 5.
Planipes, mimus. Epiſt. xi, 14. 615.
Plantaria vellere, i. pilos. Epigr. cxxxi, 1. 82.
Plaſma. Epiſt. x, 2. 607.
Plateſſa molles, piſces. Epiſt. iv, 58. 580.
Platea, à latitudine ſic dictæ. Vrb. xiv, 15. 259. Epiſt. x, 22. 611.
Plato amatoria carmina igni tradidit. Edyll. xi præf. 7. 448.
Platonis ſympoſion continet edyllia in ephebos. Edyll. xiii, 11. 517.
Plaudere in motu vehementiore. Edyll. x, 263. 391.
Pleuronia, Ætolia. Epit. x. 197.
Πλοκαὶ γραμματικῶν. Epiſt. xiv, 26. 624.
Plures mali. Sapp. In Biante 2. 284.
Pocula noxia, venena. Epigr. x, 7. 11.
Poetæ in Agone Capitolino victores quercu coronati. Prof. v, 7. 156.
Poetarum laureatorum origo. Ibidem.
Poetarum ingenia à vino excitantur. Prof. xxi, 7. 182.
Poetica œconomia. Per. præf. 3. 737.
Pœna, Punica *fides*. Epiſt. x; 42. 613.
Pœna, Furiæ. Edyll. vi, 61. 334.
Pœnitentia comes Occaſionis. Epigramm. xii. 12.
— ſera puellæ. Epigr. xiii. 15.
Pœnitudo. Sapp. [illegible] alete 22. 283.
Pollens menſa. Prof. i, 35. 147.
Polydori Epitaphium. Epit. xix. 202.
Polygiton ſcabioſus. Epigr. cviii, 1. 69.
Polyxenæ Epitaphium. Epitaph. xxvi. 205.
— mors. Edyll. xii, De Hiſtor. 12. 484.
Pomponia Vrbica. Par. xxx. 142.
Pomponius Maximus. Par. xv. 129.
Pomp. Max. Herculanus. Parent. xvii. 131. Prof. xi. 171.
Ponere fercula. Epigr. viii. 9.
Pontificis caſtum cubile. Gr. Act. 727.
Pontificalia comitia. Gr. Act. 719.
Pontificum libri. Profeſſ. xxii. Omiſſ. 792.
Pontius Paullinus. Edyll. xii. 473. Epiſt. xix & ſeqq. 650.
Populare, populari. Epiſtol. xxv, 54. 695.
Portumnus, Palæmon. Eclogar. De loc. Agonum. 565.
POTTINGIVS Comes. Omiſſ. 786.
Præcoqua ſententia. Epiſt. xxii, 15. 671.
Præditus carere cultu. Prof. iv, 18. 155.
Præditus porrigere. Prof. iv, 1. 152.
Præfecti Prætorio qui, quot, &c. ſub Impp. Edyll. ii, 41. 300. Edyll. iv, 91. 317.
Præfecturarum titulo tenuere ſecundo. Edyll. x, 408. 419.
Præmia regni ſæpe indignus adit, non niſi dignus habet. Cæſſ. Vitellio. 220.
Præpes Victoria, volucris, propitia, proſpera. Epigr. i, 2. 2.
Præpetes notæ. Epigr. cxlvi. 88.
Prærogativa urbanarum tribuum. Gratiar. Act. 720.

Præs

Præs datur, *ſi lis eſt nummaria.* Edyllio XII, I. 488.
Præs eſt, præſt' eſt, pro adeſt. Sapp. Ludio 19. 272.
Præſidatus. Prof. XV, 18. 175.
Præſtringere, præſtinguere. Vrb. II, 6. 228.
Præſtruere corpus ferro. Vrb. II. ibid.
Precatio Auſonii Coſ. deſign. Edyllium VIII. 343.
--- Calendis Ianuar. Edyll. IX. 346.
Preces majoris poteſtatis ſunt *potentiſſimum imperandi genus.* Edyll. XIII præf. 7. 500.
Priami Epitaphium. Epit. XXIII, XXIV. 204.
Priapus Helleſpontiacus, filius Veneris, Edyll. VI, 86. 336.
Primævo genitus genitore. Epiſt. I, 31. 569.
Principium dimidium totius. Epigramm. LXXXI. 55.
Principes indignantur per homines ſtare beneficiorum ſuorum judicium. Gr. Act. 708.
Priorem renunciari in magiſtratu glorioſum. Gr. Act. 724.
Priva partes mœnium. Sapp. prolog. 26. 268. Edyll. IV, 45. 313.
Probus, Grammaticus. Prof. XV, 12. 174. XX, 7. 181.
Probus, Præfectus Prætorio. Epiſt. XVI, 34. 634.
Procinctus, *in Procinctu.* Gr. Act. 718. 723.
Procris & Cephalus. Edyll. VI, 21. 328.
Procula Delphidii filia conceptum ex Priſcilliani ſtupro abigit herbis. Prof. V, 38. 160.
Proculus, facundus, *ſcripſit multa.* Epigramm. XXXIV, 9. 29.
--- Conſulatui deſtinatur votivo, Faſtor. Epigr. III, 4. 93.
Profari, de vatibus uſurpatum. Profeſſ. VI, 51. 164.
PROFESSORVM *Burdigalenſ. commemoratio.* 144.
Prolectare audaciam alienæ editionis. Epiſt. XI, 2. 613.
Promethei crucifixi fab. Edyll. XII, De Hiſtor. 9. 483. Edyll. XV, 21. 526.
Prometiana oſtrea. Epiſt. IX, 40. 606.
Promus quam condus magis. Epiſt. XXII, 20. 672.
Pronæa fl. Edyll. X, 354. 409.
Pronunciatio veterum accurata. Epiſtol. IV. XI. 10. 614, a.
--- Oratoria. Gr. Act. 728.
Properiter. Parent. XXVII. 140.
Propinquat ſe animus in meliora vota. Epit XXIV, III. 688.
Prorſa, Proſa. Prof. XXI, 14. 183.
Proſcholus, ſubdoctor. Prof. XXII, 184.
Proſerpinæ raptus. Epiſt. IV, 47. 579.
Proſphorus, equus. Epitaph. XXXV. 211.
Proteſilai Epitaphium. Epit. XII. 198.
Proteſilao nomen ſic fata dederunt, Victima quod Troja prima ſuturus erat, Epigr. XX, 4. 19. Epit. XII. 198.
Protrepticon ad Nepot. Edyl. IV. 309.
--- ſermo adhortativus. ibid.
Pſalmorum in Eccleſia veteri extrema à Populo ἀμοιβαίῳ cantu relata. Ephemer. Orat. 84. 103. Omiſſ. 781, a, b.
Πταρμός. Edyll. XI, 20. 455.
Pudentilla. V. Namia.
Puer formoſus *pene puella.* Epigr. CVII. 68.
Pueri officium apud magiſtrum. Edyll. IV, 4. 309.
Pueris infantibus non ingeſti tumuli. Parent. X, 6. 125.
Puerperii maturi ratio. Eclogar. 541.
Pulchrum eſt indulgere timentibus. Gr. Act. 729.
Pullipremа, pullipremo *Lucili vatis.* Epigr. LXX, 8. 48.
Pulpa plebeja. Epiſt. IV, 94. 588.
Pulpita dant ſonitum icta pedum ſaltu. Epiſt. XXV, 20. 691.
Puls olim Romanor. cibus. Edyll. XII, De cibis 6. 482.
Pulſus diei, pro curſu, tranſitu. Eclogar. Rat. dier. 4. 549.
Punctis quaſi quibuſdam acuminata ſignavi. Gr. Act. 728.
Pyladis & *Oreſtis* amicitia. Epiſt. XXIV, 36. 681.
Pylæi Epitaphium. Epit. XXI. 203.
Pyramis conſumit ſuas umbras. Edyll. X, 313. 399.
Pyrenæi bimaris juga ninguida. Epiſtol. XXIV, 69. 684. XXV, 51. 695.

Pyrene marmorea. Epiſt. xxiv, 87. 686.
Pyrgus in alea. Profeſſ. 1, 28. 147.
Pyrrhus, Achillis filius. Epit. ix. 196.
Pyrrhus Epirota ab Apoll. oraculo deluſus. Edyll. xii, De Hiſtor. 12. 488.
Pythagoras Euphorbi: ejus μετεμψύχωσις. Epigr. lxx. 47.
Pythagoræ bivium, litera. Prof. xi, 5. 171.
— mors. Edyll. xv, 32. 527.
— Eſt & non. Edyll. xvii. Epiſt. xxv, 41. 694.
Pythagoræi cujusque diei acta veſperi repetebant. Edyll. xvi, 14. 530.
Pythia feſta. Eclogar. 565.

Q.

Q*Vadrantal Bromii.* Edyll. xi, 46. 462.
Quæſitor, Iudex. Epiſt. xxiii, 11. 676.
Qualus, quaſillum. Edyll. xiv, 31. 522.
Quandoque, quandocumque. Epigramm. xii, 13. 14.
Quercus Capitolina. Prof. v, 7. 156.
Quictu manibus, vetus form. Omiſſ. 784.
Quindecim viri libr. Sibyllinis conſulendis. Edyll. xi, 87. 471.
Quinquatrus. Eclog. De feſtis 4. 561.
Quintilianus Conſularia ornamenta ſortitus. Gr. Act. 712.
Quisque, pro quiſquis. Sapp. Pittaco in Sentent. 5. 289.
— pro quæque. Edyll. vi, 63. 334.

R.

R apud veteres extritum. Prof. xxi, 10. 182, b.
Ramus, membrum virile. Edyll. xiii. 2. 514.
Raptare bigis hoſtem mos antiquus Theſſalorum. Epit. xviii, 3. 202. Per. Il. xxii, 1. 752.
Raraunum, Rauranum. Epiſt. xxiv. 79.
Rationalis, *Rationibus Præpoſitus Lybicus.* Parent. xxiv, 10. 138.
Rationem felicitatis nemo reddit. Gratiar. Act. 708.
Ratis temere properata. Per. Odyſſ. v, 1. 757.
Rauranum, Raraunum. Epiſt. xxiv, 79. 685, 2.
Re contra conſuetudinem in compoſitione productum. Parent. iv. 10. 116. Sap. Thalete. 10. 282.
Redigere, cogere. Edyll. x, 224. 389.
Redo, piſcis. Edyll. x, 89. 372.
Reges non reddunt rationem ſuorum beneficiorum. Gr. Act. 708.
Regifugium. Eclog. De feſtis 13. 561.
Regula morum. Epiſt. xvi, 46. 634.
Regulus. V. Erminuſcius.
Reis itinerum ſpatia per dies dinumerata à judicibus. Epiſt. v, 9. 590.
Relidere. Epiſt. xxv, 43. 695.
Remipedes anates. Epiſt. iii, 13. 573.
— *rates.* Epiſt. v, 32. 593.
Remulcus, remulcare. Edyll. x, 41. 365.
Renunciatio prior in magiſtratu glorioſa. Gr. Act. 724.
Reparabilis ales. Edyll. xviii, 6. 535.
Repotia. Epiſt. ix, 50. 607.
Res familiaris quomodo curanda. Epigr. cxlv. 34.
Res una notat Imper. litem, venerem. Edyll. xii, In Gramm. 5. 496.
Reſecuta, ἀνταμειβομένη. Epigr. xcix. 65. Prof. xix, 11. 180.
Reſidua tributorum condonata. Gr. Act. 730.
Reſpondere, ἀντηχεῖν. Epiſtol. xxiv, 9. 680.
Retiarius. Edyll. xii, Per interr. & R. 2. 488.
Reus voti. Gr. Act. 726.
Rex Magnus, Perſarum. Edyll. x, 290. 394.
— qui recte facit. Edyll. xii, 2. 477.
Rhætiæ inſuperabilia. Gr. Act. 736.
Rhamnuſia Nemeſis odit *grandia verba.* Epiſt. xxiv, 51. 682.
Rheni aquoſa. Gr. Act. 736.
Rhetores. V. Profeſſores.
Rhodope è conjugis libris reconditas edidit hiſtorias. Prof. xxii, 8. 185.
Rhodope mons vitibus veſtitus. Edyllio x, 158. 381.
Roma æterna. Faſtor. Epigr. i, 11. 91.
— *aurea, divum domus.* Vrb. i. 228.
— *triplex.* Edyll. xi, 78. 469.

Romæ dictæ quævis in provinciis eximiæ urbes. Vrb. VIII, 2. 239.
Romanæ civitatis jus & privilegium ſæpe pro merito. Gr. Act. 708.
Romanum Imperium inter Valentinianum majorem, & Valentem fratres diviſum. Epigr. III, 6. 7.
Romulus, Gramm. Burdigalenſis. Profeſſ. VIII, 1. 166.
Roſæ. Edyll. XIV. 520.
Roſæ in tutela Veneris. Edyll. XIV, 18. 521.
Rota & curſus fandi. Prof. IV, 16. 155.
Rubrii convivium, in quo *Græco more* bibi Verres poſtulabat. Edyll. XI præf. 8. 448.
Rudes Camœnæ Sueſſæ, pro Lucilii Satyris. Epiſt. XV, 9. 626.
Rudiæ patria Ennii, Edyll. XII, In Gramm. 11. 497.
Rufus Rhetor elinguis. Epigr. XLV & ſeqq. 34 & 35.
Rumor Moſellæ, id eſt ſtrepitus. Edyll. X, 22. 361.
Ruſticationis commoda. Epiſt. X, 30. 612.
Rutupinus ager, Britannia, ſub Præſide. Par. XVIII, 8. 132. Vrb. VII, 9. 237.

S.

SAbina Intexens veſtibus verſus à ſe compoſitos. Epigr. XXXVI. 30.
Sabina, uxor Auſonii. Parent. IX. 122.
Sacrarium Imperialis oraculi. Grat. Act. 699.
— *raro præſtat eundem animum & vultum*. ibid.
Saps, ſapes. Edyll. XII, In Gramm. 9. 496.
Sagittæ volucres, ſtridentia tela. Epigr. I, 11. 4.
Saguntus deleta prohibet ſervare fidem. Edyll. XV, 30. 527.
Salar piſcis. Edyll. X, 88. 372. Ibidem 129. 378.
Salgama, herbæ & fructus ſale & aceto conditi. Epigr. CXXV. 76.
Saliare epulum. Epiſt. IX, 13. 602.
Salluſtius Conſul ſub Iuliano Imper. Prof. II, 23. 150.
Salluſtii Hiſtoria ab Lepido & Catulo incepit. Edyll. IV, 61. 316.
--- locus ab Auſonio citatus. Grat. Act. 716.
Salmacis *fons vidit Hermaphroditum ſemivirum*. Epigr. LXIX, 11. 45.
--- *optato concreta eſt nympha marito*. Epigr. CI. 66.
Salmo, piſcis. Edyll X, 97. 374. Ibidem 129. 378.
Salmona fl. Edyll. X, 366. 410.
Saltator ineptus. Epigr. LXXXIV. 56.
phem. Egreſſ. 5. 102.
Salve atque vale, felices notæ. Epiſt. XXV, 32. 694.
— initium Epiſtolarum. ibid. 4. 694.
Salve & vale dictum mortuis. Parental. III, 18. 115.
— *mediis intervenit armis*. Epiſt. XXV, 81. 690.
Salutatio matutina, IV horarum. E-
Samium lutum. Epigr. VIII, 2. 9.
Samius Lucumo. Epiſt. IV, 68. 584.
Sanctus. V. Flavius.
Santonica urbs. Santoni. Epiſt. VIII, 3. 598.
Santonus Mediolanum. Epiſt. XXIV, 79. 684.
SAPIENTVM VII Ludus. 264.
Sapientum octavus. Epiſt. XXII, 25. 672.
Sappho nona Lyricorum, Decima Muſarum. Epigr. XXXII. 27.
— *faſtidita Phaoni*. Epigr. XCII, 13. 61.
— *de nimboſo ſaltum Leucate minatur*. Edyll. VI, 24. 328.
Saravus, fl. Edyll. X, 367. 411.
Sarda, piſciculi ingratiſſimi ſaporis. Epigr. CXXIII, 6. 76.
Sardanapalus mollis. Edyll. XV, 28. 527.
Sarmatæ, Sauromatæ, vagi. Edyll. VIII, 31. 345.
Sarpedonis Lucii Epitaphium. Epitaph. XVI. 201.
Sarra, fl. Edyll. X, 367. 411.
Satin' ſalva. Gr. Act. 733.
Saturnus. Eclogar. 16. 548. Pollucis filius. ibid. 13. 552.
Saturnalia. Eclogar. Fer. 35. 15. 562.
Sancii fama & ſalutis. Prof. V. 18. 158.
Sauromatæ nocentes furto. Epigr. I, 9. 4.
Scapus papyrius. Epiſt. VII, 48. 597.

Scarabæi volutantur in ſtercore, & in illud emittunt ſemen ſuum. Epigramm. LXX. 47.
Scatinia, Scantinia lex, in pathicos. Epigr. LXXXIX. 59.
Scaurus Grammaticus. Prof. XV, 12. 174. XX, 7. 181. Epiſt. XVIII, 26. 649.
Scazon εἰλιπόδης, τρίμετρος. Epiſtol. XIV, 31. 625.
Scenæ olim tabulatæ, *nulla mole ſaxea.* Sapp. prol. 14. 267.
Schola unde dicta? Edyll. IV, 6. 309. Omiſſ. 797.
Scholæ διατυπώσεις. ibid. 26.
Scire avi meritum, non numerare decet. Epigr. XIX, 8. 18.
Scillinum acetum, ſcillites vinum. Epiſtol. IV, 67. 583.
Scipionis & *Lælii* amicitia. Epiſt. XXIV, 45. 681.
Scita Latinis, quæ Gr. χρεῖαι. Edyllio II, 23. 299.
Scortum. Per. Odyſſ. X. 762.
Scrinia præfecti, Scriniorum magiſtri, Comites. Par. XXIV, 9. 138.
Scrupea difficultas, αἰνιγματώδης. Edyll. XII præf. 2. 473.
Scrutari profundum. Edyll. X, 240. 390.
Scrutator operti Nereos. Edyll. X, 280. 393.
Scuticæ Scholarum. Edyll. IV, 30. 312.
Scylla triplex. Edyll. XI, 83. 470.
Scytale Lacedæmonia. Epiſt. XXIII, 23. 677.
Secundus patre. Par. III, 6. 112.
Secus puerile. Epigr. LXX, 6. 48.
— *muliebre*. Edyll. XI, 8. 453.
Secutor, Mirmillo. Edyll. XIII. 507.
Sedatus, Rhetor Toloſ. Prof. XIX. 179.
Sedes, de ſepulcro. Prof. XI, 6. 171.
Sedem ſepulcrii ſervet immotus cinis. Profeſſ. ult. 11. 189.
Segregus, ſegrex. Par. VIII, 10. 122.
Seleuco natiſque ancora ingenua fuit certa nota generis. Vrb. III, 10. 231.
Semeles fabula. Edyll. VI, 16. 326.
Semones dii. Eclogar. Sign. Cœl. 2. 547, 2.
Seneca armavit ſævitiam Neronis. Grat. Act. 712.
Senectus equi vel *aquilæ*. Prof. IV, 22. 156.
Sententiæ ſeptem Sapientum. Sapp. Ludio, &c. 270, 271 & ſeq.
— egregiæ auctorum turpitudine corruptæ. Gr. Act. 729.
Seorſa ſtudia. Edyll. XVII, 5. 532.
Separati civium, privati, ſinguli. Sap. prolog. 10. 267.
Sepia ſurva. Epiſt. IV, 74. 585. Epiſtol. VII, 54. 598.
Seplaſia, platea Capuæ unguentaria. Epigr. CXXIII, 4. 76.
Septem convivium, ſi ſuper convitium. Ephem. Invit. 5. 104.
Septa in Campo Martio. Gr. Act. 703.
SEPTEM SAPIENTVM LVDVS. 264.
Septenas ſolitus victor obire vias. Epitaph. XXXV, 2. 211.
Septimania, Narbonenſis provincia. Vrb. VIII, 1. 239.
Sepulcra floribus & unguentis exornata. Epit. XXXVI, 1. 213.
Sepulcri Latinæ viæ inſcriptio. Epitaph. XXXVIII. 214.
Sequanorum invia. Gr. Act. 736.
Sequeſter. Gr. Act. 705.
Sequitur vara tibiam. Edyll. XII præf. 3. 473.
Ser veſtifluus depectit vellera nemoralia. Edyll. XII, De Hiſt. 23. 487.
Serenata frons, exhilarata, læta. Epigramm. I, 3. 2.
Sergius Galba, Imperator. Cæſſ. 220.
Serietas, ſeveritas. Par. II, 6. 111.
SERINII Comitis laus. Omiſſ. 786 & ſeqq.
Servi fugitivi ſtigmate notati. Epigramm. XV. 16.
— notarii, amanuenſes. ibid.
— à patria denominati. ibid.
Serum veſtes. Epigr. XXVI, 7. 23.
Seſoſtris, Ægypti Rex. Epiſt. XIX, 19. 656.
Severus Cenſor Iulianus. Par. XXII. 135.
Severus Pertinax Imp. Punica origine. Cæſſ. XXI. 225.
Sexus mutatus. Epigr. LXIX. 43.
Si, particula obteſtandi. Omiſſ. 780.
Sibylla tres fatidicæ. Edyll. XI, 85. 471.
Sicca rupes. Edyll. XII, 9. 483.
Sicoris, fl. Epiſt. XXV, 59. 696.

Sidera

Sidera conſcia fati. Par. IV, 17. 117.
Sideralis inſcitia obſtat agricolis. Epiſtol. XXII, 16. 671.
Sideribus triplex poſitus, diſtantia, forma. Edyll. XI, 75. 468.
Sigalion Ægyptius. Epiſt. XXV, 27. 693.
Sigillaria, Feſtum. Eclogar. Fer. 32. 563.
Sigillaria Romæ, ubi libri vendebantur. Edyll. XIII, 5. 500.
Signa Cœleſtia. Eclogar. 546.
Signa in ſyngraphis. Epiſt. XXII, 9. 670.
Signorum ſecundum menſes explanatio. ibid. 557.
Sil Latina an peregrina vox? Edyllio XII, In Gramm. 6. 496.
Silentium in myſteriis. Epiſt. XXIII, 4. 675.
--- *ceſſatione fovetur*. Epiſtol. XXV, 29. 694.
Silvius Bonus, Brito. Epigr. CIX. 70.
Silurus, piſcis. Edyll. X, 135. 379.
Simonides Ceus. Prof. XIII, 6. 173.
Singularii, *notarii*. Epigr. CXLVI, 1. 88.
Sinu librum involvere, fovere. Epiſtol. XVI. 54.
Sirenes tres, & *omnia* in iis *terna*. Edyll. XI. 20.
Siſtra Mareotica. Epiſt. XXV, 22. 635.
Socii, Lacedæmoniorum adoleſcentium ἱερεῖς. Epigr. XXIV. 5. 21.
Sociorum liquor, garum, muria. Epiſtol. XXI, 5. 662.
Sol quadrijugo curru invehitur. Edyllio XII, De Diis 3. 479.
Solis currus quid ſignificet. ibid. 3. 479, a.
--- ſtridor in Hiſpano oceano audiri creditus. Epiſt. XIX, 2. 654.
Solia in Thermis, ad lavandum. Epigramm. CVIII, 1. 69.
Solicismus, pro Solœciſmus, ſecunda brevi. Epigr. CXXXVIII. 85.
Solon, Sapiens. Sapp. 273.
Solſtitialis herba imago brevis vitæ. Prof. VI. 9. 163.
Somnia, eorumque ratio, ſedes, portæ duæ. Ephem. extrema 24. 106.
--- amantium. Epiſt. XXIV, 132. 689.
Somnus longus, de morte. Eph. 18. 95.
Somni portæ. Edyll. IV, extremo.
Sonnici Nitiobrigum vicini. Prof. II, 1. 148.
Sorex ſuo indicio perit. Edyll. XI præf. 1. 447.
Sorores duæ diverſorum morum. Epigr. CIV. 66
Sotadicus cinædus. Epiſt. XIV. 29. 625.
Sparge mero cineres. Epitaph. XXXVI, 1. 213.
Specimen genitoris, imago patris. Parental. XXIII, 2. 130.
Specula aquarum. Edyll. X, 227. 389.
Speculum res feminae. Omiſſ. 776, a.
Spem magis quam rem fruendam præbere. Prof. X, 2. 171.
Spem remotam arceſſis tibi, faſtidioſus obvia. Prof. V, 25. 156.
Sperchеus, Grammat. Burdigalenſis. Prof. VIII, 2. 166.
Spes cujus certa fuit res. Par. XI, 3. 125.
Sphinx triformis. Edyll. XI, 40. 462. Edyll. XII, De Hiſtor. 24. 487.
Spintriæ. Epigr. CXIX. 74.
Spiritus S. *miſſus duobus*. Ephemer. Orat. 47. 100. Omiſſ. 781, a.
Spondeus lentipes. Epiſt. XXI, 40. 668.
Spongia lacticolor. Epiſt. VII, 54. 596.
Spongiam impingas, qua imperfectum opus equi male ſpumantis abſolvat. Edyll. XI præf. 12. 449.
Spons. Edyll. XII, 9. 489.
Stadium, ſpatium CXXV paſſuum. Epigr. XV. 16.
Staphylius, Rhetor. Prof. XX. 180.
Stella prius Lucifer, extinctus Veſper. Epigr. CXLIV. 87.
Sternutationis omen. Edyll. XI, 20. 455.
Stipendium procedere mihi jubebis. Edyll. XIII præf. 22. 508.
Stlata, navigii genus. Epiſt. XXII, 31. 673.
Stolo, ſtultus, ſtolidus. Epiſt. IV, 92. 587.
Στομάχιον. Edyll. XIII præfat.
Strenarum ab Imperatoribus mitti ſolitarum mos. Epiſt. XVIII, 4. 645.
Strix nota parvorum cunis. Edyll. XII, De Hiſtor. 25. 487.
Struthiocameli ovum. Epiſt. XI, 16. 616.

Studiorum dulcis fructus, radix amara. Edyll. iv, 72. 316.
Studium puerile fatiſcit, lata niſi auſteris varientur feſta profeſtis. Edyll. iv, 10. 310.
Sturio, piſcis. Edyll. x, 135. 379.
Styx piat perjuria divum. Edyll. xii, De Diis 7. 481.
Subdoctor, proſcholus. Profeſſ. xxii. 184.
Subſidere apro. Epiſt. iv, 29. 578.
Subulo *Lucili vatis.* Epigr. lxx, 8. 48.
Sucuro, Gramm. Burdigalenſis. Profeſſ. x, 32. 169.
Sueſſa Auruncorum. Epiſt. xv, 9. 626.
Suetonii libri tres de Regibus à Paulino in compendium redacti. Epiſtol. xix, 6. 655.
Suevi ſtrati cade, fuga, flammis à Valentiniano. Epigr. iii, 7. 7.
--- collectitia gens, aliis Alemani. ibid.
Sulga, ſorga, fl. Edyll. x, 464. 435, b. 436.
Sulpitia opuſculum pruriens. Edyll. xiii, fin. 9. 516.
Sulpicius acer orator. Gr. Act. 727.
Summa decreſcunt. Epiſt. xix.
Summam cutem operis intueri. Periocharum præfat. 1. 737.
Superſit, pro ſuper eſt. Epigr. lxxxi. 55.
Suppoſitura reum manus fati. Par. xi, 12. 125.
Supremaque mitia Sancti. Par. xviii, 5. 132.
Sura, fl. Edyll. x, 355. 409.
Suſpectus, veroque reus, paulum diſtare videntur. Ephem. Orat. 63. 101.
Suſpicio, ſuſpectio. Epiſt. xxiv, 8. 679.
Sutilis roſa. Edyll. vi, 91. 337.
Sylla felix. Gr. Act. 717.
--- *felicior ante quam vocaretur.* ibid.
Symmachus. Epiſt. xvii. Edyll. xi, 18. 642.
Symplegades, de natibus. Epigr. cviii, 9. 69.
Synalœphe neglecta. Ephem. Orat. 52. 101, a.
Synalœphe non ſcripta, ſive vocalis eliſa omiſſa antiquitus. Prof. xxv, 10. 188.
Syracuſa quadruplices. Vrb. xi, 1. 249.
Syrmata Terpſichores. Epiſt. xiv, 28. 624.
Syrtes, ſyrticus ager. Epiſt. xxiv.

T.

T litera. Edyll. xii, De literis 17. 493.
Taberna, locus Edyll. x, 8. 353.
Tabula ludus. Prof. i, 25. 146.
--- Accepti & expenſi. Gr. Act. 709.
Talis, *ὁ δεῖνα*. Epigr. lxxvi, 6. 53.
Taliſia. V. Attuſia.
Taliſius. V. Attuſſus.
Tanaquil, uxor Tarq. Priſci. Par. xxx, 5. 142.
Tanaquil tua neſciat iſtud. Epiſt. xxiii, 31. 677.
Tarba, caput Bigerronum. Epiſt. xi, 17. 617.
Tarbelli, populus Aquitaniæ. Parental. ii, 2. 111.
Tarbellus Oceanus. Par. iv, 12. 117.
Tarnis, fl. *aurifer.* Edyll. x, 465. 436.
Tarquinius Capitolium condidit. Vrbium nobil. xiii, 16. 256.
Tarraco arce potens, urbs Hiſpaniæ. Vrb. ix, 4. 245.
--- *Tyrrhenica.* Epiſt. xxiv. 89. 686.
Tarteſſus colonia in Hiſpania. Epiſtol. x, 5. 609.
Tata, *τέττα*. Epiſt. i, 12. 568, a.
Ταῦλα. Prof. i, 28. 147, b.
Taurinus quidam. Epiſt. iv, 36. 578.
Tecto, piſcis. Edyll. x, 88. 373.
Technopægnion. Edyll. xii. 472.
Tectoſages. V. Volcæ.
Τέλειος primus, perfectus, numeris ſex probatur. Epiſt. xviii, 19. 647.
Tellus à Solone beatus judicatus. Sapp. Solone 25. 275, b.
Temperare prælia Muſis. Epigr. i, 6. 3.
Tempus lenimen doloris. Par. ix, 11. 123.
--- occaſio. Sapp. Pittaco 5. 285.
Tendere ſaginam. Ephem. 7. 95.
Teporum veris æquinoctium. Eclog. De Solſtitio 2. 560.
Ter bibe. Edyll. xi, 1. 451.
Terei fab. Edyll. xv, 28. 527.

Teren-

Terentii Comici laus. Edyll. IV, 58. 315.
— in Arcadia ſepulcrum. Epiſt. XVIII, 15. 647.
Terentina trinoctia. Edyll. XI, 34. 460.
Termeſtini, pop. Hiſpan. Omiſſ. 791.
Ternarius Griphus. Edyll. XI. 451.
Terrarum orbis unius tabula ambitu circumſcriptus. Gr. Act. 702.
Teſta hominis, pro cranio. Epigr. LXXII, 2. 50.
Tetradius. Epiſt. XV, 2. 625.
Tetradius Satyrarum ſcriptor. Epiſt. XV. 625.
Tetrarcha Nerva. Cæſſ. Nerva. XIII. 221.
Tetrici Imperatores, ſeu Tyranni. Parental. IV, 10. 129.
Texere orationem. Prof. V, 12. 158.
Texere ſermonem alterno pulſu. Edyll. X, 294. 395.
Thais Afranii. Edyll. XII, I. 472.
Thales, Mileſius. Sapp. 282.
Thalaſſius, gener Auſonii. Par. XIV, I. 128.
Thalaſſus, Grammat. Burdigalenſis. Prof. XII. 172.
Theano Pythagorea. Par. XXX, 5. 142.
Theatra Romæ à Pompejo, Balbo, Cæſare ædificata. Sapp. prolog. 22. 268.
Theatrum prabet Græcis *vicem curia.* Sapp. prol. 7. 267.
Thebanorum fratrum diſcordes in rogo flammæ. Epigr. CXXXIX. 85.
Theon. Epiſt. IV & ſeqq. 574.
Theon, metoche, quæ *currentem indicat.* Epiſt. VI, 6. 594.
— *nomen à divis.* ibid.
Theſaurus pro laqueo. Epigr. XXII. 20.
Theſei & *Pirithoi* amicitia. Epiſt. XXIV, 34. 681.
Theta ſectilis, nota mortis. Epigrammat. CXXVIII, 13. 79.
Thisbes & Pyr. fabula. Edyll. IV, 38. 331.
Tholus quid ſit. Edyll. VI præfat. 3. 323, b.
Thraſybuli Laconis mors fortis. Epigramm. XXIV. 21.
Thrax & mirmillo. Edyll. XIII, 24. 507.
Threïcio bella movens gladio Commodus. Cæſſ. Commodo. 224.
Threſſa virago, Pentheſilea. Epigr. I, 15. 4.
Thymele, mima. Edyll. VII præfat. 4. 340.
Thynni urentes, piſces. Epiſtol. IV, 59. 581.
Tiberius Imp. *qua prodit vitiis, credit operta locis.* Cæſſ. III. 218.
Tiberius Victor Minervius. Prof. I. 145.
Tibi, quod intriſti, exedundum eſt. Edyll. VII præf. 5. 340.
Timavus æquoreo plenus amne. Vrb. XIV, 34. 262.
Timentibus indulgere magnificum eſt. Gr. Act. 729.
Timomachus pinxit Medeam cunctantem. Epigr. CXXIX, I. 79.
Timon ob miſanthropiam *Athenis lapidatus.* Edyll. XV, 34. 527.
Tinca, piſcis. Edyll. X, 125. 378.
Tineas cariemque pati. Epigr. XXXIV, I. 28.
Tireſias ambiguo corpore. Epig. LXIX. 43. 28.
Titia lex, de non accipiendis ob cauſam orandam donis. Epigr. LXXXIX. 59.
Titiani Apologi. Epiſt. XVI, 2. 629.
Titianus fandi artifex. ibid. 81. 636.
— *apud Viſontionem Lugdunumque variando ſcholam vilitate conſenuit.* Gr. Act. 713.
Titulos geminare, laudes, quæ in titulis imaginum ſolebant exprimi. Epigr. I, 6. 3.
Titus Imp. felix imperio. Cæſſ. XI. 221.
— *ſe perdidiſſe diem dicebat, quo nihil boni fecerat.* Gr. Act. 729.
Tmeſis Luciliana. Epiſt. V, 34. 593.
Toga habitus forenſis. Ephemer. 4. 103.
— Profeſſio Latinæ Rhetoricæ. Profeſſ. XVII, 10. 177.
Togatæ fab. Afranii. Epigr. LXXI, 4. 49.
Toloſa Palladia. Parental. III, 6. 113. Prof. XVII, 7. 177.
— *innumeris culta populis.* Vrb. XII, 4. 251.
— *quadruplices ex ſe urbes effudit.* ibid.

Torrens dicendi copia. Prof. I, 17. 146.
Trabea, veſtis Conſularis. Grat. Act. 723.
Trajanus Imp. *belli laude* clarus. Cæſar. XIV, 222.
— reſidua tributorum remiſit. Grat. Act. 730.
Trajani comitas erga amicos. Gr. Act. 733.
Tranſcripſit partes in mea verba ſuas. Parent. XVI, 8. 130.
Tranſcripſit nomen & arcem. Cæſſ. in Monaſt. 2. 215.
Treveri, ſedes Principis. Vrb. IV, 4. 233. Edyll. VI præf. 2. 321.
Tributa comitia. Gr. Act. 718.
Tributorum reſidua condonata. Gr. Act. 730.
Tridens, unde? Edyll. XI, 10. 454.
Trigonorum regula triplex. Edyll. XI, 50. 462.
— nomina. Edyll. XIII præfat. 23. 506 & ſeq.
Trinacria, Thrinacia. Per. Odyſſ. XII, 1. 764.
Triptolemi fabula. Epiſt. XXII, 46. 674.
Trivia, receptacula ſordium & purgamentorum. Epigr. LXXII, 1. 50.
Trochæus adverſus & ſimilis jambo, *nec par, nec impar*. Epiſt. XXI, 43. 668.
Trojani belli hiſtoriam à nono anno Homerus incepit. Perioch. præf. 1. 737.
Troili Epitaphium. Epit. XVIII. 201.
Trutta Salmonata. Edyll. X, 85. 371.
Trygon ic thalis, piſcis. Epiſtol. IV, 58. 580.
Tua flamina. Epiſt. V, 31. 593.
Tueri vitam famamque colo. Par. XII, 5. 126.
Turdorum captura. Epiſt. III, 4. 572.
Turma tres Romæ. Edyll. XI, 71. 470.
Turriculæ, fritilla aleatorum. Prof. I, 28. 147.
Tympana Cybeles. Epiſt. XXV, 21. 691.
Tyndaridæ *ambiguis patribus & matribus nati*. Epigr. LVI. 39.

V.

V *ferale ſonans, Cecropiis modis ignota*. Edyll. XII, 8. 491.
V, B & G literæ confuſæ. Epiſt. XXV, 51. 695.
V in *ω* mutata. Edyll. XI, 3. 452. Ibid. 53. 466.
Vacca Myronis. Epigr. LVIII. 40.
Vacuna. Epiſt. IV, 99. 588.
Vagans opera. Prof. XIX, 9. 179.
Vale & *ſalve* dictum mortuis. Parental. III, 18. 125. & ibid. VII, 14. 121.
--- uſurpatum in Epiſtolis. Epiſt. XXV, 32. 694.
Valens cura ſecunda ſuperum. Epigr. III, 6. 7.
— à Gothis in caſa paſtor. crematus. ibid.
Valentiniani Majoris Imper. genus, uxores, liberi. Epigr. III. 7.
--- imperium cum fratre Valente dividit. ibid. 7.
— *gravis auctoritas*. Gr. Act. 727.
--- *temperata ſeveritas*. Gr. Act. 730.
Valentiniani Iunioris ſignum marmoreum. Epigr. V. 8.
Valentinus, ſucceſſor Pomponii Max. in cathedra Burdigalenſi. Par. XV, 8. 129.
Val. Corvinus ſexies Conſul fuit. Grat. Act. 709.
Val. Latinus Euromius. Par. XIV. 128.
Vallebana, Vallis Ibana, Vallaibana, Vallisbona. Epigr. LXIX, 1. 43, b.
Vara vibiam ſequitur. Edyll. XII præfat. 2. 475.
Varro ſexcenta volumina conſcripſit. Prof. XX, 10. 181.
Vas ſubit in pœnam capitali judicio. Edyll. XII. 488.
Vaſates, Coſſio Vaſatum. Par. XXIV, 8. 138.
--- arenoſi. Epiſt. XXV, 70. 697.
Vaſatica rheda habebat XXX *caballos*. Epiſt. VII, 18. 596.
Vaſcones, Baſcos. Epiſt. XXV, 1. 691.
Vaſconum populi aliquot recenſiti. Epiſt. XI, 17. 616.
Vectones. Vrb. IX, 11. 242, b.
Vegrandes meſſes. Epiſt. XXII, 13. 671.
Vehiculatio Italiæ à Nerva remiſſa. Gr. Act. 730.
Velocaſſi. Profeſſ. IV, 7. 153, b.
Venetia. V. Iulia.

Veneris portus. Epiſt. IX, 28. 603.
Ventilare ignem, faces. Edyll. VI, 18. 327.
Venus orta ſalo, ſuſcepta ſolo, patre edita Cœlo. Epigr. XXXIII. 28.
--- *vincere volt animos, non ſatiare.* Epigramm. XXXIX, 2. 31.
--- armata Lacedæmone. Epigr. XLII. 33.
--- Gnidia Praxitelis. Epigr. LVII. 39.
--- anadyomene. Epigr. CVI. 67.
--- è ſpuma genita. ibid. 68. & Edyll. XII, De Hiſtor. 8. 483.
--- Idalia. Par. XXVII, 3. 141.
--- domina Luciferi & roſæ. Edyllio XIV, 18. 521.
Veredus. Epiſt. VIII, 7. 599.
Vereri fati, viri. Per. Iliad. XXIV, 1. 753, a.
Veria Liceria. Par. XVI. 130.
Veritas odium parit. Sapp. Biante 3. 284
Vertentes Anni, Dies. Eclog. De nom. 7 dier. 550.
Veſpaſianus famam privatæ vitæ Princeps in melius tranſtulit. Cæſſ. X. 221.
Veſper & Lucifer, eadem ſtella Veneris. Edyll. XVI, 25. 531. Epigrammat. CXLIV. 87.
Veſtales miniſtrabant XXX annos. Epiſtol. VII, 12. 596.
Veſtalis ara. Gr. Act. 727.
Veſticipes, juvenes. Edyll. IV, 73. 316.
Veſtis Conſulum & triumphantium Palmata. Gr. Act. 723.
--- *non magis auro ſuo, quam verbis* Imp. *picta.* ibid.
Vetera reliqua abolita. Gr. Act. 730.
Vibia. Edyll. XII præf. 3. 475.
Vibiſci. Edyll. X, 438. 431.
Vicarii tres Galliarum. Vrb. VIII, 3. 239, b, fine.
Vicem, pro *vice.* Epiſt. I, 14. 568.
Victor. V. Tiberius.
Victoria alata. Epigr. I, 2. 2. Omiſſ. 773.
Victorinus Imperator ſeu Tyrannus. Par. IV, 9. 116.
Victorius, Subdoctor Burdigal. Profeſſ. XXII. 184.
Vienna Alpino jugo. Par. IV, 6. 116.
--- *Alpinis opulenta colonis.* Vrb. VIII, 2. 241.
--- *Alpina.* Epiſt. XXIV, 81. 686.
Vigilax hirundo. Ephem. 2. 94.
Vigiles tergemini natis per umbram. Edyll. XI, 25. 457.
Vindelicus, fl. Edyll. X, 464. 434.
Vinum excitat ingenia Poetarum. Prof. XXI, 7. 182.
Vir bonus. Edyll. XVI. 529.
Virgilius Parthenias ob pudorem dictus. Edyll. XIII, 17. 519.
Virgilii proprietas. Epiſt. XVII, 16. 642.
Virgo devota. Par. VI, 8. 120. XXVI, 3. 140.
Virgines *εὔζωνοι*, *vincto pectore.* Edyll. IV præf. 5. 306, a.
Viridis, flavens, pallidus, idem ſæpe color. Edyll. VII, 10. 342, b.
Viridomari Galli mors. Edyll. XII, De Hiſtor. 14. 484, a.
Virum quærere molles & effeminati dicebantur. Epigr. LXIX. 3. 44.
Vis regina deum. Edyll. XII, De diis 2. 478.
Viſcus Druidarum, Agui l'an neuf. Prof. IV, 7. 154. b.
Vitæ eligendæ Ambiguitas. Edyll. XV. 524.
--- emendandæ ratio. Edyll. XVI, 14. 530.
Vita placida congrua mors. Prof. XX, 13. 181.
Vitellii fœda mors. Cæſſ. IX. 220.
Vitia noſtra amamus & defendimus. Edyll. VI præf. 7. 324.
Vitreus, epitheton fontium, fluminumque. Edyll. X, 28. 362.
Vivamus quod viximus. Epigr. XIX, 1, 18.
Viviſci Burdigalenſes. Edyll. X, 438. 431.
Vlmus ſedes ſomniorum apud Virgilium. Ephem. extrema 23. 106.
Vlva limigena, Lagææ. Edyl. X, 45. 366.
Vlyſſis Epitaphium. Epit. V. 193.
--- *arcus nulli tendi facilis.* Epiſt. XXIV, 107. 688.
--- eloquentia. V. Oratio.
Vmbra, piſcis. Edyll. X, 90. 373.
Vncta menſa commodus. Par. VII, 9. 121.

Vnde de plano legi poſſint. Gr. Act. 722.
Vngues quo die reſeces. Eclog. 552.
Vnigena, Vnigenus. Ephem. Orat. 47. 100.
Vnni, Hunni, *Chuni*. Epigr. I, 8. 3.
Vocales in Synalœpha olim non ſcriptæ. Prof. XXV, 10. 188.
Vocales longæ, quæ inſtar duarum, correptæ, omiſſa quaſi altera. Profeſſ. VI, I. 162. Sapp. Ludio 18. 271. Omiſſ. 779 & 783.
Vocativus pro nominativo. Par. IV, 29. 118.
Voce ciere animas funeris inſtar habet. Parental. 10. 109.
Voces belluarum & avium ſimulatæ ab homine. Epigr. LXXVI, I. 53.
Volcæ Tectoſagi & Arecomici. Vrb. XIII, 9. 254.
Volucripes dimetria. Epiſtol. XVI, 104. 638.
Voluptas oblata parit faſtidium. Epigramm. XXXIX, 3. 31.
Vonones Parthus. Epiſt. XIX, 16. 566.
Voti reus. Gr. Act. 726.
Votorum inanitas quoſdam cruciat. Grat. Act. 705.
Vox triplex. Edyll. XI, 19. 455.
Vrbanarum tribuum prærogativa. Grat. Act. 720.
VRSIS Nobiles. 228.
Vrbica Pompeia. Par. XXX. 142.
Vrbicus, Gramm. Burdigal. Prof. XXI. 181.
Vrſulus, Grammaticus. Epiſt. XVIII. 644.
Vt, pro, lex quo tempore. Epiſt. V, 2. 589.
Vt ameris, ama. Epigr. XCI, I. 60.
Vtere rene tuo, vere tuo. Epigr. XIII, 2. 15.
Vtráque, media contra reg. producta. Epigr. XCII. 2. 61, 2.
Vulcanalia. Eclog. De feſtis 3. 561.
Vulnera de cælo miſſa. Epigr. I, 10. 4.
Vultus *nitentis Burdigalæ*. Edyll. X, 18. 360.
Vxor deformis. Epigr. CXLII. 87.
Vxoris bonæ mors acerba. Par. IX, 19. 124.

X.

ξ Mæandri flexus imitata. Edyllio XII, De lit. 12. 492.
X nota denarii. Edyll. XII, De lit. 21. 494.
Xenophon ad Cyri virtutes exſequendas votum potius, quam hiſtoriam commodavit. Gr. Act. 728.

Y.

Y litera Pythagoræ. Edyll. XII, De literis 10. 492.

Z.

Z litera. Edyll. XII, De literis.
Zenodotus, Grammaticus. Sapp. præf. 12. 265.
Zephyritis Arſinoe. Edyll. X, 315. 403.
Zodiacus. Eclogar. 16. 543, 2.
Zoilus mœcham ducens. Epigr. XC. 59.
Zoili aliquot enumerati. Edyll. VI præf. 3. 322, 2.

FINIS.

INDEX

I N D E X
RERVM SINGVLARVM,
QVÆ IN
M. FREHERI AD AVSONII
Moſellam Notis continentur, numero paginam deſignante, a, b, columnam.

ABle, *Ablette* 378, a.
Abnobæ jugo Danubium oriri, qui ſtatuant 424, b.
Abrincus. vide Obrincus.
Achates in deliciis Arſinoæ 404, a.
Acidi fontes Auſonio præteriti ad Confluentem, ad Treverim, ad *Longwick*, ad *Langenſualbach* 407, a.
Adarva dicitur Adrava alicubi. 441, a.
Addua 422, a. 429, b.
Adelboldeshuſen 439, a.
Adoptio in fratrem 425, b.
Adrava in Cattis, alluens Friſlariam, & illabens Fuldæ 439, b. in Carolinis annalibus *ibid.*
Advocatus Treverenſis urbis, Comes Palatinus 445, a.
Ædificiorum formæ architectonicæ. 385, a.
Æmilia via, *Emmelweg* 354, b.
Æquorei amnes qui & quare dicti. 443, a, b.
Æquoreus & Cœruleus, idem. 443, b.
Æſtuaria λιμνοθάλατται ibid.
Agger Romanus 445, a.
Agricola Præfectus Prætorio Galliar. 441, b.
A'χαρναὶ piſcium. 372, b.
Alauſa, Romæ nobilis, Majo menſe notus, æſtatem non attingit. 378, b.
Albach 439, a.
Albe fluvius, non eſt Aliſontia 412, a.
Albis 426, a.
Alburnus vilis & vorax piſciculus. 378, a.
Aldendorph 439, a.
Alde-yſel fluvius infra Coloniam. 412, a.
Alemannia Rheno oppoſita à Moguntiaco 430, a.
Alemani diverſi à Francis & Germanis 427, a. Gallias ſub Gratiano invaſerant 423, a.
Alexander Senator martyr 445, b.
Algæ in fundo Moſellæ uſus 366, a.
Aliſo fluvius, hodie *Alde-yſel*, Romanis bellis nobilis 412, a.
Aliſontia, hodie *Eltz* *ibid.*
Allanach 439, a.
Allia, clade ſola nobilis 351, a.
Aloſes 378, a.
Alpium maritimarũ Provincia 441, b.
Alpini fluvii qui *ibid.*
Alſentz fluvius, à quo Pagus *Alſentzgowe* 412, a.
Alſitz fluvius, qui Lutzelburgum prælabitur, in Suram, non in Moſellam influit *ibid.*
Alt Trier vicus 445, a.
Alt pfort zu Trier 444, a.
Alwyler 352, b.
Amnes nomina fluviis, in quos illabuntur, donant, excepto Titareſo. 413, a.
Ambiaticus vicus in Treveris, Caligulæ patria 439, a.
Ana 443, a.
Anatis deſcriptio apud Auſonium. 376, a.
Ancon & Ancor, quid 437, a.
Ancorago piſcis 380, a.
Andethanna, hodie *Echternach* 353, a.
Angerugowe, Pagus 359, b.
Anitus Treveris purpuram induit. 414, a.
Annales Romanorum complectebantur etiam eorum victorias. 424, b.
Antonini Itinerarium 352, a.
Apsla fluvius 353, a.

Apol-

Apollonii error de ortu Danubii. 424, a.
Aquaria Lex 363, a.
Aquæ, nutrimentum hominum. ibid.
Aquæductuum formæ 395, b.
AquisGrani nova Roma, marmoribus, cruſtis & muſivo Trevericis, exornata à Carolo M. 444, a.
Aquitaniæ præcipuum flumen, Dordonia 436, a.
Aquitaniæ utriuſq; Provincia 443, b.
Aquitanica Gallia 441, b.
Arx 444, a. Arx Romanæ 420, a.
Arar idem qui Saucona 349, a.
Araris & Moſella fruſtra tentantur jungi ducta foſſa 426, a.
Arbogaſtes, Francus 427, a.
Arcem è cloaca facere 432, b.
Archimedes 396, b.
Architectatio Romana Latialem antiquitatem refert 432, b.
Archicancellarius per Gall. & Regnum Arelatenſe unde 441, b.
Arctoi cur dicantur fluvii 432, b.
Arelate deſcripta, binominis, olim duplex, tabulato ponte à Gothis obſeſſa 441, b. hodie in una tantum ripa, à Rege Theodorico reparata, Gallula Roma, Imperii ſedes ſub Conſtantio tyranno. *ib.* *Conſtantina* dicta, ubi Septimaniæ conventus quotannis habitus. 239, b. 240, b. Emporium celeberrimum. *ibid.* & 441, b. in Gallia Aquitanica. 441, b.
Arelatenſe Regnum proprios habet Reges, Imperium recognoſcit *ibid.* Archicancellarius *ibid.*
Arethuſa, apud Lucianum 362, b.
Ariſtæ piſcium, quid 372, b.
Argendal 352, b.
Argentoratum Auſonii ævo jam civitas 351. a. Barbaricis cladibus innotuit 252, b.
Arnus, fluvius 430, a.
Arſinoe Chloris & Zephiritis unde dicta 403, a. ſimulacrum artificioſum ibid.
Artifices olim eximii ad Moſellam & in Belgio 397, a.
Artis portētoſæ opus Treveris 403, b.
Atheſis 441, a.
Atilius 417, b.
Atrenſium civitas 438, a.
Attilæ pugna cum Aetio 355, b.
Aturgus Pedoni Viſurgis 439, b.
Atyr ſive Aturrus, hodie *Ador* ſive *l'Ador* 438, a.
Avenio 441, a.
Averſio Iureconſultis 393, b. fine.
Auguſta Nemetum in Arvernis. 357, b.
Auſonii nomen 431, a. Conſulatus. 413, b. 419, b. faſti. 417, a. verſus aliquot vindicati 424, a. Vocativum pro Nominativo uſurpat. 374, b. oculatus teſtis triumphi Germanici Gratiani Treveris ducti 423, a. harum regionum periti ſſimus 429, b. Navæ meminit. *ibid.* in patriam reverſus, Moſellæ obliviſcitur 431, b.
A'υχλῶ 205, b.

B.

B *Accharach* 354, b.
Bajæ, apex deliciarum 408, a. nimius luxus à Seneca taxatus. 408, b.
Baldenaw 353, b.
Ballæna 380, b.
Balnea veterum in ſumma crepidine arcium 406, b. deſcribit Guilh. du Choul 407. b. exeuntes recreabant ſe gelida, ſolidandæ cuti. *ibid.*
Banamaden 439, a.
Baptiſteria 407, b.
Barbara Rheni ripa 434, a.
Barbaricum, Barbarica, Barbaries. 426, b. 428, b. 434, a. etiam in Treveris olim ad Moſellam 395, a.
Barbi ſenectus & aliæ qualitates. 374, a.
Barcdorph 439, a.
Batenbach *ibid.*
Bedriacum clade Othonis nobilis. 351, a.
Beinsberg 449, a.
Belgarum & Gallorum limes, Matrona 434, b. eloquentia 414, b. artifices 397, a.
Belgica utraque 441, b. per medios Treviros 357, a.
Belgi-

Belginum, hodie *Baldenaw* 353, b.
Bergſtraſs, Franconici circuli 424, a.
Bern-Caſtell ablato capite TABERNARVM CASTELLVM, non deſtituitur fontibus 354, a.
Bertoldus Comes 353, a.
Bibiſci qui 431, a.
Bicornis, Bicornius Rhenus 429, b. 430, a. taurinus 438, b. δίκερως, quaſi duobus cornibus fundens. 430, b.
Bingen 352, b. Bingium 324, a. ab altera Navæ ripa olim ſtetit 348, a. Noviomago diſtat tribus manſionibus 357, a. mœnia Iulianus inſtauravit 348, b. Confluentes ad eam 439, a. clades 351, b.
Binomines fluvii 349, b. 429, a.
Birckenfeld habet fontes acidos. 354, b.
Biſſchoffſſtein 442, a.
Biſſuia Sueva trans Rhenum. 424, a. Auſonii præda 350, a.
Bitur. Gall. ſtylus 445, a.
Biviſci qui 431, a.
Blasbach 439, a.
Bleis 378, a.
Boji ſaltus 353, a.
Boreas rapit Orithyiam 404, a.
Boryſthenes accolis Danubius 429, b.
Boſo, Rex Arelatenſis 441, b.
Brachia montana 306, b.
Brachina 439, a.
Breitenbach ibid.
Britannorum pictura 369, a. Britannia utraque 240, a. principio.
Burdigalæ fons 354, b.

C.

ſine Cæmento quadri Treveris. 444, a.
Cæſares, Patres patriæ, Patres publici. 414, a.
Cæſaragoſſa 354, b.
Cæſarienſis Flavia Provincia 240, a.
Cajare, Cajeta 571, b.
C Iulius Cæſar non meminit Moſellæ 429, b.
Caldaria 407, b.
Caligulæ patria 439, a. via, ſorte *uff der Caſeyen* 358, b. 445, a.
Caminorum rem tractat Lipſius. 407, b.
Cannæ vicus in Apulia 351, a.
Capito 372, b. ejus natura & uſus *ib.*
Capitolium Treverenſe in Baſilicam verſum 444, a.
Carolus IV Imperat. confirmat Treverenſi Eccleſiæ privilegium Conductus & Foreſtarum 446, a.
uff der Caſeyen 439, a. forte via Caligulæ.
Caſtelhun 356, a. Caſtellaunum, caſtrum Hunnorum 354, a.
Caſtellum, munimentum Trajani è regione Moguntiæ 354, a. 430, a.
Caſtellum, oppidum ad Moſam. 354, a.
Caſtorum templi reliquiæ 422, a.
Caſtrum 350, b.
Caſtra tempore pacis mutata in horrea 433, b.
Catalaunici campi 355, a.
Catzenelnbogen, Caſtrum 406, a.
Cavedano 378, a.
Celtarum luci 440, b.
Centumcellarum portus pro theatro. 382, b.
Chamaves 427, a. Chamavi, Francis inferiores in Tabula ibid.
Chauci ibid.
Chieven 378, a.
Choven ibid.
Chouvich 439, a.
Chrepeſtini 427, a.
Chuni, Cuni, Coni, Hunni ſunt. 355, a.
Circus Trevirenſis 445, a.
Civilis, Dux 351, a.
Clades ad Navam & Bingium 351, a.
Claſſicus, Dux 351, a.
Cleheim 439, a.
Cleveres marca 439, a.
è Cloaca arcem facere 432, b.
Codicis Theodoſiani Reſcripta Treveris data 361, b.
Cœruleus & æquoreus, idem 377, a. 440, b. color Rheni 82, a.
Coloniarum regimen. Vide Municipiorum 418, a.
Colonienſis pons 359, a.
Columnæ marmoreæ, ſtriatæ, fuſiles, Treveris 444, b.
Comes & Dux Moſellanus 440, b. 445, a.

Comi-

Comitatus Treverorum urbis, Comitis Palatini proprius ibid.
Comitatus Hermonis 439, a.
Conductus Treverenſis 446, b.
Confluentes oppidum & caſtellum ad Rhenum in ripa Germanica, à Romanis olim conditum, à concurſu fluviorum dictum 432, a. 407, a.
Conſtans, martyr 446, a.
Conſtantinus Senator, martyr 445, b.
Conſtantini M. crudelitas 358, b, fine. monumentum Marti dicatũ 359, a. Caſtra Noviomagi 359, a. pons ad Coloniam Rheno impoſitus ibid. auxit, non fundavit Noviomagum. ibid.
Conſtantini & Helenæ Mauſoleum fictitium 397, b. domus Noviomagi 757, b.
Conſtantina urbs, Arelate 239, b.
Conſtantin Engers 359, b. 445, a.
Conſtantius, Dux Honorii 441, b. in Britanniis Imperator declaratur, ſedem Imperii figit Arelate, Honorii juſſu occiſus ibid. ejus Conſtitutio ad Agricolam de conventib. Arelatenſib. 240, a.
Conſulatus dignitas & poteſtas. 418, a. 419, a. ibid. accedit ad Principis faſtigium 419, a. annis nomen dabat Roma 420, a.
Contrua Fortunati 412, a.
Corippi commentũ de Iuſtino 428, a.
Cornuti viri figura fluviorum 438, b.
Corticeus, ſuberinus 391, a.
Corus ſpirat inter Zephyrum & Septentrionem 405, a.
Creichow Suevico Circulo continetur. 424, a.
Cremera, clade ſola nobilis 351, a.
Creſcentius Senator, martyr 446, b.
Cruſtæ 467, b.
Cruſtorph 439, a.
Cub, Cubæ 364, a.
Cuntzium, vicus 313, a.
Cuntzerbrucke 413, b. 412, a. 444, b.
Cupidinis μηχάνισμα in templo Dianæ 403, a.
Curiæ dignitates inferiores ſunt propriæ 420, a.
Cynonoti, malè 356, a.

D.

DÆdalus 395, a.
Dagobertus Rex mutavit Horreum Treverenſe in Cœnobium Monialium præfecta filia Irmina. 434, a. 444, b.
Danubius, idem, qui Iſter 349, a. 429, b. Boryſthenes accolis ibid. Heſiodo καλλιῤῥέεθρος 454, b. conjuratus ob accolas 425, a. multos amnes capit 409, a. & omnes præter Nilum ſuperat 424, b. caput carbaſo peplove tectus, vel in ſpecu habens reconditum 424, b. verticoſis barathris formidabilis. 364, a. ante Auſonium nulla Romana victoria cognitus, nec in annales relatus 420, b. ejus & Nili fontes junguntur: à Valentiniano, Gratiano & Stilicone tentati. 424, b. veteribus ignoti 424, a. in Suevia 423, b.
Daun 356, a.
Decurionum ordo in municipiis, velut Senatus 418, a.
Defluere 383, a.
Denſſen 353, b.
Deterere 415, a.
Dextræ Ripæ tractus ubi 442, a.
Deyn
Dhaune 353, b.
Δίκερως, duobus cornibus fundens, fluvius. 430, b.
Dill 352, b.
Dinochares, Dinocrates 398, a. concamerato templo ex magnete ventum Zephyrum ex eodem lapide in tholo fecit 404, a.
Divitenſe monumentum exſtructũ, & in Baſilicam D. Panthaleonis abſũmtum 359, a.
Divortia Rheni & Moſellæ 430, b.
Donjon 406, a.
Donniſſa 353, b.
Dordonia fluvius 436, a.
Dorſum jugi 386, b. dorſum canis, male 356, a.
Drahonæ fluvioli oſtia 406, a.
Drahonum, *die Draon*, vel *Dron*, prope Nivomagum Moſellæ confunditur 410, a.

Droma

Droma fluvius, Druna 440, b.
Drona & Druentia, fluvii vicini *ibid.*
Drona vel Dorna non eſt Droma vel Druna fluvius *ibid.*
Duces Moſellaniæ 445, a.
Druentiæ deſcriptio 441, a. etiam è Livio 440, a. Δρεντίκ@ 441, a.
Drunæ fluvii deſcriptio 440, a.
Duitz, caſtrum 406, a.
Dumniſſum 353, b. 429, b. hodie *Denſien* infra *Kirchberg*, caret fontibus & puteis 353, b. 429, b.
Dumnium 353, b.
Dumnotonum *ibid.*
Dumnum, hodie *Dann* caſtellum. 354, a.
Duranius 436, a.
Durantia 440, a.
Duranus Carolinis ſcriptoribus Dordonia 436, a.
Durrebach 352, b.
Duumviri in municipiis velut Conſules 418, a.

E.

E*Berwald*, ſilva 353, a.
Echo & ſymphoniæ voluptatem in fluminibus quærebant Reges. 395, b.
Echternach cœnobium. 353, a. prope *Eerel* 409, b.
Eerel vicus, ubi confluunt Nemeſa & Pronœa *ibid.*
Egel pagus, ubi antiquum monumentum 397, a.
Ehrenſtein, Erenberti caſtrum ſive petra, caſtellum in ripa Germanica. 439, a.
Eliſatia vicus, *Eltz* 412, a.
Elſentz fluv. in Palatina ditione *ibid.*
Elſentzgowe Pagus ab *Elſentz* fluvio. *ibid.*
Elſſen, *Elſſen*, piſcis. 378, b.
Eltz vicus 412, a. fluvius à Moſella exceptus *ibid.*
Emerita Hiſpaniæ 443, b.
Emmelweg 354, b.
Engers caſtrum 406, a. oppoſitum Antonaco, conditorem jactat Conſtantinum 359, b.
Engersgow Pagus *ibid.*
Erang vicus, ad quem Moſellæ infunditur *die Kyll* 410, a.
Erdehe Pagus, *Erdehermarca* 439, a.
Eridanus idem qui Padus 429, b. vorticoſus 364, a.
Etilbach 439, a.
Ernfels, caſtrum 406, a.
Erpach ibid. 424, a.
Erubrus, *die Renver*, molendinas multas habet 410, a.
Ettibach 439, a.
Everriculum, unde 393, b.
Eufrotiæ ſocii vindicati 414, a.

F.

FAma per fluvios ocyſſime fertur 423, a.
Fario, *Forhe*, Vario, unde dictus. 379, a.
Fatigare, vexare 384, a.
Feliſberg 440, b.
Felix, origine Aremoricus, Conſul. 420, b.
S. Felix Epiſcop. Trever. 445, b.
Flavia Cæſarienſis 441, b.
Flituilar 439, a.
Flumina potare, mos vetuſtus 363, a. echo & ſymphonia in iis 395, b.
Fluvii innumeri 440, b. eorum gloria, minores recipere 408, b. eorum imagines bubulo capite 438, a. & b. cornuti hominis *ibid.* in triumphis circumferri ſolitæ 411, b. 421, b. à Carolo M. improbantur 422, a. eorum nomina Germana à Latinis retinentur 409, b.
Fontium maxima cura metatoribus. 354, b.
Foreſtarum & Conductuum Treverens. privilegium 446, b.
Fornacum rem tract. Lipſius 407, b.
Fortunæ error in hominibus bene meritis 420, a.
Forum Gallorum 354, b.
Franci 427, a. à Chamavis diverſi. *ibid.* ad Bingium & circa ſiti. 350, b. Vopiſco, ad Moguntiam: inter Rhætias & Oceanum, Hieronymo 423, a. Sidonio, ad Nicrum & Lupodunum 423, b. nunquam

quam ad Moſellam translati. 382, a. irrumpunt in Germaniam à Gratiano devictam 427, b. ſubjugant totam Galliam Belgicam. 427, a. Moſellam & Rhenum, mutatis lingua & legibus Romanorum 428, a.
Francia Gallica 406, a.
Francia & Suevia ſolo Nicri alveo disterminantur 424, a. pertinebat ad Suevos 427, a.
Freherus ad Polonos Legatione functus 440, a. ejus verſus jocoſi ad Viſtulam. *ibid.* ad Auſonium de votis ſuis *ibid.*
Fremiſche vel *Frenckiſche trauben* 382, a.
Frislariam alluit Adrava 439, b.
Fulda cum Adrava conjunctus, Viſurgim efficit *ibid.*
Furca, *la Fourche,* oppidum 442, a.

G.

GAlatarum & Treverorum lingua, Hieronymi tempore eadem. 395, a.
Gallia in pagos jam olim tributa. 440, a. Aquitanica 441, a. Belgica à Germania diverſa, Francis poſtea tota ceſſit 427, a. Bituricenſis ſtylus 445, a. flumen præcipuum 436, a. Præfectura Prætorii.
Gallula Roma 441, b.
Gallus poeta ab Horatio notatus. 422, a.
Gallorum & Belgarum limes 434, b. eloquentia 414, b. faſtidium aeris Germanici 349, a.
Ganges ab uno fonte in centum oſtia ſe dividit 409, b.
Garbenheim 439, a.
Gargilianæ thermæ 406, b.
Garumna 443, a. Dordoniæ comparatur 436, a.
Gelbis, hodie *die Kyll* 410, a.
Gemmincheim 439, a.
Georgius, Comes de Seyna & *Witgenſtein* 360, a.
Germani diverſi à Francis, Chamavis, Alamanis 427, a. hoſtes Romani populi 423, a. per Germanos debellati 423, a. & b. 426, b. excurrunt in ripam Romanam. 428, b. à Gratiano infeſtantur. 427, a. eorum luci 440, a.
Germana fluviorum nomina à Latinis retenta 409, b.
Germania diverſa à Gallica Belgica. 427, a. in Pagos jam olim tributa. 440, a. ejus Pagi 430, b. Romanis alia eſt ſuperior, alia inferior *ibid.* utraque 239, b, fine. prima. 360, b.
Germaniæ magnæ alumni interiores, Saxones, Thuringi 427, a.
Germanica Rheni ripa 406, a. ejus caſtellum *Ehrenbrechſtein* 439, a.
Germanicum & Gallicum Bellum Domitiani & Veſpaſiani 350, b.
Germanicus aer 360, b.
Germitz 439, a.
Gerontius, Honorii Dux 241, a.
Giorus, Rex Vandalorum. 444, b.
S. Goaris.
Geb, Go, Govion, Goſion, Gobio 379, b. Italis innominatus: & deſcriptus. *ibid.*
Goldgrunde 436, b.
Goldſande *ibid.*
Gothi excidunt Arelate 441, b.
Gothunni 356, a.
Graffſchaft, Grapſchaft, oppoſita *Mundat* 445, a.
Gratianus, pater patriæ, Treveris reſedit 414, a. Germanos infeſtat & cædit 423, a. 427, a. primus tentat Danubii fontem 424, b.
Gwanisheim, Gunniſſen 439, a.

H.

HAcod 377, b.
Hadriani moles 444, a.
Æcht 377, b.
Hagenbach Præfectura, ubi arenæ Rheni auriferæ extrahuntur 437, a.
Halsenſtat 439, a.
Hauſen, piſcis 380, a.
Heigrehe, hodie *Heige* 439, b.
Heimonis Comitatus 439, b.
Helciarii qui
Helenæ & Conſtantini mauſolæum in Treveris fictitium 397, b.
Helffeſtein, Caſtrum 426, b.

Her-

Hermus aurifer 436, b.
Hilarius Arelatenſis, honores ſeculi reſignavit 420, a.
Hiſtoriæ nationum ſingularum omnes quantamcunque ferant vetuſtatem, Rhenum celebrant 425, b.
Hoheneck 406, a.
Heineſchut 352, b.
Hoheſtein, Fels ibid.
Hoheſtraſs, olim *geplaſtert,* adhuc *erhaben* ibid.
Heinſtein ibid.
Heltzhuſen 439, b.
Honor frontis 438, b.
Honorius junior, Imp. 239, b.
Hormiſda martyr 446, a.
Horreum Treverenſe 434, a. 444, b.
Ad Horrea, in Romano orbe complura loca 434, a.
Horreorum non ultima cura Rom. Ducibus 433, b.
Horti Mansfeldici Comitis, Lutzelburgi 358, b.
Hundtſtein, Hunſtein ibid.
Hunesruch, vulgo *Hundsruck,* deſcriptio ibid.
Hunneborn 356, a.
Hunni, gens ferociſſima 355, a. eorum villæ ab ævo vetere 353, a. Caſtrum, *Caſtellaun* 454, a. opera in tractu Moſellano Romanis olim incognita, arguunt terminationes *Berg, Burg, Stein* 355, a.
Hunnórum tergum
Huntheim 356, a.
Huſones, *Hauſen* 406, a.
Hyperbole Auſonio uſitata 351, a. & in Moſellæ Edyllio perpetua. 408, b.

I.

IBer Rhenus Nonno cur 432, a.
Ibi Roma, ubi Princeps 414, a.
Ictini noctuæ 397, b.
Iderwald, ſilva 353, a.
Indigenis ſolis honores in republ. non debentur 420, a.
Inſcriptiones Roman. 429, a. Inſcriptio monumenti in hortis Carpenſibus 423, a. Narbonenſis. 442, a. lapidis è caſtris Sarræ Treverim translati 411, a. de Rheni divortiis poſt aream templi Lateranі 426, a. vetus, Noviomagi reperta 359, a. in valvis templi *Numagen* 359, b. monumenti triumphis Valentiniani Romæ poſiti ad Baſilicam novam S. Petri 428, a. in ſcutella artificioſa 403, b. tabellæ membraneæ in æde D. Paulini prope Treverim 445, a. & ſeq.
Interamnum 354, b.
Iovianus, martyr 446, a.
Irmina, Dagoberti F. Monialibus præfecta 434, a. 444, b.
Iſſenberg 360, a.
Iſter idem qui Danubius 349, a. permeat orbem 424, b.
Italorum faſtidium aeris Germanici. 360, b.
Italia fatalis Maximo 414, a.
Iter Argentorato Treviros 350, a. 452, b. Bingio Treverim 353, a. à Dumnio vel Belgino ad *Berncaſtel,* juſtum ad interjungendum. 354, a.
Itineraria etiam picta habebant Duces Romani 352, a. Antonini. ibid.
Iulianus oppida à Francis exciſa reparat, munit, & horreis locupletat 350, a.
Iupiter 370, b. marmoreus ſcutellam miraculoſam tenens 403, b.
Iuſtinus Senator, martyr 445, b.
Iuſtini Imp. jactatio ad Avares apud Corippum, notatur 428, a.

K.

K*Ai, Cajatio,* vox Franca 571, a, b.
Kayſerswerd, Caſtrum 406, a.
Kirchberg 353, a. 359, a. 354, a. via eo adducens 358, b.
Kirn 356, a.
Kirpurg ibid.
Kylburg ibid.
Kyll fluvius 610, a.

L.

LAccia 378, b.
Ladenburg 424, a.
Lampetræ natura 376, b.
Landskron 357, a.
Lanecke, Caſtrum 439, b.
Langen-Swalbach 407, a.

Lanſtein, Caſtrum 406, a. 439, b.
Lantdorph 439, b.
Lanus, vulgo *die Lahn* vel *Lohn*, fluvius Loganus 439, a.
Lapides ſectiles in laterum morem diſpoſiti ſtriatique 444, b.
Laqueata atria 467, b.
der Lar 439, b.
Lare. ibid.
Latina ripa 434, a.
Lavacra frigida 407, b.
Laudun 423, b.
Laureatæ literæ, tabellæ 435, a.
Leander, Senator, martyr 445, b.
Legio Thebæa ob Chriſti profeſſionem deleta 445, a.
Leitcaſtre, Leit Keſtre 439, b.
Leſura, *die Leſer* 410, b.
Λεύκισκος non eſt Alburnus. 378, a.
Ligeris tractus longus, urbes magnæ. 434, a. æſtuaria efficit 443, b.
Linden 439, b. *Lindenfels* 424, a. 406, a.
Lintz, Caſtrum *ibid.*
Lipſius potor fontium Spadanorum. 407, a. de re caminorum & fornacum 407, b.
Littus curvum & implexum, *ancon* Ovidio 437, a.
Livia via, *Liewenwege* 354, b.
Loda, fluvius 443, b.
Loganus vel Logana fluvius 439, b. non eſt Adrava Taciti *ibid.* incurrit Rhenum *ibid.*
Loganche, *Lohngowe*, *Logenehe* & *Logengowe*, Pagus cum ſua Notit. *ibid.*
Loginſtein ibid. ad *Lohnſtein* Confluentes *ibid.*
Longovicum, *Longwik* 407, a.
Lontdorph 439, b.
Louptorff ibid.
Luci Germanorum & Celtar. 440, b.
Lucii prænomen Latium 377, a. piſcis natura & ingluvies *ibid.*
Ludſtat 423, b.
Lugdunenſes Provinc. quatuor 240, a.
Lupodunum, Loboduna, *Ladenburg*. 424, a. 429, b.
Lupus piſcis, Lucius 377, a.
Luſoriæ naves 386, a.
Lutzelburgum prælabitur *Alſitz* fluvius 412, a.
Lutzelburgenſis regio 354, b.

M.

MÆander 366, a.
Magnus Rex, Perſarum 394, b.
Magnus in artificiis ferreis 403, b.
Maigre 373, b.
Mamiliaria, Arelate 441, a.
ad *Manheim* Confluentes 439, a.
Mansfeldici horti Lutzelburgi 358, b.
Marinus 419, a.
Marieburg 366, a.
Margeus 396, b.
Martinſtein, Caſtellum 353, b.
S. Martinus 353, a. ejus miraculum in Moſella incertum 364, a.
Matrona, limes Gallorum & Belgarum 434, b.
Mauſoleum ad Treverim fictitium Conſtantii & Helenæ 397, b.
Maxentius Senator, martyr 445, b.
Maximus, Gratiani ſucceſſor 427, a. ſedem Imperii Treveris poſuit. 414, a.
Melo, Arar, Nilus, idem 429, b.
Membranea Tabella in æde D. Paulini è mſcr. Palat. 445, a.
Menecrates Epheſinus 397, a.
Mercurii effigies ferrea in aëre pendens 403, b.
Merovei permutatio Francorum cum Moſellanis fictitia 382, a.
Mincius 364, a.
Mœnus 426, a. Barbarus 429. a. Rheno ſe jungit ad Moguntiam. 430, a. ejus aqua Rheno durior. 422, b.
Moguntia diſcriminat ſuperiorem & inferiorem Germaniam 430, a. Galliæ metropolis prima urbs Germaniæ inferioris ſive ſecundæ, & ultima ſuperioris ſive primæ. 439, b. ad eam Confluentes 439, a.
die Staffell 430, b.
Mogus idem qui Mœnus 430, a.
Moles quid 444, a, b. Hadriani. *ibid.* Treverenſis *ibid.*
Molendina ad chartam conficiendam 437, b.
Moneta Moguntinenſis 430, b.
Monialium Trevirenſium Cœnobium, *die Ochre* 434, a.

Montes pro theatro in naumachia lacus Fucini 382, b.
Monumentum in pago *Egel* à mercatoribus poſitum 387, b.
Monumenta Romanorum ad Nicrum, unde 429, a.
Morini 427, a.
Moſa Barbarus 429, a. non habet minores dotes quàm Moſella 429, b.
MOSELLA Romanus, non Barbarus *ibid.* Belgicus fluvius 357, a. ejus pons Treveris 444. b. non habet aliud nomen 429, b. ejus fontes & ortus 412, b. 437, a. 438, b. ejus nomen apud Tacitum 430, a. Ptolemæus non meminit *ibid.* corniger 438, b. anguſtiæ & amplitudo 422, b. non eſt Obrincus 349, a. 430, b. cum Arare conjungi fruſtra tentatur 426, a. cum Rheno Francis paret 428, a. nec cataractas, nec vortices, nec barathra habet 364, a. habet inſulas, ſed minimas 365, a. ejus claritas & geliditas 363, a. recurſus, ut ubi tranſieris, denuo prætervehi videaris 365, a. ſecundum flumen tarde procedit *ibid.* ejus laudes 362, b. tractus longiſſ. cum villis cultiſſimis 426, a. ripa caret ulvis & arundinibus 366. b. ejus Comites 445, a.
Moſellaniæ ſeu Moſellanus Dux 440, b. 445, a.
Moſellana caſtra, propugnacula, turres veteres 406, a.
Moſellani colles, vitiferi 381, a.
Moſellanorum cum Francis permutatio fictitia. 381, a.
Moſellana lingua Auſonii tempore Latialis, poſtea cum legibus Francorum mutata 395, a.
Moslenſis Comitatus 494, a.
Moſula 444. b.
Mundat oppoſita *Grapſchafft* 445, a.
Municipiorum regimen ad Romæ ideam 418, a.
Muſalla 444. b. Comes de Muſalla 440, b. *Die Muſel.*
Muſarum tempus, ſenium 416, a.
Muſnier 378, a.
Muſtellæ ſive Lampetræ natura 376, b.

N.

NAchgowe Pagus 353, a.
Narbonenſis Provincia κατ' ἐξοχὴν Septimania 239, b. utraque. *ibid.* Inſcriptio 442, a.
Nava fluvius Romanæ ripæ, non eſt Obrincus Ptolemæi 430, a. pons & tranſitus ejus ad Bingium. 350, a. inter Obrincum & Moſellam medius 430, a. cum Simera confluit 353, b. ejus vallis vitifer. *ibid.* nemorum opacitas circa eum. *ibid.* Navas etiam ſcribitur.
Naumachiæ jocoſæ 388, a.
Nauticus luſus & certamen 387, a.
Neapoli viſitur figura Tiberis 422, a.
Nemeſa hodie *die Nymſs*, ejus confluentes cum Pronea 409, b.
Nemeſis natura explicatur 413, a, b.
Nemetum Auguſta in Arvernis. 357, b.
Nemidona 375, b
Neomagum, Neomagus in Badua, *Nymagen* 358, a.
Neptunus, aquarum rector 370, b.
Neroberg 445, a.
Newburg ad Rhenum 357, a.
Newſtatt zu Trier 444, b.
Nicatii caſtellum ad Rhodanum. 442, a.
Nicer 426, a. Barbarus 429, a. 374, a. monumenta ad eum Romana. 429, a. 424, a.
Nigir idem qui Pyris 429, b.
Nilus, Melo, Arar, idem. *ibid.* ejus fontes veteribus ignoti 424, b. junguntur Iſtri fontibus *ibid.*
Niuſaren, Niuſeren 439, b.
Nivomagum, Belgicæ primæ eſt. 356, b. ad oſtia Drahonæ fluvioli. 406, a. cum Rigodulo nomen ſuum adhuc ſervat 432, b.
Niuvenheim 439, b.
Niuvenderph *ibid.*
Niuvera *ibid.*
Nobilibus ſolis honores non debentur in republica 420, a.
Nobilitas à virtute etiam, non genere ſolo, æſtimanda *ibid.*

Nomina non vernacula neque novitia, locorum antiquitatem docent. 432, b.
Novempopulania Provincia 239, b.
Novi homines ab honoribus in republ. non excludendi 420, a.
Noviomagi in Treveris ſitus, antiquitas, nomina 356, b. Auſonio nominatum 432, b.
Numagen 352, b. 446, a. olim Comitatus aut Baroniæ titulo inſignis 360, a. hodie feudum Treverenſe, & dominus ejus hodiernus Georgius Comes de Seyna & *Witgenſtein* ibid.
die Nymſi miſcetur Suræ ad vicum *Eerel* 409, b.

O.

OBerkirn 356, a.
OberRinckgow 430, b.
Ober und under Rhein ibid.
Ober und under zoll ad Moguntiam. *ibid.*
Obrincus non eſt Moſella 429, b. nec Nava 429, a.
Obterere 415, b.
die Ochra Cœnobium Treverenſe. 434, a. 444, b.
Odenwald, Odonewald, Franconici circuli eſt 424, a.
Oldus, Olda fluvius 443, b.
Ombrina piſcis 373, b.
Orithyia rapta 404, a.
Orna fluvius 412, b.
Otium Muſarum 416, a.
Ottonica ſilva 406, a. Romana in ea monumenta 429, b.
Otzberg 406, a.

P.

PAdus idem qui Eridanus 429, b. triginta amnes capit 408, b.
Pagi Germaniæ 440, a. Loganenſis, cum Notitia villarum 362, b. 440, b. Treverenſis *ibid.*
Palatium Treverenſe, Comitum Palatinorum ſub Francis ſedes 444, a. ejus Comes 445, a. hodie domus Archiepiſcopalis 444, a.
Palatiolum Treverenſe *Pfaltzel* ibid.
Pallaſt zu Trier 444, a.
Pallentia utraque *ibid.*
Palatinos Rheni Comites quidam derivant à palatio Regali Treverenſi 362, b.
Palatini Ducatus monumenta Rom. 429, a.
Palmatius Conſul 358, a. martyr. 445, b.
Papinius martyr 446, a.
Parthi hoſtes fatales cum Germanis populi Romani 423, a.
Pavimentum opere teſſellato Treveris 444, a.
S. Paulinus Archiepiſcopus Treverenſis 445, b.
Paulinus Felicis interceſſionem expetit 414, a. relictis ſeculi honoribus ad monachatum tranſit. 419, b. in æde ejus Tabella membranea 445. a.
Pedes montis 386, b.
Peneum ſupernè prælabitur Titareſſus 413, a.
Perc, Perche, πέρκα, ejus genera & natura 377, a.
Pericula pro tirociniis 387, b.
Perſarum Rex Magnus. 394, b.
Peſce, Perſico 377, a.
Peutingeriana tabula 352, b.
Piſcis fabuloſus 380, b.
Piſcium ſpecies 370, a.
Piſcium Scriptores præcipui 370, b.
Piſces voluptarii 370, a.
Piſcinis opponuntur Caldaria 407, b.
Plateſſæ 378, a.
Plutarchus non meminit Moſellæ. 429, b.
Pluto 370, b.
Polards 378, a.
Pons Moſellæ & Treverenſis 441, b. Arelatenſis 444, a.
Portale Treverenſe 444, a.
Portentoſæ artis opus Treveris 403, a.
Præfecturæ vicariæ Galliarum 239, b. fine.
Prætoria vetera ad Moſellam. Vide *Villa Rom.*
Prætorio GalliarumPræfectus 239, b.
Prætorio Præfectus, ſecundus Imperii 419, a.

Prin-

Principes Romam faciunt 414, a.
Priſcillianus vindicatus *ibid.*
Privilegium Conductus Treverenſis. 446, b.
Profligare quid 425, a.
Pronæa, *die Pruim* 409, b. cum Nemeſa confluit, miſcetur Suræ *ibid.*
Provinciales & municipes iiſdem dignitatibus functi quibus Romani. 420, a.
Ptolemæus magnus Geographus, non ſcatet craſſis erroribus: ei propoſitum provincias diſtinguere, non amnes pro dignitate deſcribere 430, a.
Ρυρ. Ρυρρ. 362, a.
Pyramis 401, a.
Pyris idem qui Nigir 429, b.

Q.

Quadri ſine cæmento, Treveris. 444, a.

R.

Ravengirspurg 358, a. ejus fundator 358, a.
Ῥαχὶς 386, a.
Rawgrafen, unde 356, a.
Reatinorum judicium de Tiberi coërcendo 408, b.
Reingrafen zum Stein, unde dicti. 356, a.
Reingrafenſtein ibid.
Reinich caſtrum 397, a.
Retenbach 439, b.
Rhætia fatalis Maximo 414, a.
Rhedo, piſcis ignotus 373, a.
Rhenus Deus & numen 421, b. ejus ſigillum *ibid.* dominus præ Tiberi 437, a. impervius ad cataractas. 464, a. Bicornis 429, b. aurifer. 436, b. barborum ferax 374, a. parvus in Italia 425, b. multos amnes capit 408, a. Heſperius, & Nonno Iber 432, a. ulvoſus & arundinoſus 366, a. cœruleus, non ſubitò miſcens colorem fluminibus receptis 422, a. in Francorum jus cedit 428, a. periculum habet occultis ſaxis 364, a. limes 428, a. ejus inſulæ 365, a. aqua non tam dura quàm Mœni & Nicri 422, a. luteum caput ab Horatio ridetur. 422, a. pons ad Coloniam exſtructus 359, a. & reſciſſus *ibid.* ripa duplex, Romana & Barbara 434, a. ſive Germanica 466. in hiſtoriis nationum ſingularum omnibus, quantamcunque ferant vetuſtatem, celeberrimus 425, b. pulcerrimus à ſe ipſo & cultura *ibid.* longiſſimus oppidis & villis 426, a.
RheinCraiſs, *Rheinſtrom under und ober* 438, b.
Rhenenſis pagus *ibid.*
Rhodanus 442, a. Druentiæ confunditur 441, a. ejus duo oſtia 441, b.
Rictiovari ſævitia & cædes in Chriſtianos, ſub Maximiano Præfectus. 358, a. 359, a. 445, a. 445, b. 446, a.
Rigodulum, Tacito nominatum. 432, b. Regiodola, *Reol* & *Rigelburg* 356, b. cum Nivomago nomen ſuum antiquum ſervavit. 432, b.
Rigomagum, corruptè Regiomagum, *Romage* aliis, hodie *Rymagen.* 357, a.
Rinckgowe Ringow, Pagus 430, b.
Ripæ Dextræ tractus ubi 442, a.
Ripa Latina 434, a.
Roma altera, Treveris 114, a. Gallula 441, b. ad ideam ejus componebantur coloniæ & municipia. 418, a.
Romania 434, a.
Romani dividebant Germaniam in ſuperiorem & inferiorem 430, a. captabant opportunitates Confluentium 439, a. eorum limes primum Rhenus, deinde alius in Barbarico poſitus 428, b. Rheno & Moſella pulſi 428, a. olim non penetrarunt ad Rheni & Danubii fontes 424, b. Confluentes pro præſidio condiderunt 439, a. ſatis olim habuerunt tueri ripam & excurſiones prohibere 428, b. eorum ſævitia Imperio ſuo exitiabilis 358, a. monumenta ad Nicrum, in Ducatu Palatino, Wirtenbergico, Ottonica ſilva 420, a. inſtitutum de provincialibus & novis

novis hominibus ad honores admittendis 420, a. nomen cum legibus & lingua à Francis abolitum 428, a.
Reuver fl. Moſellæ illabitur 410, a.
Rudesheim, Caſtrum 406, a.
Rumgall, FORVMGALLORVM 354, b.
S. Ruperti regio inter Bingium & Confluentes 353, a.
Rysweyler 352, b.

S.

SAbinus, Dux 351, a.
Saanwald, ſilva 353, b.
Salaris deſcriptio 372, b.
Salentinus Dominus in *Iſſenberg* & *Nuwemagen* 360, a.
Sallia fluvius 412, b.
Salmonis deſcriptio 374. a. captura ad Nivomagum 306, a.
Salmona, *die Salm*, fluviolus 410. b.
Saltriſſa 439, b.
Sara, Sarra, Sarravus, die *Sahr*, 411, a. 373, b. ejus caſtra 411, b. pons, & is corrupte Sarnix *ibid.*
Saragoſſa, CÆSARAGOSSA 354, b.
Sarburg 411, a.
Sarcophagi Rom. 429, a.
Sarpruggen 411, a.
Sarmatæ coloni Roman. in *Hunderuck* & Provincia Moſellana 356, a. ſunt Hunni e Sarmatia 355, a. ducuntur in campos Catalaunicos contra Attilum *ibid.* militant contra Germanos *ibid.*
Saucoma idem qui Arar 349, a.
Sauromatæ, Sarmatæ ſunt vel Thraces 355, a.
Saxones alumni Germaniæ magnæ. 427, a.
Saxis fluviorum comparatur Invidia. 364, a.
Sayn Comitatus 406, a.
Schalten 365, b.
Schleyen 378, a.
Schneiderfiſch 378, b.
Schupfiſch 378, a.
Sculptura marmorea militis peltati. 353, b.
Selbach 439, b.
Sella fluvius, olim Sallia 412, a.
Senium, Muſarum tempus 416, a.
Septem mundi miracula 397, a.
Septimania, Imperium ſeptem Provinciarum 239, b. regnum Arelatenſe 441, b.
Sequanorum maxima *ibid.*
Sericum 432, b.
Sextilius Felix 351, b.
Sichlingen 439, b.
Sichlingelslinden ibid.
Silurus, Sturio 380, a. quis ſit *ibid.*
Simeonis Confeſſoris crypta 444, a.
Simera, *Simmern*, fluvius 353, a. cum Nava confluit *ibid.* jam vallis vitifer ibid.
Simmeren 354, a.
Simmeresport, Treveris 444, a.
Simulatio ex Invidia comparatur ſaxis fluviorum 364, a.
Sirck 432, b.
Situs locorum ſæpe prodit antiquitatem *ibid.*
Sobernheim 354, a.
Solis occidentis umbra 407, a.
Solms. fluvius 439, b.
Soloduri antiquitas 445, a.
Soter Senator, Martyr 446, b.
Spadani fontes 407, a.
Squalus 378, a.
die Staffel ad Moguntiam 430, b.
Statuæ Rom. 429, a.
Stein Caſtrum 406, a.
Stilico armis penetrat ad Danubii fontem 425, a.
STR. STRI. 362, a.
Strabo non meminit Moſellæ 429, b.
Strata à Moguntiaco & Pingen uſque Treverim *uff der Caſeyen* 354, b.
Stromburg, Caſtrum 352, b. 353, a. 406, a.
Sturionis deſcriptio 380, a.
Stumpe-Turn. 352, b.
Stylus Treverenſis, antiquitatis index 445, a.
Suaben, *SuabenWaldlin* 424, a.
Subdoctor ſive Proſcholus 420, b.
Sudationes veterum quomodo ædificatæ 407, b.
Suevi ad fontes Danubii 423, b. ad eos pertinebat Francia 427, b.
Suevia & Francia adhuc ſolo Nicro disterminantur 424, a.

Sulmisheim 439, b.
Sulmiſſa fluvius, hodie *die Solms* ibid.
Super, id eſt, apud, & ultra *ibid.*
Supercilia montis 386, a.
Sura recipit *die Pruim* & *Nyms* ad vicum *Eerel* 409, b. ad eum opacitas nemorum 353, a.
Sylveſtres Comites, unde 356, a.

T.

TAbella in æde D. Paulini propè Treverim 358, a. 445, a.
Tabellæ laureatæ 425, a.
Tabernæ 353, a. 429, b. 432, b. Alſaticæ, Romanæ, Montanæ, TABERNARVM CASTELLVM 354, a.
Tabula Itineraria 352, b. Vide Peuting.
Tacitus Navæ, Moſellæ meminit. 354, a. vitam Trajani reſervat ſenectuti. 431, a.
Tarnes, aurifer 436, b.
Tarnis fluvius 443, b.
Tauriformia flumina & fluvii 430, b. 438, b.
Tenca, *Tenche* 378, a.
Teramnum 354, b.
Terga amnis, montis 386, a.
Teſſellatum pavimenti opus Treveris 444, a.
Teſtard 378, a.
Thaun
Thermæ veterum in ſumma crepidine arcium 406, b. alia de iiſdem. 407, a. Gargilianæ. 406, b. Treverenſes 444, a.
Theatra naturalia 382, b.
Treverenſe 444, b.
Thebea legio ob Chriſti profeſſionem delata 445. a.
Theodericus reparat Arelate 441, b.
Theonispoſſona 353, b.
Thuringi alumni Germaniæ magnæ. 427, a.
zum Thurn Treveris, Francicum opus. 444, b.
Thus ſcutellæ artificioſæ immiſſum redolet, nec conſumitur 403, b.
Tibris olim dominus inter fluvios. 437, a. Garumnæ poſtponitur. 413, a. figura Neapoli 422, a.
Tidebaldeshuſen 439, b.
Tinca piſciculus, item Orator 378, a.
Tirſus Dux, martyr 445, b.
Titareſus ſupernè prælabitur Peneum 413, a.
Tolbiacum 445, a.
Terndorff 439, b.
Trajanus pacavit Danubium, ſed non uſque ad fontes 424, b. ejus Caſtellum ex oppoſito Moguntiæ. 439, a. Columna 424, b.
Treveris in quo pago 440, b. antiquitas 445, a. antiquitates 444, a. & ſeqq. ſitus 444, b Imperii ſedes ante & poſt Gratianum 413 a. domicilium Principum, Auguſta ſedes regni, ſolium 361, a. 437, a. ſedes belli in oppoſitam Germaniam. 362, a. ſedes poſtea Regum Francorum *ibid.* altera Roma 413, a. & ſequent. 445, a, laudes & commoda varia 362, a. lingua Galatarum, tempore Hieronymi. 395, a. à Francis everſa; clades ultima 414, a. *ibid.* arenæ 444, b. miraculoſæ imagines Iovis & Mercurii 403 & ſeqq. Belgis accenſita 356, a. & ſeq.
Treverenſis Pagus 440, b. ſub Francis *ibid.* vicus 439, a. vicus Ambiaticus *ibid.* tractus unde à Romanis frequentatus colligatur 445, a. Turres lateritiæ 444, a. Conductus 440, b. Horreum 433, a. templi majoris pars poſterior, ædificium antiquum 444, a.
Trier 352, b.
Tritenheim, villa 386, a.
T. TR. TRS. TRPS. 362, a.
Trutta, Tructa 379, a.
Τρώκτης ibid.
Tullius Valentinus, Treverorum Dux 351, b.
Tungrorum fontes ſunt illi Spadani 407, a.
Turres ad Rhenum & Moſellam rotundæ in ſuperciliis montium pleræque à Romano ævo 405, b. quadratæ Treverenſes à Francis exſtructæ, ſumta materia à ſolutis operibus Romanorum 444, a.
Tutor, Dux 351, b.
Tyrſius, Dux 358, a.

V.

VAlentinian. bellis nobilis 423,a. 427, a. armis tentat Danubii fontem 424, b. cum Gratiano triumphat 423, a. Romæ & patriæ parens 414, a.
Vaſconici ſaltus 353, a.
Vbi Princeps, ibi Roma 414, a.
Vchilheim 439, b.
Veldentz 353, b. ipſo fine.
Veſpaſiano ſatis fuit tueri ripam ab excurſionibus Germanor. 428, b.
Via glarea & ſilice ſtrata 358,b. militaris in Itinerariis præſcripta. 352, a. Caligulæ 445,a. à *Baeharach* ad *Berntaſtell* 354, b. ab antiquo conſtrata & elevata *ibid.*
Vibiſci qui 431. a.
Vicariæ Præfecturæ Galliar. 239, b. fine.
Victor Maximi F. Imperii conſors. 414, a.
Vicus eſt ſine mœnibus 350, a.
Viennenſis Provincia 239, b.
Vilain piſcis 378, a.
Villæ Loganenſis pagi 439,a. & villæ Roman. ad Moſellam gliſcentibus bellis inter Francos & Rom. in arces, ſpeculas, munimenta evaſere. 394, a. earum ad Moſellam frequentia *ibid.*
Vinco inter Confluentes & Treverim 432,a. hodie fortè *Winneberg* 452,b.
Virtus in quibusvis ſuo pretio æſtimanda 420, a.
Viſurgis 426, a. *Wiſara* 439. b. Pedoni Aturgus *ibid.* efficitur Adrava cum Fulda juncto.
Vitelliacum 445, a.
Viviſci qui 431, a.
Vmbra, piſcis 373, b.
Vmbach 439, b.
Vneshuſen ibid.
Vocativus pro Nominativo uſitatus Auſonio 374, b.
Voluptuoſi piſces 370, a.
Vrbes pleræque ad fluviorum oſtia & locis opportunis ſitæ Romanam habent originem 432, b. in villas grandes evaſerunt poſt tot bella. 433, b.
Vrbium nomen villis ſæpe tribuitur per hyperbolen 432, b.
Vrſocaſtrum, malè 354, a.
Vxilloduni fons 354, b.

W.

W*Alangen* 439, b.
Walchesheim ibid.
Walchertorph ibid.
Wanebach ibid.
Wanenthrop ibid.
Weberbach 362, a.
Weiſſiſch 378, a.
Weiſſenburgo vicina præfectura *Hagenbach* 436, b.
Welſerus expoſuit Tabulam Itinerariam 427, a. quæ laudatur *ibid.*
Wertorff 439, b.
Weſer, fluvius: Viſurgis, Wiſara. 439, b.
Wettiſſa 439, b.
Wieda & Widanus Comitatus in Pago *Engersgow* 359, b.
Widegiſen 439, b.
Wildenburg, Caſtellum 353, a.
Wildfang, Trever. *ibid.*
Wildgraviorum nomen *Wildgrafen* unde *ibid.* 356, a.
Wildperg ibid.
Wilera 439, b.
Wilina 439, b.
Winneberg locus Baroniâ nobilis. 432, b. fortè Vinco 352, b.
Wirtembergici Ducatus monumenta Rom. 429, a.
Wiſara, *Wiſuraha*, hodie *die Weſer.* 439, b.
Witgenſtein 360, a.
Wittlich 445, a.

Z.

Z*Abern*, Tabernæ 354. a.
Zendner, Centenarius Treveris. 445, a.
Zephyrus rapit Arſinoen 404, b.
Zutch 445, a.

FINIS.

INDEX M. FREHERI
VOCUM SINGULARUM
IN
AUSONII EDYLLIO X.
ſeu MOSELLA: numerus verſum ſignificat.

AE 274. 289. 303. 345. 436. 438.
Abdomine 105.
Abſens 194.
Abydeni 288.
Accedit 434. 436.
Acceſſus 240.
Accipit 268.
Accola 279.
Achates 316.
Actæo 136.
Actiacis 211.
Acumine 89.
Acus 236.
Ad 113. 123. 145. 236. 238. 404.
Addam 456. 458.
Addit 220.
Additus 145. *addita* 2.
Adjuta 354.
Adlambere 360.
Admixtos 75.
Admovit 232.
Adnumerat 196.
Adopta 430.
Adorato 463.
Adſibilat 258.
Adſtrepit 167.
Adverſum 78.
Ædis 300.
Æmula 383.
Æqui 387.
Æquavit 3.
Æquiparare 29.
Æquor 288. *æquore* 36. 100. 208. *æquora* 147. 159. 197.
Æquoream 218. *æquorei* 81. *æquoreis* 483. *æquoreum* 235.
Aër 12. 37. *aëre* 258. 261. 315.
Æthera 329.
Æthra 16.
Æſtus 70. 143. 181. *æſtu* 222. 340. 464.
Ævo 95. 130.
Affecto 445.
Afflatam 317.
Afforet 345.
Aganippen 447.
Aggere 321.
Agiles 225.
Agitat 172.
Agitata 65.
Agmine 245. *agmina* 78. 138. 151.
Agris 23. 431.
Agreſtes 170.
Agricolas 400.
Alacres 204.
Alauſas 127.
Albentes 70.
Alburnos 126.
Algas 69.
Aliam 153. 220. *alias* 426. *alii* 372. *alios* 227.
Aliter 73.
Aliger 300.
Aliſontia 371.
Allicit 310. 348.
Alludens 269.
Almus 56. *alme* 446. *alma* 157.
Alpini 480.
Altam 330. *alto* 274.
Alterno 268. 294. *alternas* 286.
Alternant 225.
Alveus 432. *alveo* 83. 142. 454.
Alumno 109. *alumna* 232. *alumnis* 385. *alumnos* 79.
Alvus 105. *alvo* 133.
Ambiguus 128. *ambiguis* 239.
Ambitus 374.
Amborum 129.

INDEX IN AVSONIVM.

Amicos 176.
Amnis 23. 25. 26. 30. 56. 168. 191. 199. 221. 286. 546. 453. 465. *amni* 149. 198. 324. *amnem* 93. 272. 323. 368. 444. *amne* 39. 43. 84. 139. 173. 243. 361. 343. 346. *amnes* 352. *amnibus* 483.
Amnica 205.
Amnicola 137.
Amnigenos 116.
Amœna 21.
Amoris 314. *amore* 390. *amores* 212.
Anhelatas 339. *anhelatu.* 262.
Animas 271.
Annalibus 424.
Ante 462.
Anteferet 459.
Anthedonius 276.
Antiquos 386. *antiquis* 455.
Aonidum 447.
Aperto 56.
Apex 154.
Apollinea 214.
Aprica 155. 393. *apricas* 332.
Aptas 397.
Aqua 142. *aquarum* 61. 273. *aquis.* 33. 343. 420. *aquas* 66.
Aquilonigenas 407.
Aquitania 442.
Arcani 60.
Arce 308. *arces* 214.
Arctos 453.
Ardua 154.
Arena, Harena 53. *Harena* 63. *Harenas* 85.
Arentem 7.
Arida 114. 259.
Ariſtides 388.
Ariſtis 86. 119.
Arſinoë 315.
Artes 307.
Arva 4. 9. 472.
Arundo, Harundo 254.
Aſia 291.
Aſpera 325.
Aſpergis 47.
Aſpirare 474.
Aſſimulant 72.
Aſſita 335.
Aſſurgunt 156.
Aſt 50. 245. 448.
At 313. 414.
Athenas 388.
Atlantiaco 144.
Atque 308.
Atra 110.
Atria 49. 335.
Attonſis 203.
Aturrus 463.
Audax 443.
Auderet 377.
Audit 364.
Averna 216.
Auguſtus 450. *Auguſta* 421. *Auguſti* 211. *Auguſtis* 369.
Avia 5.
Aula 311.
Aura 17. 258. *auras* 265. *auris* 262.
Auro 301.
Auratum 471.
Auriferum 460.
Auſonius 440. *Auſoniis* 451.
Aut 139, 140. 236. 318. 374. 387. 407.
Autem 247.
Axona 459.

B.

BAccas 70.
Baccheja 153.
Baccho 21. 25.
Bajas 346.
Ballana 144. 148.
Balnea 338.
Barbe 94. *barbi* 134.
Belga 24. *Belgarum* 10. 319. 395. 439. *Belgia* 457. *Belgos* [ita Freh. l.] 462.
Belli 215. 304. *Bello* 381.
Bina 87.
Binominis 106.
Bis 91.
Bivio 3.
Blanda 225. *blando* 19.
Bœotia 276.
Bona 325.
Bonum 459.
Branchia 266.
Brevibus 139.
Britannis 68. *Britannos* 407.
Burdigala 19. *Burdigalam* 449.

C.

CAcumina 248.
Calculus 67.
Caledoniis 68.

Cali-

Caligine 15.
Caligante 334.
Camaves 434.
Camæna 474.
Campum 49. *campis* 12.
Canam 395. *canunt* 167.
Candentem 231.
Cannas 3.
Cantu 476.
Capillos 230.
Capito 85.
Caperis 107.
Capripedes 172.
Captat 275. *captare* 332.
Captivus 282.
Captum 323.
Caput 409. *capitis* 104.
Cara 232.
Carantonus 463.
Carmine 391. *carmina* 396.
Carpathium 279.
Carptas 278.
Caſus 301.
Caſtra 11. 457.
Caterva 4. *catervas* 84. 150. 182.
Catones 386.
Cates 400.
Cava 339.
Cauda 264. *cauda* 98. *caudam* 114.
Caudiceo 197.
Cavernis 269.
Caurorum 293.
Cecropius 303.
Cederet 376. *ceſſit* 81.
Celebris 403. *celebri* 109.
Celebrare 180. *celebrant* 200. *celebrabere* 135. *celebratus* 361. *celebrata*. 306. *celebranda* 469. 470.
Celerant 353.
Celeri 90. *celerem* 1. *celeres* 40.
Celſum 441. *celſi* 328. *celſas* 320.
Cenſus 50.
Cerealia 362.
Cernimus 60.
Cernua 272.
Certamina 304.
Certant 201. *certantes* 165.
Ceſſante 41.
Chalcedonio 289.
Chelyn 391.
Choros 83. 180.
Circes 277.
Circuit 111.
Citatos 271.
Clamoribus 165.
Clarus 359. *clari* 382. 307. *clara* 304. 375.
Claſſes 213.
Clauſos 331.
Clivi 161.
Cœlum 15.
Cœna 102.
Cœno, cœnum 46. 122.
Cœptum 414.
Cœptat 237.
Cœrula 141. 283. 477.
Cœruleus 112. 219. *cœrulea* 62. *cœruleo* 84. *cœruleis* 482. *cœruleos* 418.
Cœtu 181.
Coeunt 119. 265.
Cogeris 36.
Cognita 179. 186.
Cohibet 268.
Cohortes 131.
Colant 483.
Collegiſſe 271.
Collis 159. 199. *colli* 190. *collem* 324. *colles* 21. *collibus* 175.
Collo 4[illegible]
Coloni 163. *colonos* 458. *colonis* 9. 23.
Color 110. 192.
Columnis 336.
Commendet 394. *commendabo* 483.
Commercia 293.
Commiſſa 187.
Compenſat 328.
Compoſitos 230.
Communes 433. *communis* 176.
Commutatis 226.
Comant 286.
Conantem 302.
Conavus 168.
Concedes 464. *conceſſit* 385.
Concharum 70.
Concino 443.
Concita 40.
Concolor 74.
Concurrere 291. *concurrens* 297.
Conde 390.
Condita 327. 456.
Conditor 301. 310.
Confinia 199.
Confunderet 358.
Confundis 198.

Conge-

Congeſtior 133.
Congeſtus 86.
Connexis 14.
Cono, conus 312.
Conſentis 254.
Conſepto 331.
Conſerit 199. *conſere* 48. *conſeritur* 162.
Conſitus 191. *conſite* 25. 26. *conſita.* 209.
Conſortes 180.
Conſpicor 10.
Conſtantini 11.
Conſtratum 289.
Conſumere 353. *conſumit* 262. 313.
Contendere 117.
Contigit 95.
Contulit 404.
Converrere 281.
Convexa 248.
Coralia 69.
Corniger 469.
Corporis 113. 138. 224. *corpore* 118. 185. 263. *corpora* 272.
Corticeis 246.
Corus 316.
Credam 171. *credere* 318. *crederet* 346.
Crepat 258.
Crepidine 322, 337.
Crine 317. *crines* 237.
Criſpo 213. *criſpis* 194.
Criſpatur 63.
Cruſtis 48.
Cui 24. 80. 104. 309. *cui in* 312. *cujus* 98.
Culmine 284. *culmina* 20.
Culter 120. *cultoribus* 167.
Cultus 6. 72. 298. 347. *culta* 325. 460. *cultum* 15.
Cum. Vide *Quum*
Cumanis 345. *Cumano* 208.
Cumulandus 420.
Cunctos 80.
Cupiunt 373.
Cura 51. 80. *curas* 207. 393.
Curia 401.
Curuli 451.
Cutis 114.
Cymba 216.

D.

D*Amni* 274.
Dare 272. *Da* 378. *dederant* 50. *dabitur* 398. *dat* 235. 481. *dederit* 448. *dediſſet* 376.
De 99. 437.
Debent 24.
Decepta 244.
Decimo, us 306.
Decora 305.
Decoramina 320.
Decorat 383.
Decoratum 451.
Decreſcere 147.
Dederit, dederant, Vide *Dare*
Defenſus 242. *defenſa* 139.
Deſeſſos 341.
Defluis 40. *defluxiſti* 93.
Defraudarentur 109.
Degener 355.
Dein 296.
Dejuge 164.
Delectat 169.
Delicias 71. 115.
Delphina 137.
Demat 37.
Demerſa 59.
Deriſus 196.
Deſpectat 208. 283.
Deſpectis 50.
Deſpectu 334.
Deſperatarum 273.
Detegit 74.
Detero 390.
Detexatur.
Deuexas 27.
Dextra 225.
Dextra 481.
Dextera 256.
Dia 374.
Dicere 350. *dicitur* 178. *dicere* 11. 437. *dicamus* 416.
Dictus 399.
Diei 17. 260.
Differre 352.
Diffunditur 142.
Digitis 237.
Dignum 318.
Dignabitur 475. *dignata* 24. *dignando* 116. *dignandum* 350.
Dilata 415.
Dinochares 312.
Dira 292.
Dirimit 285.
Diſciplina 452.

Diſperſas 62.
Diſſere 84.
Diſtulit 368.
Diſtinguit 67.
Diſſociantur 119.
Diverſa 351, 433.
Dives 326. 431.
Divi 11.
Dividat 38.
Divortia 432.
Dolores 302.
Doli 250.
Domina 467.
Domo 140. *domorum* 319.
Donaſſe 347.
Dorſo 164.
Drahonum 365.
Druentia 479.
Druna 479.
Dubia 102. *dubiarum* 456.
Ducens 438. *ducit* 246.
Dudum 367.
Dulces 200.
Dum 129. 184. 253. 296.
Dumniſſum 8.
Duplicem 480. *duplices* 39.
Durani 464.
Durante 59. *daturus* 87.

E.

E 175.
Echo 297.
Ede 83. *edere* 80.
Edita 21.
Effugiens 90.
Egeſtas 52.
Ego 50. 170. 341. 389. 438. 448. 482.
Egomet 270.
Emerita 452.
Enim 316.
Ephebi 288. *ephebis* 220.
Epheſi 308.
Ergo 318.
Errans 285.
Errorem 412. *errore* 75.
Erubrus 359.
Eſcis 249.
Eſſe 373. *erit* 392. 399. *eſt* 149. 318. 321. 331.
Et 6. 10. 16. 21. 29. 30. 31. 32. 39. 41. 48. 61. 67. 69. 70. 79. 81. 89. 102. 125. 126. 127. 138, 143. 150. 155. 158. 168. 170. 178. 183. 188. 191. 193. 194. 195. 199. 202. 204. 221. 224. 216. 255. 275. 280. 286. 294. 296. 305. 313. 342. 348. 354. 379. 384. 387. 406. 424. 427. 450. 451. 460. 465. 481.
Etiam 120. 175. 327. 384.
Euboica 216. 301. *Euboicas.* 346.
Euripus 290.
Europa 291.
Ex 96. 364. 458.
Exactis 423.
Examina 76. 244.
Excipit 256.
Excludit 207.
Excluſum 15. 38. 146.
Excuſſam 255.
Exerces 94. *exercet* 266. *exercita* 382.
Exeris 471.
Exire 184.
Exilem 365. *exilia* 346.
Exigua 443.
Exitio 149.
Exitialia 277.
Expertus 278.
Expirans 266. *expirante* 340.
Explorantis 231.
Extantes 36.
Extendere 237. *extendet* 432.
Externas 469.
Extremam 114. *extremo* 391. *extremos* 441. *extremis* 171.

F.

F *Abriles* 267.
Faceſſas 378.
Facilis 117. *faciles* 240. 325.
Facta 394.
Facturus 102.
Facundia 383. 403.
Fagineis 269.
Fallaces 229.
Falſi 184. 239.
Fama 93. 430.
Famulis 360.
Fandi 400.
Fario 130.
Fartim 86. 103.
Fas 80. 187. 443.
Faſcibus 451.
Faſtidiſſe 342.

Faſti-

Faſtiditos 366.
Faſtigia 312. 313.
Fatigant 75.
Fauces 91. 251.
Faunos 177.
Felix 371. *felicem* 417. *felices* 458.
Fera 212.
Fercula 102.
Feriant 40.
Feret 426. *fers* 103.
Ferri 252.
Ferrato 317.
Fervet 124.
Ferventi 338.
Feſſa 369.
Feſtinat 411. *feſtinant* 360. *feſtinantes* 163.
Fide 443.
Figuras 54. 62. 229. *figuris* 239.
Filo 396.
Finis 349. *fine* 270. *fines* 462.
Fingere 301.
Fixas 236.
Flagellis 257.
Flagrantior 181.
Flammas 339.
Flatus 266.
Flaventem 160.
Flexus 155. 202. *flexibus* 285.
Fluctus 143. 174. 185. *fluctibus* 297.
Fluenti 59. 419. *fluenta* 22. 349. *fluentis* 356.
Fluens 105.
Fluitavit 282.
Fluitans 197. *fluitantes* 84. *fluitantia.* 246.
Flumen 38. 73. 245. 344. *fluminis.* 139. *flumine* 201. 242. *flumina* 334. 109. 478.
Fluminei 191. *flumineis* 82. *flumineas.* 131.
Fluores 446. 366.
Fluvius 28. 190. *fluvii* 480. 320. *fluvio* 229. *fluvium* 417.
Fluvialis 162. 176.
Focis 127.
Fœdus 314. *fœdera* 439.
Fons 31. *fontem* 424. *fonte* 437. 470. 8. *fontes* 30. 477. *fontibus* 65.
Foramine 268.
Formam 234. 299. *formas* 223.
Forſan 311. 305.
Fortuna 412.
Fovent 185. *foventē* 393. *fovebere* 476.
Fractis 257.
Francia 434.
Fratrem 430.
Fraternis 420.
Fremunt 92.
Frequentant.
Fretum 108. 170. *freti* 292. *freta* 137. 182. 276. 288.
Frigora 342.
Frondere 190.
Frontis 236. 471. *frontem* 101. *fronte.* 384.
Frugum 381.
Frugiferas 371.
Fruenda 189.
Fruitur 233. 239. 326. *fruerentur* 343.
Fucus 112. *fuco* 309.
Fuerit 311. 411.
Fugit 177.
Fulgenti 235.
Fumant 337.
Fumoſis 124.
Fundit 146. *fundeo* 433.
Fundo 64. 344.
Fundata 322.
Furentum 292.
Furata 175.
Fuſis 398.

G.

Gallia 3. 465.
Gallorum 441. *Gallos* 462.
Garumna 483. *Garumnam* 160.
Gaudet 228.
Gauri 209.
Gauranum 157.
Gelbis 359. 361.
Gelidos 30. *gelidum* 244. *gelido* 464.
Geminum 436. *gemino* 427. *geminas.* 128. *geminus* 132. 432.
Genus 310.
Germana 234.
Germani 435. *Germanis* 473.
Germina 70. 203.
Geſſerint 214.
Geſtire 204.
Glarea 67.
Glaucus 276.
Glaucus 189. *glauca* 170. 349.
Glomerans 340.

Gloria 478.
Gobio 132. 134.
Gortynius 300.
Graditur 210.
Gramina 64. 277.
Gramineas 26.
Gratia 207.
Gratificata 356.
Gregis 83.
Gurgite 99. 223. 331.
Guſtus 118.
Guſtata 277.
Guttu 98.

H.

Habes 31. 37. *habebere* 435. *habuit* 306.
Habens 56.
Habenis 389.
Habitatrix 82.
Habitus 298.
Hamis 126. *hamos* 281. 449.
Harena. V. *Arena.*
Harundo. V. *Arundo.*
Haud 73. 80.
Haurire 447.
Hauſtus 265. 338.
Hebdomas 307.
Helles 287.
Herbas 278. *herba* 65. *herba* 74.
Herboſas 85.
Heſperus 193.
Heu 242.
Hiatibus 265.
Hic 123. 243. 244. *hac* 186. 200. 321. 322. 323. 333. 425. *hoc* 300. 370. *huic* 331. *horum* 318. *has* 222. 318. *his* 347. 475.
Hîc 12. 53. 120. 148. 170. 292. 293. 306. 307. 311.
Hinc 166.
Hiſtri 424.
Hominum 71. 169. 305. 459. 476. 181.
Honor 149. *honos* 304. 479. *honorem.* 37. 231. 471. *honore* 451. *honoris.* 413. *-es* 377.
Horas 180.
Horrea 457.
Hoſpes 439. 345.
Hoſpitiis 439.
Hoſte 304. *hoſtibus* 423.
Huc 345.
Humani 6.
Humentia 53. 227. 243.
Humili 327.
Hyalo 418.
Hyperionio 222.

I.

Iacent 4. *Iaciens* 249.
Iacturis 52.
Iam 13. 14. 129. 150. 240. 263. 264. 334. 408.
Icarios 302.
Ictinus 309.
Ictum 256.
Ignara 250.
Ignes 267.
Igneus 178.
Ignobilis 392.
Ignoratus 243.
Ignoranda 358.
Ignotum 424.
Iliacis 376.
Illaudata 96.
Ille 80. 92. 247. 280. 361.
Illa 324. 189.
Illinc 113.
Illuſtrat 388. *illuſtravere* 406.
Illyricum 106.
Imago 198. *imagine* 219.
Imitatus 134. 356. *imitate* 28. *imitata* 72.
Imminet 324.
Immundo 46.
Imperii 380. *Imperio* 24.
Impetit 275.
Impetus 372.
Impos 274.
Impubem 295.
In 18. 27. 43. 47. 82. 93. 99. 108. 118. 140. 161. 195. 208. 247. 256. 262. 271. 272. 321. 308. 312. 315. 319. 321. 329. 354. 376. 417. 420. 449. 467. 476. 475.
Inania 58.
Inane 257.
Inceſti 314.
Incerta 479.
Inclinat 247.
Inclinata 64.
Incluſum 340.
Inclyta 11. 395.
Inconſultus 274.

Incor-

Incorrupte 103.
Incurrunt 352.
Inde 165.
Indicium 253. *indiciis* 107.
Indocili 174.
Inducant 153.
Indutos 248.
Iners 118.
Ineunt 202.
Infeſtiſſima 121.
Inſleta 4.
Ingenium 385.
Ingenuos 442. *ingenuis* 65.
Ingrediens 4.
Inlaudata 96.
Inmixa 333.
Innocuas 406. *innocuos* 215.
Innumeri 356. *innumeros* 298. *innumeris* 336.
Inopes 4.
Inſanum 466.
Inſignes 305.
Inſtanti 284.
Inſula 38.
Inſultant 173.
Inſultantes 182.
Intendunt 42.
Intentos 75.
Inter 85. 116. 128. 132. 174. 282. 332. 442. 459.
Interceptus 37. *intercepte* 130.
Interludentes 76.
Interſita 462.
Intima 59. 251.
Intuitu 57.
Invalido 263.
Invaſit 251.
Inverſi 224.
Invidet 17.
Invidia 379.
Invidia 429.
Iocantes 217.
Ipſe 43. 355. 463.
Ipſa 313. 228.
Ire 44. 148. *ibis* 476. *ibit* 468.
Iris 111.
Irrumpit 329.
Iſmarius 159.
Iſtri 424. 106. *Vide Hyſtri.*
Italûm 407.
Iter 4.
Iubar 16.
Iubas 134.
Iugum 157. *jugi* 135. *juga* 25. 194. 209. *jugis* 161. 333.
Iungere 294.
Iuncti 426. *junctos* 422.
Iuſſit 212.
Iuſſus 314.
Iuſti 36. 387.

L.

LAberis 138. 454. *labitur* 245.
Labens 166. 370. *labentia* 333.
Labores 305. 459.
Lacus 28. 32. 342. 477.
Lacunas 122.
Levia 48. 53. 363.
Lava 225.
Latum 384. *lato* 416. 476. *lata* 52. 74. 163. 172. 211. 233.
Lanea 269.
Lapillos 74.
Lapſus 71.
Laqueata 49.
Largitor 431.
Laſcivos 177. 212.
Lata 108. *lata* 98.
Late 231. 351. 466.
Latius 453. *Latiis* 424.
Lateat 188. *latet* 66.
Latices 191.
Latia 213. 379. 383. *Latias* 3
Latium 420. *Latio* 120.
Lavacri 341.
Laudatus 303. *laudate* 23.
Laude 415. *laudem* 445.
Laurea 425.
Laxos 94. *laxis* 389.
Legatur 187.
Lectus 123.
Legum 400.
Legitimos 44.
Lembi 201. *lembo* 195.
Lenè 61.
Lenta 248.
Leſuram 365.
Leti 270.
Letalia 260. *letalibus* 250.
Leucadas 214.
Levis 90. *levè* 63.
Libamine 444.
Libata 412. 368.

Liber

Liber 209. *libera* 17.
Liberius 94.
Licet 293.
Liger 461.
Limes 435.
Limigeris 45.
Lina 243.
Lingua 379. 383. 293.
Liquidus 150. *liquido* 30. 83. *liquidos* 185. *liquidis* 57.
Liquida 142. *liquidarum* 61.
Liquidum 16.
Liquoris 448.
Littora 46. 53. 295.
Littore 289.
Locorum 169. *locis* 470. 347.
Locupletes 71.
Longi 138. *longo* 154. 283.
Longarum 103.
Loqui 187.
Loricato 101.
Lubricus 102. *lubrica* 75. 112. 150. 184.
Luci 478.
Luce 62.
Lucet 66. 85.
Luciferi 260.
Lucius 122.
Luctamina 34.
Ludere 182. 212.
Ludo 206. *ludi* 403. *ludos* 208. 233.
Ludibria 238.
Lumine 1. 12.
Lupodunum 423.
Lutea 11.
Luxum 348.
Luxuriatur 52.
Lyaeo 159. 162.
Lympha 47. *lymphis* 369.

M.

Maculis 104.
Magistros 204.
Magico 300.
Magis 372.
Magne 135. 381. *magni* 290. *magno.* 149. *magna* 146. *magnum* 482. 137.
Major 132. *majoris* 93.
Maxima 450.
Malorum 442.
Male 242.
Mansit 261.
Manus 184. 296. 308. *manum* 205.
Mantua 375.
Mare 146. 427. 467. *mari* 350.
Margo 162. *margine* 143.
Marinis 116.
Margei 360.
Marmore 359. *marmora* 363.
Marmoreum 49.
Materia 394.
Matrona 462.
Me 18. 367. 449. 392.
Mea 160. 450.
Mei 448.
Meat 481. *meant* 61.
Meatus 35. 44. 140. 352. 472. *meatu.* 29. 63. 354.
Medio 130. 178. 201. 243. 36. 99. *mediis* 175. *medias* 184. 297. 290. *medium* 113. 197. *medios* 459.
Melior 95.
Membra 185.
Memphitica 330.
Memores 54.
Memoratus 376.
Memorande 131.
Memorare 350. *memorabo* 399. *memorem* 335.
Menecratis 307.
Mensarum 115. 123.
Mensis 86.
Mensure 183.
Metello 235.
Metare 419.
Metata 14.
Mihi 82. 187. 349. 496. 399. 443. 378.
Mille 372.
Minans 329.
Minerva 308.
Ministras 240.
Minor 370.
Miraris 43. *mirabor* 51. *mirantur* 142. *miretur* 288.
Miratus 2. *mirata* 229.
Mitis 148.
Mittent 451.
Modius 285.
Modo 287. 414. 425. 457.
Mœnia 2. 24. 16. 4. 21. 455.
Moles 374. *mole* 367.
Molitis 140.
Molitos 320.

Mellia 396.
Monilia 73.
Montis 328. *monte* 193. 464. *montes.* 147.
Mora 255. *morarum* 103.
Mores 384. 395.
Moribundis 278.
Mortiferos 266.
Moſella 108. 374. 381. 469. *Moſellam.* 193. 350. *Moſella* 22. 73. 148.
Motus 255. *motu* 145. *motibus* 194.
Moto 258.
Mox 171. 343. 426.
Mulcentem 393.
Mulciber. 338.
Mullis 117.
Multo 341. *multi* 445.
Multiplices 151.
Munera 153.
Municipium 402.
Munimine 32.
Murmura 33.
Muris 369. 455.
Muſa 391. *Muſa* 444. *Muſis* 475.
Muſeum 67.
Muſtella 107.
Mutua 14.
Mylaſena 215.

N.

N*Ais* 82. *Naidas* 171.
Nam 118. 354.
Natant 194.
Natantum 106. 141. 250.
Natandi 183.
Natatus 94. 83. *natatu* 90. 275. 244.
Nativi 321.
Natura 385. *natura* 52. 110.
Naturali 156. *naturalia* 228.
Natus 450. *nati* 422.
Navam 1.
Naviger 27. 367.
Navita 196. 197. 166.
Naumachia 218.
Nauta 42. *nautas* 227.
Nautales 223.
Nautica 228. 238.
Ne 37. 108.
Nebunt 396.
Nebuloſo 1.
Nec 14. 33. 34. 46. 54. 58. 87. 97. 115. 129. 169. 186. 255. 366. 370. 377. 386. 420. 445. 470.
Nemeſa 354.
Nemeſis 379.
Nemoroſa 5.
Nepheleïdos 287.
Nepotum 51. *nepotibus* 414.
Neque 45. 76. 118.
Nereos 281.
Nervis 391.
Neu 428.
Neutrum 128.
Nicrum 423.
Nidore 124.
Nidum 449.
Nihil 56.
Niliaca 213.
Nimium 389.
Nitent 158.
Nitentis 18.
Nitor 347.
Nivomagum 11.
Nobilibus 361. 414.
Nobilius 357.
Nociturus 89.
Noctua 309.
Nodoſis 244.
Nomen 436. 440. 353. *nominis* 38. *nomine* 357. 410. 430. *nomina* 481. 79.
Non 17. 35. 36. 51. 74. 96. 125. 132. 186. 220. 235. 265. 292. 300. 303. 355. 379. 399. 410. 457. 461. 462. 463.
Norit 126.
Noſcent 477.
Noſtros 72. *noſtro* 261. *noſtris* 398. *noſtra* 148. *noſtrum* 108.
Notant 111.
Novales 332.
Novus 279. *novi* 419. *novo* 2. 207. 439.
Nudat 69.
Nullos 123. *nullo* 89. *nulla* 6. *nullum.* 348.
Numero 86.
Numeroſa 79.
Numeraſſe 151.
Numine 468. *numina:* 177.
Nunc 48. 135. 164. 418. 439.
Nuper 4.
Nuſquam 41.

Nutat

Nutat 104.
Nutans 254. *nutantia* 336.
Nutrix 232.
Nymphas 182. *Nymphis* 421.

O.

OB 314.
Obliqui 91. *obliquum* 256.
Obliquatus 82.
Oblectatio 348.
Obſcuras 112.
Obſidet 123.
Obſonia 129.
Obtutibus 57
Occultati 252.
Occultus 100. *occulti* 34.
Ocia. Vide *Otium.*
Oculos 58. 75. 90.
Odorifero 25.
Olido 124.
Olivo 136.
Ollis pro *illis* 167.
Olympum 13.
Omne 310. *omni* 95. *omnia* 19. 31.
Opaco 188.
Operti 280. *operto* 338.
Opes 50.
Opimato 105.
Opus 51. 290. 300. *Operum* 163. 305. 415.
Ora 476. *oram* 236. *oras* 145. 202. 376. *oris* 10. 82. 345.
Orbe 178.
Oreiadas 176.
Origine 438.
Ore 378.
Oſcula 235.
Oſtentat 386.
Oſtentans 330.
Oſtentatura 230.
Oſtia 92. 351. 358. 369. 433. 473.
Otii 392. *otia* 474.
Ovipara 133.

P.

PÆnè 296.
Paganica 178.
Pagorum 478.
Palam 189.
Palmite 191.
Palmis 132.
Pampinus 195.
Panas 173.
Pandas 224.
Pandere 299. *panditur* 57.
Pangaa 158.
Panope 176.
Par 411.
Parentes 380. *parens* 381.
Parido 419.
Parit 348.
Parma 269.
Parte 187. *partes* 118.
Pater 450. *patris* 222. *patri* 358. *patres* 410.
Pateris 34. *patitur* 264. *patiuntur* 66.
Patet 60.
Patria 440. *patria* 18. *patriam* 449.
Patrios 395. *patrii* 302
Patula 251.
Pavent 260.
Pectore 101.
Pecus 135.
Pede 327.
Pejore 95.
Pelagus 27. 287.
Pellitur 146.
Peloro 218.
Pendentes 184. *pendentibus* 20.
Penetrale 60. *penetrali* 242.
Peplum 419.
Pepulere 302. *pepuliſſe* 344. *pepulerunt* 19.
Per 5. 14. 41. 49. 55. 58. 59. 91. 106. 78. 182. 202. 209. 210. 216. 251. 257. 274. 283. 299. 325. 349. 351. 363. 370. 416. 439. 466. 469. 472. 481. 137. 184. 198.
Perca 115.
Percurrent 398.
Perdere 475. *perdunt* 112.
Perductum 136.
Perenni 429. 8.
Perfundis 46. *perfundit* 193. *perfuderit* 222.
Pergite 426.
Pericula 215.
Perimit 310.
Perlita 309.
Permiſcent 295.
Permixta 357.
Perpetuos 364.
Perſequar 453.

Perſpicui 17.
Perſtrinxiſſe 444.
Peto 445. *petunt* 285.
Petulantibus 220.
Pharii 315.
Pharos 330.
Phaſeli 221.
Philo 303.
Phœbus 12.
Phrygiis 48.
Picti 221.
Pictura 68.
Pierides 397.
Piger 46. 263.
Pilis 92.
Pingunt 160. *pinxit* 110.
Pingueſcis 113.
Pinguia 460. 370.
Piſces 76. 116. 150. 331. 242. *piſcibus* 361. 278.
Piſcinarum 342.
Placidis 33. *placido* 100. *placidi* 58. *placida* 78. *placidos* 472.
Plagis 244.
Plaudenti 344.
Plauſus 263.
Plebis 127. *plebes* 163.
Plurimus 324.
Pollet 358.
Pollice 132.
Pompam 152. *pompas* 200.
Pompejani 215.
Pondera 225.
Pontus 32. 219. *pontum* 279. 289. *ponto* 358.
Popinis 124.
Populatrix 241.
Populos 407. *populorum* 409.
Portubus 473.
Potes [Sic Freh. 1.] 29.
Poſſent 353.
Poſt 87. 452.
Poſthabet 207.
Poſtponet 465.
Poſtquam 250. 277.
Poſuiſſe 319.
Potis 298.
Potens 378. 280. *potentes* 400.
Potiere 429.
Potientes 273.
Potus 30.
Pra 86.
Præbuit 180.
Præceps 272. 461. *præcipiti* 362.
Præcellere 30.
Præconia 404. 390. 453.
Præda 299.
Prædam 126. 255.
Prædo 282.
Præfecturarum 408.
Præferre 377.
Prælapſus 33.
Præmia 413. 420.
Prænomine 120.
Præpinguis 133.
Præſidium 401. *præſidiis* 456.
Præſignis 104.
Prætenero 86.
Prætentat 235.
Prætereo 7. 365.
Pratis 327. 335.
Prætexeris 45.
Prætextati 403.
Prætoria 286.
Prenſare 275.
Preſſa 54.
Prima 410. *primis* 10. 411. *primum.* 232. *prima* 47.
Pro 185. 187.
Probra 167.
Proceres 382. 402.
Procul 59. 149. 243.
Procurrunt 143. *procurrentis* 322.
Prodiga 104.
Prodit 62. *proditur* 100.
Prælia 212. 293.
Profligati 425.
Profundo 28. 55. 144. 241.
Prohibent 58.
Pronæa 354.
Pronus 27. 247.
Prope 44.
Propellite 427.
Properant 164. *properat* 355.
Properantibus 373.
Propexi 134.
Proprium 331. 402. *proprio* 158.
Proris 204.
Proſpectantia 455.
Protervia 172.
Protulit 192.
Prout 372.
Ptolemaidos 311.
Pubentia 303.

Pubertas 221. 382.
Pubes 228. 238.
Puellam 317. *puella* 234
Puer 256. 274.
Puerilibus 126.
Pugnas 217.
Pulcerrime 428.
Pulſus 100. 217. *pulſis* 391.
Pulſantes 374.
Pulſa 378.
Pulſu 294.
Puncta 111.
Puniceo 97. *puniceis* 117.
Puppibus 204.
Purpura 398.
Purpureum 13. 467. 427. *purpureus* 88.
Puram 405.
Purior 12.
Putat 234. *putas* 44.
Pyramis 313.
Pyrenen 441.

Q.

QVa 92. 111. 154. 198. 240. 245. 443. 472. 473.
Quadro 312.
Qua 15. 31. 50. 71. 78. 106. 285. 337. 434. 454.
Quaritur 15.
Quales 218. *qualis* 213.
Quam 200. 357.
Quamprimum 360.
Quamvis 410.
Quanquam 352.
Quanta 448.
Que 8. 9. 12. 38. 44. 50. 52. 56. 65. 66. 71. 77. 78. 79. 88. 90. 91. 105. 106. 118. 122. 127. 128. 129. 134. 146. 147. 149. 151. 153. 155. 156. 158. 163. 173. 179. 183. 185. 202. 210. 213. 217. 221. 225. 239. 251. 253. 258. 260. 268. 291. 298. 310. 317. 323. 325. 329. 336. 347. 350. 354. 363. 365. 380. 381. 393. 395. 397. 400. 402. 405. 409. 412. 417. 418. 419. 426. 431. 433. 434. 435. 437. 440. 441. 446. 449. 455. 459. 462. 466. 476. 477. 480. 482.
Querulus 121.
Qui 129. 303. 314. 324. 349. 368. 370. 388. 405. 409. 446. 405.
Quis 110. 125. 192. 287. 288. 289. 389. 474. 475. *quem* 136. 301. *quos* 250. 274. 401. 403.
Quid 335. 337. 389.
Quemque 372.
Quoſdam 270.
Qui 298.
Quietos 399.
Quin 384. *quin etiam* 327.
Quintiliani 404.
Quippe 161.
Quod 64. 65. 345. 351. 374. 421.
Quondam 3. 146. 257. 314.
Quoque 131. 200. 398.
Quotiens 43.
Quum 18. 39. 41. 61. 69. 93. 100. 140. 145. 172. 178. 180. 189. 192. 201. 209. 211. 222. 232. 338. 392. 394. 449.

R.

R*Abies* 292.
Ramis 14.
Ravis 121.
Rapidas 359. *rapidos* 35.
Rapina 259.
Raptat 255.
Ratium 217.
Recurſus 43.
Reddet 413. *reddit* 223. 265.
Redigit 224.
Redire 229.
Redo 89.
Refert 227, 297. *referunt* 216. *referuntur* 99.
Referenda 235.
Refluus 32. 463.
Reforos 341.
Refugit 323.
Regis 290.
Reis 401.
Remipedes 201.
Remulco 41.
Remi 40. *Remis* 226.
Reor 137.
Reparare 35. *reparat* 218.
Repetenda 414.
Rerum 456. 409.
Reſerat 13.
Reſonantia 296.
Reſpondet 190.
Rete 281. *retia* 246.
Retinent 54.

Retexens 298.
Reverentia 188.
Rexit 430. *texere* 405.
Rheno 418. 428.
Rhodanus 481.
Rhodopen 158.
Rictus 265. *rictibus* 251.
Rigua 8. *riguis* 327.
Ripa 240. 364. 458. *ripa* 141. 322. *ripam* 45. *ripas* 26. 41. 286. 371. 460. *riparum* 166. *ripis* 20. 432. 141.
Riſus 120.
Rivus 31. *rivos* 29. *rivis* 188.
Roma 378. 385. *Romæ* 380. *Romam*, 409.
Roſtra 221.
Rotatu 362.
Rubra 69.
Rudibus 183.
Ruens 466.
Rumore 22.
Rupes 355. 168.
Rura 416.
Rutilam 16.
Rutilantem 97.

S.

S*Acremus* 417.
Sacrum 443. *ſacras* 446.
Sape 375.
Sava 292.
Salar 88. 129.
Salmo 97. 129.
Salmona, 366.
Salve 24. 381.
Salutiferas 295.
Sanguine 460.
Santonico 463.
Saravus 367. *Saravi* 91.
Satis 151.
Satyros 170. 179. 183.
Sauromatum 9.
Saxi 34. 321. *Saxa* 359. 362. 466. *Saxis* 284.
Scena 169. *ſcenas* 319.
Scopulorum 332. *ſcopulis* 247.
Scopuloſis 92.
Scrutatur 341. 280.
Se 448. 461. *ſeſe* 198.
Secreta 187. *ſecretas* 281. *ſecretis* 56.
Secundo 39. 408. *ſecunda* 80.
Secures 406.
Securus 430.
Sed 16. 47. 77. 119. 186. 265. 349. 358. 421. 457.
Sedem 380.
Segmentis 119.
Segnis 262.
Segnius 44.
Senatum 402.
Senecta 449.
Senectus 96.
Senii 393.
Senſerunt 252.
Sera 252. *ſeria* 167. *ſeras* 192.
Sereno 12.
Seria 205.
Sermonem 294.
Serras 363.
Seſtiacum 287.
Seta 244.
Severa 384.
Si 98. 335. 357. 374. 474. 475.
Sibi 324.
Sic 59. 137. 157. 159. 160. 167. 230. 276.
Sicca 47.
Siculo 318.
Signis 346.
Silebo 115.
Silva 368.
Siluro 135.
Similes 318.
Simois 376.
Simulamina 228.
Simulacra 327. 346.
Sine 332.
Singula 299.
Sinit 80.
Sinuoſis 285. *ſinuoſa* 472.
Sinus 418. 355. *ſinu* 323.
Sit 387.
Sitientibus 7.
Smyrna 375.
Sol 378. 222.
Solatia 135.
Sola 48. 370. 386. 481.
Solia 470.
Solos 369.
Solum 5.
Solus 38. 317.
Solent 447.
Solitus 281.
Solida 53. *ſolido* 322.
Solli-

Sollicitare 446. *ſollicitent* 153.
Solvere 411. *ſolvis* 138.
Sonantia 216.
Sonoris 482.
Sorores 174. 179.
Sortite 39.
Sortis 81.
Sparſis 479.
Spatium 419.
Spatiatus 389.
Species 77. 189. 128. *ſpeciem* 18. 220.
Spectaſſe 150. *ſpectavit* 422. *ſpectans.* 55. *ſpectare* 234. *ſpectat.* 205.
Spectacula 152. 200.
Spectans 6. *ſpectante* 218.
Spectata 186. 308.
Spectator 386.
Speculatio 326.
Speculi 231.
Spernat 300.
Spina 89.
Spirat 316.
Spirantum 96.
Spiritus 257. 267.
Spumarum 107.
Squallet 114.
Squameus 85.
Squamigeri 83.
Squamoſus 101.
Stagna 106. *ſtagnis* 482. *ſtagnorum*. 121.
Stellatus 88.
Sternunt 53.
Stetit 178.
Stirpis 79.
Stolido 275. *ſtolidis* 165.
Stridenti 255. *ſtridentes* 127. 363.
Stringit 31. *ſtringunt* 203.
Stringenti 460.
Studiis 392.
Suis 182. 205.
Suus 313. 405. *ſuis* 188.
Suos 373. *ſuos* 377. *ſuis* 326.
Suum 475. 412. *ſuo* 145. 228. 261.
Sub 65. 71. 83. 114. 130. 173. 219. 223. 261. 270. 355. 357. 369. 410. 475.
Subjectas 247.
Subjectum 272. *ſubjecta* 166.
Subiit 279. *ſubiit* 253.
Sublimis 154. 321. *ſublimi* 329. *ſublima* 271. 401.
Subſtructa 337.
Subtegmine 397.
Subter 73. 214. 333. 454.
Subterlabentes 21.
Subtili 396.
Subvecta 108.
Succedunt 78.
Sudore 341.
Sudus 13.
Sulcata 64.
Sulphurei 209. *ſulphurea* 337.
Summo 164. *ſummas* 99. *ſummos* 401. *ſummis* 161. 333.
Sumpſit 279.
Sunt 445.
Super 4. 154. 159. 197. 205. 259. 336. 423.
Superante 35.
Superne 110.
Supplens 412.
Supremos 264.
Sura 353. 356.
Surgunt 146. *ſurgit* 313.
Suſpendit 315.
Syracoſii 304.

T.

TAbernas 8.
Tacito 22. 454. *tacitam* 370.
Talis 68. 144. 238. *talia* 283.
Tam 109.
Tamen 75. 143. 467.
Tandem 10. 349. 411.
Tantus 347. 373. *tanto* 436. *tantum.* 387. 410.
Tarbellius 468.
Tarnem 465.
Taurina 471.
Te 97. 1[illegible]5. 141. 142. 351. 353. 382. 383. 455. 459. 477. 478. 479. 482. 483.
Tecti 316. 329. *tecta* 336.
Tectonicas 299.
Tectoria 335.
Tela 260.
Telas 397.
Telluris 145.
Temperat 442.
Templi 315.
Templis 392. *tempora* 303. 452.
Tendens 49. *tendentis* 161.
Tenens 324.
Tenuere 408.

Tenui 397. 444. 474. *tenuem* 365.
Teres 133.
Terens 165.
Terga 55. 205. *tergum* 111.
Tergora 88. 112. 136.
Terna 92.
Terras 36. 291. *terris* 319. 326.
Terrent 174.
Teſtudine 316.
Texere 294.
Theatro 156.
Thetyn 281.
Thracia 155. 159.
Tibi 95. 356. 374. 461. 445.
Tibris 377.
Timent 147.
Tincas 125.
Titulo 408.
Torpida 264.
Torquens 362.
Torta 368.
Tot 77.
Totam 447. *tota* 67. 194. *toto* 240.
Tractus 154. 283. 416.
Trahit 317. *traxit* 304. *trahit* 472.
Trahens 243. 363.
Tranquillo 245. *tranquillos* 140.
Tranſire 206. *tranſiera* 1. *tranſierim* 98.
Tremant 435. *tremit* 194. *tremunt* 64.
Tremens 166. *trementes* 270.
Tremori 353. *tremores* 264.
Trepidant 353.
Trepido 29. *trepidos* 173.
Tribunal 405.
Tridentu 81.
Triberia 87.
Triremes 213.
Triumphos 422. *triump*[illegible] 211.
Tu 33. 39. 45. 82. 91. 95. 101. 131. 430.
Tui 373. 390. *tuo* 355. *tuos* 43. *tuus.* 385.
Tua 350. *tuas* 355.
Tuere 380. *tuetur* 334.
Tuentes 170.
Tuendo 310.
Tum 399.
Tumultus 364.
Tunc 182. 435.
Turba 141. 249. 250.
Turget 195.
Turrim 330.
Tutela 81.

V.

V*Ado* 35. *vada* 40. 61. 73. *vadis* 173. 183. 192.
Vaga 98. 250. *vagos* 153.
Vagantem 205.
Vaporiferi 210.
Vaporem 340.
Varios 202.
Vatem 375.
Vbi 3. 58. 130. 266. 290. 470.
Vda 259.
Ve 145.
Vel 308. 473. 575.
Velut 136.
Vena 448.
Veniam 378. 445.
Venit 425.
Venter 105.
Venus 211.
Ventus 258. *venti* 33. 58. *vento* 145. *ventos* 268.
Verba 297.
Verbere 174. 255. *verbera* 98.
Vero 240.
Vertit 244.
Vertice 164.
Verus 435. *verum* 389. *veri* 239.
Veſevi 210.
Veſte 368.
Veſtit 157.
Veſtigia 47. 54.
Vetat 291.
Veteris 404. *veteri* 2. *veteres* 478. 207. 387.
Vexate 91.
Vias 39. 150. 433.
Viator 165.
Vibrantis 254. *vibrantes* 66.
Vibratur 263.
Vibratis 237.
Vicini 147.
Vico [illegible]2.
Victus 390.
Videri 428. *videntur* 190.
Vidi 270. 341. *vidit* 402.
Vigor 261.
Viguere 307.
Villa 284. *villarum* 20. *villas* 320.
Vincula 14. 42.
Vindemia 157. 195.
Vindicat 323.

Vincta

Vineta 160. 210.
Viret 159.
Virentem 418. *virentia* 416.
Vires 434.
Virga 248.
Virguncula 224.
Viridi 15. 64. 162. 193. 219. *viridem.* 67. *virides* 21. 69. 125. 141. 196. 202.
Viridiſsime 26.
Viridantibus 335.
Virorum 415. *virum* 381.
Viritim 394.
Vis 121.
Viſcere 86. 97.
Viſentibus 16.
Viſus 154. 325. *viſu* 19. 59. 186.
Vitam 262.
Vitea 25. 152.
Vites 196. *vitibus* 156.
Vitreo 28. 55. 423. *vitreas* 179. *vitreis* 195.
Vivi 477. *vivis* 343.
Viviſca 438.
Vix 138.
Vlla 34. *ulli* 186.
Vltima 161.
Vlva 122. *ulvis* 45. 139.
Vmbra 90. *umbrarum* 196. 238. *umbras* 192. 224. 313.
Vnda 227. *undas* 27. 99. 247. 355. *undis* 71. 195. 290. 373.
Vndiſona 367.
Vnde 5.
Vndique 7.
Vnus 386.
Vocat 368.
Voces 295. 296.
Volet 474. *voluit* 339.
Volgi 125.
Volucres 310.
Volveret 369.
Volumine 306.
Volutus 464.
Vos 426.
Vrbis 421. *urbem* 480. *urbes* 405. 454.
Vrget 372.
Vſque 75. 814.
Vſurpo 366. *uſurpat* 325.
Vſus 123.
Vt 27. 28. 40. 56. 65. 225. 257. 343. 369.
Vtraque 364. 458.
Vtrique 431.
Vtrinque 296.
Vvas 175.
Vulnera 252.

FINIS.

INDEX AVCTORVM IN M. FREHERI AD AVSONII MOSELLAM

Notis citatorum, emendatorum, illuſtratorum; appoſitis numeris pagellarum.

A.

ACron in Horatium 384, a.
Ælianus 438, b.
Æneæ Sylvii Germania. 436, b.
Æthicus 357, b. 430, b.
Agricola 370, b.
Aimonius 362, a. 414, a. 433, b. 436, a. 440, a.
Albertus M. 377, b.
Alciatus 355, a. 413, b.
Ambroſius 379, b. 407, a. 444, a.
Ambroſii vita 427, a.
Ammianus. V. Marcellinus.
Anaſtaſius 395, b.
Anglicana Gloſſa 377, b.
Annales Francici 440, a.
Annales Treverici 403, a.
Antholog. Brod. 438, b.
Anton. Auguſtinus 424, b.
Antonini Itinerarium 350, a. 352, a. 357, b. 359, a. 430, a. 432, a. 441, b.
Apollonius refutatus 484, a.
Appianus 397, b. 428, b.
Apulejus 377, b. 381, a. 409, b.
Ariſtoteles 432, b.
Arnulfi hiſtoriola ſuſpecta 380, b.
Auſonius 349, a. 353, b. 355, a, b. 360, b. 361, a, b. 370, a. 374, a. 376, a. 378, a, b. 379, a. 384, a. 497, a. 409, a. 413, a, b. 415, a. 419, a, b. 423, a, b. 424, a. 428, b. 429, a, b. 431, a. 431, b. 432, b. 437, a. 440, a. 441, b. 442, b.

B.

BArtaſſius 374, a.
Beda 414, a.
Bellonus 370, b.
Bernardus 379, b.
Birckheimer 429, b. 431, a.
Bodinus de moneta 377, b.
Boulenger 426, a.
Bouſſetus 370, b.
Br. Notæ 439, a.
Brito 446, b.
Brod. in Anthol. 438, b.
Brow. Acta 444, a.
Bruſchius 357, a. 358, b. 403, b. 410, a. 432, b.
Busbequius.

C.

Iulius Cæſar 354, b. 357, a. 361, b. 429.
Cæſarius Heiſterbacenſis 357, a. 412, a. 439, a, b.
Calphurnius 382, b.
Cambdenus 369, a.
Capitolinus 425, a.
Carolini annales 439, b. vita 440, a. poëta *ibid.* de imaginib. 422, a.
Caſaubonus 431, b. 433, b.
Caſſiodorus 366, b. *ibid.* 370, a. 377, b. 380, a. 386, b. 395, b. 403, a. 407, b. 408, a. 415, a. 422, b. 423, b. 433, b. 434, a. 441, a.
Caſtalius 423, a.
Catalecta 401, a.
de Catharis 439, a.
Cato 372, b.
Celtes 433. b.
Guil. du Choul. 407, b.
Chronic. Metenſe 444, b.
Chronicon Treverenſe. mſcr. 434, a. 439, a. 444, a.
Cicero 378, a.

Clau-

Claudianus 356, a. 361, b. 366, a. 369,a. 386,a. 395,a. 403,a. 408,b. 409,a. 413,a. 419,a,b. 422,a. 425,b. 429,a. 430,b. 440,b. 442,b.
Codex Theodoſianus 361,b. 433,b.
Columella 363, a. 373, a. 377, b. 378,a. 385,a. 395,b.
Corippus 428, a.
Cratepolius 444, b.
Curio 423, b.
Curtius 415, b.
Cuſanus
Cuſpinianus 409, a.

D.

DAnæus 430, b.
Dicæarchus 354, b.
Dionyſius Geographus 355,b. 424,b.
Dubravius 370, b.
Duſa 401, a.

E.

ENnius 373, b. 381, a.
Epigramm. vet. 406, b. 426, b.
Euagrius 426, b.
Eucharius 420, a.
Eucheria 379, a.
Eumenius 431, a.

F.

FEſtus 429, b.
Flaccus 430, b.
Floridus 415, a.
ForoIulienſis 380, b.
Fortunatus 374, b. 381, b. 395, b. 409,b. 411,a. 412,b. 418,b. 434,a. 439,a. 442,a. 443,a.
Freherus 353,b. 374,b. 380,a. 424,a. 428,b. 437,a. 440,a. 444,b.
Frontinus 352,a. 363, a.

G.

GAlba 403, b.
Galenus 373,b. 377,a.
Gargilianarum thermarum epigramma 406, b.
Gellius 425, a.
Gentilis 418, a.
Geſnerus 370, b.
Giraldus 374, b.
Gloſſæ antiquæ 379, b.
Goaris miracula 364, a.
Goropius 395, a.
Gregorius Turonenſis 364,a. 395,a. 406, a. 414, a. 427, a. 428, a. 444, a.
Gruterus 387, b.
Gyllius 378, a.

H.

HElmoldus 355, b.
Heroldus 429, a. 430, b.
Heſiodus 363, b. 364, a. 440, b.
Hieronymus 358, b. 395, a. 423, b. 426, b.
Hiſtoriola Tyrſi & Palmatii 358, a.
Horatius 353,b. 384,a. 415,a. 425,a.
Huttenus 426, a.

I.

IDacius 444, b.
Inſcriptiones. Vide in Indice rerũ.
Iordan 424, b.
Iornandes 355, a. 369, b. 409, a. 424, b. 429, b.
Iovius 370, b. 379, b.
Iſidorus 473, b.
Itinerarium Auguſtini. Vide A.
Itinerarium vetus 443, b.
Iulianus 358, b.
Iunius Hadrianus 426, a. 431, a. 439, b.
Iuretus 362, b. 382,a. 396,a. 408, a. 413, a. 414, b. 419, a, b. 420,b. 433,b. 467,b.
Iuvenalis 377,a. 379,b. 419,a. 424,a. 443, b.

K.

KYriander 445, a.

L.

LAmpridius 419, b. 425, a.
Leodius 433, a.
Licinius 403, a.
Ligurinus 426, a. 430, a. 439,a. 441, a. 444, a.
Lipſius 397,a. 407,b. 467,b.
Longolius 357, a.
Lucanus 370,b.
Lucianus 362, b. 373, b.
Lucretius 370, b. 389, a.

Macro-

M.

MAcrobius.
Manuſcript. Palatin. 445, a.
Marcellinus 350, a. 351, a. 353, a. 354, a. 355, b. 357, a. 359, b. 362, b. 365, a. 386, b. 413, a. 429, b. 430, a. 433, b. 440, b. 441, a.
Marcianus 427, a. 430, a, b.
Martialis 378, b. 379, b. 395, a. 425, b. 437, a, b.
S. Martinus 444, a.
Martyrologium 440, b.
Martyrum hiſtoriæ 239, b.
Marullus 413, b.
Maſſarius 370, b.
Mela 356, b.
Mercator 397, b.
Metenſe Chronicon 444, a.
Mollerus 412, b.
Munſterus 354, b.

N.

NEmeſianus 385, a. 429, a.
Niger 363, a.
Nihem 396, a.
Nonnus 432, a. 436, b.
Notæ Senecæ 434, a.
Notitia Imperii 362, a. 430, a. 439, a.

O.

OLympiodorus 241, a.
Optatianus 428, b.
Oroſius 355, a. 386, b. 423, b. 427, a.
Ortelius 352, a. 357, a. 373, b. 397, a, b. 412, a. 424, a. 439, b. 444, a, b.
Otfridus 436, b.
Ovidius 363, a. 366, b. 370, a, b. 373, b. 379, b. 380, b. 386, b. 392, b. 393, a, b. 401, a. 408, b. 411, b. 413, b. 420, a. 425, b. 430, b. 432, b. 438, a.

P.

PAlatinum manuſcriptum 445, a. 446, a.
Panegyriſtes 359, a, b. 363, b. 409, a. 415, a. 426, a. 428, a, b. 431, a. 433, b.
Panegyrici 350, a. 420, a. 424, a. 440, b. 444, a.
Pantaleonis annales 357, a.
Papias 379, a.
Papinius 374, a.
Paulinus 355, a. 370, a. 385, a. 427, a.
Paulus Forojulienſis 380, b.
Pauſanias 310, a.
Pedo 439, b.
Perſius 425, a.
Petrarcha 426, a. 441, a.
Petronius 363, b. 367, a. 391, a. 407, b. 426, a. 467, a.
Peutingeriana tabula 352, a. 357, a. 357, b. 359, a. 430, a.
Philargyrus 425, a.
Philo 423, a.
Pirckheimer 429, b. 431, a.
Piſcennius 363, a.
Pithœus 414, b. 433, b. 445, a.
Plautus 377, b.
Plinius 377, a. 379, a. 380, a. 384, a. 395, a. 407, a. 409, a. 424, b.
Plutarchus 429, b.
Pollio 362, a.
Pontanus 441, a.
Potianus 434, a.
Privilegium Conductus Trevirenſis. 446, a, b.
Privilegium Ottonis apud Nihem. 396, a.
Procopius 444, a.
Proſper 443, a.
Provinciarum Catalogus 430, a.
Prudentius 370, b. 386, a. 387, a. 440, b.
Ptolemæus 355, b. 357, b. 414, a. 427, a. 429, a. 429, b. 430, a. 431, a.
Publius Optatianus 421, b.

Q.

QVintilianus emendatus. 378, a.

R.

RHenanus 354, b. 369, a. 415, a. 424, a. 428, b.
Rictiovari geſta 359, a.
Ritterſhuſius 395, a.
Rondeletius 370, b. 372, b. 373, b. 376, b. 377, a. 378, b. 379, b.

Ruper-

Ruperti vita 350, b.
Rutilius 382, b. 420, a. 425, b. 433, a. 434, a. 438, a, b.

S.

Salvianus Maſſilienſis 414, a. b.
Salvianus Tiphernas 370, b. 374, a. 376, b. 377, a. 378.
Savaro 379, a. 388, a. 391, a. 407, b. 419, a. 436, a.
Scaliger Iulius Cæſar 380, b. 431, a.
Scaliger Ioſephus 372, b. 373, a. 374, b. 376, a. 378, b. 387, b. 397, a. 397, b. 405, a. 412, b. 419, a. 420, a. 429, b. 431, a. 440, b. 441, a. 442, a. 443, b. 444, a, b.
Seneca 408, b.
Senecæ notæ 434, a.
Sequeſter Vibius 357, a. 438, a.
Sidonius Apollinaris 352, a. 355, b. 362, a. 363, a. 372, b. 386, a. 395, a. 406, b. 407, b. 408, a. 413, a. 418, a. 419, b. 423, b. 428, b. 433, b. 436, a, 441, b.
Sigonius 337, a.
Silius Italicus 351, a. 364, a. 385, a. 428, b. 438, b. 441, a.
Solinus 432, b.
Spartianus 363, b. 396, a. 407, b.
Statius 394, a. 407, b.
Stephanus Henricus 377, b.
Strabo 424, a. 429, b. 431, a. 432, b. 443, b. 444, a.
Suetonius 361, a. 377, b. 383, a. 387, a. 439, a.
Sulpitius 353, a. 397, a. 427, a. 440, a.
Sulpitia 363, b.
Surita 351, b.
Symmachus 363, a. 363, b. 382, a. 407. b. 408, b. 429, b.

T.

Tabula Itineraria 411, b. 427, b. Peutingeriana. V. Peut.
Tacitus 351, b. 356, b. 357, a. 360, b. 369, a. 382, b. 385, a. 395, a. 408, b. 421, a. 424, b. 425, a. 426, a. 429, b. 430, b. 432, b. 438, b. 440, b. 444, a.
Terentius 374, a.
Tertullianus 369, a. 377, a.
Themiſtius 354, b. 418, b. 423, a. 432, a. 433, b.
Theodericus Rex in Epiſt. variis. 420, b.
Thermarum Gargilian. Epigramma 406, b.
Thoromachus 414, a.
Tibullus 408, a. 442, b. 443, b.
Trajani columna 424, b.
Trebellius Pollio 362, a.
Treverenſe Chronicon, manuſcriptum, annales 403, a. 434, a. 439, a. 444, a.
Trithemius 354, a. 356, a. 382, a.
Turnebi adverſaria 374, a. 407, b.
Turonenſis. vide Gregorius.

V.

Valerius Flaccus 430, b.
Varro 356, b. 373, b. 378, a. 397, b.
Vegetius 352, a. 354, b.
Velſerus. Vide W.
Victor 351, a. 355, a, b. 359, a. 423, b.
Vinetus 353, b. 411, b.
Virgilius 356, a. 360, b. 362, a. 363, a. 365, a. 369, a. 380, a, b. 382, a. 384, b. 401, a. 411, b. 415, b. 422, a. 425, a. 430, b. 432, a. 433, b. 434, a. 438, a. 444, b.
Vitruvius 396, b. 357, a. 429, b. 432, b. 444, a.
Vivianus 307, a. 423, a.
Vlpianus 423, a.
Vopiſcus 355, a 423, b. 424, a. 425, a. 427, a. 433, b.

W.

Walefridus Strabo 378, a. 436, b.
Warnefridus 401, a. 433, b.
Welſerus 427, a. 467, a.
Wigberti vita 440, a.

Z.

Zeno 364, a. 386, a.
Zoſimus 351, a. 355, a, b. 362, b. 427, a.

FINIS.

INDEX AVCTORVM

cum à me præcipue, tum ab aliis emendatorum.
Numeri & Notæ ut in Indice principe.

A.

Ælianus. Edyll. IV, 1, 4. 309, b. Omiſſ. 797, a.
Agathias, à Scaligero. Prof. I, 28. 147, b.
Ampelius. Epit. XXXI, fin. 209, b.
Anacreon. Ephemer. Parecb. ℣ſ. ult. 97, a.
Antonini Itinerarium à Scaligero. Epiſtol. X, 16. 611, a. Epiſt. XV, 21. 626, b.
Apulejus. Epigr. XC. 1. 59, b.
Artemidorus. Omiſſ. 764, a.
Auctor Panegyrici ad Piſones. Edyll. IV, 4. 309, a. Gr. Act. 716, b.
— *Belli Alexandrini*. Sapp. Ludio. 1. 270, b.
Avienus. Epiſt. XIX, 1. 654, b.
A. Gellius illuſtratus. Edyll. XI, 1. 451, b. in Eclogario, De rat. puerper. 6. 541, b.
— Emendatus à Scaligero. Vrbb. II. Edyll. XIII in fine. 516, a.
Aurelius Victor. Omiſſ. 776, b.

C.

Canones Eccleſiæ Africanæ. Omiſſ. 784, a.
Caſſiodorus, à Scaligero. Edyll. X, 107. 375, b.
Catalecta Vett. Poëtarum. Epigr. XXXIV. 28. Epigramm. LXXIII. 51. Epigramm. LXXVI, 6. 53, a. Profeſſ. I, 37. 148, a. Edyll. X, 48. 366, b. 452. 432, a. Edyll. XI, 20. 455, b. Edyll. XIV, 1. 520, a. Eclogar. De luſtr. Agon. 564, a.
— defenſa. Omiſſ. 774, a.
Catullus. Ephemer. Parecb. ℣ſ. ult. 97, b. Profeſſ. VI, 51. 164, b. Sap. Lud. 7. 270, a. Edyll. IV, 42. 312, b.
Cicero. Prof. I, 14. 145, b. Edyll. IV, 4. 309, b. Edyll. VI, 90. 370, a.
Cinna diſtichon illuſtr. à Scaligero. Epigr. LXX.
Codex Theodoſianus, à Scaligero. Epiſtol. XXIV, 79.
Columella, à Scaligero. Epigr. XV. 16.
Curtius. Perioch. Iliad. II, 3. 741, a.

D.

Dictys Cretenſis. Edyll. IV, 4. 309, b. Epiſt. I, 14. 568, b. Gr. Act. 732, b.

E.

Epigramma Græc. à Scaligero. Edyll. XII, in fine. 499, a.

F.

Florus. Edyll. XII, in Grammaticomaſt. Epiſt. IX, 38. aliquoties. 605, b.
Frontinus. Edyll. X, 37. 365, a.

G.

Vilielmus Brito. Edyll. IV. 97. 319, a. fine.

H.

Ieronymus. Epit. XXVII, 8. 206, b.
Horapollo. Perioch. Odyſſ. XXIV. 771, a.
Homeri interpres notatus. Edyll. VII, 10. 342, a.
Horatius, à Scaligero. Edyll. XI, 53. 465, b.
Horatii lectio confirmata. Epiſt. IV, 66. 583, a.
Hyginus. Epiſt. XXVII, 3. 206, a.

I.

Inſcriptio explicatur. Omiſſ. 284, a.
Inſcriptiones variæ nuper repertæ. Omiſſ. 789 & ſeqq.
Iuſtinus. Edyll. XI, 90. 472, b.
Iuvenalis explicatus à Scaligero. Profeſſ. V, 7. 157, a.

Luca-

L.

LVcanus, Edyll. IV, 4. 309, b. à Scaligero. Edyll. x, 468. 437, a.
Libanius Sophiſta. Ephem. Parecb. II. 96.
Longini lectio defenſa. Per. Iliad. II. 742, a.
Lucilius, Edyll. I, 26. 295, b. à Scaligero. Epiſt. XXI, 35. 620, b.

M.

MAmertinus. Epit. XXXII, 6. 210, b.
Manilius, à Scaligero. Epiſt VII, 48. 597, b.
Martialis, à Scaligero. Epiſt. XII, 34. 620, a.
Menander, à Scaligero. Edyll. VI, 24. 328, b.

N.

NEpos. Vrb. x, 1. 248, a. Periocharum Iliad. II. 740, a.
Nonius reprehenſus. Profeſſ. III, 6.
--- Emendatus. Omiſſ. 796. 779.
Notitia Imperii, à Scaligero. Epiſt. x, 16. 610, b.

O.

OPtatus Milevitanus. Epiſt. IX. 46. 607, a.
Ovidius, illuſtr. à Scaligero. Profeſſor. XIII, 6. 173. ab Accurſio. Per. Odyſſ. XXII, 1. 769, a, b.

P.

PAulinus, Epiſt. XXV, 73. 698, b.
Paulus Diaconus. Omiſſ. 776, b.
Petronius. Edyll. XII, In Grammaticomaſt. 495, b.
Phædrus. Edyll. VI, 90. 337. Edyll. XII, Per interrog. fine. 490, b.
Plauti lectio defenſa. Sap. Solone 6. 274, a.
Plinius. Sap. Biante, In ſententiis 2. 288, a. Edyll. VI, 41. 332, a. Edyll. VI, 41. 332, a. Edyll. XI, 90. 472, a. Epiſt. I, 14. 568, b. Epiſt. IX, 7. 601, b. Ibid. 28. 603, a. Gr. Act. 705, a.
--- à Scaligero. Epiſtol. XXIV, 79. 684, b.
--- defenſus. Omiſſ. 775, b.
Plutarchus Per. Iliad. II. 741, b.
Polybii lectio defenſa. Per. Iliad. II. 741, b.
Prudentii lectio defenſa. Epit. XXXII, 3. 209, b. Omiſſ. 776, b.
--- Emendatus à Scaligero. Sapp. In Ludio. 271, b. Omiſſ. 794, b. fine.

R.

RVtilius. Omiſſ. 797, a.

S.

SAlluſtius. Edyll. VI, 63. 334, b. Epiſt. IV, 66. Perioch. Iliad. II. 741, a.
Scholiaſtes Iuvenalis. Omiſſ. 797, b.
Sedulius. Edyll. IV, 97. 319, b.
Seneca. Eclogar. De luſtr. agonibus. Epiſt. XXI. 663, a.
Serenus Sammonicus. Edyll. IV, 4. 309, a.
Servius. Epigr. I, 3. 2, b. Edyll. VI. 24. Edyll. VIII, 22. 330, a, b. Edyll. XI, 90.
Severus in Ætna. Epigr. CVI, 3. 68.
Spartianus tentatus. Omiſſ. 793, b.
Statius. Prof. III, 3. 151, b. Vrb. II, 6. 228, b. Sapp. Ludio 7. 270, a. Edyll. x, 68. 369, b. & 263. 391, a. Epiſt. IV, 47. 579, b. Epiſt. IX, 38. 606, a. Epiſt. XX, 8. 659, b. Epiſtol. XXII, yſ. 5. 670, b. Perioch. Iliad. XVII, 2. 749, b.
Strabo, à Scaligero. Edyll. x, 464. 435, a.
Suidas defenſus. Perioch. Iliad. II. 741, b.

T.

TErentius tentatus. Eclog. in fine, 2. 566, a.
Tertullianus. Omiſſ. 792, b.
Theocritus. Edyll. XIV, 17. 521, b.

Theodoretus illuſtratus. Edyll. VII, 20. 341, b.
— Emendatus. Edyll. XII, In literis. 491, b.
Trebellius Pollio. Vrb. III, 5. 231, a. Edyll. VI, 83. 336, b.

V.

V*Alerius Maximus*. Sapp. Pittaco, 5. 285, b. Per. Iliad. II, 741. a.
Varro, à Scaligero. Epiſt. X, 15. 610, b. Edyll. XII.
Varro, Profeſſ. I, 37. 148, a. tentatus. Edyll. VIII, 22. 344, b. Omiſſ. 798, a.
Vellejus. Epit. XXXI, 2. 108, b. Edyll. IV, 4. 309, b. Edyll. VI, 90, 337, a. Edyll. X, 163. 383, a.
Virgilius. Ephemer. Orat. 52. 101, a. Profeſſ. I, 37. 148, a. *Virgilii* lectio confirmata. Edyll. II, 1. 297, b. Eclog. De auct. agon. 2. 566, a.

FINIS.

INDEX

INDEX VERBORVM

uſus rarioris ; veterum , novorum.

A.

ADerevi, activum ut Scaliger opinatur. Epiſt. xi, 10. 615.
Admorſus ſubſtant. Edyll. ii, 56. 303.
Æquanimus. Lud. ſept. Sap. 3. 264. Edyll. iii, 10. 304. Gr. Act. 711.
Æquilatus. Edyll. xi, 51. 463.
Æquimanus. Edyll. xii, 3. 488.
Altivolans. Edyll. xii, 11. 483.
Amnigenus. Edyll. x, 116. 377.
Anteperea. Epigr. xxxiv, 2. 28.
Anticipator. Ephem. Orat. 9. 98.
Apalaria. Epiſt. xxi, 6. 662.
Apices, literæ. Gr. Act. 181. 732.
Aſpicuus. Epiſt. xxiii, 22. 676.
Atricolor. Epiſt. vii, 52. 598.
Autumnat. Eclogar. 5. 552.
Autumnus, a, um. Precat. 10. 344.

B.

BVrra. Præfatiunculâ ad Pacatum, 5.

C.

CÆligena. 36. 563.
Celeripes. Parental. xxvii. 140.
Chalcidicum. Perioch. 1. Odyſſ. 3. 755. Perioch. Odyſſ. xxiii. 770.
Comparilis. Eclogar. 38. 545.
Conditus, ſubſtant. Prof. xv, 17. 175.
Congrex. Edyll. xi, 53. 465. Epiſt. x, 21. 611.
Conſalutare. Gr. Act. 35. 704.
Conſiſtorium. Gr. Act. 159. 727.
Conſponſus, Particip. Epiſt. x, 11. 610.
Conſtrator. Edyll. xii, 8. 481.
Conſultus, ſubſtant. Cæſſ. 223.

D.

DEcoramen. Edyll. x, 320. 405.
Dedecor. Epiſt. ix, 5. 601.
Dejugis. Edyll. x, 165. 383.
Delenificus. Epiſt. xvii, 3. 639.
Devians. Prof. v, 38. 160.
Digno, dignat. Epiſt. xvi, 60. 635.
Diſpoſitus, ſubſtant. Vrbb. xiv. 15. 259.
Dixe, dixiſſe. Sapp. 7. 270.
Duodetriginta. Eclogar. 7. 555.
Duodevîginti. Parental. 16. 139.

E.

ENdo. Edyll. xi. 12. 497.
Exequialis. Parent. Prof. 4. 108.

F.

FAlcidicus. Epigr. cxviii, 17. 74.
Falciger. Eclog. 36. 563.
Fiſſipes. Epiſt. v, 1. 589. Epiſt. vii, 49. 598.
Fletifer. Edyll. vi, 74. 336.
Floriparus. Edyll. xi, 1. 488.
Frons & fruns. Edyll. xi, 13. 498.
Fructi. Sapp. 10. 279.

G.

GAllulus. Vrbb. viii, 2. 239.
Gnaruris. Epiſt. xxii, 19. 671.
Goërus. Eclogar. 7. 560.
Grates agere. Gr. Act. 147. 725.
Gratulatio, gratiarum actio. Gr. Act. 5. 10. 700.

H.

HEbere. Epigr. lxix, 7. 45.
Honorificentia. Gr. Act. 114. 718.

I.

IGnicomus. Epiſt. vii, 8. 595.
Immaculabilis. Gr. Act. 151. 726.
Imminutio. Edyll. xiii, 1. 514.
Improperanter. Epitaph. xxxv, 3. 212.
Ineptiola. Edyll. xi, 7. 448.
Inimicare. Epiſt. xxiv, 63. 683.
Inoleſti, inoleviſti. Gr. Act. 193. 734.
Interminus. Epiſt. xvi, 39. 634.
Iricolor. Epiſt. iii, 15. 573.
Irrequies. Edyll. xii. 478.

L.

LAcis, Lacubus.
Lacticolor. Epiſt. vii, 54. 598.
Lallum. Epiſt. xvi, 91. 637.
Lemma. Edyll. vi præf. 6. 324.
Lentipes. Epiſt. xxi, 40. 662.

Limicola. Epiſt. VII, 54. 598.
Limigenis & Limigeris. Edyl. X, 45. 366.

M.

MElum. Parental. 140.
Meminens. Profeſſ. I, 40. 148.
Menis. Prof. in Coronide I, 187.
Menſum, menſium. Eclog. 4. 555.
Mino, minas. Epigr. LXVII. 43.
Modificus. Parental. XXVII. 140.

N.

NAutalis. Edyll. X, 223. 389.
Nauſum. Epiſt. XXII, 3. 669. Epiſt. XXII, 38. 673.
Necopinus. Gr. Act. 711.
Ninguidus. Vrbb VIII, 5. 251. Epiſtol. XXIV, 69. 684. Epiſt. XXV, 51. 695.
Nocticolor. Edyll. XII, 7. 481.
Novatus, ſubſtant. Edyll. XIV, 39. 523.

P.

PApyrius. Epiſt. VII, 48. 597.
Parada. Epiſt. V, 27. 592.
Peregris. Epiſt. XVII, 14. 641.
Plaſma. Epiſt. X, 2. 607. Perioch. Iliad. præf. 3. 738.
Plebes. Edyll. I, 8. 294. Edyll. X, 163. 382.
Pœnitudo. Sapp. 22. 283.
Pootor. Edyll. VI præf. I. 324.
Potabilis. Vrbb. XIV, 31. 261.
Præſidatus. Prof. XV, 18. 175.
Precatus, ſubſtant. Epiſt. XXIV. 114. 688.
Præcoquus, a. Epiſt. XXI, 15. 671.
Properiter. Parental. 140.
Proſcholus. Profeſſ. XXII. 184.
Pueritiés. Profeſſ. X. 17. 168.
Pullipremo. Epigr. LXX, 8. 48.
Pultificus. Edyll. XII, 5. 481.

Q.

QVadruus. Vrbb. XIV, 12. 258.
Quinquegenus. Edyll. XII, 10. 482.

R.

REmipes. Edyll. X, 201. 386. Epiſtol. V, 32. 592. Epiſt. III, 12. 573.

S.

SAltim. Epiſt. VII, 22. 596.
Salutiger. Eclogar. 10. 552.
Sciſcitator. Gr. Act. 59. 708.
Scripſe, ſcripſiſſe. Sapp. I. 270.
Secabilis. Eclogar. 7. 538.
Segregus. Parental. VIII, 10. 122.
Serenatus. Epigr. I, 3. 2.
Serietas. Parental. II, 6. 111.
Sola, ſolius. Edyll. XIII, 4. 499.
Subdoctor. Prof. XXII. 184.
Subulo. Epigr. LXX, 8. 48.
Suppilo. ibid.

T.

TEporus. Eclogar. I. 560.
Transmeabilis. Gr. Act. 734.
Triportium. Edyll. X, 87. 372. Eclogar. 5. 560. Epiſt. IV, 60. 582.
Trijugis. Epiſt. VIII, 7. 599.

V.

VAriegare. Edyll. XIII, 28. 507.
Veſtiſluus. Edyll. XII, 23. 487.
Vibrabilis. Epiſt. XXIV, 108. 688.
Vigilax. Ephemer. 2. 94.
Vnigena, unigenus. Ephem. 47. 100.
Volucripes. Epiſt. XVI, 104. 638. Epiſtol. XXI, 14. 666.

FINIS.

ERRA-

E R R A T A.

LEgendum in Dedicatione pag. 14, lin. 13 à fine *oratio*. p.16, l.7 *peculatui*. In Teſtimoniis de Auſonio, p. 28, lin.6ta finali *Semone*. In ipſo Opere pag. 14, a, lin. 10. *ἀγὲς ἀνθρώπων*. p.15, b, prope fin. *Havrai*. p.18, lin. textûs ultimâ *avi meritum, non*. p.19, a, *αὐτοῖς ἰμελε*. ib. *λεῶν, ὅ ἐστι*. p.20, b, lin.9 *Meroë*. p. 22, b, in med. *τέφον αἰγοῦ μαι*. p. 23, a, l. 18 *χαριτοπλοκαμοσμίνη*. p. 26, b, lin. 13 fin. *Myſta Phanacen*. p. 29, lin. textûs 7, 8 fin. L *m*. p. 30, a, lin. ult. *Babylonicas*. p. 31, a, l. 11 fin. *γὰρ*. p. 32, a, initio *Vide & Ep. 58*. p.34 ad verba Epigr. XLV *Rhetoris hac Ruſi*] *Indiſertum Rhetorem arbitrer alieno quàm proprio nomine deriſum voluiſſe, ſumto Ruſi nomine ex Gracis Epigrammatis, qua* &c. p. 51, a, l. 13 fin. quæ non ſuo loco leguntur. p. 35, a, l. 4, 5 *probet:* & mox *ſive in Ruſo ſunt. Hinc & Epigr.* 51 *&* 52 *primum & tertium her.* &c. p. 40, b, l. ult. *Tilianus, ſi fallo*. p. 45, b, l. 13 fin. *intercidere*. p. 46, a, l. 5 *Armeſia*, f. *Artemiſia*. p. 47, b, in med. transpone *τὰ teſte Diodoro* poſt *ab Ægyptiis*. & mox: *Caſar ref. l.* VI. p. 56, b, dele *Lucianus -- cap.* 30. p. 58, a, in med. *Δόδεκα ποτόν*. p.61, a, l. fin. *τοῦ ἰσαύτου*. p. 62, b, l, 8 *Alex. l.* 1. 11. p. 69, a, l. 4. *Virgiliana*. p. 88, a, l. 6 fin. *dici monuimus*. p. 93, a, in med. *epigr. trigeſimumquartum*, pro 33. p. 97, b, l. 13, *Τίς εἶς;* p. 98, b, l. 10 fin. *ἀνόμασεν*. p. 99, b, fin. *libri*. *Vinetus*. p. 101, lin. text. 2dâ, *probari*. ib. a, l. 5 fin. *τὸ ipſe*. p. 102, a, l. 5 *at bene*. p. 111, b, l. 10 *Tarbam Bigerronum*. p. 116, a, l. 12 fin. *in carm*. p. 118, a, l. 7 fin. *naufrago*. p. 125, a, l. 2 fin. *rem, fruendam prab*. p.182, a, l. 8, 9 *Flaccus laudat*. p. 189, lin. text. 2dâ *ſiqua functis*. p.209, b, in med. *Sic & Ennio, nec non Prudentio ſua vox*. ib. *fame perbitat*. p. 225, b, l. 4 *ceſsiſſet*. p. 233, lin. 5, 6 *Lata* & *Largus*. p. 278, b. ult. *Menachm*. p. 284, b, l. 2 *Puto permanet*. p. 309, b, l. 6 *ἱμάτιον*. & mox *καὶ ὁ μὲν*. p. 328, b, l. 4 fin. *τὸν ὑπέρα*. p. 401, a, fin. antep. *ſed quoniam Vir illuſtris, aliis*. p.432, a, l. 12 *genuinum nomen*. p. 438, a, l. 6, 7 à f. *fonte ſuperno*. p.487, l. 3 *portentis Thebana*. p. 496, l. 7 *ſil.* pro *fil.* p. 506, a, in med. *Has autem*. p. 538, lin. text. antep. *Parvorum ſerie*. p. 559, a, l. 9 fin. *effetos, id eſt, quorum fructus jam*. p. 565, b, in med. *dicat alta*. p. 596, l. 7 *quot habet junctos*. p. 603, a, l. 5 fin. *opus eximia pulchr*. p. 640, a, in med. *Abſinthium meum*. p. 641, a, l. 13 fin. *Sophiſtam deceant*. p. 678, b, prope fin. *illud expleretur*. p. 689, b, l. 12 *τὴν ἐνέργειαν*. p. 690, b, l. 7 *ſonat vitium*. p. 704, b, l. 1, 2 *ſuffragia*. p. 738, l. 6 *cauſam originis*, pro *origines*. p. 769, l. 4 *argueret*. p. 796, b, l.16, 17 *abripuit*.

Atque hæc quidem ſunt, Benivole Lector, quæ nobis aliud agentibus forte occurrerunt. cetera ſiqua fuerint, (nec eſſe dubitamus) aut leviora aut non animadverſa, haud ſecus quam errata vel accipias, vel emendes. Vale.

F I N I S.

A01 1465373

F.14.

Digitized by Google